35

Ham D 7b

AND.

SCS #9014

SCS #9014

Thomas F. Torrance

To Professor Torrance:

I hope you enjoy this book as much as I have enjoyed giving it to you. Language is indeed, indigent to express my debt & gratitude to you

With warmest regards,

Thomas U. Cullum

A. Smythe



ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ
ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ
ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΑΠΑΝΤΑ.

B. ATHANASII
ARCHIEPISCOPI
ALEXANDRINI

OPERA QVÆ REPERIVNTVR OMNIA,
IN DVOS TOMOS TRIBVTA.

GRÆCE nunc primùm (ex Mss. Codd. BASIL. CANTABRIG. PALATT. & aliis) in lucem data, cum interpretatione Latina PETRI NANNII Alemariani, & aliorum vbi illa desiderabatur.

Accesserunt

Fragmenta varia:
Notæ variarum lectionum:
Index triplex.

Ex Officina Commeliniana.

Cum gratia & Privilegio.

cIↃ IↃ cI.

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO FRIDERICO IV. COMITI PALATINO AD RHENVM, DVCI Bauariæ, Sacri Romani Imperii Archidapifero & Electori, &c. Domino clementissimo.

SI qui sunt auctores, Sereniſſime Princeps Elector, domine clementiſſime, quorum lectio omnibus regni Christi ciuibus fructuosa & idcirco neceſſaria eſt, certè Patres ſunt Eccleſiaſtici. Nam & priſcorum Eccleſiæ procerum Fidem, & propagatæ Religionis orthodoxæ, contraque diſſeminatarum in varias orbis partes hæreſium hiſtoriam ex his cognoſcimus. Itaque perpetua poſteritatis memoria digni ſunt, qui in eo laborarunt hactenus, vt ſcripta Patrum è tenebris eruerent, & in publicam eruditorum lucem proferrent. Excelluit inter hos beatæ memoriæ Hieronymus Commelinus, qui dubium vtrum in conquirendis veterum monumentis diligentior, an in eiſdem excudendis fuerit accuratior. Atque hoc illuſtrior eius gloria eſt, quòd de Græcis potiſſimum ſcriptoribus, iiſque vel maximè, quos nemo Typographorum in Germania ante ipſum vel viderat, vel attigerat, fuit ſolicitus. Obſteterunt illi quidem laborum & ſumtuum neceſſariorum magnitudinem penſitanti difficultates multo maximæ: ſed quarum repagula tanto facilius perrupit, quanto firmius ſibi hoc habuit perſuaſum: tum demum ſe omnes muneris Typographici partes egregiè expleturum, ſi typis ſuis ad Dei gloriam, reipub. literariæ commodum & ædificationem Eccleſiæ vteretur. Nec defuit laudatiſſimis conatibus feliciſſimus ſucceſſus. Nam de Synodi Epheſinæ actis vt taceamus, magno certè cum applauſu editus ab illo Clemens Alexandrinus, maiori, qui hunc ſecutus eſt Iuſtinus Martyr, maximo Chryſoſtomi in Paulinas epiſtolas conciones fuerunt exceptæ. Iamque in eo res erat, vt illum tantopere à ſe adamatum, & omnium doctorum votis pridem expeditum Athanaſium typis ſuis deſcriberet, (ad cujus editionem variorum codicum mſs. ſuppetias ex omnibus orbis Europæi angulis, magno ære nec minori labore aduocarat) cùm tot

edita. Secundus est Collegij S. Trinitatis in Academia Cantabrigiensi, olim D. Joannis Christophorsoni, quem in Italia magno precio olim coëmerat. Qui vt præcedente longè est recentior, ita etiam facilior est ac minus accuratus. Tertius hoc non paulo vetustior est: scriptus namq; est circa annum Mundi 6829. secundùm Græcorum Chronologiam (hoc est anno Christi 1319.) vt hæc ipsius scriptoris verba in fine codicis indicant: χειρὶ ἁμαρτωλῷ ῥωμανῷ ἀναγνώστῃ ἔτους, ωκθ'. Fuit is olim Iustini Gobleri: nūc cuius sit nondum exploratum habemus, cum inter res Hieron. Commelini repertus sit nullo possessoris nomine adiecto. Cæterum verè de hoc scribere potuit Nannius, (qui eo vt & præcedentibus duobus vsus est) eum notulis formisq; abbreuiationum nusquam alibi visis ita difficilem esse, vt potius ex sentētijs verba, quàm ex verbis sententiæ diuinandæ ipsi fuerint, comperiet quisq; cui is olim in manus venerit. Vbi tamen mirari subit, quid tandem causæ fuerit, cur hūc potius secutus sit, cùm illorū vtriusq; lectio longè sit facilior. Obseruauimus enim in lectionibus codicum discrepantibus Latinam Nannij versionem cum istius codicis lectione penè per omnia consentire. Quartus vetus non est, nec à Græca manu exaratus, Gobleriani absq; dubio descriptum, cum quo (paucis locis & mendis descriptoris exceptis) penitus consentit, adeo vt totidem quoq; & eosdem libros ac eodem ordine cum eo dispositos habeat. Incerti verò dominij. Quintus bene vetustus, elegans, obscuris tamen & creberrimis abbreuiationum notis refertus, ideoq; difficilior: bonam quoq; operum Athanasij partem continet, sed & ipse ἀδηλονκτῆμα. Sextus nostro iudicio centesimum annum non superat, eleganti ac æquabili scriptura, minus tamen accuratus, & pauca quoq; opuscula complectens. Septimus & octauus eiusdem ætatis, à diuersa tamen manu: ille solam orationem tertiam contra Arianos comprehendens: hic quatuor priores & paucas quasdam alias, similiter ἀδέσποτοι, & isti. Quemadmodum etiam nonus & decimus: qui quia admodum recentes sunt ac per omnia similes Basilienſi, ex eo descripti videntur. Vndecimum communicauit nobis ex Biblioth. Augustana V. CL. Dauid Hœschelius. Continet is præter opuscula quædam quæ in Tom. II. reiecta sunt, disputationem Athanasij cum Ario Nicææ habitam. Conscriptus verò est ab Andrea Dermario Epidaurio anno 1584. Venetiis. Et hæc quidem de Codicibus quibus in primo Tomo vsi sumus. Nam ad secundum adornandum penè solis Codd. Biblioth. Palat. adiuti sumus, excepto vno atq; altero, qui ex Gallia ad nos perlati fuerunt. De quibus monuimus initio cuiusq; opusculi, & in varijs lectionibus.

Cæterum, quià in tot codicibus MSs. maior erat varietas scriptionum, quam vt vna perpetua lectio indubitata inde erui posset, ne vel Reipub. Ecclesiasticæ, vel tuis, quisq; es pie Lector, priuatis studijs de-

essemus,

essemus, varias lectiones Codicum Græcorum non tantùm scrupulosè, sed penè etiam superstitiosè annotari cum Elogijs Athanasij, ac reliquiis, & fragmentis eiusdem, inter excudendum diuerso tempore repertis, conjungi tituloq; appendicis simul edi curauimus.

Hæc de materia scriptorum Athanasianorum. Ad dispositionem quod attinet, animaduertimus ex Schedis Commelinianis voluisse illum ante omnia excudere ea quæ Nannius vertisset, & antehac Latinè edidisset. Id igitur consilij etiam nos secuti sumus, & in primum Tomum omnia ea, quæ Nannius conuerterat, coniecimus: alio tamen ordine. Nam ab ordine Nanniano (quem post ipsius Nannij præfationem videre poteris si voles) Commelinus tempestiuè discesserat. Eius igitur vestigijs, quantum quidem ea deprehendere licuit, insistentes, in primo Tomo primum elenchtica, deinde historica, varijs Apologijs & epistolis comprehensa, mox exegetica, siue commentationes in nonnulla sacræ Scripturæ dicta, denique homilitica siue conciones populares posuimus. In elenchticis quidem, primo loco quæ contra gentes, altero quæ contra Arianos & eorum complices, tertio, quæ contra Apolinaristas, Sabellianos, & Samosatenianos, quarto & postremo, quæ contra omnes hæreses Athanasius scripserat collocata voluimus. Sed hunc ordinem operæ Typographicæ semel atque iterum interruperunt, & orationem Athanasij contra omnes hæreses, ac protestationem secundam populi Alexandrini à suis locis diuulsa ad extremum primi tomi reiecerunt. In secundo tomo, quem ordinem seruauerimus, ipse catalogus librorum, altera post titulum pagina collocatus, satis superq; ostendet.

Porro, si quos titulos in Catalogo editionum Nannianarum priorum extantes hic non repereris, ne te id moueat. Nihil omisimus. Sed ea tantum quæ per insciitiam antea pro peculiaribus libris, & sub peculiaribus titulis vendita erant, cum non nisi aliorum librorum, iam antea in hoc volumine excusorum fragmenta essent, sustulimus: ne bis eadem frustra, vel exprimerentur & venderentur, vel emerentur & legerentur. Huius generis erant opusculum de doctrina, fragmentum de passione, & declaratio Leuitici, de diuersa eiusdem rei nomenclatura. Quorum tamen alia in aliis atq; alijs tantùmodo Athanasij Latinis editionibus extant. Ac primum quidem est fragmẽtum epistolæ de Synodo Nicæna, vt videre est pag. 30. tom. 1. Alterum verò est fragmentum homiliæ de passione, vt patet ex Tom. 1. pag. 790. Tertium deniq; fragmentum est orationis quintæ contra Arianos, vt ex pag. 321. vers. 24. Tom. 1. manifestum euadit. Vnicum λόγον σωτήριον, qui itidem est fragmentum primæ orationis contra Arianos, vt videre est ex Tom. 1. pag. 125. E. & seqq. denuo excudi passi sumus: tum quòd verba quædam Græca hìc mutata essent, præsertim ab initio: vnde daretur existimandi copia, quòd Athanasius

ipse hoc compendium suarum de deitate Christi demonstrationum seorsum exstare atq; ita in conspectu esse voluerit: tum quòd versionem nacti essemus nouam, cuius collatio cum versione Nanniana, non videretur fore infructuosa.

Sed & illud scito Lector, In exemplari MS. Basilienſi, quod cæteris omnibus iure præferimus, multa ineſſe, quæ neq; Athanasij titulum præ se ferant, & iam antea tam Græcè quam Latinè in Historia Ecclesiastica exstent, atq; inde omnino in istum codicem sint transscripta. Ista igitur omisimus: vel potius ad historiam Ecclesiasticam, vnde ad verbum descripta erant remisimus: idq; ideo nos fecisse indicamus, ne quis fortè, qui Codicem Basilienſem aliquando viderit nostram hanc editionem, mutilam esse suspicari possit. Quam suspicionem vt euitaremus, quæcunque vsquam Athanasii nomine diuulgata esse comperissemus, cũ cæteris Athanasii libris, sine omni vel detractione vel adiectione coniunximus: etsi certum nobis esset multa ex illis esse suppositicia: Quod & Nannius fatetur, & cum ipso fatebuntur omnes, quicunq; ad hanc lectionem & scientiæ & conscientiæ nonnihil attulerint. Nec enim felicior hac in parte cæteris patribus fuit Athanasius: quorum nullus vnquam claruit, cui ista supposititiciorum librorum iniuria illata non esset. Quæ autem in his duobus voluminibus genuina Athanasii scripta sint, vel non sint, Theologis æstimandum relinquimus. Nos nullis partium studiis impliciti, nostrum in faciendo officio nostro typographico candorem vniuerso Christianorum populo probatum esse cupimus, & ita fore confidimus. V.

CATALO-

CATALOGVS LIBRORVM, QVI IN PRIORE TOMO OPERVM D. ATHANASII CONTINENTVR.

I. Oratio contra gentes. pag. 1
II. Oratio de incarnatione Verbi. 37.
III. Disputatio contra Arium in Concilio Nicæno. 82.
VI. Contra Arianos orationes quinq;.
Prima. 111.
Secunda. 135.
Tertia. 185.
Quarta. 251.
Quinta. 302.
V. In illud dictum: Omnia tradita sunt mihi à Patre, &c. 325.
VI. Epistola ad Adelphium fratrem. 330.
VII. Epistola ad Maximum Philosophum. 332.
VIII. Oratio contra eos, qui dicunt Filium creaturam esse. 338.
IX. Epistola ad Serapionem contra eos, qui dicunt Sp. S. esse creaturam. 343.
X. Testimonia ex sacra scriptura de naturali communione similis essentiæ inter Patrem, Filium, & Spiritum S. 371.
XI. Expositio fidei. 394.
XII. Liberii Rom. ad Athanasium epist. 396.
XIII. Athanasii responsum. 397.
XIV. Epistola de fide ad Iovinianum. 398.
XV. Narratio de Concilio Nicæno. 400.
XVI. Epistola de sententia Dionysii Alexandrini. 428.
XVII. Epistola Catholica. 444.
XVIII. Refutatio hypocriseos Meletii Eusebii & Pauli Samosatensis. 446.
XIX. Epistola ad Antiochenses. 447.
XX. Epistola ad Epictetum. 453.
XXI. De incarnatione Verbi Dei. 461.
XXII. De natura humana suscepta. 464.
XXIII. De Incarnat. Christi contra Apolinarium. 479.
XXIV. Orat. Contra Apolinarium. 494.
XXV. Orat. contra gregales Sabellii. 507.
XXVI. Orat. quod vnus sit Christus. 518.
XXVII. Epist. ad Serapionem de morte Arii. 522.
XXVIII Apologia ad Imp. Constantium. 524.
XXIX. Apologia I. de fuga sua. 545.
XXX. Apologia II. 560.
XXXI. Epistola ad omnes vbiq; solitariam vitam agentes. 626.
XXXII. Epist. de Synodis Arimini & Seleuciæ. 670.
XXXIII. Epist. ad Africanos. 717.
XXXIV. Ep. ad omnes vbiq; Orthodoxos. 725.
XXXV. Epist. ad Ioan. & Antiochum. 733.
XXXVI. Epist. ad Palladium. 734.
XXXVII. Epist. ad Dracontium. 73[illegible].
XXXIIIX. Epist. ad Marcellinum de interpr. Psalmorum. 740.
XXXIX. De Sabbatis & Circumcisione. 760.
XL. In illud, Quicunq; dixerit verbum contra filium hominis. 764.
XLI. In illud, Profecti in pagum &c. 775.
XLII. In passionem D. N. Iesu Christi. 782.
XLIII. De sanctissima Deipara virgine. 810.
XLIV. De virginitate. 822.
XLV. Homilia de Semente. 835.
XLVI. Orat. contra omnes hæreses. 848.
XLVII. Protestatio populi Alexandrini. 856.

S. Patris

REVERENDISSIMO IN

CHRISTO PATRI AC DOMINO, D. ANTONIO PERENOTTO, EPISCOPO ATREBATENSI, CAROLI V. Rom. Imp. ac Hiſpaniarum Regis, rerum ac ſtatus primo Conſiliario, & ſigillorum cuſtodi, Mæcenati ſuo humaniſſimo, PETRVS NANNIVS Alcmarianus, Collegii trilinguis apud Louanienſes Latinus Profeſſor, S. P. D.

TRanſtuli tandem in linguam Latinam, optime Mæcenas, ATHANASIVM, & quicquid ſub eius nomine ferebatur, opus me hercle magnum & arduum, à plerisq; tentatum quidem, à nemine autem hactenus perfectum. Inuitauit plerosq; ingens vtilitas libri, ſed deterruit omnes labor, vt omittam ſuperioris memoriæ homines, & tantùm recenſeam eorum nonnullos, aut qui in noſtro ſeculo, aut in proximo fuêre. Delibarunt huius operis interpretationem Iohannes Reuchlinus, & Angelus Politianus, ſed in vno libello perquam exiguo defatigati, à cæteris abſtinuerunt: diutius pertulit ſarcinam Eraſmus, donec exemplaribus Græcis fuerit deſtitutus. Sigiſmundus Gelenius, ſocius mihi & partiarius in hoc labore futurus, cætera quæ ſuſceperat vertenda, in me reiecit. Dicendum igitur quid viros eruditiſſimos & perquam induſtrios ab hac opera alienauerit, quid item me retinuerit, vt homo multo infirmiſſimus id ſuſtinerem, quod fortiſſimi homines perferre noluerunt. Primùm luctandum erat cum vetuſtiſſimis exemplaribus, in quibus inſolitæ dictionum abbreuiationes, vnica ſyllaba totam dictionem ſubinde denotante, ſententiam mirè truncare videbantur. Iſtis malis accedebat, quòd exoleſcentibus antiquitate literis, nunc ſyllabæ, nunc integræ voces deeſſent, adeo vt in caluitijs & glabetris fieri ſolet, nudæ tantummodo areæ apparerent: mihi certè in literis compendijsq; abbreuiationum cognoſcendis integer propemodum annus periit, magnæ haud dubiè moræ in impeditiore lectione, ſed propè par difficultas in ipſo ſtylo. Habet enim ATHANASIVS ſuum peculiarem dicendi modum, & vocabulis vtitur illo tantummodo ſeculo notis, quæ nec prior nec poſterior ætas agnouit: qualia ſunt, exempli cauſa, genera magiſtratuum, Catholicus, Curioſus & Caſtrenſis: regionum, prouinciarumq; nomina prorſus inaudita,

quale est Canalium in Italia, Siscia circa Germaniam, Oasis in Ægypto, quæ non minus horroris, quàm obscuritatis scriptis inuehunt. Ferunt Vergilium, quum statuisset res Romanas carmine complecti, stridore & quasi barbarie propriorum nominum deterritum, ad Troiana bella ob dulcedinem vocabulorum Græcorum sese conuertisse: nec alia mente mihi videtur fuisse Politianus, homo delicijs & lauticijs figurarum & dictionum prope nimium affluens: qui vbi animaduertisset se in libello Athanasij nihil suæ indolis retinere potuisse, à cæteris, ne stylum deformaret, manum subduxit. Iam si de argumentorum difficultatibus, in quibus versatur Athanasius, dicendum sit, quid æque onerosum putes, aut sublimius, subductiusq; ab humanis sensibus. Pleraq; enim eius viri scripta de Trinitate loquuntur, re humano ingenio prorsus inexplicabili. Neq; ille cum Paulo tantùm in tertium cœlum, sed in ipsum sinum Patris euolare videtur, ibique (quatenus fas est) Filium è Patre sine tempore genitum, ac proinde illi ætate æqualem, deitate eundem, persona diuersum, ita describit, & contemplandum præbet, vt plus ab ingenio humano præstari non possit, vtq; illum putes in pectore Domini non dulci contemplatione cum Ioanne sopitum, sed vigilantissimis oculis Trinitatis mysteria enotare, & scientiam eius arcani, in terram & ad humanos sensus deportare, commodisque vocabulis ad res latentissimas edendas vti, sed quæ in Romanam linguam vix vlla ratione traduci queant, nisi gratia vocum, aut diluta, aut planè extincta, cuiusmodi sunt exempli causa, ὁμοσία, ὁμοιοσία, μετουσία, ὑπόστασις, βελτίωσις, ἕνωσις, λόγος, quòd nunc animi cogitationem, nunc rationem, nunc verbum significat, & plerunque ad omnes significatus simul alluditur, vbi, si vnica voce id effers, mutilas sensum: si multis, extinguis argutiem rotunditatemque syllogismi, eadem voces in propositionibus, assumptionibus, & conclusionibus exigentis. Id quoque ad miserias accedit, quòd voces harum rerum quasi rituales & religiosæ sint, vt alterum pro altero substituere non liceat, & varietate tædium legenti mitigare, quum eadem res millies recurrat. Quid enim pro Substantia, Persona, Trinitate, Patre, Filio & Spiritu sancto subijcias, nisi cum quibusdam ἀκυρολογήσιν, eucharistiam, sacrum librum: fidem, persuasionem: Angelos Dei, genios Iouæ appellare velis? Fieri igitur nequit, vt περιφράσεων vites, rem tractanti legentique inamœnissimam. Quod si Athanasius, vt Chrysostomus, suæ rhetoricis ornatibus imbuisset, aut propemodum dictionibus poëticis & dithyrambicis, vt Nazianzenus, effloruisset, aut, vt Basilius, multa philosophica intexuisset, dulciora omnia & succulentiora fecisset: nunc à plerisque illis artibus non minus diligenter, quàm ab hæreticis opinionibus abhorret, summus quidem Theologus, & omnibus numeris absolutus, sed alias artes vel non spirat, vel tenuissimè spirat, & vt

opinione,

opinione, ita dictione Christianus: Credo quòd mysteria regni cœlorum non furtis Ægyptiis, & gentilibus fucis, & comptelis exoticis ornare voluerit, sed tantummodo Euangelicis verbis enunciare, siue ut verius dicam, εὐαγγελίζειν. Iam in scelerato Ario maior est difficultas, cuius cum subinde ænigmata referat Athanasius, vt vafriciem hominis ostendat, qui sua inuolucris tegit, multaque dubiis vocabulis in ancipitem sensum effert, vt deprehensus in scelere, aliqua rima elabatur (mavult enim metu pœnæ sua sentiri quàm exprimi) dici non potest quantum ea res interpretem vexet, dubiis dubia, obscura obscuris, griphos griphis reddere conantem. Quale est, vt vnum vel alterum exemplum subijciam: Erat, quando non erat, quibus verbis intelligit fuisse tempus, quum nondum existeret Filius: Patrem voluntate genuisse Filium, quo concesso, concludit patrem ætate priorem fuisse, vt qui prius voluerit, quàm genuerit: Filium ex non ente ad essentiam peruenisse, quum innuit eum non ex patris substantia, sed è nihilo creatum fuisse. Videmur iam summas difficultates interpretationis attulisse. Restant adhuc maiores & prorsus inextricabiles. Vt enim fertilissimis agris multa Zizania vna cum optimis frugibus nascuntur, ita optimo cuique autori plurimi falsi & nothi libri adscribuntur: nulli autem plures quàm Athanasio. Illi porro, quia simia sunt Athanasij, eadem argumenta de Trinitate tractare conantur, sed nulla cum mente, ingenio aut eruditione: iidemque res implicatissimas mira infelicitate magis ac magis implicant, vt non in labyrintho, vbi saltem filo exitus inueniri poterat, sed in nodo Gordio te hærere putes: adeò illic nec caput nec cauda apparet, arbitrerisque te in antiquo quasi chao volutari. In hos libros adulterinos quum incidisset Desiderius Erasmus, & nihil melioris venæ exspectaret, semel depositio onere fessus, nauseabundus q, exclamauit, ἄλις δρύος: nolens amplius glandes gustare. Dixi quæ causæ alios ab translatione depulerint, nunc dicendum, quid me in tam graui & diuturno labore detinuerit. Primùm vtilitas libri summa: vbi non lusus est eloquentiæ, nec theatrica actio, nec absente hoste inanis gladiorum ventilatio, sed pede collato vera & cruentissima pugna cum Christi perduellibus, qui ex professo se χριτομάχους appellarant, & in societate belli, Iudæos sibi adiunxerant: ducibus vsi non modo ingeniosis & eruditis hominibus, sed & maximis imperatoribus, Constantio, Juliano, Valente. Contra quos inuictis armis depugnauit ATHANASIVS, *& furorem Antichristi latè vagantem repressit. Quis enim verior Antichristus, quàm Ariana hæresis, quæ totum Orientem populata est, & Turcarum superstitionem, quasi viperinam sobolem ex se genuit, & Græciam non minus ad imperij sui, quã ad religionis perniciem ab Occidentalium communione alienauit? Vtinam*

multi

multi semper fuissent Athanasij, aut etiamnum essent. Ex magna enim parte eadem tempora temporumque casus hac nostra ætate redierunt, atque vtinam non in totum redeant. Sunt Memnoniani, sunt Dauidici, sunt Suuenckfeldij, non minus scelerata opinionis quàm Ariani, & ducunt suos greges, & seducunt quamplurimos. Volui & Latinis auribus reddere Athanasium, vt qui hactenus Græcis vixit, Latinis etiam viueret, doceretq; nostram ætatem, quibus artibus hæretici contra veram religionem nitantur, & quàm varijs antisynodis, veras Synodos oppugnent, & quam principes fluxa fide, nunc has, nunc illas partes foueant, & quibus remediis in tantis malis vtendum sit. Nam quæ truncatim scribuntur, ab Ecclesiastica historiæ scriptoribus, Eusebio, Nicephoro, Theodoreto, Sozomeno, cæterisque alijs, ea istic integra reperiuntur, & certiore, vt arbitror, fide descripta, certè plenius & distinctius exposita sunt. Vtilitas ergo horum librorum me instigauit, vt onus interpretandi susciperem, nec libenter deponerem. Accessit deinde pudor, qui ægrum fessumque in suscepto negotio detineret, & pacta, quibus Frobenianis meam fidem adstrinxeram, præsertim arrhis non minimis ad maiorem obligationem datis. Nec leuis interim caussa fuit in incepto permanendi, vt aliquod æternum monumentum meæ erga te gratitudinis relinquerem. Sic enim mecum cogitabam: grauis est labor, & quem omnes hactenus defugerunt, sed ea desudatur Atrebatensi præsuli, à quo omnes tuas fortunas adeptus es, magnas satis & bene luculentas, & qui præterea de arca sua honestam pensionem tibi annuè dinumerat: decurrit tua ætas ad finem, iam agendum est, aut nunquam agendum, vt mundus agnoscat, quantum optimo omnium mortalium ingeniorum, artium, literarum vero patrono debeas. ATHANASIVS *is solus est, qui id orbi in æternum testatum facere possit: is liber ex studiis tuis vel solus, vel certissimè supererit, dedica eas lucubrationes viro optimè de te & omnibus ingenijs merito: qui in maximis fortunis humanissimus est, in summo fastigio sine fastu, in admirabili autoritate non imperiosissimus, sed indulgentissimus, cui nihil magis est in votis, quàm omnium ordinum gratiam vel tenere, vel mereri: atque ita tempera tuam dedicationem, vt nullas laudes, tametsi verissimas ei asscribas, vnde viro gratiarum & beneuolentiæ studiosissimo, aliqua inuidia, quam vbique vitat, suboriri possit. Simulq; adiunge quæ ad rationem librorum pertineant, ne sequenti ætate, quod sæpe factum videmus, sine præfatione libri, quum denuo imprimentur, in lucem prodeant, nisi simul causam librorum suorum Typographi lædere velint. Verti igitur omnia, quædam etiam ab alijs ante conuersa: eaq; in tres classes diuisi. Prima classis habet eius orationes cum epistolis eiusdem argumenti. Secunda res Synodales cum varijs epistolis eodem spectantibus.*

bus. In tertiam relegaui omnes ſuppoſititios libros, quos Athanaſij non puto. In hoc genere alij alijs eruditiores ſunt, alij alijs nequiores, quos duplici de cauſa verti, primùm, quòd ſemper aliquid Athanaſij ſapiant, & quædam ibi inuenias, quæ vnà cum veris Athanaſij ſcriptis perierunt: deinde veritus ſum, ne ſi eos omiſiſſem, dicerer à quibuſdam ſciolis carbones pro gemmis amplectentibus, ſummos theſauros reliquiſſe: aſſcripſiſſem ſingulis adulterinis voluminibus noſtram cenſuram, ſed nolui litem meam facere: ſatis mihi fuit, eos à loco meliorum reuellere, vt ſi quis contra ſentiat, facilè eos in aliam claſſem deportare poſſit. In veris Athanaſij ſcriptis, ſumma fide & religione verſatus ſum, adeo, vt vbi dignitas, vis, gratia ſententiæ retineri poterat, verba verbis ferè eodem ordine ſeruato reddiderim: commata certè commatis, cola colis, periodi periodis reſpondent: in falſis libris curam illam relaxaui. Quid enim opus fuit, alienam balbutiem vitiaq; orationis imitari? imò res viles grandiori ſtylo extuli, ne penitus euileſcerent, & gratiam verbis, quæ in rebus non erat, adiunxi. Vſus autem ſum tribus exemplaribus, quorum primum cœnobij Prædicatorum Baſilienſium fuit, adeo vetuſtum, vt literæ multis in locis exoleſcerent, quo plurimum vſus eſt Ioannes Reuchlinus. Secundum fuit Iuſtini Gobleri, iuris peritia, & eruditione linguarum & quibuſdam Demoſthenicis verſis clariſſimi nominis, id quoq; nullis mendis vitiatum, ſed notulis formisq; abbreuiationum nuſquam alibi viſis, ita difficile, vt potius ex ſententiis verba, quàm ex verbis ſententias diuinarim. Tertium Ioannis Chriſtophorſoni, Angli eruditiſſimi & integerrimi viri, grauiorum autorum translatione inſignis, id ſimul & emendatum, & lectu facile, & verbis ad plenum deſcriptis non ita interpretem remorabatur. Hi tres clariſſimi viri, ad multos annos mihi ſua exemplaria patientiſſimè commodauerunt, quorum benignitatem ſilentio mihi prætermittendam non putaui. Extant & alia vulgò Athanaſij noſtri nomen præ ſe ferentia, à diuerſis interpretibus in Latinum traducta, quæ Frobenius & Epiſcopius Chalcographi humaniſſimi vndecunque conquiſita, in quartum Tomum congeſſerunt, ne quid Athanaſio adſcriptum, huic operi deeſſe videretur. Labores igitur noſtros tibi debitos, & in nullum alium vſum, quàm vt gratitudo in te mea appareret, dedicatos, eo vultu, quo omnia doctorum ſcripta ſoles, dignaberis adſpicere. Bene vale. Louanij, decimo tertio Calendas Septembreis, Anno 1555.

ORDO

ORDO AC SERIES TOMORVM AC LIBRORVM D. ATHANASII A PETRO NANNIO VERSORum, quam Latinæ editiones operum Athanasij hactenus excusæ obseruarunt.

IN PRIMO HABENTVR.

ATHanasij contra idola oratio.
De humanitate Verbi, eiusque corporali aduentu.
Ad Epictetum Episcopum Corinthiorum epistola, contra hæreticos.
Expositio fidei.
Liberii Romani Episcopi epistola ad Athanasium.
Athanasij responsio.
Ad Antiochenses epistola.
De æterna substantia Filii & Spiritus sancti cum Deo, contra gregales Sabellii oratio.
Oratio, qua docet vnum esse Christum.
Ad Adelphium fratrem & confessorem contra Arianos oratio.
Contra Arianos orationes quinque.
In hoc dictum: Omnia mihi tradita sunt à patre.
Compendium è superioribus descriptum contra eos, qui dicunt Spiritum sanctum creaturam esse.

IN SECVNDO.

Athanasij ad Imp. Constantium Apologia.
Apologia de fuga sua.
Epistola ad vbiq; orthodoxos, cùm per Arianos persecutio fieret.
De sententia Dionysij Episcopi Alexandrini aduersus Arianos.
Quod Nicena Synodus animaduersa Eusebij calliditate, congruis & piis verbis decreta sua super Ariana hæresi exposuerit.
Contra Arianos Apologia secunda.
Ad Serapionem fratrem epistola.
Ad omnes vbiq; solitariam vitam colentes, & in fide fundatos.
Ad Iouinianum de fide epistola.
De Synodis Arimini & Seleuciæ celebratis epistola.
Ad Dracontium Episcopatum fugientem epistola.
Ad Episcopos in Aphrica epistola.

IN TERTIO.

De Incarnatione verbi.
De natura humana susceptа.
De Incarnatione Christi.
De salutari aduentu Christi contra Apollinarium.
Contra omnes hæreses sermo.
Ad Maximum Philosophum oratio.
In illud: Profecti in pagum, qui ex aduerso est, inuenietis pullum &c.
In passionem Saluatoris.
Ad Marcellinum, de interpretatione psalmorum.
De Virginitate, siue de mediatione.
Testimonia ex sacra scriptura, de naturali communione similis essentiæ inter Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum.
Ad omnes vbique per Ægyptum, & Syriam, & Phæniciam, & Arabiam fratres, epistola.
Refutatio contra hypocrisim Meletij.
De sanctiss. deipara virgine Maria.
In passionem & crucem Domini.
Ad Serap. Episc. Tmeos epistola.
In illud: Quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei.
Disputatio in Niceno Concilio contra Arium.
Homilia de semente.
Declaratio Leuitici de diuersa eiusdem rei nomenclatura.

Τῶ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

Αλεξανδρείας

ΛΟΓΟΣ ΚΑΤΑ ΕΛΛΗΝΩΝ.

ΗΜΕΝ ὠφέλ τ θεοσεβείας, καὶ τῆς τ ὅλων ἀληθείας γνῶσις, & τοσοῦτον τ ὠφελῆ τ ἀνθρώπων διδασκαλίας δεῖται, ὅσον ἀφ' ἑαυτῆς ἔχῃ τὸ γνώρισμον· μονονουχὶ γὰρ καθ' ἡμέραν τοῖς ἔργοις κέκραγε, καὶ ἡλίου λαμπρότερον ἑαυτὴν διὰ τῆς Χριστοῦ διδασκαλίας ἀποδείκνυται. πορισώμεθα δέ σοι ὅμως τὰ ὠφέλιμα τῆς ἀκοῆς σου, Φέρε ὦ Μακάριε, ὡς αὐ οἷοί τε ὦμεν, ὀλίγα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ἐκθώμεθα· δυναμένῳ μέν σοι καὶ ἀπὸ τῶν θείων λογίων ταύτην δῦραι, φιλοκάλως ἢ ὅμως Ϲ παρ' ἑτέρων ἀκούσῃ. αὐτάρκεις μὲν γὰρ εἰσὶν αἱ ἁγίαι καὶ θεόπνευστοι γραφαὶ, πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἀπαγγελίαν εἰσὶ δ' [καὶ] πολλοὶ τ μακαρίων ἡμῶν διδασκάλων εἰς ταῦτα συνταχθέντες λόγοι· οἷς ἐάν τις ἐντύχοι εἴσεται μέν πως τὴν τῶν γραφῶν ἑρμηνείαν ἧς δ' ὀρέγε ἢ γνώσεως τυχεῖν δυνήσεται. ἀλλ' ἐπειδὴ ταῦτ διδασκάλων συντάξις ἐν χερσὶ νῦν οὐκ ἔχομεν, ἀναγκαῖόν ἐστιν ἃ παρ' ἐκείνων ἐμάθομεν, ταῦτα καὶ ἀπαγγέλλειν καὶ γράφειν σοι· λέγω δὴ τὴν εἰς τ σωτῆρα Χριστὸν πίστιν· ἵνα μήτε δύπλη τις τὴν ἐκ καθ' ἡμᾶς λόγου διδασκαλίαν ἡγήσηται, μήτε ἄλογον τ εἰς Χριστὸν πίστιν ὑπολάβοι· ὁποῖα βλασφημοῦντες Ἕλληνες χλευάζουσι, καὶ πλάττουσι γελῶσι καθ' ἡμῶν· ὅθεν ἕτερον ἢ τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ προσφέροντες· ἐφ' ᾧ μάλιστα καὶ τ αἰσθησίαν αὐτῶν, οἰκτρήσειν αὖ τις· ὅτι τ σταυρὸν βλασφημοῦντες, ἔχ ὁρῶσι τ τούτου δύναμιν πᾶσαν τὴν οἰκουμένην πεπληρωκυῖαν· καὶ ὅτι διὰ αὐτοῦ τὰ τῆς θεογνωσίας ἔργα πᾶσι πεφανέρωται. οὐκ αὖ γὰρ εἴπερ ἦσαν καὶ αὐτοὶ γνησίως ἐπιστήσαντες αὐτοῦ τῇ θεότητι τὸν νοῦν, ἐχλεύαζον τὸ τηλικοῦτον, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ αὐτοὶ τὸν ἐπεγίνωσκον σωτῆρα τοῦ παντὸς, καὶ τὸν σταυρὸν μὴ βλάσφημον, ἀλλὰ θεραπείαν τῆς κτίσεως γεγενέναι. εἰ γὰρ τοῦ σταυροῦ γυμνοῦντος πᾶσι μὲν εἰδωλολατρία καθῃρέθη· πᾶσα δὲ δαιμόνων φαντασία τῷ σημείῳ τούτῳ ἀπελαύνε ἢ, καὶ μόνος ὁ Χριστὸς προσκυνεῖται, καὶ δι' αὐτοῦ γινώσκε ἢ ὁ πατὴρ, καὶ οἱ μὲν, αὐτιλέγοντες καταισχύνονται· ὁ ἢ, τῶν

S. Patris noſtri

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI

Alexandrini

ORATIO CONTRA GENTES,

Petro Nannio interprete.

QUIDEM religionis & veritatis de vniuerſo ratio cognitioque, non tam indiget humana inſtitutione, quam ipſa ſe ſuis notis indiciiſque prodit: quum prope quotidie ipſis id operibus clamet, & per Chriſti doctrinam Sole clarius ſe demonſtret: tibi tamen Macari de ea audiendi cupido (age) pauca de fide Chriſti pro viribus noſtris in medium adducamus. Nam quamuis tu hæc ipſa queas ex ſacris ſcripturis colligere, alios tamen benigne audis. Sufficiunt quidem per ſe tum ſacrę & diuinitus inſpiratæ ſcripturæ ad veritatis indicationem, tum plurimi de eadem re libri a ſanctiſſimis magiſtris conſcripti, quos ſi quis euoluat, intelliget aliquo modo ſcripturarum mentem, & fortaſſe eam quam cupit, cognitionem adipiſcetur. Cæterum quia eas lucubrationes ad manum non habemus, neceſſum eſt, vt quæ ab illis didicerimus, tibi ſcripto proferamus: loquor autem de noſtra in Saluatorem fide, ne quis vilem diſciplinam noſtri dogmatis exiſtimet, aut fidem in Chriſtum nullis rationibus innixam ſuſpicetur: qualia per calumniam Ethnici obiiciunt, nobis inſultantes & rictu late diducto cachinnantes: ob quod merito eorum vicem doleas, quod quum cruci obtrectant, & pro conuicio obiiciunt, non animaduertant eius vim efficaciamque orbem terrarum repleuiſſe, & per eam opera vnde Deum agnoſcas, edita fuiſſe. Neque enim, ſi ad cognoſcendam eius diuinitatem rite mentem applicuiſſent, rem tantam riſui haberent, ſed potius Saluatorem vniuerſitatis crucemque eius non noxam, ſed remedium creaturarum fuiſſe, agnoſcerent. Si enim poſt crucis aduentum omnis ſimulachrorum cultus ſummotus eſt, omniaque dæmonum præſtigia hoc ſigno propelluntur, ſoluſque Chriſtus in veneratione eſt, & per eum pater eius cognoſcitur, & obtrectatores pudefiunt, & obloquentium

mentibus quotidie latenter ſuum dogma inſi
nuat: qui fit (merito enim quis eos ita alloqueretur) vt humanum negocium id opinentur, ac non potius agnoſcant & Dei verbum, & mũd Seruatorem eſſe eum, qui in crucem aſcendit Iſtis mihi ſimile quiddam euenire videtur, ac ſ. quis ſolem nubibus obtectũ calumnietur: luce tamen eius interim admirationi habeat, cõſpicatus videlicet vniuerſum inde mundum illuminari. Vt enim pulcrum eſt lumẽ, & pulcrior lumine, luminis ipſe autor, ſol: ita quũ res diuina ſit, vniuerſum orbem eius notitia adimplere neceſſum eſt ſuppeditatorem, autoremq; tantę virtutis operiſq; Deum eſſe & Dei verbum. Dicemus igitur quatenus dabitur, primo loco refutantes infidelium inſcitiam, vt depulſis mendaciis, veritas poſtea ipſa per ſe reſplendeat. Quin & tu quoque mi homo, certus ſis fidentique animo, quod ſi veritati credideris, & Chriſtũ cognoueris, nunquam fore vt te deceptum putes. Congruum autem cenſeo, tecum, qui Chriſti ſtudioſus es, de Chriſto diſputare, quoniam omnibus rebus precioſiorem hãc cognitionem fidemq; te exiſtimare nõ dubito. Principio quidẽ malitia non fuit, quoniam ne nunc quidem in ſanctis eſt, neque aduerſus eos quicquam ſolidi aut ſubſtantiæ habet, ſed mortales eam poſtmodum excogitare cæperunt, & aduerſus ſeipſos effigurarunt, eadem ſcilicet ratione, qua & idolorum commẽta effinxerunt, & ea quæ nihil erant tanquã quæ eſſent animo conceperunt. Mundi enim opifex & omnium Imperator Deus, qui omnem ſubſtantiam humanamq; intelligentiam longe ſuperat, vtpote bonus, & omnes bonitate præcellens, per ſuum verbum, Saluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum humanum genus ad ſuam ipſius imaginem effinxit, hominemque rerum contemplatorem peritumque communicatione ſuæ cum illo ſimilitudinis effecit, tribuens ei ſuæ æternitatis intellectum, & cognitionem, vt dum hãc ſimilitudinem naturæ tueretur, nunquam neque a cognitione imaginationeq; Dei abſiſteret, neque a conuictu Sanctorum deſiliret, ſed poſſidens donatoris ſui gratiam, poſſidens quoque propriam ex Patris ratione vim, exultaret pariter, & Deo familiaris eſſet, viuens innoxiam beatamque, hoc eſt, immortalem vitam. Nullo enim impedimento implicitus, quod Dei cognitionem remorari poſſet, ſpectat quidẽ ſemper ſua puritate, patris imaginem Deum verbũ, ad cuius exẽplar ipſe creatus eſt, & obſtupeſcit animo ad eius in rebus creatis prouidentiam, & celſior iam inde ſuper omnia ſenſibilia, imaginationeſq; corporeas redditus ad ea quæ in cęlo ſunt diuina & intelligibilia, perſpicacitate, ac viribus animi euehitur, illiſque coaptatur. Quum enim corporalibus commerciis nõ immiſcetur mens humana, neque vllam ex rebus extraneis admixtam trahit cupiditatem, ſed ſibi tota adeſt, vt a principio condita fuit: tunc ſenſibilia & omnia humana trãſcendẽs, in ſublime euolat: & verbum intuens, videt quoque in eo ipſo & verbi patrem, delectaturq; iſtiuſmodi ſpectaculo, & eius deſiderio reiuueneſcit. Vt igitur primũ hominẽ (qui etiam ſecundum Hebræam

αὐτὸν λεγόντων ὡς ἡμέραν ἢ [illegible] καὶ ἀφανῶς μεταπιπτ, πῶς εἰκότως [illegible] τις εἴποι πρὸς αὐτοὺς, ἐπ αὐθρώπινόν [illegible] ενοεῖν τὸ πρᾶγμα, καὶ ἀ μᾶλλον ὁμολογεῖν θεῖ λογον καὶ σωτῆρα εἶναι τῶ παντὸς τὸν διπ τῆ ϛαυρῶ ἀναβάντα. πάρεχθν δε καὶ ἔ πι [μοι] δοκοῦσιν ὅμοιον, ὡς εἴτις τ μὲν ἥλιον ὑπὸ νεφῶν σκεπόμενον θαυμάζοι, τὸ δ τότε φῶς θαυμάζοι, βλέπων ὅπ πᾶζα ἡ κτίσις ὑπὸ τότε καταλάμπεται. ὡς γὰρ καλὸν τὸ φῶς, καὶ καλλίων ὁ τῶ φωτὸς ἀρχηγὸς ἥλιος, ὅτω θεῖα πράγματα ὄντα τῶ πᾶν οἰκουμένω πᾶσαν τῆς αὐτοῦ γνώσεως πεπλήρωθαι, ἀναγκη τὸν ἀρχηγὸν καὶ ἡγεμόνα τότε τοῦτο καταρθώμα ⊙ εἶναι θεὸν καὶ θεῦ λόγον. λέγομεν δωῖ ὡς ἐφικτὸν ἡμῖν, πρὸ πρόν διελέγξαντας πᾶν τ ἀπίσων ἀμαθίαν· ἵνα τῶν ψευδῶν διελεγχθέντων, λοιπὸν ἡ ἀληθεια δι αὐτῆς ὅπιλάμψη· καὶ παῤῥῆς ἐ αὐτὸς ὦ αὐθρωπε ὅτι ἀληθεία πεπίστευκας, καὶ τὸν Χριστὸν γινώσκων οὐκ ἠπατῆσ. πρέπν δὲ σοι ἡγεμόνι φιλοχρίστῳ ὄντι, τὰ περὶ Χριστοῦ διαλέγεσθ. ἐπὶ καὶ πάντων ἁμωτέραν πᾶν περὶ τότε γνῶσιν καὶ πίστιν ἡγεῖσθαι [σε] πεπίστευκα. ἐξ ἀρχῆς μὲν οὐκ ἰῶ κακία· ἀδε γὰρ ἀδε νῦν ἐν τῖς ἁγίοις ἐστὶν, ἀσθ ὅλως κατ αὐτὸς ὑπαρχὴ αὐτῆ· αὐθρωποι δε παῖ πᾶν ὕστερον διανοεῖν ἤρξαντο, καὶ καθ ἑαυτῶν ἀναπλάσθαι. ὅθεν δὴ καὶ πᾶν τ εἰδώλων διανοιαν ἑαυτοῖς αὐτεπλάσαντο, τὰ οὐκ ὄντα ὡς ὄντα λογιζόμενοι. ὁ μὲν γὰρ τῶ παντὸς δημιουργὸς καὶ παμβασιλεὺς θεὸς, ὁ ὑπερέκεινα πάσης οὐσίας καὶ ἀνθρωπίνης διανοίας ὑπαρχων, ἅ τι δὴ ἀγαθὸς ὢν ὑπερκαλῶ ὢν διὰ τῶ ἰδίω λόγου, τῶ σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ, τὸ αὐθρώπινον γένος κατ ἰδίαν εἰκόνα πεποίηκε· καὶ τ ὄντων αὐτὸν θεωρητὴν καὶ διανοούμενον, διὰ τῆς πρὸς αὐτὸν ὁμοιότητος κατεσκεύασε· δοὺς αὐτῷ καὶ τῆς ἰδίας αἰδιότητ ⊙ ἔννοιαν, καὶ γνῶσιν, ἵνα τὴν παῤῥησίαν σώζων, μήτε τῆς πρὸς θεὸν φαντασίας ποτὲ ἀποσῇ, μήτε τῆς τῶν ἁγίων συζητήσεως ἀποπηδήσῃ· ἀλλ ἔχων τὴν τῶ δεδωκότος χάριν, ἔχων καὶ τὴν ἰδίαν οὐσίαν τῆς παρεικοῦ λόγου δυνάμεως, ἀγαλλιᾶται ⊙ συνομιλεῖ τῷ θείῳ ζῶν τ ἀπήμονα καὶ μακάριον ὄντως [καὶ] ἀθάνατον βίον· ἀδεν γὰρ ἔχων ἐμπόδιον ἀπὸ τὸν πρὸς τὸν θεὸν γνῶσιν, θεωρεῖ μὲν ἀεὶ διὰ τ αὐτοῦ καθαρότητος τ τῶ πατρὸς εἰκόνα, τὸν θεὸν λόγον, ὃ [καὶ] κατ εἰκόνα γέγονεν. ὑπερεκπλήττεται δ καλλονῶν τὴν δι αὐτοῦ εἰς τὸ πᾶν θεόνοιαν. ὑπεράνω μὲν τ αἰσθητῶν καὶ πάσης σωματικῆς φαντασίας γινόμενος. πρὸς δ τὰ ἐν ἀρχαῖς θεῖα καὶ νοητὰ τῇ δυνάμει τῶ νῶ συναπλωμεν ⊙. ὅτε γὰρ ἀ συνομιλεῖ τοῖς σώμασιν ὁ νοῦς ὁ τῶν αὐθρώπων, ἀδέπω τῆς ὀκ τούτων ὀπιθυμίας μεμιγμένον ἔξωθεν ἔχῃ· ἀλλ ὅλως ἐστὶν ἑαυτῷ σωῶν ὡς γέγονεν ἐξ ἀρχῆς, τότε δὴ τὰ αἰσθητὰ καὶ πάντα τὰ αὐθρώπινα διαβὰς, ἄνω μεταρσιος γίνε ⊙· καὶ τ λόγον ἰδὼν, ὁρᾷ ἐν αὐτῷ καὶ τ τῶ λόγου πατέρα ἡδόμενος ὅπι τῇ τότε θεωρίᾳ· ἐ αὐακαμπτέῖ ὅπι τῷ πρὸς τὸν ποθῳ· ὥσπερ ἔν τ πρῶτον τ αὐθρώπων γνώμενον, ὃς καὶ κ' τῶ

Hebræam

τὴν τῶν Ἑβραίων γλῶτταν Ἀδὰμ ὠνόμαθη, λέγουσιν αἱ ἱεραὶ γραφαὶ κ᾽ τὴν ἀρχὴν αὐτοπαγχώτῳ παῤῥησίᾳ τὸν νοῦν ἐχούσαν πρὸς τὸ θεόν, κ᾽ συδιαιτᾶσθαι τοῖς ἁγίοις ἐν τῇ τῶν νοητῶν θεωρίᾳ, ἣν εἶχεν ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ, ὃν κ᾽ ὁ ἅγιος Μωϋσῆς τροπικῶς παράδεισον ὠνόμασεν· ἱκανὴ γὰρ [ἐστὶ] ἡ τῆς ψυχῆς καθαρότης ἐστὶ, κ᾽ τὸ θεὸν δι᾽ αὐτῆς καταπερίζεσθαι, καθάπερ κ᾽ ὁ κύριος φησί· μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν θεὸν ὄψονται. ἔτω μὲν [οὖν] ὁ δημιουργὸς, ὥσπερ εἴρηται, τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος κατεσκεύασε, κ᾽ μένειν ἠθέλησεν. οἱ γὰρ ἄνθρωποι καταλιγωρήσαντες τοῦ κρείττονος, κ᾽ ὀκνήσαντες πρὸς τὰ τούτων καταλήψιν, τὰ ἐγγυτέρω μᾶλλον ἑαυτῶν ἐζήτησαν· ἐγγυτέρω γὰρ τούτοις ἦν, τὸ σῶμα κ᾽ αἱ τούτου αἰσθήσεις· ὅθεν τῶν μὲν νοητῶν ἀπέστησαν ἑαυτῶν τὸν νοῦν. ἑαυτοὺς γὰρ καταγνόντες, κ᾽ τοῦτο σώματος κ᾽ τῶν ἄλλων αἰσθητῶν ἀντιλαμβανόμενοι, κ᾽ ὡς ἐν ἰδίοις ἀπατώμενοι, εἰς ἑαυτοὺς ἐπιθυμίαν ἔπεσον, τὰ ἴδια προτιμήσαντες τοῦ πρὸς τὰ θεῖα θεωρίας, ἐνδιατρίψαντες γὰρ τούτοις, κ᾽ τὸν ἐγγυτέρω μὴ ἀποστῆναι θέλοντες, τοῦτον μὲν τοῦ σώματος ἡδοναῖς συνέκλεισαν ἑαυτοὺς τὸ ψυχικὸν, τετραγυμένον κ᾽ πεφυρμένον πάσης ἐπιθυμίας· τέλεον γὰρ ἐπελάθοντο τοῦ ἐξ ἀρχῆς αὐτοῖς πρὸς θεοῦ δωρεᾶς. τοῦτο δ᾽ ἄν τις ἴδοι κ᾽ ἐν τῷ πρώτῳ πλασθέντος [ἀνθρώπου] ἀληθὲς, ὡς αἱ ἱεραὶ βίβλοι αὐτὸ λέγουσι γραφαί. κἀκεῖνος γὰρ ἕως μὲν τοῦ νοῦν εἶχε πρὸς τὸν θεὸν, κ᾽ τοῦτο θεωρίαν, ἀπερρέφετο πρὸς τὸ σῶμα θεωρίαν. ὅτε γὰρ συμβουλίᾳ τοῦ ὄφεως ἀπέστη μὲν τοῦ πρὸς τὸν θεὸν διανοίας ἑαυτὸν γὰρ καταγνοεῖν ἤρξατο, τότε καὶ εἰς ἐπιθυμίαν τοῦ σώματος ἔπεσον· καὶ ἔγνωσαν ὅτι γυμνοί ἦσαν· κ᾽ γνόντες ἠχρώθησαν. ἔγνωσαν γὰρ ἑαυτοὺς γυμνοὺς, ἀ τοσοῦτον ἀπὸ ἐνδυμάτων, ἀλλ᾽ ὅτι γυμνοὶ τοῦ τῶν θείων θεωρίας γεγόνασι, κ᾽ πρὸς τὴν ἀνοίαν τὸν διάνοιαν μετῴκησαν· ἀποστάντες γὰρ τοῦ πρὸς τὸν ἕνα κ᾽ ὄντα θεὸν λέγω, καταγνόησεως κ᾽ τοῦ πρὸς αὐτὸν πόθου λοιπὸν εἰς διαφόρους κ᾽ εἰς βίους κ᾽ μέρος ἐπιθυμίας αἰσθήσεως τοῦ σώματος. εἶτα, οἷα φιλεῖ γίνεσθαι, ἑκάστου κ᾽ πολλῶν ἐπιθυμίαν λαβόντες, ἤρξαντο κ᾽ τοῦ πρὸς αὐτὰς ἔχεσιν ἔχειν· ὥστε κ᾽ φόβου κ᾽ φόβοι, κ᾽ ἡδοναὶ, κ᾽ ἀνιαρὰ φρονεῖν τῇ ψυχῇ προσγέγονεν. ἀ γὰρ ἔλαβε τοῦ ἀποστῆναι τῶν ἐπιθυμιῶν, φοβεῖται τὸν θάνατον, κ᾽ τὸν χωρισμὸν τοῦ σώματος. ἐπιθυμοῦσα γὰρ πάλιν κ᾽ μὴ τυγχάνουσα τῶν ὁμοίων, ἔμαθε φονοῦν κ᾽ ἀδικεῖν. πῶς γὰρ κ᾽ ταῦτα ποιεῖ, εὔλογον κ᾽ δυνάμιν σημαίνει· ἀποστᾶσα τῆς τῶν νοητῶν θεωρίας κ᾽ τοῦ κατ᾽ μέρος τοῦ σώματος ἐνεργείαις καταχρωμένη, κ᾽ ἡδονὴν ἔλαβε τῆς τοῦ σώματος θεωρίας· κ᾽ ἰδοῦσα καλὸν ἑαυτὴν εἶναι τῇ ἡδονῇ, πλανηθεῖσα κατεχρήσατο τῷ τοῦ καλοῦ ὀνόματι, κ᾽ ἐνόμισεν εἶναι τὴν ἡδονὴν αὐτὸ τὸ ὄντως καλόν· ὥσπερ εἴ τις τὴν Διάνοιαν θεὰν πλανηθείς, κ᾽ ἀπάντων ζήτει καλῶν τῶν ἀπάντων, νομίζει τοῦτο εἶναι τὸ σωφρονεῖν· ἐραθεῖσα δὲ τῆς ἡδονῆς, ποικίλως αὐτῇ ἐνεργεῖν ἤρξατο. οὖσα γὰρ τῇ φύσιν κινητικὸν, εἰ κ᾽ τὰ καλὰ ἀπεράφη,

Hebræam linguam Adã, id est, homo appellatus est) aiunt sacræ scripturæ principio liberioris inuerecũdioriſq; fiduciæ mentẽ erga Deum habuisse, & cũ Sanctis conuersatum esse in cõtẽplatione intelligibilium, quam habuit in eo loco, quem Moyses figurate paradisum nominauit: sufficit enim animæ puritas, vt deum per se speculetur, quemadmodũ & Dominus dixit: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Ita quidem opifex rerum (vt dictum est) genus humanũ conditũ, in eo statu permanere voluit, sed ipsi neglectu meliorum, tædioq; ea per vim ingenij persequendi illa, quę ipsis propinquiora erãt, requisiuere. propinquiora autem erant corpora ipsorum corporeiq; sensus. Vnde ab intelligibilibus animum seuocarunt, seipsosq; animo circumspicere incœptauerũt, circumspectis porro consideratisq; seipsis, corpus corporeosque sensus amplexi, ac quasi suis propriisq; decepti, in sui cupidinẽ corruerunt, sui contemplationẽ diuinitatis cõtemplationi anteponentes. Hic igitur diutius commorati, neque à propinquioribus rebus deflexi, animam quidem suam corporalibus voluptatibus turbidam iam & permixtam omni cõcupiscẽtia obruerunt. Tandem factum est, vt prorsus sint obliti suarum virium, quas ab initio à Deo acceperant. Id autem verum esse, vel in primo homine conspicias, quemadmodum sacrę scripturæ de eo testantur. Ille enim quàm diu mẽtem habuit ad Deũ, deiq; cõtemplationem intentã, auersus alienusq; fuit a corporeis spectaculis: vbi autẽ suasu serpẽtis abstitit à cogitãdo intelligendoq; Deo, seipsum autẽ considerare cœpit: statim in cõcupiscentias corporeas vterq; delapsus est, seq; nudos esse cognouerũt, quo cognito, erubuerunt. Cognouerũt autem se nudos, nõ tãtopere quod amiculis vestiũ carerẽt, quã quod exuti essent diuinarum rerum contẽplatione, ac iã deinde animum suũ ad cõtraria transtulerũt. Vbi enim defecerant a desiderio intelligentiaq; vnius & veri numinis, in varias deinde corporis alias atq; alias cupiditates præcipites ierunt. Postremo (vt fieri solet) frequẽti vsurpatione vetitarũ cupidinũ, in habitũ tandẽ occalluerũt, adeo vt iã ab eo tẽpore eas relinquere reformidarint: hinc iã ignauiæ & timores ac voluptates emersere, nihilq; nisi mortale sapere in animis coalitũ est. Nolens siquidẽ a cõcupiscẽtiis absistere, mortẽ exhorret & segregationẽ a corpore. Rursũ desideriis laborãs earũ rerũ, quibus pro voto potiri nequit, cædes iniuriasq; facere studio habet. Cæterum quanã ratione ista agat, operæpreciũ est vt pro viribus exponã. Vbi defecit a rerũ intelligibiliũ consideratione mens, viribus corporis sui abutẽs, gaudensq; rerũ corporalium spectaculo, & per errorẽ existimans voluptatẽ sibi bonã esse, ipso vocabulo boni abutitur, & voluptatẽ ipsũ verũ bonũ censet, non aliter quã si quis mente attonitus, gladiũ postulet in obuiũ quemq;, id sibi persuadẽs sapientis esse. Amore deinde voluptatis irretita, variis modis eã exercere instituit. Nã quũ mobilis agilisq; naturæ sit, etsi sese

a bono auerterit, a motu tamen non conquiescit. mouetur igitur, sed iam non secundum veritatem, neque Deum spectat, sed res nihili, easque veras ac solidas arbitrata essentias vires suas occupat, iisque ad eas quas commenta est voluptates abutitur, ideo quod libera sit & sui arbitrij. Potest enim vt ad bona se inclinare, ita bona quoque auersari. Cæterum vbi bonum auersata est, omnia contraria imaginatur & cogitat, quippe quæ a motu conquiescere nequeat, quum natura (vt dixi) perquam mobilis sit. Quæ cum liberum sui ius arbitriumque intuetur: & sentit se in vtranque partem corporeis membris vti posse, tum ad ea quæ sunt, tum ad ea quæ non sunt. Ea autem quæ sunt, appello bona: quæ non sunt, mala. Quæ sunt, ideo a me vocantur bona, quoniam a Deo, qui est essentia ipsa, exemplar trahunt: quæ non sunt, mala nuncupamus, eo quod, quum nulla essentia subsistant, hominum commentis effecta sint. Quum enim corpus oculos habeat, rerum naturæ contemplationi destinatos, vt ex eius concinna modulataque compositione opificem agnosceret: quumque item auditum habeat auscultandis diuinis scripturis, & Dei legibus idoneum, manus quoque illi aptæ sint tum ad necessarios vsus, tum ad eas in precibus ad Deum porrigendas, fieri non potest, quin vbi anima degenerat desciscitque a bonorum contemplatione, motuque in iis rebus exercendo, aberret deuia ad res contrarias. Deinde vires suas (vt dixi) ipsa considerans, iisque abutens, animaduertit, sese ad res contrarias membra corporis sui dirigere posse. Atque ideo pro contemplatione rerum naturæ, ad concupiscentias oculos auertit, specimen de se præbens, ostentansque se & hoc quoque posse. Persuasa interim dum modo se moueat, suam se ipsius dignitatem tueri & nequaquam errare, si quod potest, agat, inscia quod non simpliciter condita sit ad mouendum, sed vt se ad id quod decet, moueat. Huius gratia Apostolus sua voce admonet: Omnia licere, sed non omnia expedire. Audacia tamen hominum non ad id quod expediens, aut decorum est, sed ad id quod ipsis possibile est, respiciens, contraria molitur. Vnde & manus in diuersum mouens, cædes perpetrat, & auditum ad obauditionem, aliaque membra, pro legitima liberorum procreatione, ad adulterium: Linguam item pro benedicentia ad blasphemias, conuicia, & peierationes traducit. Rursus manus ad furta & verberationes hominum sibi specie similium, & olfactum ad multiplicia genera meretriciorum odorum: pedes vero ad celerem impetum effundendi sanguinis, ventrem quoque ad ebrietatem & satietatem inexplebilem transfert. Quæ omnia vitia, & crimina animæ sunt, causæque horum non aliunde, quam rerum meliorum auersatione. Vt enim si auriga insensis in stadio equis negligens scopi, ad quem cursus dirigẽdus sit, auertensque se ab eo, duntaxat equos ad cursuram impellat, vt potest: potest autem vt vult, ac subinde illas in obuios agat, subinde quoque per præcipitia instiget, vectatus quo cum pernicitas equorum abripuerit,

ἀλλὰ τῆ κινεῖσθαι ἀ παύεται. κινεῖται οὖν οὐκ ἐπὶ μὲν κῆ ὀρεκτὸν, ἀδὲ ὥστε τὸν θεὸν ὁρᾶν, ἀλλὰ τὰ μὴ ὄντα λογιζομένη, τ' ἑαυτῆς δυνατὸν μεταποιεῖ, καταχρωμένη τούτῳ εἰς ἃς ἐπενόησεν ἐπιθυμίας· ἐπὶ καὶ αὐτεξούσιον γέγονε. δύναται γὰρ ὥσπερ πρὸς τὰ καλὰ νεύειν, οὕτω καὶ τὰ καλὰ ἀποστρέφεσθαι. ἀποστρεφομένη δὲ τ' καλὸν, πάντως τὰ ἐναντία λογίζεται. πάσασθαι γὰρ καθόλου τῆ κινεῖσθαι ἀ δύναται, τῶ φύσιν ἔχει, ὡς πρόειπον, ἀκίνητος. Ε γινώσκουσα τὸ αὐτεξούσιον ἑαυτῆς, ὁρᾷ ἑαυτῶ δύναθαι κατ' ἀμφότερα τῆς τ' σώματος μέρεσι χρᾶσθαι εἰς τε τὰ ὄντα καὶ τὰ μὴ ὄντα. ὄντα δέ ἐστι τὰ καλά. [οὐκ ὄντα δὲ τὰ φαῦλα. ὄντα γὰρ φημὶ τὰ καλὰ,] καθότι ἐκ τῆ ὄντος θεοῦ τὰ πρῶτα δείγματα ἔχει. οὐκ ὄντα γὰρ τὰ κακὰ λέγω, καθότι διανοίαις ἀνθρώπων οὐκ ὄντα αἰσθάνεται ἔχοντες γὰρ τῆ σώματος ὀφθαλμὸς, εἰς τὸ τῶ κτίσαν ὁρᾶν· ἡ δι' τῆς παναρμονίε ποιότητος σωτηρίως γινώσκειν τὸν δημιουργὸν, ἔχοντες ἡ Ε ἀκοὴν εἰς ἐπαιρόασιν τ' θείων λογίων ἡ τῶν τῆ θεοῦ νόμων· ἔχοντες δὲ καὶ χεῖρας, εἰς τε τῶ τῶν ἀναγκαίων ἐνέργειαν Ε ἔκθεσιν τῆς πρὸς τὸν θεὸν δοχῆς, ἡ ψυχὴ ἀποστᾶσα τ' πρὸς τὰ καλὰ θεωρίας ἡ τῆς ἐναὐτῆς κινήσεως, λοιπὸν ταλαιπωρουμένη κινεῖται εἰς τὰ ἐναντία. εἶτα τὸ δυνατὸν ἑαυτῆς, ὡς πρόειπον, ὁρῶσα, ἡ τούτῳ καταχρωμένη, ἐνενόησεν ὅτι ἡ εἰς τὰ ἐναντία δύναται κινεῖν τὰ τῆ σώματος μέλη· ἡ δι' τοῦτο αὐτὴ δ' τῶ κτίσιν ὁρᾶν, εἰς ἐπιθυμίας τ' ὀφθαλμὸν ἀποστρέφει, δηκνύουσα ὅτι καὶ τοῦτο δύναται· ἡ νομίζουσα ὅτι ἄπαξ κινουμένη, σώζει τῶ ἑαυτῆς ἀξίαν, καὶ οὐχ ἁμαρτάνει ποιοῦσα ὃ δύναται· ἡ οὐκ οἶδεν ὅτι οὐχ ἁπλῶς κινεῖσθαι, ἀλλ' εἰς ὃ δεῖ κινεῖσθαι γέγονε. τοῦτο γὰρ χάριν ἡ ἀποστολικὴ φωνὴ παρεγγυᾷ, πάντα ἔξεστιν, ἀλλ' ἀ πάντα συμφέρει. ἀλλὰ τῶν ἀνθρώπων ἡ τόλμα οὐκ εἰς τ' συμφέρον καὶ πρέπον, ἀλλ' εἰς τὸ δυνατὸν σκοπήσασα, τὰ ἐναντία ἤρξατο ποιεῖν. ὅθεν καὶ ταῖς χεῖρας εἰς τὸ ἐναντίον κινουμένη, φονεύειν πεπύκε, ἡ τῶ ἀκοῶ εἰς βλασφημῶ παρήκαμε· ἡ τὰ ἄλλα μέλη εἰς τὸ μοιχεύειν αὐτὴ νομικῆς τεκνογονείας· καὶ τῶ μὲν γλῶτταν αὐτὴ δ' φημίας, εἰς βλασφημίας, Ε λοιδορίας, καὶ πορνείας· τὰς δὲ χεῖρας αὖ πάλιν, εἰς τ' κλέπτειν Ε τύπτειν τὰς ὁμοίας ἀνθρώπους· ἡ τῶ μὲν ὀσφρησιν, εἰς ὀδμῆ ἐρωτικ' ποικιλίας· τὰς ἡ πόδας, εἰς ὀξύτητα τ' ἐκχέαι αἷμα· ἡ τ' μὲν γαστέρα εἰς μέθην ἡ κῆρον ἀπλήρωτον, ἅπερ πάντα κακία ἡ ἁμαρτία ψυχῆς ἐστιν· αἰτία ἡ τούτων ἀδεμία, ἀλλ' ἡ τ' κρειττόνων ἀποστροφή. ὡς γὰρ ἐὰν ἡνίοχος ὀπαδὸς ἵπποις ἐν σταδίῳ, καταφρονήσῃ μὲν τ' σκοπ' εἰς ὃν ἐλαύνειν αὐτ' προσήκε· ἀποστραφεὶς δὲ τοῦτον, ἀπλῶς ἐλαύνῃ τ' ἵππον ὡς ἂν δύηται· δύναται δὲ ὡς βούλεται, ἡ πολλάκις μὲν εἰς τὰς ἀπαντῶσας ὁρμᾷ, πολλάκις δὲ ἡ κῆ' κρημνῶν ἐλαύνῃ φερόμενος· ὅπου σὶ ἂν ἑαυτὸν τῆ ὀξύτητι τῶν ἵππων

& vt dixit ſanctus ille Chriſti miniſter Paulus: *Mulieres eorum mutauerunt vſum naturalem in eum qui eſt prater naturam. Itidem quoq; & maſculi, omiſſo naturali vſu fœminæ, lubidine in ſe mutuo exarſerunt, mares in mares turpitudinem patrantes.* hæc & huiuſmodi deſignantes, cõfitentur & oſtendũt deos ſuos hoc genere vitæ vſos fuiſſe. Ex Ioue enim, ſtupra puerorum & adulteria: ex Venere meretricatũ: ex Rhea obſcœnitatem: ex Marte cædes: ex aliis alia huiuſmodi didicerunt, quæ quidẽ vt a legibus vindicãtur, ita quicunq; purus & integer eſt, auerſatur. An igitur dij habẽdi ſunt, qui talia faciũt, ac nõ poti⁹ eos dicas ob morũ obſcœnitatem brutis magis obbrutuiſſe? an nõ qui eos pro numinibus colunt, vt quouis pecore magis pecuini miſeratione digni ſunt? Si enim perpendiſſent animæ ſuæ mentẽ, nõ in has impietates ruiſſent præcipites, & verũ Chriſti patrẽ Deum negaſſent. Sed fortaſſe qui iſtis ſublimiores ſunt, & ad rerũ naturã admiratione ſtupent, pudefacti redargutionibus abominandorũ idolorũ, quũ reprehendi ab omnibus & facile cõuinci queant, ne ipſi quidẽ id ita eſſe inficias iuerint, illã tamẽ opinionẽ firmã & inexpugnabilẽ dicẽt, qua mũdo mundiq; partib. cultus, ceremoniæq; deferũtur, gloriabũturq; quod nõ ſaxa, nõ ligna, non formas hominũ & brutorũ, volatiliũ, aut reptiliũ, aut quadrupedũ, ſed ſimpliciter ſolẽ, & lunam, omniaq; cæli ornamenta, tellurẽ, & vniuerſi humidi naturã colant ac venerẽtur: & dicẽt nõ poſſe quoſquã demõſtrare, etiã hos non eſſe natura Deos, quũ omnibus pateat, ea nec inanimata nec irrationalia eſſe, & humanã conditionem ſuperare, eo quod ipſa in cælis, illa in terris degant. Operępreciũ igitur fuerit, etiã de iſtis diſpicere, ſcrutiniũq; inſtituere. Omnino enim & in his ratio verã cõtra iſtos refutationẽ inueniet. Verũ antequã id diſpiciamus, & demonſtrationẽ auſpicemur, ſufficere dicẽdum eſt, quod ipſa rerũ natura propemodum contra illos exclamat, oſtenditq; ſuum conditorem ac dominũ, & opificẽ Deum, & omniũ regem nõ eſſe aliũ, quam Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, quẽ, quum auerſantur ſcioli, rerũ tamen naturã ab eo conditam pro numine adorãt. quanquã & adorant illã ipſam, & cõfiteantur, quicipſi propter hanc negãt, Dominũ. Sic enim pulchre poſſunt homines iſti, qui ita naturæ partibus admiratione inhiant, ac mẽbra vniuerſitatis, numina eſſe arbitrãtur, ex mutuis iſtarũ rerũ inter ſe inopiis, auxiliiſque pudefieri, quippe quæ declarent, & præ ſe ferant, erga ipſum Patrem Verbi ſuum conditorem & Dominum eſſe, ex ſuo irrefragabili erga ipſum obſequio. Quandoquidem (vt ait diuina lex) *Cæli enarrant gloriam Dei & opus manuum eius annunciat firmamentum.* Fides eius rei non obſcura, ſed admodum clara iis, qui non plane oculis mentis capti ſunt. Si quis enim per ſe naturæ partes deſumat, & ſingula ſeorſum ſpectet, vel Solẽ per ſe, vel Lunã,

καὶ ὡς εἶπεν ὁ ἅγιος τῦ Χριστοῦ Διάκονος Παῦλος, αἵτινες τὴν ἀλήθειαν αὐτῶν, μετήλλαξαν τῇ Φυσικῇ χρῆσιν εἰς τὴν παρὰ Φύσιν. ὁμοίως δὴ καὶ οἱ ἄρρενες ἀφέντες τὴν Φυσικὴν χρῆσιν τῦ θηλείας, ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν εἰς ἀλλήλους, ἄρρενες ἐν ἄρρεσι τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι:- τοιαῦτα δὴ καὶ τοιαῦτα πράττοντες, ὁμολογοῦσι καὶ ἐλέγχουσι, καὶ τὰς λεγομένας αὐτῶν θεὰς πιοῦσιν ἐσχηκέναι τὸν βίον. ἐκ μὲν γὰρ Διὸς, τὴν παιδοφθορίαν καὶ τὴν μοιχείαν· ἐκ δὲ Ἀφροδίτης, τὴν πορνείαν καὶ ἐκ μὲν Ῥέας, τὴν ἀσέλγειαν. ἐκ δὲ Ἄρεος τὰς φονὰς καὶ ἐξ ἄλλων ἄλλα τοιαῦτα μεμαθήκασιν, ἃ εἰ νόμοι μὲν κωλύζουσι πᾶς δὲ σώφρων αἰὴν ἀποστρέφεται. ἆρ' οὖν ἀξιοῖ ἐπὶ τούτοις νομίζειν εἶναι θεὰς, τὰς τοιαῦτα ποιοῦσας; καὶ μὴ μᾶλλον τῶν ἀλόγων ἀλογωτέρας ἡγεῖσθαι τούτους διὰ τὴν ἀσελγείαν; τῶν τρόπων; ἆρ' ἀξιοῖ τὰς θρησκευούσας αὐτὰς, νομίζειν αἰθρώπους; καὶ μὴ μᾶλλον ὡς ἀλόγων ἀλογωτέρας, καὶ τῶν ἀψύχων ἀψυχοτέρας οἰκτίρειν; Εἰ γὰρ ἐλογίζοντο τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς τὸν νοῦν, οὐκ ἂν ἐν τούτοις καταπεπώκεισαν ὅλοι πρόωσι, καὶ τὸν ἀληθινὸν ἠρνοῦντο τοῦ Χριστοῦ πατέρα θεὸν· ἀλλ' ἴσως οἱ ἐπαναστάντες τούτων καὶ κατὰ τοῦ κόσμου ἐπλημμελοῦσι, δυσωπούμενοι τοῖς κατὰ τὰ θαύματα ἐλέγχοις, & καταγνῶσαι μὲν καὶ ἐλέγξαι παρὰ πᾶσιν ὄντα ταῦτα, οὐκ ἀρνήσονται δὲ αὐτοῖς ἐκεῖνοι ἂν αὐτοῖς ἀσφαλῆ τὴν δόξαν καὶ ἀναπόρρητον εἶναι οἰήσονται τὰ περὶ τὸν κόσμον καὶ τὰ τοῦ κόσμου μέρη θρησκείαν. κατακήσονται γὰρ ὡς λίθους καὶ ξύλα ἐμψύχων ἀνθρώπων καὶ ἀλόγων πλειόνων τε καὶ ἑρπετῶν καὶ πτερωτῶν ἀπλῶς, ἀλλ' ἥλιον καὶ σελήνην καὶ πᾶσαν τὴν κατ' οὐρανὸν κόσμον· καὶ γῆν αὖ πάλιν δὲ σύμπαντα τὰ ὑγρὰ τὴν Φύσιν σέβοντες καὶ θρησκεύοντες. καὶ φήσουσι μὴ δύνασθαί τινας ἀποδεῖξαι καὶ τούτους μὴ εἶναι Φύσεθεούς· πᾶσιν ὄντος φανεροῦ, ὅτι τὰ μὲν ψυχὰ, ὅτι δὲ ἄλογα τυγχάνει, ἀλλὰ δὲ τὸν ἀνθρώπων καταιρεῖ Φύσιν. τῷ τὰ μὲν ἐν οὐρανοῖς, ἀνὴ ἐπὶ τῆς γῆς καλοικεῖν. ἄξιον δὲ καὶ τούτων ἰδεῖν δὲ διεξοδεύσασθαι· πάντως γὰρ καὶ τοῖς ὁ λόγος ἁρμόσει τὸ ἔλεγχον ἀληθῆ καὶ αὐτό. πρὶν δὲ ἰδεῖν ἡμᾶς καὶ τὴν ἀποδείξεως ἄρξασθαι, δρκεῖ τὸ κρῖναι αὐτὸ καὶ αὐτὸ συνοικεῖν βοῆσαι, καὶ δεῖξαι τὸ αὐτῆς πιστὸν καὶ δημιουργὸν θεὸν, καὶ τὸ παντὸς, δὲ ὃν πάντες βασιλεύουσι τὸ πατέρα δὲ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ὃν δὲ ἀποστρέφονται μὲν οἱ δοκοῦντες Φοιτᾶν παρ' αὐτὸ γνωμένοις ἀνθρώποις προσκυνῆσι καὶ θεοποιοῦσι· καὶ τοῖς προσκυνοῦσι καὶ αὐτῷ δὲ ὁμολογοῦσαν ὃν ἐκεῖνοι δι' αἰτὸ δρνοῦνται κύριον ὄντα τῶν ἀνθρώπων εἰς τὰ παντὸς μέρη κεχωρηκότα καὶ θεὸν νομιζόντας παῦτα δυσωπῆσαι οὐ καλῶς αὐτὸς ἡ τὸ μενοῦν πρὸς ἄληλα χρεία. γνωρίζει δὲ καὶ σημαίνει τὸν καὶ αὐτῶν ὄντα κύριον καὶ ποιητὴν τὸν τὸν λόγου πατέρα, τῇ

αὐαυλιδήτῳ προσταξει τῆς εἰς αὐτὸν ὑπακοῆς, ἣ φησι [καὶ] ἡ θεία γεμισθεῖσα οἱ οὐρανοὶ δυνάμεως δόξαν θεοῦ. ποιήσιν δὲ χῶν αὐτοῦ ἀναγλύμμα τὸ στερέωμα:- πίστις δὲ τούτων οὐκ ἀφανὴς ἀλλὰ καὶ λίαν ἐναργὴς ἐστι τις τὸν ὀφθαλμὸν τῆς διανοίας μὴ πάντη πεπηρωμένον ἔχουσιν. εἰ γάρ τις καθ' ἑαυτὸν τὰ μέρη τῆς κτίσεως λάβοι, καὶ ἕκαστον ἰδίᾳ, νοήσει, οἷον ἥλιον καθ' ἑαυτὸν μόνον καὶ σελήνην χωρὶς.

καὶ

καὶ γῆν αὖ καὶ ἀέρα, καὶ τὸ θερμὸν καὶ ψυχρὸν, καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν ἰσόσιον διελὼν ἀπὸ τοῦ πρὸς ἄλληλα συναφῆς, ἕκαστον ἐπιλάβοι καθ' ἑαυτὸ καὶ ἰδίᾳ θεωρήσειεν, εὑρήσει πάντως μηδὲν ἱκανούμενον ἑαυτῷ, ἀλλὰ πάντα τῆς ἀλλήλων χρείας δεόμενα· καὶ ταῖς παρ' ἀλλήλων ἐπικουρίαις συνισάμενα. ἥλιος μὲν γὰρ τῷ σύμπαντι ἀέρι συμπεφόρηται καὶ ἐμπέφυκε· καὶ ἐπεὶ τῆς ἐκείνου κυκλοφορίας, οὐκ ἄν ποτε γένοιτο σελήνη ἢ καὶ τἆλλα ἄστρα μαρτυρεῖ τῷ πεζῷ ἡλίῳ γινομένῳ αὐτοῖς ἐπικουρίαν. γῆ δὲ πάλιν οὐκ ἄνευ ὑετῶν τοὺς καρποὺς ἀποδιδοῦσα φαίνεται. οἱ δὲ ὑετοὶ, χωρὶς τῶν νεφελῶν χρείας, οὐκ ἂν καταβαίεν ἐπὶ γῆς· ἀλλ' οὐδὲ νέφη χωρὶς τοῦ ἀέρος, καθ' ἑαυτὰ ἂν φανείη καὶ συστήσαι ποτέ. ὅ, τε ἀὴρ, οὐχ ὑφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὑπὸ [μὲν] τοῦ αἰθέρος διακαίεται· ὑπὸ δὲ τοῦ ἡλίου καταλαμπόμενός τε καὶ λαμπρυνόμενος. καὶ πηγαὶ μὲν καὶ ποταμοὶ οὐκ ἄνευ τῆς γῆς συστήσονται ποτε. γῆ δὲ οὐκ ἀφ' ἑαυτῆς ἐρήρεισται· ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῷ τῶν ὑδάτων ἰσόσιον σωρεύηκεν. ἐμπεφύκασι δὲ καὶ αὐτῇ καὶ τὸ μέσον σωδεθῆσα τοῦ παντὸς, ἥ τε θάλασσα καὶ ὁ ἔξωθεν περιῤῥέων τῷ σύμπασαν γῆν μέσας Ὠκεανὸς ὑπὸ ἀνέμων κινεῖται καὶ φέρεται, ὅποι δ' ἂν αὐτὸν ἡ τῶν ἀνέμων ἐπιφορήσῃ βία. καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ ἄνεμοι, οὐκ ἐν ἑαυτοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῦ τούτων ἐπινεύσας, οὐκ ἂν τῆς ποτὲ τὸν ἀέρα τοῦ αἰθέρος διακαύσεως καὶ θερμότητος, ἐν αὐτῷ τῷ ἀέρι σωίσαντα, καὶ δι' αὐτοῦ πανταχοῦ πνέοντα· ἐπεὶ γὰρ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἐξ ὧν καὶ συνέστηκεν ἡ τῶν σωμάτων φύσις, τό τε θερμὸν λέγω καὶ τὸ ψυχρὸν, ξηρόν τε καὶ ὑγρὸν ἰσόσιον, τίς ποτ' ἂν ἀπεφήνατο τῷ διανοίᾳ, ὥστε μὴ εἰδέναι ὅτι ὁμοῦ μὲν συνημμένα πάντα συίσασιν; διαιρούμενα δὲ καθ' ἑαυτὰ γινόμενα, λοιπὸν καὶ ἀλλήλων εἰσὶν ἀναιρετικὰ τούτου καὶ τοῦ πλεονάζοντος ἐν αὐτοῖς ἐπικρατοῦσι. θερμόν τε γὰρ, ὑπὸ ψυχροῦ πλεονάσαν τος ἀναιρεῖται· καὶ ψυχρὸν πάλιν ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ἀφανίζεται δυνάμεως. ξηρόν τε αὖ ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ διυγραίνεται· καὶ τοὔπαλιν ὑπὸ τοῦ ἑτέρου ξηραίνεται. πῶς οὖν ταῦτα [ἂν] εἶεν θεοὶ δεόμενα τῆς παρ' ἑτέρων ἐπικουρίας; ἢ πῶς πρέπει τούτων αἰτιᾶσθαί τι προσῆκε, καὶ αὐτῶν ἀπαγορεύων παρ' ἀλλήλων τοῦ εἰς ἑαυτὰ χρείαν; εἰ γὰρ πρεῖ θεῖ λόγος ἐστὶ, μηδενὸς αὐτὸν ἐπιδεᾶ εἶναι, ἀλλ' αὐτάρκη καὶ πλήρη ἑαυτοῦ, καὶ ἐν αὐτῷ τὰ πάντα συνέχειν· καὶ μᾶλλον αὐτὸν τοῖς πᾶσιν ἐπιδιδόναι, ὥσπερ ἥλιον καὶ σελήνην καὶ τἆλλα μέρη τῆς κτίσεως οὐκ ὄντα τοιαῦτα, ἀλλὰ καὶ [τὰ] λειπόμενα τῆς ἀλλήλων χρείας, ἀναγορεύειν ἄξιον θεούς; ἀλλ' ἴσως διαιρούμενα μὲν, καθ' ἑαυτὰ λαμβανόμενα, ἐπιδεῆ εἶναι αὐτὰ καὶ αὐτοὶ συνομολογοῦσι, τῆς ἀποδείξεως ἐπ' ὀφθαλμῶν οὔσης. ὁμοῦ δὲ πάντα συνάπτοντες, καὶ ὡς ἓν ἀποτελοῦντες μέγα σῶμα, τὸ ὅλον θεὸν εἶναι φήσουσι· συνάπτοντες γὰρ τὰ ὅλα, οὐκ ἔτι μεθ' ἕξωθεν αὐτοῖς χρεία γενήσεται· ἑαυτῷ δὲ τὸ ὅλον ἱκανὸν καὶ αὐτάρκες γενήσεται πρὸς πάντα λέγουσιν οἱ δοκησίσοφοι, ἵνα καὶ ἐντεῦθεν ἐλεγχθῶσιν. οὗτος δὲ ὁ λόγος καὶ μᾶλλον αὐτῶν τὴν ἀσέβειαν μετὰ μεγάλης ἀπαγδώσεως οὐκ ἔλαττον τοῦ πρόσθεν ἀποδείξει.

aut terram, aut aërem, calida item & frigida, ſicca & humida, & eximens ea ab ſua inuicem coaptatione, vnumquodque per ſe ac ſeorſum excutiat: nullum ex omnibus inueniet, quod ſibi ipſi ſufficiat, ſed omnia alieni vſus opiſque indiga eſſe. Sol enim vehiculo vniuerſi cæli circumgyratur & continetur, neque extra ambitum eius vnquam conſiſtere poteſt. Luna autem & reliqua ſydera, ſolis in ſe auxilia proteſtãtur. Terra rurſus ſine pluuiis fructus non ediderit, neque pluuiæ ſine nubibus in terram deſcenderint, quinimo ne nubes quidem ſine aëre per ſe vel apparuerint vel conſtiterint. Aër quoque non ex ſe, ſed ab æthere calefit: & a ſole illuſtratus, lumen accipit. Fontes porro & flumina ſine ſubſidio terræ nunquam fuerint: Terra vero ex ſe ipſa fulciri non poterit, ſed ſuper aquas conſiſtit: continetur autem & ipſa in medio vndecunque quaſi colligata. Mare quoque, & qui totum circumfluit orbem, magnus ille Oceanus, a ventis rapitur, quocunque vis illorum protruſerit. Atque adeo ipſi venti non in ſe, ſed (ſecundum diſputatores iſtarum rerum) ex inflammatione, caloreque ætheris in aerem deſcendente, in aere conſiſtendi locum naturamque accipiunt, & per eum vbique ſpirant. De quatuor porro elementis, ex quibus corporum natura conſtituitur, calida (inquam) & frigida: ſicca & humida ſubſtantia, quis ita animo eſt ſtupido, vt neſciat coniuncta iſta & ſimul coaptata conſiſtere poſſe: diuiſa autem & ſegregata iam inde ſibi inuicem exitium prout quodque inualuerit, moliri? Calor enim frigore prædominante extinguitur: frigus rurſum violentia caloris euaneſcit: ſiccitas quoque per humorem immadeſcit: humor per ſiccitatem exareſcit. Quomodo igitur iſta numina fuerint, quæ alterius opem requirunt? Aut qui par eſt ab illis quicquam poſtulare, quum ipſa a ſe mutuo neceſſaria poſtulent? Si enim ea de Deo ſententia vera eſt, illum nullius indigere, ſed ſibi ſufficere, ſuique plenum eſſe, & in illo omnia conſiſtere, imo ipſum potius omnibus aliis impertiri: quomodo vel ſolem, vel lunã, aliaſue creaturæ partes, quæ tales non ſunt, ſed mutua ope fulciuntur, numina appellari æquum fuerit? Sed fortaſſe diuiſa & deſumpta per ſe iſta indiga eſſe, vel ipſi quoque confitentur, quum ipſa demonſtratio ob oculos ſit conſtituta: Sed ſimul omnia conuertentes, & tanquam in vnum magnum corpus redigentes, vniuerſum illud Deum eſſe dicent. Quippe in tali rerum omnium vniuerſitate, non amplius illos forinſecus vllius rei indigẽtes fore. Quod haud dubie ante omnia iſti iactaturi ſunt, qui ſua opinione ſibi ſapientes videntur, ſed neque hic occaſio defutura eſt, qua eos redarguas. Iſtud ipſum enim quod pro ratione allegãt, eo magis patefaciet eorum cum magna inſcitia ſuperſtitionem, neque id minus euidenter quam ſupra.

Si enim singula coniuncta totum explent, & totum ex singulis cõstituitur: nimirum totum erit partium totum, & singula erunt partes totius. Longissime abest, quam vt de Deo tale aliquid sentias. Deus enim totum quiddam est, ac non pars aliqua, neque ex diuersis constat, sed ipse omnium quæ constant, autor est. Specta(quæso)quam impia de Deo referant,qui ista loquuntur. Si enim ex partibus cõstituitur, ipse sibiipsi omnino dissimilis apparebit, & ex dissimilibus habiturus est naturę suę integritatem:nam si solem illum esse dicas,luna esse non poterit:si luna sit,terra non fuerit:& si terra sit, mare esse non poterit: atque ita, quascunque partes in manus sumpseris, deprehendes absurditatem huiusmodi ipsorum dicti, cuius vitium ex intuitu, obseruatuque humani corporis satis apparuerit. Vt enim oculus, auris non est: neque auris, manus: neque venter, dorsum est: neque ceruix,pes: sed vnumquodque istorum propriam habet functionem, & ex istis diuersis inter se, corpus vnum constituitur, quæ quum coadunata consertaq; sunt, habent sese partes pro ratione sui vsus: vbi disiuncta fuerint, pro ratione præsentis temporis: quum natura quæ coegit ista, dissoluerit: quemadmodum Deus voluit istius constitutionis autor: Ita (sed pace numinis sit venia dicto)si partes orbis in vnum corpus coaptatas Deum appellant,necessum est ipsum sibiipsi ex seipso dissimilem esse (vt iam patet) eundemq; rursus diuidi in partes, sua ipsorum natura dispertibiles. Alia quoque ratione (si veritatem obserues)redargueris illorum in constituendo numine vanitatem. Si enim Deus incorporeus est,inuisibilis,intactilisq; natura:qui fit vt Deũ corpus esse cõminiscantur? aut cur,quæ oculis subiecta sunt,quæque manibus palpantur, diuinis honoribus colant?Quod si ea ratio,famaque de Deo obtinuit,eum vbique existere posse, nihilque omnium esse, quod Deum sub se teneat,ac potius omnia sub potestate illius cõtineri: cur,qui creaturam in Deorũ numerum referunt, non conspiciunt eam extra istam de Deo definitionem cõsistere?Sole enim sub terra agente, lucis conspectio telluris vmbra atq; interuentu adimitur: lunam autem diurno tẽpore sui splendoris iubare sol occultat: fructus terræ subinde grandine cliduntur: ignis, si fiat aquarum inundatio,extinguitur: hyemem,ver expugnat: æstas porro nõ sinit vernale tempus suos limites transire: ipsa quoq; vicissim ab autũno prohibetur,ne terminis suis exeat. Quod si Dij essent, non cõueniret, illa a se mutuo superari & abscondi, sed vbiq; sibi mutuo adesse, & communes simul operationes absoluere oporteret,noctu interdiuque solem &lunam simul vna cum reliquo stellarum choro, par lumen habere,idque omnibus lucere, omniaque ab illis illustrari: oporteret æstatem simul & hyemem, ver & autumnũ absque vlla vicissitudine ibidem cõsistere:oporteret mare fontibus admisceri, & communem potum hominibus præstare:oporteret ventorum tranquillitatem

εἰ γὰρ τὸ καθ' ἕκαστον συναφθὲν, τὸ ὅλον ἀναπληροῖ, καὶ τὸ ὅλον ὑπὸ τῶν καθ' ἓν συνίσταται, τὸ ὅλον ἄρα ὑπὸ μερῶν συνέστη, καὶ ἕκαστον τοῦ ὅλου μέρος τυγχάνει. τοῦτο δὲ τῶν περὶ θεοῦ ἐννοιῶν πολὺ πόρρωθεν καθέστηκεν. ὁ γὰρ θεὸς ὅλον ἐστὶ καὶ ὁ μέρη, καὶ οὐκ ἐκ διαφόρων συνέστηκεν, ἀλλ' αὐτὸς τῶν πάντων συστατικός ἐστι ποιητής. θέα γὰρ ὅσῳ ἀσεβειαν καὶ τοῦ θείου τοῦτα λέγοντες ἐξηνεμώκαμεν. εἰ γὰρ οὐκ μερῶν συνέστηκε, πάντως αὐτὸς ἑαυτοῦ ἀνόμοιος φανήσεται, [καὶ] ἐξ ἀνομοίων ἔχων τὸ συμπληρώσιν. εἰ γὰρ ἥλιός ἐστιν, οὐκ ἔστι σελήνη· καὶ εἰ σελήνη ἐστὶν, οὐκ ἔστι γῆ· καὶ εἰ γῆ τυγχάνει, οὐκ ἂν εἴη θάλασσα. καὶ οὕτως ἐφ' ἑκάστου λαμβάνων ἄν τις, εὑρήσει τὸ ἀτοπίαν τοῦ τοιούτου αὐτῶν λόγου. τοῦτο δ' ἂν τις καὶ ἐκ τοῦ καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπείου σώματος ἰδὼν καταγνοίη τούτου. ὡς γὰρ ὁ ὀφθαλμὸς οὐκ ἔστιν ἀκοὴ, οὐδὲ ἡ ἀκοὴ χεὶρ, οὐδὲ ἡ χεὶρ γαστήρ ἐστι σέρνα, οὐδ' αὖ πάλιν ὁ αὐχὴν ἐστὶ πούς, ἀλλ' ἕκαστον τούτων ἰδίαν ἔχει τὴν ἐνέργειαν, καὶ ἐκ τούτων διαφόρων ὄντων, ἓν συνίσταται σῶμα· συνημμένα μὲν ἔχοντα μέρη καὶ τὴν χρείαν· διαιρέμενα δὲ καὶ τὴν τοῦ χρόνου παρουσίαν, ὅταν ἡ φύσις ἡ πεποιηκυῖα ταῦτα διέλῃ, ὡς ὁ τοιοῦτος θεὸς βούλεται, ὅτω (συγχωρῶ δὲ ὁ λόγος ἐχέτω) παρ' αὐτοῦ τοῦ κρείττονος. εἰ τὰ μέρη τῆς κτίσεως συνάπτοντες εἰς ἓν σῶμα θεὸν ἀναγορεύσιν, ἀνάγκη αὐτὸν μὲν καθ' ἑαυτὸν ἀνόμοιον ἑαυτῷ εἶναι, ὥσπερ ἐδείχθη. διαιρεῖσθαι δὲ πάλιν καὶ τῶν μερῶν εἰς τὸ μεμερίζεσθαι γλισχρόν φύσιν, καὶ ἄλλως δ' ἄν τις αὐτῶν ἐλέγξειε τὸ ἀθεότητα καὶ τὸ τῆς ἀληθείας θεωρίαν. εἰ γὰρ ὁ θεὸς ἀσώματός ἐστι, καὶ ἀόρατος, καὶ ἄψαυστος τῇ φύσει, πῶς σῶμα τὸν θεὸν ὑπονοοῦσι, καὶ τὰ φαινόμενα τοῖς ὀφθαλμοῖς ἃ ὧν ψαύομεν τῇ χειρὶ θρησκεύουσι τῇ [τοῦ] θεοῦ δυνάμει; καὶ πάλιν, εἰ ὁ περὶ θεοῦ κρατεῖ λόγος, δυνατὸν αὐτὸν εἶναι καὶ πάντα καὶ μηδὲν [μὲν] αὐτὸ κρατεῖν, αὐτὸν δὲ τῶν πάντων κρατεῖν, καὶ δεσπόζειν, πῶς οἱ τὰ κτίσιν θεοποιοῦντες, οὐχ ὁρῶσιν αὐτὰ οὐκ ὄντα τοιοῦτα περὶ θεοῦ ὁρᾶν; ἡλίῳ μὲν γὰρ τὴν γῆν φωτίζοντι, τὸ φῶς ἡ γῆ σκιάζει μὴ ὁρᾶσθαι· σελήνῃ δὲ μεθ' ἡμέραν ὁ ἥλιος ὑπερκρύπτει τῇ τοῦ φωτὸς λαμπηδόνι. καὶ γῆς μὲν τοὺς καρποὺς πολλάκις χάλαζα βλάπτει· τὸ πῦρ δὲ εἰ γένοιτο τῶν ὑδάτων πλημμύρα, σβέννυται· καὶ χειμῶνα μὲν ἔαρ ἀποδιωκνύζεται. θέρος δὲ τὸ ἔαρ ὑπερβαῖνειν τοὺς ὅρους οὐκ ἐπιτρέπει· καὶ αὐτὸ πάλιν ὑπὸ τοῦ μεσοπώρου κωλυόμενον, τοὺς ἰδίους ὅρους ἐξέρχεσθαι. εἰ περὶ οὗ ἦσαν θεοὶ, ἔδει τούτους μὴ ὑπ' ἀλλήλων ἡττᾶσθαι καὶ ὑποκρύπτεσθαι· ἀλλὰ πάντοτε ἀλλήλοις συνεῖναι, καὶ κοινὰς ἅμα τὰς ἐνεργείας ἐπιτελεῖν· ἔδει μεθ' ἡμέραν καὶ μεθὰ νύκτα, ἥλιον ὁμοῦ καὶ σελήνην, καὶ τὸν ἄλλον τῶν ἀστέρων χορὸν ἴσως ἔχειν τὸ φῶς, καὶ τοῦτο πᾶσι λάμπειν, καὶ παρ' αὐτῶν καταυγάζεσθαι· ἔδει θέρος ὁμοῦ καὶ χειμῶνα, καὶ ἔαρ καὶ μετόπωρον ἀποδιαλλάκτως καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ συνίστασθαι· ἔδει τὴν θάλασσαν τοῖς πηγαῖς ὑπομίγνυσθαι καὶ κοινὸν ἀνθρώποις τὸ πόμα παρέχειν. ἔδει νεφέλας δὲ

τῶν

τῶν ἀνέμων ζῆς πνοὰς ἐν ταὐτῷ γίνεσθαι· ἔδει πῦρ ὁμοῦ καὶ ὕδωρ κοινὴν ἀμφοῖν παρέχειν ἀφέλειαν. εἰ γὰρ ἀδύνατον ἦν ἐξ αὐτῶν ἀνωφελῆ θεῶν ὄντων κατ' αὐτοὺς καὶ μηδὲν ἐπιβλάβην, ἐπ' ὠφελείᾳ γ' μᾶλλον πάντα ποιούντων. εἰ δ' ταῦτα γίνεσθαι ἀδύνατον, πρὸς τὸ τοὺς ἄλληλα ἐναντιότητα, πῶς οἷόν τε ταῦτα ἀλλήλοις ἐναντία καὶ μαχόμενα, καὶ μὴ δυνάμενα ἀλλήλοις συζῆναι; ἔτι θεοὺς ὀνομάζειν, ἢ θεοῖς θρησκεύειν ἡμᾶς; τὰ δὲ πρὸς ἑαυτὰ ἀσύμφωνον τῇ φύσιν ἔχοντα, πῶς ἂν ἄλλοις διὰ λιτῶν παρέχοιεν, καὶ ὁμονοίας αὐτοῖς γένοιντο πρυτάνεις; ἔτι οὖν ἥλιος εἰκότως, ἔτι σελήνη, ἔτι ἄλλό τι μέρος τῆς κτίσεως, πολλῷ γ' ἂν ἧττον δὲ τὰ ἐν λίθοις καὶ ξύλοις καὶ ταῖς ἄλλαις ὕλαις ἀγάλματα, οὐδὲ οἱ παρὰ ποιηταῖς μυθευόμενοι, Ζεὺς καὶ Ἀπόλλων καὶ οἱ ἄλλοι εἶεν ἀληθῶς θεοί, ὡς ὁ λόγος ἀπέδειξεν· ἀλλὰ τὰ μὲν αὐτῶν μέρη τῆς κτίσεως ἐστι. τὰ δὲ αὐτῶν ἄψυχα τυγχάνει· τὰ γ' μόνον ἄνθρωποι θνητοὶ γεγόνασι. διὸ καὶ ἡ περὶ ταῦτα θρησκεία, καὶ θεοποιΐα, οὐκ εὐσεβείας, ἀλλὰ ἀθεότητος καὶ πάσης ἀσεβείας ἐστὶν εἰσήγησις, καὶ μεγάλης πλάνης ἔλεγχος, ἀπὸ τοῦ περὶ τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου ἀληθινοῦ θεοῦ γνώσεως, λέγω δὴ τοῦ τοῦ Χριστοῦ πατέρα. ὅπερ [πίνυκα] ταῦθ' ἅπερ ἐλέγχει καὶ δέδεικται ἡ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν εἰδωλολατρεία πάσης ἀθεότητος ἔσα μεστή, καὶ οὐκ ἐπ' ὠφελείᾳ, ἀλλ' ἐπ' ἀπωλείᾳ τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων εἰσηχθεῖσα, φέρε λοιπόν, ὡς ἐξ ἀρχῆς ὁ λόγος ἐπηγγείλατο τὴν πλάνης διελεγχθείσης τὴν ἀληθείας ὁδὸν ὁδεύσωμεν, καὶ θεωρήσωμεν τὸν ἡγεμόνα καὶ δημιουργὸν τοῦ πατρὸς λόγον, ἵνα δι' αὐτοῦ καὶ τοῦτο πατέρα [θεὸν] καταγνόντες καὶ γνῶσιν Ἕλληνες ὅσον τῆς ἀληθείας ἑαυτοὺς ἀπεχοίησαν. τὰ μὲν προειρημένα ὁδὸν ἕτερον, ἡ πλάνη τῷ βίῳ διελέγχθη. ἡ δὲ τῆς ἀληθείας ὁδὸς, πρὸς τὸ ὄντως ὄντα θεὸν ἔχει τὸν σκοπόν. πρὸς δὲ τὴν παρ' αὐτῆς γνῶσιν καὶ ἀκριβῆ καταβολὴν, οὐκ ἄλλων ἐστὶν ἡμῖν χρεία. ἀλλ' ἡμῶν αὐτῶν. ὀφθ' ὥσπερ ἐστὶν αὐτὸς ὁ θεὸς ὑπεροράνω πάντων, οὕτω καὶ ἡ πρὸς τοῦτον ὁδὸς πόρρωθεν, ἢ ἔξωθεν ἡμῶν ἐστιν. ἀλλ' ἐν ἡμῖν ἐστι, καὶ ἀφ' ἡμῶν δρᾶν τὴν ἀρχὴν δυνατὸν, καθὼς καὶ

» Μωϋσῆς ἐδίδασκε λέγων· Τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως ἐγγύς » σου τῆς καρδίας σου ἐστίν:- ὅπερ καὶ ὁ σωτὴρ σημαίνων » καὶ βεβαιῶν ἔλεγε: Ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, ἐντὸς ὑμῶν » ἐστιν:- ἔνδον γὰρ ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντες τὴν πίστιν καὶ τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, δυνάμεθα ταχέως θεωρῆσαι καὶ νοῆσαι τὸν παντὸς βασιλέα θεοῦ σωτήριον λόγον· καὶ μὴ προφασιζέσθωσαν Ἕλληνες, οἱ τοῖς εἰδώλοις θρησκεύοντες· μὴ γάρ ἄλλος τις ἀπλῶς ἑαυτὸν ἀπατάτω ὡς τὴν παιδαγωγὸν ὁδὸν οὐκ ἔχων, καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἀθεότητα ἑαυτοῦ προφασιν δύσκων· πάντες γὰρ εἰς αὐτὸν ὑπεβεβήκαμεν καὶ ἐσμεν, εἰ καὶ μὴ πάντες αὐτὸν ὁδεύειν, ἀλλὰ παροδεύειν σκεδαίνοντες θέλουσι, διὰ τὰς ἔξωθεν αὐτοὺς ἐλκούσας, ἡδονὰς τοῦ βίου. Καί τίς αὖ ἔροιτο, τίς αὖ εἴη αὕτη. Φημὶ δὴ τὴν ἑκάστου ψυχὴν εἶναι, καὶ τὸν αὐτῇ νοῦν· δι' αὐτοῦ γὰρ μόνου δυνατὸν θεὸν θεωρεῖσθαι, καὶ νοεῖσθαι·

ἐκτὸς

& flatus eodem tempore fieri: oporteret ignem simul & aquam, communem eundemque vsum hominibus suppeditare: neque illa ratione noxa ab illis expectanda esset. Si enim Dii essent pro istorum opinione, nihil ad noxam, sed omnia ad vtilitatem potius agerent. Quod si hoc fieri nequit ob ipsorum inter se hostilitatem, qui fieri potest, vt illa sibi inuicem contraria, ac pugnantia, & quæ nulla ratione mutuo cohærere possunt, vel numina appellentur, vel sacrificiis colantur? Quæ inter se discordem naturam possident, quomodo ob aliorum supplicationes pacem induxerint, concordiæque alienæ autores extiterint? Merito igitur neque sol, neque luna, neque vlla pars mundi, ac proinde multo minus lapideæ aureæq;, aut ex quacunque denique materia imagines, aut ii qui in poetarum fabulis commemorantur, Iupiter, Apollo, ceterique deinceps vera numina extiterint, vt oratio nostra demonstrauit, sed aut mundi partes habendę sunt, aut res inanimatæ aut mortales homines fuere. Quamobrem eorum cultus, & diuinitatis consecratio non pietate, sed omni superstitione ac impietate scatet, magnique erroris est argumentum ab vnius, & solius veri Dei cognitione, Patris, dico Christi. Quoniam igitur hæc ita conuicta sunt, & demonstrata, quæ viget apud Græcos, idololatria, quæ omni impietate est referta, nec ad commodum, sed ad perniciem humanæ vitæ introducta: age deinceps (vt oratio nostra pollicita fuit) demonstrata impostura, per iter veritatis ingrediamur, spectemusque ducem & opificem vniuersi, Patris verbum, vt per verbum verbi Patrem cognoscamus, sentiantque ethnici, quantum sese à veritate detorserint. Superiora quidem illa nihil esse præter vitæ errorem, demonstratio patefecit: ista autem veritatis via ad eum, qui reuera numen habendus est, scopum ostendit. Cæterum ad istius rei notionem, & accuratam perceptionem, non aliis opus est quam nobisipsis. Neque vt est ipse Deus super omnia, ita quoque & via, quæ ad illum tendit, procul, aut foris, extraque nos consistit, sed in nobis sita est, & initium eius a nobis inuestigari potest, quemadmodum & Moyses docuit his verbis: *Verbum fidei intra cor tuum est.* quod & Saluator noster significauit ac confirmauit dicens: *Regnum Dei intra vos est.* Quia enim in nobis habemus fidem, & Dei regnum, ideo possumus celeriter intelligere, & contemplari vniuersitatis regem, Patris scilicet salutare Verbum. Neq; causam aliquam prætendant Ethnici, qui idolis seruiunt, aut alius quispiã temerè sibi ipsi imponat, quasi expers istiusmodi viæ, ac methodi sit, ideoq; impietatis suæ prætextũ inueniat. Omnes enim eam viam insistimus, ipsumque iter tenemus: & si non omnes ea ire, sed prꝫterire studeant, eò quod inde à vitæ voluptatibus abstrahamur. Quod si ex me percuncteris, quænam illa sit via: dico eam vniuscuiusque animam esse, & in anima ipsam mentem. Per eam enim solum Deus spectari & intelligi potest,

ercepto, nisi vt quemadmodum Deũ inficiantur impii, ita animam quoque se habere inficientur, idque quã meritissimo dixerint. Non enim eorum est, qui mentem habent, eius autorem, opificemq; Deum abnegare. Quod autem quisque hominum mentem possideat, eamque rationalem, & id quoq; necessum est, vt paucis ostendatur, ob simpliciores: cum non desint, & potissimum ex hęreticis, qui hoc ipsum inficientur, credentes nihil amplius esse hominem, quam speciem illam corporis, quę in oculis apparet: id ideo a nobis fit, vt re demonstrata, illis ipsis ad clariorem idolorum refutationem vtamur. Principio igitur non tenue quoddam indicium rationem esse animam humanam, collegeris ex diuersitate quæ illi intercedit cum animalibus, quæ ratione carent. Ideo enim illa irrationalia natura cõsueuit appellare, eo quod genus hominum rationale sit. Deinde illud ad demonstrationem non vulgare momentum attulerit, quod solus homo, ea quæ extra se sunt, ratiocinetur, & cogitet: & quæ præsentia non sunt, animo complectatur: & rursus rationibus alias rationes accumulet, & iudicio, ex cogitatis quod optimum sit, deligat. Nam irrationalia sola, quæ præsentia sunt, obtuentur: & ad ea sola, quæ in oculis sunt, incitantur, etiam si postea, noxam inde sunt habitura. Homo vero non ad visa proripitur, sed ratione ea, quæ oculis apparent, diiudicat. Subinde igitur incitatus, vincit ratione, & cognitionibus habitis alias superaddit. Ac sentit quisq; (modò veri studio teneatur) aliud esse mentem, ac plane diuersum quiddam existere a corporalibus sensibus. Ac propterea illa, quæ sua est, & peculiaris natura sensuum est iudex: & quæ illi apprehenderint, ea ipsa discriminat, memoriaque repetit, illisque quid melius sit, ostendit. Oculorum enim solum est videre: & aurium, audire: oris, gustare: narium olfacere: manuum, tangere: sed quæ spectari, audiri, tangi, odorari debeant, sensuum non est, sed animi: ac tale iudicium a mente peragitur. Nam & gladium manus capere potest, & os venenum degustare, nec tamen an ista noceant, intellexerit, nisi mens diiudicet. Videtur autem istud (vt rem sub comparationis imagine contemplemur) assimile esse testudini bene concinnatæ, & musico perito, qui eam scite teneat. Vt enim in lyra nerui singuli habent peculiarem sonum, hic quidem grauem, iste acutum, ille intermedium, iste acutisonum, alius autem alium, sed tamen vt citra artificem indistincta sit eorum harmonia, promiscuaque compositio. Tunc enim Harmonia se pròdit, & recta compositio est, quum is qui lyram tenet, pulsauerit neruos, eosque concinne attigerit. Eodem modo sensibus in corpore, vt in testudine, coaptatis, quam artifex mens ducem se illis præbet, tum demum diiudicat anima, & cognitum habet, quid vel agat, vel quid faciat. Id solummodo proprium est hominis, eaq; ratio est in hominis anima, qua vtẽdo differt a brutis, ostẽditq; se aliud quiddam esse, prẽter ea quę oculis apparent. Quippe quũ homo non infrequẽter humi decũbente corpore, ea, quæ

ὁκοτὲ εἰ μὴ ὥσπερ τὸν θεὸν ἠρνήσαντο, οὕτω καὶ ψυχὴν ἔχειν παραιτήσονται εἰ ἀσεβεῖς. ἐκ τούτων τοῦτ' ἀπὸ τῶν ἄλλων λέγοντες. ὁ γὰρ ἐχόντων ἐστὶν οὐ λογιεῖσθαι τὰ τοιαῦτα πιστεύειν καὶ δημιουργὸν θεόν. ὅτι μὲν οὖν ἕκαστος ἀνθρώπων ψυχὴν ἔχει καὶ ταύτην λογικὴν, καὶ τοῦτ' ἀναγκαῖον ἐστι δεῖξαι διὰ ὀλίγων διὰ τὰς ἀκεραίους· ἐπὶ μάλιστα δὲ τινες ἀπὸ τῶν αἱρέσεων λογοποιοῦσι καὶ τοῦτο· οἰόμενοι μηδὲν ἄλλο εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ἢ τὸ φαινόμενον εἶδος τοῦ σώματος, ἵνα ταύτης διὰ χεῖρος, φανερώτερον δι' ἑαυτῶν, τὸ καθ' τῶν εἰδώλων ἔλεγχον ἔχῃ θωπεύωσι. πρῶτον μὲν οὖν ὀ μικρὸν γνώρισμα τοῦ λογικὴν εἶναι τὸν τῶν ἀνθρώπων ψυχὴν, ἐκ τοῦ πρὸς τὰ ἄλογα διαφέρειν αὐτήν. διὰ τοῦτο γὰρ ἐκεῖνα μὲν καλεῖν ἄλογα ἡ φύσις εἴωθεν. ἐπειδὴ τὸ ἀνθρώπων τὸ γένος ἐστὶ λογικόν. ἔπειτα ἢ τοῦτο πρὸς ἀπόδειξιν, ὁ τὸ τυχὸν αὐτὸ εἶη, ἐκ τοῦ μόνον τὸν ἄνθρωπον τὰ ἔξωθεν ἑαυτοῦ λογίζεσθαι καὶ ἐνθυμεῖσθαι τὰ μὴ παρόντα, καὶ πάλιν ἀπολογίζεσθαι καὶ κρίνειν τὸ κρεῖττον τῶν λογισμῶν αἱρεῖσθαι. τὰ μὲν γὰρ ἄλογα, μόνα τὰ παρόντα βλέπει καὶ πρὸς μόνα τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς ὁρμᾷ, κἂν μὴ ταῦτα τοῦ βλάβους ἔχῃ. ὁ δὲ ἄνθρωπος οὐ πρὸς τὰ βλεπόμενα ὁρμᾷ, ἀλλὰ τῷ λογισμῷ τὰ διὰ ὀφθαλμῶν ὁρώμενα κρίνει. πολλάκις γοῦν ὁρμήσας, κεκράτηκε τῷ λογισμῷ· καὶ λογισάμενος, πάλιν ἀπελογίσατο· καὶ αἰσθάνεται ἕκαστος ἐν τῇ ἀληθείας φίλος, ὅτι ἄλλος μέν ἐστι τοῦ σωματικὴν αἰσθήσεως ὁ τοῦ ἀνθρώπου νοῦς. διὰ τοῦτο γοῦν ὡς ἄλλος ὢν, αὐτῶν τοῦ αἰσθήσεων γίνεται κριτής· καὶ ὧν ἐκεῖνα ἀντιλαμβάνονται, ταῦτα οὐκ ἔστι διακρίνει, καὶ ἀναμιμνήσκει. καὶ δείκνυσιν αὐτῆς τὸ κρεῖττον. ὀφθαλμοῖς μὲν χάρ ἐστι μόνον τοῦ ὁρᾶν, καὶ ὠτων τοῦ ἀκούειν, καὶ στόμασος γεύεσθαι, καὶ ῥινὸς ὀσμῶν ἀντιλαμβάνεσθαι, καὶ χειρῶν τοῦ ἅπτεσθαι· ἄλλα [ὧν] δεῖ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν, καὶ ὧν ἅπτεσθαι δεῖ, καὶ γεύεσθαι, καὶ ὀσμᾶσθαι, οὐκέτι τῶν αἰσθητῶν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ ταύτης νοῦ διακρῖναι· ἀμέλει καὶ ξίφους λαβέσθαι δυνατὸν ἡ χεὶρ, καὶ δηλητηρίου γεύσασθαι τὸ ῥίμα, ἀλλ' οὐκ οἶδεν ὅτι βλάπτει ταῦτα, εἰ μὴ ὁ νοῦς διακρίνῃ· καὶ ἔοικέ γε τὸ τοιοῦτον, ἵνα ὅπερ εἰκόνος αὐτὸ θεωρήσωμεν λύρας καλῶς κατεσκευασμένης καὶ τῷ ταύτην κρατοῦντι μουσικῷ μελῳδοῦσης. ὡς γὰρ αἱ ἐν τῇ λύρᾳ νευραὶ ἑκάστη μὲν ἔχει τὸ ἴδιον φθόγγον, ἡ μὲν βαρὺν, ἡ δὲ ὀξὺν, ἡ δὲ μέσον ἢ δὲ ὀξύτονον, ἡ δὲ ἄλλον, ἀδιάκριτος δέ ἐστιν αὐτῶν ἡ ἁρμονία καὶ ἀδιάγνωστος ἡ σύνθεσις χωρὶς τοῦ διακρίνοντος· τότε γὰρ καὶ ἡ ἁρμονία αὐτὴ δείκνυται καὶ ἡ σύνταξις ὀρθὴ, ὅταν ὁ κατέχων τὴν λύραν συλλήβδην νευρὰς καὶ ἁρμονίας ἑκάστης ἅψηται), τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τῶν αἰσθήσεων ἐν τῷ σώματι ὡς λύρας ἡρμοσμένων, ὅταν ὁ διακρίνων νοῦς αὐτῶν ἡγεμονεύῃ, τότε καὶ διακρίνει ἡ ψυχὴ, καὶ οἶδεν ὃ ποιεῖ καὶ πράττει. τοῦτο γὰρ μόνον ἴδιον ἀνθρώπου ἐστὶ, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ λογικὸν τῆς ψυχῆς τοῦ ἀνθρώπου, ᾧ χρωμένη διαφέρει τῶν ἀλόγων, καὶ δείκνυσιν ὅτι ἀληθῶς ἄλλο τοῦ φαινόμενον ἐστιν ἐν σώματι, πολλάκις γοῦν κειμένου τοῦ σώματος

ὅπερ

ea, quæ in cælis sunt imaginetur & contempletur, ac subinde in ocio & quiete corporis, atq; adeo in ipso somno intus agitetur, & quæ foris sunt, spectet, peregre proficiscatur, regiones perambulet, notis occurrat, ac sæpicule inde fit, vt quid per diem ipsi sit euenturum, præsagiat: quæso te, quidnam istud aliud fuerit, si nõ anima rationalis fuerit, qua homo ratiocinatur & intelligit quæ supra se sunt? Quin & illud quoque spectauerit ad plenam refutationem eorum, qui etiamnum sese improbi auertunt ad eam opinionem, qua irrationabilitatem in homine constituunt? ab illis enim quærẽdum, qui fiat, vt corpore mortali secundum naturam, ea quæ immortalitatis sunt, cogitet homo, ac frequenter mortem gratia virtutis aduersus se prouocet? Aut quomodo item temporario corpore æterna meditetur, & contemptis quæ ante pedes sunt, ad æterna desiderium suum intendat? Corpus certe de se nihil tale cogitauerit, neque quę extra ipsum sunt, in cogitationes admiserit, vt est mortale, ac temporarium. Necessum est autem, diuersum id esse a corpore, quod contraria corpori, eiusque naturam excedentia meditetur. Quidnã igitur illud fuerit, nisi anima rationalis, morti inobnoxia? quippe quæ non foris, sed intus in corpore consistens, quæ veluti musica lyra, quod melius est, insonat. Aut qua ratione illud fit, vt oculus secundum naturam conditus ad vidẽdum, auriscque item ad audiendum, alia auersentur, alia deligant? Quis oculum a videndo retorquet? aut quis aurem, cuius officium naturale est audire, ab audiendo secludit? Quis gustum, cui ex natura est, vt sapores delibet, sæpe refrenata naturali impetu? Quis manum natam ad id, vt tangat, retrahit a tactu? Quis item olfactum, & ipsum quoq; genitum ad odorandum, auertit ab odoribus percipiẽdis? Quis ab istis, quæ sunt naturalium functionum deterret? aut quomodo fit, vt corpus, quod suę naturę est, exhorreat conuertaturque ad alterius consilia, & ad illius nutum aurigetur? Hæc enim uero nihil aliud, nisi animam esse rationalem declarant, imperantem corpori. Non enim corpus ad id natum est, vt equitet, sed vt ab alio inequitetur ac ducatur. Vt neque equus seipsum subiugat, sed a Domino suo adigitur. Quapropter leges sunt hominibus constitutæ, vt quæ bona sunt, agãt, ac mala auersentur. Irrationabilibus contra animantibus in cogitationem mala non veniũt, nec vlla censura diiudicantur, vt quæ rationis, intellectusq; expertia sint. Esse igitur animam rationalem in hominibus, superioribus dictis satis demonstratum arbitror. Quod autem immortalis sit anima, id quoque necessarium est cognoscere ex doctrina Ecclesiastica, quo conuinci possit, idola esse tollenda. Fiet autem istius rei cognitio propior, & quasi sub manum, ex corporis intelligentia, eiusque cum anima diuersitate. Si enim animam aliam esse a corpore, ratio demonstrauit, corpusque ex natura mortale est: necessum est animam immortalem esse, eo quod corpori similitudine non respondeat. Rursus si anima corpus mouet, vt demonstratum est, nec

ὅλη γῆς, τὰ ἐν οὐρανοῖς φαντάζεται καὶ θεωρεῖ ὁ ἄνθρωπος· καὶ πολλάκις τὸ σῶμα | ἡρεμοῦντος καὶ ἡσυχάζοντος, καὶ καθεύδοντος, κινεῖται ἔνδον ὁ ἄνθρωπος καὶ τὰ ἔξωθεν ἑαυτοῦ θεωρεῖ· χώρας ἀποδημῶν καὶ πατρῴων καὶ ἀπάντων τῶν γνωρίμων· καὶ πολλάκις διὰ τούτων, ἃς μεθ' ἡμέραν πράξας ἑαυτοῦ μανθάνομεν | καὶ διορθώσκωμεν· τοῦτο δὲ πῶς ἂν εἴη ἕτερον, ἢ ψυχὴ λογικὴ; ἐν ᾗ λογίζεται καὶ νοεῖ τὰ ὑπὲρ ἑαυτὸν ὁ ἄνθρωπος; καὶ τοῦτ' οὐκ ἂν εἴη πρὸς ἀποδεῖξιν ἀκριβὴς τοῖς ἔτι πρὸς ἀναίδειαν τὴν ἀλογίας πεφραγμένοις, πῶς τὸ σώματος θνητοῦ καὶ | φύσιν ὄντος λογίζεται ἄνθρωπος τὰ περὶ ἀθανασίας, καὶ πολλάκις ἑαυτῷ τὸν θάνατον ὑπὲρ ἀρετῆς προσκαλεῖται; ἢ πῶς προσκαίρου καὶ σώματος | καὶ ὄντος, τὰ αἰώνια φαντάζεται ἄνθρωπος· ὥστε τὸ μὲν ἐμποδὼν καταφρονεῖν, εἰς ἐκεῖνα δὲ τὸν πόθον ἔχειν; τὸ μὲν οὖν σῶμα οὐκ αὐτὰ περὶ ἑαυτοῦ τοιαῦτα λογίσηται· καὶ οὐκ αὖ τὰ ἔξωθεν ἑαυτοῦ λογίζοιτο. θνητὸν γὰρ καὶ προσκαιρόν ἐστιν. ἀνάγκη δὴ ἕτερον εἶναι τὸ τὰ ἐναντία καὶ παρὰ τὴν φύσιν τοῦ σώματος λογιζόμενον. τί οὖν αὖ εἴη τοῦτο πάλιν; ἡ ψυχὴ λογικὴ καὶ ἀθάνατος· καὶ γὰρ οὐκ ἔξωθεν, ἀλλ' ἔνδοθεν αὐτὴ τῷ σώματι ὡς ὁ μουσικὸς τῇ λύρᾳ ἐνηχεῖται κρείττονα. πῶς δὴ πάλιν καὶ φύσιν ὢν ὁ ὀφθαλμὸς εἰς τὸ ὁρᾶν, καὶ ἡ ἀκοὴ εἰς τὸ ἀκούειν, τὰ μὲν ἀποστρέφονται, τὰ δὲ αἱροῦνται; τίς γὰρ ὁ τὸν ὀφθαλμὸν τοῦ ὁρᾶν ἀποστρέφων; ἢ τίς τὴν ἀκοὴν καὶ φύσιν οὖσαν ἀκουστικὴν ἀποκλείει τοῦ ἀκούειν; ἢ τίς τὴν γεῦσιν καὶ φύσιν οὖσαν γευστικὴν, κωλύει πολλάκις τῆς φυσικῆς ὁρμῆς; τίς δὲ τὴν χεῖρα καὶ φύσιν οὖσαν εἰς τὸ ἐνεργεῖν, ὑπὲρ ἔχει τοῦ ψαύειν τινός; τίς δὲ τὴν ὄσφρησιν καὶ αὖ τὴν εἰς τὸ ὀδμᾶσθαι γλισχρὰν ἀποστρέφει τοῦ μὴ ἀντιλαμβάνεσθαι; τίς ὁ παῦσαι καὶ τῶν φυσικῶν τὸ σῶμα | ἐνεργῶν, ἢ πῶς τὸ σῶμα τὴν φύσιν ἀποστραφὲν, ὅπῃ στρέφεται πρὸς ἄλλα ἑτέρα συμβουλίας καὶ πρὸς τὰ ἐκείνου νεύματα ἰλιγγιοῖ πᾶν; ταῦτα γὰρ δὴ δεδεν ἕτερον. ἢ ψυχὴ λογικὴ ἀποδείκνυσιν ἡγεμονεύουσα τοῦ σώματος. δὲ γὰρ ἑαυτὸ τὸ σῶμα πέφυκεν ἐλαύνειν, ἀλλ' ὑφ' ἑτέρου ἄγεται καὶ φέρεται. ὥσπερ δὲ ἵππος ἑαυτὸν ὑποζύγνυσιν, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ κρατοῦντος ἐλαύνεται. διὰ τοῦτο γοῦν καὶ νόμοι μὲν ἀνθρώποις τὰ καλὰ μὲν πρᾶξαι, τὴν δὲ κακίαν ἀποστρέφεσθαι· τοῖς δὲ ἀλόγοις ἀλόγως τὰ κακὰ μὲν καὶ ἄκριτα, ἅτε δὴ τοῦ λογικοῦ καὶ τοῦ κατὰ λόγον διανοίας ἐκπίπτουσιν, εἰναι μὲν οὖν ψυχὴν λογικὴν ἐν ἀνθρώποις ἐκ τῶν προειρημένων νομίζω δεδεῖχθαι. ὅπῃ δὲ καὶ ἀθάνατος γέγονεν ἡ ψυχὴ, καὶ τοῦτο ἀναγκαῖον εἰδέναι ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ διδασκαλίᾳ πρὸς ἔλεγχον τοῦ εἰδώλων ἀναιρέσεως. γένοιτο δ' ἂν δὴ καὶ ἡ περὶ τούτων γνῶσις ἐγγυτέρω μᾶλλον ἐκ τοῦ περὶ τοῦ σώματος γνώσεως, καὶ [ἐκ] τοῦ πρὸς τὸ σῶμα διαλλάττειν αὐτήν. εἰ γὰρ ἄλλην ὁ λόγος ἀπέδειξε παρὰ τὸ σῶμα· ἔστι δὲ τὸ σῶμα φύσει θνητὸν, ἀνάγκη τὴν ψυχὴν ἀθάνατον εἶναι τῷ μὴ εἶναι κατὰ τὸ σῶμα. καὶ πάλιν εἰ ἡ ψυχὴ τὸ σῶμα κινεῖ ὡς δέδεικται, καὶ ἐκ τοῦ

ab alio mouetur: consequens est, ipsam a se moueri,& postquam corpus terræ inhumatum est, ipsam rursus a seipsa moueri. Non enim anima est quæ moritur, sed ob eius discessum, corpus moritur. Si igitur illa a corpore moueretur, consequens esset, discedente motore, ipsum mori. Quod si anima mouet corpus, multo magis necessum est, sibi seipsam motricem esse: & quia a se mouetur, necessarium est, eam post mortem corporis viuere ac superstitem esse. Motus enim animæ nihil aliud est, quam vita ipsius, vt omnino corpus viuere dicitur, quum mouetur, tumque in morte esse, quum a motu conquiescit. Id vero ex eius in corpore ipso, actu & facultate manifeste conspicias. Quum enim corpus ingressa est & colligata, non ad corporis exiguitatem contrahitur aut modificatur, sed sæpe corpore in lecto iacente sine omni motu, ipsa suis viribus excubat, transgrediturque corporis conditionem, & tanquam peregre ab eo discedens, manens tamen interim in corpore, quæ supra terram sunt, imaginatur & spectat: sæpe quoque extra terrena corpora Sanctis, & Angelis obuiam tendit, & ad eos pertingit, mentis sua puritate freta: Qui fieri poterit, vt eadē non multo magis absoluta a corpore (quum ille, qui eam ita copulauit Deus, voluerit) habeat liquidiorem immortalitatis cognitionem? Si enim antea colligata corpori, extrariam a corpore vitam viuebat, multo magis futurum est, vt a morte corporis superstitem habeat vitam, quæ in ea nunquam desitura est, idque eius opera, qui eam ita condidit Deus per suum Verbum Dominum nostrum Iesum Christum. Ideo enim & immortalia & sempiterna ratiocinatur & intelligit, quia & ipsa quoq; immortalis est. Nam vt corpus mortale, mortalia suis sensibus contemplatur: ita quoque immortalia contemplantem cogitantemque animam, necessum est & ipsam immortalem esse & perpetuo viuere, quippe quam immortalitatis cognitiones contemplationesque in ipsa residentes nunquam destituant, ac veluti intentiua quædam, ac fomenta ei securitatem certitudinemque immortalitatis concilient. Ideo certe diuinæ contemplationis vim intelligentiamque possidet, ipsaque sibiipsi vt via ac methodus quædam, non aliunde, sed ex seipsa verbi diuini scientiam apprehensionemque haurit, ac percipit. Dicimus igitur (vt antea dictum fuit) quod quemadmodū Deo abdicato inanimata colunt, ita quoq; se animam rationalem non habere arbitrantes, eam inde mercedem suæ vesaniæ referunt, vt in classe pecudum habendi videantur. Illi ergo veluti inanimes, & in inanimatis numinis dignitatem statuentes, digni sunt miseratione, & quos cupias apprehensa manu in viam deducere. Alioqui sese mentem animamque habere censent, & de possessione rationis superbiunt, quod quidem iure faciunt, cur tanquam impotes mentis & rationis, sine ratione impetus suos capiunt, & cur quæ sapere oportet, non sapiunt, sed se Deo præstantiores faciunt. ipsi enim immortalem animam habentes, quam

ὑπὸ ἄλλων αὐτὴ κινεῖται, ἀκόλουθόν ἐστιν ὑφ' ἑαυτῆς κινεμένην τὴν ψυχὴν, καὶ μὴ τὴν εἰς γῆν ἀποθεσιν τοῦ σώματος, κινεῖσθαι πάλιν αὐτὴν ἀφ' ἑαυτῆς. ἡ γὰρ ψυχὴ ἐστιν ἡ ἀποθνήσκουσα, ἀλλὰ διὰ τὴν ταύτης ἀναχώρησιν, ἀποθνήσκει τὸ σῶμα. εἰ μὲν οὖν ἐκινεῖτο καὶ αὐτὴ ὑπὸ τοῦ σώματος, ἀκόλουθον ἦν ἀναχωροῦσης τοῦ κινοῦντος, ἀποθνήσκειν αὐτήν. εἰ δὲ ἡ ψυχὴ κινεῖ τὸ σῶμα, ἀνάγκη μᾶλλον αὐτὴν ἑαυτὴν κινεῖν. ἑαυτὴ δὲ κινουμένη, ἐξ ἀνάγκης καὶ μὴ τοῦ σώματος θάνατον ζῇ. ἡ γὰρ κίνησις τῆς ψυχῆς, ἀΐδιόν ἐστιν, ἢ ἡ ζωὴ αὐτῆς. ὥσπερ ἀμέλει καὶ τὸ σῶμα τὸ ζῆν λέγομεν, ὅτι κινεῖται, καὶ τὸ θάνατον αὐτοῦ εἶναι, ὅτι τῆς κινήσεως παύεται. τοῦτο δὲ καὶ ἀπὸ τῆς ἐν σώματι καθάπαξ ἐνεργείας αὐτῆς, φανερώτερον ἄν τις ἴδοι. εἰ γὰρ καὶ ὅτε τὸ σῶμα ὑπεβέβηκε καὶ συνδέχεται τούτῳ, ἀκμὴν τὴν τοῦ σώματος σμικρότητα συστέλλεται καὶ συμμετρεῖται, ἀλλὰ πολλάκις ὑπὸ κλίνης τοῦτο κάμνον, καὶ [καὶ μὴ κινούμενον] ὡς ἐν θανάτῳ κοιμωμένου, αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν δυνάμεων χρηματοῦσα, καὶ ὑπερκαθαίρουσα τὴν τοῦ σώματος φύσιν. καὶ ὥσπερ ἀποδημοῦσα τοῦτο, μένουσα ἐν τῷ σώματι, τὰ ὑπὲρ γῆν φαντάζεται καὶ θεωρεῖ, πολλάκις δὲ καὶ τοῖς ἔξω τῶν γηΐνων σωμάτων ἁγίοις καὶ ἀγγέλοις συναντᾷ, καὶ πρὸς αὐτοὺς ἀφικνεῖται τῇ τοῦ νοὸς παῤῥησίᾳ καθαρότητι, πῶς οὐχὶ μᾶλλον καὶ πολλῷ πλέον ἀπολυθεῖσα τοῦ σώματος, ὅτι ὁ σωθήσεις αὐτὴν βούλεται θεὸς, φανερωτέραν ἕξει τὴν ἀθανασίας γνῶσιν; εἰ γὰρ καὶ συνδεθεῖσα σώματι τὴν ἐκτὸς τοῦ σώματος ζωὴν ἔζη, πολλῷ πλέον καὶ μὴ θάνατον τοῦ σώματος ζήσεται, καὶ παύσεται τοῦ ζῆν διὰ τοῦτο αὐτὴν ποιήσαντα θεὸν, διὰ τοῦ ἑαυτοῦ λόγου τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἀθάνατα καὶ αἰώνια λογίζεται καὶ φρονεῖ, ἐπειδὴ καὶ ἀθάνατός ἐστιν. καὶ ὥσπερ τοῦ σώματος θνητοῦ τυγχάνοντος, θνητὰ καὶ αἱ τούτου θεωροῦσιν αἰσθήσεις, οὕτως ἀθάνατα θεωροῦσα καὶ λογιζομένη τὴν ψυχὴν, ἀνάγκη καὶ αὐτὴν ἀθάνατον εἶναι καὶ ἀεὶ ζῆν. αἱ γὰρ περὶ τῆς ἀθανασίας ἔννοιαι καὶ θεωρίαι, οὐδέποτε αὐτὴν ἀφιᾶσι μένουσαν ἐν αὐτῇ· καθάπερ ἔκκαυμα ἐν αὐτῇ γινόμενον πρὸς ἀσφάλειαν τῆς ἀθανασίας. διὰ τοῦτο γοῦν καὶ τῆς περὶ θεοῦ θεωρίας ἔχει τὴν ἔννοιαν. καὶ αὐτὴ ἑαυτῆς γίνεται ὁδὸς, οὐκ ἔξωθεν, ἀλλ' ἐξ ἑαυτῆς λαμβάνουσα τὴν τοῦ θεοῦ λόγου γνῶσιν καὶ κατάληψιν. λέγομεν οὖν, καθάπερ εἴρηται πρότερον, ὥσπερ τὸν θεὸν ἠρνήσαντο, καὶ ἄψυχα θρησκεύουσιν, οὕτω καὶ τὴν ψυχὴν οὐκ ἔχειν λογικὴν νομίζοντες, αὐτὸ τοῦτο ἔχουσι τὸ θεοφρονεῖν τὴν ὑπολημμίαν ἐν ἀλόγοις καταριθμούμενοι· καὶ διὰ τοῦτο ὡς ἄψυχοι ἐν ἀψύχοις ἔχοντες τὴν δαιμονίαν, ἐλέους καὶ χειραγωγίας εἰσὶν ἄξιοι. εἰ δὲ ψυχὴν ἀξιοῦσιν ἔχειν, καὶ ὑπὲρ τὸ λογικὸν μέγα φρονοῦσιν, εἰκότως τοῦτο ποιοῦσιν, διατί ὡς μὴ ἔχοντες ψυχὴν τὸ θεοῦ λόγον παλαιοῦσι, καὶ οὐκ ἃ δεῖ φρονοῦσιν, ἀλλὰ κρείττονας ἑαυτοὺς [καὶ] τοῦ θείου ποιοῦσι· ψυχὴν γὰρ ἀθάνατον ἔχοντες, καὶ

μὴ

μὴ βλεπομένῳ αὐτοῖς, τὸ θεὸν ἐν τοῖς βλεπομένοις καὶ θνητοῖς ἀπεικάζουσιν; ἢ ὥσπερ ἀπέστησαν ἀπὸ τοῦ θεοῦ, οὕτως ἐπιστρέφουσι πάλιν πρὸς αὐτόν; δύανται γὰρ ὥσπερ ἀπεστράφησαν τῇ διανοίᾳ τὸν θεὸν, καὶ τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα ἀντὶ τῶν ὄντων εἰσπλάσαντες εἰς θεοὺς, ἅτινα ἀναβλύσαι τῷ νῷ τῆς ψυχῆς καὶ πάλιν ἐπιστρέψαι πρὸς τὸ θεόν. ἐπιστρέψαι δὲ δύανται, ἐὰν ὃν ἐνεδύσαντο ῥύπον πάσης ἐπιθυμίας ἀπόθωνται, καὶ τοσοῦτον ἀπονίψωνται, ἕως ἂν ἀποθῶνται πᾶν τὸ συμβεβηκὸς ἀλλότριον τῇ ψυχῇ. καὶ μόνῳ [αὐτῷ] ὥσπερ γέγονεν, ἀποδαίζωσιν· ἵν' ἅτινος ἐν αὐτῇ θεωρήσωσι τὸ τοῦ πατρὸς λόγον, καθ' ὃν καὶ γεγόνασιν ἐξ ἀρχῆς, δυνηθῶσι κατ' εἰκόνα γὰρ θεοῦ πεποίηται, καὶ καθ' ὁμοίωσιν γέγονεν, ὡς καὶ ἡ θεία σημαίνει γραφὴ ὅτι προσώπου τοῦ θεοῦ λέγοντος· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν:- ὅθεν ὅτι πᾶσα τὸ ἐπιχυθέντα ῥύπον τῆς ἁμαρτίας ἀφ' ἑαυτῆς ἀποτίθεται, καὶ μόνον τὸ κατ' εἰκόνα καθαρὸν φυλάττει, εἰκότως λαμπρυνθέντος τοῦτο, ὡς ἐν κατόπτρῳ θεωρεῖ τὴν εἰκόνα τοῦ πατρὸς τὸν λόγον· καὶ ἐν αὐτῷ τὸν πατέρα· ὅ καὶ ἔστιν εἰκὼν ὁ σωτὴρ λογίζεται. ἡ δὲ μὴ αὐτάρκης ἐστὶν, ἡ τοῦδε τῆς ψυχῆς διδασκαλία διὰ τὰ ἐπιβολοῦντα ταύτης ἔξωθεν τὸν νοῦν, καὶ μὴ ὁρᾶν αὐτὴν τὸ κρεῖττον· ἀλλ' ἔστι πάλιν καὶ ἀπὸ τῶν φαινομένων τὴν τοῦ θεοῦ γνῶσιν καταλαβεῖν, τῆς κτίσεως ὥσπερ γράμμασι διὰ τῆς τάξεως καὶ ἁρμονίας τὸν ἑαυτῆς δεσπότην, καὶ ποιητὴν σημαινούσης καὶ βοώσης. ἀγαθὸς γὰρ ὢν καὶ φιλάνθρωπος ὁ θεὸς, ἐπιμελητὴς τῶν ὑπ' αὐτοῦ γινομένων ψυχῶν· ἐπιδεὴς ἀόρατος καὶ ἀκαταλήπτος ἐστὶ τὴν φύσιν, ἐπέκεινα πάσης γενητῆς οὐσίας ὑπάρχων· καὶ διὰ τοῦτο ἔμελλε τὸ ἀνθρώπινον γένος ἀτυχεῖν τῆς περὶ αὐτοῦ γνώσεως· τῷ μὲν ἐξ οὐκ ὄντων εἶναι τὸ δὲ ἀγένητον, τοῦτο ἕνεκεν τῆς κτίσιν ὅτω διεκόσμησε τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ ὁ θεός· ἵν' ἐπιδεὴς τὴν φύσιν ἐστὶν ἀόρατος, καὶ οὐκ ἐκ τῶν ἔργων γινώσκεσθαι δυνηθῇ τοῖς ἀνθρώποις· οὐ γὰρ τῶν ἔργων πολλάκις ὁ τεχνίτης καὶ μὴ ὁρώμενος γινώσκεται· οἷόν τι λέγουσι περὶ τοῦ ἀγαλματοποιοῦ Φειδίου, ὡς τὰ τοῦτο δημιουργήματα οὐκ ἐκ τῆς συμμετρίας, καὶ τῆς πρὸς ἄλληλα τῶν μελῶν ἀναλογίας, ἐμφαίνειν οὐ μὴ παρόντα Φειδίαν τοῖς ὁρῶσιν, οὕτω δεῖ νοεῖν οὐκ ἐκ τοῦ κόσμου ταξέως τὸν τοῦτο ποιητὴν καὶ δημιουργὸν θεὸν, κἂν τοῖς τοῦ σώματος ὀφθαλμοῖς μὴ θεωρεῖται· ὁ γὰρ κατεχρήσατο τῇ ἀοράτῳ φύσει αὐτοῦ ὁ θεός· μήτις τοῦτο προφασιζέσθω, καὶ παντελῶς ἑαυτὸν ἄγνωστον τοῖς ἀνθρώποις ἀφῆκεν· ἀλλ' ὡς προεῖπον, ὅτω διεκόσμησε τῷ κτίσιν, ὥστε καὶ μὴ ὁρώμενον αὐτὸν τῇ φύσει, ὅμως ἐκ τῶν ἔργων γινώσκεσθαι· καὶ τοῦτο ἐμαυτοῦ φημι, ἀλλ' ἀφ' ὧν ἀπὸ τῶν θεολόγων [ἀνδρῶν] ἔμαθον, ὧν εἷς ἐστιν ὁ Παῦλος, „ Ῥωμαίοις μὲν γράφων ὅτω· Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ „ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα κα- „ θορᾶται:- Λυκάοσι δὲ παῤῥησιαζόμενος καὶ λέγων· „ Καὶ ἡμεῖς ὁμοιοπαθεῖς ἐσμὲν ὑμῖν ἄνθρωποι εὐαγγελιζόμενοι ὑμᾶς ἀπὸ τῶν ματαίων ἐπιστρέφειν ἐπὶ θεὸν ζῶντα, ὃς ἐποίησε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν

quam non vident, Deum rebus quæ videntur, & mortales sunt, assimilant: aut cur non quemadmodum a deo abscesserunt, ita ad Deum se referunt? Possunt enim sicuti mente auersi alienatique sunt a Deo, dum quæ non sunt, pro numinibus fingunt: ita intellectu animi sese euehere, & iterum cõuerti ad Deum. Reuerti autem possunt, si sordes concupiscentiæ, quas induerunt, abiiciant, ac eousque se eluant, donec omne, quod alienum animæ inhæserit, exuant, eamque ita (vt nata est) præstent, vt in ea Patris verbum rationemque (ad cuius similitudinem ab initio conditi sunt) speculari possint. Ad imaginem enim Dei creatus est homo, & ad eius similitudinem genitus, vt docet sacra scriptura, sub persona Dei ita loquentis: *Faciamus hominem secundum imaginem nostram.* Vnde, quum omnem effusam peccatis maculam exterserit, & nihil nisi exemplar, quod ad imaginem Dei cõditum est, purum seruauerit, merito iam tũ in eo, vt pote in splendorem redacto, quasi in speculo contemplatur imaginem Dei, Verbum scilicet siue rationem, vicissimq; in ipso Verbo Patrem (cuius Saluator imago est) animo concipit & cõgitat. Quod si animæ magisterium non sufficit, ob ea quæ aliunde mentem obscurant, impediuntque, quo minus meliora conspiciat, est tamen illi facultas ex iis quæ apparent, Dei cognitionem addiscere, rerum natura veluti literis per ordinem & harmoniam Dominum suum conditoremque indicante, & altissima voce protestante. Bonus enim quum sit deus & hominum amans, curatorq; animarum, quas condidit, sed tamen inuisibilis, & incomprehẽsibilis natura, & altior omnibus rebus creatis, vt homo in eo cognoscendo, frustra laboraret, eo quod ipse ex non ente ad essentiam prodierit, ille autem creatus non sit, ideo rerum naturam ita ratione instruxit, vt quamuis per naturam sit inuisibilis, ex operibus tamen cognosci possit. Sæpe enim ex operibus cognoscitur artifex, etiamsi in oculis non sit. Quemadmodum referunt de statuario Phidia, quem sua opera ex commensione, & proportione partium inter se, etiam absentem, extraq; contuitum positum repræsentarint: ita quoque ex mundi ordine eius opifex, & conditor Deus intelligendus est, tametsi corporeis oculis spectari nequeat. Non enim abusus est sua inuisibili natura Deus (ne quis hoc caussificetur) nec se ignotum hominibus prorsus reliquit: sed (vt dixi) ita instruxit rerum naturam, vt ipse tametsi natura esset inuisibilis, tamen ex operibus suis cognosceretur. Neque quod loquor, a me profectum est, sed ab hominibus rerum diuinarum peritis accepi, quorum vnus est Paulus, Romanis ita scribens: *Inuisibilia eius ex creatione mundi ipsis operibus intellecta perspiciuntur.* Et Lycaonibus ingenue loquens, hæc verba pronunciat: *Et nos homines sumus iisdem malis vobiscum obnoxij, Euangelizantes vobis, vt a vanis conuertamini ad Deum viuum, qui fecit cælum & terram*

& mare, & omnia quæ in eis sunt, qui superioribus seculis permisit omnes generationes suis viis incedere: quanquam seipsum intestatum incognitumq; non reliquit, dum benefacit, calitus nobis pluuias donans, & tempestates fœcundas, implens alimonia & lætitia corda nostra. Quis enim cælestem ambitum, cursum solis & lunæ, aliarumque stellarum situs, rotationesque actas in orbem, contrarias quidem & diuersas, sed tamẽ in diuersitate illa æqualiter ordinem suum seruantes, non secum ratiocinetur, illa non a seipsis creata esse, sed alium esse earum rerum conditorem gubernatoremque? Quis item solem conspiciens diurno tempore exorientem, lunam vero noctu apparentem, indemutabili lege pro certo numero dierum incrementa & decrementa sumere, ex sideribus alia discurrere, ac multipliciter cursus suos euariare, alia vero citra vagationem certo modo procedere: nõ animo colligat, omnino esse aliquem opificẽ, qui ista gubernet? Quis itẽ cernens contrarias inter se naturas, coaptatas tamen esse, & concordem harmoniam tenere: veluti quis videns ignem frigido, & siccum humido commixtum esse, atque hæc sibi inuicem non resistere, sed vnum quasi ex vno corpus absoluere: non secum cogitet, foris & seorsim esse eum ab istis, qui ista ad hunc modum coniunxerit? Quis oculis vicissim animaduertens, hyemem concedentem veri, ver æstati, æstatem autumno, eaq; inter se contraria: cum aliud infrigidet, aliud feruefaciat, aliud foueat, aliud corrumpat, omnia tamen ista æqualem innoxiumque vsum hominibus conficere: non consideret, esse aliquem istis præstantiorem, qui omnibus æqualitatem præbeat, omniaq; gubernet, quãquam sub oculos nostros non veniat? Quis spectans in aere nubes ferri, & in nubibus pondus aquarum colligatum, non cognitionem concipiat de eo, qui eas res colligauit, cuiusque iussu hæc omnia fiunt? Aut quis cõsiderans ipsam terram natura grauissimam in aqua stabiliri: immotãque cõsistere in re suapte natura agitabili, non secũ expendat esse aliquem, qui hæc ita disposuerit & fecerit, Deum? Quis rursus videns suis tẽporibus terrę fœcunditatem, ac pluuias cęlestes, amnium affluxus, fontium scaturigines, animalium ex diuersis sexibus fœturas: eaq; non semper, sed certis temporum vicibus fieri. In summa quis animaduerso, in dissimilibus, contrariisque parem simílemque ordinem ex illis conflari, non animo ratiocinetur, vnam esse vim potentiamque, quæ ista dispenset, & gubernet? pro cuius arbitrio, omnia ita rite in eo statu perseuerant? Ipsa enim per se nunquam vel constiterint, vel apparuerint, ob mutuam, quæ in illis est, naturæ discordiam. Aqua enim per se grauis est, & deorsum fluit: nubes contra leues, & ex eo numero rerum quæ agiles sunt, sursumque feruntur, nihilominus tamen aquam quæ ponderosior est, in nubibus per aerem circumferri. Ac rursus terram omnium grauissimam esse, rursus vero aquam hac leuiorem, tamen grauius a leuiori portari, nec

θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς· ὃς ἐν τοῖς παρω- "
χημέναις γενεαῖς ἐάσας πάντα τὰ ἔθνη πορεύεσθαι "
ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν. καίτοι οὐκ ἀμάρτυρον ἑαυτὸν ἀφῆ- "
κεν ἀγαθουργῶν· οὐρανόθεν ὑμῖν διδοὺς ὑετοὺς καὶ "
καιροὺς καρποφόρους, ἐμπιπλῶν τροφῆς καὶ εὐ- "
φροσύνης ταῖς καρδίας ὑμῶν. Τίς γὰρ ὁρῶν τὸν "
ἀφανοῦς κύκλον καὶ τὸν δρόμον ἡλίου καὶ σελήνης, "
καὶ τῶν ἄλλων ἀστέρων ταῖς θέσεις καὶ τὰς ἀνατολὰς, "
ἐναυλίας μὲν καὶ διαφόρους γινομένας, ἐν δὲ
τῇ διαφορᾷ, ὁμοίαν τὴν τάξιν ἅπαντων ὁ-
μοῦ σωζομένην, οὐκ ἐνθυμεῖται, ὅτι οὐκ αὐτὰ
ἑαυτὰ, ἀλλ' ἕτερός ἐστιν ὁ διακοσμῶν [αὐτὰ] παν-
τὸς; τίς δὲ ὁρῶν ἥλιον ἀνατέλλοντα καθ' ἡμέραν,
σελήνην δὲ φαίνουσαν καὶ νύκτα, καὶ φθίνουσαν,
καὶ πληρουμένην ἀπαραλλάκτως κατὰ τὸν τῶν ἡ-
μερῶν ἀριθμὸν ἅπαντος ἀεὶ μηνὸς· καὶ τῶν ἄστρων, τὰ μὲν
διατηρεῖ καὶ ποικίλως ἐναλλάττοντα τοὺς δρό-
μους, τὰ δὲ ἀπλανῶς κινούμενα, οὐκ ἂν ἔννοιαν
λάβοι, ὅτι πάντως ἐστὶν ὁ κυβερνῶν αὐτὰ δημιουρ-
γός; τίς ὁρῶν τὰ ἐναντία τῇ φύσει συνημμένα, καὶ
σύμφωνον ἔχοντα τὴν ἀρμονίαν, οἷόν τις ἰδὼν πῦρ
ψυχρῷ, καὶ ξηρὸν ὑγρῷ κεκραμμένον, καὶ πῶτα
μὴ ἀντιστατοῦντα πρὸς ἄλληλα, ἀλλ' ἐν ἀποτε-
λοῦντα ὡς ἐξ ἑνὸς τὸ σῶμα, οὐκ ἂν ἐνθυμηθείη
ἔξωθεν εἶναι τούτων τὸν ταῦτα συνάψαντα; τίς
ἰδὼν χήμωνα πρὸς χωροῦντα ἔαρι, καὶ ἔαρ θέρει,
καὶ θέρος μετοπωρῳ, καὶ ὅτι ἐναντία [ὄντα] ταῦτα
τῇ φύσει. τὸ μὲν γὰρ ψύχει, τὸ δὲ καίει· τὸ δὲ τρέφει,
τὸ δὲ φθίνει, ὅμως τὰ πάντα ἴσως καὶ ἀβλαβῆ τοῖς
αὐθρώποις ἀποτελοῦντα τὴν χρῆσιν, οὐκ ἂν ἐν-
νοήσειεν, ὅτι ἔστι τις κρείττων τούτων, ὁ τὴν ἰσότητα
παρέχων πᾶσι καὶ κυβερνῶν τὰ πάντα, καὶ μὴ
βλέπῃ θεόν; τίς ὁρῶν ἐν ἀέρι τὰς νεφέλας ὑποβα-
στάζομένας, καὶ ἐν νεφέλαις τὸν τῶν ὑδάτων δεδεῖ-
σθαι βαρύτητα, οὐκ ἔννοιαν λαμβάνει τὸ ταῦτα δή-
σαντος καὶ περιέξαντος γνώσεως; ἢ τίς ὁρῶν αὖ τὴν
τὴν γῆν βαρυτάτην οὖσαν τῇ φύσει ὅμως τὸ ὕδωρ
ἐδραθέσαν καὶ ἀκίνητον μένουσαν ὑπὸ τῆς φύσει κι-
νούμενον, οὐ διανοηθήσεταί τινα τὸν ταύτην
διατάξαμενον καὶ ποιήσαντα θεόν; τίς ἰδὼν
τὸν καιρὸν τῆς γῆς καρποφορίαν, καὶ ὀρανόθεν
ὑετοὺς καὶ ποταμῶν ὑπερροίας, καὶ πηγῶν ἀναβλύσεις
καὶ ζώων ἐξ ὁμοίων γενεὰς, καὶ ταῦτα
οὐκ ἀεὶ, ἀλλὰ κατὰ καιροὺς ὡρισμένους γινό-
μενα· καὶ ὅλως τίς καταμάθοι ἐν ὁμοίοις καὶ
ἐναντίοις τὴν ἴσην καὶ ὁμοίαν παρ' αὐτῶν ἀποτε-
λουμένην τάξιν, οὐκ ἂν ἐνθυμηθείη, ὅτι ἔστι μία
δυνάμις ἡ ταῦτα διακοσμήσασα, καὶ διέπουσα ὡς
ἂν αὐτῇ δοκῇ μένουσα καλῶς. αὐτὰ μὲν γὰρ καθ'
ἑαυτὰ, οὐκ ἂν συστῇ καὶ φανεῖεν ποτε διαμηθεῖσα,
διὰ τὴν πρὸς ἄλληλα τῆς φύσεως ἐναντιότητα. τὸ
μὲν γὰρ ὕδωρ φύσει βαρὺ καὶ κάτω ῥέον ἐστίν· αἱ δὲ
νεφέλαι κοῦφαι καὶ τῶν ἐλαφρῶν καὶ τῶν αἰω-
φερῶν τυγχάνουσι· καὶ ὅμως τὸ βαρύτερον ὕδωρ
ὁρῶμεν ἐν ταῖς νεφέλαις βασταζόμενον. καὶ πά-
λιν ἡμὲν γῆ βαρυτάτη ἐστί· τὸ δ' αὖ πάλιν ὕδωρ

κουφότερόν ἐστι ταύτης, καὶ ὅμως ὑπὸ τῶν ἐλαφροτέρων τὸ βαρύτερον βαστάζεται, καὶ ὁ καταφερε-

τὴν,

τα, ἀλλ' ἔστηκεν ἀκίνητος· ἡ γῆ· καὶ τὸ μὲν ἄῤῥεν
ἐ τοῦτόν ἐστι τῷ θέλει, καίτοι ὅμως εἰς ἓν συνάγεται,
καὶ μία περ ἀμφοτέρων ἀποτελεῖται γένεσις τοῦ
ὁμοίου ζώου. καὶ συνελόντι φάναι, τὸ ψυχρὸν τῷ
θερμῷ ἐναντίον ἐστί· καὶ τὸ ὑγρὸν τῷ ξηρῷ μάχε-
ται, καίτοι ὅμως [συνελθόντα,] διασταζῇ πρὸς ἑαυ-
τά, ἀλλ' ἐξ ὁμονοίας, ἓν σῶμα καὶ πᾶν πάντων γέ-
νεσιν ἀποτελοῦσιν. οὐκ ἂν οὖν μαχόμενα καὶ ἐναν-
τία ὄντα τῇ φύσει ἑαυτοῖς συνήγαγον, εἰ μὴ κρείτ-
των ἦν καὶ κύριος ὁ συνδήσας αὐτά· ᾧ καὶ αὐτὰ
τὰ στοιχεῖα, ὥσπερ δοῦλα δεσπότου ὑπακούοντα,
ἔτι καὶ πείθεται. καὶ οὐκ εἰς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἕ-
καστον σκοπεῖν ἀντιμάχεται πρὸς τὸ ἕτερον· ἀλλὰ
τὰ συνδήσαντα κύριον γινώσκοντα, ὁμόνοιαν ἔχου-
σι πρὸς ἑαυτά. φύσει μὲν ὄντα ἐναντία, τῇ τῆς τέ-
χνης δὲ κυβερνῶντος βουλήσει φιλιάζοντα· ἐπεὶ εἰ μὴ κρείττο-
νι προσήκει ἐγεγόνει τὰ τῶν μία κρίσις, πῶς ἂν τὸ
βαρὺ τῷ ἐλαφρῷ, ἢ τὸ ξηρὸν τῷ ὑγρῷ, ἢ τὸ φέ-
ρεσθαι τῷ ὀρθῷ, ἢ τὸ πῦρ τῷ ψυχρῷ, ἢ ὅλως ἡ θά-
λασσα τῇ γῇ, ἢ ὁ ἥλιος τῇ σελήνῃ, ἢ τὰ ἄστρα τῷ
ἀέρι, καὶ ὁ ἀὴρ ταῖς νεφέλαις ἐμίγη καὶ συνῆλ-
θεν, ἀνομοίου οὔσης τῆς ἑκάστου πρὸς τὸ ἕτερον
φύσεως· ἔμελλε γὰρ καὶ μεγάλη στάσις γίνεσθαι
πρὸς αὐτά· τὰ μὲν, καίοντος· τὰ δὲ ψύχοντος
καὶ τὰ μὲν βαρέως κάτω, τὰ δὲ κούφου οὐκ τῶν
ἐναντίων ἄνω ἕλκοντος· καὶ τὰ μὲν ἡλίου φωτί-
ζοντος, τὰ δὲ ἀέρος σκοτίζοντος· καὶ γὰρ καὶ τὰ
ἄστρα ἐστασίασαν ἂν πρὸς ἑαυτά· ὅτι τὰ μὲν ἀνω-
τέρω, τὰ δὲ καταδεεστέρω τιμὴν ἔχει· καὶ ἡ νὺξ δὲ
οὐκ ἂν παρεχώρησε τῇ ἡμέρᾳ, ἀλλὰ ἔμενεν ἂν
πάντως μαχομένη πρὸς αὐτὴν καὶ στασιάζουσα.
ἑτέρων δὲ γινομένων, λοιπὸν ἓν ἰδεῖν, οὐκέτι κόσμον
ἀλλ' ἀκοσμίαν· οὐκέτι τάξιν, ἀλλ' ἀταξίαν, οὐκέ-
τι σύστασιν, ἀλλ' ἀσύστατον ὅλον· οὐκέτι μέτρα, ἀλλ'
ἀμετρίαν. τῇ γὰρ ἑκάστου στάσει καὶ μάχῃ, ἡ πάντα
ἀνηρωῦτο, ἢ τὸ κρατέμενον μόνον ἐφάνετο. Καὶ
τοῦτο πάλιν τὸ τοῦ παντὸς ἀκοσμίαν ἐδείκνυε· μόνου
γὰρ γιγνόμενον καὶ λειπόμενον τῇ τῶν ἄλλων χρείᾳ, ἀν-
αρμοστον τὸ ὅλον ἐποίει. ὥσπερ εἰ καὶ μόνος πούς, ἢ
μόνη χεὶρ ἀπομείναιεν, οὐκ ἂν ἔσωσεν ὁλόκληρον
τὸ σῶμα. πῶς γὰρ κόσμος ἦν εἰ μόνος ἥλιος ἔφαι-
νεν; ἢ σελήνη μόνη ἐπολει, ἢ νὺξ μόνη ἦν, ἢ ἡμέ-
ρα ἀεὶ ἐτύγχανε. ποία δὲ πάλιν ἦν ἁρμονία, εἰ
μόνος ἦν ὁ οὐρανὸς χωρὶς τῶν ἄστρων, ἢ τὰ ἄστρα χω-
ρὶς τοῦ οὐρανοῦ; τί δὲ χρήσιμον, εἰ μόνη θάλασσα
ἦν, ἢ εἰ μόνη γῆ χωρὶς ὑδάτων καὶ τῶν ἄλλων τῆς κτί-
σεως μερῶν ἔκειτο; πῶς δ' ἂν καὶ ἄνθρωπος ἐφάνη, ἢ
ὅλως ζῶον ἐπὶ γῆς τῶν στοιχείων πρὸς ἑαυτὰ στασια-
ζόντων, καὶ ἑνὸς ὄντος τοῦ κρατοῦντος καὶ μὴ δυναμένου
πρὸς τὴν τῶν σωμάτων σύστασιν ἀρκεῖν; οὐκ ἂν γὰρ οὐκ
μόνον θερμοῦ, ἢ μόνου ψυχροῦ, ἢ μόνου ὑγροῦ ἢ ξηροῦ
συστῆναι τῶν ἄλλων, ἀλλ' ἦν ἄτακτα πάντα καὶ ἀσυμ-
φυῆ καθόλου. ἀλλ' ὁ ἂν αὐτὸ τοῦτο δοκοῦν κρατεῖν,
ἠδυνήθη ἂν συσῆναι χωρὶς τῶν ἄλλων ὑπάρχον μέ-
νος. ὅτῳ γὰρ καὶ νῦν συνέστηκεν. ἐπεὶ οὖν οὐκ ἀταξία,

subsidere, sed terram immobilem consistere. Masculus item non idem est, quod fœmina, tamen in vnum conciliantur, vnaque ab ambobus similis animantis procreatio conficitur. Et vt compendio dicam, frigidum calido infestum est, humidum sicco repugnat, ob id tamen postquam conuenerint, nihilo magis inter sese seditionibus laborant, sed ex concordia vnum corpus & rerum omnium procreationem constituunt. Non igitur pugnantia & cõtraria ex ipsa natura in vnum coalescerent, nisi A præstantior aliquis esset, & Dominus, qui ea coniungeret, cui & ipsa elementa, tanquam ancillæ dominæ suæ obsequentes, cedunt, & obtemperant. Non enim singula ad suam ipsorum naturam respectantia, cum aliis depugnant, sed eum, qui ea ita coagmentauit, Dominum agnoscentia concordiam inter se fouent: & naturaliter quidem inter se contraria, gubernatoris tamen voluntate, in amicitiam conciliantur. Quandoquidem nisi potentioris alicuius iussu, in vnum omnia temB perate coaptarentur, quomodo grauia leuibus, sicca humidis, rotunda directis, ignis frigido, aut denique mare telluri, sol lunæ, astra cælo, aer nubibus, vel misceretur vel coiret? quum vnumquodq; dissimilem naturam cum altero sortiatur? Magna enim seditio fieret inter illa, quum ista incenderent, illa frigefacerent. grauia deorsum, leuia contra sursum contenderent, sol illustraret, aer obscuraret. Quin & stellæ inter se seditionem agitarent eo quod aliæ superiorem, aliæ inferiorem situm haberent, imo verum ne nox quidem diei concederet, C sed suum locum retinens, cum eo dissidio pugnaque decertaret. Quæ si fierent, reliquum esset, vt non mundum, hoc est digestum quid, sed confusionem: non ordinem, sed disturbationem: nõ stabile quid, sed instabilitatem: non conuenientiam, sed disconuenientiam videremus. Singulorum enim discordia & pugna, aut omnia prorsus tollerentur, aut sola (quę victoria præualerent) supereesset. Et id quoque vniuersitatis indigestionem commõstraret, quum id quod solum vnumque relinqueretur, ab aD liorum vsibus spoliatum, vniuersitatem rerum inconcinnam efficeret. Veluti si solus pes, aut sola manus residua sit, fieri nequit, vt seruetur incolumis corporis forma. Nam qualis (quęso) mundus esset, si tantũmodo sol appareret, aut luna dũtaxat circumferretur, aut nox sola, aut dies perpetuus existeret? Qualis rursus harmonia, si tantummodo cælum sit sine vllis stellis, aut stellę sine cælo? Quid vtile, si solum mare in rerum natura inueniretur, aut terra sine aquis aliisq; naturæ partibus iaceret? Quomodo aut homo, aut vllum omnino in terris animal prodiisset, elementis inter se seditione sęuientibus, E & vno duntaxat prædominante, neque tamen eo ipso ad corporis constitutionẽ satis efficaci? Non enim ex solis calidis, aut ex solis frigidis, aut solis humidis aut siccis, aliquid omnino cõponitur. ita enim omnia omnino incomposita, inordinataq; essent: sed neq; idipsum, quod prædominaturum cæteris videretur, cõsistere per se sine aliorum adminiculo posset, siquidẽ ideo omnia etiamnũ cõsistunt, quia nõ inordinatio,

ſed ordo eſt in omnibus: neq; diſconuenientia, ſed cõuenientia: neq; rudis indigeſtio, ſed mũdus (qui nihil aliud eſt, niſi cõgruens vndecunque diſpoſitio.) Neceſsũ eſt igitur reputare atque cognoſcere eũ Dominũ, qui iſta in vnum coegit, & concentũ iſtũ, cõgruentiamq; iniunxit. qui tametſi oculis non conſpiciatur, ab ordine tamen congruentiaq; rerũ diſſidentium, cum intelligere poſſumus iſtorũ omniũ principẽ, ducẽ & regẽ eſſe. Vt enim ſi videas ciuitatẽ ex multis variiſq; hominibus conſtantẽ, paruis, magnis, opulẽtis, pauperibus, ſenibus, iunioribus, maribus, fœminis, bono ordine, rectaque diſciplina coli: eoſq; qui ibi degunt, tametſi diuerſos inter ſe, animo tamen conſentire: neque opulentiores contra pauperes, neque magnos contra paruos, neq; iuuenes cõtra ſenes inſurgere, ſed omnes æqualitate iuris pacem tueri: ſi hæc inſpiciamus, fieri nequit, quin in mentem veniat, principis inibi præſentia hãc concordiã foueri, tametſi ille in conſpectũ non prodeat, quũ immodeſtia pro ſigno habeatur, ſine capite Rẽpublicam eſſe: ordo autẽ contra principis curã moderationemq; demõſtret. Vt enim quũ in corpore membrorũ inter ſe congruentiã videmus, neq; oculos cũ auribus pugnare, neque manus contra pedes ſeditionẽ mouere, ſed vnũ quodq; proprium perficit negotium abſq; ſeditione: prorſus ex illo ipſo intelligimus, eſſe animam in corpore, quæ iſta ad iſtum modum temperet ac regat, etiamſi illa oculis nõ pateat: Ita quoq; vniuerſitatis iſtius ordine & harmonia, neceſſe eſt, vt animaduertamus, omnium iſtorum principem eſſe Deum, eumq; vnum, & non plures. Nam ille diſpoſitionis ordo, & rerum omnium cõſentiens harmonia, non multos, ſed vnum ſibi ducem principemq; eſſe declarat, nimirum Verbum Dei. Nõ enim, ſi plures eſſent rerum naturæ principes, ſeruaretur eiuſmodi vniuerſitatis ordo, ſed omnia confuſa & inordinata forent propter multos iſtos: cum vnuſquiſq; omnia ad ſuum arbitrium traheret, & cum alieno depugnaret. Vt enim diximus multitudinem numinum, nullitatem eſſe numinum: ita quoq; neceſſum eſt, multitudinem principum id efficere, vt nullus eſſe princeps videatur (cum enim quiſq; alterius regnũ tollebat, nullus reliquus conſpiciebatur princeps) ſed interregnum potius ſine capite erat. Vbi autem princeps non eſt, ibi prorſus diſturbatio naſcitur. E diuerſo, in multis iiſq; diuerſis ordinis & cõcordiæ obſeruantia vnum quoque moderatorem oſtendit. Vt ſi quis e longinquo citharam audiat, ex multis & diuerſis neruis compoſitam, & ex iis concentus harmoniam admiretur, quod non ſolum grauis ſuum ſonum abſoluit, neque ſolus acutus, neque ſolus medius, ſed omnes pariter pari modo inter ſe conſonãt, plane ex eo intellexerit, non a ſeipſa citharam moueri, aut a pluribus pulſari, ſed vnum eſſe Muſicum, qui vniuſcuiuſque nerui vocem ex arte ad concentum harmoniæ miſceat, etiamſi illum non contueatur: ita quoque ex conſona vbique & concinna mundi diſpoſitione, nec ſuperioribus contra inferiora, neq; inferiorib. cõtra ſuperiora inſurgẽtibus, ſed

ἀλλὰ τάξις ἐστὶν ἐν τῷ παντὶ, καὶ οὐκ ἀμετρία, ἀλλὰ συμμετρία, καὶ οὐκ ἀκοσμία, ἀλλὰ κόσμος ἐκ κόσμου παναρμονίου συνέξεις, ἀνάγκη λογίζεσθαι καὶ λαμβάνειν ἔννοιαν τὸν τὰ ὅλα συναγαγόντος καὶ συσφίγξαντος, ἐκ συμφωνίαν ἐργαζομένου πρὸς αὐτὰ δεσπότην. κἂν γὰρ μὴ τις ὀφθαλμοῖς ὁρᾷ τοῦτον, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τάξεως καὶ συμφωνίας τῶν ἐναντίων, ἐννοεῖν ἐστι τὸν τούτων ἄρχοντα καὶ κοσμήτορα καὶ βασιλέα. ὥσπερ γὰρ πόλιν ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων ἀνθρώπων συνισῶσαν, μικρῶν καὶ μεγάλων, καὶ πλουσίων καὶ πενήτων, καὶ πάλιν γερόντων καὶ νεωτέρων, καὶ ἀρρένων καὶ θηλέων εἰ θεωρήσαιμεν διάκτως οἰκουμένην· καὶ τὰς ἐν αὐτῇ διαφόρους μὲν ὄντας, ὁμονοοῦντας δὲ πρὸς ἑαυτὰς, καὶ μήτε τὰς πλουσίους κατὰ τῶν πενήτων, μήτε τὰς μεγάλους κατὰ τῶν μικρῶν, μήτε τὰς νέους κατὰ τῶν γερόντων γινομένας, ἀλλὰ πάντας κατὰ τὴν ἰσομοιρίαν ἐιρωνεύοντας. εἰ ταῦτα βλέποιμεν, πάντως ἐννοοῦμεν, ὅτι ἔχοντος παρουσίαν τὴν ὁμόνοιαν πτοιζανόμεθα, κἂν μὴ ὁρῶμεν αὐτόν. ἡ μὲν γὰρ ἀταξία ἀναρχίας ἐστὶ γνώρισμα· ἡ δὲ τάξις τὸν ἡγεμονεύοντα δείκνυσι. ἐκ γὰρ τοῦ ἐν τῷ σώματι τῶν μελῶν συμφωνίαν ὁρῶντες, ὅτι ἐμάχετο ὁ ὀφθαλμὸς τῇ ἀκοῇ, οὐδὲ ἡ χεὶρ τῷ ποδὶ ἐφαπτόμενον, ἀλλ' ἕκαστον τοῦ ἰδίαν δεσπότιδος χρείαν ἀφαπτόμενον, ἐννοοῦμεν ἐκ τούτου πάντως εἶναι ψυχὴν, ἐν τῷ σώματι, τοῦ τούτων ἡγεμονεύουσαν, κἂν μὴ βλέπωμεν αὐτόν. ὅτως ἐν τῇ τῶν παντὸς τάξει καὶ δέμονία, τοῦ τῶν παντὸς νοεῖν ἡγεμόνα ἀνάγκη θεόν· ἐκ τοῦ ἕνα καὶ οὐ πολλούς· καὶ ἡ τάξις ἡ αὐτὴ τῆς διακοσμήσεως· καὶ ἡ τῶν πάντων μετ' ὁμονοίας δέμονία, οὐ πολλοὺς ἀλλ' ἕνα τὸν αὐτῆς δεσπότην καὶ ἡγεμόνα δείκνυσι λόγον. οὐκ ἂν γὰρ εἴπερ ἦσαν πολλοὶ τῆς κτίσεως δεσπόται, ἐσώζετο ποιαύτη τάξις τῶν πάντων, ἀλλ' ἴσως πάλιν ἄτακτα πάντα διὰ τοὺς πολλοὺς ἕλκοντος ἑκάστου πρὸς τὸ ἑαυτοῦ βλέπειν [τὰ] πάντα, καὶ μαχομένου πρὸς τὸν ἕτερον. ὥσπερ γὰρ ἐλέγομεν τὸ πολυθεότητα ἀθεότητα εἶναι, ὅτως ἀνάγκη τὸ πολυαρχίαν ἀναρχίαν εἶναι. ἑκάστου γὰρ τὸ τοῦ ἑτέρου δεσπότου ἀναιροῦντος, οὐδεὶς ἐφαίνετο λοιπὸν ὁ δεσπότης, ἀλλ' ἴσως ἀναρχία πᾶσι πᾶσιν. ἔνθα δὲ μή ἐστιν ἄρχων, ἐκεῖ πάντως ἀταξία γίνεται. καὶ ἔμπαλιν ἡ τῶν πολλῶν καὶ διαφόρων μία τάξις καὶ ὁμόνοια, ἕνα καὶ τὸν ἄρχοντα δείκνυσι. καθάπερ εἴ τις πόρρωθεν ἀκούει λύρας ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων νεύρων συγκειμένης, καὶ θαυμάζοι τούτων τὴν ἁρμονίαν τῆς συμφωνίας, ὅτι μὴ μόνον ἡ βαρεῖα τὸν ἦχον δεσπόζει, μὴ δὲ μόνη ἡ ὀξεῖα· μὴ δὲ μόνη ἡ μέση· ἀλλὰ πᾶσαι πρὸς τὴν ἴσην ἀντίστασιν ἀλλήλαις συνηχοῦσι, καὶ πάντως ἐκ τούτων ἐννοεῖ, ἐχ ἑαυτὴν κινεῖν τὸν λύραν, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ πολλῶν αὐτὴν τύπτεσθαι· ἕνα δὲ εἶναι μουσικὸν τὸν ἑκάστης νεύρας ἦχον, πρὸς τὴν ἐναρμόνιον συμφωνίαν κεραννύοντα τῇ ὄψει μὴ, κἂν μὴ τὸν βλέπῃ· ὅτω παναρμονίου ὄντος τοῦ τάξεως ἐν τῷ κόσμῳ παντὶ καὶ μήτε τὰ ἄνω πρὸς τὰ κάτω· μήτε τὰ κάτω πρὸς τὰ ἄνω ξενιαζόντων· ἀλλὰ

ἀλλὰ μιᾶς τῶν πάντων ἀποτελουμένης τάξεως, ἵνα καὶ μὴ πολλοὺς νοεῖν, ἀκόλουθόν ἐστι τὸν ἄρχοντα καὶ βασιλέα πάσης [τῆς] κτίσεως τὸν τῷ ἑαυτοῦ φωτὶ πάντα καταλάμποντα καὶ κινοῦντα· οὐδὲ γὰρ πολλοὺς εἶναι δεῖ νομίζειν τοὺς τῆς κτίσεως ἄρχοντας καὶ ποιητάς, ἀλλὰ περὶ εὐσέβειαν ἀκεραίαν καὶ ἀληθῆ, ἕνα τὸ τοῦτο δημιουργὸν πιστεύειν προσήκει· ἔστι τοῦτο τῆς κτίσεως αὐτῆς ἐμφανῶς δεικνυούσης. γνώρισμα γὰρ ἀσφαλὲς τοῦ ἕνα τὸν ποιητὴν εἶναι τοῦ παντός ἐστι τοῦτο, τὸ μὴ πολλούς, ἀλλ' ἕνα εἶναι τὸν κόσμον. εἰδὴ γάρ, εἴπερ ἦσαν πολλοὶ θεοί, πολλοὺς εἶναι καὶ διαφόρους τοὺς κόσμους· οὔτε γὰρ ἔπρεπε τοὺς πολλοὺς ἕνα κόσμον κατασκευάζειν, ὅτι τὸν ἕνα ὑπὸ πολλῶν ποιεῖσθαι διὰ τὰ ἐκ τούτων δεικνύμενα ἄτοπα. πρῶτον μὲν ὅτι, εἰ ὑπὸ πολλῶν ὁ εἷς ἐγεγόνει κόσμος, ἀσθένεια τῶν ποιησάντων ἦν· ὅτι ἐκ πολλῶν ἐν ἔργον ἀπετελέσθη· καὶ ἐκ τούτου γνώρισμα, ὡς τὸ τυχὸν ἦν τῆς ἀτελοῦς ἑκάστου πρὸς τὸ ποιεῖν ὑπεροχῆς· εἰ γὰρ ἤρκει εἷς οὐκ ἂν οἱ πολλοὶ τὸν ἀλλήλων ἀνεπλήρουν ἔλλειψιν. ἐν θεῷ δὲ λέγειν εἶναί τι ἐλλιπὲς, ὡς μόνον ἀσεβές, ἀλλὰ καὶ πέρα τῶν ἀθεμίτων ἐστί. καὶ γὰρ καὶ τεχνίτην ἐν ἀνθρώποις, οὐκ ἄν τις εἴποι τέλειον, ἀλλὰ ἀσθενῆ, εἰ μὴ μόνος, ἀλλὰ μὴ πολλῶν ἐν ἀποτελοῦντα ἔργον· εἰ γὰρ ἕκαστος μὲν ἠδύνατο πᾶν ὅλον ἀποτελέσαι, οἱ πάντες δὲ εἰρήκασι διὰ τὸ τὴν γινομένου κοινωνίαν, γελοῖον μὲν ἂν εἴη τὸ τοιοῦτον. εἰ [δὲ] διὰ δόξαν ἕκαστος εἰρήκασι, ἵνα μὴ ὡς ἀδυνάτως ὑπονοηθῇ, κενοδοξίαν δὴ πάλιν ἐν θεοῖς λέγειν τὸ ἀποπωλοῦντων ἐστίν. ἔπειτα εἰ ἕκαστος ἱκανὸς ἦν πρὸς τὴν τοῦ ὅλου δημιουργίαν, τίς ἡ χρεία τῶν πολλῶν ἑνὸς αὐτάρκους γενομένου πρὸς τὸ πᾶν; ἄλλως τε ἀσεβὲς καὶ ἄτοπον ἂν φανείη· εἰ τὸ μὲν ποίημα ἐν τυγχάνει, οἱ δὲ ποιήσαντες διάφοροι καὶ πολλοί· λόγου ὄντος φυσικοῦ τὸ ἓν καὶ τέλειον τῶν διαφόρων κρεῖττον εἶναι. καὶ τοῦτο δὲ ἰστέον, ὅτι εἰ ὑπὸ πολλῶν ὁ κόσμος ἐγεγόνει, διαφόρους εἶχε καὶ ἀσυμφώνους κινήσεις καὶ ἀνομοίους ἑαυτῷ. πρὸς ἕκαστον γὰρ τῶν ποιησάντων ἀποβλέπων, διαφόρους εἶχε καὶ ἀσυμφώνους κινήσεις. ἐν δὲ τῇ διαφορᾷ καθάπερ εἴρηται πρότερον, πάλιν μὲν ἀκοσμία καὶ τοῦ παντὸς ἀταξία· ἐπεὶ δὲ οὐδὲ ναῦς ὑπὸ πολλῶν κυβερνωμένη κατ' ὀρθὸν πλοῦσα, εἰ μὴ εἷς ταύτης τοὺς οἰακας κρατοίη κυβερνήτης· οὐδὲ λύρα ὑπὸ πολλῶν κρουομένη, σύμφωνον ἀποτελεῖ τὸν ἦχον, εἰ μὴ εἷς ὁ ταύτην πλήττων εἴη τεχνίτης· οὕτω μιᾶς ὕλης τῆς κτίσεως, καὶ ἑνὸς ὄντος κόσμου, καὶ μιᾶς τῆς τούτου τάξεως, ἕνα δεῖ νοεῖν καὶ τὸν τούτης βασιλέα καὶ δημιουργόν. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ δημιουργὸς ἕνα τὸν σύμπαντα κόσμον πεποίηκεν, ἵνα μὴ τῆ τῶν πολλῶν συγχέσῃ, πολλοὶ καὶ οἱ δημιουργοὶ νομίζοιντο· ἀλλ' ἑνὸς ὄντος τοῦ ποιήματος, εἷς καὶ ὁ τούτου ποιητὴς πιστεύηται· καὶ ἐκ ὅτι εἷς ἐστιν ὁ δημιουργὸς, διὰ τοῦτο καὶ εἷς ἐστιν ὁ κόσμος. ἠδύνατο γὰρ καὶ ἄλλους κόσμους ποιῆσαι ὁ θεὸς, ἀλλ' ὅτι εἷς ἐστιν ὁ κόσμος ὁ γνώμενος, ἀνάγκη καὶ τὸν τούτου δημιουργὸν ἕνα πιστεύειν εἶναι. τίς οὖν ἂν εἴη οὗτος; καὶ

te I ommibus in commune vnum ordinem cõficientibus, consequens est, vt non plures naturę principes & reges, sed vnum intelligamus, sua luce omnia illustrãtem & mouentem. Non enim plures esse mundi principes & conditores suspicari licet, sed pro religione perfecta ac veraci vnus tantummodo rerum natura hoc ipsum declarante credendus est. Nam certum illud est indicium, vnum esse istius vniuersitatis autorem, quod non multiplex, sed vnus perpetuo mũdus existat. Oporteret etenim, si plures essent principes, plures quoque & diuersos esse mundos, Siquidem par non est, vt plures vnum mundum ædificent, aut vnum a multis ædificari propter absurda, quæ se inde ostenderent: primum quidem quod si a multis fabricatus esset hic mundus, imbecilles fuisse eius fabros, arbitrandum foret, eo quod multorum opera ad vnum opus requisita esset. Et ex eo quoque argumentum colligeretur minime vulgare imperfectæ vniuscuiusque ad faciendum scientiæ. Nam si vnus idoneus fuisset, non plures aliorum defectum, quasi succenturiati, adimpleuissent. In deo autem, dicere aliquid esse minus integrum aut perfectum, nõ solum impium, sed plusquam nefarium est. Quippe neque artificem inter homines absolutum dixeris, sed imbecillem, si nõ solus, sed cum multis vnum opus expediat. Porro ridicula res fuerit, si singuli, quia per se minus poterant, in cõmune operas suas laboresque cõsoci asse dicas. Sin ob ambitionem quisque industriam suam adhibere voluerit, ne in suspicionem imbecillitatis veniret, ambitiosam æmulationem in numinibus constitues, rem omnium longe absurdissimam. Quod si vnusquisque satis idoneus fuit ad vniuersitatis istius architecturam, quis vsus in multis? quum vnius vis ad omnia sufficiat. Impium certe pariter & absurdum videretur vnum opus esse, plures autem & diuersos operatores, quum physicæ rationis sit, vnũ & singulare si perfectum sit, multiplicato excellentius esse. Id quoq; sciendum, quod si mũdus a multis creatus esset, multiplices quoque motus haberet, & sibiipsi dissimiles. Quippe qui ad singulos authores respiciens, diuersas quoq; & dissimiles obiret motiones. In ipsa autem dissimilitudine (vt dictum est antea) denuo resurgeret inordinatio, perturbatioq; vniuersitatis. Quandoquidem ne nauis quidem a multis gubernata recte cursum tenuerit, nisi vnus gubernator clauum in manus sumat: neque cithara, si a multis pulsetur, concentum ædet, nisi illam artifex plectro feriat. Quapropter, quum vna sit rerum natura, vnus mundus eiusque vnus ordo: vnum illius intelligere debemus, & regem, & opificem Dominum nostrum. Ideo enim ipse opifex vnum (in vniuersum) mundum condidit, ne de multorum numero multi etiam opifices existimarentur, sed ex vno opere, vnus quoque illius autor crederetur. Verum, non quia vnus est conditor, ideo quoque necessum est, vt vnus sit mundus. Poterat enim & alios mundos cõstruere deus: sed quia vnus est mundus creatus, necesse est creatorem eius vnum credere. Cæterũ, quis ille sit?

nam

ſuos motus coercet: terra vero quæ aquis demerſa non eſt, vernat, & omnigenis, vt dixi, ſtirpibus comata frondeſcit. Et ne in re manifeſta, ſingula recenſendo, tempus teramus, nihil eſt omnium rerum quæ fiunt, quod non in ea, & per eam, & conſtitutum eſt & conſiſtit. Quod & Theologus ille dicit: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Omnia per eum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* Quemadmodum, ſi Muſicus, vbi lyram adaptauerit, & grauia acutis, & media extremis ex arte ſua coniunxerit, certum deſignatumque melos abſoluat: ita quoq; Dei illa ſapientia, rerum vniuerſitatem vt lyram tenens, & aeria terrenis copulans, & cæleſtia aereis, vniuerſaque cum ſingulis coaptans, circumagenſque nutu ſuo ac voluntate, vnum mundum, mundique vnum ordinem abſoluit recte & congruenter, ipſe quidem immobilis perſeuerans apud Patrem, omnia tamen mouet conſtitutione ſua, vt vnumquodque ipſius Patri placuerit. Nam miraculum diuinitatis in hoc conſiſtit, quod vno eodemque nutu omnia ſimul & non per interualla, ſed vniuerſium cuncta tum recta, tum orbiculata, tum ſuperiora, tum media, tum inferiora, humida, frigida, calida, conſpicua, inconſpicua circumfert ac gubernat ſecundum vniuſcuiuſq; naturam. Pariter enim eodem nutu ipſius, quæ recta ſunt, pro ſua rectitudine: quæ rotunda, pro ſua rotunditate, circumaguntur: quæ media, pro loci ſui conditione mouentur. Quod calidum eſt, calefacit; quod ſiccum, exſiccat, vniuerſaque naturali modo ex iſtis conſtant & viuificantur, & admirabilis quædam & vere diuina inde congruentia perficitur. Et vt exemplo res tanta innoteſcat: ſumamus hæc verba, tanquam ſi illa dicerentur de imagine & ſimilitudine ingentis chori. Vt igitur in choro qui conſtat ex diuerſis hominibus, viris, pueris, fœminis, ſenibus, iuuenibus, ſub vno præſule & moderatore quiſque, quantum poteſt, cantat pro ſua natura, ille quidem vt vir, iſte vero vt puer, alius vt ſenex, alius quemadmodum iuuenis, omnes tamen vnam & eandem abſoluunt harmoniam, vel vt noſtra anima eodem tempore ſenſus noſtros pro cuiuſque officio exercet, & advnam rem oblatam ſimul omnes mouentur, adeo vt oculus videat, auris audiat, manus palpet, olfactus odores arripiat, guſtus delibet, ſæpe quoq; interea ne aliæ quidem corporis partes in ocio ſunt, adeo vt inter iſta pedes quoq; obambulent. Vel vt tribus exemplis, quod dicimus, exprimatur: Magna ſimilitudo eſt iſtius rei in magna ciuitate & populoſa, & in ipſo, qui eam cõdidit, moderatore ac rege. Vt enim præſentia regis imperantis ſimul & ad omnia oculos intẽdentis, omnes ſunt in obſequio, eſt qui agros colat, eſt qui ad aquæductus aquarum properet, alius item pabulatum proficiſcitur, alius ad curiam pergit, alius ad concionem ingreditur, iudex item ad iuriſdictionem, prætor

[τῆς] ἰδίοις ἔχουσι τὸν ἑαυτῶν κίνησιν· ἡ γὴ ξηρὰ πᾶζα χλοηφορεῖ καὶ κομᾷ παντοίοις καὶ διαφόροις φυτοῖς ὡς σπερείρηται. Ἵνα μὴ τὰ καθέκαστον ὑπὸ φανεροῖς ὀνομάζων ἐν διατριβῇ, ὀδέν ἐστι τῶν ὄντων καὶ γινομένων, ὃ μὴ ἐν αὐτῷ καὶ δι' αὐτοῦ γέγονε καὶ ἔστηκεν. ἦ φησι καὶ ὁ θεολόγος αὐτός. Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο ὃδε ἓν [ὃ γέγονεν·] οἷον γὰρ εἴ τις λύραν μουσικὸς ἁρμοσάμενος καὶ τὰ βαρέα τῆς ὀξέσι, καὶ τὰ μέσα τοῖς ἄλλοις τῇ τέχνῃ συναγαγών, ἓν τὸ σημαινόμενον μέλος ἀποτελοίη, οὕτω καὶ ἡ τοῦ θεοῦ σοφία τὸ ὅλον ὡς λύραν ἐπέχων, καὶ τὰ ἐν ἀέρι, τοῖς ὑπὸ γῆς συναγαγὼν, καὶ τὰ ἐν οὐρανῷ τοῖς ἐν ἀέρι, καὶ τὰ ὅλα τοῖς καθ' μέρος συνάπλων καὶ συνάγων τῷ ἑαυτοῦ νεύματι καὶ θελήματι, ἕνα τὸν κόσμον καὶ μίαν τὴν τούτου ταῖξιν ἀποτελεῖ καλῶς καὶ ἁρμοσμένως, αὐτὸς μὲν ἀκίνητος μένων πρὸς τῷ πατρί· πάντα δὲ κινῶν τῇ ἑαυτοῦ συντάσῃ, ὡς αὖ ἕκαστον τῷ ἑαυτοῦ πατρὶ δοκῇ. τὸ γὰρ θαῦμα δόξον αὐτοῦ τῆς θεότητος τοῦτό ἐστιν, ὅτι ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ νεύματι πάντα ὁμοῦ καὶ οὐκ ἐκ διαστημάτων, ἀλλ' ἀθρόως ἅπαντα ἅπτεται ὀρθὰ καὶ τὰ φερόμενα· τὰ αὖω, τὰ μέσα, τὰ κάτω· τὰ ὑγρὰ, τὰ ψυχρὰ, [τὰ θερμὰ,] τὰ φαινόμενα καὶ τὰ ἀόρατα φέρεται καὶ διακοσμεῖ κατὰ τὴν ἑκάστου φύσιν. ὁμοῦ γὰρ τῷ αὐτῷ νεύματι αὐτοῦ, τὸ μὲν ὀρθὸν ὡς ὀρθόν· τὸ δὲ φερὲς φέρεται· τὸ δὲ μέσον ὡς ἔστι κινεῖται· τὸ θερμὸν θερμαίνεται, καὶ τὸ ξηρὸν ξηραίνεται· καὶ τὰ ὅλα ὡς ἔχει φύσεως ζωοποιεῖται καὶ σώζεται παρ' αὐτοῦ. Ἔστω μαρτὴς ἡ καὶ θεία ἀληθὴς ἁρμονία ἀποτελεῖται δι' αὐτοῦ. καὶ ἵνα ἐκ παραδείγματος τὸ τηλικοῦτον νοηθείη. ἔστω τὸ λεγόμενον ὡς ἐν εἰκόνι χοροῦ μεγάλου. ὡς πέφυκε τὸν χορὸν συνεστῶτος ἐκ διαφόρων ἀνθρώπων, παίδων, γυναικῶν αὖ γερόντων, καὶ τῶν ἔτι νέων· ἑνὸς τοῦ καθηγεμόνος σημαίνοντος· ἕκαστος μὲν κατὰ τὴν φύσιν ἑαυτοῦ καὶ δύναμιν· ὁ μὲν ἀνὴρ, ὡς, ἀνήρ· ὁ δὲ παῖς, ὡς παῖς· ὁ δὲ γέρων, ὡς γέρων· καὶ ὁ νέος, ὡς νέος· πάντες δὲ μίαν ἀποτελοῦσιν ἁρμονίαν. ἢ ὡς ἡ καθ' ἡμᾶς ψυχὴ ἐν πᾶσι τοῖς ἐν ἡμῖν αἰσθήσεσι κατὰ τὴν ἑκάστης ἐνέργειαν κινεῖ, ὥστε παρόντος πράγματος ἑνὸς τοῦ πάσας ὁμοῦ κινεῖσθαι καὶ τὸ μὲν ὀφθαλμὸν ὁρᾶν· τὸ δὲ ἀκούειν, ἀκούειν· τὴ χεῖρα ἅπτεσθαι· καὶ τὸ ὅσφρησιν ἀναλαμβάνειν. καὶ τὴν γεῦσιν γεύεσθαι· πολλάκις δὲ καὶ τὰ ἄλλα μέρη τοῦ σώματος, ὥστε καὶ τοὺς πόδας περιπατεῖν. [ἢ] ἵνα καὶ τρίτῳ παραδείγματι τὸ λεγόμενον σημανθῇ, ἔοικεν οἰκοδεμηθείσῃ μάλιστα μεγάλῃ πόλει, καὶ οἰκονομουμένῃ ὑπὸ παρουσίᾳ τοῦ καὶ τὴν οἰκοδομήσαντος ἀρχιτέκτονος καὶ βασιλέως. ἐκείνου γὰρ παρόντος καὶ πᾶσι δοκοῦντος, καὶ πάντα τὸ ὀφθαλμὸν πίνοντες, ἑπόμενοι πάντες, οἱ μὲν ὑπὲρ τὴν γεωργίαν. οἱ δὲ ὑπὲρ τοὺς ὑδραγωγοὺς ὑδρευόμενοι ἀπέδουσιν. ἄλλος δὲ σπεύδοντος πορεύεται· καὶ ὁ μὲν, ὑπὲρ τὴν βουλὴν βαδίζων· ὁ δὲ, ὑπὲρ τὴν ἐκκλησίαν πορεύεται· καὶ ὁ μὲν δικαστὴς ὑπὲρ τὸ δικάζειν· ὁ δὲ ἄρχων

ἄρχων, ἐπὶ τὸ θεσμοθετεῖν. καθίσταται δὲ ἑκάστου ὁ μὲν τεχνίτης ἐπὶ τὴν ἐργασίαν· ὁ δὲ ναύτης ἐπὶ τὴν θάλατταν καλέρχεται· ὁ γεωργὸς ἐπὶ τὸ πεδίον· ἰατρὸς ἐπὶ τὴν θεραπείαν· ὁ οἰκοδόμος ἐπὶ τὴν οἰκοδομήν· καὶ ὁμοίως, εἰς τὸ ἀρχὸν βαδίζει, ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ ἀρχοῦ ἀπέρχεται, καὶ οἱ μὲν εἰς τὴν πόλιν ἀναστρέφουσι, οἱ δὲ ἀπὸ τῆς πόλεως ἐξέρχονται, καὶ πάλιν εἰς αὐτὴν ἐπανέρχονται. πάντα ταῦτα τῇ παρουσίᾳ τοῦ ἑνὸς ἄρχοντος, καὶ τῇ τούτου διατάξει γίνονται, καὶ σωίζεται. κατὰ ταῦτα δὴ καὶ ἐπὶ τῆς συμπάσης κτίσεως κἂν μικρὸν ᾖ τὸ παράδειγμα, ὅμως μείζονι διανοίᾳ χρὴ νοεῖν. ὑπὸ μιᾶς γὰρ ῥιπῆς νεύματος τινος τοῦ θεοῦ λόγου, ὁ μὲν τὰ πάντα διακοσμεῖται, καὶ τὰ οἰκεῖα παρ' ἑκάστοις γίνεται, καὶ παρὰ πάντων ὁμοῦ μία τάξις ἀπαιτεῖται· νεύματι γὰρ ἐταῖς σημασίαις τοῦ ἐπισταλέντος καὶ ἡγεμονεύοντος τῶν πάντων θείοις καὶ πολεμικοῖς λόγοις, ὑπηρέται μὲν παρίστανται· τὰ δὲ ἄστρα κινεῖται· καὶ ὁ μὲν ἥλιος φαίνει· ἡ δὲ σελήνη παραπολεῖ. καὶ ὁ ἀὴρ μὲν ὑπ' αὐτοῦ φωτίζεται· ἄνεμοι πνέουσι· τὰ ὄρη εἰς ὕψος ἀνατεταμένα ἵστανται. ἡ θάλασσα κυμαίνει, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ζῶα τρέφεται· ἡ γῆ ἀκίνητος μένουσα καρποφορεῖ, καὶ ὁ ἄνθρωπος πλάττεται, καὶ ζῇ, καὶ ἀποθνήσκει πάλιν. καὶ ἁπλῶς πάντα ψυχαὶ καὶ κινεῖται· τὸ πῦρ καίει, τὸ ὕδωρ ψύχει, πηγαὶ ἀναβλύζουσι· ποταμοὶ πλημμυροῦσι· καιροὶ καὶ ὧραι παραγίνονται· νεφέλαι καλέρχονται· τὰ νέφη πληροῦται· χάλαζα γίνεται· χιὼν καὶ κρύσταλλος πήγνυται· πεδιὰ ἴπταται· ἑρπετὰ προβάλλεται· ἔνυδρα νήχεται· θάλαττα πλέεται· γῆ ἀτείρεται, καὶ κατὰ τὰς ἰδίας καιρὰς χλοηφορεῖ, φυτὰ αὔξει· καὶ τὰ μὲν νεάζει· τὰ δὲ, πεπαίνεται· τὰ δέ, αὐξάνοντα γηράσκει καὶ φθίνει· καὶ τὰ μὲν ἀφανίζεται, τὰ δὲ γενᾶται καὶ φαίνεται. ταῦτα δὲ πάντα, καὶ ἔτι πλείω τούτων, ἃ λόγῳ τὸ πλῆθος οὐκ ἰσχύομεν ἡμεῖς λέγειν, ὁ παράδοξος καὶ θαυμάσιος τοῦ θεοῦ λόγος φωτίζων καὶ ζωοποιῶν, τῷ ἑαυτοῦ νεύματι κινεῖ καὶ διακοσμεῖ, ἕνα τὸν κόσμον ἀπέλειπεν οὐκ ἔξωθεν ἑαυτοῦ καὶ τοὺς ἀοράτους δυνάμεις ἀφείς· καὶ γὰρ τούτας οἷα δὴ καὶ αὐτῶν ποιητὴς ὑπάρχων, συμπεριλαβὼν ἐν τοῖς ὅλοις, συνέχει καὶ ζωοποιεῖ πάλιν τῷ ἑαυτοῦ νεύματι, καὶ τῇ ἑαυτοῦ προνοίᾳ· καὶ τάχα οὐκ ἄν τι γένοιτο πρὸς ἀπιστίαν ἐφόδιον ὡς γὰρ τῇ ἑαυτοῦ προνοίᾳ, καὶ σώματα μὲν αὔξει, ψυχὴ δὲ ἡ λογικὴ κινεῖται, καὶ τὸ λογίζεσθαι καὶ τὸ ζῆν ἔχει· καὶ τοῦτο ἀπολλῆς ἀποδείξεως δεῖται· ὁρῶμεν γὰρ τὰ γινόμενα· ἕτω δὴ πάλιν αὐτὸς ὁ τοῦ θεοῦ λόγος ἑνὶ καὶ ἁπλῷ νεύματι τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει τόνδε ὁρατὸν κόσμον καὶ τὰς ἀοράτους δυνάμεις κινεῖ καὶ συνέχει, ἑκάστῳ τὴν ἰδίαν ἐνέργειαν ἀποδιδούς. ὥστε τὰς μὲν θείας θεότητας κινεῖσθαι· τὰ δὲ ὁρατὰ ὥσπερ καὶ ὁρᾶται. αὐτὸς γὰρ ὑπὲρ πάντων ἡγεμονεύει καὶ βασιλεύς καὶ σύστασις γινόμενος τῶν πάντων, τὰ πάντα πρὸς δόξαν καὶ γνῶσιν τοῦ ἑαυτοῦ πατρὸς ἐργάζεται· μονονουχὶ διὰ τῶν γινομένων ἔργων αὐτοῦ διδάσκων καὶ λέγων· ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων, ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς θεωρεῖται. ὥσπερ γὰρ ἀναβλέψαντας εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἰδόντας τὸν κόσμον αὐτοῦ καὶ τὸ τῶν ἄστρων φῶς,

autem ad tutelam curamque obſeruandarũ legũ ſe confert, opifex ſtatim ad opus tendit, nauta ad mare deſcendit, faber ad fabrilia negocia, medicus ad curationes ſuas, architectus ad ſtructuram domus procedit: rurſus eſt qui rus contendit, eſt qui reuertitur, alij circa vrbem verſantur, alij ex vrbe egrediuntur, alij eodem ſeſe referunt, eaq; omnia ad præſentiam vnius moderatoris & diſciplinam fiunt & conſtituuntur: Ita quoque omnia in vniuerſa rerum natura geruntur. Nam exemplum tametſi minutius ſit, maiora tamen inde intellectu aſſequaris. Vnico enim momento, ad nutum verbi Dei, omnia ſimul diſpenſantur, & quæ cuiuſque ſunt propria fiunt, & ab omnibus ſimul idem ordo conficitur: Nutu enim & viribus præfecti moderatoriſq; omnium diuini & paterni verbi, cœlum circũuoluitur, aſtra mouentur, Sol lumen diffundit, luna circumambulat, & aër ab eo illuſtratur, æther vero calidus efficitur, venti ſpirant, montes in altum exurgũt, mare vndis criſpatur, quæque in eo ſunt animalia nutriuntur, terra immobilis permanens fructificat, homo fingitur, & rurſus viuit, ac moritur: in ſumma omnia animantur & mouentur, ignis vrit, aqua refrigerat, fontes ſcaturiũt, fluuij inundant, tẽpora rerum & horæ ſuperueniũt, imbres deſcendunt, nubes implentur, grandines fiunt, nix & glacies in denſitatem coaleſcũt, aues volitant, reptilia ſerpunt, aquatilia natant, mare nauigationibus exercetur, terra ſeritur, & ſuis tẽporibus germinat: ſtirpes creſcunt, & quædã tenera ſunt, quædam matura fiunt, quædã acta ad ſenectutem perueniunt, quædam abolentur, nõnulli gignũtur: & in lucẽ prodeunt. Omnia iſta, imò plura etiã iſtis (quæ tãtæ multitudinis ſunt, vt effari nõ liceat) mirificum illud Dei Verbum illuminans & viuificans, ſuo nutu mouet & diſpenſat. vnum mundum abſoluẽs, neque extra ſe inuiſibiles illas potentias relinquens: nã & iſtas (vtpote illarum conditor) complexus, vnà cum rerum vniuerſitate in ſe continet ac viuificat ſuo ipſius nutu ac prouidẽtia. Neq; eſt quod eius reĩ incredulitatem foueat: vt enim illius prouidẽtia corpora quidem adoleſcunt, anima verò rationalis mouetur, & cogitandi videndiq; poteſtatẽ habet (neq; hoc multis indiget argumentis, nã ante oculos noſtra iſta fiunt) ita rurſus ipſum Dei Verbum, vno & ſimplici nutu ſua ipſius vi & viſibilem mundũ & inuiſibiles potentias mouet & complectitur, vnicuique ſuum officium attribuens, vt diuinæ quidem illæ, diuinitus moueantur: viſibiles vero eodem modo quo oculis conſpiciuntur: ipſe interim in omnibus, & Dux, & Rex, & Conditor omnium, omnia pro iudicio arbitratuque ſui Patris agit, modo nos per opera, ſua (quæ ab ipſo fiunt) docens ac loquẽs ex maieſtate & pulchritudine rerũ conditarum proportionabiliter conditorẽ debere intelligi & æſtimari. Sicuti enim reſpicientibus in cœlũ, videntibúſq; ornatũ eius & aſtrorũ iubar,

par est, vt ratiocinẽtur de ratione, verbóq; quod illa ad istum modũ ordinémq; digessit: ita intelligentib. qualis sit, ratio, sermóq; atq; adeo Verbũ Dei, necessum est, vt intelligat qualis sit eius rationis, siue sermonis, siue Verbi Pater, vnde progressus, rectè sui Patris interpres, nunciusq; appellatur: id ꝙ in rebus nostris quoq; videas. Si n. oratione progrediente ex homine, fontẽ eius vnde profluxit, mentẽ esse intelligimus: ac orationi intendentes, animum (qui illa loquutione significatur) agnoscimus: quanto viuidius excellentiusque ex intuitu verbi, Patrem Verbi intelligimus? vt ipse Saluator ait: *Qui videt me, videt & Patrem meum:* Hæc quoniam diuina scriptura manifestius ac locupletius deprędicantur, ideo & nos sumpta fiducia, hæc tibi scribẽda duximus: in quibus si ipse verseris, facile meis dictis fidem accõmodaris. Sententia enim à maioribus confirmata, irrefutabilem habet confirmationẽ. Nam & olim à principio, vt idola tollerẽtur, sermo diuinus populum Iudaicũ hisce verbis præmunitum esse voluit: *Nõ facies tibi idolum, neq; earum rerum simulachrum, quæcũq; sunt, vel in cælo sursum, vel in terra deorsum.* Istam autem tollẽdorum idolorũ causam aliis verbis scriptura declarat: *Idola gentium, argentum & aurum, opera manuum hominũ: os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt: aures habent, & non audient: nasum habent, & non olfacient: manus habent & non palpabunt: pedes habent, & non ambulabunt.* Neq; item silentio prętĕriit, qua cautione vtendum in rerum natura mundiq; partib. vt qui non ignoraret, quanta in illis pulchritudo esset, ne quis illarum venustate inescatus, eas iam non vt opera Dei aspiceret, sed vt Deos coleret. Præmuniit igitur homines, cautósq; reddidit his verbis, *ne oculis in altum sublatis, contemplans solem & Lunam omnémq; ornatum cœli, errore deceptus ea ipsa adorares, quæ distribuit Dominus Deus tuus omnibus gentibus quæ sub cœlo sunt.* Distribuit autem, non vt gentium numina essent, sed vt gentes ex istorum viribus omnium rerum opificem agnoscerent, vt superius dictũ est. Olim aũt Iudæorum populus, plenius istarum rerum certitudine instructus fuit, eò ꝙ non solum ex naturæ operib. sed etiam ex diuinis scripturis deitatis cognitionẽ imbiberat: in vniuersum tamẽ oẽs homines ab idololatrię errore, & irrationabili mentis conceptu auulsos cupiẽs, hæc verba locutus est: *Non erunt tibi dij alij prætermei.* Non ꝙ sint alij dij ideo eos prohibet, sed ne quis auersus à vero Deo sibi ea quæ non sunt, in numina cõstituat: qualia sunt apud poëtas & historicos, quę vt nomen Dei habẽt, ita re destituuntur, vt demonstratũ est. Ipsa quoq; forma verborũ ostẽdit, eos deos non esse, quatenus ad istũ modum loquitur: *Non erunt tibi dij alij, quod in futurum significationem habet.* Quod aũt in futurum est, tum non est, quũ hæc dicũtur. Sed quid? num sublata, vel gentiũ vel idolorum superstitione, tacuit diuina scriptura simpliciter? & semel humanum genus sine diuinitatis intellectu rapi temere, ferrique permisit? minimè gentium: imò occurrit huiusmodi animi cogitationib. inquiẽs:

ἔστιν ἐνθυμεῖσθαι τὰ παῦλα λεγόμενα λόγον θεὸν νοουῦντας· λόγον θεὸν, νοεῖν ἐστιν ἀνάγκη, καὶ τὸν τούτου πατέρα θεὸν, ἐξ οὗ φυσικῶς καὶ γνησίως ἐκπεφοίτηκεν ἑαυτοῦ πατρὸς ἑρμηνεὺς καὶ ἄγγελος λέγεται. καὶ τοῦτο ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς ἔστιν ἰδεῖν. εἰ γὰρ ὁ λόγος φυσικὸν μὲν ἐστὶ καὶ ἴδιον ἀνθρώπου, ἐνθυμούμεθα τοῦτο φανερὸν εἶναι τὸν νοῦν, καὶ τῷ λόγῳ ὥσπερ βάλλοντες, τὸν νοῦν σημαινόμενον ὁρῶμεν τῷ λογισμῷ, πολλῷ πλέον μείζονι φανερότητι καὶ ἀσυγκρίτῳ ὑπεροχῇ τὸν λόγον τοῦ θεοῦ ἀμυήτους ὄντας ὁρῶντες, ἔννοιαν λαμβάνομεν καὶ τοῦ ἀγαθοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ὡς αὐτὸς ὁ σωτὴρ φησιν· ὁ ἐμὲ ἑωρακὼς, ἑώρακε τὸν πατέρα μου· ταῦτα γὰρ πᾶσα θεοπνευστος γραφὴ φανερώτερον καὶ μεῖζον κηρύττει, ἀφ' ὧν δὴ καὶ ἡμεῖς παῤῥησιαζόμεθα ταῦτα σοὶ γράφομεν καὶ σὺ παύτοις ἐντυγχάνων, δυνήσῃ τῶν λεγομένων ἔχειν τὴν πίστιν. λογικῶς γὰρ μείζονα βεβαιούμενα, ἀναλλίπτην ἔχει τὴν ἀπόδειξιν. ἄνωθεν πάνυ πρὸς τοῦ τῶν εἰδώλων ἀναιρέσεως πρόνοια ἐφαλίζετο τὸν τῶν ἰουδαίων λαὸν ὁ θεῖος λόγος λέγων· ὃ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλον· ὃ δὲ πάντος ὁμοίωμα, ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ ὅσα ἐπὶ τῆς γῆς κάτω· τοῦτο δὲ αἰτίαν τῆς τούτων καθαιρέσεως, ἑτέρως σημαίνει λέγων· τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων· στόμα ἔχουσι, καὶ οὐ λαλήσουσιν· ὀφθαλμοὺς ἔχουσι, καὶ οὐκ ὄψονται· ὦτα ἔχουσι, καὶ οὐκ ἀκούσονται· ῥῖνας ἔχουσι, καὶ οὐκ ὀσφρανθήσονται· χεῖρας ἔχουσι, καὶ οὐ ψηλαφήσουσι· πόδας ἔχουσι, καὶ οὐ περιπατήσουσιν· οὐ σεσιώπηκε δὲ τοῦτο ὅτι τῆς κτίσεως διδασκαλίαν· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον εἰδὼς αὐτῶν τὸ κάλλος, ἵνα μήτινες τῷ κάλλει τούτων ἀποβλέψαντες, οὐχ ὡς ἔργα θεοῦ, ἀλλ' ὡς θεοὺς θρησκεύσωσι προσφαλίζεται τοὺς ἀνθρώπους λέγων· καὶ μὴ ἀναβλέψας τοῖς ὀφθαλμοῖς καὶ ἰδὼν τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ πάντα τὸν κόσμον τὸν οὐρανὸν πλανηθεὶς προσκυνήσῃς αὐτοῖς, ἃ ἀπένειμε κύριος ὁ θεός σου πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τοῖς ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ. ἀπένειμε δὲ, οὐκ εἰς τὸ εἶναι θεοὺς αὐτοῖς αὐτά, ἀλλ' ἵνα τῇ τούτων ἐνεργείᾳ γινώσκωσιν οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν τὸν τῶν πάντων δημιουργὸν θεὸν, ὥσπερ εἴρηται. ὁ γὰρ ἰουδαίων πάλαι λαὸς κατὰ πλεῖον εἶχε τὴν διδασκαλίαν· ὅτι μὴ μόνον ἐκ τῶν τῆς κτίσεως ἔργων, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν θείων γραφῶν εἶχον τὴν περὶ θεοῦ γνῶσιν. καθόλου δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τῶν περὶ τὰ εἴδωλα πλάνης καὶ ἀλόγου φαντασίας ἀφέλκων, φησίν· οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ· οὐκ ὡς ὄντων δὲ θεῶν ἄλλων κωλύει τούτους αὐτοὺς ἔχειν, ἀλλ' ἵνα μή τις τὸν ἀληθινὸν ἀποστραφεὶς θεὸν, ἑαυτῷ τὰ μὴ ὄντα θεοποιεῖν δόξῃ. ὁποῖοι εἰσὶν οἱ ταῦτα ποιηταὶ καὶ συγγραφεῖς ὀνομασθέντες καὶ δειχθέντες οὐκ ὄντες θεοί. ἐν αὐτῇ δὲ ἡ λέξις τοῦ μὴ εἶναι αὐτοὺς θεοὺς σημαίνουσι, διὰ τῆς φησιν, οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι· ὅπερ ὅτι μέλλοντος σημαίνει. τὸ δὲ ὅτι μέλλουσι γινόμενον, οὐκ ἔστι τοῦτο, ὅτι παῦλα λέγει.

ἆρ' οὖν αἰτιῶν τὴν τῶν ἐθνῶν, ἢ εἰδώλων ἀθεότητα, σεσιώπηκεν ἡ ἔνθεος διδασκαλία· καὶ ἁπλῶς ἀφῆκε τοῦ ἀνθρώπων γένους ἀμοίρους τοῦ θεοῦ γνώσεως φέρεσθαι; ἀλλὰ καὶ προαπαντᾷ τῇ διανοίᾳ λέγουσα·

ἄκουε

ἄκουε Ἰσραὴλ, κύριος ὁ θεός σου, κύριος εἷς ἐστι· καὶ πάλιν· ἀγαπήσεις κύριον τὸν θεόν σου ἐν ὅλῃ καρδίᾳ σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ἰσχύι σου· καὶ πάλιν, κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις, καὶ πρὸς αὐτὸν κολληθήσῃ· ὅτι δὲ καὶ διὰ πάντων καὶ εἰς πάντα τὰ λόγια προῆκε καὶ διακόσμησις ἀπὸ παντὸς τῆς θεοπνεύστου γραφῆς μαρτυρεῖ, δεικνῦσι νῦν λεγόμενα δεῖξαι. Τὸ λόγια τίνα ἐστίν, ἃ φασὶν οἱ θεολόγοι ἄνδρες, ἐμμελίωσας τῷ γῆν καὶ διαμένῃ τῇ διαθέσει σου διαμένει ἡ ἡμέρα· καὶ πάλιν· ψάλλετε τῷ θεῷ ἡμῶν ἐν κιθάρᾳ, τῷ περιβάλλοντι τὸν οὐρανὸν ἐν νεφέλαις, τῷ ἑτοιμάζοντι τῇ γῇ ὑετόν, τῷ ἐξαγαγόντι ἐν ὄρεσι χόρτον, καὶ χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων· καὶ διδόντι τοῖς κτήνεσι τροφὴν αὐτῶν. διὰ τίνος δὲ δίδωσιν, ἢ δι' οὗ καὶ τὰ πάντα γέγονε; δι' οὗ γὰρ γέγονε, δι' αὐτοῦ καὶ ἡ τῶν πάντων ἀκολουθως ἐστὶ προνοία. ἵνα οὖν ἂν εἴη ὅτι, ἢ ὁ τοῦ θεοῦ λόγος; περὶ οὗ ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ λέγει· τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν, καὶ γὰρ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ καὶ δι' αὐτοῦ γινόμενα δείκνυσι. ἀφ' ὧν καὶ ἡμᾶς πείθει λέγεσθαι, αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγλυπήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν, καθὼς καὶ ὁ πάντα μέγας Μωϋσῆς ἐν ἀρχῇ τῆς κοσμοποιίας βεβαιοῖ τὸ λεγόμενον ἐξηγούμενος καὶ λέγων· καὶ εἶπεν ὁ θεός, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν. ἐπειδὴ καὶ τινὶ ἀρρένι καὶ γῆς καὶ πάντων ὑφιστὰς γένεσιν, αὐτῷ εἶπεν ὁ πατήρ, γενηθήτω στερέωμα, καὶ συναχθήτω τὰ ὕδατα, καὶ ὀφθήτω ἡ ξηρά· καὶ ἐξαγαγέτω ἡ γῆ βοτάνην καὶ πᾶν ζῶον· ἀφ' ὧν καὶ ἰδαίως ἄν τις ἐλέγξειεν, ἀγνοίᾳ ἐφιστάντας τὴν γραφῆς. τίνι γὰρ ἄν τις εἴποι πρὸς αὐτὸν, ὡμίλει ὁ θεὸς, ἵνα καὶ πρός τινα λαλῇ; εἰ μὲν οὖν τοῖς γινομένοις προσέταττε καὶ ὡμίλει, πρέπως ἂν ὁ λόγος· εἰ γὰρ ἦν ἄλλο τι ἐμελλε γίνεσθαι. εἰδὼς δὲ τῷ μὴ ὄντι λαλεῖ· εἰδὲ εἰς τὸ γένεσθαι τῷ μηδέπω γινομένῳ προστάττει καὶ λαλεῖ. εἰ γὰρ τοῖς ἐσομένοις προσέταττον ὁ θεὸς, ἔδει λέγειν αὐτὸν, γενοῦ στερέωμα καὶ γενοῦ γῆ· καὶ ἐξελθέτω βοτάνη· καὶ ποιήσῃ ἄνθρωπε. νῦν δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησε. προσέταττε δὲ λέγων· ποιήσωμεν ἄνθρωπον, καὶ, ἐξελθέτω βοτάνη. ἀφ' ὧν δείκνυσι ὁ θεὸς ὡς πλησίον τινὶ διαλεγόμενος προσέταττε· ἦν οὖν ἀνάγκη συνεῖναί τινα τούτῳ, ᾧ καὶ ὁμιλῶν ἐποίει τὰ ὅλα. τίς οὖν ἂν εἴη εἰμὴ ὁ τούτου λόγος; τίνι γὰρ ἄντις φαίη θεὸν ὁμιλεῖν, ἢ τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ; ἢ τίς τούτῳ σοφὸν ποιοῦλι τὸ γνητὸν πᾶσαν οὐσίαν, ἢ ἡ τούτου σοφία ἡ λέγουσα· διότι ἐποίει τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν συμπαραμένει αὐτῷ· ἐν ᾧ οὐρανῷ καὶ γῆς ὀνομασία, πάντα τε ἐν οὐρανῷ καὶ γῇ γνητὰ συμπεριλαμβάνει, σοφὸν δὲ ὡς ζοφία καὶ ὡς λόγος, τὸ πατέρα βλέπων ἐδημιούργει τὸ πᾶν, καὶ σοφίᾳ, καὶ διεκόσμει. καὶ δυνάμει δὲ ὢν τοῦ πατρὸς, τὰ ὅλα εἰς τὸ εἶναι ἰσχυροποίει. ἢ φησι καὶ ὁ σωτήρ, πάντα ὅσα βλέπω τὸν πατέρα ποιοῦντα, κἀγὼ ὁμοίως ποιῶ, καὶ δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα γεγονέναι.

Audi Israël Deus tuus, Deus vnus est. Ac rursus: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & pro omnibus viribus tuis*: Et item: *Dominũ Deũ tuum adorabis, & illi soli seruies, illique conglutinaberis.* Quia verò per omnia in omnia Verbi prudẽtia & dispensatio ab omni sacra scriptura est contestata, sufficit eã quę in præsentia dicta sunt, sermoni fidem conciliare, qua viri in rebus diuinis diserti dicunt: *Fundasti terram, & permanet: ordinatione tua perseverat dies.* Ac rursum, *Psallite Deo nostro operienti cælum in nubibus, præparanti terræ pluuiam & progerminanti in montibus fœnum, & herbam seruituti hominum, tribuentique pecoribus pabulũ.* Per quem autem tribuit? nonne per eum, per quem vt omnia facta sunt, ita quoque omnia ipsius ordinatione prudentiáque gubernãtur? Sed quisnã, quæso, hic alius si non verbum Dei? de quo & in alio Psal. dicitur: *Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Nã & omnia per eum, & in eo facta esse prædicantur, quod & ipsa scriptura persuasum esse nobis, voluit, dum inquit: *Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.* Moses quoque in creatione mundi, hanc sententiam confirmat his verbis: Dixit Deus: *Faciamus hominem secundum imaginem & similitudinem nostram.* Post quã enim cæli & terræ & omniũ rerum procreationem absoluisset pater, ita locutus est: *Fiat cælum, congregentur aquæ, & appareat arida, & educat terra omnem herbam fœni, & omne animal.* Qua in parte increpandi Iudæi, qui scripturas peruerse intelligunt. Cum quo, quæso istic (nam id quæstionis Iudæis obiici quoque potest) sermocinabatur Deus? vbi & interloquendum imperat. Quòd si rebus creandis hoc imperium dictabat, illisque loquebatur, superuacanea erat istiusmodi sermocinatio, quippe ad eas res habita, quæ non extabant, sed futuræ erant. Nemo enim cum re nihili & nondum extante, verba facit. Nemo item ea existere iubet & alloquitur, quæ nondum sunt in rerum natura. Si enim rebus futuris imperauisset Deus, dici ab illo oportuerat: Sis cælum, sis terra, prodi herba, fias homo. Nunc autem nihil tale loquutus est. Iubet autem his verbis: *Faciamus hominem, prodeat herba?* Ex quibus apparet, Deum cum aliquo sibi proximo sermones his de rebus conferere. Necesse est igitur aliquem ei adfuisse, cum, quo vniuersa condens, colloquium miscebat. At quis ille fuerit, nisi ipsius Verbum? Cum quo enim Deus videri possit colloquium habere, nisi cum sua ipsius ratione ac verbo? Aut quis denique illi adfuit condenti omnem creabilem substantiam nisi sua ipsius Sapientia, quæ ita de se loquitur. *Quum fabricabat cælum & terram, coaderam ei.* Sub appellatione autem cæli & terræ, omnia quæ in cælo & in terra genita sunt, complexa voluit. Præsens autem ibi, vt sapientia, vt ratio, Patrémque intuens, omnia instruebat, constituebat, ac dispensabat. Rursus, vt potentia patris omnibus soliditatem existendi tribuebat (quemadmodum etiam à Saluatore dictum est) *Quæcunque video Patrem facere, eadem & ego facio.* Per eum verò & in eo omnia facta esse.

sacrosancti illius discipuli docent, eúmque esse bonam ex bona stirpem, ac verum filium. Potentia aũt Patris dicitur,& sapientia, & ratio, non ex eo,quod aliqua ex parte istarũ rerũ communionem adipiscatur, aut ista aliunde aduentitia & superuentitia,eius naturã imbuant: quales sunt, qui istarum rerum participes fiunt, ac propterea sapiẽtes,fortes, rationales efficiũtur. sed ꝙ per se sit ipsissima sapientia illa, per se illa ipsissima ratio ac propria potentia Patris,illa ipsa lux,illa ipsa veritas,illa ipsa iustitia,illa ipsa virtus:& character,& iubar,& imago,& (vt cõpendio dicam) fructus Patris vndecunq; perfectus, ac solus Filius, imagoq; immutabilis Patris sui. Quis igitur, quis (inquam) percensuerit plenè de Patre,vtverbi eius dotes assequatur? Est enim sicuti Patris Verbum, Sapientia, ita quoque ad creata se demittens & accommodãs, fit ad creatoris cognitionem intellectumq; ipsa ex se propitiatio,ipsa ex se vita,ianua,pastor,via,rex,dux & in omnib.seruator & viuificator,lux & prouidentia omnium. Talem igitur bonum, & opificem Filium habens ex se Pater, non illum rebus genitis obscurum occultumq; voluit, sed quotidie eum reuelat omnib.per omnia,quæ ab ipso constituuntur vitamq; accipiunt, & in eo,& per eum seipsum quoq; exhibet,quemadmodũ Saluator ait:*Ego in patre, & Pater in me*, vt necessariũ sit,verbum esse in genitore,& genitum cum Patre suo perennare. Quũ hæc igitur ita se habeãt, & nihil extra eum sit,sed cœlum & terra, & omnia quæ in iis sunt,ab illo pendeant:homines tamen stolidi repudiata illius cognitione & pietate, res quæ non sunt,rebus quę sunt,anteposuerunt,& pro vero Deo,ea quæ nulla essent, deos statuerunt,creaturæ potius quã creatori seruiẽtes,remq; & stultã & impiam designantes, nõ aliter quàm si quis opera præ opifice admiretur, & ad monumenta in ciuitate obstupescat, cõditorem eorum pedibus conculcet: Aut veluti si qui musicum instrumentũ laudib.extollant, cõcinnatorem autoremq; eius reiiciant, stolidi nimirum & magnopere oculis capti. Quomodo.n. vlla ratione cognouerint aliter aut nauem, aut domum,aut citharã, si non sit faber naualis, qui operã adhibeat aut architectus,qui ædificet, aut musicus qui concinnet & cõponat? Vt igitur qui hæc considerant,furunt,imo omnẽ furorẽ transcendunt:ita mihi sani esse non videntur, qui & Deum ignorant & Verbũ eius non colunt? Saluatorẽ,inquam, omnium Dominum nostrũ Iesum Christum,per quẽ omnia Pater regit & cõtinet & totius vniuersitatis curam gerit,in quem quum tu fidẽ habeas & amorẽ, ô Christi studiose,gratulare tibi,& certo persuadeas, in mercedem emolumentũq; istius in ipsum fidei & religionis,immortalitatem & regnum cœlorum tibi destinatum esse, modo secundum leges illius anima tua exornata fuerit. Vt.n.iis qui secũdum illius præcepta viuunt, æterna vita pro præmio est,ita eos qui in diuersum & non per viam virtutis incedunt, probrum ingens & periculũ inexpiabile manet in die iudicij, eo quod quum cognitam haberent virtutis vim contraria his quæ perspecta ac nota habebant, fecerunt.

A

B

C

D

E

οἱ ἱερὶ τούτου διδάσκυσι μαθηπ. καὶ ὅπι ἀγαθὸν ἐξ ἀγαθοῦ γέννημα, ϗ ἀληθινὸς θεὸς ὑπάρχων, δυνάμις ἐσι τὸ πατρὸς καὶ σοφία καὶ λόγ◎, ἀ ϗ μετοχὴν ταῦτα ὧν, ἀδὲ ἔξωθεν ἐπιγινομένων τούτων αὐτῷ ϗ τὰς αὐτὸ μετέχοντας ℭ σοφιζομένους δι' αὐτό, ϗ δυατὰς ℭ λογικὰς ἐν αὐτῷ γινομένας, ἀλλ' αὐτοσοφία αὐτολόγος, αὐτοδύαμις ἰδία ϗ πατρός ἐσιν αὐτοφῶς, αὐτο ἀλήθεια, αὐτο δικαιο σύνη, αὐτο ἐρεπή· καὶ μὴν ϗ χαρακτὴρ ϗ ἀπαύγασμα ϗ εἰκὼν ϗ σωτελέσι φερόσιν, καρπὸς παντελὴς ϗ παντὸς ὑπάρχης ϗ μον◎ ἐσιν υἱὸς εἰκὼν ἀπαράλλακτος τὸ πατρὸς· ὡς σοφὸς εἶ, ὡς ἐξαριθμήσε τ πατέρα, ἵνα ϗ τὸ λόγο τούτο τὰς δυνάμις ἐξάρει; ἔσι γὰρ ὥσπερ τὸ πατρὸς λόγ◎ ϗ σοφία, ὅτω ϗ τοῖς γνωτοῖς συγκαταβαίνων, γίνε ται πρὸς τ ἴδιον γνώσιν καὶ ἔννοιαν αὐτο ἁγιασμὸς ϗ αὐτο ζωή, ϗ θύρα, ℭ πιμὴν, ℭ ὁδὸς, ℭ βασιλεὺς, καὶ ἡγεμὼν, ϗ ὁπὶ πᾶσι σωτὴρ, καὶ ζωοποιὸς, ℭ φῶς ϗ προόνοια τ πάντων. πόθεν οὖν ἄρα ἀγαθὸν καὶ δημιεργὸν υἱὸν ἔχων ἐξ ἑαυτὸ ὁ πατὴρ, οὐκ ἀφανῆ αὐτ τοῖς γνωτοῖς ἀπέκρυψεν· ἀλλὰ ϗ ὁσημέραι τοῦτον ἀποκαλύπ τοῖς πᾶσι διὰ τ τ πάντων δι' αὐτὸ συσέσεως ℭ ζωῆς· ἐν αὐτῷ γ, καὶ δι' αὐτό, ℭ ἑαυτ ἐμφαίνει. καθὼς ὁ σωτὴρ φησιν, ἐγὼ ,, ἐν τῷ πατρὶ, ℭ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί· ὥστε ἐξ ἀνάγκης εἶναι τ λόγον ἐν τῷ γνωσθῆναι. ϗ τ γνωθέντα σωτῷ πατρὶ διαιωίζειν. τούτων γ ὄντως ἐχόντων, καὶ ὐδενὸς ἔξωθεν αὐτὸ τυγχάνοντ◎· ἀλλὰ ℭ θεραν ϗ ℭ γῆς ℭ πάντων τῶν ἐν αὐτοῖς ἐξηρτημένων αὐτοῦ, ὅμως ἄνθρωποι ὠδάφρονες ὠδαγκωνισάμενοι τὸ πρὸς τὸν γνῶσιν καὶ δύσεβειαν, τὰ ὄντα ὄντα πρὸ τῶν ὅλων ἐτίμησαν· ϗ ἀνὶ τ ὄντως ὄντος θεῦ, τὰ μὴ ὄντα ἐθεοποίησαν· τῇ κτίσ ὠδὲ τ κτίσαντα λατρεύοντες· πᾶγμα πάσχοντες ἀνόητον ϗ δυσεβές. ὅμοιον γὰρ ἔιπς τὰ ἔργα πρὸ τὸν τεχνίτ θαυμάσε· ℭ τὰ ἐν τῇ πόλ δημιουργήματα καταπλαγεὶς, τ τὸν δημιεργὸν καταπτίη· ἢ ὡς εἴ τις τὸ μὲν μυσικὸν ὄργανον ἐπαινοίη, τ γ σωθέντα ϗ ἁρμοσάμενον ἐκβάλλοι. ἄφρονες ϗ πολὺ τ ὀφθαλμὸν πεπηρωμένοι. πῶς γὰρ ἂν ἔγνωσαν ἄλλως οἰκοδομὸν, ἢ ναῦν, ἢ λύραν, μὴ ἀφ' ἑνὸς τοῦ ναυπηγοῦ ἐργασαμένου, καὶ δ' ἀρχιτέκτονος οἰκοδομήσαντος ϗ τοῦ μυσικοῦ σωθέντ◎· ὥσπερ οὖν ὁ ταῦτα λογιζόμενος μαίνε ται, ℭ ὑπερεπέκεινα πάσης μανίας ἐσὶν, ὅτως ὅ μοι δοκεῖ σὺν ὑγιαίνειν τ ἀθέων οἱ τ θεὸν μὴ ἐπιγινώσκοντες, ℭ τ τούτο λόγον μὴ θρησκεύοντες, τ σωτῆρα τ πάντων τ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστόν. διὸ ϗ τὰ πάντα ὁ πατὴρ διὰ τοῦτο σωέχει, καὶ σωέχων τὰ τῶν ὅλων· εἰς ὃν σὺ τὴν πίστιν ἔχων καὶ τὸ θεοσεβὲς ὦ φιλόχριστε, χαῖρε καὶ ἔλπις γίνου. ὅτι τ εἰς αὐτὸν πίστεως ϗ δυσεβείας ἀθανασία καὶ βασιλεία οὐρανῶν ἐσιν ὁ καρπὸς, μόνον ἐὰν κατὰ τὰς αὐτοῦ νόμους, ἡ ψυχὴ κεκοσμημένη γένηται. ὥσπερ γὰρ τῆς κατ' αὐτὸν πολιτευομένους ἔσι τ ἔπαθλον ζωὴ αἰώνι◎, οὕτως τοῖς τὴν ἐναντίαν καὶ μὴ τὴν τῆς ἀρετῆς ἀτραπὸν ὁδεύουσιν, αἰσχύνη μεγάλη καὶ κίνδυ◎ ἀσύγνως◎ ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως· ὅτι καίτοι γνόντες τὴν τῆς ἀληθείας ὁδὸν, ἐναντία ὧν ἔγνωσαν ἔπραξαν.

γῆ

Τῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

Αλεξανδρίας

Λόγος περὶ τ ἐνανθρωπήσεως τ [θεῦ] λόγυ· καὶ τ δι' αὐτ σώματος πρὸς ἡμᾶς ἐπιφανείας αὐτ:-

S. Patris noſtri

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI

Alexandrini

De incarnatione verbi eiuſque corporali ad nos aduentu.

ΑΡΚΟΥΜΕΝΩΣ μὲν οὖν τοῖς πρὸ τούτων ἐκ πολλῶν ὀλίγα διαλαβόντες, περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν περὶ τὰ εἴδωλα πλάνης, καὶ τῆς τούτων δεισιδαιμονίας, πῶς ἐξ ἀρχῆς τοῦτων γέγονεν ἡ εὕρεσις· ὅτι ἐκ κακίας οἱ ἄνθρωποι ἑαυτοῖς τινὰ πρὸς τὰ εἴδωλα θρησκείαν ἐπενόησαν· ἀλλὰ γὰρ χάριτι θεῦ σημάναντες ὀλίγα περὶ τ θειότητος τ λόγυ τ πατρὸς, καὶ τῆς εἰς πάντα προνοίας καὶ δυνάμεως αὐτ· καὶ ὅτι ὁ ἀγαθὸς πατὴρ τούτῳ τὰ πάντα διακοσμεῖ, καὶ τὰ πάντα ὑπ' αὐτ κινεῖται, καὶ ἐν αὐτῷ ζωοποιεῖται· φέρε καὶ ἀκολουθίαν μακάριε καὶ ἀληθῶς φιλόχριστε, τῇ περὶ τῆς εὐσεβείας πίστει, καὶ τὰ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τ λόγυ διηγησώμεθα· καὶ περὶ τ θείας αὐτ πρὸς ἡμᾶς ἐπιφανείας δηλωσώμεθα. ὧν οἱ μὲν Ἰουδαῖοι διαβάλλουσιν· Ἕλληνες δὲ χλευάζουσιν· ἡμεῖς δὲ, προσκυνοῦμεν· ἵν' ἔτι μᾶλλον ἐκ τῆς διακρίσεως τ τελείας τ λόγυ, μείζονα καὶ πλείονα τὴν εἰς αὐτὸν εὐσέβειαν ἔχῃς· ὅσῳ γὰρ οἱ τοῖς ἀπίστοις χλευάζεται, τοσούτῳ μείζονα τὴν περὶ τ θεότητος αὐτ μαρτυρίαν παρέχει· ὅτι τὰ μὴ καταλαμβάνουσιν ἄνθρωποι ὡς ἀδύνατα, ταῦτα αὐτὸς ἐπιδείκνυται δηλονότι· ἃ ὡς ἀπρεπῆ χλευάζουσιν ἄνθρωποι, ταῦτ' ἄν αὐτὸς τῇ ἑαυτ ἀγαθότητι καὶ πρεπῆ καταδείκνυσι· καὶ οἱ σοφιζόμενοι ὡς ἀνθρώπινα γελῶσι, ταῦτα αὐτὸς τῇ ἑαυτ δηλώσει, θεῖα ἐπιδείκνυται. τὴν μὲν τῶν εἰδώλων φαντασίαν, τῇ νομιζομένῃ ἑαυτ τελείᾳ διὰ τ σωμ καταισχύνων· τοὺς δὲ χλευάζοντας καὶ ἀπιστοῦντας, μεταπείθων ἀφανῶς, ὥστε τὴν θειότητα αὐτ δι' ἡμῶν ἐπιγινώσκειν· εἰς δὲ τὸν περὶ τούτων διήγησιν, χρεία τῆς τ προφημένων μνήμης· ἵνα καὶ τ αἰτίαν τ ἐν σώματι φανερώσεως ἔχοντα καὶ τηλικοῦτα παράδοξα λόγυ γνῶναι δυνηθῇς· εἰ μὴ νομίσῃς ὅτι φύσεως ἀκολουθίᾳ σῶμα περιφόρησεν ὁ σωτήρ· ἀλλ' ὅτι ἀσώματος ὢν τῇ φύσει, καὶ λόγος ὑπάρχων, ὅμως καὶ φιλανθρωπίαν καὶ ἀγαθότητα τὴν ἑαυτ πατρὸς, διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν, ἐν ἀνθρωπίνῳ σώματι ἡμῖν πεφανέρωται. πρέπειδὲ

A

vt si quando negligerent ex sui ipsorũ intuitu Deũ agnoscere possent saltem ex naturæ operib. opificẽ intelligere. Sed quum paulatim negligentia hominũ in peius procederet, rursum etiã huic infirmitati Deus cõsuluit, emittẽs ad eos legẽ & prophetas ipsis familiares, vt si grauarentur in cælum suspicere, haberent de proximo doctrinam. Homines enim ex hominib. propius addiscunt, quid in rem sit vtile. Licebat igitur oculis ad cæli magnitudinem sublatis, ac naturæ ordinem rerumque inter se congruentiam animaduertentibus cognoscere eius priucipem moderatricemque Patris Rationem, quæ sua in omnia prouidentia Patrem omnibus patefacit, & propterea vniuersa mouet, vt per ipsum omnes Deum cognoscere possint. Aut si illis id graue esset, licebat vel ex colloquio Sãctorum ad eam scientiam peruenire, vt & omnium opificem Deum Christi Patrem cognoscerent, & inde idolorum cultum intelligerẽt nullo omnino numine subnixum esse, & impietate scatere. Poterant quoque ex legis institutione à sceleribus auerti, & vitam secundum virtutem viuere. Non enim in Iudæorum gratiam duntaxat lex illa introducta fuit, aut prophetę ad solos Iudęos missi, à quibus affligebantur, sed in hoc destinati, vt vniuersi orbis magistri ac pędagogi essent, & pro publica schola & sacrosancta, tàm in iis quæ pertinent ad Dei notionem quàm in iis quę spectant ad animæ disciplinam haberentur. Cæterum qnantacunque esset Dei bonitas, homines tamen victi præsentariis voluptatibus, dæmonumque præstigiis & impostoris, nihilo propinquius ad veritatem accedebant, imo pluribus adhuc malis sceleribusque sese ingurgitabant: adeo vt iam amplius rationales non viderentur, sed bruti ex moribus irrationalésque censerentur. Ad iustum igitur modum obbrutescẽtibus mortalibus atque ita dæmoniaca seductione occultãte & obtenebrante veram Dei cognitionem, quid nã à Deo fieri oportuit? obticescéne ad tam atroces, atque ociosè pati, homines à dæmonibus in errorem abduci, neque ipsos cognoscere Deum? At quorsum opus fuit, vt homo ab initio ad Dei imaginẽ conderetur? præstabat enim eum simpliciter irrationalẽ creari, quã cum ratione creatum irrationabiliter viuere. Aut quorsum attinuit, eũ statim à principio cogitatus intellectionesq; de numine concipere? si ne sic quidem dignus esset, qui eas perciperet: potius ab initio id dari non oportuit. Aut quid commodi Deo creatori, aut quæ inde illi gloria, si homines creati ab eo, non eum, sed alios adorarent, persuasi se ab illis esse conditos, quasi Deus homines nõ sibi, sed alij architectatus esset? Quod si rex aliquis ex mortalium numero, loca à se munita minime permittat per deditionem aliis seruire, vel ad alios deficere: sed scriptis illos multisque subinde amicorum legationib. solicitat: & si necessum est, ipse quoq; eodẽ se cõfert, vt præsentiã ipsius reuereantur: idque

ἐνοήσατο χ τ ἀμελείας τούτων ἵν' ἐκ ἀμελήσαιεν δι' αὐτῶν τ θεὸν ἀπιγνῶναι, ἔχωσι διὰ τῶν τ κτίσεως ἔργων τὸν δημιουργὸν μὴ ἀγνοεῖν. ἐπειδὴ ἡ ἀνθρώπων ἀμέλεια ἀπίβα χείρονα κατολίσθησεν ἀπικαβαίνειν· προενοήσατο πάλιν ὁ θεὸς χ τ τοιαύτης ἀσθενείας αὐτῶν νόμους χ προφήτας τοὺς αὐτῶν γνωρίμους ἀποστέλας, ἵνα ἐκ κἀκείνου τὸν ἐρανὸν οἰκήσωσιν αἰ αὐλέψαι χ γνῶναι τ ποιητ, ἔχωσιν ἐκ τῶν ἐγγὺς τ διδασκαλίαν. ἄνθρωποι γὰρ ἀνθρώπων ἐγγυτέρω διώαν μαθεῖν τῶν κρειττόνων. ἐξὸν οὖν αὐτοῖς ἀναβλέψαι χ αὐτοὺς εἰς τ μέγεθος τ ἐρανῦ καταγνόντας τ κλίσεως δαιμονίαν, γνῶναι τ ταύτης ἡγεμόνα τ κ πάντων λόγον, τὸν τῇ ἑαυτοῦ εἰς πάντα προνοίᾳ γνωριζόμενα πᾶσι τὸν πατέρα, κ δι' αὐτοῦ τὰ ὅλα κινοῦντα, ἵνα δι' αὐτοῦ πάντες γινώσκωσι τ θεόν. ἢ εἰ τοῦτο αὐτοῖς μὴ ἐκνηρὸν, κἂν τοῖς ἁγίοις δοκοῦν μὴ αὐτοὺς συντυγχάνειν, κ δι' αὐτῶν μαθεῖν τ τῶν πάντων δημιουργὸν θεόν, τὸν τ χριστοῦ πατέρα· κ ὅπου τῶν εἰδώλων ἡ θρησκεία ἀθεότης ἐστὶ κ πάσης ἀπεδείας μεστή. ἐξὸν δὲ μὴ αὐτοὺς χ τ νόμον ἐγνωκότας, παύσασθαι πάσης τ δαιμονιμίας, κ τ κατ' ἀρετὴ ζῆσαι δίκαιον. διὰ γὰρ δὴ τοῦτο οὐ διὰ Ἰουδαίους μόνους ὁ νόμος μὴ δὲ διὰ αὐτοὺς μόνους οἱ προφῆται ἐπέμποντο, ἀλλὰ πρὸς Ἰουδαίους μὲν ἐπέμποντο, κ τ δι' Ἰουδαίων ἐδιώκοντο· πάσης δὲ τ οἰκουμένης ἦσαν διδασκάλιον ἱερὸν τ περὶ θεοῦ γνώσεως, καὶ τ καθ' ὑψηλὴν πολιτείας. τοσαύτης οὖν οὔσης τῆς τοῦ θεοῦ ἀγαθότητος καὶ φιλανθρωπίας· ὅμως οἱ ἄνθρωποι νικώμενοι τ δι' ἡδυλίκαις ἡδοναῖς, καὶ ταῖς δι' ἀλαιμόνων φαντασίαις κ ἀπάταις, οὐκ ἀνένδυσαν πρὸς τ ἀλήθειαν· ἀλλ' ἑαυτοὺς πλείοσι κακοῖς κ ἁμαρτήμασιν ἐνεφόρησαν, ὡς μηκέτι δοκεῖν αὐτοὺς λογικοὺς, ἀλλὰ ἀλόγους ἐκ τ ἤθων νομίζεσθαι. ὅτω πλείων ἀλογωθέντων τῶν ἀνθρώπων χ ὅτω τῆς δαιμονικῆς πλάνης ἀπισκιαζούσης τὰ πανταχοῦ, χ κρυπτούσης τ περὶ τ ἀληθινοῦ θεοῦ γνῶσιν, τί τὸν θεὸν ἔδει ποιεῖν; σιωπῆσαι τ τηλικοῦτον; καὶ ἀφεῖναι τοὺς ἀνθρώπους ὑπὸ δαιμόνων πλανᾶσθαι, χ μὴ γινώσκειν αὐτοὺς τ θεόν; τίς ἡ χρεία τοῦ ἐξ ἀρχῆς κατ' εἰκόνα θεοῦ γενέσθαι τ ἄνθρωπον; ἔδει γὰρ αὐτ ἁπλῶς ὡς ἄλογον γενέσθαι· ἢ γενόμενον λογικὸν, τ τῶν ἀλόγων ζωὴν μὴ βιοῦν. τίς δὲ ὅλως οὐ χρεία ἐννοίας αὐτὸν λαβεῖν περὶ θεοῦ ἐξ ἀρχῆς; εἰ γὰρ ὅδε νῦν ἄξιος ἐστὶ λαβεῖν, ἔδει μὴ ἧττ τ ἀρχὴν αὐτῷ σοθῆναι. τί γὰρ ὄφελος τῷ πεποιηκότι θεῷ· ἡ ποία σόξα αὐτῷ ἂν εἴη, εἰ οἱ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενοι ἄνθρωποι μὴ προσκυνοῦσιν αὐτῷ, ἀλλ' ἑτέρους εἶναι τοὺς πεποιηκότας αὐτοὺς νομίζουσιν. εὑρίσκει γὰρ ὁ θεὸς ἑτέροις κ ἀφ' ἑαυτῷ τούτους δημιουργήσας. εἶτα βασιλεὺς μὲν ἄνθρωπος ὢν τῶν ὑπὸ αὐτὸν κλιθείσας χώρας οὐκ ἀφίησιν ἐκδότους ἑτέροις σκλαδεύειν· μὴ δὲ πρὸς ἄλλους καταφεύγειν ἀλλὰ γράμμασιν αὐτοὺς ὑπομιμνήσκει, πολλάκις δὲ, καὶ διὰ

φίλων αὐτῆς ἀπιστέλλει, εἰδὲ καὶ χρεία γένηται, αὐτὸς παραγίνεται, τῇ παρουσίᾳ λοιπὸν αὐτοὺς συσ-

ωπῶν

ωπῶν· μόνον ἵνα μὴ ἑτέροις δηλώσωσι καὶ λόγον αὐτοῦ τὸ ἔργον γλύπῃ). ὁ πολλῷ πλέον ὁ θεὸς τὸ ἑαυτοῦ κλισμάτων φείσεται), πρὸς τὸ μὴ πλανηθῆναι ἀπ' αὐτοῦ καὶ τοῖς οὐκ ὄντι δηλοῦν; μάλιστα ὅτι ἡ παιδοτη πλάνη ἀπωλείας αὐτοῖς αἰτία καὶ ἀφανισμοῦ γίνεται; οὐκ ἔδει ἢ ἅπαξ κοινωνήσαντα τοῦ θεοῦ εἰκόνος ἀπολέσαι; ἢ οὖν ἔδει ποιεῖν τὸν θεὸν ἢ ἵνα ἔδῃ γενέσθαι, ἀλλ' ἢ τὸ κατ' εἰκόνα πάλιν ἀνανεῶσαι; ἵνα δὲ αὐτοῦ πάλιν αὐτὸν γνῶναι δυνηθῶσιν οἱ ἄνθρωποι. τοῦτο ἦ πῶς ἂν ἐγεγόνει· εἰ μὴ αὐτὸς τοῦ θεοῦ εἰκὼν ὢν ἁρμοζομένης σαρκὸς ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ; οὐ ἀνθρώπων μὲν γὰρ οὐκ ἦν δυνατὸν ἐπεὶ καὶ αὐτοὶ κατ' εἰκόνα γεγόνασιν· ἀλλ' οὐδὲ οὐ ἀγγέλων. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ αὐτοί εἰσιν εἰκόνες. ὅθεν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος οὐ ἑαυτὸν παρεγίνετο, ἵν' ὡς εἰκὼν ὢν τοῦ πατρός, τὸν κατ' εἰκόνα ἄνθρωπον ἀνακτίσας δυνηθῇ· ἄλλως ἦ πάλιν οὐκ ἂν ἐγεγόνει, εἰ μὴ ὁ θάνατος ἐπὶ πλεῖον ἐξαφανισθείσα. ὅθεν εἰκότως ἔλαβε σῶμα θνητόν, ἵνα ὁ θάνατος ἐν αὐτῷ λοιπὸν ἐξαφανισθῆναι δυνηθῇ, καὶ οἱ κατ' εἰκόνα πάλιν ἀνακαινισθῶσιν ἄνθρωποι· ἀκοῦσαι ἑτέρᾳ πρὸς πιστιν τὴν χρείαν οὐκ ἦν μὴ τῆς εἰκόνος τοῦ πατρός. ὡς γὰρ ἡ χραφείσης ἐν ξύλῳ μορφῆς ἀφανισθείσης ἐκ τῶν ἔξωθεν ῥύπων, πάλιν χρεία τοῦτον ἀφανισθέντος ἔχῃ ἔσται ἡ μορφή· ἵνα ἀνακαινισθῆναι εἰκὼν δυνηθῇ ἐν τῇ αὐτῇ ὕλῃ· ἁρμὸς γὰρ τὴν ἐκείνης χρεφὴν ἐν αὐτῇ ἡ ὕλη ἐν ᾗ γέγραπται οὐκ ἐκβάλλεται), ἀλλ' ἐν αὐτῇ ἀνατυπωθῇ· καλῶς ἦν ὁ πανάγιος τοῦ πατρὸς υἱὸς, εἰκὼν ὢν τοῦ πατρὸς, παρεγένετο ὅπου τοὺς ἡμετέρους τόπους· ἵνα τὸν κατ' αὐτὸν πεποιημένον ἄνθρωπον ἀνακαινίσῃ, καὶ ὡς ἀπολόμενον εὕρῃ διὰ τῆς τῶν ἁμαρτιῶν ἀφέσεως. ᾗ φησι καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις· ἦλθον τὸ ἀπολόμενον σῶσαι καὶ εὑρεῖν. ὅθεν καὶ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους ἔλεγεν, ἐὰν μήτις ἀναγεννηθῇ· οὐ τοῦ ἐκ γυναικῶν γεννησιν σημαίνων, ὥσπερ ὑπενόουν ἐκεῖνοι, ἀλλὰ τοῦ ἀναγεννωμένου καὶ ἀνακαινιζομένου ψυχῇ ἐν τῷ κατ' εἰκόνα δηλῶν. ἐπειδὴ ἦ καὶ εἰδωλομανία καὶ ἀθεότης κατεῖχε τοῦ οἰκουμένου, καὶ ἡ περὶ θεοῦ γνῶσις ἐκέκρυπτο· ἵνα οὖν μὴ διδάξαι τοῦ οἰκουμένου περὶ πατρός. ἀνθρώπου φαίνοις ἂν, ἀλλ' οὐκ ἂν ἀνθρώπων ἑνὸν τοῦ ὑφήλιον πᾶσαν ὑπελθεῖν, ὅτε τῇ φύσει πλέον ἰσχυόντων δραμεῖν, ὅτε ἀξιοπίστων περὶ τούτου δηλωμένων γενέσθαι, ὅτε πρὸς τοῦτων δαιμόνων ἀπάτου καὶ φαντασίαν ἱκανῶν δὲ ἑαυτῶν αὐλισῆναι. πάντων γὰρ κατὰ ψυχὴν πληγέντων καὶ ταραχθέντων ἀπὸ τῆς δαιμονικῆς ἀπάτης καὶ τῆς τῶν εἰδώλων μανιώτητος. πῶς οἷόντε ἦν ἀνθρώπου ψυχὴν καὶ ἀνθρώπων νοῦν μεταπεῖσαι, ὅπουγε ὁδὲ ὁρᾶν αὐτὸς δηλώναντας; ὁ δὲ μὴ ὁρᾷ τις, πῶς δηλώσαι μεταπαιδεῦσαι. ἀλλ' ἴσως ἄτις ἔφοι τοῦ κτίσιν ἀρκεῖσθαι. ἀλλ' εἰ ἡ κλίσις ἤρκει, οὐκ ἂν ἐγεγόνει τὰ τηλικαῦτα κακὰ. ἦν γὰρ καὶ ἡ κλίσις, καὶ ὁδὲν ἧττον οἱ ἄνθρωποι ἐν τῇ αὐτῇ πρὸς θεοῦ πλάνῃ ἐκυλίοντο.

idque adeo nulla ex causa, præterquam ne vel aliis obtemperarent, vel sua acta in irritum cadant. Quid autem, an non multo auidius, tenaciusque Deus tuebitur oēs res à seipso creatas? ne à se aberrent, & rebus nihili seruiant, præcipue quum istiusmodi error cum eorum pernicie demolitionéque coniunctus sit. Non decebat eos diuinæ semel imaginis consortes in exitium abire. Quid igitur Deo conueniebat, vt faceret? aut quid par erat, vt fieret? nisi vt exemplar imaginis renouaret, vt per id denuo ipsum homines cognoscere possent? de eo autem quomodo confici potuit, nisi ipsa imago Dei Saluator noster Christus superueniret? Per hominem sane id agi nequibat, quandoquidem & ipsi ad imaginem creati erant sed neque per angelum, quippe, quum Angeli imagines non sint. Ergo quod supererat, Dei Ratio ipsa aduenit, vt imago Patris, quo hominem qui ad imaginem figuratus erat, recuperaret. Sed ne ita quoque hoc ipsum successisset, nisi & mors intercederet, & corruptio extereretur. Vnde nō immerito mortale corpus assumpsit, vt mors in ipso in posterum deleretur, & homines ad eius imaginem conditi, denuo instaurarentur. Nullius igitur id negotium fuit, nisi imaginis Patris. Vt.n. forma aliqua in tabulis depicta, sordibusque aliūde superiniectis obliterata, instaurari nequit, nisi eius præsentia adhibeatur, ad cuius speciem primitus tabula, depicta fuit: Illius enim honori datur, cur materia, quæ eius imaginē semel susceperat, non abiiciatur, sed de integro interpoletur: Eodem modo vndecūque ille bonus Patris filius, imago & character Patris, ad regiones nostras profectus est, vt hominem ad sui similitudinem factum denuo reficeret, & perditum condonatione peccatorum recuperaret, quemadmodum ipse ait in Euangeliis. *Veni, vt quod perditum esset, inuenirem & conseruarem.* Vnde & ad Iudæos dixit: *Nisi quis renatus fuerit*: nō his verbis natiuitatem ex fœminis insinuās, quemadmodum illi suspicabantur, sed animam, quæ renascitur ac instauratur secundum imaginē Dei subindicans. Cæterum quoniam furor idolatriæ, ac superstitio nullo numine subnixa orbem tenebat, & Dei cognitio suppressa erat: cuius erat mundum de Patre docere? hominis, dixerit aliquis, at non possibile erat hominibus omnem quæ sub sole est, terrā peragrare, neq; in viribus eorum, vt tantū spacij decurrerent, neque satis idonei autores habiti fuissent, quibus de istiusmodi negociis fides haberetur, neque dæmonū fraudibus & præstigiis obsistere potuissent, omnium animis vulneratis perturbatisque diabolica impostura, & idolorum vanitate. Qui (quæso) fieri potuisset, vt hominis animam, & hominis mentem, in aliam sententiam traducerent, si ne sub cōspectum quidem eorum venirent? Quem autē non vides, quomodo eū docere queas? Sed dixerit aliquis, rerum naturam ad id sufficere. At si rerū natura suffeciſſet, non tanta scelera designata fuissent. Iam enim tū erat rerū natura, quū nihilo tamē minus in de Deo errore homines volutabātur.

Cuius igitur vſus operáque requirebatur, niſi verbi Dei, animam & mentem intuentis,& cætera quæ ſunt in rerum natura cõmouentis, ac per illa Patrem ſuũ manifeſtantis, qui ſua prouidentia, ſerie, ordinéq; rerum, de patre documenta adfert. Illius, inquam, fuit, hanc doctrinam inſtaurare. Sed quánã ratione id agendum fuerat? diceres fortaſſe, per eaſdem res id obtineri potuiſſe, vt rurſum per naturæ opera, ea quę ad Patris cognitionẽ ſpectarent, demõſtrarentur. Rectè, ſed in hoc nihil certæ ſpei, quaſi ſcilicet nõ antea mortales iſtiuſmodi documenta contempſiſſent, aut quaſi in ſublime iam, ac non potius humi oculos depreſſos haberent. Qua propter rectũ erat, ipſum vt hominibus opitularetur, in ſpecie hominis peregrinari, corpuſq; quod illis ſimile eſſet aſſumeret, rebus quæ deorſũ ac humi erant, hoc eſt, operibus corporeis ad eam rem vſus, vt ſi eum cognoſcere non vellent, ex mundi adminiſtratione ac prouidentia, ſaltẽ ex operibus corporis,primum Dei Verbum in corpore, deinde ex Verbo Patrẽ agnoſcerent. Vt enim bonus magiſter pro cura ſuorum diſcipulorum, quum ex maioribus documentis proficere nequeunt, ad minutioravilioraque ſeſe demittens,illos inſtituit: ita quoq; Dei Verbum fecit, quemadmodum teſtatur Paulus his verbis: *Quandoquidem in ſapientia Dei, non cognouit mundus per ſapiẽtiam Deum, optimum viſum eſt Deo per ſtultitiã prædicationis ſaluare credentes*. Quia enim homines ſeſe auerterant à contemplatione numinis, & tanquam in abyſſum profundiſſime demerſi,humi oculis defixis, in generatione rebúſq; ſenſibilibus Deum requirebant, hominum mortalium ac dæmonum ſimulachra effigiantes, ideo hominum amator Deus,& cõmunis omnium Saluator, Dei Verbũ ac ratio, corpus ſibi aſſumpſit,homo inter homines verſaturus, vt hominum ſenſus præoccuparet, quibus perſuaſum erat, in rebus corporis Deũ conſiſtere, quò ex reb.quas miniſterio corporeis geſturus erat, veritatẽ intelligerent, atq; ita cogitatione ſua ad Patrẽ aſſurgerent, vt homines humana ſolũ cogitantes, quocunq; ſuos ſenſus conferrent, ibi ſe anticipari præoccuparique notionibus, & vndecunque inſinuari veritatem ſibi animaduerterent: vt ſiue rerum naturam admirabũdi ſpecularentur, viderent illam ipſam quaſi proteſtari Dominum rerum Chriſtum eſſe: ſiue circa homines animo cõtemplationeque hærerent, vt eos numina arbitrarentur, ex Chriſti ſaluatoris tamen cum aliorum operibus comparatione,eum ſolum inter homines ſaluatorem eſſe, Deique filium conſtaret,quum nihil rerum geſtarum tale apud alios reperirent, qualia in actis Verbi Dei conſpicerẽt: ſiue præoccupati perſuaſione ad dæmones ſe cõferrent, animaduertẽtes eos àDomino fugari, ſtatim ratiocinarẽtur, eũ qui hæc faceret, ſolũ eſſe Dei Verbũ, ac dæmones omni diuinitate carere ꝙ ſi eorum animus circa mortuos defigeretur admiratione, vt eos quaſi heroas colerent, aut ex genere eorum deorũ eſſe putarẽt, quales apud poëtas

A

B

C

D

E

τὸν θεὸν οὖν ὁ σωτὴρ λόγος τοῦ θεοῦ πάλιν χρεία ἦ τοῦ θεοῦ λόγου καὶ ψυχῆ καὶ νοῒ ὁρῶντος, τοῦ καὶ τὰ ὅλα ἐν τῇ κτίσει κινοῦντος, καὶ δι' αὐτῶν γνωρίζοντος τὸν πατέρα. τὸ γὰρ διὰ τῆς ἰδίας προνοίας καὶ διακοσμήσεως τῶν ὅλων διδάσκοντος περὶ τοῦ παντὸς αὐτὸ μὲν καὶ τὴν αὐτὴν διδασκαλίαν αἰνιττόμενα· ὡς οὖν οὐ γεγόνει τοῦτο. ἴσως ἄν τις εἴποι, ὅτι ἐξὸν μὲν διὰ τῶν αὐτῶν, ὥσπερ πάλιν διὰ τῶν τῆς κτίσεως ἔργων τὰ περὶ αὐτοῦ δεῖξαι. ἀλλ' οὐκ ἐμὲ ἀσφαλὲς ἐπὶ τούτου. ἀρχέτω. παρεῖδον γὰρ τοῦτο πρότερον οἱ ἄνθρωποι, καὶ οὐκέτι μὲν ἄνω, κάτω δὲ τὰς ὀφθαλμὰς ἐσχήκατιν. ὅθεν εἰκότως ἀνθρώπους θέλων ὠφελῆσαι, ὡς ἄνθρωπος ἐπιδημεῖ, λαμβάνων ἑαυτῷ σῶμα ὅμοιον ἐκείνοις, καὶ ἐκ τῶν κάτω, (λέγω δὴ διὰ τῶν τοῦ σώματος ἔργων)· ἵνα οἱ μὴ θελήσαντες αὐτὸν γνῶναι ἐκ τῆς εἰς τὰ ὅλα προνοίας καὶ ἡγεμονίας αὐτοῦ, κἂν ἐκ τῶν δι' αὐτοῦ σώματος ἔργων γνώσωνται τὸν ἐν τῷ σώματι τοῦ θεοῦ λόγον, καὶ δι' αὐτοῦ τὸν πατέρα. ὡς γὰρ ἀγαθὸς διδάσκαλος κηδόμενος τῶν ἑαυτοῦ μαθητῶν τοὺς μὴ δυναμένους ἐκ τῶν μειζόνων ὠφεληθῆναι, πάντως διὰ τῶν ἐλαττόνων συγκαταβαίνων αὐτοῖς παιδεύει, οὕτως καὶ ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, καθὼς καὶ ὁ παῦλος φησι. ἐπειδὴ „ γὰρ ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ θεοῦ οὐκ ἔγνω ὁ κόσμος „ διὰ τῆς σοφίας τὸν θεόν· εὐδόκησεν ὁ θεὸς „ διὰ τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος σῶσαι τοὺς „ πιστεύοντας. ἐπειδὴ γὰρ οἱ ἄνθρωποι ὑπεσκοτισμένοις τῷ περὶ τὸν θεὸν θεωρίαν, καὶ ὡς ἐν εὐθῷ βυθισθέντες κάτω τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχοντες ἐν γῇ καὶ πῖσι αἰσθήσεσι τὸν θεὸν ἀνιχνεύετον, ἀνθρώπους ὄντας καὶ δαίμονας ἑαυτοῖς θεοὺς ἀνατυπούμενοι· τούτου ἕνεκα ὁ φιλάνθρωπος καὶ κοινὸς πάντων σωτὴρ, ὁ τοῦ θεοῦ λόγος λαμβάνει ἑαυτῷ σῶμα, καὶ ὡς ἄνθρωπος ἐν ἀνθρώποις ἀναστρέφεται, καὶ τὰς αἰσθήσεις πάντων ἀνθρώπων περιλαμβάνει, ἵνα οἱ ἐν σωματικοῖς νοοῦντες εἶναι τὸν θεὸν, ἀφ' ὧν ὁ κύριος ἐργάζεται διὰ τῶν τοῦ σώματος ἔργων, ἀπ' αὐτῶν νοήσωσι τὴν ἀλήθειαν καὶ δι' αὐτοῦ τὸν πατέρα λογίσωνται, ἄνθρωποι ὄντες καὶ ἀνθρώπινα πάντα νοοῦντες οἷς ἐαυτοὺς ἐπέβαλον τὰς ἑαυτῶν αἰσθήσεις, ἐν τούτοις περιλαμβανομένους ἑαυτοὺς ἑώρων, καὶ πανταχόθεν διδασκομένους τὴν ἀλήθειαν. εἰ πρὸς εἰς τὴν κλῆσιν ἐπέβαλλο, ἀλλ' ἑώρων αὐτὸν ὁμολογοῦντα τὴν χρῆσιν κύριον· εἰ πρὸς ἀνθρώπους μὲν αὐτὴ ἡ διάνοια περιληφθεῖσα, ὥστε τούτους θεοὺς νομίζειν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἔργων τοῦ σωτῆρος συγκρίνοντα τὰ ἐκείνων ἐφαίνετο ἐν ἀνθρώποις μόνον ὁ σωτὴρ θεοῦ υἱός· ἐξ ὅλων παρ' ἐκείνοις πίστις ὁποία ὠφελεῖ τοῦ θεοῦ λόγου γέγονεν· εἰδὲ καὶ εἰς δαίμονας ἦσαν περιληφθέντες. ἀλλὰ ὁρῶντες αὐτοὺς διωκομένους ὑπὸ τοῦ κυρίου, ἐγίνωσκον μόνον εἶναι τοῦτον τὸν τοῦ θεοῦ λόγον καὶ ἐκ εἶναι θεοὺς τοὺς δαίμονας, εἰ καὶ εἰς νεκροὺς ἤδη τούτων ὄντας καταφρονηθεὶς, ὥστε θρησκεύειν ἥρωας καὶ τοὺς παρὰ ποιηταῖς

πιηΓ λεγομένης θεὸς, ἀλλ' ὁρῶντες τ̀ Γ σωτῆρος
ἀνάστασιν, ὡμολόγουν ἐκείνους ἔ)ψευδεῖς, κ̀ μό-
νον τ̀ν κύριον ἀληθινὸν τ̀ Γ πατρὸς λόγον, τ̀ Ε
Γ θανάτου κυριεύοντα. Διὸ ΓΤ κ̀ γεγένηται κ̀
ἄνθρωπ@ ἐφάνη, Ε ἀπέθανε, κ̀ ἀνέστη, ἀμβλύ-
νας κ̀ ἀπισκιάσας τ̀ τ ὡπο πε γνομένων ἀν-
θρώπων διὰ τ ἰδίων ἔργων· ἵνα ὅπερ δὰν ὡπ πε-
ληφθέντες οἱ ἄνθρωποι, ἐκεῖθεν αὐτοὺς ἀναγάγῃ,
κ̀ διδάξῃ τ̀ν ἀληθινὸν ἑαυτοῦ πατέρα· καθάπερ
" κ̀ αὐτὸς φησὶν, ἦλθον σῶσαι καὶ ζ̀ρεῖν τ ἀπο- A
" λωλός· ἅπαξ γὰρ εἰς αἰσθητὰ πεσούσης τῆς Διά-
νοίας, ὑπέβαλεν ἑαυτὸν Διὰ σώματ@ φανῆ-
ναι ὁ λόγ@, ἵνα μετενέγκῃ εἰς ἑαυτὸν ὡς ἄνθρω-
π@ τοὺς ἀνθρώπους, κ̀ τὰς αἰσθήσεις αὐτῶν εἰς ἑ-
αυτὸν ἀποκλίνῃ, καὶ λοιπὸν ἐκείνους ὡς ἄνθρω-
που αὐτὸν ὁρῶντας διὰ ὧν ἐργάζεται ἔργων, πεισθῆ
" μὴ εἶναι ἑαυτὸν ἄνθρωπον μόνον, ἀλλὰ κ̀ θεὸν Ε
" θεοῦ ἀληθινὸν λόγον κ̀ σοφίαν. τοῦτ κ̀ ὁ παῦλ@ B
" βαλόμεν@ σημᾶναι, φησὶν, ἐν ἀγάπῃ ἐρρι-
" ζωμένοι Ε τεθεμελιωμένοι, ἵνα ἐξισχύσητε κατα-
" λαβέσθαι σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις, τὶ τὸ πλατ@ κ̀
" μῆκος, κ̀ ὕψος κ̀ βάθ@, γνῶναί τε τὴν ὑπερ-
" βάλλουσαν τ̀ γνώσεως ἀγάπην Γ χριστοῦ, ἵνα πλη
" ρωθῆτε εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα Γ θεοῦ· πανταχοῦ
γὰρ τ̀ λόγου ἑαυτὸν ἁπλώσαντ@· κ̀ ἄνω κ̀
κάτω Ε εἰς τὸ βάθ@ κ̀ εἰς τ̀ πλάτ@· ἄνω
μὲν εἰς τ̀ κτίσιν· κάτω δὲ εἰς τὴν ἀνθρώπη-
σιν, εἰς βάθ@ γ̀ εἰς τ̀ν ἅδην· εἰς πλάτ@ δὲ εἰς
τὸν κόσμον τὰ πάντα τῆς τοῦ θεοῦ γνώσεως πε- C
πλήρωται. Διὰ δὲ τοῦτο, ὑδὲ πρὸ αὐτοῦ προ-
γινόμεν@ τὴν θυσίαν τὴν ὑπὲρ πάντων ἐπιτε-
λεῖ προσδιδοὺς τ̀ σῶμα τῷ θανάτῳ, Ε ἀνί-
σων αὐτό. ἀφανὴ ἑαυτὸν Διὰ τοῦτο ποιῶν· ἀλλὰ
ἐμφανῆ ἑαυτὸν Διὰ τοῦτο καθιστὰ Διαμένων
ἐν αὐτῷ καὶ τοιαῦτα τελῶν ἔργα καὶ σημεῖα
διδοὺς, ἃ μηκέτι ἄνθρωπον, ἀλλὰ θεὸν λόγον αὐ-
τὸν ἐγνώριζον. ἀμφότερα γὰρ ἐφιλανθρωπεύε-
το ὁ σωτὴρ Διὰ τ̀ ἐνανθρωπῆσαι, ὅτι καὶ τ̀ θά-
νατον ἐξ ἡμῶν ἠφάνιζε, καὶ ἀνεκαίνιζεν ἡμᾶς· Ε D
ὅτι ἀφανὴς ὢν καὶ ἀόρατ@, Διὰ τ̀ ἔργων ἐνέ-
φαινε, κ̀ ἐγνώριζεν ἑαυτὸν εἶναι τὸν λόγον Γ πα-
τρὸς, τὸν Γ παντὸς ἡγεμόνα κ̀ βασιλέα. ὁ γὰρ δὴ
πανταχοῦ ἐκκεκλεισμένος ὢν ἐν τῷ σώματι, ὑδὲ ἐν σώ-
ματι μὲν ὢν, ἀλλαχόσε δὲ οὐκ ὢν· ὑδὲ ἐκεῖ-
νο μὲν κίνει· τὰ ὅλα δὲ τῆς τοῦτο ἐνεργείας κ̀
προνοίας κεκένωτο· ἀλλὰ τὸ προδοξότατον, λό-
γ@ ὢν, ὃ συνέχεται ἐστὶν@· συνέχει δὲ
τὰ πάντα μᾶλλον αὐτὸς. κ̀ ὥσπερ ἐν πάσῃ τῇ
κλίσει ὢν, ἐκτὸς μέν ἐστι τ̀ παντὸς κατ' οὐσίαν, ἐν
πᾶσι δέ ἐστι τ̀ ἑαυτοῦ δυνάμεσι, τὰ πάντα Διακο-
σμῶν, καὶ εἰς πάντα ἐν πᾶσι τ̀ ἑαυτοῦ προνοίαι ἐφαπλῶν, καὶ ἕκαστον κ̀ πάντα ὁμοῦ ζωοποι-
ῶν· περιέχων τὰ ὅλα κ̀ μὴ περιεχόμεν@· ἀλλ'
ἐν μόνῳ τῷ ἑαυτοῦ πατρὶ ὅλον ὢν κατὰ πάντα.
ἕτω καὶ ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ ζώματι ὢν, καὶ
αὐτὸς αὐτὸ ζωοποιῶν, ἐκτὸς ἐζωοποίει κ̀ τὰ
ὅλα. Ε ἐν τοῖς πᾶσιν ἐγίνετο καὶ ἔξω τ̀ ὅλων ὢν.

καὶ ὑπὸ

inuenias: statim tamen modo resurrectionem Saluatoris ante oculos ponerent, confessuros illos falsos esse: Christum autem verum Deum esse, vt pote mortis ipsius debellatorẽ. Ea igitur de causa homo genitus est, homo apparuit, mortuus est, & resurrexit, vt præstringeret obscurarétq; rebus suis gestis, quicquid vnquam ab hominibus gestum esset, vt vbicunque homines sensibus suis ad credendum numẽ præoccupati essent, inde eos abduceret, & de Patre suo illos certiores redderet. Quẽadmodum ipse dicit: *Veni ad inueniendum seruandúmque quod perierat*. Quum enim semel ad sensibilia hominum cogitatio delapsa esset, subiecit semetipsum Verbum Dei, vt per corpus appareret, quo vt homo iam factus homines in se traduceret, eorumq; sensus ad se reflecteret: vt illis, ipsum veluti hominem conspicantibus, ex operum designatione persuaderet sibi eum nõ solum esse hominem, sed etiam Deum, & Dei veram Rationem ac sapientiam. Quod à Paulo quoque significatur, dum ait: *In dilectione radicati fundatique, vt valeatis comprehendere cum omnib. Sanctis quæ sit latitudo, longitudo, altitudo & profunditas: & vt cognoscatis ipsa cognitione dilectionem Christi præstantiorem esse, vt repleamini in omnẽ plenitudinem Dei*, vbique Verbo siue Ratione Dei se explicante, sursum, deorsum, in altum, in latum: sursum quidem, per rerum naturam: deorsum vero, per incarnationem: inprofundum, per descensum ad inferos: in latum, eò quod per orbem terrarum, omnia scientia cognitionéque diuinitatis repleta sint. Ideo verò quum aduenisset ad nos corpore suo morti debito eodémque resuscitato, hostiam pro omnibus sacrificauit, illudque in crucem exaltauit, non tamen per hoc obscurus, sed illustris permanens in seipso, & talia opera patrans, eáque signa edens, quæ eum etiã eo tempore non hominem sed Dei Verbum declararent. Bifariam certe sua incarnatione hominibus suum in homines studium amorémque exhibuit Seruator noster, tum quia mortem à nobis amolitus est, & nos renouauit: tum quia inconspicuus antea & inuisibilis, per opera sua se visibilem præstitit, certóque ostendit se Rationem, Verbúmque Patris esse, omniumque item & Ducem, & Regem. Non enim in corpore circunclusus erat: neque quum in corpore aderat, alibi deerat: neque quum illud mouebat, alia eius vi, actu, & prouidentia destituta fuere: sed quod summę admirationis est, ea omnia ipse, vt ratio à nemine contentus, continebat. Et sicuti ens in omni rerum natura, extra quidem omnia subsistit, quantum attinet ad ipsius substantiam, intra omnia tamen habetur, quantum spectat ad ipsius potentiam omnia gubernans, & ad omnia in omnibus suam prouidentiam pandens: singulaq; separatim, cunctaque in vniuersum simul viuificans: circunplectens omnia, à nullo circunplexus, sed per omnia cum sese extendat, in solo Patre totus & integer permanet. Ita quoq; cũ esset in humano corpore, atque illud ipse viuificaret, eodem quoque momento viuificabat vniuersa & in omnibus aderat, & extra vniuersa subsistebat,

& quum per corpus operaque ſua innoteſceret, ne tũ quidem (quantum ad energiam actũque rerum naturę omnium pertinet) obſcuriter latebat. Mentis haud dubie officium eſt, cogitationibus quæ foris extraque ſuum corpus conſiſtunt, contemplari, actum tamen vimq; ſuam extra corpus non porrigere, nec quæ lõginqua ſunt, ea ſua præſentia mouere: Nunquam enim homo longinqua cogitans, ea quæ cogitat ſtatim mouet aut transfert. Neq; præterea ſi quis domi deſidens de cælo cogitationes ineat, ideo continuo & ſolem mouerit, & cælum circumuerterit, ſed vt ea contuetur in motu & in rerum natura exiſtere, ita vim ſuam in ea explicare non poteſt. Cæterum nequaquam eodẽ modo Dei verbum in corpore humano verſabatur, vt quod ibi non colligatum eſſet, ſed potius corpus in ſe contineret, adeo vt & ibi eſſet & in omnibus exiſteret, & extra rerum eſſentias verſaretur, & in ſolo Patre requieſceret. Id quoque per quam admirabile, quòd ſimul vt & homo viuebat, & vt Verbum Ratióque Patris omnia viuificabat, & vt Filius Patri aderat. Vnde neq; Virgine pariente, partus affectiones ſentiebat: neque dum in corpore eſſet, coinquinabatur, ſed potius corpus ſanctificabat. neque enim ideo quia in omnibus eſt, omnium particeps efficitur, ſed omnia potius ab eo generantur, & nutrimentum accipiunt. Nam ſi ſol ab eo creatus, & noſtris oculis ſubiectus circumãbulans in cælo, non ſordeſcit attactu terrenorum corporum, neque à tenebris obſcuratur, ſed potius ea & illuſtrat, & purificat: multo magis ſacroſanctum illud Dei verbum (quod Solis eſt & Conditor, & Dominus) quum in corpore innoteſceret, non inde maculas in ſe corriuabat, ſed incorruptibile erat, corpuſque mortale quod aſſumpſerat, viuificabat, & à ſordibus defecabat: *Qui peccatum* (inquit) *non fecit, neque dolus eſt inuentus in ore eius.* Quum igitur edentem, eſurientem, naſcentem illum referunt ſacri ſcriptores: cognoſce, corpus vt corpus naſci, & ſui generis nutriri alimẽtis: illud autem quod ſe corpori implicuerat, Dei verbum eſſe, quod omnia gubernat: & per ea quę in corpore agebantur, non hominem ſe, ſed Dei verbum eſſe declarabat. Feruntur tamen iſta de Deo, quandoquidem corpus illud, quod comedebat, quod naſcebatur, quod patiebatur, non alterius cuiuſpiam, ſed Domini erat. Et quia ſemel homo factus erat, neceſſum erat iſta omnia de eo dici, vt re vera verum corpus, non ſpecie tenus habuiſſe crederetur. Cæterùm vt ex iſtis deprehendebatur corporaliter adeſſe: ita ex operibus quæ faciebat per corpus, Dei Filium ſe manifeſtabat. Vnde ad incredulos Iudæos clamabat, dicens: *Si non facio opera Patris mei, ne crediderit is: ſi vero illa facio, etiam ſi mihi non credatis, operibus credite, vt cognoſcatis & credere poſſitis, & me in Patre eſſe, & Patrem in me.* Vt enim (quatenus inuiſibilis eſt) ex operibus mundi deprehenditur: ita quoq; homo factus, quamuis in corpore latens minime conſpicuus ſit, tamen ex operibus cognoſceretur, eum qui talia operatur, nõ hominem, ſed Dei potentiam & Rationem eſſe.

Nam

καὶ ἀπὸ τ σώματ@ ὁλ ἐδι τῶν ἔργων γινωσκόμεν@ · ἀπ ἀφανὴς ὢν καὶ ἀπὸ τῆς τῶν ὅλων ἐνεργείας. ψυχῆς μὲν οὖν ἔργόν ἐστ, θεωρεῖν μὲν καὶ τὰ ἔξω τ ἰδίου σώματ@ τοῖς λογισμοῖς, ἐ μὲν τ ἔξωθεν τ ἰδίου σώματ@ ἐνεργεῖν, ἢ τὰ τούτου μακρὰν τῇ παρουσίᾳ κινεῖν· ἀδύνατον γοῦν ἄνθρωπ@ διανούμεν@ τὰ μακρὰν, ἤδη κ ταῦτα κινεῖ κ μεταφέρει· ἀδὲ εἰ ὅπῃ τ ἰδίας οἰκίας καθεζόμενος τοὺς ἐν ἀρκτῳ λογίζοιτο τὰ ἐν ἀρκτῳ, ἤδη κ τὸν ἥλιον κινεῖ, καὶ τὸν ἄρκτον μεταφέρει· ἀλλ' ὁρᾷ μὲν αὐτὰ κινούμενα καὶ γεγονότα, ἐ μὴν ὥστε ἐργάζεσθαι αὐτὰ δύνατος τυγχάνει. ἐ δὴ τοιοῦτ@ ὢν ὁ θεῖ λόγ@ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. ἐ γὰ συνεδέδετο τῷ σώματι· ἀλλὰ μᾶλλον αὐτὸς ἐκράτ@ τ, ὥστε καὶ ἐν τούτῳ ὢν καὶ ἐν πᾶσιν ἐτύγχανε, καὶ ἔξω τῶν ὅλων ὢν, κ ἐν μόνῳ τῷ πατρὶ ἀναπαύετο. κ τὸ θαυμαστὸν τοῦτο ὢν, ὅτι καὶ ὡς ἄνθρωπ@ ἐπολιτεύετο, καὶ ὡς λόγ@ τὰ πάντα ἐζωογόνει, κ ὡς υἱὸς τῷ πατρὶ συνῆν. ὅθεν ἀδὲ τῆς παρθένου ληθάσης ἔπαθεν αὐτὸς, ἐ δὲ ἐν σώματι ὢν ἐμολύνετο· ἀλλὰ μᾶλλον ἁγίαζεν. ἀδὲ γὰρ ἐν τοῖς πᾶσιν ὢν, τῶν πάντων μεταλαμβάνει· ἀλλὰ πάντα μᾶλλον αὐτὸ ζωογονεῖ@ καὶ τρέφεται, εἰ γὰρ κ ἥλι@ ὁ ὑπ' αὐτὸ ἡμῶν ὁρώμεν@ ἐφ' ἡμῶν ὁρώμενος τοιοῦτος ὢν ἐν ἀρκτῳ, ἐ ῥυπαίνεται τῶν ὅπῃ γῆς ζωμάτων ἁπτόμεν@, ἐδὲ ὑπὸ σκότους ἀφανίζεται, ἀλλὰ μᾶλλον αὐτὸς καὶ πάντα φωτίζει κ καθαίρει. πολλῷ πολλῷ ὁ πανάγι@ ἐ θεῖ λόγ@, ὁ καὶ ἐ ἡλίου πολλῷ κ κύρι@, ἐν ζώματι γινωσκόμενος οὐκ ἐρυπαίνετο· ἀλλὰ μᾶλλον ἄφθαρτ@ ὢν ἐ τὸ ζωμα θνητὸν τυγχάνον, ἐζωοποίει καὶ καθῄρει· ὃς ἁμαρτίαν γὰρ ἔφη οὐκ ἐποίησεν, ἐ δὲ εὑρέθη δόλ@ ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. ὅταν τοίνυν ἐσθίοντα κ πίνοντα κ λικμώμενον αὐτὸν λέγωσιν οἱ θεῖ τούτου θεολόγοι, γίνωσκε ὅτι τὸ μὲν ζῶμα, ὡς ζῶμα εἶκεν κ καταλλήλοις ἐτρέφετο τροφαῖς, αὐτὸς δὲ ὁ σώζων τῷ ζώματι θεὸς λόγος τὰ πάντα διακοσμῶν, καὶ ὃ ἂν ἐργάζετο ἐν τῷ ζώματι, οὐκ ἄνθρωπον ἑαυτὸν ἀλλὰ θεὸν λόγον ἐγνώριζεν. λέγε γοῦν αὐτοῦ ταῦτα· ὅτι καὶ τὸ ζῶμα ἐσθίον κ λικμώμενον κ πάσχον, ἄλλ ἑτέρου τινὸς ἀλλ' ἐ κυρίου ἦν· κ ὅτι ἀνθρώπου γιγνόμενον, ἔπιπτε κ πολλὰ ὡς θεῖ ἀνθρώπου λέγεται, ἵνα ἀληθὲς καὶ μὴ φαντασίᾳ ζῶμα ἔχων φαίνη). ἀλλ' ὥσπερ οὐκ τούτων ἐγινώσκετο σωματικῶς παρὼν, ἅτως οὐκ τοῦ ἔργων ὢν ἐποίει διὰ τ ζώματος ἴδιον θεὸν ἑαυτὸν ἐγνώριζεν. ὅθεν κ πρὸς τοὺς ἀπίστους ἰουδαίους ἐβόα λέγων. εἰ ἐ ποιῶ τὰ ἔργα τ πατρός μου· μὴ πιστεύετέ μοι· εἰ δὲ ποιῶ, κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις μου πιστεύσατε· ἵνα γνῶτε κ γινώσκητε· ὅτι ἐν ἐμοὶ ὁ πατὴρ κἀγὼ ἐν τῷ πατρί. ὡς γὰ ἀῤῥαλὸς ὢν ἀπὸ τ τ κτίσεως ἔργων γινώσκε). ἅτως ἄνθρωπος γιγνόμεν@ κ ἐν ζώματι χωρούμενος οὐκ τ ἔργων ἂν γνωσθείη ὅτι οὐκ ἄνθρωπος, ἀλλὰ θεῦ δύναμις κ λόγος ἐστὶν ὁ ταῦτα ἐργαζόμενος.

ἐργαζόμενος. τὸ γὰρ ὅπως ἂν αὐτὸν τῶν δαιμόνων κἀκείνους ἀπελαύνειας, καὶ ἀνθρώπινον, ἀλλὰ θεῖόν ἐστι τὸ ἔργον. ἢ τίς ἰδὼν αὐτὸν τοὺς νόσους ἰώμενον, ἐν οἷς ἦν καὶ τὸ ἀνθρώπινον γένος, ἐπ' ἄνθρωπον ἂν ἐνόμισε; λέπρας μὲν γὰρ ἐκαθάιρε, χωλοὺς δὲ περιπατεῖν ἐποίει, κωφῶν τὰς ἀκοὰς ἤνοιγε, τυφλοὺς ἀναβλέπειν ἐποίει, καὶ πάσας ἁπλῶς νόσους καὶ μαλακίας πάσας ἀπήλαυνεν ἐκ τῶν ἀνθρώπων, ἀφ' ὧν μὲν αὐτὸς καὶ τὸν τυχόντα τῆς θεότητος θεωρεῖν. τίς γὰρ ἰδὼν αὐτὸν ἀποδύοντα τὸ λεῖπον, οἷς ἡ γένεσις ἐνέλειψε. καὶ τὰς ἐκ γενετῆς τυφλὰς τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνοίγοντα, οὐκ ἂν ἐνόησε τὴν ἀνθρώπων ἐπανειμένην αὐτοῖς γένεσιν, καὶ παρὰ τίνος ἔδει δημιουργὸν τοῦτον καὶ ποιητὴν; ὁ γὰρ τὸ μὴ ὂν ἐκ γενέσεως ἔχειν ὁ ἄνθρωπον ἀποδιδούς, δῆλος ἂν εἴη πάντως ὂν καὶ κύριος ἁπάσης ἐστὶ, καὶ τῆς γενέσεως τῶν ἀνθρώπων. Διὰ τοῦτο δὲ ἐν παρθένῳ πλάττει ἑαυτῷ τὸ σῶμα, ἵνα μικρὸν τὸ θεότητος αὐτοῦ γνώρισμα πᾶσι παράσχῃ· ὅτι ὁ τοῦτο πλάσας, αὐτός ἐστι καὶ τῶν ἄλλων ποιητής. τίς γὰρ ἰδὼν χωλὸς ἀνδρὸς ἐκ παρθένου μόνης προερχόμενον σῶμα, οὐκ ἐν θυμῷ τὸν ἐν τούτῳ φαινόμενον εἶναι καὶ τῶν ἄλλων σωμάτων ποιητὴν καὶ κύριον. τίς δ' ἰδὼν καὶ τὸ ὑδάτων ἀλλοιούμενον φύσιν καὶ εἰς οἶνον μεταβάλλοντα, οὐκ ἐννοεῖ τὸν καὶ τοῦτο ποιήσαντα κύριον εἶναι καὶ κτίστην τῆς ὅλων ὑδάτων φύσεως; Διὰ τοῦτο γὰρ ὡς δεσπότης ἐπέβαινε τῇ θαλάσσῃ, καὶ ὡσεὶ πάτει ὡς ὑπὸ γῆς, γνώρισμα τῆς ὑπὸ πάντα δεσποτείας αὐτοῦ τοῖς ὁρῶσι παρέχων. τοσοῦτων δὲ ἐξ ὀλίγων τοσοῦτον πλῆθος, καὶ ἐξ ὑπερῶν ὑπερῶν αὐτὸς, ὥστε ὑπὸ πέντε ἄρτων πεντακισχιλίους κορεσθῆναι, καὶ ἄλλο τοσοῦτον καταλεῖψαι ἐδὲν ἕτερον, ἢ αὐτὸν εἶναι καὶ τὸν τῆς ὅλης προνοίας κύριον ἐγνώριζεν; ταῦτα δὲ πάντα ποιεῖν τῷ σωτῆρι καλῶς ἔχειν ἐδόκει· ἵν' ἐπειδὴ τὸν ἐν τοῖς πᾶσιν αὐτοῦ τρόπον ἠγνόησαν οἱ ἄνθρωποι, καὶ κατανόησιν τῆς διὰ κτίσεως αὐτοῦ θεότητος, καὶ ἐκ τῶν διὰ τοῦ σώματος ἔργων αὐτοῦ, ἀναβλέψωσι καὶ ἔννοιαν λάβωσι τοῦ αὐτοῦ τῆς εἰς τὸν πατέρα γνώσεως, ἐκ τοῦ μέρους τὸν εἰς τὸ ὅλα αὐτοῦ τρόπον, ὡς τρόπον τὸν ἀναλογιζόμενοι. τίς γὰρ ἰδὼν αὐτοῦ τὸν τῶν δαιμόνων ἐξουσίαν, ἢ τίς ἰδὼν τοὺς δαίμονας ὁμολογοῦντας εἶναι τοῦτον αὐτὸν κύριον, ἔτι τὰ Διόνοιαν ἀμφίβολον ἕξει, εἰ υἱός ἐστιν ὁ τοῦ θεοῦ καὶ ἡ σοφία καὶ ἡ δύναμις. οὐδὲ γὰρ τὸν κτίσιν αὐτοῦ σιωπῇ πεποίηκεν, ἀλλὰ τό γε θαυμαστὸν, ἐν τῷ θανάτῳ, μᾶλλον δὲ ἐν αὐτῷ τῷ τοῦ θανάτου τροπαίῳ, λέγω δὴ τῷ σταυρῷ πᾶσα ἡ κτίσις ὡμολόγει τὸν ἐν τῷ σώματι γνωριζόμενον καὶ πάσχοντα, οὐκ ἁπλῶς εἶναι ἄνθρωπον· ἀλλὰ θεοῦ υἱὸν καὶ σωτῆρα πάντων. ὅτε γὰρ ἥλιος ἀπεσκότωσε, καὶ ἡ γῆ ἐσείετο, καὶ τὰ ὄρη ἐρρήγνυτο, πάντες κατέπιπτον. πῶς δὴ τὸν μὲν ἐν τῷ σταυρῷ κρεμάμενον, θεὸν ἐδείκνυον. τὰ δὲ κτίσιν πᾶσαν, τοῦτο δάλλω εἶδη, καὶ μαρτυροῦσαν τῷ φόβῳ τὸ δεσπότου παρουσίαν.

ὅτω μὲν

Nam imperare etiam ipsis dæmonibus, eósque extrudere, non opus humanum fuerit, sed diuinũ. Quin si videas eũ morbos sanare, quibus obnóxium erat genus humanum, hominémne iam inde illum, ac nõ potius Deũ existimes? dum lepram purgat, claudis vim ambulandi tribuit, surdorum aures recludit, cæcis visum restituit, ac prorsus omnes morbos ac infirmitates omnes ab hominibus profligat. Ex quibus cuiuis eius diuinitatem perspicere licet. Quis enim eum instaurare videns defectus eos, quibus ipsa prima origo hominis natiuitásque vitiata fuit, & cæcis ab vtero oculos aperire, nõ animaduerteret, eius potentiæ, hominum natiuitatem subiectam esse? natiuitatisque illum & architectum & conditorem existere? Qui enim id quod homoab ipsa natiuitate non habuit, restituit, satis planum facit, se etiam Dominum humanæ natiuitatis esse. Ideóque quũ primum ad nos accederet; ex Virgine sibi ipsi corpus formauit, vt nobis non tenue argumentum suæ diuinitatis exhiberet, eum qui hoc sibi corpus formauerat, aliorum quoque conditorem & formatorem esse. Quis enim videns sine viro ex Virgine sola corpus prodire, non secum cogitat, eũ qui sub tali corpore appareat, esse quoque cæterorum corporum & conditorem & Dominum? Aut quis, dum videt aquarum immutari naturam, & in vinum transire, non ratiocinetur, eum qui hoc fecerit, esse quoque creatorem naturæ omnium aquarum? Nam ideo quoque vt dominus maris mare ingressus est, ibique tanquam in terra obambulauit, vt indicium sui in cuncta dominii, spectantibus exhiberet. Iam quum tam paucis numero panibus tanta vis populi alitur, & ex inopia, copia repullulat, adeo vt quinque panibus quinquies mille homines satiauerit, & post satietatem tantum adhuc in residuum reliquerit: quis aliud credat, quám autorem earũ rerum dominum esse procuratorémque mundi? Hæc omnia vt faceret, probe congruebat nostro Saluatori, vt (quandoquidem eius in rerum natura procurationem administrationém que ignorarent homines, neque ex rebus creatis animaduerterant ipsius diuinitatem) saltem ex operibus corporis, causam per ipsum suspiciendi, patrisque cognoscendi occasionem ducerent, ex particulari illius prouidentia, vniuersitatis eius procurationem æstimãtes. Quis enim videns eius cõtra dæmones vim, aut quis dæmones audiens confitentes sibi hunc dominum esse amplius dubitabit, num ille ipse sit filius dei, aut sapientia, aut virtus? Neque enim vel ipsum mundum in silentio esse voluit, sed (quod mirum est) in morte, vel potius in tropheo de morte excitato (crucem intelligo) vniuersa rerũ fabrica cõfitebatur eum qui in corpore apparebat, & supplicia patiebatur, nõ hominem simpliciter, sed dei filiũ ac Saluatorem esse omnium: Nam & sol se auertebat, terra quatiebatur, dirumpebantur montes, omnes metu ac pauore contrahebantur. Hæc omnia eum qui in cruce erat, Christum deum esse declarabant, ac rerum naturam, eius ancillam esse, pauore suo cõtestantẽ dominisui præsentiã.

Ad iſtum igitur modum deus ille Verbum Patris, ſeſe hominibus per opera manifeſtum reddidit. Conſequens iam eſt vt finem eius vitæ & conuerſationis referamus atq; narremus, qualis item mors ipſius corporis fuerit, tum quia hoc ipſum eſt caput noſtræ fidei, tum quia omnes planè homines id fama & ſermonibus celebrant, vt nihilo minus hinc quàm aliũde intelligant Chriſtum deũ & Dei Filium eſſe. Cauſam igitur eius in corpore apparitionis, aliqua ex parte (quatenus licuit, & quatenus aſſequi datum fuit) iam ante expoſuimus, nõ fuiſſe videlicet vllius alterius officium, corruptibile in incorruptibile tranſmutare, niſi ipſius Saluatoris, qui in principio ex non entibus õnia condiderat, neque fuiſſe vllius alterius opus, exemplar imaginis diuinæ hominibus reſtituere, niſi eius, qui erat imago Patris: neque alterius, mortale immortale efficere, niſi eius qui ex ſe ipſiſſima vita eſt, hoc eſt, Domini noſtri Ieſu Chriſti: neque ad alium quempiam pertinuiſſe de Patre docere, & idololatriam purgare, niſi Rationis Verbique, omnia in mũdo gubernãtis, qui ſolus Patri ſuo verus & vnigenitus Filius eſt. Quandoquidẽ igitur debitum pro omnibus ſoluẽdum erat, debebatur autem (vt iam dixi) vt omnes morerentur, quæ cauſa illi potiſſima fuit huc proficiſcendi, ideóq; poſt edita per facta diuinitatis ſuæ monumenta, reliqũm iam erat, vt pro omnibus ſacrificium offerret, pro omnibus templum ſuum morti tradens, quò omnes inobnoxios, & liberos à veteri præuaricatione efficeret, ſeque declararet mortis victorem, ſuumque corpus immortale redditum, primitias publicæ omnium reſurrectionis eſſe. Ne mireris, ſi ſubinde eadem de iiſdem repetimus, vbi enim de numinis decretis, placitiſque mentionem facimus, ibi longiore interpretatione vtimur, ne quid omittatur, quod omiſſum nobis in culpam cedat, ſi non plenè rẽ ipſam eloquamur. Melius enim eſt ſæpius iteratæ ſententiæ crimen ſuſtinere, quàm aliquid eorum prætermittere, quę enarrari debuerant. Corpus igitur, quod communem cũ omnibus naturam habebat (corpus enim erat humanũ) quanquam nouo miraculo ex virgine ſola coaluerat, tamen mortale erat, ad ſimilitudinem ſui generis mortẽ excepit. Neque etiam ſecundum naturam ſuam ob Verbi diuini ingreſſum amplius corrumpebatur, ſed propter inhabitans Dei Verbum expers corruptionis erat: vtrumq; in eodem eſſe contigit prorſus admitabili ratione: quum & mors omnium in Dominico corpore vim ſuam exercuerit, & mors & corruptela inde ob domicilium ibi numinis profligata ſit. Morte enim opus fuit, & mortem pro omnibus inferri neceſſum erat, vt ꝙ ab omnibus debitum erat, lueretur. Quamobrem (vt dixi) Verbum quoniam mori non potuit, vt pote immortale, corpus ſibi ſumpſit quod mori poterat, illudque vt ſuũ pro omnibus obtulit, vt ita pro omnibus, omnibus ipſe corpore cõiunctus, mortẽ patiens compeſceret eũ, qui habet mortis imperiũ hoc eſt diabolum,

ὅτω μὲν οὖν ὁ θεὸς λόγος διὰ τῶν ἔργων ἑαυτὸν ἐφανέρωσε τοῖς ἀνθρώποις. ἀκόλουθον δὲ ἂν εἴη καὶ περὶ τῆς ἐν σώματι διαγωγῆς καὶ θανατικῆς ἐκβάσεως αὐτοῦ διηγήσασθαι καὶ εἰπεῖν, καὶ ὅπως γέγονεν ὁ ἴδιος σῶμα· μάλιστα γὰρ τοῦτο κεφάλαιον τῆς πίστεως ἡμῶν ἐστι τοῦτο, καὶ πάντες ἁπλῶς ἄνθρωποι περὶ τούτου θρυλλοῦσιν· ἵνα μὴ ἀγνῶς ὅπως καὶ ἐκ τούτου μᾶλλον ἕνα ἕκαστον γινώσκῃ ὅτι ὁ Χριστὸς ἐστὶν ὁ τοῦ θεοῦ υἱός. τὴν μὲν οὖν αἰτίαν τῆς σωματικῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ, ὡς οἷόν τε ἦν ἐκ μέρους, καὶ ὡς ἡμεῖς ἠδυνήθημεν νοῆσαι, προείπομεν, ὅτι οὐκ ἄλλου ἦν τὸ φθαρτὸν εἰς ἀφθαρσίαν μεταβαλεῖν, εἰμὴ αὐτοῦ σωτῆρος τοῦ καὶ τὰ ὅλα ἐξ οὐκ ὄντων πεποιηκότος τὰ ὅλα· οὐκ ἄλλου ἦν, τὸ κατ' εἰκόνα πάλιν ἀνακαλέσαι τοῖς ἀνθρώποις, εἰμὴ τῆς εἰκόνος τοῦ πατρός, καὶ οὐκ ἄλλου ἦν τὸ θνητὸν ἀθάνατον ἀναδῆσαι, εἰμὴ τοῦ αὐτοζωῆς ὄντος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ οὐκ ἄλλου ἦν τοῦ πατρὸς διδάξαι, καὶ τὴν εἰδώλων καθαιρῆσαι θρησκείαν, εἰμὴ τοῦ τὰ πάντα διακοσμοῦντος λόγου, καὶ μόνου τοῦ πατρὸς ὄντος μονογενοῦς ἀληθινοῦ. ἐπεὶδὴ ἦν τὸ ὀφειλόμενον ὑπὲρ πάντων ἐκλοιπὸν ἀποδοθῆναι· ὠφείλετο γὰρ πάντως ὡς προεῖπον ἀποθανεῖν, διὸ μάλιστα καὶ ἐπεδήμησεν, τούτου ἕνεκεν μὴ πως περὶ τὸ θεότητος αὐτοῦ, ἐκ τῶν ἔργων ἀποδειχθῇ, ἤδη λοιπὸν καὶ ὑπὲρ πάντων τὴν θυσίαν αἰώρερεν, ἀντὶ πάντων τὸν ἑαυτοῦ ναὸν εἰς θάνατον παραδιδοὺς. ἵνα τοὺς μὲν πάντας, ἀνυπαιθύνους καὶ ἐλευθέρους τῆς ἀρχαίας παραβάσεως ποιήσῃ· δείξῃ γὰρ ἑαυτὸν καὶ θανάτου κρείττονα, ἀπαρχὴν τῶν ὅλων ἀναστάσεως τὸ ἴδιον ζῶμα ἄφθαρτον ἐπιδεικνύμενος. καὶ μὴ θαυμάσῃς εἰ πολλάκις τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν λέγομεν: ἐπειδὴ γὰρ περὶ τῆς δόξης τοῦ θεοῦ λαλοῦμεν, διὰ τοῦτο τὸ αὐτὸ νοῦν διὰ πλείονων ἑρμηνεύομεν, μὴ ἀράλι παραλιμπάνειν δοξωμεν· καὶ ἐγκλήματα γένῃ ὡς ἐνδεῶς εἰρηκόσιν· καὶ γὰρ βέλτιον ταυτολογίας μέμψιν ὑποσχῆναι, ἢ παραλεῖψαί τῶν ὀφειλόντων ῥαφθῆναι. τὸ μὲν οὖν ζῶμα ὡς καὶ αὐτὸ κοινὸν ἔχον τοῖς πᾶσι τὴν ἀρχὴν· (σῶμα γὰρ ἦν ἀνθρώπινον,) ἀεὶ καὶ καινοτέρα θαύματι σωτῆρι ἐκ παρθένου μόνης, ὅμως θνητὸν ὄν, τῇ ἀληθείαν τῶν ὁμοίων καὶ ἀπέθνησκε· τῇ δὲ τοῦ λόγου εἰς αὐτὸ ἐπιβάσῃ· οὐκέτι κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν ἐφθείρετο, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐνοικήσασταν τοῦ θεοῦ λόγον, ἐκτὸς ἐγίνετο φθορᾶς, καὶ συνέβαινεν ἀμφότερα ἐν τούτῳ γίνεσθαι εὐδοκίας· ὅτι τὸ πάντων θάνατον ἐν τῷ κυριακῷ ζώματι ἐπληρώθη, καὶ ὁ θάνατος καὶ ἡ φθορὰ διὰ τὸν σώσοντα λόγον ἐξηφανίζετο. θανάτου γὰρ ἦν χρεία. καὶ θάνατον ὑπὲρ πάντων ἔδει γενέσθαι· ἵνα τὸ ὀφειλόμενον γένῃ. ὅτιν ὡς προεῖπον, ὁ λόγος ἐπεὶ ἐκ οἷόν τε ἦν αὐτὸν ἀποθανεῖν, (ἀθάνατος γὰρ ἦν,) ἔλαβεν ἑαυτῷ ζῶμα τὸ δυνάμενον ἀποθανεῖν, ἵνα ὡς ἴδιον αὐτὸ πάντων αὐτὸ προσενέγκῃ. καὶ ὡς αὐτὸς ὑπὲρ πάντων πάσχων διὰ τὸν προς αὐτὸ ἐπίβασιν, καταργήσῃ τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, λοιπὸν διάβολον·

καὶ ἀποκ

καὶ ἀπαλλάξῃ τούτους ὅσοι φόβῳ θανάτου ἔνοχοι ἦσαν δουλείας. ἀμέλει καὶ κοινὸς πάντων σωτὴρ ἀποθανόντος ὑπὲρ ἡμῶν, οὐκέτι νῦν ὥσπερ πάλαι κατὰ τὸν νόμου ἀπειλὴν θανάτῳ ἀποθνήσκομεν οἱ ἐν χριστῷ πιστοί. πέπαυται γὰρ ἡ τοιαύτη καταδίκη· ἀλλὰ τῆς φθορᾶς παυομένης καὶ ἀφανιζομένης ἐν τῇ τῆς ἀναστάσεως χάριτι, λοιπὸν κατὰ τὸ σῶμα θνητὸν ἀφαλύομεθα μόνον τῷ χρόνῳ, ὃν ἑκάστῳ ὁ θεὸς ὥρισεν, ἵνα κρείττονος ἀναστάσεως τυχεῖν ἀξιωθῶμεν. δίκην γὰρ τῶν ἐν γῇ καταβαλλομένων σπερμάτων οὐκ ἀπολλύμεθα διαλυόμενοι, ἀλλ' ὡς σπειρόμενοι ἀναστησόμεθα, καταργηθέντος τοῦ θανάτου κατὰ τὴν τοῦ σωτῆρος χάριν. ἀφ' ὅτου γοῦν καὶ ὁ μακάριος παῦλος ἐκλυτὴς τῆς ἀναστάσεως πᾶσι γινόμενος, φησὶν· δεῖ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν· καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν· ὅταν δὲ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀφθαρσίαν. καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀθανασίαν, τότε γενήσεται ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος· κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος· ποῦ σου θάνατε τὸ κέντρον; ποῦσου ᾅδη τὸ νῖκος; ἀφ' ἑνὸς οὖν, ἄνδρες ἔφοροι, ἔστιν ὃ ἀναγκαῖον ἦν ἀντὶ πάντων αὐτὸν παραδοῦναι τὸ σῶμα θανάτῳ, οὐκ ὡς ἄνθρωπος ἰδίως ἀπεθέτο τοῦτο· ἀλλὰ καὶ μέχρι καιροῦ σωρωθῆναι παρῆλθεν; ἐν τάχει γὰρ ἔπεσεν ἀποθέσθαι τὸ σῶμα, ἢ περ μεθ' ὕβρεως τὸν τοῦτον θάνατον ὑπομεῖναι. θέα δὴ πάλιν ἐμὴ ἡ τοιαύτη αἰτιάσεις ἐστὶν ἀνθρωπίνη, τὸ ὑπὲρ τοῦ σωτῆρος γινόμενον, θεῖον ἀληθῶς καὶ ἄξιον τῆς αὐτοῦ θεότητος. ἀφ' πολλά· πρῶτον μέν, ὅτι ὁ συμβαίνων τοῖς ἀνθρώποις θάνατος, κατ' ἀσθένειαν τῆς αὐτῶν φύσεως αὐτοῖς προσγίνεται· ἀδυνάμενοι γὰρ ὅτι πολὺ ἀφαμένειν τῷ χρόνῳ ἀφαλύονται. ἀφ' ὃ τι γὰρ καὶ νόσοι τοῖς συμβαίνουσι, κατ' ἐξασθενήσαντες ἀποθνήσκουσιν· ὁ δὲ κύριος οὐκ ἀσθενής, ἀλλὰ θεοῦ δύναμις, καὶ θεὸς λόγος ἐστὶ, καὶ αὐτοζωή. εἰ μὲν οὖν καὶ ἰδίᾳ τι καὶ κατ' αὐτὸν ἀποθνήσκειν ἔμελλε τὸ σωθῆναι τῶν ἀνθρώπων ἀποθέμενος τὸ σῶμα ἐν κλίνῃ, ἐνομίσθη ἂν καὶ αὐτὸς κατὰ τὸ τῆς φύσεως ἀσθένειαν τοῦτο παθών. ἐπεὶ δὴ καὶ ζωὴ καὶ θεοῦ λόγος, καὶ ἔδει τὸ ὑπὲρ πάντων γενέσθαι θάνατον, ἀφ' οὗ μὲν ὡς ζωὴ καὶ δυνάμεις ὤν, οὐκ ἴσχυεν ἐν αὐτῷ τὸ σῶμα· ὡς δὲ ὀφειλόμενος γενέσθαι θανάτου, οὐχ ἑαυτῷ ἀλλὰ παρ' ἑτέρων ἐλάμβανε τὴν προσφοράν. καὶ πλῆθος τὴν θυσίαν, ἐπειδὴ δι' ἐνὸς ἔδει τὸν κύριον, τὸν τῶν ἄλλων πάντων νόσους θεραπεύοντα, ἀλλ' ἃ δὲ ἐξασθενήσας ἔδει πάλιν τὸ σῶμα, ἐν ᾧ καὶ πᾶς τῶν ἄλλων ἀσθενείας ἰκνυροποίει. ἀφ' ὃ τι οὖν καὶ τὸν θάνατον ὥσπερ καὶ τὸ νοσεῖν οὐκ ἐκώλυσεν, ὅτι ἀφ' ὅτου ἔχε τὸ σῶμα καὶ ἀπρεπὲς ἦν κωλύσαι· ἵνα μὴ καὶ ἡ ἀνάστασις ἐμποδισθῇ, προηγήσασθαι μὲν τοῦ θανάτου νόσον, ἀπρεπὲς πάλιν ἦν ἵνα μὴ ἀσθένεια ἐν τῷ σώματι νομισθῇ· οὐκ ἐπέναστεν οὖν; ναὶ ἐπέναστε ἀφ' ἰδίου σώματος· ἀλλ' ὁ λιμῷ διεφθάρη, ἀφ' τὸν φορούμενα αὐτὸ κύριον.

& liberaret illos, quotquot formidine mortis per omnem vitam seruituti erãt obnoxij, Certe communi omnium Saluatore mortuo pro nobis, non iam vlterius, sicuti olim secundum legis cõminationẽ morte morimur, quotquot in Christo Iesu cõfidimus. Obliterata est enim illa ipsa cõdemnatio. Cæterum nos corruptione desinente, & abolita per gratiã resurrectionis, pro ratione corporeæ nostræ mortalitatis solummodo ad id tẽpus dissoluimur, quod Deus vnicuique definitum esse voluit, vt resurrectionis meliores cõpotes reddamur. Nos enim veluti sementis in terram, coniecta, non interitum abimus, quũ dissoluti fuerimus, sed tanquã seminati, resurgemus, morte per gratiam Christi edomita. Quocirca Sanctus Paulus, qui se omnibus prædam fideiussorémque resurrectionis exhibet, hunc in modũ loquitur: *Oportet corruptibile istud induere incorruptibilitatem*, & mortale *immortalitatẽ*: cùm *autem corruptibile istud induerit incorruptibilitatem & mortale istud induerit immortalitatẽ, tum fiet id, quod scriptum est: Absorpta est mors in victoriã, Vbi mors stimulus tuus? Vbi Inferne victoria tua?* Cæterum isthic aliquis obiecerit, si necessum erat eius corpus pro omnibus in mortẽ dedi, cur non vt homo cõmuni lege naturæ mortem oppetiit, sed eousque deuenit, vt crucifigeretur? honorificè quippe magis cõueniebat illud ab illo deponi, quàm per contumeliã istiusmodi mortẽ sustinere. Vide hîc (quæso) an huiusmodi obiectio nõ plane sit hominum, ac talis quæ diuinã dispensationem non sapiat. Nam quod à Saluatore gestum est, diuinum sane, & dignum ipsius diuinitate est, idq; multis de causis. Primum enim, mortẽ hominibus per imbecilitatẽ naturæ ingruere, certum est, qui quũ diu perdurare nequeant, progressu temporis dissoluuntur: ex ista siquidem imbecillitate morbi oboriũtur, quibus vbi vires exhaustæ fuerint, in mortem cadunt. Contra in Domino nihil imbecillitatis, quippe qui sit Dei virtus, dei Ratio, ipsissimáque vita. Si igitur solito more, secundũ consuetudinẽ hominum, corpus in lecto deposuisset, creditum fuisset, per infirmitatem hoc ei accidisse, eumq; nihilo plus quàm cæteros homines possedisse. Ille autem quoniam & vita erat, & dei Verbum, & mors pro omnibus necessario requirebatur, ideo corpus suũ vt vita & potentia corroborabat: quatenus autẽ mors debebatur, eatenus nõ ex se, sed aliunde rationẽ immolandi mutuatus est. Quamquã neq; morbo laborare dominum decebat, vt qui aliorum morbos sanabat: neq; etiam infirmitates aliquas corporis pati eum oportebat, in quo & aliorum infirmitates cõfirmabat. Quare igitur non etiã mortem, quemadmodum & morbos sustulit? Ideo nimirũ, quia moriendi causa corpus assumpserat, nec fas erat mortem arceri & excludi, ne simul & resurrectio impediretur. De morbo alia ratio fuit, qui si mortem antecessisset, creditum fuisset, eum ex imbecilitate Dominici corporis ortum fuisse. Sed quid? an non esuriit? esuriit sanè iuxta proprietatem corporis, sed ob dominum qui corpus illud gestabat, fame non interiit.

ἀφατατο

Quaproper etsi mortuus sit ad omniũ redemptionem, non tamẽ corruptionem vidit: cum omni anim integritate resurrexit, siquidẽ non alterius cuiusquam, sed vitæ ipsissimæ corpus fuit. At dixerit aliquis, cautas vitanásq; oportuit Iudæorũ insidias, vt omnio corpus suũ immortale cõseruaret: Audiat iste (quæso) id Domino nequaquã cõgruisse. Vt enim absurdum erat, Dei verbũ, quod vita erat, mortẽ suo corpori sua opera inferre, ita quoq; indecens erat, eã aliunde illatã defugere, ac nõ potius persequi, quo moriẽdi facultas suppeditaretur. Vnde merito nec ipse corpus sua opera deposuit, neq; rursus insidias Iudæorũ declinauit, illudque ipsum non imbecillitatẽ Verbi, sed potiùs eum Saluatorẽ & vitã esse declarauit, quoniam & mortem, vsq; dũ tolleretur, sustinuit, illámque sibi illatã pro omniũ salute celeriter cõsum mauit. Quippe qui ideo potissimũ venerat, nõ tã vt suam ipsius, quàm omniũ mortẽ consummaret, vnde non sua morte (ea enim in eo qui vita erat, locum non habuit) corpus suũ deposuit, sed mortem, quę erat in hominibus, mutuatus est, vt eam aduersus suũ corpus grassantem, omnino conficeret. Iam vel ex istis patet, mortem Dominici corporis legitimis rationibus non carere. Curæ illi fuit corporũ resurrectio, cuius negotiũ gesturus venerat. Ea enim re trophæum de morte excitatũ ostendi omnibus potuit: simulq; certũ omnibus & indubitatum reddi, corruptionẽ ab eo deletã esse, nihilq; iam deinde nisi corporũ incorruptibilitatem restare, de quo veluti in pignus monumẽtumq; omniũ futuræ in posterum resurrectionis, corpus suũ incorruptum seruauit. Iam, si eius corpus ægritudine laborasset, & sub omnium oculis, Verbum Dei ab eo dissoluto recessisset, non sine dedecore habitũ fuisset, medicum alienorum morborũ, suum, quo vsus erat in curandis ægritudinibus, instrumẽtum, corruptũ à morbis neglectui habuisse. Qui.n.creditũ fuisset, eũ, si ipsius elanguisset templum, aliorum languores depulisse? Aut enim impotens depellendi morbi irrisus fuisset: aut potẽs quidem, sed tamen non faciẽs, inhumanitatis infamiã reportasset. Quòd si citra morbum, & expers doloris, solitarie seorsumq; in ãgulo desertóue loco, aut domi, aut vbicunq; tandem corpus abdidisset, ac deinde subito promicans, sese à morte excitatum asseruisset, apud omnes visus fuisset nugas agere, ac multo minus fidei ei habitum esset de resurrectione differenti, quum nullum omnino testem suæ mortis allegare posset (quippe mortem resurrectioni anteuertere oportet) siquidem resurrectio oboriri non potest, nisi mors præcedat. Vnde si occultim alicubi corpus eius extinctum fuisset, non pro palam exhibita eius morte, ne que coram testibus obita, obscura quoque & in contestata ipsius resurrectio fuisset. Aut cur, quum resurgendo resurrectionem suam manifestam depredicatãq; reddiderat, mortẽ suam obscuram vellet? Aut qua gratia, cũ dæmones

διαλῦσαι καὶ ἀπιθανεῖ λόγῳ τὸ ὑπὲρ πάντων λύτρον, ἀλλ' οὐκ ἄδηλον ἀφθορίαν· ὁλόκληρον γὰρ ἀνέστη· ἐπεὶ μηδὲ ἄλλου τινὸς ἀλλ' αὐτῆς τῆς ζωῆς ἦν τὸ σῶμα. ἀλλ' ἔδει φήσειέν τις κρυβῆναι τὴν ἐπιβουλὴν τῶν Ἰουδαίων, ἵνα καθ' ὅλου τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ἀθάνατον διαφυλάξῃ· ἀκουέτω δὴ ὁ τοιοῦτος, ὅτι καὶ τῷ ἀπεσταλκότι ὡς τῷ κυρίῳ. ὡς γὰρ οὐκ ἔπρεπε τῷ θεῖ λόγῳ ζωῇ οὔσῃ τῶν ζωμάτων ἑαυτοῦ θανάτου παρ' ἑαυτοῦ δίδοναι, ἵνα μὴ ἄρα ἔφευγε τὰ παρ' ἑτέρων διδόμενον φεύγειν· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον διώκειν αὐτὸν εἰς ἀναίρεσιν. ὅθεν εἰκότως οὔτε ἑαυτῷ ἀπέθετο τὸ σῶμα, ἵνα πάλιν ἐπιβουλεύοντας τοὺς Ἰουδαίους ἐφύγε· τὸ δὲ τοιοῦτον οὐκ αὐτὸν ἔφαν ἐδείκνυε τοῦ λόγου, ἀλλὰ μᾶλλον σωτῆρα καὶ ζωὴν αὐτὸν ἐγνώριζεν· ὅπου καὶ τὸν θάνατον εἰς ἀναίρεσιν περιέμενε· καὶ τὸν διδόμενον θάνατον ὑπὲρ τῆς πάντων σωτηρίας ἑαυτοῦθεν πληρῶσαι· καὶ ἄλλως δὲ οὐκ ἦν ἑαυτῷ θάνατον, ἀλλὰ τὸν τῶν ἀνθρώπων ἦλθε πληρῶσαι ὁ σωτήρ. ὅθεν οὐκ ἰδίῳ θανάτῳ, (οὐκ εἶχε γὰρ ζωὴ ὤν,) ἀπέθετο τὸ σῶμα, ἀλλὰ τὸν κοινὸν τῶν ἀνθρώπων ἐδέχετο· ἵνα καὶ τοῦτον ἐν τῷ ἑαυτοῦ σώματι προσελθόντα τέλειον ἐξαφανίσῃ. ἔπειτα καὶ ἐκ τούτων αὖθις ἀλόγως ἰδίως τοιοῦτον πλάσῃ ἐσχηκέναι τὸ κυριακὸν σῶμα. ἔμελε τῷ κυρίῳ μάλιστα, ὡς ἦς ἐμέλλε ποιεῖν, ἀναστάσεως τοῦ σώματος· τοῦτο γὰρ ἐν τῷ κατὰ τὸν θάνατον προπαίον τούτων ὑπεδείκνυτο πᾶσι. Σταυλᾶς πισώσασθαι τὸν παρ' αὐτοῦ γενόμενον τῆς φθορᾶς ἀπόλειψιν, καὶ λοιπὸν τὸν τῶν ζωμάτων ἀφθαρσίαν, ἧς πᾶσιν ὥσπερ ἐνέχυρον καὶ γνώρισμα τῆς ὑπὲρ πάντας ἐσομένης ἀναστάσεως πεπήγνει ἄφθαρτον τὸ ἑαυτοῦ ζῶμα. εἰ μὲν οὖν ἐν πάλιν νόσησαν τὸ σῶμα, καὶ ἐπ' ὄψει πάντων ἀφανισθεὶς ἀπ' αὐτοῦ ὁ λόγος· ἀπεστάλκει μὲν ἐν τῶν ἄλλων τὰς νόσους θεραπεύοντα, παροράν τὸ ἴδιον ὄχημα ἐν νόσοις τηκόμενον. πῶς γὰρ ἂν ἐπισθῇ τὰς ἄλλων ἀπελάσας ἀσθενείας, ἀσθενοῦντος ἐν αὐτῷ τοῦ ἰδίου ναοῦ; ἢ γὰρ ὡς τὸ δοκεῖν ἀπελάσῃ νόσον ἐγελάσθη, ἢ δοκῶν μὴ ποιῶν, ἀφιλάνθρωπος καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἐνομίζετο. εἰ δὲ καὶ χωλὸς τινος ναός, καὶ χωλὸς τινος ἀληθινὸς, ἰδίᾳ πως καὶ καθ' ἑαυτὸν ἐν γωνίᾳ, ἢ ἐν ἐρήμῳ τόπῳ, ἢ κατ' οἰκίαν, ἢ ὅπως δήποτε τὸ ζῶμα κρύψας ἐᾷ, καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν ἐξαίφνης φανεὶς, ἔλεγεν ἑαυτὸν ἐκ νεκρῶν ἐγηγέρθαι. μύθους μὲν ἂν ἐδόξελέγειν πάντα πᾶσιν· ἠπιστήθη δὲ πολλῷ πλέον καὶ πρὸς τῆς ἀναστάσεως λέγων· οὐκ ὄντος ὅλως τοῦ μαρτυροῦντος πρὸ τοῦ θανάτου αὐτοῦ, τῆς δ' ἀναστάσεως, προηγεῖσθαι δεῖ θάνατον· ἐπεὶ οὐκ ἂν εἴη ἀνάστασις μὴ προηγουμένου θανάτου. ὅθεν εἰ κρύφα πως ἐγεγόνει τοῦ σώματος ὁ θάνατος, ὁ φανερὸς θάνατος, ὁ δὲ ὑπὸ μαρτύρων γενόμενος, ἀφανὴς ἦν ἀμάρτυρος. ἡ τοῦτο ἀνάστασις. ἢ διὰ τί τὸν μὲν ἀνάστασιν ἐκήρυττεν ἀναστάς, τὸν δὲ θάνατον ἀφανῶς ἐποίει γενέσθαι; ἢ διὰ τὸ τοὺς μὲν δαίμονας ἐπ' ὄψει

ἐπ' ὄψει πάντων ἀπήλαυνε, τί πε ἐκ γυνητῆς τυφλὸν ἀναβλέπειν ἐποίει, καὶ τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον μεταβαλλειν· ἵνα δι' αὐτῶν πιστωθῇ λόγος θεὸς τὸ μὴ θνητὸν, οὐκ ἐπ' ὄψει πάντων ἄφθαρτον ἐδείκνυεν, ἵνα πιστωθῇ αὐτὸς ὢν ἡ ζωή; πῶς καὶ οἱ τότε μαθηταὶ παῤῥησίαν εἶχον περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγου, οὐκ ἔχοντες εἰπεῖν ὅτι πρῶτον ἀπέθανεν; ἢ πῶς ἂν ἐπιστώθησαν λέγοντες γεγονέναι πρῶτον θάνατον εἶτα τὴν ἀνάστασιν, εἰμὴ παρ' οἷς ἐπαῤῥησιάζοντο εἶχον τοὺς μάρτυρας τοῦ θανάτου; εἰ γὰρ καὶ ὅτως ἐπ' ὄψει πάντων γενομένων τούτων θανάτου καὶ ἀναστάσεως, οὐκ ἠθέλησαν οἱ τότε Φαρισαῖοι πιστεῦσαι, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἑωρακότας τὴν ἀνάστασιν ἠνάγκασαν ἀρνήσασθαι πᾶσι πάντως εἰ κεκρυμμένως ἐγεγόνει πῶς πόσας ἂν προφάσεις ἀπιστίας ἐπενόησαν; πῶς οὖν ἄρα τὸ τοῦ θανάτου τέλος ἐδείκνυτο καὶ ἡ κατὰ τούτου νίκη, εἰμὴ ἐπ' ὄψει πάντων προσκαλεσάμενος αὐτὸν ἤλεγξε νεκρὸν, κενώσας λοιπὸν τῆς τοῦ σώματος ἀφθαρσίας τὴν καὶ παρ' ἑτέρων ἂν λεχθεῖσαν, πῶς προβαλεῖν ἡμᾶς ἀναγκαῖον τὴν ἀπολογίαν; πέφυκα γὰρ αὐτὸς εἰπεῖν τοῦτο. εἰ ἐπ' ὄψει πάντων καὶ ἐμμάρτυρον ἔδει γενέσθαι τὸν τούτου θάνατον, ἵνα ὁ τῆς ἀναστάσεως πιστωθῇ λόγος, ἔδει καὶ αὐτὸν ἔνδοξον ὑπονοῆσαι θάνατον· ἵνα μόνον τὴν αἰσχρὰν τοῦ σταυροῦ φύγῃ. ἀλλ' εἰ καὶ τοῦτο ποιήσας ἐλύσανον, ὑπόνοιαν καθ' ἑαυτοῦ παρεῖχεν, ὡς ὁ κατὰ πάντος θανάτου ἀλυσάμενος· ἀλλὰ μόνου δὴ τοῦ αἰσχροῦ ὑπονοηθέντος. καὶ ἁδὲν ἦττον πάλιν ἐλύετο προφάσεως τοῦ τῆς ἀναστάσεως ἀπιστίας. ὅθεν ὁ παρ' αὐτοῦ ἀλλ' ἐξ ὑπερβουλῆς ἐγίνετο τῷ σώματι ὁ θάνατος· ἵνα δὴ αὐτὸν προσαγάγωσι τῷ σωτῆρι θανάτου, τοῦτον αὐτὸς ἐξαφανίσῃ· καὶ ὥσπερ γυναικὸς παλαιστὴς· μέγας ὢν τῇ ἰσχύϊ καὶ τῇ ἀνδρίᾳ· οὐκ αὐτὸς ἑαυτῷ τοὺς ἀντιπάλους ἐκλέγεται ἵνα μὴ ὑπόνοιαν τῆς προσπαλαίας σθένους παράσχῃ· ἀλλὰ τῇ τῶν θεωρούντων δίδωσιν ἐξουσίᾳ· καὶ μάλιστα κἂν ἐχθροὶ τυγχάνωσιν, ἵνα προσ- ὃν ἂν συμβάλλωσιν αὐτοὶ, τοῦτον αὐτὸς καταῤῥάξας κρείττων τῶν πάντων πιστωθῇ· οὕτω καὶ ἡ τῶν πάντων ζωὴ κύριος καὶ σωτὴρ ἡμῶν ὁ χριστὸς, οὐχ ἑαυτῷ θάνατον ἐπενόει τῷ σώματι, ἵνα μὴ ὡς ἕτερον θηριῶν φανῇ· ἀλλὰ τὸν παρ' ἑτέρων, καὶ μάλιστα τὸν παρὰ τῶν ἐχθρῶν, ὃν ἐνόμιζον εἶναι θανὸν ἐκεῖνοι καὶ ἄτιμον καὶ φθαρτόν, τοῦτον αὐτὸς ἐν σταυρῷ δεχόμενος ἠνείχετο· ἵνα καὶ τούτου καταλυθέντος, αὐτὸς μὲν ὢν ἦν ζωὴ πιστωθῇ, τοῦ δὲ θανάτου τὸ κράτος τέλειον καταργηθῇ· γέγονε γοῦν τι θαυμαστὸν καὶ παράδοξον· οὐ γὰρ ἐνόμιζον ἄτιμον ὑπάρειν θάνατον, ὅτος ἐλύετο τρόπαιον κατ' αὐτοῦ τοῦ θανάτου. διὸ οὐδὲ τὸν ἰωάννου θάνατον ὑπέμεινε διαρρουμένης τῆς κεφαλῆς· οὐδὲ ὡς ἡσαίας ἐπρίσθη· ἵνα καὶ τῷ θανάτῳ ἀδιαίρετον καὶ ὁλόκληρον τὸ σῶμα φυλάξῃ. καὶ μὴ πρόφασις τοῖς βουλομένοις διαιρεῖν τὴν ἐκκλησίαν γένηται.

sub omnium conſpectu eieciſſet, homini ab ipſis natalibus cæco lumen reſtituiſſet, aquam in vinum mutaſſet, vt per ea exiſtimaretur Dei Verbum, id quod mortale erat, non ſub omnium oculis, immortale eſſe factum demonſtraret, quo ipſe ipſiſſima vita eſſe crederetur? Aut quomodo eius diſcipuli cũ fiducia de reſurrectione diſſeruiſſent, ſi de eius morte nihil certi adferre potuiſſent? Aut quomodo fides habita fuiſſet dicentibus, primo mortem, deinde reſurrectionem contigiſſe, niſi eos ipſos apud quos iſta audacter loquebantur, obitæ mortis teſtes habuiſſent? Nam, ſi ne ita quidem ſub omnium conſpectu morte reſurrectioneque peracta, eius temporis Phariſæi voluerunt credere, & eos qui reſurgentem viderant, ad inficiationem coëgerunt, quot cauſificationes non credẽdi commenti eſſent, ſi iſta omnino occultim fieri contigiſſet? Quomodo porrò aut finis mortis, aut victoria de morte oſtendi potuiſſet, niſi illam oculis cunctorum in ſe prouocatam, mortuam reddidiſſet, ac iam deinde inanem eã exhauſtamq;, ſui corporis incorruptibilitate probaſſet? Imo quæ ab aliis reſponſa ſunt, ea quoque à nobis proferri debent: forſitan enim aliquis & hoc dixerit: Si coram omnibus, & conteſtatò oportebat fieri eius mortem, vt prædicatio reſurrectionis fidem inueniret, par fuit, vt honeſtam mortem ſibi comminiſceretur, vt ſaltem ignominiam crucis defugeret. Atqui ſi hoc feciſſet, plenam ſuſpicionem de ſe prębuiſſet, quòd non in omne genus mortis, ſed duntaxat in eã, quam ipſe excogitaret, vim ſuam integram efficacem que haberet: Ac rurſus nihilo minor occaſio fuiſſet, nõ credendę reſurrectionis. Quapropter non ſua opera, ſed aliorũ inſidiis mortem corpori ſuo infligi voluit, vt mortẽ quamcunque illi intuliſſent Seruatori, eam & ipſe demoliretur. Ac veluti generoſus athleta, cui ingens animi & corporis robur, non ipſe quidem ſibi aduerſarios deligit: ne aliis timiditatis ſuſpicionem præbeat, ſed ſpectatorum arbitrio hoc ipſum permitit, quantumcunq; eos ſibi infeſtos ſciat, vt humi proſtrato quocunq; antagoniſta, omnium robuſtiſſimus habeatur, ita quoque omnium vita, Dominus & Saluator noſter Ieſus Chriſtus, non ipſe corpori ſuo mortem excogitat deligitque, ne aliud mortis genus expaueſcere videatur, ſed eam quam alii iidemque in primis inimici graues exiſtimarunt, & turpem, & fugiendam, hanc ipſe in cruce exceptam ſuſtinuit, vt ea extincta perditáque, ipſe ipſiſſima vita crederetur, & mortis vis plenè innoteſceret. Certe mirum quiddam & inexpectatum euenit: genus enim illud moriendi, quod illi pro ſua opinione, vt ignominioſum, intulere, id conuerſum eſt in trophæum deuictæ mortis. Quodcirca neque Ioannis mortem ſuſtinuit, capitis truncatu, neque, ſicuti Eſaias propheta, ſerra diſſectus eſt, vt & in morte, ſine mutilatione integrum corpus ſeruaret, & cauſa ſubduceretur iis, qui Eccleſiã in partes cupiũt diſcindere.

καὶ ταῦτα

Et hoc quidem ad eos responsum velim, qui extranei alieniq; ab Ecclesia, istiusmodi ratiocinationes sibi coaceruãt. Quòd si quis etiam ex nostris, non per contentionem, sed studio discendi percunctetur: quur non aliud potius quàm crucem sustinere voluerit? Audiat ille, Nulla alia ratione id nobis vtile futurum fuisse atque ideo à Domino in nostri gratiam id genus moriendi toleratum fuisse. Nam si ideo venerat, vt nostra piacula execrationesq; portaret, quomodo alia ratione execratio, aut piaculum fuisset, nisi execrabilem mortem in se reciperet? Est autem hoc ipsum, Crux: quemadmodum scriptum est, *Execrabilis, quicunque in ligno pendet*. Porro si mors Domini nostri Iesu Christi, redemptio est omnium, ac morte eius, intermedius ille paries maceriæ soluitur, conficitúrque vocatio gẽtium: quomodo nos aduocasset, nisi crucifixus esset? In sola enim cruce, mors extensis porrectisque manibus toleratur, ideo quoq; par erat, vt dominus hoc modo mortem sustineret, manúsque eius extenderentur, vt hac quidem veterem populum, illa verò gentiles attraheret, & ambos in se coniungeret. Id enim ipse dixit, indicans qua morte omnes redẽpturus esset: *Quum exaltatus fuero* (inquit) *omnes ad me traham*. Et rursus, Si Dominus ideo venit: vt diabolum nostri generis hostem delapsum cælitus, & circa hunc imum aërem vagantem, illicque dæmonibus inobedientia sibi simillibus imperantem, præstigia inanésque species illorum administerio effingentem ad fraudem deceptorum, & sursum tendentibus obstacula molientem: quemadmodum de eo Apostolus dicit: *Iuxta Principem potestatis aëris, qui nunc vim suam exercet in filiis inobedientiæ*. Dominus venit, vt diabolum præcipitaret, aëremque purificaret, & viam ad cælum nobis muniret, vt dictum est ab Apostolo: *Per velum quod obtentum fuit, hoc est, per carnem suam*. Et id morte fieri oportebat. Quánam alia morte istud fieri poterat, nisi ea quæ in aëre toleraretur? de cruce est quod loquor: Solus enim ille in aëre moritur, qui in cruce vitam finit. Quare non sine ratione eam dominus sustinuit: ita enim sublimatus, aërem purgauit ab omni diabolica, aliorúmque dæmonum infestatione, dicens: *Vidi Satanam instar fulguris decidentem*. Et in cælos nouum iter aperuit, quod sub his verbis indicatur: *Attollite portas principes vestras: & eleuamini portæ æternales*. Nihil certe ille, qui hæc verba vsurpat, opus habuit reseratione portarum (quippe omnium dominus) neque quicquam erat clausum creatori ex rebus creatis, sed nos eramus, quibus ea reseratio necessaria fuit. Nos rursum illi, quos ipse suo corpore in sublime atollebat. Nam quemadmodum illud pro omnibus morti obtulit, ita quoque per illud viam ad cœlos commonstrauit. Recte igitur decentérque mors eius in cruce peracta fuit, causáque eius per omnia probabilis apparet, ac iustas habet rationes, non aliter quàm per crucem omnium salutẽ debuisse impetrari. Cẽte-

καὶ παῦται μὲν πρὸς τὰς ἔξωθεν ἑαυτῆς λογισμὰς ἀπισωροῦσιν· ἂν δέ τῶν ἐξ ἡμῶν τις μὴ ὡς φιλόνικος, ἀλλ' ὡς φιλομαθὴς ζητεῖ· διὰ τί μὴ ἑτέρως ἄλλα σωτῆρι ὑπέμεινεν; ἀκουέτω καὶ οὗτος· ὅτι οὐκ ἄλλως, ἢ οὕτως ἡμῖν συνέφερε· καὶ τοῦτο δι' ἡμᾶς καλῶς ὑπέμεινεν ὁ κύριος. εἰ γὰρ τὸ καθ' ἡμῶν γνωμένιον κατάραν ἦλθεν αὐτὸς βαστάσαι, πῶς ἂν ἄλλος ἐλύετο κατάρα, εἰμὴ τὸν ὅτι κατάρα γνόμενον θάνατον ἐδέξατο; ἔστι δὲ ξύλου, ὁ σωτὴρ. ὅτω γὰρ καὶ γεγράπται· ὅτι κατάρα θεοῦ ὁ κρεμάμενος ὅτι ξύλου. ἔπειτα, ἐὰν ὁ θάνατος ὁ κυρίου λύτρον ἐστὶ πάντων· καὶ τῷ θανατῷ τούτῳ τὸ μεσότοιχον τὸ φραγμὸν λύει, καὶ γίνεται τῶν ἐθνῶν ἡ κλῆσις, πῶς ἂν ἡμᾶς προσεκαλέσατο εἰμὴ ἐσταυρώτο; ἐν μόνῳ γὰρ τῷ σταυρῷ ἐκτεταμένας χερσὶ τὸν ἀποθνήσκει· διὸ καὶ τοῦτο ἔπρεπεν ὑπομεῖναι τὸν κύριον, καὶ τὰς χεῖρας ἐκτεῖναι, ἵνα τῇ μὲν, τὸν παλαιὸν λαὸν, τῇ δὲ, τὰς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἑλκύσῃ, καὶ ἀμφοτέρους ἐν ἑαυτῷ πυκάσῃ. τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸς ἔφηκεν, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ ἔμελλε λυτροῦσθαι τὰς ψυχάς· ὅταν ὑψωθῶ φησὶν πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν· καὶ πάλιν· εἰ ὁ ἐχθρὸς τῶν γενῶν ἡμῶν διάβολος ἐκπεσὼν ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, φεύγει τὸν ἀέρα τὸν ὧδε κάτω πλανᾶται, κἀκεῖ τῶν πνευμάτων αὐτῷ δαιμόνων ὡς ὁμοίων ἐν τῇ ἀπειθείᾳ ἐξουσιάζων, φαντασίας μὲν διὰ αὐτῶν ἐνεργεῖ τοῖς ἀπολωλεκόσι, ἐπιχειρεῖ δὲ τοῖς ἀερχομένοις ἐμποδίζειν· καὶ περὶ τούτου φησὶν ὁ ἀπόστολος· κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας· ἦλθεν ὁ κύριος, ἵνα τὸν μὲν διάβολον, καθάρῃ τὸν ἀέρα καθαρίσῃ· καὶ ὁδοποιήσῃ ἡμῖν τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον. ὡς εἶπεν ὁ ἀπόστολος διὰ τοῦ καταπετάσματος· τουτέστι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ· τοῦτο δὲ ἔδει γενέσθαι διὰ θανάτου. ποίῳ δ' ἂν ἄλλῳ θανάτῳ ἐγεγόνει ταῦτα, ἢ τῷ ἐν ἀέρι γνομένῳ, τουτέστι, τῷ σταυρῷ; μόνος γὰρ ἐν τῷ ἀέρι εἷς ἀποθνήσκει, ὁ σταυρῷ πελασθεὶς· διὸ οὐκ εἰκότως τοῦτον ὑπέμεινεν ὁ κύριος. ὅτω γὰρ ὑψωθεὶς, τὸν μὲν ἀέρα καθαίρει ἀπὸ τῆς διαβολικῆς καὶ πάσης τῶν δαιμόνων ἐπιβουλῆς λέγων. ἐθεώρουν τὸν σατανᾶν ὡς ἀστραπὴν πεσόντα· τῷ δὲ εἰς οὐρανὸς ἄνοδον ὁδοποιῶν, ἀνεκαίνιζε λέγων πάλιν· ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν· καὶ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι· ἐγὼ γὰρ αὐτὸς ὁ λόγος ὢν ὁ χρήζων ἀνοίξεως τῶν πυλῶν κύριος τῶν πάντων ὤν· ἐδεῖτο κεκλεισμένον ἦν τῶν ποιημάτων τῷ ποιητῇ· ἀλλ' ἡμεῖς ἦμεν οἱ χρήζοντες· ὃς ἀνέφερεν αὐτὸς διὰ τοῦ ἰδίου σώματος αὐτοῦ. ὡς γὰρ ὑπὲρ πάντων αὐτὸ προσήνεγκε τῷ θανάτῳ, ὅτω δὲ αὖτε πάλιν ὡδοποίησε τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον· πρέπων οὖν ἦν ἁρμόζων ὁ ἐν τῷ σταυρῷ γέγονε θάνατος ὑπὲρ ἡμῶν. καὶ ἡ αἰτία τούτου ἄλογος φάνη καὶ

πάντα. καὶ δικαίους ἔχει τοὺς λογισμούς. ὅτι μὴ ἄλλως, ἀλλὰ διὰ σταυροῦ ἔδει τὴν σωτηρίαν γενέσθαι πάντων. καὶ γὰρ

καὶ

καὶ γὰρ ἀεὶ ἔτως ἀφανῆ ἑαυτὸν, ἀεὶ ἐν τῷ
σωρῷ ἀφῆκεν· ἀλλὰ κρεῖττον πῶς μὲν κλί
σιν ἐποίει μαρτυρεῖν πῶς τὸ ἑαυτῆς δημιουργὸ
παρεσίαν, τὸν δὲ ἑαυτοῦ ναὸν ζῶμα οὐκ ἐπὶ
πολὺ μένειν ἀναχόμενον, ἀλλὰ μόνον διέξας
νεκρὸν τῇ τοῦ θανάτου φθορᾷ καὶ τῷ συμπλοκῇ, τρι-
τῆον ἀνέστησεν λύων τροπαῖα καὶ νίκας κατὰ τοῦ
θανάτου φέρων, πῶς ἐν τῷ ζώματι γινομένῳ ἀ-
φθαρσίαν καὶ ἀπάθειαν. ἠδύνατο μὲν γὰρ καὶ
παρ' αὐτὰ τοῦ θανάτου τὸ ζῶμα διεγεῖραι καὶ
πάλιν διέξαι ζῶν· ἀλλὰ οὐ τοῦτο καλῶς προι-
δὼν ὁ σωτὴρ ἐ πεποίηκεν. εἶπε γὰρ ἄντις μὴ
δ' ὅλως αὐτὸ τεθνηκέναι, ἢ μηδὲ τέλεον αὐτὸ τὸν
θάνατον ἐψαυκέναι, εἰ παρ' αὐτὰ πῶς ἀνάστα-
σιν ἑῶ ἐπιδείξας. πάχα δὲ καὶ ἐν ἴσῳ τῷ διασ-
ήματος ὄντος τοῦ θανάτου καὶ τῆς ἀναστάσεως,
ἄδηλον ἐγίνετο τὸ πρὸς τῆς ἀφθαρσίας κλέος.
ὅθεν ἵνα δειχθῇ νεκρὸν τὸ σῶμα· καὶ μίαν ὑπέ-
μεινε μέσην ὁ λόγος, καὶ τριτῆον τοῦτο πᾶσιν ἔδει-
ξεν ἄφθαρτον. ἕνεκα μὲν οὖν τοῦ διεχθῆναι τὸν
θάνατον ἐν τῷ σώματι, τριτῆον ἀνέστησε τοῦτο·
ἵνα δὲ μὴ ἐπὶ πολὺ διαμεῖναν καὶ φθορὰν τέ-
λεον ὕστερον ἀναστὰς ἀπιστηθῇ, ὡς ἕτερον αὐτὸ
ἀλλ' ἕτερον σῶμα φέρων, (ἔμελλε γὰρ ἄντις καὶ
διὰ αὐτὸν χρόνον ἀπιστεῖν τῷ φαινομένῳ, καὶ
ἐπιλανθάνεσθαι τῶν γινομένων) διὰ τοῦτο ἐ
πλείω τῶν τριῶν ἡμερῶν ἠνέσχετο, ἵνα ἐπὶ
πολὺ τοὺς ἀκούοντας αὐτοῦ περὶ τῆς ἀναστάσεως
περείλκυσεν· ἀλλ' ἔτι τῶν ἀκοῶν αὐτῶν ἑναυ-
λον ἐχόντων τὸν λόγον, καὶ ἔτι τῶν ὀφθαλ-
μῶν αὐτῶν ἐκδεχομένων, καὶ τῆς διανοίας αὐ-
τῶν ἠρτημένης καὶ ζώντων ἐπὶ γῆς ἔτι καὶ
ἐπὶ τόπον ὄντων τῶν θανατωσάντων καὶ μαρ-
τυρούντων περὶ τοῦ θανάτου τοῦ κυριακοῦ σώμα-
τος, αὐτὸς ὁ τοῦ θεοῦ υἱὸς ἐν τριταίῳ διασήμα
τι τὸ γινόμενον νεκρὸν σῶμα ἔδειξεν ἀθάνατον
καὶ ἄφθαρτον· καὶ ἀνεδείχθη πᾶσιν ὅτι οὐκ
ἀσθένειαν φύσεως τοῦ ἐνοικοῦντος λόγου τέ-
θνηκε τὸ σῶμα, ἀλλ' ἐπὶ τῷ τὸν θάνατον ἐξα
φανισθῆναι ἐν αὐτῷ τῇ σωτηρίᾳ τοῦ σωτῆ-
ρος. τοῦ μὲν γὰρ καταλελύσθαι τὸν θάνατον
καὶ νίκῃ κατ' αὐτοῦ γεγενῆσθαι τὸν σωρὸν, καὶ
μηκέτι λοιπὸν ἰσχύειν· ἀλλ' εἶναι νεκρὸν αὐτὸν
ἀληθῶς, γνώρισμα οὐκ ὀλίγον καὶ πίστις ἐ
ναργὴς· τὸ πρὸ πάντων τῶν τοῦ χριστοῦ μαθη-
τῶν αὐτὸν καταφρονεῖσθαι, καὶ πάντας ἐπι-
βαίνειν κατ' αὐτοῦ καὶ μηκέτι φοβεῖσθαι τὸν
θάνατον· ἀλλὰ τῷ σημείῳ τοῦ σωροῦ καὶ τῇ εἰς χρι-
στὸν πίστει καταπατεῖν αὐτὸν ὡς νεκρόν. πάλαι μὲν
γὰρ πρὶν τὴν θείαν ἐπιδημίαν γενέσθαι τοῦ σωτῆρος,
φοβερὸς ἦν καὶ αὐτοῖς τοῖς ἁγίοις ὁ θάνατος· καὶ
πάντες τοὺς ἀποθνήσκοντας ὡς φθειρομένους ἐθρή-
νουν. ἐπὶ δὲ τοῦ σωτῆρος ἀναστάντος τὸ σῶμα,
οὐκέτι μὲν ὁ θάνατός ἐστι φοβερὸς, πάντες
δὲ οἱ τῷ χριστῷ πιστεύοντες, ὡς ὑπὲρ αὐτὸν ὄν-
τα πάντα, καὶ μᾶλλον ἀποθνήσκειν αἱροῦν-
ται, ἢ ἀρνήσασθαι πῶς εἰς χριστὸν πίστιν· ἴσασι γὰρ ὄντως ὅτι ἀποθνήσκοντες οὐκ ἀπόλλυνται, ἀλλὰ ζῶσι

rum ne sic quidem vel in cruce se obscurum ignotúmque reliquit, sed hoc procurauit, vt rerum natura eximium de opificis sui præsentia testimonium perhiberet: ipse vero templum suum (corpus videlicet) non in ea conditione diu permanere sustinuit, sed duntaxat vbi id mortuum ex conflictu mortis, ostendisset, tertio die statim excitauit, trophæa victoriæ de morte ferens, corporis nimirum incorruptibilitatem, indolentiámque. Poterat quidem statim à morte corpus suum excitare, atque illud iterum viuum exhibere, sed hoc ex prouida cautione facere nolebat, nec fecit, dixisset enim aliquis eum nequaquam mortuum fuisse, aut non plenè à morte perstrictum, si continuò à morte resurrectionē super induxisset. Forsitan enim, si eodem momento sine intercapedine mors & resurrectio cōtigisset, gloria incorruptibilitatis in incerto hæsisset. Quapropter, vt corpus verè extinctum ostenderetur, ipsa meridie mortem sustinuit, & tertio die illud incorruptibile iterum ostendit. Vt igitur mortuum esse suum corpus doceret, nō priusquam, nisi vbi iamtriduanum cadauer esse, excitauit: néue rursus, si inibi in longum detentum putrefactumque serius excitasset, obiiceret quispiam, ipsum non idē, sed aliud corpus circumferre (quippe futurum erat, vt nonnulli corpori exhibito, ob longitudinem temporis, fidem non haberent, & præteritorum obliuiscerentur) ea de causa vltra tridui moram non passus est, neque eos, qui ipsum audierant, de resurrectione sua promittentem, in longū distulit: sed quum adhuc propemodum verba illa in eorum auribus obstreperent, oculique eius speciem retinerent animis illorū etiānum suspensis, viuisque adhuc, & in eodē loco versantibus, tum iis qui se occiderant, tū illis quiconscij mortis eius erant in corpore exantlatæ, ita tridui spacium corpus quod mortuū erat, immortale & incorruptibile omnibus ostendit, quò intelligeretur, illud non imbecilitate naturæ, quum Verbum in eo domicilium suum haberet, extinctum fuisse, sed ideo extinctum, vt mors viribus nostri Saluatoris Iesu Christi aboleretur. Mortem enim extinctam esse, & ipsam crucem factam esse victoriam contra ipsam, neque quicquam amplius posse, sed esse mortuam eam verè, non tenue documentum est, sed certa fides, quod illam omnes Christi discipuli contemnant, insultent, nihilque exhorreant: ac signo crucis & fide in Christum, eam vt mortuam conculcent. Olim ante diuinum aduentum Saluatoris nostri Iesu Christi formidabilis erat & ipsis sanctis mors, & omnes, quotquot erant vita defuncti, velut perditos abolitósque lamentabantur: nunc autem postquam Saluator noster Iesus Christus corpus suum resuscitauit à mortuis, mors vlterius terribilis non est: & quicunque in Christum fidem habent, eam, vt rem nihili, pedibus terunt, ac potius mortem delegerint, quàm Christi fidem inficientur. Certò enim sciunt, mortuos non perire, sed viuere,

& incorruptibiles resurrectione fieri. Ille autem sceleratus (qui mortis impetu insultus in nos facere solet diabolus) solutis mortis doloribus, solus omnino mortuus relinquitur, eiq; rei argumento est, quòd homines antequam Christo incipiãt credere, mortẽ vt terribilem intuentur & expauescunt: vbi autem ad illius fidem doctrinámque trãsiere, tantopere mortem aspernantur, vt ad eam vltro contendant, testésque fiant Christi aduersus mortem resurrectionis. Siquidem etiamnum pueri ætate ad mortem festinant, exercitiis porro & meditationibus ad id, non viri duntaxat, sed etiam fœminæ sese instruunt. Nec mirum, quum iam tam imbecillis sit, vt etiam fœminæ, prius ab ea deceptæ, nunc illam & mortuã dissipatámque ludibrio habeant, non aliter quàm vbi debellato per legitimum principem tyrano, manibusque pedibusque eius intra vincula constrictis, ōnes quotquot ad id spectaculi superueniunt, ludibriis ei insultant, probris verberibúsque proscindunt, securi iam illius sæuitiæ & furoris, ob principis sui de eo partam victoriam: ita quoque mortem iam debellatam, & per Saluatorem nostrum Iesum Christũ in cruce triumphatam, manibus eius pedibusque obligatis, omnes eam in Christo pedibus proterunt, martyresque Christo se prębentes, sannis, ludibriis, conuitiis exagitant, obiectantes & quæ superius dicta sunt per Apostolũ Paulum: *Absorpta est mors in victoria. vbi mors victoria tua? Vbi Orce stimulus tuus? Stimulus autẽ mortis peccatum est, virtus verò peccati lex.* Ergone illud exiguum est documentum de imbecillitate mortis? aut parua est demonstratio victoriæ Iesu Christi de morte illius reportatæ? quum pueri in Christo, & teneræ puellæ istam vitã contemptui habeant? & moriendi rationes meditentur? Homo certe naturaliter mortẽ, & corporis sui dissolutionẽ expauescit: is tamẽ (quod summopere admirandum est) vbi indutus est fidem crucis, res naturales vilipendit, & mortem per Christum non exhorresc it, non aliter quàm si quis de igne dicat, cui naturalis vis est concremandi, esse aliquid quod illas flammas respuat, illumque infirmum ostendat: quale est quod de Indico Amianto refertur, quo se ille qui hoc non credit, circunuestire solet, vt lini eius inustibilis obtentu experiẽdo cognoscat flãmarum in hac parte imbecillitatem. Aut veluti si quis auidus videndi tyranũ iam vinculis constrictum penitus, se in eorum prouinciam qui eum domuerunt, conferre solet, vt ita eum quondam aliis terribilem, nunc autem debilem & fractum contueatur: ita quoque si quis incredulus est, ac etiamnum post tanta miracula, post tot martyres Christi, post quotidianam eorum, qui in Christo eximij sunt, mortis irrisionem, ambiguus hæret, sit ne mors pro cõfecta cõsumptáq; existimanda, non culpes eius dubitationem, modo dubitatio ei nascatur ex rei admiratione, nec se obduret in incredulitatẽ, néue impudentẽ negandi contumaciam in rebus clarissimis retineat.

A

B

C

D

E

ἢ ἄφθαρσι διὰ τῆς ἀναστάσεως γίνονται. ἐκεῖνος δὲ ὁ πάλαι τῷ θανάτῳ πνηρὸς ἐπαλλόμενος διὰ βολος, λυθεισῶν αὐτῷ τῶν ὠδίνων ἔμεινε μόνος ἀληθῶς νεκρός. Ὃ τότε πεκμήριον· ὅτι πρὶν πιστεῦσαι οἱ ἄνθρωποι τῷ χριστῷ, φοβερὸν τὸν θάνατον ὁρῶσι καὶ σκιλιῶσιν αὐτόν· ἐπειδὰν δὲ εἰς τὴν ἐκείνης πίστιν καὶ διδασκαλίαν μετέλθωσι, πρῶτον καταφρονῆσι τοῦ θανάτου, ὡς καὶ προθύμως ἐπ' αὐτὸν ὁρμᾶν, καὶ μάρτυρας γίνεσθαι τῆς κατ' αὐτοῦ παρὰ τοῦ ζωτῆρος γνωμένης ἀναστάσεως. καὶ γὰρ ἐπιήποι ὄντες τὴν ἡλικίαν, ἀποθνήσκειν, καὶ μελετῶσι κατ' αὐτὸ ταῖς ἀσκήσεσιν, ἃ μόνον ἄνδρες ἀλλὰ καὶ γυναῖκες. ὅτως ἀσθενὴς γέγονε, ὡς καὶ γυναικας τὰς ἀπατηθείσας τὸ πρὶν παρ' αὐτοῦ, νῦν παίζειν αὐτὸ ὡς νεκρὸν καὶ παρειμένον. ὡς γὰρ τύραννος καταπολεμηθέντος ὑπὸ γνησίου βασιλέως καὶ δεθέντος τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας, πάντες λοιπὸν οἱ διαβαίνοντες καταπαίζουσιν αὐτοῦ, τύπτοντες καὶ μαστίζοντες, οὐκ ἔτι φοβούμενοι τὴν μανίαν αὐτοῦ καὶ τὴν ἀχειρίτησιν διὰ τὸν νικήσαντα βασιλέα· ὅτω καὶ ὁ θανάτος νικηθέντος καὶ κατελυθέντος ὑπὸ τοῦ σωτῆρος ἐν τῷ σταυρῷ, καὶ δεδεμένους τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας πάντες οἱ ἐν χριστῷ διαβαίνοντες αὐτὸν καταπατοῦσι, καὶ μαρτυροῦντες τῷ χριστῷ χλευάζουσι τὸν θάνατον· ἐπικερτομοῦντες αὐτῷ, καὶ τὰ ἄνωθεν κατ' αὐτοῦ γεγραμμένα λέγοντες, ποῦ σου θάνατε τὸ νῖκος; ποῦσου ᾅδη τὸ κέντρον; ἆρ' οὖν τοσοῦτος ἔλεγχος ἐστὶ τῆς τοῦ θανάτου ἀσθενείας; ἢ μικρὰ ἐστὶν ἀπόδειξις τῆς κατ' αὐτοῦ γνωμένης νίκης ταῦτα τοῦ σωτῆρος· ὅταν οἱ ἐν χριστῷ παῖδες καὶ νέαι κόραι παρορῶσι τὸ ἐνταῦθα θεῖον καὶ ἀποθανεῖν μελετῶσιν; ἐγὼ μὲν γὰρ κατ' φύσιν ὁ ἄνθρωπος δειλιῶν τὸν θάνατον καὶ τὸ τοῦ σώματος διάλυσιν· τοῦτο μὲν παράδοξόν ἐστιν· ὅπου τοῦ σωτῆρος πίστις ἐνδυναμοῖ καταφρονεῖν καὶ τῆς κατ' φύσιν, καὶ τὸν θάνατον καὶ δειλίαν διὰ τὸν χριστόν. καὶ ὥσπερ τοῦ πυρὸς ἔχοντος κατ' φύσιν τὸ καίειν, εἰ λέγοι τις εἶναί τι καὶ μὴ δειλιῶν αὐτοῦ τὸ καίειν· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἀσθενὲς αὐτὸ δείκνυσιν. οὕτω δὴ λέγεται τὸ παρὰ τοῖς ἰνδοῖς ἀμίαντον, εἴπερ ὁ τῷ λεγομένῳ μὴ πιστεύων, εἰ πεῖραν θελήσειεν λαβεῖν τοῦ λεγομένου, πάντως τὸ ἄκαυστον ἐνδυσάμενος καὶ περιβαλὼν πυρί, πιστεύσει λοιπὸν τὴν κατ' τοῦ πυρὸς ἀσθένειαν. ἢ ὡς εἴ τις τὸν τύραννον δεδεμένον ἰδεῖν θελήσειεν· πάντως εἰς τὴν νικήσασαν χώραν καὶ ἐρχομένων παρελθὼν· ὁρᾷ τὸν ἄλλοις φοβερὸν ἀσθενῆ γνόμενον. ὅτως εἴ τις ἐστὶν ἄπιστος, καὶ ἀκμὴν μὴ τοσαῦτα καὶ μὴ τοσούτους ἐν χριστῷ γνομένους μάρτυρας, μὴ τὴν καθ' ἡμέραν γινομένην κατ' τοῦ θανάτου χλεύην πρὸς τὴν ἐν χριστῷ διαπεπόνθασιν· ὅμως εἰ ἔτι τὴν διάνοιαν ἀμφίβολον ἔχει περὶ τοῦ καταργῆσθαι τὸν θάνατον καὶ τέλος ἐσχηκέναι, καλῶς μὴ πιεῖ θαυμάζων περὶ τηλικούτου πάλιν μὴ σκληρὸς εἰς ἀπιστίαν, μὴ δὲ ἀναιδὴς πρὸς τὸ ὅτως ἐναργῆ γινέσθω· ἀλλ' ὡς

ἀλλ' ὥσπερ ὁ τὸν ἀμίαντον λαβὼν γινώσκει τὸ ἄκαυστον ἢ πυρὸς πρὸς αὐτὸ· καὶ ὁ τὸν τύραννον δεδεμένον θέλων ὁρᾶν εἰς τὴν τῆ νικηφόρῳ ἀρχὴν παρέρχεται, ἕτω καὶ ὁ ἀπίστων πρὸς τῆς τοῦ θανάτου νίκης λαμβανέτω τὴν πίστιν τοῦ χριστοῦ καὶ εἰς τὴν τούτου διδασκαλίαν παρερχέσθω· ἵνα ὄψεται τοῦ θανάτου τὴν ἀσθένειαν, καὶ τὴν κατ' αὐτοῦ νίκην. πολλοὶ γὰρ ἀπιστοῦντες πρότερον καὶ χλευάζοντες, ὕστερον πιστεύσαντες, ἕτω κατεφρόνησαν τοῦ θανάτου, ὡς καὶ μάρτυρας αὐτοῦ γενέσθαι τοῦ χριστοῦ. εἰ δὲ τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ καὶ τῇ πίστει τῇ εἰς χριστὸν καταπατεῖται ὁ θάνατος, δῆλον αὖ πᾶσι ἀληθείᾳ δικαζόσῃ, μὴ ἄλλον εἶναι ἀλλ' ἢ αὐτὸν τὸν χριστόν, τὸν κατὰ τοῦ θανάτου τρόπαια καὶ νίκας ἐπιδεικνύμενον, καὶ κεῖνον ἐξασθενῆσαι ποιήσαντα. καὶ εἰ πρότερον μὲν ἴσχυεν ὁ θάνατος, διὰ τοῦτο φοβερὸς ἦν, ἔστι δὲ μετὰ τὴν ἐπιδημίαν τοῦ σωτῆρος καὶ τὸν τοῦ σώματος αὐτοῦ θάνατον, καὶ τὴν ἀνάστασιν καταφρονεῖται, φανερὸν αὖ εἴη παρ' αὐτοῦ τοῦ ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἀναβάντος χριστοῦ καταργῆσθαι, καὶ νενικῆσθαι τὸν θάνατον. ὡς γὰρ ἐὰν μετὰ νύκτα γένηται ἥλιος, καὶ πᾶς ὁ τόπος καταλάμπηται ὑπ' αὐτοῦ πάντως οὐκ ἔστιν ἀμφίβολον, ὅτι τὸ φῶς ἐφαπλώσας ἥλιος πανταχοῦ αὐτός ἐστιν, ὁ καὶ τὸ σκότος ἀπελάσας καὶ τὰ πάντα φωτίσας, ἕτω τοῦ θανάτου καταφρονηθέντος καὶ καταπατηθέντος, ἀφ' οὗ γέγονεν ἡ τοῦ σωτῆρος ἐν σώματι σωτηρίου ἐπιφάνεια, καὶ τὸ τέλος τοῦ σταυροῦ, πρόδηλον αὖ εἴη ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ σωτὴρ ὁ καὶ ἐν σώματι φανείς, ὁ τὸν θάνατον καταργήσας, καὶ κατ' αὐτοῦ τρόπαια καθ' ἡμέραν ἐν τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ἐπιδεικνύμενος. ὅταν γὰρ ἴδῃ τις ἀνθρώπους ἀσθενεῖς ὄντας τῇ φύσει, προπηδῶντας εἰς τὸν θάνατον, καὶ μὴ καταπήσοντας αὐτοῦ τὴν φθοράν, μὴ δὲ τοὺς ἐν ἅδου καθόδους ποιουμένους· ἀλλὰ προθύμῳ ψυχῇ προκαλουμένους αὐτὸν, καὶ μὴ πτήσσοντας βασάνους· ἀλλὰ μᾶλλον τῆς ἐνταῦθα ζωῆς προκρίνοντας διὰ τὸν χριστὸν τὴν εἰς τὸν θάνατον ὁρμήν. ἢ καὶ ἐὰν θεωρός τις γένηται ἀνδρῶν καὶ θηλειῶν, καὶ παίδων νέων ὁρμώντων καὶ ἐπιπηδώντων εἰς τὸν θάνατον, διὰ τὴν εἰς χριστὸν εὐσέβειαν, τίς ἄτως ἐστὶν ἀνήθης; ἢ τίς ἄτως ἐστὶν ἄπιστος; τίς δὲ ἄτω τὴν διάνοιαν πεπήρωται; ὡς μὴ νοεῖν καὶ λογίζεσθαι ὅτι ὁ χριστὸς εἰς ὃν μαρτυροῦσιν οἱ ἄνθρωποι αὐτὸς τὴν κατὰ τοῦ θανάτου νίκην ἑκάστῳ παρέχει καὶ δίδωσιν, ἐξασθενεῖν αὐτὸν ποιῶν ἐν ἑκάστῳ τῶν αὐτοῦ τὴν πίστιν ἐχόντων, καὶ τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ φορούντων. καὶ γὰρ ὁ τὸν ὄφιν βλέπων καταπατούμενον. εἰσὶν ὡς αὐτοῦ μᾶλλον τὴν προθέσεων ἀγριότητα, οὐκ ἀμφιβάλλει λοιπὸν ὅτι νεκρός ἐστι καὶ τέλεον ἐξησθένησεν· ὅστις εἰ μὴ τὴν διάνοιαν ἐπεσκότωται, καὶ ἁδρὰς τὰς τοῦ σώματος αἰσθήσεις ὑγιαινούσας ἔχει. τίς γὰρ λέοντα παίζοντα ὑπὸ παιδίων ὁρῶν, ἀγνοεῖ τοῦτον ἢ νεκρὸν γεγονότα, ἢ πᾶσαν ἀπολέσαντα αὐτοῦ τὴν δύναμιν. ὥσπερ οὖν τῶν τε ἀληθῶς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἔξεστιν ὁρᾶν, ἕτω παιζομένου καὶ καταφρονουμένου τοῦ θανάτου ὑπὸ τῶν εἰς χριστὸν πιστευόντων,

Iam vt is qui Amianti naturam explorat, númnam ab igne sit incombustibilis: Et vt, qui certior esse cupit de tyranno, num in vinculis habeatur, ad regiam victoris contendit: ita qui de victoria mortis addubitat, accipiat fidem Christi, & ad eius scholam accedat, tum videbit mortis imbecillitatem, & partam de illa victoriã. Multi enim principio increduli ac irridentes, postmodum fide imbuti, mortem contempserunt, adeo vt martyres Christi efficerentur. Iam si crucis signo, & fide in Christum pessundatur mors, clarum certumque haberi debet, indice testéque veritate, nullum omnino alium esse posse quàm Christum, qui de morte trophæa & victorias retulerit, eámque debilitarit. Nam etsi antea vigebat mors, atque ob vim suam terrori erat, nunc tamen post aduentum Saluatoris, eiusq; mortem & resurrectionem aspernabilis videtur, adeo vt liquidò constet, illam ab eo, qui in crucẽ ascenderat, Christo domitam, & prorsus debellatã esse. Vt enim, vbi post noctem oritur sol, ac iam ões rerum species in orbe terrarum illustrat, dubium non est, quin is (qui vbique suum iubar explicat) idem ille sit qui tenebras dispulerit, omniáque suo lumine irradiauerit: ita quoque quia mors in contẽptum venit & humi conculcatur, post salutarem vindicis nostri aduentũ, & post passam crucẽ manifesta res, quid crux sibi voluerit, & quo fine instituta sit, nimirum vt omnibus patefieret, eum qui in corpore apparuerat, mortem cõpescuisse, & qui noua quotidie de ea per discipulos suos trophæa exsuscitat, Saluatorem esse. Quum enim quis videt homines natura debiles prosilire in mortem, & ad corruptionem nihil se metu contrahere, neque descensus ad inferos expauescere, sed potiùs præsenti animo mortem prouocare, nihil interim torméta veritos: quasi ad mortẽ pro Christo contendere, melius quiddam sit, quàm vitam tueri. Iam in spectaculo virorum, mulierum, puerorumque in tenera ætate rectà contendentium prosilientiumque in mortem, idque ob Christi religionem: quis ita est stolidus? quis ita à credendo alienus? quis ita animo obcæcatus? vt nõ statim cogitet, Christum haud dubiè (cui illi se testes præbent homines) singulis victoriam contra mortem suppeditare? illamque debilitare in vnoquoque eorum, qui in ipsum credunt, ac tesseram, vexillũque crucis circunferunt. Qui serpentẽ proculcatũ videt (maximè si antea cognitam habuerit eius feritatem) nihil addubitat, quin extinctus sit, planéque defecerit, nisi illum excipias qui animo alienatus est, nec integre suis sensibus potitur. Quis enim quum leonem videt, ludibriis exagitari à pueris, ignorat, eum vel mortuum iam esse, vel saltem omnibus viribus suis destitutum? Quemadmodum igitur ista vera esse, oculis deprehendi licet: ita quoque à nemine ambigendum, mortem quæ à Christi fidelibus

ludibrio habetur, à Christo perdomitam esse, eiusq; luem ac vim corrũpendi extinctam esse. Porrò domitam esse mortem, trophæumque de eius stimulo, crucem existere, non parum documenti attulerint superius dicta. Cæterum comprobatio æternæ immortalisque in corpore humano resurrectionis, eiusque per communem omniũ Saluatorem & vitam Christum conciliatæ, euidentius rerum quàm verborum rationibus commonstrari potest, si quis modo oculum mentis sanum habeat. Si enim mors edomita est (vt ex rationibus liquet) eaque à Christi fidélibus vbique conculcatur: multò magis à Christo, & ab eius corpore conculcata profligataque fuerit. Porrò, morte ab illo trucidata, quid reliquũ erat, nisi vt corpus resurgeret, ac in trophæum deuictæ mortis excitaretur? alioqui quónam modo constitisset, mortem esse profligatam, nisi Dominicum corpus resurrexisset? Sed si ne ita quidem satis plena est resurrectionis cõprobatio, ex iis quæ ante oculos in conspectu sunt, fides petatur. Nam si nihil ab eo agitur qui vita defunctus est, eiusque gratia & mentio vsque ad sepulchrum tantummodo porrigitur, postea desinat & conquiescat, & viuentium duntaxat sint actiones, viresque aliquid efficiendi: videat, quæso, quicunque velit, seque iudicem faciat, & ex rebus visu perceptis, veritatem agnoscat: quum res tantas in hominibus agat Saluator & quotidie vndecunque ex incolis Græciæ, externarumque regionum tantę hominum multitudini inuisibiliter persuadeat, vt sese in illius fidẽ dedant, eiusque disciplinæ obtemperent: an is mentem in ambiguo amplius habere possit, nùm vel resurrectio non sit, vel Christus non viuat, qui ipsa vita est? An scilicet mortui hominis est, hominum mentes stimulare, vt repudiatis patriæ ritibus Saluatoris Christi disciplinam adorent? Aut quomodo, si nihil agit, id enim proprium est mortuo, ipse agẽtes viuosq; ab actionib. suis cõpescit, vt adulter adulteria omittat? homicida à cædibus abstineat? iniurius defraudandi cupiditatem relinquat? impius impietatem abiiciat? Qui, quæso, si Saluator noster Iesus Christus nõ resurrexit, sed mortuus perseuerat, falsa incredulorum numina dæmonesque quos adorant, extrudit, persequitur & profligat? Vbi enim nominatur vel Christus vel fides eius, inde omnis idololatria depellitur, & dæmonum insidiæ patefiunt, ac quot quot sunt dæmones, ne nomẽ quidem eius tolerant, sed vbi vel solum id audierint, in fugam auertuntur. Atqui istud officium est non mortui, sed viui, ac potissimum Dei. Alioqui ridiculum esset, profligatos ab eo dæmones, idolaque abrogata viua haberi: ipsum eorum insectatorem profligatoremq; qui viribus suis id efficit, ne numina appareãt, quiq; numinũ omniũ voce prædicatur Dei filius, eũ mortuũ esse, cõtendere. Magno argumẽto resurrectionem aduersum

μηκέτι μηδὲς ἀμφιβαλλέτω, μηδὲ μιέσθω ὑπὸ ἀπίστου, ὅτι τοῦ χριστοῦ καταργηκότος τὸν θάνατον καὶ ἠφανισμένου τοῦτο φθορὰ ἀφαλέλυπται καὶ πέπαυται. τῶν μὲν οὖν καταργῆσθαι τὸν θάνατον, καὶ τρόπαιον εἶναι κατ' αὐτοῦ τὸν κυριακὸν σταυρὸν, ἐκ μικρὸς ἔλεγχος τὰ προειρημένα. τῆς δὲ γεγονυίας λοιπὸν ἀθανάτου ἀναστάσεως τοῦ σώματος τοῦ κοινοῦ πάντων σωτῆρος καὶ ζωῆς ὄντως χριστοῦ, ἐναργέστερα τῶν λεγων ἡ ἀφ' τῶν φαινομένων ἀπόδειξίς ἐστι τοῖς πνὶ ὀφθαλμὸν τῆς διανοίας ἔχουσιν ὑγιαίνοντα. εἰ γὰρ καταργηται ὁ θάνατος ὡς ὁ λόγος ἔδειξε, καὶ ἀφ' ὧν χριστὸν πάντες αὐτὸν καταπατοῦσι, πολλῷ πλέον αὐτὸς αὐτὸν πρῶτος κατεπάτησε τῷ ἰδίῳ σώματι καὶ καταργηκεν αὐτόν· τοῦ δὲ θανάτου νεκρωθέντος ἐν αὐτῷ, τί ἐδει γενέσθαι, τὸ σῶμα ἀναστῆναι, καὶ τοῦτο διαχθῆναι κατ' αὐτὸ τρόπαιον; ἢ πῶς γὰρ ἂν ἐφάνη καταργηθεὶς ὁ θάνατος, εἰ μὴ τὸ σῶμα τὸ κυριακὸν νεκρωθὲν ἀνέστη, εἰ δὲ μήπω αὐτάρκης ἡ ἀπόδειξις αὕτη πρὸς τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ, κἂν ἐκ τῶν ὁρωμένων, γενέσθω τὸ λεγόμενον. εἰ γὰρ δὴ νεκρὸς ὡς νομίζεται, οὐδὲν ἐνεργεῖν δύναται· ἀλλὰ μέχρι τοῦ μνήματός ἐστιν αὐτοῦ ἡ χάρις, καὶ πέπαυται λοιπὸν, μόνων δὲ τῶν ζώντων εἰσὶν αἱ πράξεις καὶ αἱ πρὸς τὸς ἀνθρώπους ἐνέργειαι· ὁράτω δὴ ὁ βούλομενος καὶ γινέσθω δικαστὴς ἐκ τῶν ὁρωμένων τὴν ἀληθειαν ὁμολογῶν· τοσοῦτα γὰρ τοῦ ζωντος χριστοῦ ἐνεργοῦντος ἐν ἀνθρώποις, καὶ καθ' ἡμέραν παραχρῆμα ἐν ὁποτε τῶν τῶν ἑλλάδα ἢ τὴν βάρβαρον οἰκούντων τοσοῦτον πλῆθος ἀορατως πειθοῖ καὶ εἰς τὴν αὐτοῦ πίστιν παρελθεῖν, καὶ πάντας ὑπακούειν τῇ αὐτοῦ διδασκαλίᾳ· ἀρ' ἔλαθε τὴν ἀφάνειαν ἀμφίβολον ἔχει εἰ γέγονεν ἀνάστασις ἐκ τοῦ σωτῆρος καὶ ζῇ ὁ χριστὸς; μᾶλλον δὲ αὐτός ἐστιν ἡ ζωή. ἄρα δὲ νενεκρωται τὰς μὲν ἀφανοῦς τῶν ἀνθρώπων καθορᾶν, ὥστε τὰς πατρικὰς ἀρνεῖσθαι νόμους, τὴν δὲ χριστοῦ διδασκαλίαν προσκυνεῖν; ἢ πῶς ἔτι ἐστὶν ἐνεργῶν· (νεκροῦ γὰρ ἰδιον τοῦτο ἐστιν,) αὐτὸς τοὺς ἐνεργουντας καὶ ζῶντας τῆς ἐνεργείας παύει; ὡστε τὸν μὲν μοιχὸν μηκέτι μοιχᾶσθαι· τὸν δὲ ἀνδροφόνον, μηκέτι φονεύειν· τὸν δὲ ἀδικοῦντα, μηκέτι πλεονεκτεῖν, καὶ τὸν ἀσεβῆ λοιπὸν εὐσεβεῖν. πῶς δὲ εἰ μὴ ἀνέστη ἀλλὰ νεκρός ἐστι, τὰς λεγομένας ὑπὸ τῶν ἀπίστων ζῆν ψυχοθέκας καὶ θρησκευομένας δαίμονας αὐτὸς ἀπελαύνει καὶ διώκει καὶ καταβάλλει; ἐν ᾧ γὰρ ὀνομάζεται χριστὸς καὶ ἡ τούτου πίστις, ἐκεῖθεν πᾶσα μὲν εἰδωλολατρεία καθαιρεῖται, πᾶσα δὲ δαιμόνων ἀπάτη ἐλέγχεται. πᾶς δὲ δαίμων, οὐδὲ τὸ ὄνομα ὑποφέρει· ἀλλὰ καὶ μόνον ἀκούσας, οἴχεται. τοῦτο δὲ οὐ νεκροῦ τὸ ἔργον, ἀλλὰ ζῶντος καὶ μάλιστα θεοῦ.

ἄλλως τε καὶ γελοῖον ἂν εἴη, λῃστὰς μὲν διωκομένους ὑπ' αὐτοῦ δαίμονας, καὶ τὰ καταργούμενα εἴδωλα λέγειν ζῶντας εἶναι, τὸν δὲ ἀπελαύνοντα καὶ τὴν ἑαυτοῦ δυνάμει μὴ φανῆναι τοιοῦτον τοῦτους· ἀλλὰ καὶ ὁμολογούμενον ὑπὸ πάντων εἶναι θεοῦ υἱόν, καὶ τὸν λέγειν εἶναι νεκρόν. μέγαν δὲ καὶ καθ' αὐτῶν τὸ ἔλεγχον οἱ ἀπιστοῦντες τὴν ἀναστάσι

προσβάλλοντα

προσβάλλονται· εἰ τὸν λεγόμενον παρ' αὐτῶν
νεκρὸν τὸν χριστὸν ἅπαντες δαίμονες καὶ οἱ
προσκυνούμενοι παρ' αὐτῶν θεοὶ ἐ διώκουσιν·
ἀλλὰ μᾶλλον ὁ χριστὸς τοὺς πάντας ἐλέγχει
νεκρούς. εἰ γὰρ ἀληθὲς τὸν νεκρὸν μηδὲν ἐνεργεῖν,
ἐργάζεται δὲ τοσαῦτα καθ' ἡμέραν ὁ σωτὴρ,
ἕλκων εἰς εὐσέβειαν, πείθων εἰς ἀρετὴν, διδά-
σκων περὶ ἀθανασίας· εἰς πόθον τῶν ἐπουρανίων
ἐνάγων, ἀποκαλύπτων τε περὶ πατρὸς γνῶσιν,
τὴν ἐν τῷ θανάτῳ δύναμιν ἐμπνέων· ἑκάστῳ A
δεικνύων ἑαυτὸν· καὶ τὴν εἰδώλων ἀθεότητα,
καθαιρῶν. τούτων γὰρ οὐδὲν δύνανται οἱ πάλαι τοῖς
ἀπίστοις θεοὶ & δαίμονες, ἀλλὰ μᾶλλον τῇ χριστοῦ
παρουσίᾳ νεκροὶ γίνονται, ὀργὴν ἔχοντες & κενὴν
τὴν φαντασίαν. τῷ γὰρ σημείῳ τοῦ σταυροῦ πάσα
μὲν μαγεία παύεται, πᾶσαι δὲ φαρμακεῖαι κα-
ταργοῦνται, & πάντα μὲν τὰ εἴδωλα ἐρημοῦται & κα-
ταλιμπάνει, πᾶσα δὲ ἄλογος & ἡδονὴ παύεται·
καὶ πᾶς τις εἰς ἀρετὴν ἀποβλέπει. τίνα οὖν τις εἴ
ποι νεκρὸν, τὸν τοσαῦτα ἐργαζόμενον θεὸν; ἀλλ' B
οὐκ ἴδιον νεκροῦ τὸ ἐργάζεσθαι, ἢ τὸν μὴ ὅλως
ἐνεργοῦντα, ἀλλ' ὡς ἄψυχον κείμενον, ὅπερ ἴδιον
ὑπάρχει τῶν δαιμόνων, καὶ εἰδώλων ὡς
νεκρῶν. ὁ μὲν γὰρ τοῦ θεοῦ υἱὸς ζῶν καὶ ἐνεργὴς ὤν,
καθ' ἡμέραν ἐργάζεται, καὶ ἐνεργεῖ τὴν πάν-
των σωτηρίαν. ὁ δὲ θάνατος & ἐλέγχει καθ'
ἡμέραν αὐτὸς ἐξασθενήσας, καὶ τὰ εἰδώλα καὶ
οἱ δαίμονες μᾶλλον νεκροὶ τυγχάνοντες, ὡς ἐκ
τούτου μηδένα διςάζειν ἔτι περὶ τῆς τοῦ σώματος
ἀναστάσεως αὐτοῦ. ἔοικε δὲ ὁ περὶ τῆς ἀναστάσεως
τοῦ κυριακοῦ σώματος ἀπιστῶν, ἀγνοεῖν δύνα-
μιν θεοῦ λόγου καὶ σοφίας. εἰ γὰρ ὅλως ἔλαβεν ἑ- C
αυτῷ σῶμα & τοῦτο ἰδιοποιήσατο καὶ τὸν ἄλογον
ἀκολουθίαν, ὡς ὁ λόγος ἔδειξε, ἢ ἔδει τὸν κύριον
ποιεῖν περὶ τούτου; ἢ ποῖον ἔδει τέλος γενέσθαι τοῦ
σώματος ἅπαξ ὑποβάντος αὐτῷ τοῦ λόγου; μὴ
ἀποθανεῖν μὲν γὰρ οὐκ ἠδύνατο, ἀπὸ δὲ θνητοῦ ὄν
& ὑπὲρ πάντων φερόμενον εἰς τὸν θάνατον·
ὃ χαρὲν καὶ σωτὴρ αὐτὸ καλέσας ἐαυτῷ, μεῖ-
ναι δὲ νεκρὸν οὐκ οἷόν τε ἦν, διὰ τὸ ζωῆς αὐτὸ
ναὸν γεγονέναι. ὅθεν ἀπέθανε μὲν, ὡς θνητὸν, D
ἀνέζησε δὲ, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ ζωὴν, καὶ τὴν ἀνα-
στάσεως ἐστι γνώρισμα τὰ ἔργα. εἰ δ' ὅτι μὴ ὁρᾶ-
ται, ἀπιστεῖ καὶ ἐγηγέρθαι, ὥρα & τὴν φύσιν
ἐρωτᾶσθαι τοὺς ἀπίστους. θεοῦ γὰρ ἴδιον μὴ ὁρᾶ-
σθαι μὲν, ἐκ δὲ τῶν ἔργων γινώσκεσθαι. καθάπερ
καὶ ἐπάνω λέλεκται. εἰ μὲν οὖν τὰ ἔργα μή ἐστι, κα-
λῶς τῷ μὴ φαινομένῳ ἀπιστοῦσιν, εἰ δὲ τὰ ἔργα
ἐστὶ καὶ δείκνυσιν ἐναργῶς· διὰ τί ἐκόντες ἀγ-
νοοῦσι τὴν τῆς ἀναστάσεως ἵνα φανερῶς E
ζωὴν. εἰ γὰρ καὶ τὴν διάνοιαν ἐπηρώθησαν·
ἀλλὰ καὶ ταῖς ἔξωθεν αἰσθήσεσιν ὁρᾶν ἐστι
τὴν ἀναντίρρητον τοῦ χριστοῦ δύναμιν καὶ θεό-
τητα. ἐπεὶ καὶ τυφλὸς ἐὰν μὴ βλέπῃ τὸν ἥ-
λιον, ἀλλὰ καὶ τῆς ὑπ' αὐτοῦ γινομένης θέρ-
μης ἀντιλαμβανόμενος οἶδεν, ὅτι ἥλιος
ὑπὲρ γῆς ἐστιν· οὕτω καὶ οἱ ἀντιλέγοντες
εἰ καὶ

aduersum se præmuniũt infideles, si Christum, quem (vt ipsi volunt) mortuum ne omnes quidem dæmones, diique ab ipsis adorati, in fugam propellunt, sed potius mortui per illum, inertes inefficacésque demonstrantur. Si enim verum est, mortuum nihil facere, & tanta quotidie Saluatorem facere, dum trahit ad pietatem, virtutem persuadet, immortalitatem perdocet, ad cælestiũ desideria excitat, Patris noticiam reuelat, vim contra mortem inspirat, singulis sese exhibet, idolorum vanam religionem egerit, quorum nihil tale de se exhibent infidelium dij ac dæmones, quin potius Christi præsentia mortui docentur, nihilq; sui præter inanem ociosamque imaginationem apparitionemque habere. Signo autem crucis ōnia magica compescuntur, veneficia inefficacia fiunt, idola vniuersa deserta relinquuntur, omnis irrationabilis voluptas conquiescit, quilibet è terra ad cælos suspicit. Qui (quæso) eum mortuũ dixeris, qui res tantas agat? Atqui agere, non est proprium mortui, sed potius sine actu prorsus exanimem iacere, quod peculiariter quadrat in dęmones & idola, vtpote in res morticinas. Filius Dei contra viuus & efficax, quotidie operatur, omniumque salutem conficit: mors quoque, quàm sit debilis, quotidie commonstratur. Idola item & dæmones, rem mortuariam esse innotescit: adeo vt nemo per hæc de resurrectione corporis Christi, ambiguus esse possit. Videtur autem ille qui Dominici corporis resurrectionem non credit, non satis intelligere vires Verbi Sapientiæque Dei. Nam si verum est, eum corpus assumpsisse, éque, quæ corporis propria erãt vẽdicasse, prout rerum series consecutioque postulabat, de quo prius mentionem fecimus, quid de corpore (quæso) statuere debuit, aut quo fine tandem illud cõsumere, quum semel intra corporis viscera receptus esset? Vt enim nõ moreretur, fieri non poterat, quum mortale esset, & pro omnibus in mortem offerendum destinaretur (ea enim causa fuit, cur id sibi adaptarit) vt autem extinctum maneret, neque id fieri debuit, eò quòd vitæ sacrariũ esset. Vnde & mortuum est, vt mortale: & reuixit per suam, quę in ipso erat, vitam: operáque, quæ ab illo fiunt, produnt ipsius resurrectionem. Si vero, quia oculis non apparet, ideò non credatur resurrexisse: vide mihi (quæso) quãtopere increduli sint, qui id, quod fieri par est, & secundum naturam, inficiantur. Dei enim proprium est, vt oculis non conspiciatur, ita tamen ex factis suis cognosci (sicuti iam antea dictum fuit.) Si igitur facta eius non apparent, recte ei, qui non apparet, derogatur fides: sin autem facta operaque eius propemodum clamant, & euidenter se se ostendunt, cur vltro negant tam claram manifestamque resurrectionis vitam? Nam quamuis animo obcæcati sint, tamen ipsius externis sensibus animaduertere possunt irrefutabilem esse Christi potentiam ac diuinitatem: Vt enim cæco solem non videnti, solis tamen calore tepescenti, certum habetur, illum iam supra terram versari: ita quoque par erat vt obtrectatores isti, etiam si non credant,

eò quod in cognoſcenda veritate plane cæcutiant, viribus tamẽ credentiũ admoniti, nõ inficiarentur Chriſti diuinitatum aut reſurrectionem. Certũ enim eſt Chriſtũ, ſi expers ſit vitæ, nec dæmones perſequi poſſe, nec idola ſpoliare, quũ mortuo nõ obediant dæmones. Iam, ſi manifeſtò ipſius nomẽclatura infugã aguntur: certo certius cõſtat, eum vita deſtitutũ nõ eſſe, maximè vel ob id, quòd quæ aliorũ oculos ſubterfugiũt, ea à dæmonibus conſpici queant, ac proinde facilius ab ipſis intelligatur, nũ Chriſtus ſit cadauer mortuũ, neq; omnino ei poſtea obedituri fuiſſent amplius. Nunc contra, quod nõ eſt perſuaſum hominibus impiis, id dæmones ſuis oculis contuentur, Deumq; illũ eſſe, & ſentiunt, & credunt: ideoque fugitiui & adorabũdi in has voces erũpunt, quę tum loquebantur, quum ille adhuc in carne verſaretur: *Nouimus quis ſis, Tu es ille Sãctus Dei.* Rurſumque clamabant, *eho, quid tibi nobiſcũ Fili Dei? obſecramus te ne nos torqueas.* Quũ igitur dęmones cõfiteantur, ipſæq; res, quæ quotidie fiunt, pro teſtibus ſint, fieri non poteſt, modo non impudenter cõtra veritatẽ ac diuinum verbũ agere velis, quin cognoſcas, Saluatorẽ noſtrum ſuũ corpus è mortuis excitaſſe, eumq; veri Dei Filiũ eſſe, nimirum Patris ſui propriã Rationẽ, Sapientiam & potentiã, qui poſtea ſequentibus tẽporibus ad ſalutem omniũ, corpus ſumpſit, ac mũdum de Patre edocuit, mortẽque abolcuit, omnibuſq; incorruptibilitatẽ promiſſa reſurrectione largitus eſt, cuius reſurrectionis primitias ſuũ corpus à morte excitatũ eſſe voluit, eique trophæum contra mortem, eiuſq; tabẽ ac putrefactionem in ligno monumẽtoque ſuæ crucis erexit. Rebus igitur ad iſtũ modum cõparatis, declaratáque manifeſtò corporis reſurrectione, victoriaq; Saluatoris noſtri de morte reportata: age, iam Iudæorũ incredulitatem, & gentilium ſubſannationem redarguamus. Ob hæc enim fortaſſis & Iudęi nõ credunt, & gẽtiles irrident, in abſurditatẽ crucis & incarnationis Dei verbi cauillãtes: ſed contra vtroſq; ratio nihil grauatur prodire, maxime quũ aduerſus eos euidentibus inſtructa ſit demõſtrationib. Nam & Iudæi in ſua incredulitate habẽt ex ſacris Scripturis quas legunt, quod ipſos redarguat, cùm Biblia afflata numinis ſcripta, multis in locis id edoceant, quemadmodum verba ex ſe manifeſtò produnt. Prophetæ quoque, iam olim miracula de virgine, eiuſque partu præindicauerunt, dicentes: *Ecce, Virgo concipiet & pariet Filium, & vocabunt nomen eius Emanuel: quod, ſi interpreteris, eſt, nobiſcum Deus. Butyrum ac mel comedet, vt ſciat reprobare malum & eligere bonum.* Rurſus: *Paruulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum eius, vocabiturque nomen eius admirabilis conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis.* Moſes verò vir excellens, & apud ſuos verus creditus id quod iam ante de incarnatione Saluatoris noſtri dictum erat, probans, & verũ id eſſe animaduertens, ſit fatur: *Orietur ſtella ex Iacob, & homo ex Iſrael, & comminuet duces Moab.*

εἰ καὶ μήπω πιστεύουσιν, ἀκμὴν τυφλώττοντες πρὸς τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων πιστευόντων γινώσκοντες τὸν σωτῆρα μιμούμεθα, μὴ ἀρνεῖσθωσαν, τὴν τοῦ χριστοῦ θεότητα, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ γνωμένην ἀνάστασιν. δῆλον γὰρ ὅτι εἰ νεκρός ἐστιν ὁ χριστὸς, οὐκ ἂν τοὺς δαίμονας ἐδίωκε καὶ τὰ εἰδώλα ἐσκύλευεν. νεκρῷ γὰρ οὐκ ἂν ὑπήκουσαν οἱ δαίμονες. εἰ δὲ διώκονται φανερῶς τῇ τούτου ὀνομασίᾳ· δῆλον ἂν εἴη μὴ εἶναι τοῦτον νεκρὸν, μᾶλλον ὅτι δαίμονες καὶ τὰ μὴ βλεπόμενα τοῖς ἀνθρώποις ὁρῶντες, εἰ νεκρός ἐστιν ὁ χριστὸς, ἠδίως ἂν γινώσκειν, καὶ μὴ δι' ὅλως ὑπακούειν αὐτῷ. νῦν δὲ ὁ μὴ πιστεύσιν ἀσεβεῖς, ὁρῶσιν οἱ δαίμονες ὅτι θεός ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο φεύγουσι καὶ προσπίπτουσιν αὐτῷ λέγοντες, ἃ καὶ ὅτι ἐν σώματι ἐφθέγξαντο· οἶδαμέν σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ. καὶ ἔα, τί σοι καὶ ἡμῖν ἐστὶ τοῦ θεοῦ· δέομαί σε, μὴ με βασανίσῃς. δαιμόνων τοίνυν ὁμολογουμένων καὶ τῶν ἔργων ἐσημέραι μαρτυρουμένων, φανερὸν ἂν εἴη, καὶ μηδεὶς ἀναιδευέσθω πρὸς τὴν ἀλήθειαν· ὅτι τε ἀνέστησε τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ὁ σωτὴρ· καὶ ὅτι θεοῦ υἱός ἐστιν ἀληθινὸς ἐξ αὐτοῦ. οἷα δὴ ὢν πατρὸς ἰδίου λόγος καὶ σοφία, καὶ δύναμις ὑπάρχων, ὃς χρόνοις ὑστέροις ὑπὲρ σωτηρίας τῶν πάντων ἔλαβεν ζῶμα, καὶ τὴν μὲν οἰκουμένην πρὸς πατρὸς ἐδιδαξε, τὸν δὲ θάνατον κατήργησε, πᾶσι δὲ τὴν ἀφθαρσίαν ἐχαρίσατο διὰ τῆς ἐπαγγελίας, τῆς ἀναστάσεως ἀπαρχὴν ταύτης τὸ ἴδιον ἐγείρας ζῶμα, καὶ τρόπαιον αὐτὸ κατὰ τοῦ θανάτου καὶ τῆς τούτου φθορᾶς ὑπέδειξεν, τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ. τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, καὶ φανερᾶς οὔσης τῆς ἀποδείξεως περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ ζώματος, καὶ τῆς κατὰ τοῦ θανάτου γνωμένης ὑπὸ τοῦ σωτῆρος νίκης· φέρε καὶ τὴν ἀπιστίαν τῶν ἰουδαίων, καὶ τὴν τῶν ἑλλήνων χλεύην διελέγξωμεν. ὅπου τέπως γὰρ ἴσως ἰουδαῖοι μὲν ἀπιστοῦσιν. ἕλληνες δὲ γελῶσι τὸ ἀπρεπὲς τοῦ σταυροῦ, καὶ τῆς ἀνθρωπήσεως τοῦ θεοῦ λόγου διασύροντες· ἀλλὰ κατ' ἀμφοτέρων ὁ λόγος οὐκ οἰκήσει χωρήσας· μᾶλλον κατ' αὐτῶν τὰς ἀποδείξεις ἐναργεῖς ἔχων. ἰουδαῖοι μὲν ἀπιστοῦντες ἔχουσιν ἀφ' ὧν ἀναγινώσκουσι καὶ αὐτοὶ γραφῶν τὸν ἔλεγχον· ἄνω καὶ κάτω καὶ πάσης ἁπλῶς θεοπνεύστου βίβλου περὶ τούτων βοώσης, ὡς κατὰ τὰ ῥήματα προφῆται μὲν γὰρ ἀνωθεν περὶ τῆς κατὰ τὴν παρθένου γαστέρος καὶ τῆς ἐξ αὐτῆς γνωμένης γεννήσεως προεμήνυον λέγοντες· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει καὶ τέξεται υἱόν. καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐμμανουήλ, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον μεθ' ἡμῶν ὁ θεός· μωσῆς δὲ ὁ τῶν ὅλων μέγας καὶ αὐτὸς ἀληθὴς, περὶ τῆς ἀνθρωπήσεως τοῦ σωτῆρος αὐτὸ μεγάλα τὸ ῥηθὲν προφητεύσας καὶ ἀληθὲς ὑπάρχον ἔθηκε λέγων, ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ ἰακώβ, καὶ ἄνθρωπος ἐξ ἰσραὴλ, καὶ θραύσει τοὺς ἀρχηγοὺς μωάβ. καὶ πάλιν·

καὶ πάλιν· ὡς καλοί σε οἱ οἶκοι ἰακὼβ, αἱ σκηναί σε ἰσραὴλ, ὡσεὶ νάπαι σκιάζουσαι, καὶ ὡσεὶ παράδεισοι ἐπὶ ποταμῶν, καὶ ὡσεὶ σκηναὶ ἃς ἔπηξεν ὁ κύριος, ὡσεὶ κέδροι παρ' ὕδατα, ἐξελεύσεται ἄνθρωπος ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ, καὶ κυριεύσει ἐθνῶν πολλῶν. καὶ πάλιν ἡσαΐας· πρὶν γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, λήψεται δύναμιν δαμασκοῦ καὶ τὰ σκῦλα σαμαρείας ἐναντίον βασιλέως ἀσσυρίων. ὅτι μὲν οὖν ἄνθρωπος φανήσεται, ἀφ' τούτων προκατηγγέλκασιν. ὅτι δὲ κύριος τῶν πάντων ἐστὶν ὁ ἐρχόμενος, πάλιν προμηνύουσι λέγοντες· ἰδοὺ κύριος κάθηται ἐπὶ νεφέλης κούφης, καὶ ἥξει εἰς αἴγυπτον, καὶ σεισθήσεται τὰ χειροποίητα αἰγύπτου. καὶ γὰρ κἀκεῖθεν αὐτὸν ὁ πατὴρ ἀνακαλεῖ λέγων· ἐξ αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου. καὶ σεσιώπηται δὲ καὶ ὁ τοῦτο θάνατος· ἀλλὰ καὶ λίαν τηλαυγῶς ἐν ταῖς θείαις σημαίνεται γραφαῖς. καὶ γὰρ καὶ τὴν αἰτίαν καὶ θάνατος ὅτι μὴ δι' ἑαυτὸν, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς πάντων ἀθανασίας καὶ σωτηρίας ὑπομένει, καὶ τὴν ἰουδαίων ἐπιβουλὴν, καὶ τὰς εἰς αὐτὸν γινομένας παρ' αὐτῶν ὕβρεις οὐκ ἐφοβήθησαν εἰπεῖν, πρός τε μηδένα αὐτῶν τῶν γινομένων ἀνήκοον εἶναι καὶ πλανηθῆναι. φασὶ γοῦν, ἄνθρωπον ἐν πληγῇ ὢν καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν, ὅτι ἀπέστραπται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ· ἠτιμάσθη καὶ οὐκ ἐλογίσθη· οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει· καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται, καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ, καὶ ἐν πληγῇ καὶ ἐν κακώσει· αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν· καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτόν· τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. θαυμάζει τοῦ λόγου φιλανθρωπίαν· ὃν δι' ἡμᾶς, αἰτιᾶται· ἵνα ἡμεῖς ἔνοχοι γνώμεθα· πάντες γὰρ φησὶν ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν, ἄνθρωπος τῇ ὁδῷ αὐτοῦ ἐπλανήθη· καὶ κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, καὶ αὐτὸς διὰ τὸ κεκακῶσθαι, οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα. ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη. καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος αὐτὸν ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ· ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἤρθη ἡ κρίσις αὐτοῦ. εἶτα, ἵνα μήτις αὐτὸν κοινὸν ἄνθρωπον ἐκ τοῦ πάθους αὐτὸν ὑπολάβῃ, προλαμβάνει τὰς ὑπονοίας τῶν ἀνθρώπων, καὶ τίνων ὑπὲρ αὐτοῦ σημαίνει, καὶ τὸ πρὸς ἡμᾶς ἀνόμοιον τῆς φύσεως διηγεῖται ἡ γραφή λέγουσα τίνα δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται· ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ. ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ, ἦχθη εἰς θάνατον. καὶ, δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ, καὶ τοὺς πλουσίους ἀντὶτοῦ θανάτου αὐτοῦ· ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. καὶ, κύριος βούλεται καθαρίσαι αὐτὸν ἀπὸ τῆς πληγῆς. ἀλλ' ἴσως περὶ μὲν τῆς τοῦ θανάτου προφητείας ἀκούσας, ζητεῖς καὶ τὰ περὶ τοῦ σταυροῦ σημαινόμενα μαθεῖν; οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῦτο σεσίωπηται· δεδήλωται δὲ καὶ λίαν τηλαυγῶς ἀπὸ τῶν ἁγίων. μωυσῆς γὰρ πρῶτος καὶ μεγάλῃ τῇ φωνῇ προκατηγγέλκει λέγων· ὄψεσθε τὴν ζωὴν ὑμῶν κρεμαμένην ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν

Ac rursum: *Quàm pulchra tua domicilia Iacob, conuentus tui Israel vt saltus inumbrant, & veluti paradisi inter flumina, & vt tabernacula quæ fixit Dominus, vt cedri iuxta aquas, prodibit homo de semine eius, & dominabitur nationibus plurimis.* Rursus Esaias Propheta: *Priusquam puerulus nouerit appellare patrem vel matrem, intercipiet opes Damasci & spolia Samariæ sub oculis regis Assyriorum.* Quoniam igitur homo appariturus erat, ideo hoc ipsum antea denunciatur. Quod autem omnium sit Dominus is, qui venturus erat: id rursus A præindicant sequentibus verbis: *Ecce Dominus in leui nymbo sedebit, venietque in Ægyptũ, & quassabuntur sculptilia Ægypti.* Nã & Pater illum inde euocat, dicens: *Ex Ægypto vocauit Filium.* Quid? quòd neque mors illius silentio transmittitur, sed admodũ clarè in sacris literis demonstratur. Nam & causam mortis, quòd non sui gratia, sed pro omnium salute & immortalitate eam sustinuerit, insidias præterea Iudæorum, eorúmque in ipsum contumelias, nihil veriti sunt dicere, vt nihil rerum, quæ ad illum B spectant, inauditum & nõ prægnitum esset. Sic enim aiunt: *Homo verberibus affectus, & doctus inferendis in firmitatibus, quandoquidem auersa est facies eius, ignominiosè tractatus est, neque vllo in numero habitus: Ipse peccata nostra feret, & pro nobis excruciabitur, & nos reputauimus illum in labore, verberibus & afflictione. Ipse autẽ vulneratus est propter peccata nostra & languidus redditus est ob iniquitates nostras. Disciplina pacis nostræ in eo, & vibicibus eius sanati sumus.* Admirare Verbi amorem studiumque in homines, quippe qui propter nos indignè tractetur, vt nos in dignitate & C honore essemus. *Omnes enim* (inquiunt) *vt oues deerrauimus, homo in itinere suo deuiauit & Dominus tradidit eum pro peccatis nostris, & ipse in afflictione sua, non aperuit os suum. vt ouis ad mactationem ductus est, & vt agnus coram tondente obmutescens, ita non aperuit os suum in humilitate eius, ipsius iudicium sublatum est.* Deinde, ne quis eum vulgarem hominem ob afflictiones istiusmodi arbitraretur, anteuertit eorum suspiciones, potentiam illius, naturæque eius cum nostra dissimilitudinem recensens his verbis: *Natiuitatem eius quis enarrabit? quandoquidem tollitur è terra vita eius, propter iniquitates populi ductus est ad mortem.* Et: *Dabo malos pro sepultura eius, & diuites pro morte ipsius: quoniam iniquitatem non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius: &, Dominus vult eum purgare à plaga.* Sed fortassis auditis de morte ipsius vaticiniis, requiras cõdiscere, quidnam de cruce apud Prophetas præsignificatũ fuerit: nam de ea quoque tacitum non fuit, sed aperè hoc ipsum à Sanctis declaratũ est. Primus enim Moyses ingenti voce iam id antea denunciauit, dicens: *Vitam vestram suspensam ante oculos* E *vestros*

τῶν σωμάτων λόγον· ἀλλ' ἵνα μὴ τὸ πρῶτον), ἐνεδύσατο τὸν ἀσώματον καὶ θεῖον λόγον, καὶ ὅτως οὐκ ἦν τὸν θάνατον, οὐδὲ τὴν φθορὰν φοβεῖται· ἔχων ἔνδυμα τὸν ζωὴν καὶ ἐν αὐτῷ ἀφανιζομένης τῆς φθορᾶς. οὕτω γὰρ ἀκολούθως ὁ τοῦ θεοῦ λόγος σῶμα ἀνέλαβε, καὶ ἀνθρωπίνῳ ὀργάνῳ κέχρηται, ἵνα καὶ ζωοποιήσῃ τὸ σῶμα, καὶ ἵν' ὥσπερ ἐν τῇ κτίσει διὰ τῶν ἔργων γνωρίζηται, ὅτω καὶ ἐν ἀνθρώπῳ ἐργάσηται, καὶ δείξῃ ἑαυτὸν παντοκράτορα, μηδὲν ἔρημον τῆς ἑαυτοῦ θειότητος καὶ γνώσεως καταλιμπάνων. πάλιν γὰρ τὸ αὐτὸ φημι τοῖς πρόσθεν ἐπαναλαμβάνων· ὅτι τοῦτο πεποίηκεν ὁ σωτὴρ, ἵνα ὥσπερ τὰ πάντα πανταχόθεν πληροῖ παρὼν· ὅτω καὶ τὰ πάντα τῆς περὶ αὐτοῦ γνώσεως πληρώσῃ. ἣ φησιν ἡ θεία γραφή, ἐπληρώθη ἡ σύμπασα γῆ τοῦ γνῶναι τὸν κύριον. εἴτε γὰρ εἰς οὐρανὸν ἀναβλέπειν εἰς τὸν οὐρανὸν βλέπῃ, ὁρᾷ τοῦτο τὸ διακόσμησιν. εἴτε εἰς ὕδωρ πρὸς μόνον ἀνακύπτει, ὁρᾷ τὸν διὰ τῶν ἔργων ἀσυγκρίτως αὐτοῦ πρὸς ἀνθρώπους δύναμιν, καὶ γινώσκει τοῦτον ἐν ἀνθρώποις μόνον θεοῦ λόγον. εἴτε ἐν δαίμοσί τις ἀπεσκάφη, καὶ πρὸς τοῦτους ἐπόηται, ὁρᾷ τοῦτον ἐλαύνοντα τούτους, καὶ κρίνει τοῦτον αὐτῶν εἶναι δεσπότην. εἴτε εἰς τὸν τῶν ὑδάτων βεβυθισμένην φύσιν, καὶ νομίζει τοῦτο καὶ θεὸν εἶναι (ὥσπερ αἰγύπτιοι σέβεσι τὸ ὕδωρ) ὁρᾷ πιστὸν μεταβαλλόμενον ὑπ' αὐτοῦ, καὶ γινώσκει τούτων εἶναι κτίστην τὸν κύριον. εἰ δὲ καὶ εἰς ᾅδου τις καταβῇ, καὶ πρὸς τοὺς ἐκεῖ καταλειφθέντας ἥρωας ἐπόηται) ὡς θεούς· ἀλλ' ὁρᾷ τὸν τούτου γυμνωθέντα ἀνάστασιν καὶ τὸν κατὰ τοῦ θανάτου νικῆσαι, καὶ λογίζεται καὶ ἐν ἐκείνοις μόνον εἶναι τὸν χριστὸν ἀληθινὸν κύριον καὶ θεόν. πάντων γὰρ τῆς κτίσεως μερῶν ἥψατο ὁ κύριος, καὶ τὰ πάντα πάσης ἀπάτης ἠλευθέρωσε καὶ ἤλεγξεν ὡς πᾶς λός φησι, ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας ἐθριάμβευσεν ἐν τῷ σταυρῷ, ἵνα μηκέτις ἀπατηθῆναι θέλῃ, ἀλλὰ παντοκρατορα τὸν ἀληθινὸν τοῦ θεοῦ λόγον ἴδῃ. ὅτω γὰρ πανταχόθεν συγκλείομεν ὁ ἄνθρωπος, καὶ παντοκρατορα, τουτέστιν, ἐν οὐρανῷ, ἐν ᾅδῃ, ἐν ἀνθρώπῳ, ἐπὶ γῆς ἱστάμενον τὸν τοῦ λόγου θειότητα βλέπων, οὐκέτι μὲν ἀπατᾶται περὶ θεοῦ, μόνον δὲ τοῦτον προσκυνεῖ, καὶ δι' αὐτοῦ καλῶς τὸν πατέρα γινώσκει. τοῖς μὲν οὖν καὶ ἕλλησιν εἰκότως δυσωπηθήσονται παρ' ἡμῶν ἐκ τῶν ἰδίων λόγων. εἰ δὲ μὴ αὐτάρκεις εἶναι τοὺς λόγους ἡγοῦνται πρὸς αἰσχύνην αὐτῶν· καὶ ἐκ τῶν ἐπ' ὄψεσι πάντων φαινομένων πιστεύθωσαν τὰ λεγόμενα. πότε γὰρ τῶν εἰδώλων θρησκείαν ἤρξαντο καταλιμπάνειν οἱ ἄνθρωποι, εἰ μὴ ἀφ' οὗ γέγονεν ὁ ἀληθινὸς τοῦ θεοῦ θεὸς λόγος ἐν ἀνθρώποις; πότε δὲ παρ' ἕλλησι καὶ παντοκρατορα μαντεῖα πέπαυται καὶ κενεῶνται, εἰ μὴ ὅτε μέχρι γῆς πεφανέρωκεν ἑαυτὸν ὁ σωτὴρ; πότε δὲ καταγινώσκεσθαι ἤρξαντο οἱ ψευδῶς ποιητὰς λεγόμενοι θεοί, ἢ ἥρωες, ὡς μόνον ὄντες ἄνθρωποι θνητοί, εἰ μὴ ἀφ' οὗ ὁ κύριος τὸ κατ' αὐτοῦ θάνατον πρόπαλον εἰργάσατο, καὶ ὅπερ ἔλαβε σῶμα τετήρηκεν ἄφθαρτον, ἀναστήσας αὐτὸ ἐκ τῶν νεκρῶν;

ratione suæ naturę remansisset: sed ne hoc fieret, induit corpus incorporalem omnipotentis Dei Rationem, neque iam inde corruptionem aut mortem exhorrescit, quum habeat vitam pro indumento, & per id corruptionem amoliatur. Probabiliter ergo Dei Sermo corpus assumpsit, & humano instrumento vsus est, quò corpus viuificaret: vt quemadmodum in rerum natura ex operibus cognoscitur, ita quoque in homine operaretur, & seipsum vndecunque ostenderet, nihil desertum destitutúmque relinquens à sua diuinitate & cognitione. Iterum idem dico, superiora resumens, ideo Christum Saluatorem nostrum hoc fecisse, vt quemadmodum omnia vndecunque sua præsentia adimplet, ita quoque omnia sua natiuitate cognitionéque adimpleret. Ait enim scriptura: *Impleta est vniuersa terra cognitione Domini.* Nam si tollas oculos in cælum, conspicaberis ibi eius ornatus. Sin verò in cælum non potes, saltem ad homines aciem deflecte, videbis eam ex operibus eius potentiam, qualem nullam in cæteris hominibus, sentiéisque hunc solum inter homines Dei Verbum esse. Quòd si ad dæmones te vertas, eorumq; naturã perculsus admireris, intuere eũ, qui illos expulit, & tùm eum ipsorum dominum iudicabis. Quòd si te in aquarum naturam demergas, eásque numen habere arbitreris (quemadmodum apud Ægyptios in veneratione sunt) contemplare eas ab eo transmutari, & deprehendes illum aquarum esse Dominum. Quòd si te ad orcum deiicias, heroásque qui eò descenderunt, admireris, vt numina, vide istius de morte victoriam, & ratiocinaberis inter illos vnum duntaxat Christum verum Dominum ac Deum esse. Omnes enim rerum naturæ partes attigit Dominus, omniáque ab omnibus præstigiis asseruit, ac redarguit, & vt Paulus ait, *spoliatos Principatus & potestates, triumphauit in cruce*, ne quis vlterius frustrari posset, sed vbique verum Dei Verbum inueniat. Atque ita iam vndecunque circunclusus homo, & vbique, hoc est, in cælo, in inferno, in homine, in terra, explicatam Verbi diuinitatem intuens, non iam in posterum in cognitione numinis decipitur, sed hunc solum adorat, & per eum rite legitimèque Patrem intelligit. Istis quidem rationibus rectè Ethnici præverecundia in silentium tradi possent. Quòd si hasce rationes nondum idoneas arbitrãtur, vt ipsos sui ipsorum pudeat, saltem ex iis quę oculis subiecta sunt, fidem colligant. Quando autem idolorum cæremonias inceperunt abiicere? nisi ex quo verum Dei Verbum inter homines apparuit? Quando apud Græcos, & vbique gentium oracula cessauerunt, & in nihilum sunt redacta? nisi quum vsque ad terram sese manifestauit Dominus? Quando contemni cæperunt Poëtarum Dii & heroes, ac pro mortalibus haberi? nisi ex quo Dominus trophæũ de morte erexit? & corpus quod sumpsit, à morte excitatũ incorruptibile seruauit?

Quando dęmonum fraus & malitia contempta fuit? niſi quũ Verbum, Dei vis & potentia (cui dominiũ eſt in dæmones) propter hominũ imbecilitatẽ in terrã deſcendit? Quãdo ars magica & ſcholæ præſtigiarũ inceperunt ſordeſcere? niſi quum diuina apparitio Verbi hominibus exhibita fuit? Quando Ethnicorũ ſapientia infatuata eſt? niſi quum vera ſapientia Dei ſeſe in terris oſtendit? Olim vniuerſus orbis cultu idolorum ſeducebatur, nec aliud idola quàm deos arbitrabantur: nunc vero per vniuerſum orbem idolorum ſuperſtitionẽ deſtituũt, & ad Chriſtũ confugiunt, eumq; vt Deum venerantur: & per eum, Patrem (quem ignorabant) addiſcunt: & quod in primis admirabile, cùm olim fuerint diuerſæ & innumerabiles cæremoniæ, dũ ſingula idola peculiares ſibi habent ritus, nec proximos limites tranſcendunt, neque vicinos in ſui cultũ aſciſcũt, imò vix inter ſuos ſuam religionẽ tuentur (nullus enim numen vicinorũ coluit, ſed ſinguli proprium habuere, perſuaſi eum ſolum dominum eſſe) nunc ſolus Chriſtus apud omnes vnus & idẽ adoratur, & quod non potuit idolorũ imbecilitas præſtare, vt vicinis ſuis perſuaderent, hoc Chriſtus præſtitit, qui non ſolum proximis, ſed ſemel vniuerſo orbi perſuaſit, vt ſe vnum & eundem pro Domino haberent, & propter ipſum ipſius Patrem venerarentur. Olim quidem vbique Delphica, Dodonea, Bæotia, Lycia, Ægyptiaca, Cabyrorum oracula impoſturis vaticiniorum ſcatebant. Pythia apud homines in admiratione erant: nunc ex quo Chriſtus vbiq; prædicatur, eiuſmodi veſaniæ conquieſcunt, nec ſupereſt vllus fatidicus. Olim dæmonia inani ſpecie ludibriiſque rerum intricabant homines, inſeſſis alibi fontibus, alibi fluuiis, lapidibus aut lignis, atque ità præſtigiis fatuos in ſtuporem agebant: nunc vero, quum apparuit Dei verbum, ſpectra huiuſmodi & ludibria imaginum ceſſauerunt. Solo enim crucis ſigno vtens homo, dolos illorum à ſe propellit. Olim poëtica numina, Iouem, Saturnum, Appollinem, heroáſque item pro veris numinibus habuerunt, eoſque per errorem venerati ſunt: nunc verò poſtquam Chriſtus inter homines apparuit, & illos mortales fuiſſe, & Chriſtum ſolum inter homines verum Deum veri Dei verbum eſſe, deprehenſum & patefactum eſt. Quid autem de magia loquar, quæ apud illos in ſumma admiratione fuit? niſi & illam quoque quæ ante aduentum Verbi apud Ægyptios, Chaldæos, Indos floruit, & ſpectatores admiratione ſui complebat, præſentia veritatis, & Verbi apparitione victam, & plane obliteratam eſſe? Cæterum de Græcanica ſapientia, Philoſophorúmque grandiloquentia neminem arbitror verba requirere: quum in oculis ſit ipſum miraculum. Tot enim tantiſque à Græcorum Philoſophis voluminibus ſcriptis, ne paucos quidem vel ex proximis locis adducere potuerunt, vt ſua de immortalitate ani-

πότε δὲ ἠδαιμόνων ἀπάτη καὶ μαγεία καθεφρονήθη, εἰ μὴ ὅτε ἡ τοῦ θεοῦ δύναμις ὁ λόγος, ὁ πάντων καὶ τούτων δεσπότης διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀθένειαν συγκαλυβὰς, ὤφθη γῆς ἐφάνης; πότε δὲ ἡ τῆς μαγείας ἠλέχνη καὶ τὰ διδασκαλεῖα ἤρξαντο καταπαλαίειν, εἰ μὴ ὅτε τὰ θεοφάνια τοῦ λόγου γέγονεν ἐν ἀνθρώποις; καὶ ὅλως, πότε τὴν ἑλλήνων ἡ σοφία μεμώρανται, εἰ μὴ ὅτε ἡ ἀληθὴς τοῦ θεοῦ σοφία ὤφθη γῆς ἑαυτὴν ἐφανέρωσε; πάλαι μὲν γὰρ πᾶσα ἡ οἰκουμένη καὶ πᾶς τόπος τῇ θρησκείᾳ τῶν εἰδώλων ἐπλανᾶτο καὶ ἄδεν ἄλλο, ἢ τὰ εἴδωλα θεοὺς ἐνόμιζον οἱ ἄνθρωποι· νυνὶ δὲ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τοῦ μὴ τῶν εἰδώλων δεισιδαιμονίαν καταλιμπάνουσιν οἱ ἄνθρωποι· ὀπίσω δὲ τὸν χριστὸν καταφεύγουσι καὶ θεὸν αὐτὸν προσκυνοῦσιν· διὰ αὐτοῦ δὲ καὶ ὃν οὐκ ἤδεισαν πατέρα γινώσκουσι· καὶ τὸ μεθύσμασον, διαφόρων ὄντων καὶ μυρίων σπασμάτων, καὶ ἑκάστου τόπου τὸ ἴδιον ἔχοντος εἴδωλον, καὶ μὴ ἰσχύοντος δὲ παρ' αὐτοῖς λεγομένου θεοῦ τὸ πλησίον ὑπερβῆναι τόπον, ὥστε καὶ τοὺς ὀγγύτονων πεῖσαι σέβειν αὐτόν· ἀλλὰ μόλις ἕκαστον ἐν τοῖς ἰδίοις θρησκευομένους. ὁδοὺς γὰρ ἄλλους τοῦ μὴ γέπτνους ἐσέβετο θεοὺς· ἀλλ' ἕκαστος τὸ ἴδιον ἐφύλαττεν εἴδωλον νομίζων τὸν πάντων αὐτὸν κύριον εἶναι μόνος ὁ χριστὸς ὤφθη πᾶσιν εἰς καὶ πανταχοῦ ὁ αὐτὸς προσκυνεῖται, καὶ ὁ μὴ δεδιὼς τὰ εἰδώλων ἡ ἀθένεια ποιῆσαι· ὥστε κἂν τοὺς πλησίον οἰκοῦντας πεῖσαι, ὅτι ὁ χριστὸς πεποίηκεν· ὁ μόνον τοὺς πλησίον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν ἁπλῶς τὴν οἰκουμένην πείσας ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν κύριον σέβειν· καὶ δι' αὐτοῦ θεὸν τὸν αὐτοῦ πατέρα. καὶ πάλαι μὲν τὰ πανταχοῦ τῆς ἀπάτης τῶν μαγείων ἐπεπλήρωτο, καὶ τὰ ἐν Δελφοῖς καὶ Δωδώνῃ, καὶ Βοιωτία, καὶ Λυκία, καὶ Λιβύῃ, καὶ Αἰγύπτῳ, καὶ Καβείροις μαντεύματα, καὶ ἡ Πυθία ἐθαυμάζοντο τῇ φαντασίᾳ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων· νυνὶ δὲ ἀφ' οὗ χριστὸς καταγέλασται πανταχοῦ, πέπαυται καὶ τούτων ἡ μανία καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι λοιπὸν ἐν αὐτοῖς ὁ μαινόμενος. καὶ πάλαι μὲν δαίμονες ἐφαντασιοσκόπουν τοὺς ἀνθρώπους, περικαλαμβάνοντες πηγὰς ἢ ποταμοὺς ἢ ξύλα ἢ λίθους, καὶ ἕτερα τοιαῦτα μαγγανείαις ἐξεπλῆττον ἄφρονας· νυνὶ δὲ θείας ὀπτανείας τοῦ λόγου γενομένης πέπαυνται τούτων ἡ φαντασία. τῷ γὰρ σημείῳ τοῦ σταυροῦ καὶ μόνον ὁ ἄνθρωπος χρώμενος ἀπελαύνει τούτων τὰς ἀπάτας. καὶ πάλαι μὲν τοὺς ὑπὸ ποιητῶν λεγομένους Δία καὶ κρόνον καὶ ἀπόλλωνα ἐνόμιζον οἱ ἄνθρωποι θεοὺς, καὶ τούτους ἐπλανῶντο σέβοντες· ἀφ' οὗ δὲ σωτὴρ ἐν ἀνθρώποις φανεὶς, ἐκεῖνοι μὲν ἐγνώσθησαν ὄντες ἄνθρωποι θνητοὶ· μόνος δὲ ὁ χριστὸς ἐν ἀνθρώποις ἐγνώσθη θεὸς ἀληθινὸς θεοῦ λόγος. τί δὲ θαυμαζομένης παρ' αὐτοῖς μαγείας ἄλλο ἐποίουν ὅτι πρὶν μὲν ὀπτανεύσαι τὸν λόγον, ἴσχυε καὶ ἐνήργει παρ' αἰγυπτίοις καὶ χαλδαίοις καὶ ἰνδοῖς αὕτη, καὶ ἐξεπλήττετο ὁρῶντας τὴν τοῦ παρόντος ἀλήθειαν καὶ τὴν ὀπτανείαν τοῦ λόγου; ἀπελέγχθη καὶ αὕτη καὶ κατηργήθη πανταχοῦ. καὶ τὰ τῆς ἑλληνικῆς σοφίας καὶ τῆς τῶν φιλοσόφων μεγαλοφωνίας, νομίζω μηδένα τοῦ παρ' ἡμῶν δείκνυσθαι λόγου, ἐπ' ὄψει πάντων ὄντος τοῦ γεγραμμένου ὅτι τοσοῦτα γράψαντων τοῦ παρ' ἕλλησι σοφῶν, καὶ μὴ σιωπησάντων

ϑέντων

θέντων πεῖσαι καὶν ὀλίγους ἐκ τῶν πλησίον πάν-
των περὶ ἀθανασίας καὶ τοῦ κατ' ἀρετὴν βίου μό-
νος ὁ χριστὸς δι' ἁπλῶν ῥημάτων, & δι' ἀνθρώπων
ἐξ τὴν γλῶσαν σοφῶν, ἐξ πᾶσαν τὴν οἰκου-
μένην παμπληθεῖς ἐκκλησίας ἐπέστεσεν ἀνθρώ-
πων, καὶ σωφρονεῖν μὴ θανάτου, φρονεῖν τὰ ἀθανάτου.
& τὰ μὲν πρόσκαιρα παρορᾶν, εἰς τὰ αἰώνια
ἀποβλέπειν, & μηδὲν μὲν ἡγεῖσθαι ὅλην γῆς δόξαν,
μόνης τὰς ἐπουρανίου ἀντιποιεῖσθαι. πῶς τὰ
λεγόμενα παρ' ἡμῶν, οὐκ ἄχρι λόγων ἐστὶν· ἀλλὰ
καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς πείρας ἔχει τὸ ἀληθείας μαρτυ-
ρίαν. παρίτω γὰρ ὁ βουλόμενος καὶ θεωρείτω, τῆς
μὲν ἀρετῆς τὸ γνώρισμα ἐν τῷ χριστῷ παρθένοις καὶ
ἐν τοῖς σωφροσύνῃ ἀγνεύουσι νεωτέροις, τὸ δὲ
ἀθανασίας τὸ πίστιν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν μαρτύρων
αὐτοῦ χορῷ. ἡκέτω δὲ ὁ πείραν τῶν προλεχθέντων
βουλόμενος λαβεῖν, & ἐπ' αὐτῆς φαντασίαν τῶν
δαιμόνων, & τῆς τῶν μαντέων ἀπάτης, & τῆς τῶν μαγεί-
ας θαυμάτων· καὶ χρησάσθω τῷ σημείῳ ᾧ γε-
λωμένοι παρ' αὐτοῦ ῥωσθῆς, τὸ χριστὸν ὀνομάσας μό-
νον, & ὄψει ὡς δι' αὐτοῦ δαίμονες μὲν φεύγου-
σι, μαντεῖα παύεται, μαγεία πᾶσα & φαρμα-
κεία κατήργηται. τίς οὖν ἄρα & πηλίκος ἐστὶν ὅτος ὁ χριστὸς, ὁ τῇ ἑαυτοῦ ὀνομασίᾳ & παρουσίᾳ, τὰ
πάντα πανταχόθεν θεοσκιάσας & καταργήσας, & μό-
νος ἐξ πάντων ἰσχύων, ἐξ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τῇ
ἑαυτοῦ διδασκαλίᾳ πληρώσας. λεγέτωσαν
οἱ πάνυ γελῶντες καὶ οὐκ ἐρυθριῶντες ἕλληνες.
εἰ μὲν γὰρ ἄνθρωπός ἐστι & πῶς εἷς ἄνθρωπος τῶν
πάντων τὰ παρ' αὐτοῖς θεῶν δυνάμεων ἐσήρηκε, &
ὅδεν ἐκείνους ὄντας τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει διήλεγξεν;
εἰ δὲ μάγον αὐτὸν λέγουσι, πῶς οἷόν τε ἐστὶν ὑπὸ
μάγου καταργεῖσθαι πᾶσαν τὴν μαγείαν καὶ μὴ
μᾶλλον σώζεσθαι; εἰ μὴ γὰρ ἀνθρώπους μάγους ἐ-
νίκα ἢ καθ' ἑνὸς ἰσχυε μόνου, καλῶς ἂν ἐνομίζετο
παρ' αὐτῶν κρείττονι τέχνῃ τὰ ἄλλων ὑπερβάλλων·
εἰ δὲ ἐξ πάσης ἁπλῶς μαγείας, & αὐτοῦ τοῦ ὀνόμα
τος αὐτὴν ἥρητο τὸ νικᾶν ὁ ἑστὼς σωτὴρ· δῆλον ἂν εἴη
μὴ ὄντι μάγον τὸ σωτῆρα, ὃν καὶ οἱ αὐτοὶ τῶν ἄλλων μά-
γων ἐπικαλούμενοι δαίμονες, ὡς δεσπότην φεύ-
γουσι. τίς οὖν ἀρά ἐστι λεγέτωσαν, οἱ μόνον ἐν τῷ
χλευάζειν ἔχοντες τὸ πρᾶγμα ἕλληνες; ἴσως ἂν
φήσαιεν δαίμονα & αὐτὸν γεγονέναι, & ἕτως ἰσχύ-
ειν. ἕτω δὴ & πάνυ λέγοντες ὀφλήσουσι χλεύην, πά-
λιν τὰς πρώτας δυσωπεῖσθαι δυνάμενοι· πῶς γὰρ
ὅστε ἐστὶ δαίμονα εἶναι, τὰς δαίμονας ἀπελαύ-
νοντα; εἰ μὲν γὰρ ἁπλῶς δαίμονας ἤλαυνε, καλῶς
ἂν ἐνομίζετο τῷ ἔχοντι τὸ δαιμόνων ἰσχύειν αὐ-
τὸν ἐξ τῶν ἐλαττόνων· ὁπόταν ἐξ οἱ ἰδιῶται θέλοντες
ὑβρίζειν ἔλεγον αὐτῷ· εἰ δὲ πάσα τῶν δαιμόνων
μανία ἐξίσταται τῇ τούτου ὀνομασίᾳ & διώκεται· φα-
νερὸν ἂν εἴη ἐν τούτῳ πλανᾶσθαι αὐτούς· καὶ μὴ
ὡς νομίζουσι δαιμονικόν τινα δυνάμιν τὸ κύ-
ριον ἡμῶν καὶ σωτῆρα χριστόν. οὐκ ἔν εἰμήτε ἄνθρωπον ἁπλῶς, μήτε μάγον, μήτε δαίμονα ὃς
ἐστὶν ὁ σωτήρ, ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ κόσμου ποιητὴν ὑπόνοιαν καὶ δαιμόνων φαντασίαν, καὶ ἑλλήνων σο-
φίαν τῇ ἑαυτοῦ θειότητι κατήργησε, καὶ ἐπεσκίασε· φανερὸν ἂν εἴη καὶ τοῦτο πᾶσιν ὁμολογηθή-
σεται, ὅτι ὄντως ἀληθῶς θεοῦ υἱός ἐστι, λόγος καὶ σοφία καὶ δυνάμις τοῦ πατρὸς ὑπάρχων.

A

B

C

D

E

mę dogmata,& placita,de vita ſecundũ virtutẽ inſtituẽda amplecti vellent: ſolus Chriſtus vilibus citra vllã magnificẽtiã verbis ac per homines nequaquã eruditæ linguæ in orbe terrarum plurimis Eccleſiis id perſuaſit, vt mortem inter cõtempta, immortalia in precio haberent, & temporaria deſpicerent, æterna ſuſpicerent, nihil putarẽt gloriã in terra, ſolũmodo autem affectarent immortalitatem. Et hæc quidẽ non verbo tenus à nobis iactantur, ſed reipſa veritatiſq; experimentis demonſtrantur. Adeat enim qui velit, & ſpectet inſignia virtutis in Chriſti virginibus,& in adoleſcentibus pudicitiã conſecratam, ac immortalitatis fidem adſtructã in tanto martyrũ choro. Veniat qui iſtorũ dictorũ experimentũ capere velit, & in ipſis præſtigiis dæmonum,& impoſturis vaticiniorũ,& in miraculis magiæ vtatur ſigno crucis ab ipſis deriſo,nomẽq; Chriſti inuocet, & videbit quomodo eius rei metu dæmones fugiãt, vaticinia cõquieſcant, magiæ & veneficia irrita iaceãt. Quis igitur, & quantus eſt hic Chriſtus, qui ſolo ſui nominis vocabulo ac præſentia omnia adobruit,& ocioſa reddit, omnibúſque maior eſt,& orbem terrarum ſua diſciplina adimplet? Dicãt Ethnici iſti, q iſta deridẽt, nec vllo interim pudore tãguntur: nũ homo eſſe poſſit qui talia faciat? q ſi homo, quî fit vt vnus homo oẽs omniũ deorũ (quos ipſi colũt) vires trãſcendat, illóſq; nullos eſſe ſua potentia demõſtret? Si magum illũ dicãt, quomodo per magũ omnis magia obliteratur ac non potius conſtituitur? Si enim homines magos oppugnans contra vnum aliquẽ dũtaxat præualuiſſet, rectẽ opinari liceret, cũ meliori arte aliorũ artes ſuperare. Quòd ſi ſemel de omni magia, atq; adeo magię nomine crux Chriſti victoriã reportat, ſatis euidens eſt, nõ eſſe magum Saluatorem noſtrum, quem dæmones, vbi ab aliis inuocati ſunt, vt Dominum fugiunt. Quis igitur ſit, enuntiẽt Ethnici, quibus id vnicum ſtudiũ vt derideant. Fortaſſis dicẽt & ipſum quoque dęmonum eſſe factum, atque ita prævalere: id ſi dixerint, ludibrio habendi ſunt, quum denuo ſuperioribus demonſtrationibus reuincantur. Qui enim fieri poteſt, vt dæmon ſit, qui dæmones propellit? Si enim quouis modo, ac non planè vniuerſum dęmones propelleret, exiſtimari poſſet, in principe dæmoniorum contra inferiores dęmones, has vires poſſidere, quẽadmodũ Iudæi per contumeliam ei obiiciebant. Sin autẽ omnium dæmonũ feritas, ad illius nomẽ ſeſe ſubducit, & in fugã agitur, ſatis clarũ eſt, eos in errore verſari, & nequaquã dæmoniacã eſſe noſtri Saluatoris potentiã, vt ipſi arbitrãtur. Sin aũt prorſus neq; homo eſt, neq; magus, nequc dæmon, ſed commenticios deos poetarũ & dęmonũ præſtigia, & Græcorũ ſapientiam, ſua diuinitate irrita ocioſáq; reddidit & obſcurauit, negari non poterit, q & apud omnes in confeſſo eſt, eũ eſſe verum Dei filiũ, Rationẽ, ſapientiã, & potẽtiam Patris.

Atque inde quoque est, quòd eius opera non hominis sint, sed supra hominem, & re vera ipsius Dei esse cognoscantur, partim ex claris rerum documentis, partim ex illius cum cæteris hominibus comparatione. Quis enim vnquam hominum, ex sola virgine sibi corpus constituit, aut quis vnquam hominum tales morbos curauit, quales communis omnium Dominus: quis id quod genituræ deerat, restituit, & hominem à natiuitate cæcum, visu illustrauit? Æsculapius apud ipsos in deorum numerum relatus est, quòd medicinã exercuit, & herbas laborãtibus vtiles animaduertit, non quidem eas ex terra creans, sed arte quæ in natura erant, eas adinueniens. Sed quid illud ad acta Saluatoris Christi? quippe qui non vulnus sanauerit, sed res naturales creauerit, & creata instaurarit. Hercules pro Deo ab Ethnicis adoratur, eò quod contra homines genere ipsi compares depugnarit, & belluas dolo interfecerit: sed quidnam ista ad res gestas Verbi diuini, qui morbos, dæmones, atque adeo ipsam mortem ab hominibus propulsauit? Dionysus ab illis colitur, quia hominibus magister fuit ebrietatis: Saluator contrà & omnium Dominus, præceptor temperantiæ deridetur. Sed esto vt fingamus hic aliquid paritatis: quid verò eadem illa ad cætera eius diuinitatis miracula? Quo vnquam homine moriente, sol obscuratus est, terra concussa est? Aquo vnquam inter tot iam mortuos & quotidie morientes, miraculum editum est? Iam vt res corpore illius designatas omittam, eàque memorem, quæ resurrectionem consequutæ sunt, Cuius vnquam dogma vnum idémque à primis carceribus mundi vsque ad vltima terrarum, eas vires secum pertulit, vt impressa vbique sua religione orbem vniuersum peruolarit? Aut quur, si homo est Christus, ac non potius Dei Verbum (vt illorum sententia est) non arcetur ab Ethnicorum numinibus, ne in ipsorum prouincias suam religionem tramsmittat? quum nunc contrà fiat, vt illud accedens, sua institutione, illorum cæremonias & cultum abroget, eorúmque inanes species, & oculorum ludibria confundat? Multi ante eum fuere reges, & tyranni, cumplures apud Chaldæos referuntur, magi quoque & sapientes apud Ægyptios, & Indos: quis vnquam horum, non dico post mortem, sed cùm viuerent, tantum potuit, vt vniuersam terram sua doctrina impleret? & tantam vim hominum idololatriam dedoceret, quot Saluator noster ab idolis ad se transtulit? Græcorum sapientes eloquenter, scitéque multa conscripserunt: quid ergo? an tale aliquid, quale crux Christi, designarunt? Sed fortasse vsque dum viuerent, illorum sophismata fidem obtinuere, imò etiam ipsis adhuc viuis, mutuis concertationibus, & controuersiis iactata sunt. Dei autẽ filius, qui iure omnibus est admirabilis, quũ pauperrimo miseróq; verborum apparatu

Ἀφ' ὧν γὰρ ἐδε ἀνθρώπινά ἐστιν αὐτοῦ τὰ ἔργα, ἀλλ' ὑπερ ἄνθρωπον, Ϛ θεῖα τῷ ὄντι γινώσκεται ταῦτα, ϗ ἀπ' αὐτῶν τῶν φαινομένων, ϗ ὅτι τὰ πρὸς ἀνθρώπους συγκρίσεως. τίς γὰρ τῶν πώποτε γενομένων ἀνθρώπων, ἐκ παρθένου μόνης ἑαυτῷ σωματοποιήσατο σῶμα; ἢ τίς πώποτε ἀνθρώπων τοιαύτας νόσους ἐθεράπευσεν, οἵας ὁ κοινὸς πάντων κύριος; πίς ἦ τὸ τῇ γενέσει ἐλλεῖπον ἀποδέδωκε, Ϛ ἐκ γενητοῦ τυφλὸν ἐποίησε βλέπειν. ἀσκληπιὸς ἐθεοποιήθη παρ' αὐτοῖς, ὅτι τ ἰατρικὴν ἤσκησε, ϗ βοτάνας πρὸς τὰ πάσχοντα τῶν σωμάτων ἐπενόει, οὐκ αὐτὸς ταύτας πλάσας ἀπὸ γῆς, ἀλλὰ τῇ ἐκ φύσεως ἐπιστήμῃ ταύτας ἐφεύρισκεν. τί δὲ πρὸς τὸν σωτῆρα γινόμενον; ὃν οὐ τραῦμα ἐθεράπευσεν, ἀλλὰ γένεσιν ἐπλασε καὶ ἀποκατέστησε τὸ σῶμα. ἡρακλῆς ὡς θεὸς πρὸς σκιωεῖ παρ' ἕλλησιν, ὅτι πρὸς ἴσους ἀνθρώπους ἀντεμαχέσατο, ϗ θῆλα θηρίοις ἀφεῖλε· τί πρὸς τὰ τοῦ τὸν λόγον γινόμενα; ὃν νόσους καὶ τὸν θάνατον αὐτὸν ἀπήλαυνε τῶν ἀνθρώπων· διόνυσος θρήσκευεται παρ' αὐτοῖς, ὅτι μέθης γέγονε διδάσκαλος τοῖς ἀνθρώποις, ὁ δὲ σωτὴρ τῷ ὄντι ϗ κύριος τοῦ παντὸς, σωφροσύνην διδάξας, χλευάζεται παρ' ἐκείνων. ἀλλ' ἔτω ταῦτα, τί καὶ πρὸς τὰ ἕτερα θαύματα τῆς θεότητος αὐτοῦ; τὸν μὲν ἥλιον ἐσκοτώθη, ἡ δὲ γῆ ἐσείετο; ἐδὲ μέχρι νῦν ἀποθνήσκουσιν ἄνθρωποι, καὶ ἀπέθανον ἐξ ἄνωθεν, πότε τι τοιοῦτον ἐπ' αὐτοῖς γέγονε θαῦμα, ἢ (ἵνα τὰς ἀφ' τοῦ σώματος αὐτοῦ πράξεις παραλίπω, καὶ τὰς μετὰ τὴν ἀνάστασιν τοῦ σώματος αὐτοῦ μνημονεύσω) τίνος πώποτε τῶν γνωμένων ἀνθρώπων ἡ διδασκαλία, ἀπὸ περάτων ἕως περάτων γῆς, μία καὶ ἡ αὐτὴ ὅλων ἴσχυσεν, ὥστε ἀφ' πάσης γῆς τὸ ζέβας αὐτοῦ ἀφανῆναι; ἢ ἀφ' τί, εἴπερ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ χριστὸς Ϛ θεοῦ λόγος κατ' αὐτούς, ὁ κωλύει τὸν τῶν παρ' αὐτοῖς θεῶν εἰς τὴν αὐτὴν χώραν ἔνθα εἰσὶ τοῦτο σέβας ἀφανῆναι; ἀλλὰ μᾶλλον αὐτὸς ὁ λόγος ἐπιδημῶν τῇ διδασκαλίᾳ ἑαυτοῦ, τὴν ἐκείνων θρησκείαν παύει, καὶ τὴν φαντασίαν αὐτῶν καταχωύει. πολλοὶ πρὸ τούτου γεγόνασι βασιλεῖς, καὶ τύραννοι γῆς, πολλοὶ παρὰ χαλδαίοις ἱερομῶνται, καὶ παρ' αἰγυπτίοις Ϛ ἰνδοῖς γνώμενοι σοφοὶ καὶ μάγοι· ὧν τούτων τις τοιοῦτον, ὃ λέγω μετὰ θάνατον, ἀλλὰ Ϛ ἔτι ζῶν ἠδυνήθη τοσοῦτον ἰσχύσαι, ὥστε τὴν σύμπασαν αὐτὸν γῆν πληρῶσαι τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας, ϗ τοσοῦτον πλῆθος παιδεύσαι ἀπὸ τῆς τῶν εἰδώλων πλάνης, ὅσους ὁ ἡμέτερος σωτὴρ, εἰς ἑαυτὸν ἀπὸ τῶν εἰδώλων μετήνεγκεν; ἑλλήνων οἱ φιλόσοφοι μετὰ πυκνότητος καὶ τέχνης λόγων, πολλὰ συνέγραψαν, τί οὖν τοσοῦτον, ὅσον ὁ τοῦ χριστοῦ χωρὸς, ἐπεδείξαντο. ἄχρι γὰρ τελευτῆς αὐτῶν, παρ' αὐτῶν σοφίσματα, τὸ πιθανὸν ἔχει, ἀλλὰ καὶ ὃ ἔδοξαν ζῶντες ἰσχύειν ἐν ἀλλήλοις ἔχειν τὴν ἀμιλλαν, καὶ κατ' ἀλλήλων μελετῶντες, ἐφιλονείκουν. ὁ δὲ τοῦ θεοῦ λόγος, τὸ πᾶν δοξοτάτην, πᾶν χοτέραις ταῖς λέξεσι διδάξας,

διδάξας, τὰς πάνυ σοφιστὰς ἐπεσκίασε, καὶ τὰς μὴ ἐκείνων διδασκαλίας κατήργησε, πάντας ἕλκων πρὸς ἑαυτὸν, τὰς δὲ ἑαυτοῦ ἐκκλησίας πεπλήρωκε· καὶ τί γε θαυμαστὸν, ὅτι ὡς ἄνθρωπος εἰς τὸν θάνατον καταβὰς, τὰ τῶν σοφῶν μεγαλοφωνίαν περὶ εἰδώλων κατήργησεν. ἵνα γάρ ποτε θάνατον ἀπήλασε δαίμονας, ἢ ἵνα ποτὲ θανάτου ἐφοβήθησαν δαίμονες ὡς ὁ χριστός; ἔνθα γὰρ ὀνομάζεται τὸ ὄνομα τοῦ σωτῆρος, ἐκεῖθεν πᾶς δαίμων ἀπελαύνεται. τίς γὰρ ἄνω τὰ ψυχικὰ πάθη περιεῖλε τῶν ἀνθρώπων, ὥστε τὰς μὲν πόρνας σωφρονεῖν; τοὺς δὲ ἀνδροφόνους μηκέτι ξίφος κρατεῖν; τοὺς δὲ δειλίᾳ προκατεχομένους, ἀνδρίζεσθαι; καὶ ὅλως, τίς τοὺς πρὸ Χριστοῦ βαρβάροις, καὶ τοὺς κατὰ πᾶν τὸ ἔθνων ἔπεισεν ἀνθρώπους, ὁποθέσεις μὴ τὴν μανίαν, εἰρήνην ἢ φρονεῖν, εἰ μὴ ἡ τοῦ χριστοῦ πίστις καὶ τὸ τοῦ σταυροῦ σημεῖον; τίς ἢ ἄλλος περὶ ἀθανασίας ἔπεισε πώποτε τοὺς ἀνθρώπους, ὡς ὁ τοῦ χριστοῦ σταυρὸς, καὶ ἡ τοῦ σώματος ἀνάστασις αὐτοῦ; καίπερ γὰρ τὰ πάντα ψευσαμενοι ἕλληνες, ὅμως οὐκ ἠδυνήθησαν ἀνάστασιν τῶν ἑαυτῶν εἰδώλων πλάσασθαι, οὐκ ἐνθυμούμενοι τὸ σωτῆριον, εἰ ὅλως δυνατὸν μὴ θάνατον εἶναι πάλιν τὸ σῶμα. ἐφ' ᾧ καὶ μάλιστα ἄν τις αὐτοὺς ἀποδέξαιτο, ὅτι τοιαῦτα λογισάμενοι, τὴν μὲν ἀθανασίαν τῶν ἑαυτῶν εἰδωλολατρείας ἠλεγξαν, τὸ δὲ δυνατὸν τῷ χριστῷ παρεχώρησαν· ἵνα καὶ ἐκ τούτου γνωρισθῇ πᾶσι τοῦ θεοῦ υἱός. τίς οὖν ἀνθρώπων μὴ θάνατον, ἢ ἄλλως ζῶν περὶ παρθενίας ἐδίδαξε καὶ οὐκ ἐνόμισεν ἀδύνατον εἶναι τὴν ἀρετὴν ταύτην ἐν ἀνθρώποις; ἀλλ' ὁ ἡμέτερος καὶ τῶν πάντων βασιλεὺς χριστὸς, τοσοῦτον ἴσχυεν ἐν τῇ περὶ ταύτης διδασκαλίᾳ, ὡς καὶ παιδία μήπω τῆς νομίμου ἡλικίας ὑπερβάντα, τὸν ὑπὲρ τὸν νόμον ἐπαγγέλεσθαι παρθενίαν. τίς πώποτε ἀνθρώπων ἠδυνήθη Περσῶν τοσοῦτον, καὶ εἰς Σκύθας, καὶ αἰθίοπας, ἢ πέρσας, ἢ ἀρμενίους, ἢ γότθους, ἢ τοὺς ἐπέκεινα τοῦ ὠκεανοῦ λεγομένους, ἢ τοὺς ὑπὲρ τὴν ὑρκανίαν ὄντας, ἢ ὅλως τοὺς ἀγνῶτας καὶ χαλδαίους παρελθεῖν, τοὺς φρονοῦντας μὲν μαγικὰ, δεισιδαίμονας δὲ ὑπὲρ τὴν φύσιν, καὶ ἀγρίους τοῖς τρόποις, καὶ ὅλως κηρύξαι περὶ ἀρετῆς καὶ σοφροσύνης καὶ τῆς τῶν εἰδώλων θρησκείας· ὡς ὁ τῶν πάντων κύριος ἢ τοῦ θεοῦ δυνάμις, ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς χριστὸς; ὃς οὐ μόνον ἐκήρυξε διὰ τῶν ἑαυτοῦ μαθητῶν, ἀλλὰ καὶ ἔπεισεν αὐτοὺς τῇ διανοίᾳ, τὰ μὲν τῶν προσώπων ἀγριότητα μεταθέσθαι, μηκέτι τοὺς πατρώους θύειν θεοὺς· ἀλλ' αὐτὸν ἐπιγινώσκειν καὶ δι' αὐτοῦ τὸν πατέρα θρησκεύειν. πάλαι μὲν γὰρ εἰδωλολατροῦντες ἕλληνες καὶ βάρβαροι, κατ' ἀλλήλων ἐπολέμουν, καὶ ὁμοῦ πρὸς τοὺς συγγενεῖς ἐτύγχανον· οὐκ ἦν γάρ τινα τοῦ οἴκου ἔτι τὴν γῆν ἔτε τὴν θάλασσαν διαβῆναι χωρὶς τῶν ἐν ταῖς χερσὶ ξιφῶν ὁπλίσαι, ἕνεκα τῆς πρὸς ἀλλήλους ἀκαταλλάκτου μάχης. καὶ γὰρ καὶ ἡ πᾶσα τοῦ ζῆν αὐτοῖς διαγωγὴ διὰ ὅπλων ἐγίνετο, καὶ ξίφος ἦν αὐτοῖς ἀντὶ βακτηρίας καὶ

apparatu doctrinas suas traderet, omnis cios illos sua luce prestinxit, & quasi tenebras induxit, & aliorū institutis abolitis, omnia ad se traxit, suásque Ecclesias impleuit. Quid? an non mirum eum, qui quasi homo ad mortem descendebat, Philosophorum grandiloquentiam de idolis, ociosam irritámque efficere potuisse? Cuius vnquam mors abegit dæmones, aut cuius vnquam mortem dæmones expauerunt, vt Christi? Vbi enim nominatur nomen saluatoris, inde omnes dæmones profugantur. Quis ita hominibus solitos affectus è præcordiis exemit, vt scorta pudicè agerent? homicidæ non amplius ferrum tenerent? pauidi animo, robur conciperent? Quis barbaros gentésque alias in suis sedibus persuasit, immanitatem deponere, pacifica meditari, nisi Christi fides, & crucis lignaculum? Quis denique alius ita mortales certos confirmatosque reddidit de immortalitate vt Christi crux, eiúsque corporis resurrectio. Nam & Græci quidquis ementiti, non potuerunt tamen idolis suis resurrectionem admentiri, quippe quibus nulla ratione in mentem venire potuit, corpus post mortem denuo existere posse, qua in re præcipuè mihi approbandi recipiendique videntur, quòd Deum istiusmodi animo persuasum habent, & suorum idolorum imbecillitatem indicarint, & Christo soli hanc potestatem reseruarint, vt vel inde ab omnibus cognosceretur ipsum esse Dei filium. Quis igitur hominum vel post mortem, vel in vita autor seruandæ virginitatis fuit? ac non contra arbitratus est, eam virtutem præstari non posse? Attamen noster saluator & omnium rex Christus, tātum valuit in huiusmodi præceptis, vt pueri nondum maturi legum disciplinæ, virginitatem quæ supra leges est profiteātur. Quis hominum tantum spacij obire potuit, & ad Scythas, Æthiopes, Persas, Armenios, Gothósque penetrare, & ad homines transmarinos, & vltra Hyrcaniam summotos, Ægyptiósq; & Chaldæos inuisere? & his quidem sibi ab magia placentibus: illis verò supra naturam superstitiosis, moribusque efferatis, de virtute temperantiáque verba facere, atque ita fugillare idolorum cultum, vt Dominus noster Iesus Christus fecit? qui non solum ista per suos discipulos prædicauit, sed etiam mentibus audientium eam persuasionem impressit, vt non solum morum feritatem abiicerent, & patrios deos non amplius in veneratione haberent: sed & ipsum agnoscerent, & per ipsum colerent ipsius Patrem. Olim idololatriæ dediti Græci, simul & Barbari, mutua in sese bella suscipiebant, crudelésque in cognatos fuere, neque erat, vt quisque vel per terram, vel per mare tutò commearet, nisi armata manu, ob bella inter ipsos inuicē prorsus irreconciliabilia. Quippe, quorum tota vitæ ratio in armis erat, & gladius illis pro scipione, in eó-

καὶ

eóque ſpes omnes opeſque ſuas conſtituerant. Qui quum idolis ſeruirent, dæmonibuſque ſacra facerẽt, nihil iſtiuſmodi ſuperſtitione profecerunt, vt vel aliquid ſaltem de moribus illis dediſcerent: iidem tamen vbi ad Chriſti diſciplinam tranſierant, prẽter omnem expectationem animis planè compunctis, pœnitentiáque diſcruciatis, occidendi feritatem depoſuerunt: neque iam inde illis hoſtiles animi, aut alia voluntas niſi rerum pacatarum & amicitiæ. Quis igitur hæc fecit? quis odio inter ſe infeſtos populos pace copulauit? niſi dilectus Dei Filius, communis ille Saluator omnium Ieſus Chriſtus, qui præ ſua charitate omnia ad noſtram ſalutem ſuſtinuit? Nam & olim oracula de pace iſtiuſmodi, quã ille procuraturus erat, edita fuere: *Concident* (inquit ſcriptura) *gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces, neque arripiet gens contra gentem gladium, neque eſt, vt poſthac bellum diſcant.* Neque id incredibile, cùm etiam nunc barbari feris moribus, idoliſque hoc tempore ſacrificantes, in ſeſe furant, neq; vel vllã horam ſuſtineant ſine armis viuere: iidem tamen vbi Chriſti doctrinam audiũt, ſtatim à bello ad agriculturã vertuntur, & pro gladiis tractandis, manus ad preces extendunt: ac pro mutuis inter ſeſe bellis, aduerſus dæmones, pudicitia & animi virtute obarmantur. Id autem inſigne eſt diuinitatis Saluatoris noſtri, quod ad quæ ab idolis erudiri nequiuerant, ea ex Saluatore addidicerint: illudq; idem viciſſim de dæmonum & idolorum imbecillitate non leue indicium. Conſcij enim dæmones ſuæ imbecilitatis, mortales ideo bello inter ſeſe commiſſos eſſe voluerunt, ne feriati ocioſíque à mutuis prælijs aduerſus dæmones arma transferrent: certe illi qui Chriſti diſciplinis initiati ſunt, bellorum abſtinentes, contra dæmones moribus & virtutibus in acie conſiſtunt, & hos quidem infeſti petunt: ipſum verò principem diabolum pedibus conculcant, vt in teneris annis pudicitiam tueantur, in tentationibus tolerantes ſint, in laboribus obdurent, contumelias ferant, defraudationes negligant, mortem non curent, & martyres Chriſti efficiantur. Et vt vnum adhuc admirabile documentum diuinitatis Saluatoris allegem: Quis vnquam hominum ſimpliciter, ſiue magus, ſiue tyrannus, aut rex denique, perſe tantum præſtare potuit, vtcontra omnem idololatriam, dæmonumque copias, magiam item & ſapientiam Græcorum, res tam validas, atque etiamnum florentes, ac à pleriſque admirationi habitas, in bellum deſcendere non reformidarit, illiſque omnibus vno impetu obſtiterit, quemadmodm noſter dominus Dei Ratio, qui ſingulis ſuos errores inuiſibiliter oſtẽdens, vnus omnibus iſtis ſpoliatis, hominẽ eripit, & in prædam aufert. Nã qui hactenus idola adorauerant, iam ea conculcant

A

B

C

D

E

καὶ παντὸς βοηθήματος ἔρεισμα. καί τοι ὡς πρόσθεν εἰδώλοις ἐλάτρευον, καὶ δαίμοσιν ἔσπενδον θυσίας, ἔνθεν ὅμως ἀφ' ἧς τῶν εἰδώλων δεισιδαιμονίας ἠδωνήθησαν οἱ τοιαῦτα φρονοῦντες μεταπαιδεύθηναι· ὅτε δὲ εἰς τὴν τοῦ χριστοῦ διδασκαλίαν μεταβεβήκασι, τότε δὴ καὶ ἁπλῶς ὡς τῷ ὄντι κατὰ ἀφύλακτον καταπηγέντες, τὴν μὲν ἀμοτηγάτων φόνων ἀπέσβεντο, καὶ οὐκ ἔτι πολέμια φρονοῦσι· πάντα δὲ αὐτοῖς εἰρηναῖα, καὶ τὰ πρὸς φιλίαν καταθυμία λοιπόν ἐστι. τίς οὖν ὁ ταῦτα ποιήσας; ἢ τίς ὁ τοὺς μισοῦντας ἀλλήλους εἰς εἰρήνην συναγαγὼν, εἰμὴ ὁ ἀγαπητὸς τοῦ πατρὸς υἱός, ὁ κοινὸς πάντων σωτὴρ ἡμῶν χριστὸς, ὃς τῇ ἑαυτοῦ ἀγάπῃ πάντα ὑπερεῖδε τῆς ἡμῶν σωτηρίας ὑπέσης; καὶ γὰρ καὶ ἀνῳδίνως προφητευόμενον περὶ τοῦ παρ' αὐτοῦ πεπληρωμένης εἰρήνης, λεγόντος τοῦ γραφῆς. συγκλάσει τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα, καὶ τὰς ζιβύας αὐτῶν εἰς δρέπανα, καὶ οὐ λήψεται ἔθνος ἐπὶ ἔθνος μάχαιραν, καὶ οὐ μὴ μαθωσιν ἔτι πολεμεῖν. καὶ οὐκ ἀπίσυγε τὸ τοιοῦτον, ὅπου καὶ νῦν οἱ τὸ ἄγριον τῶν τρόπων βάρβαροι ἔμφυτον ἔχοντες, ἔτι μὲν θύοντες παρ' αὐτοῖς εἰδώλοις, μαίνονται κατ' ἀλλήλων, καὶ χωρὶς ξιφῶν ἀδημίαν ὥραν ἀνέχονται μένειν ὅτε τοῦ χριστοῦ διδασκαλίας ἀκούσιν, αὐθέως ἀντὶ μὲν πολέμων, εἰς γεωργίαν τρέπονται, αὐλοὶ δὲ τοῖς ξιφεσι τὰς χεῖρας ὑπολίζειν, εἰς δρέπανα ἐκτείνουσι. καὶ ὅλως ἀντὶ τοῦ πολεμεῖν πρὸς ἑαυτοὺς, λοιπὸν καθ' ἁβρόλυ καὶ κατὰ δαιμόνων ὑπολίζονται), σωφροσύνῃ, καὶ ψυχῆς ἀρετῇ τότας καταπολεμοῦντες. τοῦτο μὲν τῆς θειότητος τοῦ σωτῆρός ἐστι γνώρισμα· ὅτι ὃ μὴ δεδωκὼς ἐν εἰδώλοις μαθεῖν οἱ ἄνθρωποι, τοῦτο παρ' αὐτοῦ μεμαθήκασι· τῆς δὲ δαιμόνων καὶ εἰδώλων ἀσθενείας καὶ ἀθενείας, ἔλεγχος οὐκ ὀλίγος ἐστὶν ὅτι. εἰδότες γὰρ ἑαυτῶν δαίμονες τὴν ἀσθένειαν, ἀφ' ὅτου πωέβαλον πάλαι τοὺς ἀνθρώπους καθ' ἑαυτῶν πολεμεῖν· ἵνα μὴ παυσάμενοι τῆς κατ' ἀλλήλων ἔριδος, εἰς τὴν τοῦ δαιμόνων μάχλην ἐπιστρέψωσιν. ἀμέλει μὴ πολεμοῦντες πρὸς ἑαυτοὺς οἱ χριστῷ μαθητευόμενοι τοῦ δαιμόνων πῆς πρὸς τὸ καὶ ἔριδ πράξεσιν ἀντιπαρατάσσονται), καὶ τότας μὲν, διώκουσι, τὸν ἦθεν ἀρχηγὸν διάβολον καταπαίζουσιν ὥστε ἐν νεότητι μὲν, σωφρονεῖν, ἐν πειρασμοῖς δὲ, ὑπομένειν, ἐν πόνοις δὲ, καρτερεῖν, καὶ ὑβριζομένους μὲν, ἀνέχεσθαι, ἀποστερουμένους τοῦ, καταφρονεῖν, καὶ παθαυμαστὸν, ὅτι καὶ θανάτου καταφρονοῦσι, καὶ γίνονται μάρτυρες χριστοῦ, καὶ ἵνα ἓν, ὃ καὶ πάντων θαυμαστὸν ἐστι γνώρισμα τῆς θειότητος τοῦ σωτῆρος, εἶπω, ὡς πώποτε ἄνθρωπος ἀπωλῶς, ἢ μάγος, ἢ τύραννος, ἢ βασιλεὺς, ἐφ' ἑαυτοῦ τοσάπις ἠδωνήθη συμβαλεῖν, καὶ καθ' ὅλης τῆς εἰδωλολατρείας καὶ πάσης δαιμονικῆς γραπτείας, καὶ πασης μαγείας, καὶ πάσης σοφίας ἑλλήνων, τοσοῦτον ἰσχυόντων καὶ ἔτι ἀκμαζόντων, καὶ σκηπτόντων πάντας, ἀντιμάχεσθαι καὶ μιᾷ ῥοπῇ κατὰ πάντων ἀντισῆναι, ὡς ἡμέτερος κύριος, ὁ τοῦ θεοῦ ἀληθὴς λόγος, ὃς ἀσωμάτως ἑκάστου τὸν πλάνον ἐλέγχων, μόνος πάντων τοὺς πάντας ἀνθρώπους σκυλεύει, ὥστε τοὺς μὲν τὰ εἴδωλα προσκυνοῦντας, λοιπὸν αὐτὰ καταπατεῖν, τοὺς δὲ

τὰς δὲ μαγείας θαυμαθέντας, τὰς βίβλους καταφλέγειν, τὰς δὲ ζοφὰς, τὴν τῶν εὐαγγελίων πάντων ἑρμηνείαν, ἃς μὲν γὰρ πρόσθεν προσεκύνουν, τούτους καταλιμπάνουσιν, ὃν δὲ ἐχλεύαζον ἐσταυρωμένον, τοῦτον προσκυνοῦσι χριστὸν θεὸν αὐτὸν ὁμολογοῦντες, καὶ οἱ μηδὲ παρ' αὐτοῖς λεγόμενοι θεοὶ, ὡς αἰσχροὶ δαιμόνιον παρ' αὐτῶν, οἱ δὲ τὴν χριστοῦ λαμβάνοντες διδασκαλίαν, σωφρονέστερον ἐκείνων ἔχουσι τὸν βίον. ταῦτα οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα, εἰ μὲν ἀνθρώπινά ἐστι, δεικνύτω τις ὁ βούλόμενος καὶ τῶν πρότερον τοιαῦτα, καὶ πειθέτω, εἰ δὲ μὴ ἀνθρώπων ἀλλὰ θεοῦ ἔργα ταῦτα φαίνεται καὶ εἰσὶ, διὰ τί ποτὲ ἀσεβοῦσιν οἱ ἄπιστοι, μὴ ἐπιγινώσκοντες τὸν τοῦτ' ἐργασάμενον δεσπότην. ὅμοιον γὰρ πάσχουσιν, ὡς εἴ τις ἐκ τῶν ἔργων τῆς κτίσεως μὴ γινώσκοι τὸν τούτων δημιουργὸν θεόν. εἰ γὰρ ἐκ τῆς εἰς τὰ ὅλα, αὐτοῦ δυνάμεως ἐγίνωσκον αὐτοῦ τὴν θεότητα, ἔγνωσαν ἄν, ὅτι καὶ τὰ διὰ τοῦ σώματος ἔργα τοῦ χριστοῦ οὐκ ἀνθρώπινα, ἀλλὰ τοῦ πάντων σωτῆρός ἐστι τοῦ θεοῦ λόγου. γινώσκοντες δὲ ὅτω καθάπερ εἶπεν ὁ παῦλος, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. ὥσπερ οὖν εἴ τις ἀόρατον ὄντα τῇ φύσει τὸν θεὸν καὶ μηδόλως ὁρώμενον ἐθέλοι ὁρᾶν, ἐκ τῶν ἔργων αὐτὸν γινώσκει, καταλαμβάνει. ὅτως ὁ μὴ ὁρῶν τῇ διανοίᾳ τὸν χριστὸν καὶ ἐκ τῶν ἔργων τοῦ σώματος καταλαμβανέτω τοῦτον καὶ δοκιμαζέτω εἰ ἀνθρώπινά ἐστιν, ἢ θεοῦ· καὶ ἐὰν μὲν ἀνθρώπινα ᾖ, χλευαζέτω· εἰ δὲ μὴ ἀνθρώπινά ἐστιν ἀλλὰ θεῖα, γινωσκέτω καὶ μὴ γελάτω τὰ ἀχλεύαστα, μᾶλλον θαυμαζέτω, ὅτι διὰ τοιούτου πράγματος ἀτελὴς, τὰ θεῖα ἡμῖν πεφανέρωται, καὶ διὰ τοῦ θανάτου ἡ ἀθανασία εἰς πάντας ἔφθασε, καὶ διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ λόγου, ἡ τῶν πάντων ἐγνώσθη πρόνοια, καὶ ὁ πάντης χορηγὸς καὶ δημιουργὸς αὐτὸς ὁ τοῦ θεοῦ λόγος. αὐτὸς γὰρ ἐνηνθρώπησεν, ἵνα ἡμεῖς θεοποιηθῶμεν, καὶ αὐτὸς ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν διὰ σώματος, ἵνα ἡμεῖς τοῦ ἀοράτου πατρὸς ἔννοιαν λάβωμεν, καὶ αὐτὸς ὑπέμεινε τὴν πάντων ἀνθρώπων ὕβριν, ἵνα ἡμεῖς ἀθανασίαν κληρονομήσωμεν. ἐβλάπτετο μὲν γὰρ αὐτὸς οὐδέν, ἀπαθὴς καὶ ἄφθαρτος καὶ αὐτολόγος ὢν ὁ θεὸς· τοὺς δὲ πάσχοντας ἀνθρώπους δι' οὓς καὶ ταῦτα ὑπέμεινεν, ἐν τῇ ἑαυτοῦ ἀπαθείᾳ ἐτήρει καὶ διέσωζε. καὶ ὅλως τὰ κατορθώματα τοῦ σωτῆρος, τὰ διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ γινόμενα, τοιαῦτα καὶ τοσαῦτά ἐστιν, ἃ εἰ διηγήσασθαί τις ἐθελήσειεν, ἔοικεν τοῖς ἀφορῶσιν εἰς τὸ πέλαγος τῆς θαλάσσης, καὶ θέλουσιν ἀριθμῆσαι τὰ κύματα αὐτῆς. ὡς γὰρ ὁ μὴ δυνάμενος τοῖς ὀφθαλμοῖς περιλαβεῖν τὰ ὅλα κύματα τῶν ἐπερχομένων παρόντων τῇ αἰσθήσει διαπειράζοντος· ὅτω καὶ τῷ βουλομένῳ πάντα τὰ ἐν σώματι διὰ χριστοῦ κατορθώματα περιλαβεῖν, ἀδύνατον τὰ ὅλα καὶ ἐν τῷ λογισμῷ δέξασθαι, πολλόντων ὄντων τῶν παρόντων αὐτῷ ἐνθυμήσεων, ὧν αὐτὸς νομίζει περιλήψεσθαι. κάλλιον οὖν μὴ πρὸς τὰ ὄντα ἀφορῶντα λέγειν,

qui magiam admirati fuerant, volumina comburunt: qui docti sapientésque habiti sunt, Euangelij sententias omnibus anteponũt, eósque quos antea adorationibus coluerãt, nunc destituunt: &, quem contempserunt crucifixum eum adorant, Christum, quem Deum suum confitentur: & qui hactenus ab Ethnicis adorati fuere pro numinibus, vt fœdi impurique sugillantur. Et qui Christi susceperè doctrinam, temperãtiorem quàm Ethnici vitam agunt. Hæc atque huiusmodi, quæ superius dicta sunt, si humana sunt, doceat quisquis volet, & credat. Quòd si non hominum, sed Dei opera & sunt & videntur, cur tantopere impietatem suam amplectuntur, non agnoscentes Dominum autorémq; qui ista facit? Idem profectò illis accidit, ac si quis ex operibus naturæ opificem Deum non agnoscit. Si enim ex viribus eius in hac rerum vniuersitate, diuinitatem ipsius agnouissent, agnouissent quoque & opera Christi corpore designata, non hominis esse, sed omnium Saluatoris Dei Verbi: *quem si cognouissent* (vt inquit Paulus) *nunquam Dominum gloriæ crucifixissent*. Quemadmodum ergo, si quis Deum natura inuisibilem, & nusquam conspectui patentem, conspicere velit, ex operibus eum assequitur & intelligit: ita etiam quĩ mente non videt Christum, saltem ex operibus corporis eum addiscat, & exploret: an ea humana sint, an diuina existimanda. Quod si humana videntur, subsannet, si libet: sin autem non humana, sed Dei esse comperiantur, omittat risus & subsannationes, & potius admirationi habeat, per rem tam vilem, diuina nobis manifestari, & per mortem immortalitatẽ ad omnes peruenire: & per incarnationem Verbi, prouidentiam in omnes declarari, prouidentiæque autorem & opificem, Verbum-siue Rationem Dei esse. Is enim ideo homo factus est, vt nos dij efficeremur, manifestauitq; se per corpus, vt nos inuisibilis Patris intellectum consequeremur. Sustinuit hominum cõtumelias, vt nos incorruptibilitatis hæredes efficeret, qui cũ ex ea re nihil noxę pateretur, vtpote passionibus minimè obnoxius, & incorruptibilis, quũ sit ipsissima Dei Ratio, & Deus, homines tamen huiusmodi malis obnoxios, quorũ gratia ista patiebatur, illęsos reddidit & conseruauit. In summa, virtutes officiáque Saluatoris per incarnationem talia ac tanta sunt, vt si quis ea recensere velit, non absurdè cũ eo comparari possit, qui alta maris prospectans, eius vndas enumerare studeat. Quemadmodum enim fieri nequit, vt oculis comprehendet vniuersos fluctus, nouo semper aduentu vndarum sensum conantis eludente: ita quoque cupiens præclara Christi per carnem opera, intra numerum cõcludere, rem tentat, quam ne animo quidem aut cogitatione assequi poterit, cùm plura semper eius intellectum elabãtur, quàm animo cõcipiat. Rectius igitur fuerit in mẽtione istarum rerũ, non ad omnia simul respicere,

ὧν ἀδύ

quarum nullam partem exprimere queas, sed vnum tantummodo in speciem allegare, atque ita reliqua aliorum æstimationi admirationiq; relinquere, cùm singula ex æquo habeãt, quod in ipsis admireris. Quocunque enim oculos flectas, ibi animaduersa Verbi diuinitate, in admirationem & stuporem raperis. Cæterum id post superiora dicta operæprecium est scire, dignúmque profecto, quod in primis inter reliqua omnia quæ omissa sunt, in contextum veniat & admirationi habeatur: nimirũ à superuentu Saluatoris, nihil iam amplius propagari idololatria, sed potius paulatim carpi & senescere, neque item Græcorum sapiẽtiam in maius proficere, sed quę hactenus fuerat, aboleri, dęmonésque non eodẽ modo falsis rerum imaginibus, hariolationibus ac magicis fraudibus impostúras facere, sed in primo conatu, vbi tale quid tentant, signo crucis turpiter confundi: & vt numero summatimque loquar, vide mihi (quæso) quàm doctrina Saluatoris vbique adolescat, omnis contrà idololatria, & quicquid aduersatur Fidei, indies minuatur, defloreſcat, & pessum eat. Id cùm videas, adora, vt vbique præsentem Saluatorem, & potẽs illud Dei Verbum, & inter damnata habeas, quę ab illo diminuũtur, & abolentur. Quemadmodum enim sole præsente, tenebræ vim nullam habent, sed vbicunque lux circunfunditur, inde continuò profligantur: ita diuino superuentu Dei verbi, non iam caligo idololatriæ vigorẽ suum habet, sed quotquot vbique sunt terrarum orbis partes, illius doctrina illustrãtur. Cæterum quemadmodum rege aliquo nusquã locorum comparente, sed domi occulto, nõ deesse solent tumultuosi, qui abutentes illius secessu, se principes renuncient, ac mẽtito habitu, falsísque insignibus simpliciores miserè circũueniant, vtpote qui nec verum regem conspicentur, & istum regem nominari audiant, nec sensum sui erroris percipiãt, eò quòd intra regias ædes non admittantur: & vt iidem, si verus rex in publicum prodeat, fraude fucóque tyrãnorum ad illius præsentiã innotescente, relictis impostoribus, ad legitimum principem sese referunt: itidem quoq; mortales, olim á dæmoniis honores insigniáque diuinitatis sibi arrogantibus, erroris complebantur: ex quò autem in corpore Dei Verbum sese ostẽdit, nósque sui Patris noticia instruxit, dęmonum fraus abolita & compressa est: hominésque, coniectis in legitimum Patris Verbum oculis, relinquunt idola, & verum Deum inposterum cognoscunt, eáque res pro argumento haberi potest, Christum esse Dei Verbum, & Dei potentiam: cùm enim humana obsoleſcant & desinant, Verbum autem Christus permaneat, nulli omnium incognitũ esse potest, ea quæ desinunt, temporaria esse: eum verò qui maneat, Deũ esse, & Dei Filium verum & vnigenitũ Verbũ. Hæc tibi paucis, vir pie & Christianitatis amator, pro rudimẽto (vt sic dicam) alphabetico, & documẽto Fidei in Christum, illiúsq; ad nos diuini aduẽtus comprobatione, dicta sufficiant. Tu autem isthinc

ὧν ἑκάστου μέρος ἐξαπεῖν τις δύναιτο· ἀλλ' ἐπ' ἐνὸς μνησθῆναι καὶ σοὶ καταλιπεῖν τὰ ὅλα θαυμάζειν, πάντα γὰρ ὁμοίως ἔχει τὸ θαῦμα· καὶ ὅπου σὺ ἂν τὴν ὄψιν βάλῃς, ἐκεῖθεν τοῦ λόγου τὴν θεότητα ὑπερεκπλήττει. Ὅτι οὖν μὴ τὰ φθαρτὰ καταμανθάνειν σε ἄξιόν ἐστιν, ὡς ἔχω τῶν ἤδη λεχθέντων θεᾶσθαι, καὶ θαυμάσαι λίαν, ὅτι τὸ σωτῆριον ὑπὲρ ἁπάντων ἐδημιούργησεν, οὐκ ἔλαττον μὲν ἤυξησεν ἡ εἰδωλολατρεία, καὶ ἡ ὅσα ἦν ἐλαττονεῖται καὶ κατ' ὀλίγον παύεται. καὶ οὐκ ἔτι μὲν ἡ ἑλλήνων σοφία πρόκοπτει· καὶ ἡ ὅσα δὲ λοιπὸν ἀφανίζεται. καὶ δαίμονες μὴν, οὐκ ἔτι φαντασίαις ἢ μανίαις ἢ μαγείαις ἀπατῶσι, μόνον ἂν τολμῶντες ἢ ὑπερφρονοῦντες, καταγινώσκονται τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ. ἢ συλλήβδην εἰπεῖν, θεωρεῖται ὡς ἡ μὲν τοῦ σωτῆρος διδασκαλία πανταχοῦ ἄυξει, πᾶσαι δὲ εἰδωλολατρεῖαι ἢ πάντα τὰ ἐναντιούμενα τῇ χριστοῦ πίστει, καθ' ἡμέραν ἐλαττοῦται καὶ ἐξασθενεῖ καὶ πίπτει. ὅτω δὲ θεωρῶν πρόσκωπτει μὴν τὸν ὑπὲρ πάντων σωτῆρα καὶ δυνατὸν θεοῦ λόγον. καταγίνωσκε δὲ τῶν ἐλαττουμένων καὶ ἀφανιζομένων ὑπ' αὐτοῦ. ὡς γὰρ ἥλιος παρόντος οὐκ ἔστι σκότος ἰσχυρὸν· ἀλλὰ ἢ εἴπερ ἐστὶ πειλειπόμενον ἀπελαύνεται, ὅτως ἐλθούσης τῆς θείας ὑπερφανείας τοῦ θεοῦ λόγου, οὐκ ἔτι μὴν ἰσχύει τὸ τῶν εἰδώλων σκότος. πάντα γὰρ τὰ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης μέρη, τῇ τούτου διδασκαλίᾳ καταλάμπει. καὶ ὥσπερ βασιλεύοντός τινος καὶ μὴ φαινομένου ἐνταυθοῖ χώρᾳ· ἀλλ' ἔνδον ὄντος ἐν τῷ ἑαυτοῦ οἴκῳ, πολλάκις τινὲς ἄλλοι καταχρώμενοι τῇ τούτου ἀναχωρήσει ἑαυτοὺς ἀναγορεύουσι, καὶ ἕκαστος καταστηματίσαμενος τὰς ἀπεραίους φαντασιοσκοπεῖ ὡς βασιλέως· καὶ ὅτω πλανῶνται οἱ ἄνθρωποι τῷ ὀνόματι, ἀκούοντες μὴν εἶναι βασιλέα· οὐχ ὁρῶντες δὲ αὐτὸν διὰ τὸ μάλιστα μὴ δεδυνάσθαι αὐτοὺς ἔσω εἰσοικίσαι χωρῆσαι. ἐπειδὰν δὲ ὁ ἀληθῶς βασιλεὺς προέλθῃ καὶ φανῇ· τότε οἱ μὲν ἀπατηλοὶ ἀλάκριτοι ἐλέγχονται τῇ τούτου παρουσίᾳ· οἱ δὲ ἄνθρωποι ὁρῶντες τὸν ἀληθῶς βασιλέα καταλιμπάνουσι τὰς πάλαι πλανῶντας αὐτούς. ὅτω καὶ πάλαι μὴν ἠπάτων οἱ δαίμονες τοὺς ἀνθρώπους, θεοῦ τιμὴν ἑαυτοῖς προσπλάττοντες· ὅτε δὲ ἐφάνη ὁ τοῦ θεοῦ λόγος ἐν σώματι καὶ ἐγνώρισεν ἡμῖν τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, τότε δὲ ἡ μὲν τῶν δαιμόνων ἀπάτη, ἀφανίζεται, καὶ παύεται· οἱ δὲ ἄνθρωποι ἀφορῶντες εἰς τὸν ἀληθινὸν τοῦ πατρὸς θεὸν λόγον, καταλιμπάνουσι τὰ εἴδωλα. καὶ λοιπὸν ὑπιγινώσκουσι τὸν ἀληθινὸν θεόν. τοῦτο δὲ γνώρισμα τοῦ εἶναι τὸν χριστὸν θεὸν λόγον καὶ θεοῦ δυνάμιν ἐστι· τῶν γὰρ ἀνθρωπίνων πασομένων, καὶ μένοντος τοῦ ῥήματος τοῦ χριστοῦ, δῆλον ἐστι πᾶσι, τὰ μὲν πασόμενα εἶναι προσκαιρα, τὸν δὲ μένοντα εἶναι θεὸν καὶ θεοῦ υἱὸν ἀληθινὸν μονογενῆ λόγον· ταῦτα μέντοι παρ' ἡμῶν δι' ὀλίγων, ὅσον πρὸς στοιχείωσιν καὶ χαρακτῆρα τῆς κατὰ χριστὸν πίστεως, καὶ τῆς θείας αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς ὑπερφανείας ἀνατεθείσθω, ὦ φιλόχριστε ἄνθρωπε. σὺ δὲ τῷ προφασιν ἐκ τούτων λαβων.

ἡ τῶν λαβὼν, εἰ ἐνευγχάνοις τοῖς γραφῶν χράμμασι, γνησίως αὐτοῖς ἐφιστάνων τὸν νοῦν, γνώσῃ παρ' αὐτῶν τὰ λεγόμενα, πλεώτερον μὲν & τρανότερον τῶν λεχθέντων τὰ ἀκριβέστερον. ἐκεῖναι μὲν γὰρ διὰ θεολόγων ἀνδρῶν ὡδε θεόπνευστα ἐλαλήθησαν, καὶ ἐγράφησαν. ἡμεῖς δὲ ὡδε τῶν αὐτῶν ἐνευγχάνοντες θεολόγων διδασκάλων, οἱ & μάρτυρες τῆς ἱστῶν θεότητος γεγόναστι μαθόντες, μεταδίδομεν & τῇ σῇ φιλομαθείᾳ, γνῶσιν ἣν καὶ τὸ δευτέραν αὐτὸν πάλιν πρὸς ἡμᾶς ἔνδοξον καὶ θείαν ἀληθῶς ὀπτασίαν, ὅτε οὐκέτι μετὰ δύο πλείας, ἀλλ' ἐν τῇ ἰδίᾳ δόξῃ, ὅτε οὐκέτι μὴ ταπεινότητος, ἀλλ' ἐν τῇ ἰδίᾳ δόξῃ, ὅτε οὐκ ἐπὶ μὴ ταπεινότητι &, ἀλλ' ἐν τῇ ἰδίᾳ μεγαλειότητι· ὅτε οὐκ ἔτι παθεῖν, ἀλλὰ λοιπὸν δὲ ἰδίᾳ χαρᾷ τὸν καρπὸν ἀποδέναι πᾶσιν ἔρχεται, φημὶ δὴ τὴν ἀνάστασιν καὶ τὴν ἀφθαρσίαν, καὶ οὐκ ἔτι μένει, κρινεῖ δὲ τοὺς πάντας πρὸς ἃ ἔπραξε διὰ τοῦ σώματος & εἴτε ἀγαθὰ εἴτε φαῦλα· ἔνθα τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ἀπόκειται βασιλεία οὐρανῶν, τοῖς δὲ φαῦλα πράξασι, πῦρ αἰώνιον & σκότος & ἐξώτερον. ὅτω γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ κύριος φησὶ, λέγω ὑμῖν, ἀπαρτίσθητε τὸν ἴσον τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον οὐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρός· διὸ δὴ καὶ σωτήριός ἐστι λόγος ἀστρεπίζων ἡμᾶς εἰς ἐκείνην τὴν ἡμέραν & λέγων· γίνεσθε ἕτοιμοι & γρηγορεῖτε· ὅτι ἢ οὐκ οἴδατε ὥρᾳ ἔρχεται, καὶ γὰρ τὸν μακάριον παῦλον, τοὺς πάντας ἡμᾶς πρὸ δεῖσθαι δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκας & πρὸς ἃ διὰ τοῦ σώματος & ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν εἴτε φαῦλον· ἀλλὰ πρὸς τὸν ἐκ τῶν γραφῶν ἔρευναν καὶ γνῶσιν ἀληθῆ, χρεία βίου καλοῦ καὶ ψυχῆς καθαρᾶς καὶ τοῦ κυρίου χριστοῦ δέεται· ἵνα δι' αὐτῆς ὁδοῦσας ὁ νοῦς, τυχεῖν ὧν ὀρέγεται καὶ καταλαβεῖν δυνηθῇ, καθ' ὅσον ἐφικτόν ἐστι τῇ ἀνθρώπων φύσει τοῦ θεοῦ λόγου μανθάνειν. ἄνευ γὰρ καθαρᾶς διανοίας, καὶ τοῦ πρὸς τοὺς ἁγίους τοῦ βίου μιμήσεως, οὐκ ἂν τις καταλαβεῖν δυνηθείη τοὺς τῶν ἁγίων λόγους. ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἐθελήσειεν ἰδεῖν τὸν τοῦ ἡλίου φῶς πάντως τὸ ὀφθαλμὸν ἀποσμήχει καὶ λαμπρύνει, σχεδὸν ὅμοιον τῷ παθαρμένῳ ἑαυτὸν διακαθαίρων, ἵνα οὕτω φῶς γένωμαι & ὁ ὀφθαλμὸς, τοῦ ἡλίου φῶς ἴδῃ· ἢ ὡς εἴ τις θελήσειεν ἰδεῖν πόλιν ἢ χώραν· πάντως ἀπὸ τὸν τόπον ἀφικνεῖται τῆς θέας ἕνεκεν. οὕτως ὁ θέλων τῶν θεολόγων τὰ διάνοιαν καταλαβεῖν, προαπνίψαι καὶ προαποπλύναι τῷ βίῳ τὴν ψυχὴν ὀφείλει· καὶ πρὸς αὐτοὺς τοὺς ἁγίους ἀφικέσθαι τῇ ὁμοιότητι τῶν πράξεων αὐτῶν· ἵνα συν αὐτοῖς τῇ ἀγωγῇ τῆς συζήσεως γινόμενος, τὰ καὶ αὐτοῖς ἀποκαλυφθέντα ὡδε θεοῦ καταγνόῃ, καὶ λοιπὸν ὡς ἐκείνοις σωαφθεὶς, ἐκφύγῃ μὲν τὸν τῶν ἁμαρτωλῶν κίνδυνον, καὶ τὸ τούτων πῦρ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, ἀπολάβῃ δὲ τὰ τοῖς ἁγίοις ἀποκείμενα ἐν τῇ τῶν οὐρανῶν βασιλείᾳ, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν οὐδὲ οὖς ἤκουσεν, οὐδὲ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπων ἀνέβη, ὅσα ἡτοίμασεν τοῖς κατ' ἀρετὴν βιοῦσι, τὸν ἀγαπῶσι τὸν θεὸν καὶ πλέον, ἐν χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, δι' οὗ, καὶ μεθ' οὗ αὐτῷ τῷ πατρὶ αὐτῷ ἦν ἐν ἁγίῳ πνεύματι, τιμὴ, & κράτος & καὶ δόξα, εἰς αὐτοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων ἀμήν.

sumpta occasione, si literas sacras euoluas, illisque legitimé mẽte insistas, omnia ad exactum, plenius & liquidius, quàm à me dici potuêre, deprehendes. Illæ enim à viris rerum cęlestium peritis, & ab ipso Deo cõscriptæ sunt & enunciatæ. Nos autem ista hausimus à magistris diuinitus afflatis, qui eos libros euoluerant, & sese diuinitatis Christi martyres testésq; exhibuerant, quæ nos tuæ sedulitati tradenda existimauimus. Simul te latere nolim, Alterum eius aduentum, illustrem & diuinum, non humilitate contemptibilem, sed gloria magnificum, in expectatione esse, atq; imminere, quum non, vt patiatur, rediturus sit, sed vt fructus suę crucis omnibus retribuat, immortalitatem videlicet & resurrectionem & incorruptibilitatẽ: nec vt iudicetur, sed vt iudicet, secundũ ea, quæ quisque in corpore suo gesserit, siue bona, siue mala sint: vbi bonis quidem regnum cælorum repositum destinatúmque est: malorum verò desìgnatoribus, ignis æternus & caligo extrema. Ita enim Dominus ait: *Iam abhinc videbitis Filium hominis sedentem à dextra potentiæ, & venientem in nubibus cæli in gloria Patris*. Quamobrem Saluatoris est Verbum, præinstruens nos in illum diem, his verbis: *Estote parati, vigilate, quoniam ea hora, quam incognitam habetis, venturus est*. Nam secundum Paulum, *Oportet nos sisti ante tribunal Christi, vt accipiat quisque prout ea sunt, quæ corpore gessit, siue bona, siue mala*. Cæterum ad scripturarũ indaginem, verúmq; intellectum opus est vita proba, animo puro, & virtute quæ secundum Christum est, vt mẽs per eius tramitem decurrens, ea quæ expetit, adipisci possit, quatenus fas est humanã naturã diuina intelligere. Nam sine pura mente, & Sanctorũ imitatione, nemo comprehenderit Sanctorum verba. Quemadmodum si quis intueri velit solis iubar, oculos planè detergit, & in splendorem redigit, quantum potest ad eius similitudinẽ cuius conspiciendi desiderio tenetur, sese purificans, vt ita oculus, iam lumen redditus, lumen solis contempletur: Aut quemadmodum, si quis ciuitatem aut prouinciam perlustrare velit, plané ad ipsum locum spectandi causa procedit: ita quoque qui volet mentem virorum cęlestia loquentium intelligere, priùs detergere & abluere viuendi disciplina animam debet, & ad sanctos accedere cum studiorum factorúmque similitudine, vt illis consuetudine paris vitæ, familiaris redditus, quæ ipsis à Deo reuelata sunt, cognoscat, & vnà cum illis inflammatus, peccatorum quidem pericula, eorúmque ignem in die iudicij effugiat: ea verò percipiat, quæ Sanctis sunt reposita in regno cælorum, quæ nec oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, quæ præparata sunt iis, qui secundum virtutem viuunt, Deúmque diligunt, & Patrem in Christo Iesu Domino nostro: per quem & cum quo, ipsi Patri vnà cũ filio in spiritu sancto honor, potẽtia ac gloria, in omnia secula seculorũ, Amen.

S. Patris noſtri

ATHANASII
ARCHIEPISCOPI
Alexandrini

Diſputatio in Niceno Concilio, contra Arium: habita anno Chriſti incarnationis vltra trecenteſimum decimo, imperante pio Rege Conſtantino, beatoq; Papa Syluestro, & Epiſcopo Conſtantinopolitano Alexandro.

Τῆ ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ
ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ
Ἀλεξανδρίας

Διάλεκτος ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ πρὸς Ἄρειον ἐπὶ τῆς θείας ἀναιρέσεως τοῦ ἐν ἡμέραις τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως Κωνσταντίνου, καὶ τοῦ μακαρίου πάπα Σιλβέστρου, καὶ ὁσιωτάτου Βιζαντίου Ἀλεξάνδρου.

A

DEi prouidẽtia abibam comitatus chariſſimis meis fratribus ad deſideratos mihi Dei amicos, pedetentim incedens ob corporis imbecillitatẽ, vnà cum prædictis Dei ſeruis: vbi vnus ex comitibus ſciſcitatus eſt, de verbo dominico, quod eſt: *Pater meus qui me miſit, maior me eſt*, egóque reſpondi ad interrogationem, quam ille protulerat, Inhibe in præſentia hanc de hac re quęſtionem ſuauiſſime frater: verum vbi permittente Deo domum regreſſi eſſemus, me eius capituli diſquiſitionem, quàm ſolertiſſimè facturũ. Hæc vbi loquutus eſſem, obortus eſt ſubitus quidem in pectore meo pietatis afflatus, mecúmque aiebam. Non incõſideratè beatus Paulus ſcribens ſuo diſcipulo Timotheo, loquutus eſt: *Exerce temetipſum ad pietatẽ*. Reuera diuinus theſaurus plenus omnino ineffabilium bonorum, & ſub coniecturam non veniẽtium eſt religio & cultus numinis: dicebamq; mecum in animo, pietatem rem magnificã eſſe & glorioſam, & quæ poſſet ipſius magnificẽtiam adeuntes ſaluos facere. Simul mihi & in mentem ſubibat Domini mei Ieſu Chriſti parabola de verè beato pietatis affectu, & religione, & quæ maxima eſt, & omnib. immortalibus diuitiis ſcaturit, adeo vt raro in hominibus reperiatur: niſi qui ſupra vulgus eximij, mente veritatis ſtudioſa, incorruptibilem eius pulchritudinem peruestigant. Qui tamẽ ipſi non ſuis viribus ad amabilem eius conſpectum perueniunt, ſed eò deducuntur ſuo in Deum amore & aſſiduitate orationis, atque ita hoc donum Dei aſſequuntur: quò fit, vt æternum in animis gaudium concipiãt, qui ſpecioſam illius dignitatem contemplantur, vt ait dominus, *Simile eſt regnum calorum theſauro abſcondito in agris, quem vbi inuenit homo, lætatur: deinde abit, & vendit omnia quæcunque habet, & emit agrum illum*, deinde quaſi intus in corde meo ageret, colloquitur mecum beneuolenter, & ait: Homo, etſi multa ſint pec-

Τῆ θεῖ προνοίᾳ ἀπήειν περιελήλυθώς σὺν τοῖς φιλτάτοις μοι ἀδελφοῖς, πρόσω ἐποιούμενος τὸν θεῖον δρόμον, ῥῆμα δέπως βαδίζοντα διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀσθένειαν, ἅμα τοῖς προειρημένοις τοῦ θεοῦ θεράπουσιν, ἤρετό μοι τις τῶν συμπορευομένων μοι ἀνδρῶν περὶ τοῦ κυριακοῦ ῥητοῦ φάσκοντος, ὁ πατήρ μου ὁ πέμψας με, μείζων μού ἐστι· κἀγὼ φημι πρὸς τὸν πρεσβύτην ἐπαγήσχεν, ὅτι τοῦ παρόντος ὅτι σχεῖν περὶ τούτου ζήτησιν γλυκύπατε ἀδελφῶν. ἐπὰν ὁ θεὸς ἐπιτρέπῃ ἐν τοῖς οἰκείοις ἐπανελθόντες ἐξετάσιν τοῦ κεφαλαίου ἀσφαλέστερον ποιησώμεθα· καλῶς τοῦτο εἰρηκότος, αἰφνίδιος ἡ καλοχὴ τῆς εὐσεβείας γίνεται ἐν τῇ καρδίᾳ μου, ἔλεγον δὲ ἐν ἐμαυτῷ· ἐκ ἀσκόπως ὁ μακάριος παῦλος ἐπιστέλλων τῷ ἑαυτοῦ μαθητῇ Τιμοθέῳ ἔφασκε, γύμναζε σεαυτὸν πρὸς εὐσέβειαν. ἀληθῶς ὁ θεῖος θησαυρὸς ἀῤῥήτων καὶ ἀνεκλάλων ἀγαθῶν πεπληρωμένη τυγχάνει, ἡ εἰς τὸ θεῖον εὐσέβεια ἔλεγον δὲ ἐν ἐμαυτῷ κατὰ διάνοιαν, ὅτι μεγαλοπρεπὴς καὶ ἐπίδοξός ἐστιν ἡ εὐσέβεια, καὶ δυναμένη σῶσαι τὸν προσελάσαντα τῇ ἑαυτῆς εὐπρεπείᾳ. ὑπεισήει δέ με καὶ τὸ κυριακὸν μου ἐκεῖνο ῥῆτον περὶ τῆς μακαρίας εὐσεβείας, ὡς μεγίστη τις καὶ πάντων ἀμβροσιακῶν πλούτων πεπληρωμένη τυγχάνει, καὶ σπανίως εὑρίσκεται ἐν τοῖς ἀνθρώποις, εἰ μὴ ἄρα ἀπὸ τῶν πολλῶν ὀλίγοι μόλις φιλαληθεῖ γνώμῃ καταπτύχωσι τὸ ἀφθαρτον κάλλος αὐτῆς. καὶ ὅπερ ἐγὼ οὐκ ἰδίᾳ δυνάμει καλιελήφασι τοῦ ἐπέρασον πούτης ὄψιν· ἀλλὰ τοῦ πρὸς θεὸν φιλίαν σπουδάσαντες, συχναῖς λιταῖς χρησάμενοι, εἰλήφασι τοῦτο τοῦ θεοῦ δῶρον· ὅπως ἀίδιον χαρὰν ἐνστερνίσωνται οἱ κατοπτευόμενοι τὸ ὡραιότατον πάντων ἀξίωμα. φησὶν ὁ κύριος, ὁμοία ἐστὶν βασιλεία τῶν οὐρανῶν, θησαυρῷ κεκρυμμένῳ ἐν ἀγρῷ, ὃν εὑρὼν ἄνθρωπος ἐκάρη, εἶτα ὑπάγει καὶ πωλεῖ πάντα ὅσα ἔχει, καὶ ἀγοράζει τὸν ἀγρὸν ἐκεῖνον· εἶτα ὥσπερ ἐσώτερον ἐν τῇ καρδίᾳ μου, προσωμίλει μοι προσηνῶς, καὶ φησὶν, ἄνθρωπε, εἰ καὶ πολλαί σε εἰσὶν αἱ ἁμαρτίαι-

ὑμᾶς, κράτει ἰσχυρῶς τῷ εἰς τὸ θεῖον σέβειαν. Διὰ γὰρ ταύτην, καὶ ἡ ἄφεσις τῶν ἁμαρτιῶν παρὰ θεοῦ δίδοται, καὶ θάνατος νικᾶται, καὶ εἰς βασιλείαν οὐρανῶν ἄνθρωποι εἰσελάσαι ἀρίστα δεδυνήσεται. πᾶς γὰρ τάπις, εἰς ὑπόμνησιν ἐλήφθα καὶ τοῦ, οἷόν ὁ θεὸς σέβεσι φύεται, ἀνόμους δὲ τηρεῖν εἰς ἡμέραν κρίσεως κολαζομένους αἰωνίῳ πυρί. ἔστι γὰρ ὁ ἄνομος, ὅτι καὶ τυγχάνει καὶ ἀσεβὴς, ἐκ τῆς ἀσεβείας, ἁμαρτία γίνεται. μήτηρ οὖν πάντων τῶν κακῶν, ἡ ἀσέβεια, πυθήνος δὲ ψευδῶν ἁπάντων ἡ ἄνοια τυγχάνει, μακάριος οὖν ὁ τῆς εὐσεβείας υἱὸς, ὅτι καὶ υἱὸς χριστοῦ κληθήσεται. ἀθρόως δὲ ἐπέστημεν τῷ τόπῳ ἔνθα ἦμεν τῇ ὁρμῇ πεποιημένοι, καὶ συνευγχάνοντες τοῖς γνησίοις, ἀσμένως διεδεχθημεν ἅπαντες, ἡμεῖς τε, ὅτι ἠξιώθημεν τοὺς ἁγίους θεάσασθαι, ἐκεῖνοι τε, ὅτι ἀδελφοὺς ἑωράκασι. κοινολογουμένων τε ἡμῶν ὑπὲρ πολλῶν τῶν ἀνηκόντων τῇ σεβασμιωτάτῃ θρησκείᾳ, μετὰ πολλῆς εὐταξίας καὶ φειδοῦς· αἰφνιδίως ἀπὸ τῆς ῥίζης ὁ χρισομάχος ἐφάνη, θηρίον ἀνθρωπόμορφον εἴτε πήδησε πρὸς ἡμᾶς, καὶ πρὸς βραχὺ ἐπακροασάμενος τῶν εὐσεβείας ῥημάτων, μὴ δυνάμενος φέρειν, ἔλεξε τάδε, ἢ διδάξατέ με τὴν ἡμετέραν δόξαν, ἢ διδάξω ἡμᾶς τὸ ἐμὸν φρόνημα. ἐγὼ δὲ, ἀπεκρινόμην πρὸς αὐτὸν, μὴ πάντας προσκαλοῦ εἰς ζήτησιν, μεγάλοι γάρ εἰσιν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ, εἰδὲ βούλει ὑπὲρ τοῦ παρόντος προσμετρήσωμεν τὸ σμικρόν σου μόνον σωζεσθαι, ἡδίστη ἐγώ σοι λόγου παρέξω περὶ τοῦ ζητήματος. προσάγαγε πρῶτος τὴν πρόθεσιν, μόνον φιλαλήθως πίστωμεν τὸ σωζέσθαι, καὶ μὴ φιλονεικότερον πρὸς τὰ προσφερόμενα ὑπὸ τοῦ πλησίον θεόπνευστα ῥήματα διαπτώμεν. Ἄρξαι εἶπεν, ἐμοὶ δοκεῖ προθυμένως ὁμολογῆναι ὑφ' ἑκατέρων ἐμοῦ τε καὶ σοῦ εἰς τὰ ζητούμενα, ἕκαστόν τε ἡμῶν ἐκθεῖναι ἀφρονεῖ περὶ θεοῦ καὶ χριστοῦ, καὶ πνεύματος ἁγίου, ἐν ὀλίγῃ ῥοπῇ, ὅπως καὶ σκοπὸν προθέμενοι τοὺς λόγους, καὶ μὴ εἰς κενὸν πίστωμεθα ἅμιλλαν λόγων, φανερά τε ἡ ἐπιβραβεῦσα δόξα, ὁμοίως τε καὶ ἡκαθαιρεμένη. περὶ γὰρ πίστεως βούλομαι ζητῆσαι πρός σε, ἐπεὶ δὴ μάλιστα ἀκήκοα ὀρθῶς μὴ ὁμολογούντων ὑμῶν περὶ τοῦ εἰς τὸ θεῖον πίστεως καὶ εὐσεβείας. Ἀθανάσιος εἶπεν, θεοπρεπῶς πάντες οἱ ἀληθεῖς, ἐγὼ δὲ ὀφρονῶ, φημὶ ἐν ὀλίγῃ ῥοπῇ· πιστεύω εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ἀεὶ ὄντα θεὸν πατέρα, καὶ εἰς τὸν θεὸν λόγον, τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ θεοῦ, ὅτι συνυπάρχει τῷ ἰδίῳ πατρὶ, καὶ ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ θεοῦ καὶ πατρός ἐστιν ὁ υἱὸς, καὶ ὅλως ἴσος ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς τυγχάνει, καὶ ὅτι ἰσόλυμός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, καὶ ὅτι σὺν τῷ πατρὶ αὐτοῦ πάρεστι παντοχοῦ τῇ θεότητι, καὶ ὅτι πάντα περιέχει τῇ οὐσίᾳ αὐτοῦ, καὶ ὅτι οὐδενὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, καθάπερ ὁ θεὸς ὁ πατὴρ αὐτοῦ. καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅλη τῆς πατρὸς ἐστιν οὐσίας, καὶ συναΐδιον τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ τυγχάνει τὸ ἅγιον πνεῦμα, τὸν λόγον φημὶ ἐν σαρκὶ γεγονέναι. Ἄρει οὖν εἶπεν, πιστεύω κἀγὼ εἰς ἕνα θεὸν ἀΐδιον, καὶ εἰς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ὃν περὶ τῶν αἰώνων ἔκτισεν, ὡς θεὸς καὶ υἱὸν ἐποίησε. καὶ πάντα ὅσα ἔχει ὁ υἱὸς, μὴ ἔχων, ἔλαβε παρὰ τοῦ θεοῦ, καὶ ὅτι οὐκ ἴσος ἐστὶν ὁ υἱὸς οὐδὲ ἰσόλυμος τῷ πατρὶ· ἀλλ' ἀπολείπεται τῆς θεοῦ δόξης

cata tua, retine fortiter verā pietatem, ob eam enim remissio peccatorum donatur, & mors vincitur, & in regnum cælorum humano generi aditus patet. Præter hæc, & illud quoque in mente habui: Nouit dominus pios liberare, & iniquos seruare in diem iudicij, puniēdos æterno igni. Nam quisquis est impius, is quoque & iniquus est. Ex impietate peccatum nascitur, omnium malorum mater impietas, nutrix omnium mendaciorū hominum dementia. Beatus igitur filius pietatis quoniam hic Filius Christi vocabitur. Simul tandem stetimus in loco, quo iter habebamus, & nacti genuinos syncerósque homines, libenter quidem nos & cum gaudio ibi commorabamur, quòd digni habiti essemus, qui sanctos visitaremus: illi vero, quòd fratres suos conspicerent. Nobis igitur hæc inuicem communicantibus, quæ ad pietatem spectabant, multa cum modestia & frugalitate: de repēte ex radice Christo inimici Arij bellua sub humana specie ad nos insiluit: & aliquantisper audiens sermones pietatis, ac tandem eorum impatiens, in hæc verba prorupit, Aut docete me vestram doctrinā, aut ego docebo vos meam sententiam, Hic ego illi respondi, Ne prouoca omnes ad disputationem: Magni enim viri sunt in domo Dei, sed si vis in præsentia aduersum me, qui minimus sum, in aciem prodi. Nam ego me tibi libentissimè offero ad hāc disputationem, modò studio veritatis hanc disquisitionem subeamus, & nō verbis diuinis, quæ vltro citróq; adferentur, peruicaciam adhibeamus. Hîc ARI. ita loquutus est. Mihi videtur necessarium in hoc negocio, vt vterque definiat, & exponat, quid de Deo & Christo, & Spiritu sancto sentiendum putet, idque per compendium, vt ad scopum verba nostra coniiciātur, & ne inaniter verbis digladiemur: ita enim quæ sententia vincat, & quæ vincatur, in aperto erit. Nā de fide volo tecum disceptare, maxime quia audiui vos non rectè differere de fide & religione in Deum. Hic ATHANA. Ego quod sentio, compendio dicam. Credo in vnum Deum, Patrem omnipotentem, Deum semper Patrem, & in Deum Verbum, vnigenitum Filium Dei, eumque vnà cum Patre suo coexistere, & ex substantia Patris esse, & æqualem suo Patri esse, & eiusdem dignitatis, & cum Patre suo per deitatem vbique adesse, & omnia continere sua essentia, & à nemine contineri, quemadmodum & deus Pater ipsius. Credóque in Spiritum Sanctum, eum esse Patris substantiæ, & coæternum cum Patre & Filio, Verbum quoque dico in carne fuisse. AR. Contra hæc. Credo & ego in vnum Deum æternum, & Filium eius, quem ante secula creauit, vt Deus, Filiumque sibi fecit: & quæcunque habet Filius, ea quum non haberet, accepisse à Deo, atque ideo illum Patri non æqualem esse, neque eiusdem dignitatis, sed vt creaturā relinqui, & deficere à gloria Dei, eundemque

démque minorem esse, quantum attinet ad potentiam dei: Credóq; in Spiritum Sanctum è Filio genitum. En tibi sententiam meam. Hic ATHA. inquit: Iam mihi cum omni arte exordire quęstionem: video enim te magnis malis teneri: quāquam tu vltrò in primo accessu nos increpabas, quasi non recte de Patre, & Filio, & Spiritu sancto sentientes. Hic ARIVS. Quomodo ais deum semper Patrem, qui solus deus est, & sua voluntate condidit Filium, quemadmodum scriptum est? ATH. Vbi scriptum est, quod solus deus Pater est? ARIVS. Apud Paulum apostolum, qui ita dicit, *Nobis vnus Deus ex quo omnia*, ATH. Sequentia Apostoli verba adiunge: dicit enim, Et vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia. AR. Vides Filium ministrum operis, non authorem, quod ipse de se pronunciauit, in iis quæ viderit Patrem facientem: *Quæ enim Pater facit, hæc & filius facit*, obserua hic Filium esse ministrum creationis, nō creatorem. ATHA. Vide ne pugnes cum veritate, Nam dictum Pauli quod putas valere in causa dei Patris, hoc ipsum quoque de Filio dici apud Paulum reperies. Ita enim inquit, *& ipse posuit in Ecclesia primum Apostolos, secundo Prophetas: istos rursum Euangelistas, illos vero pastores, & magistros, ad consummationē populorū, in opus ministerii, in ædificationē corporis Christi, donec omnes occuramus in vnitatem fidei, & agnitionem filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, vt non amplius simus infantes, fluctuemusque, & horsum illorsum rapiamur, vndique mobiles omni vento humanæ doctrinæ temerariæ & vafræ, ad iter sternendum errori. Sed veraces in dilectione, adolescamúsque per omnia in eum, qui est caput, Christū, ex quo omne corpus ratione & proportione coaptatum, conglutinatumque, per omnem iunctturam suppeditationis, &c.* Videns hanc vocem (*ex quo*) communiter prædicari de Patre & Filio quam tu duntaxat Patri vendicas? AR. Bene est, quod recitas totū hoc membrum Apostoli: Sed ego maioris fidei esse censeo domini Verbum, quàm Apostoli: Ille enim inquit, quod ex se non possit quicquam facere, nisi viderit Patrem facientem. ATHA. Quid in principio Deus fecit? AR. Cælum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, vt scriptum est. ATH. Ergo supereſt vt à te ostendatur, quodnā Cælum, & quodnam mare, cum cæteris quæ in iis sunt, principio fecerit deus, ac deinde quid Filius, quum ea condita vidisset vt ipse quoque similiter quemadmodum Pater suus eadem fecerit. AR. Nefariū puto asseuerare, primum mundum à Deo conditum esse: alterum autem à Filio, quum de secundo mūdo nulla demonstratio suppetat, nimirum re ipsa apud omnes manifesta, non alium esse mundum, quàm qui conspicitur. ATHAN. Igitur ex se Filius creauit omnia. AR. Obsecro, dic mihi qui fieri potest, vt ex se crearit omnia? non est, vt quispiam hoc dicat. ATHANA. Sapiens cōsilium suum quod secum init, vbinam comperit? AR.

ὡς ποίημα, λείπει δὲ τὸ τοῦ θεοῦ δυνάμεως, καὶ ἐκ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ ἐξ ἡμῶν γεγονός. ἰδὲ κἀγὼ λαῦτα φρονῶ. Ἀθανάσιος εἶπεν, λοιπὸν μὴ πάσης ἐπιστήμης ἔχει τὸ ζητήσεως, ὁρῶ γάρ σε ἐν μεγάλοις κακοῖς ἐχόμενον, εἰ καὶ παμάλιστα σὺ παρελθὼν ἐκ τοῦ αἰτιᾶν ἡμᾶς ἐποίησας, ὡς μὴ ὀρθῶς φρονοῦντας ἡμῶν περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος. Ἄρειος εἶπεν, πῶς φὴς τὸν θεὸν ἀεὶ πατέρα, ὃς μόνος θεὸς ὢν, ἰδίᾳ βουλήσει ἔκτισεν τὸν υἱὸν αὐτοῦ καθὼς γέγραπται; Ἀθανάσιος εἶπεν, πῦ γέγραπται ὅτι μόνος ἐστὶν ὁ πατήρ. Ἄρειος εἶπεν, παρὰ παύλῳ ἀποστόλῳ. Φησὶ γὰρ, ἡμῖν εἷς θεὸς ἐξ οὗ τὰ πάντα. Ἀθανάσιος εἶπεν, τὰ ἑπόμενα ἀνάγνωθι τοῦ ἀποστόλου ῥητά, ἔφη γάρ, καὶ εἷς κύριος ἰησοῦς χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα. Ἄρειος εἶπεν, ὁρᾷς ὅτι ὑπηρέτης ἐστὶ καὶ οὐχὶ αὐτουργὸς ὁ υἱός; καθὼς αὐτὸς περὶ αὐτοῦ ἔλεξεν, ἐὰν μὴ βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα; ἃ γὰρ ἂν ὁ πατὴρ ποιεῖ, ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς ποιεῖ· πρόσεχε πῶς ὑπηρέτης καὶ δημιουργός ἐστιν ὁ υἱός. Ἀθανάσιος εἶπεν, ὅρα, μὴ μάχῃ πρὸς τἀληθῆ. ὅπερ γὰρ ῥητὸν δοκεῖς τὸν παῦλον κρατεῖν, περὶ θεοῦ πατρὸς, τοῦτο καὶ περὶ τοῦ υἱοῦ εὑρήσεις παρ' αὐτῷ τῷ ἀποστόλῳ λεγόμενον. Φησὶ γὰρ, καὶ αὐτὸς ἔθετο ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, τρίτους δὲ εὐαγγελιστὰς, ἄλλους δὲ ποιμένας καὶ διδασκάλους, πρὸς τὸν καταρτισμὸν τῶν λαῶν, εἰς ἔργον διακονίας, εἰς οἰκοδομὴν τοῦ σώματος τοῦ χριστοῦ, μέχρι καταντήσωμεν οἱ πάντες εἰς τὸ ἑνότητα τῆς πίστεως καὶ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ χριστοῦ, ἵνα μηκέτι ὦμεν νήπιοι, κλυδωνιζόμενοι καὶ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας, ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἐν πανουργίᾳ πρὸς τὴν μεθοδείαν τῆς πλάνης, ἀληθεύοντες δὲ ἐν ἀγάπῃ, αὐξήσωμεν εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, ὅς ἐστιν ἡ κεφαλὴ ὁ χριστὸς, ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα συναρμολογούμενον καὶ συμβιβαζόμενον διὰ πάσης ἁφῆς τῆς ἐπιχορηγίας, κατ' ἐνέργειαν. ὁρᾷς ὅτι ἡ φωνὴ κοινῶς κληρονομεῖται πατρὸς καὶ υἱοῦ, καὶ συμμερῶς πρὸς πατρὸς καὶ ἐξείληφας; Ἄρειος εἶπεν, καλῶς ἐμνημόνευσας πρὸς τοῦτο ὅλως τὸν πρόσκοπον ἐγὼ ἀξιοπιστότερον ἡγοῦμαι λυγχάνειν τὸν ἀποστολικὸν ῥητὸν, τὸ προφερόμενον κυριακὸν ὑπ' ἐμοῦ λόγιον, ἔφη γὰρ ὁ κύριος μὴ δύνασθαι ἀφ' ἑαυτοῦ ποιεῖν μηδέν, ἐὰν μὴ βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα. Ἀθανάσιος εἶπεν, τί ἐποίησεν ὁ θεὸς ἐν ἀρχῇ. Ἄρειος εἶπεν, οὐρανὸν, γῆν, θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς καθὼς γέγραπται. Ἀθανάσιος εἶπεν, ἀκουε λοιπὸν ἐὰν δύνῃ ἐπιδειχθῆναι πρὸς σὲ, ποίους οὐρανοὺς καὶ γῆν καὶ θάλασσαν καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ἐποίησεν ὁ θεὸς ἐν πρώτοις, εἶθ' ὕστερος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐωράκως ἐποίησεν ὁμοίως τῷ πατρὶ αὐτοῦ. Ἄρειος εἶπεν, ἀθέμιτον ἡγεμὴν τυγχάνειν, τὸ εἰπεῖν πρῶτον κόσμον ὑπὸ τοῦ θεοῦ δεδημιουργῆσθαι, ἕτερον δὲ ὑπὸ τοῦ υἱοῦ, δεύτερον μὴ δυναμένου καταδεῆ ὄντος παραγμάτων πάντων, οὐδὲ εἷς τυγχάνει ὁ ὁρώμενος κόσμος. Ἀθανάσιος εἶπεν, ἀκουε ἀφ' ἑαυτοῦ δημιουργεῖ ὁ υἱὸς τὰ πάντα. Ἄρειος εἶπεν, πῶς καλῶς εἰπέμοι, πῶς ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀκέστι ὃς λέξει τοῦτο. Ἀθανάσιος εἶπεν, ὁ σοφὸς τὰ βουλὴ αὐτοῦ, πᾶς δὲ οἶσθα. Ἄρειος

εἶπεν, ἐν

εἶπεν, ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ. Ἀθανάσιος εἶπεν, χριστὸς ἢ θεοῦ δύναμις καὶ σοφία τυγχάνει κατ' τὸ μακάριον παῦλον, ναί, ἢ οὔ. Ἄρειος εἶπεν, ὁμολογουμένως χριστὸς δύναμις καὶ θεοῦ σοφία. Ἀθανάσιος εἶπεν, ἡ σοφία σου, μὴ ἀλλαχόθεν σοφίζεται; Ἄρειος εἶπεν, μὴ γένοιτο. Ἀθανάσιος εἶπεν, οὐκοῦν ἀφ' ἑαυτῆς ὡς σοφία πράττει. Ἄρειος εἶπεν, ἔτως ἔχει. ἀκουσον ὁ πατὴρ ἃ ἐδημιούργησεν; Ἀθανάσιος εἶπεν, ἄκουε, εἰ μὴ θεοπλῶς λαλεῖ, ἀμὴ θέμις μήτε λέγειν μήτε ἀκούειν, ὡς μὴ σιωπαμένου τινὸς μεταστρέψαι τὰ τοιαῦτα. πλὴν ὅπῃ ἔ παρεσμὸς, δός μοι λόγον σοῦ ἔ ἐπερωτῶ, ὁ σιωπαλὸς, πῶς αὐτουργεῖ; Ἄρειος εἶπεν, ἐν τῇ σιωπᾶμει αὐτοῦ τὸ πᾶν πράττει. Ἀθανάσιος εἶπεν, χριστὸς ἢ ἀπαράτως θεοῦ δύναμις ὑπάρχει; Ἄρειος εἶπεν, ὁμολογῶ). Ἀθανάσιος εἶπεν, ἀκουσον χριστὲ σιωπάμενος ὄντος θεοῦ, ἅπερ δημιουργεῖ ἡ δύναμις, τελεῖ ὁ χριστός, ταῦτα ποιεῖ ὁ πατήρ. Ἄρειος εἶπεν, πῶς ἅπερ δημιουργεῖ ὁ χριστὸς, ταῦτα δημιουργεῖ ὁ θεὸς; Ἀθανάσιος εἶπεν, ἡ δύναμις ἀπὸ τοῦ σιωπατος κεχώρισται; Ἄρειος εἶπεν, μὴ γένοιτο, τίς γάρ πολε ἐώρακεν ἀγωνιστὴν, πάλην ἰδίως ἀνδριζόμενον, καταμόνας ἢ τὸ δύαμιν αὐτοῦ; εἰ γὰρ μὴ τοῦτ', ἐπ' ἀμφοτέρως ἂν ἐκομίσθησαν τὰ βραβεῖα ἤτοι καὶ στέφανοι. Ἀθανάσιος εἶπεν, ὀρθῶς ἔφης, εἰ οὕτω ἐπ' ἀνθρώπου τοῦτ' ἐδωκας μήτε δύαμιν κεχωρισμένως τι πράττειν, μήτε μὴν τὸ σῶμα ἑτέρως ἐνεργεῖν τι, ἀκουσον χριστὸς σιωπάμενος ὢν πατρικὴ, ἀχωρίστως πάντα ἅπερ ἀπράττει ὁ πατὴρ, πράττει ταῦτα αὐτός. Ἄρειος εἶπεν, ἔγω ἔτως, τὸ ἀχωρίστως δημιουργεῖν τὸ μὲν σωτῆρι τῷ θεῷ τὸ πᾶν, μὴ ἰδία δύαται καὶ ἴσος ἐστὶ τῷ θεῷ; καθὼς συνῆκας τὸ σωτῆρος λέγοντος, ὁ πατήρ μου ὁ πέμψας με μείζων μου ἐστίν; Ἀθανάσιος εἶπεν, ἐρωτήσω σε, σὺ ἢ ἀποκρίθητί μοι, ὁ σωτὴρ μου, μὴ συναλία ἐφθέγξατο ἑαυτῷ; Ἄρειος εἶπεν, μὴ γένοιτο, παυλαχοῦ γὰρ σύμφωνος τυγχάνει ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ. Ἀθανάσιος εἶπεν, πῶς οὖν ὁ κύριος ἐν ἄλλῳ τόπῳ φάσκει, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. Ἄρειος εἶπεν, σὺ σαβέλλιος εἶ. Ἀθανάσιος εἶπεν, διὰ τί εἰμι σαβέλλιος. Ἄρειος εἶπεν, ἐπειδὴ εἶπας ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς ἕν ἐσιν. Ἀθανάσιος εἶπεν, μὴ καταψεύδωμεθα, ἃ γὰρ ἔτως φημὶ ὅτι ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς ἕν ἐσιν, ἀλλ' ὅτι ὁ κύριος ἔφη, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. Ἄρειος εἶπεν, αὕτη ἡ αἵρεσις σαβελλίου ἐστίν. Ἀθανάσιος εἶπεν; Οὐκοῦν ὁ κύριος ὁ εἰρηκὼς ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, σαβέλλιος ἦν; ἃ πάντες οἱ χριστιανοὶ ἴσασιν τὸ υἱὸν τοῦ θεοῦ ὅτι ἐσμεν; σὺ δὲ σαβέλλιον καὶ διδάσκαλον αἱρέσεως αὐτὸν φῂς; Ἄρειος εἶπεν. μὴ γένοιτό μοι τοῦτο φρονῆσαι, ὁ γὰρ σωτὴρ εἶπεν ταῦτα συμφωνίας ὅτι ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. Ἀθανάσιος εἶπεν, ἕνεκεν τίνος ἔλεξε τοιάδε ὁ κύριος, τί θέλων τοῦτο φανῆναι, τὴν συμφωνίαν καὶ σε, ἢ τὴν θεότητα καὶ τὸ ὀρθὸν λόγου; εἰ μὲν γὰρ τὴν συμφωνίαν καὶ σε, ἆρα μάρτυρας κατασκευάζει καὶ ὁ παῦλος; μὴ ἆρα ἀθέτησις αὐτῷ γέγονεν ὑπὸ τοῦ παύλου, εἰ γὰρ ἔτως ἔχει, ὁ υἱὸς κληρονομεῖ τὸν παῦλον καὶ σε ὡς ἀγνώμονος καὶ μὴ μένοντος ἐν τῇ σωτηρίας τῆς συμφωνίας τοῦ παύλου, εἰ δὲ οὐκ ἔτως ἔχει, λοιπὸν νόησον σοῦ σε ἀπάγει τὸν φρονήμα. Ἄρειος εἶπεν, ἀλλὰ τί θέλεις, ἵνα εἴπωμεν, ὅτι ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς ἕν ἐσιν. Ἀθαν. εἶπεν, ὁ κύριος ἰησοῦς οὐκ εἶπεν ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμι, ἀλλ' ἔφησεν ἐσμὲν, καὶ τὴν δυάδα τελείαν παρέστησεν

In sua sapiẽtia. ATH. Christúsne Dei potentia & Sapientia est, secũdum beatũ Paulum? aisne, an negas? AR. Extra cõtrouersiã est, Christum esse Dei potẽtiam & Sapientiã. ATH. Sapiens sapiẽtia sua, an aliũde sapiens redditur? AR. Absit vt aliunde. ATH. Igitur ex se omnia, vt qui sapientia sit, efficit. AR. Ita se habet. Ergo Pater nihil creauit? ATH. Audi igitur, & ne temerè loquare, quę dictu auditúq; nefaria sunt, quasi ista tua à nemine subuerti queãt. Sed tamen iã respondemihi in pręsentia, de eo quod percũctaturus sum. Is qui potens est, vnde creator rerũ efficitur? AR. Sua potentia omnia facit. ATH. Christúsne potentia Dei est? AR. In cõfesso est. ATH. Igitur quũ Christus sit potentia Dei, quæcunq; facit hæc potentia, hoc est, Christus, eadẽ & fecit Pater. AR. Quomodo si facit Christus hæc Deus fecerit? ATH. Potentiáne á potente diuisa est? AR. Minime, quis enim vnquã vidit luctatorẽ in palæstra seorsum ipsum fortiter agere? & seorsum ab illo eius fortitudinem? nam si id esset, præmia & coronas ad vtrumq; deferri oporteret. ATH. Rectè dicis, si igitur in homine id ita se habere iudicas, vt neque vis corporis per se, neq; corpus sine hac vi separatim quid agat, Ergo Christus, qui est potentia Patris omnia indiscretò quæ operatur Pater, & ipse quoque operatur. AR. Esto, vt indiscretò Filius omnia operatur cum Patre, sed nũquid poterit esse æqualis Deo, quũ ipse ex eo loquẽte audias, Pater qui me misit, maior me est? ATH. Quęrã vicissim ex te, sed age respondę: Seruator mũdi sibi cõtraria loquitur? AR. Absit, semper enim sibi in dicẽdo congruit dei Filius. ATH. Cur igitur in alio loco dicit, *Ego & Pater vnum sumus?* AR. Tu Sabellius es. ATH. Cur Sabellius? AR. Quia Patrem & Filium vnum dicis. ATHA. Ne mihi mẽdacia affinge: non enim ita dico, quod Pater & Filius vnũ sit, sed quòd dominus dixerit, Ego & Pater vnum sumus. AR. sed hæc hæresis Sabellij est. ATH. Ergo dominus qui dixit, Ego & Pater vnũ sumus, ideóne Sabellius est? Nónne omnes Christiani Iesum agnoscimus Dei Filium esse: & tu eum Sabellium dicis & magistrum hæreseon? AR. Absit, vt ita sentiã, quippe quũ Seruator hoc dixerit, Ego & Pater vnũ sumus, de sua cum Patre concordia. ATH. Qua de causa hoc dominus dixit: aut quid volebat docere: concordiámne suam cum Patre (vt tu vis) an deitatem? quod recta ratio dictat. Nam si pro tua sententia concordiam demonstrare volebat; nũquid ergo testes comparare sibi voluit, metuens scilicet ne à Patre ignominiosè defraudaretur? Quod si ita est, filius nimirum secundum te Patrem accusat. Iam cogita quo te abducat tuus sensus. AR. Quid tibi vis: num vt dicamus, Pater & filius vnum sunt? ATH. dominus Iesus non dixit, *Ego & Pater vnũ sum, sed vnum sumus*, & dualitatem in hoc verbo (*sumus*) perfectam ostendit, & in hoc vocabulo

vnum, ea quæ ſunt ſubſtantiæ, ſignificauit. Tu autem re nõ intelle cta, ad abſurda raperis. AR. Quid? Nónne dominus dixit, *Pater qui me miſit, maior me eſt?* ATH. Quid: nónne quoq; dixit: *Ego & Pater vnum ſumus?* ac rurſum, *Qui videt me, videt & Patrem meum*: Quinimo & Apoſtolus quoque æqualitatem Filij quam habet cum patre, liquido oſtendit, his verbis: *Qui quũ in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſeipſum exinaniuit.* Vides æqualẽ eſſe Filium ſuo Patri, & non minorẽ: AR. Magna diſcordia mihi videtur ſcripturarũ, in re preſenti. ATH. Abſit, vt obloquatur homo diuinis, & à Deo inſpiratis ſcripturis, quaſi nõ omnia inter ſe conſonent: vt.n. libra iuſta, ita inter ſe congruunt omnes ſcripturæ. AR. At quî cõgruerint iſta? *Pater qui me miſit maior me eſt: &, Ego & pater vnum ſumus*: Iterũ alio modo: *Qui videt me, videt & patrem meũ*: per quod deſignat immutabilem ſui ſpeciem, quam habet cũ patre ſuo: vt & Paulus ait, *æqualẽ ſuo patri Filiũ non exiſtere.* ATH. Audi homo ac intellige, non diſſidere capitulũ illud q̃ dicit, *Pater qui me miſit, maior me eſt*, à reliquis capitibus. AR. Si hoc oſtenderis, quod quidẽ poſſibile fuerit, forſan & me facies, vt tuam ſententiã ſequar. ATH. Quid, Filius dei Deúſne eſt, an nõ? AR. Deus creatus à Deo. ATH. Si vis, reſpõde mihi, quod rogo, dei Filius creauitne omnia, an non? AR. Cõceſſum eſt prius, eũ omnia feciſſe, vt qui ſit potentia & ſapientia dei. ATH. ergo omnia continet, quæ à ſe ſunt condita, ſiue viſibilia ſiue inuiſibilia Dei Filius. AR. Ita ſe habet. ATH. Vbiq; igitur adeſt vi eſſentiæ ſuæ. Nam ſi dicas eum nõ vbique adeſſe: maiores dices res creatas creatore. AR. Adeſt vbiq;. ATH. Si igitur vbique adeſt dei Verbũ, vnde eſt quod dicit, *Pater qui me miſit, maior me eſt*: redde mihi eius rei rationem? AR. Ego hic hæreo, ſed quæſo dic tu mihi, qua ratione dixit Seruator, maiorem ſe ſuum patrem eſſe? ATH. Niſi prius dixeris, quod ego quæro, non dicam quod tu vis. AR. Dic quid vis. ATH. Angeli incorporeine ſunt, an homines potius? AR. Homines in corpore ſunt, Angeli vero, quia Spiritus, incorporei habẽdi ſunt. ATH. Qui igitur fatigãtur, hominéſne, an angeli ſunt? AR. Angeli, qui in laborãdo corporibus carent, laſſitudine nõ tẽtatur: hominib. autẽ propria eſt laſſitudo, ob corporis molẽ & põdus. ATHA. Dominus igitur vnde fatigationẽ ſenſit? Scriptum eſt.n. *Ieſus quũ laſſus eſſet ex itinere, ſedebat.* AR. Adducis me quo lubet exẽplo Angelorũ & hominũ, non Verbũ quod Deus eſt, laboraſſe laſſitudine, ſed ideo factũ, vt oſtenderet carnem, quã prius nõ habebat, quum Verbum & Deus eſſet, eam ſe denuo reſumpſiſſe: ideóq; carni ſuæ permiſiſſe vt pateretur quæ carnis ſunt propria, quò conſtare poſſit, eã carnẽ eſſe. ATH. Memor

ἐν τῷ λέξαι ἓν ἐσμεν. τὸ γὰρ ἓν, τ̃ τῆς οὐσίας ἐσήμανε· σὺ δὲ μὴ νοήσας, εἰς ἀσπιάν ἐχώρησας. Ἄρειος εἶπεν, ὁ κύριος οὐκ εἶπεν ὁ πατήρ μου ὁ πέμψας με μείζων μού ἐστιν; Ἀθανάσιος εἶπεν, ὁ σωτὴρ οὐκ εἶπεν ἐγὼ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν; καὶ πάλιν, ὁ ἑωρακώς με ἑώρακε τ̃ πατέρα· ἀλλα μᾶλλον καὶ ὁ ἀπόστολος τ ἰσότητα τ̃ υἱ̃ οὐκ ἦν ἔχει πρὸς τ ἑαυτ̃ πατέρα, σαφῶς ἐδήλωσεν, λέγων, ὃς ἐν μορφῇ θε῀ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θε῀, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσεν. ὁρᾶς ὅτι ἴσός ἐστιν ὁ υἱὸς τ̃ ἰδίου πατρὸς καὶ μικρότερος; Ἄρειος εἶπεν, ἀσυμφωνία μοι πολλὴ καὶ φανερὰ δοκεῖ γραφῶν εἶναι ὅτι δ παράκλητος. Ἀθανάσιος εἶπεν, μὴ γένοιτο, ἵνα ἄνθρωπος κατείπῃ τ̃ θείων καὶ θεοπνεύστων γραφῶν, ὡς δὲ μὴ συμφωνίας ταῦτα πάντα φθεγγομένων· ζυγὸς γὰρ ὥσπερ δίκαιός ἐστιν, οὕτω συμφωνεῖ πρὸς ἑαυτὰς πᾶσαι αἱ γραφαί. Ἄρ. εἶπεν, πῶς συμφωνεῖ; ὁ σωτὴρ ἔφη, ὁ πατήρ ὁ πέμψας με μείζων μού ἐστι. πάλιν ὁ αὐτὸς λέγει, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. Ἐπὶ ρως, ὁ ἑωρακώς ἐμε, ἑώρακε τὸν πατέρα· ὃ δὲ σημαίνει τ̃ ἀπαράλλακτον αὐτ̃ ἰδέαν καὶ ὁμοίωσιν ἔχει πρὸς τὸν ἑαυτ̃ πατέρα· ὡς καὶ ὁ Παῦλός φησι, μὴ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θε῀. Ἀθανάσιος εἶπεν, ἄνθρωπε ἄκουε καὶ σύνες, ὁλόκληρον ἐκεῖνο κεφάλαιον ὁ πατήρ μου ὁ πέμψας με μείζων μού ἐστι, τ̃ λοιπῶν κεφαλαίων. Ἄρειος εἶπεν, ἂν τοῦτο ἀποδείξῃς, ὅπερ ἀναγκαῖόν ἐστι, τάχα καὶ ἐμὲ πείσεις τῷ σῷ φρονήματι ἀκολουθῆσαι. Ἀθανάσιος εἶπεν, ὁ τ θε῀ υἱὸς θεός ἐστιν, ἢ οὔ; Ἄρειος εἶπεν, θεὸς κτισθεὶς ὑπὸ θε῀. Ἀθανάσιος εἶπεν, ὡς θέλεις ἀποκρίνῃ μοι περὶ οὗ ἐρωτῶ, ὁ τ θε῀ υἱὸς πάντα ἐποίησεν, ναὶ, ἢ οὔ; Ἄρειος εἶπεν, πεφανέρωται, ὅτι πάντα ἐποίησεν ὡς δυνάμεις καὶ σοφία τυγχάνων θε῀. Ἀθανάσιος εἶπεν, ἐκ οὗ πάντα περιέχεται ὑπ' αὐτ̃ ποιηθέντα, ἤτοι ὁρατὰ ἢ τὰ ἀόρατα ὁ τ θε῀ υἱός; Ἄρειος ἔφη, οὕτως ἔχει. Ἀθανάσιος εἶπεν, πάντα ἄρα οὗ περιέχει τῇ οὐσίᾳ τ̃ μεγαλωσύνης αὐτ̃. ἂν εἴπῃς, ὅτι οὐ πάντα, ἄρα μείζονα ἐρεῖς τὰ γινόμενα τ̃ δημιουργ῀. Ἄρειος εἶπεν, πάντα. Ἀθανάσιος εἶπεν, εἰ οὗ πάντων τυγχάνει πάντα χοῦ ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, πῶς λέγεις τὸ, ὁ πατήρ μου ὁ πέμψας με μείζων μού ἐστιν, ἀποδός μοι τ λόγον. Ἄρειος εἶπεν ἀπορῶ περὶ τούτου, ἀλλ' ἀξιῶ, φράσον μοι καινὸν λόγον εἶπεν ὁ σωτὴρ μείζονα ἑαυτ̃ πατέρα; Ἀθανάσιος εἶπεν, ἐὰν μὴ πρότερόν μοι εἴπῃς ὁ ἐπερωτῶ, οὐ μήποτε εἴπω ὅπερ θέλεις. Ἄρειος εἶπεν, λέγε ὁ θέλεις. Ἀθανάσιος εἶπεν ἄγγελοι ἀσώματοι τυγχάνουσιν, ἢ ἄνθρωποι; Ἄρειος εἶπεν, ἄνθρωποι ἐν σώματι τυγχάνουσιν, ἄγγελοι δὲ πνεύματά ὄντες, ἀσώματοί εἰσιν. Ἀθανάσιος εἶπεν, εἶνε οὖν κοπιῶσιν, ἄνθρωποι, ἢ ἄγγελοι; Ἄρειος εἶπεν, ἄγγελοι ἀσώματοι τυγχάνουσι, πρὸς τὸ διακονοῦντας αὐτ̃ καμάτου πεῖραν μὴ λαβεῖν, ἀνθρώπου δὲ τ̃ κάμνειν ἴδιον, διὰ τὴν τ̃ σώματος βαρεῖαν ὀλκήν. Ἀθανάσιος εἶπεν, ὁ οὖν κύριος, πῶς ἐκοπίασε; γέγραπται γάρ, ἰησοῦς οὖν κεκοπιακὼς ἐκ τ̃ ὁδοιπορίας ἐκαθέζετο. Ἄρειος εἶπεν, συγχωρέμοι ὡς ἠθέλησας ἐκ τ̃ παραδείγματος τ̃ ἀγγέλων καὶ τ̃ ἀνθρώπων, ἐχὶ ὡς θεὸς λόγος ἐκοπίασεν, ἀλλ' ἵνα φανῇ ὅτι σάρκα, ἣν οὐκ εἶχε πρότερον ὁ λόγος ὁ θεὸς ταύτην ἀνελάβετο, διὰ τ̃ πρὸς σαρκὶ συνεχώρησε πάσχειν τὰ ἴδια, ἵνα φανῇ ὅτι σάρξ ἐστιν. Ἀθανάσιος εἶπεν, μέμνησο ὅτι πρόω-

ὅτι προωμολόγηϲ), ὅτι παντα χῆ τὰ ἐϲιν ὁ λόγοϲ
τοῦ θεοῦ. Ἀρειομανῖται εἶπεν, ἀξιόπιϲτοϲ. Ἀθανάϲιοϲ εἶ-
πεν, εἰ οὖν πάντα χῆ, ἵνα ἕνεκεν ἔφαϲκεν, ὁ πα-
τήρ μου τέθεικέ με μείζων μού ἐϲτιν· Ἄρειοϲ εἶ-
πεν, ἀξιῶ καλῶϲ με μὴ ὀκνήϲηϲ ἀποκαλύψαι τὸ
καλυμμα ἀπὸ τοῦ γράμματοϲ ἐνίϲχει. λίαν γὰρ
ἀνιῶμαι. Ἀθανάϲιοϲ εἶπεν, τίϲ ἐϲτιν ὁ κεκοπιακὼϲ, ἄνθρωποϲ, ἢ ὁ θεοϲ λόγοϲ; Ἄρειοϲ εἶπεν, ἀν-
θρωποϲ. Ἀθανάϲιοϲ εἶπεν, ἀκούω, ϲὸν ἐϲτὶ τὸ νοῆ-
ϲαι λοιπόν. Ἄρειοϲ εἶπεν, κατελαβόμην ϲου τὸν A
νοῦν ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ, ὅτι τοῦ θεοῦ λόγου παν-
τα χῆ παροίϲηϲ, δῆλον ὅτι διὰ τὴν ϲαρκα εἶπεν
ὁ πατήρ μου ὁ πέμψαϲ με μείζων μού ἐϲτιν, τὸ βα-
δίζειν καὶ κοπιᾶν, ἐπὶ τόπου εἰϲ τόπον ἕτερον
πορευομένου, ἀληθῶϲ ὀρθῶϲ ἔχει τοῦτο. Ἀθανα-
ϲιοϲ εἶπεν, λοιπὸν λάβε ωι ἐν νῷ τὸ ρητὸν ὅπερ
ἔφηϲ, ὅτι ὁ θεὸϲ λόγοϲ ἔκτιϲθη, πόθεν λάβωμεν
τὸ ἐγχείρημα; ἢ τολμῶμεν ἀφόβωϲ φθέγγεϲθαι καὶ
τὴν ἀίδιον θεότητα ὡϲ ὑϊὸν αὐτοῦ. Ἄρειοϲ εἶπεν, ἐγὼ
μὲν ἀπὸ τῶν γραφῶν τοῦτο λέγω, ϲὺ δὲ πόθεν ἀΐ- B
διον λέγειϲ τὸν υἱόν; Ἀθανάϲιοϲ εἶπεν, ἀπὸ τῶν
θεοπνεύϲτων γραφῶν ἔμαθον, ὅτι ἀίδιόϲ ἐϲτιν ὁ
υἱὸϲ τοῦ θεοῦ. Ἄρειοϲ εἶπεν, Ποῖαί εἰϲιν αἱ γραφαὶ
αἱ φάϲκουϲαι ἀίδιον τὸν υἱόν; Ἀθανάϲιοϲ εἶπεν, ἐλ-
θὼν ὁ ἀοίδιμοϲ Παῦλοϲ μαρτυρήϲει τῇ ἀλη-
θείᾳ· παρὰ γὰρ αὐτοῦ, φηϲὶν, ἀπὸ κτίϲεωϲ κόϲ-
μου τοῖϲ ποιήμαϲιν νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε αἴ-
διοϲ αὐτοῦ δυνάμιϲ καὶ θειότηϲ εἰϲ τὸ εἶναι αὐ-
τὰϲ ἀναπολογήτουϲ, διότι γνόντεϲ τὸν θεὸν, οὐχ C
ὡϲ θεὸν ἐδόξαϲαν, ἢ ἠυχαριϲτήϲαν. Ἄρειοϲ εἶπεν,
θέλει τὸ παῖϲ λέγει τοῦτο ἡ γραφή. Ἀθανάϲιοϲ
εἶπεν, ἀκούω ὁ μακάριοϲ ἀπόϲτολοϲ Παῦλοϲ
αἰνίττεται τὸν διὰ τώματοϲ ὀπτανόμενον θεὸν
υἱὸν θεοῦ, μὴ ἐπεγνωκέναι τὴν ἀίδιον θεότητα αὐτοῦ,
τοῦτο φάϲκοντεϲ; οὐκ οἶδα μεγέθουϲ καὶ
καλλονῆϲ κτιϲμάτων, ἀναλόγωϲ δεῖ τὸν δημιουρ-
γὸν γνωριϲθέντα εὐχαριϲτηθῆναι. Φανερὸν δέ
ἐϲτιν ὅτι πάντα διὰ τοῦ λόγου γεγονέναι γέγο-
νε, οὐχωρὶϲ αὐτοῦ γέγονεν ἕδεν. ἔδει οὖν καὶ ϲε οὐκ D
τῆϲ τῶν ϲτοιχείων εὐαρέϲτου ϲυμπήξεωϲ ἀναλογίϲα-
ϲθαι τὸν δημιουργὸν ἀναλόγωϲ, ἢ ϲαφῶϲ ὑπογνώ-
μονα γενέϲθαι, ὅτι ἀίδιον θεοῦ τυγχάνει ἔργον ὁ κόϲ-
μοϲ, ἀκτίϲτου δὲ φύϲεωϲ μὴ δυναμένηϲ ἐπαρ-
κέϲαι δρᾶν. Ἄρειοϲ εἶπεν, ἔϲω ἀίδιοϲ ὁ υἱόϲ· ἀλλὰ
καὶ ἀϊδίωϲ κτιϲθεὶϲ, ἔχει τὸ ἀΐδιον. Ἀθανάϲιοϲ εἶ-
πεν, εἰ ἀίδιόϲ ἐϲτιν ὁ υἱόϲ, ἀκούω κτίϲμα· εἰ δὲ
κτίϲμα τυγχάνει, οὐκ ἔϲω ἀίδιοϲ. Ἄρειοϲ εἶπεν, μὴ γὰρ
ἐγὼ ἐξ οἰκείαϲ αὐθενλίαϲ τῶν πάντων Φημὶ ὁ υἱόϲ εἶπεν, E
ὅτι πρῶτον πάντων ἔκτιϲεν αὐτὸν ὁ θεόϲ. Ἀθα-
νάϲιοϲ εἶπεν, τοῦτο ϲοὶ μόνῳ ἀπεκαλύφθη, ἢ καὶ
ἄλλοιϲ τοῖϲ περὶ τοῦ θεοῦ μυϲτηρίων; Ἄρειοϲ εἶ-
πεν, ἀπόϲτολοϲ ἡ πίϲτιϲ· ϲόλων οὐκ ἐμοὶ μόνῳ, ἀλλὰ
καὶ ἑτέροιϲ πολλοῖϲ ἐγνωρίϲθη ἡ πίϲτιϲ αὕτη. Ἀθανάϲιοϲ εἶπεν, πόθεν ὑμῖν ἀπεκαλύφθη, οὐκ θεοῦ, ἢ ἐξ ἀν-
θρώπων; Ἄρειοϲ εἶπεν, ἐκ θεοῦ. Ἀθαν. εἶπεν, ϲὺ αὐτήκοοϲ γέγοναϲ, ἢ ἄλλοι ϲοι ὑφηγήϲαντο περὶ τούτου; Ἄρειοϲ
εἶπεν, οὐκ ἐμοὶ ὑφηγήϲαντο, ἀλλὰ πολλοὶ ἅγιοι ἐν πνεύματι θεοῦ λαλοῦντεϲ, ἔφηϲαν, ὅτι ἐκτίϲθη ὁ υἱόϲ. Ἀ-
θανάϲιοϲ εἶπεν, τίνεϲ εἰϲὶν οὗτοι; καὶ δυνάμεθα γνῶναι καὶ ἡμεῖϲ; Ἄρειοϲ εἶπεν, οἶδα καὶ αὐτὸϲ ὅτι καὶ οἱ προφῆται,
καὶ οἱ ἀπόϲτολοι ἐλάληϲαν πολλαχοῦ τὸν υἱὸν κτίϲμα εἶναι. Ἀθανάϲιοϲ εἶπεν, ἤκουϲάϲ τινοϲ λέγοντοϲ

sis confeſſum fuiſſe, Verbũ & Deũ vbiq; adeſſe. Ar. Quid ni? Ath. Si ſanè vbique: Cur igitur ab eo dictũm eſt, *Pater qui miſit me, maior me eſt?* Ar. Oro te ne graueris auferre velamentũ iſtud à litera, idque quam primum: valde enim me torquet. Ath. Vter illorũ eſt, qui ita fatigatus fuit, homóne, an Deus Verbum? Ar. Homo. Ath. Tuũ igitur eſt reliqua cogitatione cõſequi. Ar. Deprehẽdo ex hoc dicto tuo quod velis deum vbique adeſſe, nimirũ quod reſpectu carnis ſuæ euntis, & laſſitudine laborantis, & de loco in locũ tranſeũtis, hæc verba dixerit, *Pater qui me miſit maior me eſt*, idq; merito. Ath. Iam in mentẽ reuoca tuam ſentẽtiam quam dixiſti. Verbum ϕ Deus eſt, conditum eſſe, vnde mutuabimus rerum initium? ego enim non auſim ita temerè loqui de æterna deitate Filij. Ar. Ego hoc de ſcripturis adfero: tu autẽ vnde habes, quod æternũ Filium dicis? Ath. Ego ex diuinitus inſpiratis literis didici, æternũ eſſe Filium Dei. Ar. Vbi ſunt ſcripturæ, quæ eum æternum dicũt? Ath. Adſit nobis ille celeberrimus Paulus, & veritati teſtimoniũ perhibebit: *Inuiſibilia enim eius, inquit, ex creatione mundi, operibuſq; intellecta perſpiciũtur, vt æterna eius poteſtas & deitas, quo ſit, vt illi ſint inexcuſabiles, quod vbi cognouiſſent Deum, non vt Deum honorauerũt, & gratias egerũt.* Ar. Id de Patre ea ſcriptura loquitur. Ath. Nónne beatus Paulus accuſat eos qui in corpore apparente Deo, Dei Filio, nõ agnouerũt æternam eius Deitatẽ, omnia gubernãtem? Ex magnitudine enim & pulchritudine rerũ conditarum, cõgruenter oportet artificem æſtimari, & gratias illi haberi: certũ autem eſt, omnia creata per Verbũ, ſuam naturã accepiſſe, & ſine eo factũ eſſe nihil. Quapropter etiã te oportebat, ex elementorũ proba campactione, animo metiri proportionabiliter eorum architectum, & agnitorem fieri, mundum eſſe æterni Dei opus: Deúmq; ipſum nõ eſſe creatitiæ naturæ, vt quæ minimè ſuffectura fuiſſet ad tantas res creãdas. Ar. Eſto, ſit æternus Filius ſed ita vt ab æterno cõditus æternitatem quoq; in ſe habeat. Ath. Si æternus eſt Filius, non eſt creatura: contra, ſi creatura eſt, æternus nõ fuerit. Ar. Non ex mea authoritate iſta loquor: ipſe filius dixit, ſe ante omnia à Deo creatũ eſſe. Ath. Taléne quid de filio Deo tibi ſoli reuelatũ eſt, an etiã aliis quoque? Ar. Non omnium eſt fides: Veruntamen, nõ mihi ſoli, ſed etiã aliis multis innotuit fides eius. Ath. Vnde tibi reuelatũ eſt à Deóne, an ab hominibus? Ar. à Deo. Ath. Ergóne tu ipſe auditor Dei fuiſti, an alij de eo hoc tibi retulerunt? Ar. Nõ mihi retulerũt, ſed multi ſancti in ſpiritu loquentes dixerunt, Filium creatum quiddam eſſe. Ath. Qui ſunt illi: nõ licebit nobis eos cognoſcere? Ar. Quin & tu ipſe noſti Prophetas & Apoſtolos locutos fuiſſe ſubinde, Filium creaturam eſſe. Ath. Audiui teipſum modo

modo ante horam iſtud ipſum de Filio dixiſſe: nunc autem tranſis ad apoſtolos & Prophetas: ſed tamen enarra, quiſnam Prophetarũ hoc dixit de eo? AR. Etiam nunc dico Filium hoc dicere per Sanctos Prophetas & Apoſtolos, quẽadmodum & per Salomonem dixit, dominus creauit me initio viarum ſuarum, ad opera ſua, Vides quòd ante omnia creauit eum Deus ad opera quæ per eum futura eſſent. ATH. Igitur reſpectus creaturarũ cauſa fuit, vt iuxta te crearetur Filius. AR. Ita eſt. ATH. Igitur Deo precioſiores ſunt creaturæ ab ipſo cõditæ, qui hoc fieri poteſt? Nam ſi ille propter has extitit, non autem hæ propter illum vt tu ſentis, plane credendũ eſt, eas precioſiores eſſe, Sed abſit vt nos ita ſentiamus: ſiquidẽ omnia per filiũ ſunt, ſicuti ſcriptũ eſt, Decebat enim, inquit apoſtolus, eum per quem omnia, multos filios in gloriam adducentẽ, principẽ ſuppeditatorémq; ſalutis eorũ, per paſſiones conſummari. AR. Ignoſce mihi hactenus, & dixerim propter opera cõditum eſſe filiũ, non item in hoc, quod dixi, eum ante omnia creatũ eſſe. ATH. Quis creatus eſt ante omnes creaturas? AR. Filius, atque ideo primogenitus in ſcripturis appellatur. ATH. Si quis Satanã adoret, rectènе an male facit? AR. Impius & ſine deo eſt, neque communem ſenſum habet, nec meretur hominis appellationẽ. ATH. In Iob hæc verba de Satana habentur: *Principium ille formationum domini eſt factus, ad id vt ab angelis illuderetur*. Tu igitur primã creaturã adorans, ſatanam adoras, quemadmodum hic ſermo oſtendit. Iam ſi contentioſius inſtes, ſatanam priorem filio creaturam eſſe, ſatanam facies antiquiorem Spiritu ſancto: Tu enim iſta ſtatuebas, Filium creatum fuiſſe, eundemque ſpiritum procreaſſe affirmabas. ARIVS, Veritas me circunſcribit, non tu: veruntamen poſtquàm me huc induxiſti, & ego quoque circuncludam te multis teſtimoniis, dicentibus Filium creaturam eſſe. ATHANA. Profer ex theſauro quæ tibi recondita ſunt à patre tuo. AR. Meus pater quem adoro, Deus eſt: ſed enim tu mihi reſponde ſuper hoc dicto, *'Dominus creauit me*, Domino ipſo confitente, ſe creatum eſſe à patre ſuo. ATHAN. Hoc dictum intus, aliam vim habet ſpiritualem, & diuinum theſaurum in ſe reconditum poſſidet. AR. Non in hoc dicto animaduerto ſonum vocemque Salomonis, quippe qui fatuus non ſim, ſed & hic quoq; intelligo, vel in hac ſolum dictione, præfecit, ſpiritualẽ ſenſum ſpectandum eſſe: Quapropter & ego, vt non expers myſterij, aſſero illud dictum: Dominus creauit me, non verbalẽ duntaxat ſonum aut intellectum habere, quippe qui vim ſententiæ ibi in abdito ſentiã, quam tu, quia non percipis, aliis, qui percipiunt, inuides, nec mirum: viri enim deterioris propria eſt in præſtantiores inuidia. Quamobrem quod ſentis, ingenue dicas, & quã hic ſententiam, vt rectã, amplecteris: *dominus creauit me*: Ego

A

B

C

D

E

πρὸ ἐργασίας ὥρας, ὅλη ὁ υἱὸς εἶπεν. ἀπὸ τι μεθέως εἰς τοὺς προφήτας καὶ ἀποστόλους, πλὴν ὑφήγησαι τοίνυν προφήτης ἔλεξε περὶ τούτου; Ἄρειος εἶπεν, γνῶθι φημὶ τὸν υἱὸν λέγειν διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν καὶ ἀποστόλων, ὥσπερ διὰ τοῦ Σολομῶν ἔφη κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, ὁρᾷς ὅτι πρὸ πάντων ἔκτισεν αὐτὸν ὁ θεὸς διὰ τὰ δι' αὐτοῦ μέλλοντα γίνεσθαι ἔργα; Ἀθανάσιος εἶπεν, ἀκηκοῶ ἡ τῶν κτισμάτων πρόφασις, αἰτία γέγονε τοῦ κτισθῆναι τὸν υἱὸν κῆ σε. Ἄρειος εἶπεν, ἔτως ἔχει. Ἀθαν. εἶπεν, ἆρα οὖν τοῦ θεοῦ ἐνδεμίπρα τὰ κλιζόμενα παρ' αὐτοῦ; πῶς χωρεῖ; εἰ γὰρ ἐκεῖνος διὰ πῶτα γέγονεν κ ἐκ ἐκεῖνα διὰ τοῦτον κῆ σε, δῆλα ῥότως ἐνδεμότερα πῶτα ἐκείνου. ἀλλὰ μὴ γένοιτο ἔτως ἡμᾶς φρονῆσαι. διὰ γὰρ τὸν υἱὸν τὰ πάντα καθὼς γέγραπται ἐπρεπεν γάρ φησιν ὁ ἀπόστολος, δι' ὃν τὰ πάντα κ δι' οὗ τὰ πάντα, πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν ἀγαγόντα, τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν διὰ παθημάτων τελειῶσαι. Ἄρειος εἶπεν, σύγγνωθί μοι εἰρηκόλ ὅτι διὰ τὰ ἔργα ἐκλιθη ὁ υἱός, πλὴν ὅτι ἐκλίθη πρὸ πάντων. Ἀθανάσιος εἶπεν, τίς ἐκλίσθη πρὸ πάντων τῶν δημιουργημάτων; Ἄρειος εἶπεν, ὁ υἱός, διὰ τοῦτο ἐπρωλότοκος ἀναγέγραπται. Ἀθανάσιος εἶπεν, εἰλὴς τὸν σαταναν προσκυνεῖ, καλῶς ἢ κακῶς πράττει; Ἄρειος εἶπεν, ἀσεβὴς ἐ ἄθεος, καὶ μηδεμίας κοινὰς φρένας σώζων τυγχάνει ὁ πιστὸς, οὐ σὸκ ἄξιον καλεῖν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἀπανθρωπον. Ἀθανάσιος εἶπεν, ὁ θεὸς τῷ ἰὼβ ἐχρηματιζων, ἔτως ἔφη πρὸ τοῦ σαταναν, τοῦτέστιν ἀρχὴ πλασμάτων κυρίου πεποιημένη ἐμπαίζεσθαι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων μου. σὺ οὖν τὸ πρῶτον ποίημα προσκυνῶν, τὸν σαταναν προσκυνεῖς, καθὼς παρέστησεν ὁ λόγος, ἐαὶ δ' σαφέστερον θελήσας ὅτι τοῦ υἱοῦ πρότερον ποίημά ἐστιν ὁ σαταναᾶς, ἆρα πρεσβύτερον αὐτὸν φὴς ἁγίου πνεύματος, ἔτω γὰρ ὡρίσω τὸν μὲν υἱὸν ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐκλίσθαι, τὸ δὲ πνεῦμα ὑπὸ τοῦ υἱοῦ γεγονέναι διεβεβαιώσω. Ἄρειος εἶπεν, ἡ ἀληθειά με πρεσβεύει καὶ ὁ σὺ. πλὴν ἐπειδὴ σωήγαγές με ἐν τούτῳ, κἀγώ σε πρεκλείσω ἐν ταῖς πολλαῖς μαρτυρίαις ταῖς φασκούσαις ὅλη κτίσμά ἐστιν ὁ υἱός. Ἀθανάσιος εἶπεν, πρόφερε ἐκ τοῦ θησαυροῦ τὰ δόκιμα θησαυρισμένα ὑπὸ τοῦ πατρός σε. Ἄρειος εἶπεν, ἐμὸς πατήρ ἐστιν, ὃν προσκυνῶ θεὸν· πλὴν σὺ δοκιμάθηθί μοι πρὸς τοῦ κύριος ἔκτισέ με, τοῦ κυρίου ὁμολογήσαντος ἑαυτὸν κτίσθαι ὑπὸ τοῦ ἰδίου πατρός. Ἀθανάσιος εἶπεν, τὸ ῥητὸν ἄλλως δυνάμιν ἔχει πνευματικὴν ἔνδον, καὶ θεῖον θησαυρὸν ἐναποτεθειμένον κέκτηται. Ἄρειος εἶπεν, ἐκ ὅτι τοῦ ῥητοῦ μένον ἐξημι τὸν φωνὴν τοῦ Σολομῶν, ἀ γὰρ ἀσυνέτος εἰμι, ἀλλὰ συνίημι ὅτι πνευματικὸν νόημα θεωρεῖται δοκεῖ τῶν ὄντως ἐμῶν. ὅθεν καγὼ ἐκ ἄμοιρος ὢν τ μυήσεως, ἔτω φημὶ, τὸ μὲν κύριος ἔκτισέ με κ τὸ ῥητὸν, τ δ' ἐν αὐτῷ σημαίνομενον, μείζοτέραν ὁρῶν λὴν ἔχει, ἣν σὺ μὴ νοήσας, ἀγνοίᾳ καλεχόμενος πλανᾶσαι, ἀνδρὸς δὲ κακοῦ ἴδιον τὸ φθονεῖν πῖς χρείπλοσιν· ἀσὺ φρονεῖς, φράσον καμοὶ ἀφθόνως ὅπερ δοκεῖ σοι καλὸν φαίνεσθαι, τὸ γὰρ κύριος ἔκτισέμε, ὅτι τοῦ

ὅτι δὲ ἐγέννησε μεταλαμβάνω. Ἀθανάσιος εἶπεν, εἰ οὖν ἐγεννήθη ὑιός, δηλαδὴ οὐκ ἐκτίσθη, εἰ δὲ ἐκτίσθη, οὐκ ἐγεννήθη. Ἄρειος εἶπεν, σὺ δὲ νοεῖς τὴν δηλούμενον παρ' ἐμοῦ. Ἀθανάσιος εἶπεν, μὴ ὀκνήσῃς ἀνέχεσθαί μου ἕως νοήσω παρὰ σοῦ. Ἄρειος εἶπεν, ἵνα μὴ πάθος νοηθείη, εἶπεν ἔκτισέ με κύριος, ὅτι θεοῦ οὖν τὸ κτίζειν, τὸ γεννᾶν, πολλὸν ἐστιν. Ἀθανάσιος εἶπεν, εἰ οὖν ὅτι θεὸς τὸ κτίζειν καὶ γεννᾶν ταὐτόν ἐστιν, ὁ κοινῶ πάντα τὰ κτίσματα γεννήματα δὲ θεοῦ ὑπάρχουσιν, εἰ δὲ πῶς πάντων ἄδελφος τυγχάνει ὁ κύριος καὶ σὺ τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων. πῶς οὖν ὁ μονογενὴς δὲ θεοῦ; ἄρειος εἶπε, τὸ μονογενὲς τοῦτο ὅτι ἐξαιρέτῳ καὶ ἐξοχωτάτῳ καὶ μείζονι πράγματι. Ἀθανάσιος εἶπεν ὁ δοκεῖσοι μείζονος εἶναι ὁ οὐρανὸς; Ἄρειος εἶπεν, καὶ πάνυ. Ἀθανάσιος εἶπεν, ἀκούω ὁ ὑιός ἐστι καὶ σέ, καὶ ἡ γῆ καὶ ἡ θάλασσα γονατέρες καὶ σέ. Ἄρειος εἶπεν, μὴ γένοιτο, ἕνα ἐποίησεν ὁ θεὸς ἓν μόνον. Ἀθανάσιος εἶπεν, δοκεῖ σοι πάντα τῷ αὐτῷ ὅρῳ μονογενῆ τυγχάνειν, ναὶ, ἢ οὔ; Ἄρειος εἶπεν, ὅτως ἔχει. Ἀθανάσιος εἶπεν, ἀκουῶ εἰ ἐποιήθη ὡς καὶ τὰ λοιπὰ δημιουργήματα ὁ υἱός, εἷνος υἱός ἐστι θεοῦ. Ἄρειος εἶπεν, οὐκ καλῶ σε σὺ πῶς νοεῖς τὸ, κύριος ἔκτισέ με. Ἀθανάσιος εἶπεν, πέπεισο ὅτι οὐκ αὐτοῖ ἀποκρινάμενον· ἀλλὰ διὰ τοὺς ἀκροωμένους ἐρῶ. Σολομὼν δίκαιος ὢν, καὶ σοφίας πληρωθεὶς, κατηξιώθη ἐν προφητείᾳ βουληθῆναι τὴν οἰκοδομὴν ναοῦ, τυπικῶς τὸ σῶμα δὲ κυρίου Ἰησοῦ, ὡς αὐτὸς ὁ κύριος φησὶ τοῖς Ἰουδαίοις, λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. τοῦτο δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ δὲ σώματος αὐτοῦ, ὡς φησὶν ὁ Ἰωάννης. ἀλλὰ μᾶλλον καὶ Σολομὼν παῤῥησιέστερον ἔφη περὶ αὐτῶν τούτων διαλαβὼν ἔτως, ἡ σοφία ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον, καὶ ὑπήρεισε στύλους ἑπτὰ, ἔσφαξε τὰ ἑαυτῆς θύματα, καὶ ἐκέρασεν εἰς κρατῆρα τὸν ἑαυτῆς οἶνον, καὶ ἡτοιμάσατο τὴν ἑαυτῆς τράπεζαν, ἀπέστειλε τοὺς ἑαυτῆς δούλους συγκαλοῦσα μετὰ ὑψηλῆς κηρύγματος ὅτι κρατῆρα, λέγουσα, ὃς ἐστιν ἄφρων, ἐκκλινάτω πρός με, καὶ τοῖς ἐνδεέσι φρενῶν, εἶπε, ἔλθετε φάγετε τὸν ἐμὸν ἄρτον, καὶ πίετε οἶνον ὃν κεκέρακα ἡμῖν, ἀπολίπετε ἀφροσύνην, ἵνα ζήσητε. ἀραρότως ἡ σοφία, θεὸς λόγος τυγχάνει, ὁ διὰ τὴν ἀρρητον αὐτοῦ καὶ ἀῤῥητον πατρὸς αὐτοῦ φιλανθρωπίαν πτωχεύσας πλούσιος ὢν, ἵνα ἡμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσωμεν, ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, ἐν μορφῇ δούλου γέγονεν, ἴσος δὲ ὢν τῷ ἰδίῳ πατρὸς, ὡς δοῦλος καὶ σύνδουλος συναναστράφη ἡμῖν, τέλειος ὢν ἐν θεότητι, καὶ τέλειος ἐν ἀνθρωπότητι, ὅτι οὖν ὁ λόγος καὶ θεὸς, σοφία καὶ δύναμις πατρικὴ ὑπάρχων, ἀσώματος ὢν ὥσπερ ὁ θεὸς καὶ πατὴρ αὐτοῦ, διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ᾠκοδόμησε τὸ σῶμα ἐν τῇ παρθένῳ μαρίᾳ θεοτόκῳ, ἄνευ κοινωνίας ἀνδρὸς, καὶ γέγονεν, ὡς ἔφην, ἄνθρωπος, καὶ ἑαυτὸν ἐποίησεν ὑπόδειγμα πάσης ἀρετῆς, ἵνα οἱ βουλόμενοι ἐξακολουθεῖν, ὡς διὰ τούτου ἔχωσι θείας ἐκτύπωμα, πρὸς ὃ ὁμοιούμενοι, γίνονται θείας

Ego illud, creauit, accipio, ac si genuisset me locutus fuisset. ATHANA. Si igitur genitus est, certum est eum non creatum fuisse: contra si conditus est, genitus non fuerit. ARIVS, Tu non intelligis vim istius dicti. ATHANA. Ne graueris me sustinere, donec intelligam, quæso. ARIVS, Ne passio aliqua parturiendi intelligeretur, dictum est, Dominus creauit me: In Deo enim creare, idem est quod gignere. ATHANA. Si ergo in Deo creare & gignere idē est, igitur omnis creatura Filius est Dei. Quod si concedimus, Dominus omnibus rebus frater erit quæ per ipsum (vt tu ais) creatæ sunt: vbi ergo nunc illud est, quod vnigenitus Dei appellatur? ARIVS, Illud quòd vnigenitus dicitur, referendum est eò, quòd præ cæteris eximius, supremus, & maximus sit. ATHANA. Nónne tibi maximum videtur Cælum? ARIVS, Admodum. ATHANA. Ergo & illud secundum te Filius erit? terráque & Oceani, marisque aqua, filiæ nominandæ sunt. ARIVS, Absit, vnum enim tantummodo Filium Deus fecit. ATHANA. Videntúrne tibi omnia eadem definitione creationis vnigenita esse, an non? ARIVS, Videntur. ATHANA. Igitur si, vt cæteræ creaturæ, conditus est Filius, quomodo haberi poterit Filius Dei? ARIVS, Quæso, quomodo intelligis illud: dominus creauit me? ATHANA. Crede mihi, non eram tibi responsurus, sed in gratiam auditorum respondebo. Salomon iustus, & plenus sapientia, dignus habitus est, qui in parabolis significaret ædificationem templi, corporis scilicet Domini Iesu, vt ipse de se Dominus ad Iudæos locutus est: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo: hoc autem dixit de corporis sui templo, vt Ioannes refert. Sed enim Salomon apertius de eadem re locutus est, sub istiusmodi verborum tractatu: *sapientia ædificauit sibi domum, & stabiliuit columnas septem, mactauit victimas suas, & miscuit in cratere vinum suum, præparauitque mensam: emisit seruos suos clamans, & inuitans alta voce ad craterem suum, dicens, Quisquis est insciens, inclinet se ad me: & egenis mentis ita locuta est, Venite comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis: derelinquite stultitiam vt viuatis.* Haud dubie sapientia ista verbum Deus est, qui ob suam ineffabilem patrisque in homines charitatem, Pauper factus est, quum dives esset, vt nos illius paupertate ditesceremus, & quum in forma Dei esset, in forma serui factus est: & quum æqualis esset suo Patri, vt seruus & conseruus nobiscum conuersatus est, perfectus quum esset in deitate, perfectus quoque in humanitate factus est: hicigitur & Verbum & Deus, sapientia & virtus Patris quum incorporeus esset, vt Deus & Pater suus ob nostram salutem ædificauit sibi domum, in vtero Deiparæ Mariæ sine commercio virili, & homo (vt dixi) factus est & seipsum exhibuit exemplar omnis virtutis, vt qui illum sequi vellent, quasi in diuino itinere haberent vestigia, ad quæ similes facti,

Diuinæ

diuinæ naturæ participes redderentur quẽ admodũ dixit vas illud electionis, *Estote imitatores mei, sicuti & ego Iesu Christi.* Post igitur illius passionem & resurrectionẽ, emisit Sapientia, Virtus, Verbũ, Deus Apostolos ad omnes stultos, brutos scilicet, gentiles, Deiq; ignaros, proposita mensa, nimirũ sacro altari, & in eo panem cælestẽ & incorruptibilẽ, & omnibus vitam donantem, qui inde participarẽt, sanctum videlicet, & sacrosanctũ suum ipsius corpus exhibuit, vinúmque exhilarans mentem, quod sobrietatem facit in cuiusque animo, qui inde degustant, quasi in cratere suum ipsius sanguinem miscet, aduocans sibi prædestinatos, atque electos per Apostolos suos. Atque ita omnis quidem stultitia omittitur: regni autem Cœlorum ciues efficiuntur, qui illos audiunt. ARIVS, Quandoquidem tu recte ad corpus retulisti illud dictum, Dominus creauit me, ego me tibi adstipulatorem præbeo ob scriptum hoc testimonium. Restat igitur, vt rectà incedas ad veritatem, & non aliter facias. ATHANA. Quid vis vt faciam? si quod veritati gratum & amicum est, requiris, promptum habebis me suffragatorem. ARIVS, Testimonium tibi afferam, quod non poteris in alium sensum interpretari. Clarum enim illud est de essentia Verbi à Patre condita, mentionem facere. ATHANA. Si mihi dederis ex diuinitus inspiratis scripturis testimonium, non recusauero: id vnum caue, ne ea mihi adducas, quæ nuper ad vestram libidinem scripsistis, ea enim non feram. ARIVS, Noli obtrectare nobis, tanquàm Deum non timentibus, Apostoli vox est, quam me prolaturum dixi. ATHANA. Dic ergo. ARIVS, Clarissimus Apostolorum Petrus testificans de eo qui manifestatus est in Israël, ita inquit, *Certò igitur cognoscat omnis domus Israël, quòd illum & Dominum & Christum fecit Deus.* Quid? num nos hanc vocem in scripta misimus? ATH. Non vos quidem hanc vocem scripsistis, sed in eam non satis Christianè commentati estis. ARIVS. Vides te circunscriptum, & ad conuicia raperis. quin potius si quid potes, ad hæc responde, aut transfuge ad veritatem. ATHANA. Recita mihi totum caput. ARIVS, *Certò sciat omnis domus Israel, quòd eum & Dominum & Christum fecit Deus.* ATHANA. Ne mutila voces scripturæ: nam corpus, si maneat in eo statu, quo ab initio conditum fuit, formosum est: vbi autem modulum excessit, vel manu, vel pede, vel digito, turpe redditur: Dic igitur ea quæ in hac scriptura sequuntur. ARIVS Faciam, *Iesum quem vos crucifixistis.* ATHANA. Quisnam est ille qui crucifixus est, Verbúmne Deus, an corpus, quod Deus, qui verbum est, ex Maria Virgine acceperat? ARIVS, Quid an non confiteris Verbum crucifixum esse? ATHAN. Ego Deum verbum confiteor hominem fa-

θείας φύσεως κοινωνοὶ, ὡς φησὶ τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ ἰησοῦ χριστοῦ. Μετὰ οὖν τὸ πάθος αὐτοῦ καὶ τὴν ἀνάστασιν, ἀπέστειλεν ἡ σοφία, ἡ δύναμις, ὁ λόγος καὶ θεὸς, τοὺς ἀποστόλους εἰς πάντας τοὺς ἄφρονας, τοὺς ἀσυνέτους ἐθνικοὺς, τοὺς μὴ εἰδότας τὸν θεὸν, εὐσεβικῶς τεράπιζαν, τουτέστι τὸ ἅγιον θυσιαστήριον, καὶ ἐπ' αὐτῷ ἄρτον ἀρχάνιον καὶ ἄφθαρτον, καὶ πᾶσι ζωὴν χαριζόμενον τοῖς μεταλαμβάνουσιν ἐξ αὐτοῦ τὸ ἅγιον καὶ πανάγιον αὐτοῦ σῶμα, οἶνόν τε εὐφραίνοντα καρδίαν, καὶ νῆψιν ἐμποιοῦντα ἐν τῇ ἑκάστου ψυχῇ τῶν ἀπογευομένων ἐξ αὐτοῦ, ὡς ὅτι κρατῆρα κεράσας τὸ ἑαυτοῦ αἷμα, καλέσας τοὺς κλητοὺς καὶ ἐκλεκτοὺς διὰ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ, πᾶσαν μὲν ἀφροσύνην ἀπολιμπάνουσι, βασιλείας δὲ οὐρανῶν πολῖται ἀναδείκνυσι, τοὺς ὑπακούοντας τῆς φωνῆς αὐτοῦ. Ἄρειος εἶπεν, ἐπειδὴ εἰς τὸ σῶμα σωτήριος ἦλθε, κύριος ἔκλεσέ με, καλῶς, κἀγὼ συνίστημί σοι διὰ τῆς ἐναργοῦς μαρτυρίας, λοιπὸν καὶ σὺ ὀρθοποδήσον πρὸς τὴν ἀλήθειαν, καὶ μὴ ἄλλως ποίει. Ἀθανάσιος εἶπεν, τί θέλεις ποιήσω; ὅπερ ἐστὶ τῇ ἀληθείᾳ φίλον, κἀγὼ συντίθεμαι. Ἄρειος εἶπεν, μαρτυρίαν σοι παρέξω ἣν ἡ σιωπὴ ἀλλοιώσῃ, φανερὰ γάρ ἐστιν ὅτι πρὸ τῆς ἀποστάσεως τοῦ λόγου φάσκει ὡς ἐποιήθη ὑπὸ τοῦ πατρός. Ἀθανάσιος εἶπεν, ἐάν μοι σὺ ἐκ τῶν θεοπνεύστων γραφῶν μαρτυρίαν πρὸ ὧν διαβεβαιοῦσαι, οὐκ ἀμνημονῶ, μόνον πρόσεχε μὴ ἐγράψατε ἄρτι ὑμεῖς πρὸς τὸ ὑμέτερον βούλημα καὶ οὐκ ἀνέχομαι τὰ ὑφ' ἡμῶν λεγόμενα. Ἄρειος εἶπεν, μὴ καταίλεγε ἡμῶν ὡς μὴ φοβουμένων τὸν θεὸν, ἀποστόλῳ ἐσὶ φωνὴ ἣν εἶπον προφέρειν. Ἀθανάσιος εἶπεν, λέξον ἐξ αὐτῆς. Ἄρειος εἶπεν, ὁ ὅτι φανέστατος τῶν ἀποστόλων Πέτρος, διαμαρτυρόμενος πρὸ τοῦ προκειμένου τῷ ἰσραὴλ, ἔτως ἔφη, ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πρὸς οἶκος ἰσραὴλ, ὅτι καὶ κύριον αὐτὸν καὶ χριστὸν ὁ θεὸς ἐποίησεν, μήτιγε ἡμεῖς διεχαράξαμεν τῷ φωνῇ ταύτῃ; Ἀθανάσιος εἶπεν, ἐχ ὑμεῖς ἐχαράξατε αὐτῷ, ἀλλὰ παρεχαράξατε. Ἄρειος εἶπεν, ἐθεώρησας προσχαράσσοντα σεαυτὸν, καὶ εἰς ὕβρεις ἑτέρας, μᾶλλον δὲ ἐδιώασαι, λέγε πρὸς ταῦτα, ἢ αὐτομόλησον πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Ἀθανάσιος εἶπεν, ἀνάγνωθι τὸ κεφάλαιον ὅλον. Ἄρειος εἶπεν, ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶκος ἰσραὴλ, ὅτι καὶ κύριον καὶ χριστὸν αὐτὸν ἐποίησεν ὁ θεὸς. Ἀθανάσιος εἶπεν, μὴ ἀκροατηρίαζε τὰ ῥήματα τῆς γραφῆς, καὶ γὰρ τὸ σῶμα ὡς πρὸς τὴν ἀρχὴν ἐπλάσθη, ἐὰν μείνῃ, εὔμορφον τυγχάνει, ἐὰν δὲ πρὸς μέλος γένῃ τυγχάνει χεῖρα ἢ πόδα ἢ δάκτυλον, ἄχρηστον δείκνυται. εἶπον οὖν καὶ τὰ ἑπόμενα τῶν γραφῶν. Ἄρειος εἶπεν, τουτέστι τὸν ἰησοῦν ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε. Ἀθανάσιος εἶπεν, τίς ἐστιν ὁ σταυρωθεὶς, ὁ λόγος θεὸς, ἢ τὸ σῶμα ὅπερ ὁ λόγος θεὸς ἐκ μερίδος τῆς παρθένου ἔλαβεν; Ἄρειος εἶπεν, σὺ τὸν λόγον οὐχ ὁμολογεῖς ἐσταυρῶσθαι; Ἀθανάσιος εἶπεν, ἐγὼ τὸν θεὸν λόγον, ὁμολογῶ ἄνθρωπον γενόμενον

vera, & Pater meus agricola est? num vitis & agricola eiusdem substantiæ esse possunt? ATHANA. Noli mihi truncare dominicam vocem: sed, vt posita est, ita recita, *Ego*, inquit, *Dominus, sum vitis illa vera, vos autem palmites, Pater meus agricola est*. Dic mihi igitur, negas te admittere Filium esse Patri consubstantialem, ob istam vitis & agricolæ comparationem? Quid ergo, num hominibus eum consubstantialem dices? ARIVS, Nequaquam. ATHANA. Placidè ausculta, & ad ista mihi respondeas, Vitis éstne cum suis palmitibus eiusdem naturæ? aisne an negas? AR. Prorsus aio, & oro te vt huius loci explicationi quamprimùm finem imponas, vt me talem facias, qualis tu es. ATHANA. Nisi prius ad interrogata mea responderis, nullo modo petitionis tuæ compos fies. AR Loquere quod tibi videtur: nam & ego quatenus dabitur, pro viribus respondebo. ATHANA. Dextera & brachium Christus esse commemoratur, quánam putas causa? AR. Istiusmodi si dicentur, pro congruentia & consequentia intelligere debemus: quale est & illud, *Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me*. Nam hic consideramus opificium Dei: quum autem dicit, *Brachium domini cui reuelatum est*, certum est illud de filio loqui: his adiice & illud, *Dextera domini fecit virtutem*: In confesso est, eum de Filio loqui, per quem omnia facta sunt. ATHANA. Brachium ei cui est brachium, nónne consubstantiale est? aisne an negas? AR, Sic habet. ATHANA. Et dextra, cui dextra est, éine simul consubstantialis est? ARIVS, Aio inquam, sed tu mihi vis æternum illum Deum ex partibus constitui. An nunquam audiuisti Clementem Petri Apostoli sectatorem, qui istiusmodi opinionem subruit? ATHANA. Mi homo, memor sis dictorum. ego enim ne erres, simplex, incompositum, infinitum numen veneror, quum id didicerim ex sacris & diuinis scripturis, postmodum & ab Episcopis, qui mihi hoc per manus tradiderunt. Nulla igitur alia de causa scriptura brachium, & dexteram vocat Filium, nisi vt pie intelligamus Filium Patri consubstantialem esse, quia cōcedi nequit in homine, vt discrimines inde brachium, aut dexteram, aut digitum, quasi id diuersæ sit essentiæ. ARIVS, Assentior tibi esse consubstantialem Patri Filium: sed quod restat, expone mihi de vite. ATHANA. Duo genera vinearum solet commemorare scriptura, vnam quidem bonam, fructuosam, hilarem, lætificantemque cor hominis, nimirum Dominum Iesum Christum: alteram verò diabolum, rabiem, venenúmque distillantem vt scriptum est, *Vitis eorum è Sodomis est, & palmes eorum ex Gomorrha. Vua eorum*,

τὰ γὰρ ὁμοειδῆ ᾧ εἰσιν ὁμοούσια ὁρώμενα, παριστάνασι τὴν γνῶσιν καὶ τῶν μὴ ὁρωμένων. Ἄρειος εἶπεν, ὥσ ὃν ὁ κύριος λέγει, ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινὴ, καὶ ὁ πατήρ μου ὁ γεωργός ἐστιν, δύνασαι ἄμπελος καὶ γεωργὸς εἶναι ὁμοούσιος; Ἀθανάσιος εἶπεν, μὴ ἀκροατηρίαζε τὴν κυριακὴν φωνὴν, ἀλλ', ὡς κεῖται, ἀνάγνωθι. ἐγώ εἰμι, φησὶν ὁ κύριος, ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινὴ, ὑμεῖς τὰ κλήματα, ὁ πατήρ μου ὁ γεωργός ἐστιν. εἰπέ μοι ὄν, εἰ ὁ υἱὸς ὁμοούσιος τῷ πατρὶ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ αὐτοῦ γράμματος τῆς ἀμπέλου καὶ ὁ γεωργὸς, ἄρα τοῖς ἀνθρώποις ὁμοούσιον αὐτὸν φῂς; Ἄρειος εἶπεν, μὴ γένοιτο. Ἀθανάσιος εἶπεν, πρᾴως ἄκουσον, καὶ πρὸς πᾶν τὸ ἀπόδοσίς μοι λόγον, ἡ ἄμπελος καὶ τὰ κλήματα ὁμοούσια τυγχάνει; ναὶ, ἢ οὔ; Ἄρειος εἶπεν, ἀραρότως ταῦτα ἔτως ἔχει. ἀξιῶ σωτόμως καὶ τῇ τότε τὸ κεφαλαίου σαφηνείᾳ ἐν τάχει πέρας ἐπιθεῖναι θέλησον, ὅπως κἀμὲ ποιήσῃς τοιοῦτον οἷος καὶ σὺ τυγχάνεις. Ἀθανάσιος εἶπεν, ἐὰν μὴ πρότερον ὅπερ ἐπερωτῶ ἀποδῶς μοι λόγον, οὐ μὴ λάβῃς τὸ αἴτημα. Ἄρειος εἶπεν, ὁ θέλεις λέγε καὶ ἔτι ἐγχωρεῖ, κατὰ τὸ δυνατὸν ἀποκρίνομαι. Ἀθανάσιος εἶπεν, δεξιὰ καὶ βραχίων ὠνὶ θεὸς γέγραπται, ἵνα τοῦτο ἕνεκεν. Ἄρειος εἶπεν, τὰ τοιαῦτα, πρὸς τὰς ἐπιβολὰς καὶ ἀκολουθίας νοῦμεν, ἐὰν λέγῃ κατὰ τὸ, αἱ χεῖρές σε ἐποίησάν με καὶ ἔπλασάν με, γινώσκομεν τὸ δημιουργικὸν τοῦ θεοῦ ἐνταῦθα. ὁπότ' ἂν δὲ λέγῃ ὁ βραχίων κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; φανερὸν ὅτι ὠνὶ λέγει φάσκει. πρὸς δὲ τούτοις, καὶ τὸ δεξιὰ κυρίου ἐποίησε δυνάμεως, ὁμολογουμένως ὠνὶ τοῦτο σημαίνει δι' οὗ τὰ πάντα γέγονεν. Ἀθανάσιος εἶπεν, βραχίων ἐστὶ βραχίονι ὁμοούσιος τυγχάνει; ναὶ, ἢ οὔ; Ἄρειος εἶπεν, ὅτως ἔχει. Ἀθανάσιος εἶπεν, καὶ ἡ δεξιὰ δὲ ἐστὶ δεξιᾷ ὁμοούσιός ἐστι; ναὶ, ἢ οὔ; Ἄρειος εἶπεν, ὅτως ἔχει. σὺ δέ τί φῂς με ἰδίου σωτῆρος θεοῦ τὸ θεῖον, οὐκ ἐπικροάσω ποτὲ κλήμεντος τοῦ ἀποστόλου Πέτρου τοῦ ἀποστόλου, ὃς καθαιρεῖ τὴν τοιαύτην δόξαν; Ἀθανάσιος εἶπεν, μέμνησο τῶν εἰρημένων, ὦ ἄνθρωπε, καὶ μὴ πλανῶ. ἐγὼ γὰρ ἁπλοῦν, ἀσύνθετον, ἀπερίγραφον τὸ θεῖον σέβομαι, μεμαθηκὼς ἐκ τῶν ἱερῶν καὶ θείων γραφῶν, καὶ τῶν καθ' ἑξῆς παραδεξαμένων τὴν ἐπισκοπήν. ἑνὸς οὖν ἑτέρᾳ ἕνεκεν ἡ γραφὴ βραχίονα καὶ δεξιὰν καλεῖ τὸν υἱὸν, ἢ ἵνα διὰ τούτων νοῶμεν ὁμοούσιον ὄντα τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ, διὰ τὸ ἀνεγχώρητον εἶναι ἀνθρώπῳ σκάλαθρόν τινα ἑτεροούσιον τὸν βραχίονα, ἢ τὴν δεξιὰν καὶ τὸν δάκτυλον, ὡς ἕκαστον αὐτῶν διαφέρειν πέφυκεν. Ἄρειος εἶπεν, σύμφημι ὁμοούσιον εἶναι τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ, ἀπόδος μοι λοιπὸν λόγον περὶ τῆς ἀμπέλου. Ἀθανάσιος εἶπεν, δύο γένεων ἀμπέλους

ἔωθε μνημονεύειν ἡ θεία γραφὴ, μίαν μὲν, χρηστὴν καὶ εὔκαρπον, εὐφραντικήν τε καὶ χαροποιοῦσαν καρδίαν ἀνθρώπου, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, θατέραν δὲ τὸν διάβολον, λύσσαν καὶ ἰὸν ἀποστάζουσα κα-

τὰ τὸ γεγραμμένον, ἡ γὰρ ἄμπελος αὐτῶν ἐκ Σοδόμων, καὶ ἡ κλήματις αὐτῶν ἐκ Γομόρρας, ἡ σταφυλὴ αὐτῶν

„ λὴ αὐτῶν ςαφυλὴ χολῆς, βότρυς πικρίας, ὁ
„ οἶν☩ αὐτῶν, θυμὸς ἀσπίδων ἀνίατ☩. καὶ
ὁ λαὸς δὲ ἄμπελ☩ ὠνομάσθη, καὶ δίκαιοι πολλαχῶ ἐκλήθησαν ἀμπελῶνες, ἁπλῶς μέντοι, καὶ ἀπολελυμένως, χωρὶς τῦ, ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελ☩ ἡ ἀληθινὴ. ἵνα μὴ οὕτω καὶ ὁ σωτὴρ ἐκ τῆς ἐπωνυμίας, προσλογισθῇ ταῖς προειρημέναις ἀμπέλοις, ἃ λέγωτῷ Διαβόλῳ, ἀλλ' οἷον τῇ μετενεχθείσῃ ἐξ αἰγύπτου καὶ φυτευθείσῃ ἵνα ποιήσῃ καρπὸν ςαφυλῆς, ἐποίησε δὲ ἀκάνθας, εἶπεν μετὰ προσθήκης, ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελ☩ ἡ ἀληθινὴ, ἧς ὁ καρπὸς ζωὴ, χαρὰ, εἰρήνη, δικαιοσύνη, πίστις εἰλικρινεςάτη, γνῶσις, εὐσέβεια, ἁγνεία, σεμνότης, φιλανθρωπία, πραότης, ἐγκράτεια, καὶ τὰ τοιαῦτα πλήσια τύτοις. ἐπειδὴ καὶ τὰ κλήματα τῆς αὐτῆς εὐγνείας τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου τυγχάνοντα, δεῖ ὅμοιον καρπὸν προβάλλεσθαι, ἧς εἰσιν ἀμπέλε κλήματα. τὰς ἀποςόλυς οὖν ἔφη, ἅμα διδασκάλων αὐτὰς ἐμμένειν τῇ πίςει, καὶ μὴ ἀποσκιρτήσαντας ἐκ τῆς ἀληθείας ὥσπερ ἰόδας, ἀκάρπους ἀπομεῖναι. ὅτινες γὰρ ἐξολισθήσασιν ἐκ τῆς τοῦ κυρίε ἀγάπης καὶ πίςεως, δίκην κλημάτων ἀποτεμνόμενοι, ῥίπτονται ἔξω τῶν θείων. νηφαλίυς οὖν καὶ προθύμυς ποιτρέπει γίνεσθαι τὰς μαθητὰς, διὰ τῦ φῆσαι, ὁ πατήρμου γεωργός ἐςιν, ὡσανεὶ ἔλεγεν, εἰδέναι ὑμᾶς βέλομαι, ὅτι εἴτινα ὁ πατὴρ ὁ ἐμὸς γεωργεῖ, ὁ τοιῦτ☩ τὸν ἐμὸν καρπὸν ἀποδίδωσι, μὴ ἐῶν☩ καρπὸν ἀλλότριον ἐν τοῖς ἀληθινοῖς κλήμασι τῆς ἀμπέλε βλαςῆσαι. ἐμπεριπατῶν γὰρ ἐν τῷ ἀμπελῶνι, τυτέςιν ἐν τοῖς τῆς ψυχῆς ζωμείοις, πάντα τὰ σαθρὰ καὶ μανιώδη περιαιρεῖ, πρὸς τὸ μὴ ὑλομανῆσαι, ὅπερ ὁ γεωργὸς ποθεῖ, προβαλέσθαι καρπόν. ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ τῆς αἰθητῆς ἀμπέλε λόγ☩ δηλώσατο συμβαλέσθαι ἡμῖν εἰς τὸ ζητύμενον, δεκτέον ἐν τεύθεν ἐκθέσθαι καὶ περὶ τύτε τὸν ἀφήγησιν. ἐπειδὴ περ καταλειφθεῖσα περὶ τὸ χειμῶν☩ ἡ ἄμπελ☩ ὑγιὴς τε καὶ ὑκλήματ☩ ἔσηκε καρπερῶς πρὸς τὰς ἐφόδυς τῦ χειμῶν☩. ὁ δὲ, τῇ ἀπηνεςάτῃ προσβολῇ τῦ κρύυς αὐτὸ προσελθὼς, ἀπομαραίνειν δέχεταί τινα τῶν φύλλων αὐτῆς, αὐτὰ δὲ διὰ τὸ σαθρότητα ἀπονοῶτα ἐκπίπτσιν ἀπὸ τῶν ὑψωμάτων, ἀπὸ τῶν ἀνωτέρω ἐπὶ τὰ βαθύτερα φερόμενα, εἶτα μένει ἡ ἄμπελ☩ ὑκλήματ☩ ἀντέχυσα τῇ φθορᾷ τῦ χειμῶν☩, ὁ δὲ, τῇ περιμονῇ τῆς ἀκρότε ψυχρότος κατέβλαψέ τινα τῶν κλημάτων, ὅμως τῇ ἐνεργείᾳ ἡ ἄμπελ☩ σὺν τοῖς περιλειφθεῖσιν αὐτῇ ὑγιεινοῖς κλήμασιν, ἐπεραίωσε τὸν χειμῶνα, καὶ ἐκ τοῦ χειμερινῦ καμάτου ἐξέφυγε, φθάσασα δὲ ἐπὶ τὸ ἔαρ, ὅπερ ἐςὶ νέον ἔτ☩, δοκεῖ διαναπαύεσθαι· αἰφνιδίως δὲ ὁ γεωργὸς ἐπισὰς αὐτῇ ξίφ☩ ἐπιφερόμεν☩, πρῶτον μὲν ἀκριβῶς κατοπτεύσας ἅπαντα τὰ κλήματα, δέχεται τὰ βλαβέντα ἐκ τοῦ χειμῶν☩ ἐκτέμνειν, ἔπειτα καὶ τὰ ὑγιαίνοντα ἀπὸ τρίτυ ἢ τετάρτυ ὀφθαλμοῦ περιαιρεῖν, ἡ δὲ ἄμπελ☩

rum, vua fellis, racemus acerbitudinis, vinum eorum, furor aſpidum inſanabilis. Quin & populus nomine vitis appellatur, & iuſti ſubinde vineæ nuncupantur. Simpliciter autem & abſolute, & diſtinctim, *Ego ſum vitis illa vera* de ſe dixit ſeruator, ne ex communione vocabuli, adnumeraretur prædictis vitibus, vel cum diabolo], vel cum vite tranſlata ex Ægypto, & plantata, vt faceret fructum vuæ, & ſpinas fecit, ac propterea de ſe cum appendice locutus eſt, *Ego ſum vitis illa vera*, cuius fructus vita eſt, gaudium, pax, dilectio, iuſtitia, fides ſynceriſſima, cognitio, religio, ſanctitas, grauitas, humanitas, manſuetudo, continentia, aliaque ſimilia. Et quoniam palmites, qui eiuſdem generoſitatis ſunt, veræ illius vitis palmites ſunt, oportet eos ſimilem fructum proferre cum ea vinea cuius palmites. Apoſtolis igitur dixit, dum eos inſtruit, vt manerent in fide, ne dum deſiliunt è veritate quemadmodum Iudas fecit, infructuoſi reddantur. Qui enim elabuntur è Domini charitate & fide, quaſi palmites amputati abiiciuntur extra diuina. Adhortatur igitur diſcipulos, vt ſobrij ſint & alacres, dum inquit, *Pater meus agricola eſt*, ac ſi diceret, Scirevos volo, quod ſi pater qnempiam colat, ille meum fructum refert, non ſinens alienum fructum in veris palmitibus vitis germinare: Nam deambulans in vinea, hoc eſt, in cellis animæ, omnia putrida & inſolentia tollit, ne lignorum luxuria inſoleſcens, fructum eorum non proferat quem agricola deſiderat. Cæterum quia ſenſibilis vineæ mentio conferre aliquid nobis poteſt ad quæſtionem propoſitam, initium hinc ſumamus ad eius rei interpretationem conficiendam. Siquidem vitis ſub hyemem florens fructificoſaque relinquitur contra incurſus hyemis crudeliſſimo aſſultu frigoris folia nonnulla tabefacientis, quæ per imbecillitatem caduca, à ſummo cacumine humi delabuntur: ſed tamen per id tempus etiamnum vitis palmites ſuos retinens, hyemis violentiæ non cedit: & quamquam nonnulli ex palmitibus diuturnitate immenſi frigoris lædantur, vitis tamen ſuo in ſtatu permanens, cum ſanis adhuc palmitibus, hyemem tranſmittit, hybernáſque ærumnas euadit. Cæterum quum ver attigerit, hoc eſt nouum annum, iam illa ſe putat ad requiem peruenisſe: ſed agricola derepente ſuperueniens, cultrum illi inducit: principio diligenter circunſpectans omnes palmites incipit læſa ab hyeme amputare, deinde etiam ſana à tertio quoque aut quarto oculo reſcindere

γυμνωθεῖσα

ſcindere, vitis autem ita nudata & icta ferro ſublimis conſiſtit, & in cælum reſpiciens ad triduum lachrymatur, nacta deinde conſolationem ex diuina prouidentia, omiſſis lachrimis, derepente ingenti numero copiiſque palmitum refrondeſcit, taliſque apparet qualis antea fuit vel potius ſpecioſior. Atque à ſuperioribus de vera vite dictis, manifeſtius intelliges quæ ſequuntur. Dominus igitur perſonam vitis palmitoſæ & opacæ ſuſtinens, tum propter multitudinem diſcipulorum populorúmque, vndique ad eum pro auxilio ventitantium, adeo vt numerus fidem ſuperet, partim deſiderio eius, quo illi, vt palmites inſeparabiliter adhæreſcerent: partim ſpiritualis commodi gratia, neutiquam extra eum eſſe, ſed cum illo eſſe cupientes: aliique ab eo ſanitatem quærerent, alij rurſus nomine Meſſiæ exciti, quum illum audirent aduenisſe, ad eum ſe conferrent, quo illud admirabile ſpectaculum Deum in homine præſentem contuerentur, eumque in corpore cum hominibus conuerſari. Hic quum omnia gaudio redundarent, nemoque ab eo diſcedere vellet, velut denſa aliqua vitis, inter tot myriades agminum ſecum ambulantium incedebat, verum omnibus Chriſto ob eius deſiderium vnitis, vt experimentum de tot ſectatoribus caperetur: cœpere hyberni venti ſumma cacumina perflare, multiſque proinde frondium inſtar exareſcentibus euenit, vt non pauci è vitali iſta vite exciderint, dum iſti metu principum ſacerdotum, ne exularent è ſynagoga, vitam ſuam abnegant, quarum rerum exempla etiam nunc videmus, quum hypocritæ noſtri temporis, cæterorum omnium ſecuri, malunt gloriam perſecutorum Eccleſiæ, quam gloriam Dei. Non defuerunt etiam tum, qui nullam voluptatem ſentirent ex ſpiritualibus & diuinis verbis Chriſti, retrorſum auerterentur, obtrectanteſque beneficiorum authori, has voces edebant, *Quis poteſt eum audire?* Quòd ipſum & noſtris temporibus faciunt, qui veritatis comites præbere ſe nolunt, eò quod comites fidei ſint tribulationes & pericula, Aiunt enim, Quis poteſt ſeruare traditionem præceptorum domini & fidei? Quin etiam nunc infidelitatem Iudæ vehementia frigoris oſtendit, quum quidem etiam nunc amore mundi deuicti, olim diſcipuli & aſſeclæ Chriſti, quibus ipſis gazophylacium concreditum fuit, contra Chriſtum Synodos nefarias conciliant: Non quod ille ignoraret illorum imbecilitatem, ſed eos dominicis pecuniis fungentes promptiores redderet, ad fortiter agendum pro domino. At illi contra regem ſuum bellum

γυμνωθεῖσα καὶ πληγεῖσα τῷ ξίφει, ἔστη μετέωρος εἰς τὸν ἀέρα ἀποβλέπουσα, ἅμα δακρύουσα ἄχρι τῆς τρίτης ἡμέρας, εἶτα παράκλησιν δὲ τυγχάνουσα ἐκ τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας, παυσαμένη τῶν δακρύων, αἰφνιδίως πολὺν ἀριθμὸν καὶ ὄχλον κλημάτων βλάστησασα, ἡ αὐτὴ ἀναφαίνεται οἵα ἦν καὶ πρότερον, μᾶλλον δὲ καὶ ἐνδοξοτέρα. ἐκ δὲ τῶν προαποδεδομένων ἔσται σοι σαφέστερα καὶ τὰ ἑπόμενα περὶ τῆς ἀμπέλου τῆς ἀληθινῆς. ὁ οὖν κύριος τρόπον ἀμπέλου δι' κλημάτων καὶ συσκίου ἐπέχων, διὰ τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν, καὶ τῶν περὶ ξ ὄχλων διαπορευομένων πρὸς αὐτὸν βοηθείας ἕνεκεν, ὡς εἶναι πλήθη ἀνέκαθεν, πιστεύοντα εἰς αὐτόν· καὶ τῷ μὲν πόθῳ τῷ εἰς αὐτὸν ἀχωρίστως ἔχειν αὐτοὺς, τρόπον κλημάτων συνόντων αὐτῷ, τινῶν δὲ καὶ ὠφελείας χάριν πνευματικῆς μὴ βλεπομένων ἐκτὸς αὐτοῦ τυγχάνειν σωτῆρα αὐτῷ, ἑτέρων δὲ βουλομένων ἰάσεως τυχεῖν, ἄλλων δ' ἀκηκοότων ὅτι χρειστὸς ἥκει, καὶ σωτηρηλυθότων κατὰ τὸ αὐτὸ βλεπομένων θεάσασθαι τὸ κρεῖττον θέαμα, θεὸν ἐν σώματι, ἀνθρώποις συναναστρεφόμενον. καὶ ἁπλῶς ἅπαντα χαρᾶς γέμοντα τῆς παρουσίας τοῦ κυρίου ἡμῶν, ἐφ' ὃ ἂν ἐβαδιζεν, ὥσπερ εὐφεὴς ἄμπελος διὰ τὰς μυριάδας τῶν συμπορευομένων αὐτῷ ὄχλων ἰδεῖν ὁράμενος πόθῳ πρὸς αὐτὸν, ἁπάντων συνηνωμένων αὐτῷ, ἐρχομένων δὲ χειμερινῶν πνευμάτων ἐκ τῶν ἀκρωτηρίων καταφυσᾶν πρὸς δοκιμὴν τῶν συμπορευομένων αὐτῷ ὄχλων, ἀθρόως φύλλων δίκην μαραινομένων ἀπέπιπτεν οὐκ ὀλίγοι, ἧς εἶχοντο ἀμπέλου ζωτικῆς, καὶ τῶν μὲν, διὰ φόβον τῶν ἀρχιερέων, ἵνα μὴ ἀποσυνάγωγοι γένωνται, ἐξαρνουμένων τὸν ἑαυτῶν ζωὸν, ὥσπερ καὶ νῦν ὁρῶμεν γινόμενα τὰ αὐτὰ πράγματα, ἠγάπησαν γὰρ, ὡς οἱ τότε, καὶ νῦν τῆς ὑποκρίσεως ἄνθρωποι τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων τῆς ἐκκλησίας, ἢ περ τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ ἐζήτουν. ἑτέρων δὲ μὴ σωναγομένων τῶν θείων καὶ πνευματικῶν ῥημάτων τοῦ κυρίου, εἰς τὰ ὀπίσω ἀποστραφέντων αἰτίαν τῷ ἐργάτῃ καὶ ψόγον προσαψάντων, καὶ λεγόντων τίς δύναται αὐτοῦ ἀκούειν; ὅπερ καὶ ἐπὶ τοῦ ἡμετέρου καιροῦ πράττουσιν, οἱ μὴ βλέποντες σωζόμενοι τῇ ἀληθείᾳ, διὰ τὸ παρέπεσθαι θλίψεις καὶ πειρατήρια τῇ πίστει. φησὶ γὰρ, τίς δύναται φυλάξαι τὴν παράδοσιν τῶν ἐντολῶν τοῦ κυρίου, καὶ τῆς πίστεως; ἔτι μὴν καὶ τὴν ἀπιστίαν τοῦ Ἰούδα, ἡ σφοδρότης τοῦ χειμῶνος ἤλεγξεν, ὡς καὶ νῦν φιλίᾳ κόσμου κρατηθέντες ὁπότε μαθηταὶ ὄντες καὶ φίλοι καὶ συνοδοιπόροι τοῦ χριστοῦ, κατὰ τὸ ἰσχὺς σωζόμενοι ἀθεμίτως συγκροτοῦσιν, οἳ καὶ τὸ γαζοφυλάκιον πιστευθέντες. οὐκ ἠγνόει αὐτῶν τὴν σαθρότητα, ἀλλ' ἵνα παρασκευάσῃ αὐτοὺς τὰ δεσποτικὰ χρωμένους ἐπιμελεστέρους εἶναι ὑπὲρ τοῦ δεσπότου ἀνδρίζεσθαι, ἢ κατὰ τὸ βασιλέως αὐτῶν στρατεύεσθαι προφάσει

προφάσει φιλίας κοσμικῆς. οἱ τοιῦτοι κλημάτων δίκλω ἀγενεςάτων καὶ ἀκάρπων ἐπέχοντες, τεμνόμενοι δὲ πρὸς τοῦ γεωργοῦ κατάβρωμα πυρὸς αἰωνίου γίνονται. ὅμως τῶν χειμώνων ὅπι πολὺ προσπελασάντων τῇ ἀληθινῇ ἀμπέλῳ, λέγω δὴ τῷ κυρίῳ ἰησοῦ, οἳ μὲν βυλομένων λιθάσαι αὐτὸν γραμματέων τε καὶ Φαρισαίων, φοβηθέντες δὲ μὴ ἀναιρεθῶσι πρὸς τῶν ὄχλων τῶν τὸν κύριον φιλούντων, ἐπαύσαντο. οἳ δὲ βυλομένων συλλαβέσθαι αὐτὸν καὶ τοῦ ἰησοῦ μὴ συγχωρήσαντ@ αὐτὸς κρατῆσαι αὐτὸν ἕως ἡ προωρισμένη ὑπ' αὐτοῦ κυρίου πρὸ τῶν αἰώνων ὥρα καὶ ἡμέρα παραγένηται, ἐν ᾗ ἔδει αὐτὸν παθεῖν, ἐν ἄλλῳ δὲ καιρῷ θελόντων τινῶν μετακρημνίσαι αὐτὸν, καὶ αὐτὸς ἐν εἰρήνῃ διὰ μέσου αὐτῶν διεξεληλυθότ@, καὶ μυρία ἥντα ἐπερχόμενα πειρατήρια, ἃ προσβάλλοντα καὶ κωλυόμενα, εἰς τὸ μηδὲν ἐρχόμενα ἐχώρουν. ἐκεῖ δὲ ἡ ἀρχὴ τοῦ νέου ἔτους, ᾧ καιρῷ ἔδει τὸ πάσχα θύεσθαι κατὰ τὰ θεσπισθέντα παρὰ κυρίου, λύειν μὲν πάντα συνδεσμον ἀδικίας, προστάγματ@ θείᾳ ποιήσαντ@ πρὸς αὐτὰς, ἐλεημοσύναις δὲ ἐξιλασκομένους ἑαυτοὺς προσοικείουν τῷ θεῷ, μὴ ἐχθραίνειν δὲ πρὸς τὸν πλησίον, μήτε μὴν ζητεῖν κακὰ κατὰ τινο@ ἀνθρώπου διὰ τὸ κοινὸν τοῦ γένους, ἀλλ' εἰρήνῃ καθαρωτάτους ὄντας, κελεύει προσάγειν τὴν λατρείαν. ὡς ἐν καιρῷ οὖν εἰρήνης καὶ ἑορτῆς ἦκεν ὁ ἰησοῦς εἰς ἱεροσόλυμα σὺν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, οὐχ ὡς ἀγνοῶν τὰ μέλλοντα αὐτῷ συμβαίνειν, ἀλλὰ καὶ γε σφόδρα γινώσκων. ἀμέλει οὖν καὶ τοῖς μαθηταῖς προεῖπεν τὰ ἑπόμενα, ἰδοὺ ἀναβαίνομεν, εἰς ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται εἰς τὰς χεῖρας τῶν πρεσβυτέρων καὶ τῶν γραμματέων, καὶ παραδώσουσιν αὐτὸν τοῖς ἔθνεσι, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτὸν θανάτῳ. ἵνα οὖν τὸ ἄδικον τοῦ παρανόμου συναθροίσματ@ τῶν ἰουδαίων δι᾽αφανῆ, εἰσελήλυθεν ἡ εἰρήνη εἰς ἱεροσόλυμα. οἱ δὲ τῆς εἰρήνης ἀλλότριοι ἑωρακότες διεταράχθησαν, ἐχθρὸν γὰρ πολεμίοις καὶ ἀνδροφόνοις εἰρήνη, χαίρειν γὰρ μᾶλλον πεφύκασι τοῖς κακοῖς, ἤπερ τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις, καὶ τῇ καρποφορίᾳ τῆς εἰρήνης. οἱ δὲ ὑπιτηρησάμενοι, ἄφνω ὑπιστάντες ξιφήρεις τῷ τόπῳ ἔνθα ἦν σὺν τοῖς μαθηταῖς ὁ ἰησοῦς, καταπλησάμενοι ἅπαντα, ἐν πρώτοις ὑπιβάλλουσι τὰς μιαρὰς χεῖρας αὐτῶν ἐπ' αὐτὸν, ἐπὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ σωζόντων αὐτόν. ὁ δὲ φησιν εἰρηνικῶς τοῖς μαιφόνοις, εἰ ἐμὲ ζητεῖτε, ἄφετε τούτους ὑπάγειν. τῶν δὲ μαθητῶν ἑωρακότων τὸ δύσφορον πειρατήριον, μὴ παρέσης αὐτοῖς τῆς δυνάμεως τοῦ ἁγίου πνεύματ@, καταλιπόντες αὐτὸν τὸν διδάσκαλον ἐν κύριον, φυγῇ ἐχρήσαντο, οἱ δὲ οἰκεῖοι τοῦ σατανᾶ, συλλαβόμενοι τὸν ἰησοῦν, ἄγουσιν ὑπὸ τὸν κρανίου τόπον εἰς τὸ ἐσταυρῶσαι αὐτὸν ἐκεῖ, ἅπαντα ἐκπληρώσαντες ἃ πρὶν ἐπ' αὐτῷ γεγραμμένα, ἐν ἀναρτήσαντες, καθέπηξαν αὐτὸν, ὡς ὑπὸ χάρακι ἄμπελον, ὑπὸ δ σταυρῷ. ὥσπερ ὡς δίκλημα@ ἢ τρίκλημα@ ἐκπεπάσας, τῷ μὲν τοῦ παλαγίου, τὰς χεῖρας,

suſcipiunt propter mundi amorem. Iſtiuſmodi palmites, vicem ignobilium ſteriliũq; ramorum ſuſtinent, reſecanturque ab agricola, vt fiant alimoniæ ignis æterni. Hyems porro illa veræ viti, hoc eſt, Domino acrius imminebat, quum nunc Scribæ & Phariſæi eum lapidare vellent, metu ab inceptis reſilientes, ne ab iis qui Chriſtum amabant, occiderentur: nunc eum comprehendere anniterentur, ſed fruſtra, quod illis à Ieſu conceſſum non fuit, quo ad vſque veniret dies & hora ante ſecula à Domino præconſtituta, in qua illum oportebat pati: nunc eum præcipitare ſatagerent, illo per medium illorum inoffenſè tranſeunte, aliáque infinita pericula incumberent, quæ impetentia quidem grauiter, ſed repulſa fortiter, in nihilum euaneſcebant. Cæterum quum iam noui anni principium adeſſet, quo tempore oportebat Paſcha immolari ſecundum oracula Dei, omnéſque colligationes iniquitatis ex mandato DEI ſoluendæ eſſent, & vt eleemoſynis Deum ſibi propitium redderent, nec proximum odio haberent, neque quicquam molirentur aduerſus quempiam mortalium, ob generis humani communionem, ſed vt in pace ipſi purgatiſſimi victimas offerrent, per id tempus Dominus, quod pacis & feſtæ diei erat, Hieroſolymam cum diſcipulis venit non vt ignarus eorum quæ ſibi euentura eſſent, ſed vt maximè eorum conſcius, quippe qui diſcipulis futura prædixerit: *Ecce*, inquiens *aſcendimus Hieroſolymam, & Filius hominis tradetur in manus Presbyterorum & Scribarum, & tradent eum gentibus, & condemnabunt eum morte.* Vt igitur iniuſtitia iniquæ turbæ Iudæorum innoteſceret, venit pax in Hieruſalem: illi autem qui paci infeſti erant, viſo eo perturbabantur. Odioſa ſi quidem res eſt pax, hoſtibus & homicidis, vt qui potius malis gaudeant, quàm aut rebus bonis aut fœcunditate pacis. Quapropter obſeruantes locum vbi Chriſtus erat cum diſcipulis, eo derepente armati ſuperueniunt, & prius omnibus inſpectis nefarias manus in eum coniiciunt, adhuc diſcipulis apud eum conſiſtentibus. Ille autem placide ſceleratis ait, *Si me quæritis, ſinite iſtos abire* Diſcipuli porro contuentes tam grauia pericula & tentationes, non præſente ipſis virtute Spiritus ſancti, relinquentes magiſtrum & Dominnm fugam arripiunt. Illi vero vt domeſtici familiaréſque ſatanæ comprehendentes Ieſum, ducunt eum ad Caluariæ locum, vt crucifigerent eum ibi, omnia adimplentes, quæ priùs de eo ſcripta fuere, & ſuſpendentes eum fixerunt in cruce, non aliter quàm vitem in pedamento. Ille autem relictus ſolus in cruce quaſi binos & ternos duntaxat palmites retinens, manens

manus in transuersum expandit, capite, pectore & pedibus in rectum protensis, percussus, præter cæteros ictus, etiam hasta lachrymabatur suo sacratissimo sanguine, quasi scatebris fontium: post triduum vero resurrexit, nihil diminutus, sed qualis antea fuit: imo magnificentior apparens, certissima fide adimplens corda discipulorum, quod ipse esset eorum vita: progerminauitque sibi post resurrectionem ingentem numerum discipulorum, multo maiorem quam anteà. Nec in Iudæa solum, sed & vsque ad mare palmites suos extendit, operuitque montes vmbra eius, & propagines eius cedros Dei. Piè ad istum modum tractatio de vera vite, quatenus datur, concipi debet. AR. Valde bene se habet, reliqua mihi supereſt quæstio de Spiritu sancto. Nam de Filio tecum confiteor, eum per omnia æqualem esse patri, id tãtummodo excipio, ꝙ ille sit omnipotens. ATH. Nihil eorum confiteris quæ ad pietatem spectant. AR. Quâ de causa? ATH. Firmiter credendum est, æqualem esse Patri Filium, & omnium eorum Dominum esse, in quos dominium habet Pater. AR. Ego de omnipotentia loquor, non quod non omnibus dominetur, quibus pater suus. ATH. Omnipotens quid igitur est? AR. Ex eo dictus est quod omnia sub sua potestate teneat. ATH. Quid ergo Filius secũdum te omnia sub sua potestate non habet? AR. Recte & hoc cum cæteris narras. Omnia enim sub sua potestate habet & omnium est Dominus Filius, quemadmodum & Pater, quum sit vna substantia Patris & Filij, ac proinde vna deitas & omnipotentia: Reliquum est vt de Spiritu sancto quæramus, quandoquidem in principio statuebas eum Patri & Filio consubstantialem esse. Ego autem contradicebam, quum documenta habeam ex sacris scripturis, illum creatum esse. vt paucis tibi dicam, istius rei comprobationem ostendam potissimum ex eo quod Ioannes affirmat omnia per Filium facta esse, nihil cooperante cum filio Spiritu sancto: Deinde quod emittatur à patre è cælis ad præsidium Apostolorum. Iam quod de loco in locum transit, id transitoriæ substantiæ est, ex qua relinquet eum conditæ naturæ esse, & nequaquam inconditæ, quam confitemur esse in beata illa essentia patris & filij omnia continente, & vbique præsente per suam essentiam, quemadmodum in superioribus verbis à te concessum fuit & à me consensum, non tibi, sed veritati, quum etiam Deus id per Prophetam loquatur, *Ego sum qui vibrando iaculor* quibus ego arbitror te non posse contra dicere. ATHANA. Scriptum est, *Estote sancti, sicut ego sum sanctus, sanctificans vos* Et Seruator iterum ad suum Patrem de sanctificatione Discipulorum ita locutus est: *Pater sanctifica eos in veritate tua*, quum tamen idem de se ipso dicat. *Ego sum veritas*, ac proinde

τὰς χεῖρας, καὶ διὰ τῆς ὀρθοῦ, κεφαλὴ σὺν θώραξι ἅμα ποσὶ, διεστραμμένης δὲ τῆς κόμης ἁπάσης τῶν λοιπῶν κλημάτων πλησίον πρὸς τῶν ἄλλων καὶ τῆς λόγχης, ἐδάκρυε τῷ ἁγίῳ αἵματι χρουνηδὸν, αἱμορροΐσας δὲ ἀνέσῃ τριήμερος, μηδὲν μειωθεὶς ὅπερ ἦν τὸ πρὶν, μᾶλλον δὲ ἐν διοξότερος ἐκφανείς, πίστ πληροφορήσας καρδίας τῶν μαθητῶν, εἶναι αὐτὸν τὴν ζωὴν, πολὺν δὲ ἀριθμὸν βλασήσας, ὄχλον μαθητῶν μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ἢ τὸ πρὶν, οὐκ ἔτι ἐν Ἰουδαίᾳ μόνον, ἀλλ' ἐξέτεινε τὰ κλήματα αὐτῆς ἕως θαλάσσης, ἐκάλυψεν ὄρη ἡ σκιὰ αὐτῆς, καὶ αἱ ἀναδενδράδες αὐτῆς τὰς κέδρους τοῦ Θεοῦ. αὕτη ἡ παραμετεία τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου κατὰ τὸ σωματικὸν διὰ τοῦτο νενόηται. Ἄρειος εἶπεν, σφόδρα ὀρθῶς ἔχειν φημὶ, ἐπὶ δὲ ὑπολέλειπταί μοι περὶ τῆς ζητήσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος, περὶ γὰρ υἱοῦ, συνομολογῶ κἀγὼ τὸ ἴσον εἶναι τῷ πατρὶ κατὰ πάντα, ἐκτὸς τοῦ παντοκράτορα αὐτὸν εἶναι. Ἀθανάσιος εἶπεν, ὁ δὲν ὁμολογήσας τῶν τῇ εὐσεβείᾳ ἀνηκόντων. Ἄρειος εἶπεν, ἵνα τί ἕνεκεν; Ἀθανάσιος εἶπεν, ἴσον τυγχάνει τοῦ ἰδίου πατρὸς ὁ υἱὸς διαρότως, καὶ πάντων κύριός ἐστιν ὧν κυριεύει ὁ πατὴρ αὐτοῦ. Ἄρειος εἶπεν, ἐγὼ περὶ παντοκρατορίας ἔφην, ὁ πρὸ τοῦ κυριεύειν τὸν υἱὸν ἀπάντων ὧν κυριεύει ὁ πατὴρ αὐτοῦ. Ἀθανάσιος εἶπεν, παντοκράτωρ, ὅτι ἐστιν. Ἄρειος εἶπεν, ἐκ τοῦ πάντων κρατεῖν. Ἀθανάσιος εἶπεν, ὁ υἱὸς οὖν κατὰ σὲ πάντων ὁ κρατῶν; Ἄρειος εἶπεν, καλῶς ἔφης σὺν τοῖς λοιποῖς δὲ τοῦτο, πάντων γὰρ κρατεῖ, καὶ παντοκράτωρ ἐστὶν ὁ υἱὸς ὥσπερ καὶ ὁ πατὴρ, ὁπότε μιᾶς οὔσης οὐσίας τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ τῆς θεότητος, καὶ μία παντοκρατορία τυγχάνει. λοιπὸν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ζητήσωμεν, ἐπειδὴ μάλιστα ὡρίσω σὺ ἐν ἀρχῇ ὁμούσιον αὐτὸ εἶναι πατρὶ, καὶ υἱῷ, ἐγὼ δὲ ἀντιλέγω, ἔχων τὴν ἀπόδειξιν ἐκ τῶν ἁγίων γραφῶν ὅτι κτιστὸν τυγχάνει, καὶ διὰ συλλόμου ἐρῶ τὴν περὶ τούτου φράσιν, ἐν τῷ τὸν Ἰωάννην διισχυρίσασθαι φάσκοντα πάντα διὰ τοῦ υἱοῦ γεγονῆσθαι, μὴ συμπαραλαβόντα τὸ πνεῦμα, ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ. ἔτι μὴν καὶ ἀποστελλόμενον παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκ τῶν οὐρανῶν πρὸς βοήθειαν τῶν ἀποστόλων, τὸ δὲ ἀπὸ τόπου εἰς ἕτερον τόπον μετιὸν, μεταβατικῆς οὐσίας τυγχάνει, ἐκ τούτου καταδήλως ὄντος κτιστοῦ αὐτὸ φύσεως εἶναι καὶ οὐκ ἀκτίστου, τῆς μακαρίας οὐσίας ἐκείνης πατρὸς καὶ υἱοῦ λεγομένης, καὶ περιεχούσης τὰ ὅλα, καὶ πανταχοῦ παρούσης κατ' οὐσίαν καθὼς προαποδέδοται ὑπὸ σοῦ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένοις, κἀμοῦ συνδοκήσαντος ὀρθῶς, ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ, ἔτι δὲ καὶ τοῦ θεοῦ λέγοντος διὰ τοῦ προφήτου, ἐγὼ στερεῶν βροντῶν καὶ κτίζων πνεῦμα, οἷς ἐγὼ νομίζω μὴ δυνατὸν εἶναι ἀντειπεῖν. Ἀθανάσιος εἶπεν. γέγραπται γίνεσθε ἅγιοι ὅτι ἐγὼ ἅγιος ἁγιάζων ὑμᾶς, καὶ πάλιν ὁ σωτὴρ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα ὑπὲρ τοῦ ἁγιασθῆναι τοὺς μαθητὰς, ἔφη ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου, καὶ πάλιν περὶ αὐτοῦ ὁ σωτὴρ φησιν, ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια, καὶ

κατὰ τοῦτο ἡ τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ θεότης ἐστὶν, ἡ ἁγία
καὶ ἁγιοποιὸς, ἡ ἁγιάζουσα πάντα τὰ λογικὰ, τὰ
καταξιούμενα ἐξ αὐτεξουσίου γνώμης τε καὶ σπουδῆς
τὴν ἁγίαν ἐλέσθαι καὶ μακαρίαν οὐσίαν εἰς κοινω-
νίαν ἁγιασμοῦ. εἰ οὖν οὐκ ἔστι τῆς τοῦ πατρὸς
καὶ τοῦ υἱοῦ οὐσίας τὸ ἅγιον πνεῦμα, τίνι ποτὲ ἕνεκεν
συνηριθμήσεν αὐτὸ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἐν τῷ συμ-
βόλῳ τοῦ ἁγιασμοῦ, φησὶ γὰρ ὁ κύριος πρὸς
„ τοὺς μαθητάς. πορευθέντες, μαθητεύσατε πάν-
„ τα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ
„ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. εἰ
οὖν πάντα τὰ ἔθνη τὰ πιστεύοντα καὶ ἁγιαζόμε-
να, ἁγιάζονται τῇ τελεσμακαριωτάτῃ ὀνομασίᾳ,
δῆλόν ἐστιν ὅτι καὶ τὸ πνεῦμα τῆς τοῦ πατρὸς καὶ
υἱοῦ θεότητός ἐστιν, οὐ τοῦ ἁγίου αὐτὸ εἶναι
κατ' οὐσίαν, καὶ ἁγίους ποιεῖν πάντας τοὺς προσβάλ-
λοντας αὐτοῦ τῇ κοινωνίᾳ, καθὼς φησὶν ὁ ἀπο-
„ στολος πρὸς ἐκείνους, ἀλλ' ἀπελούσασθε, ἀλλ' ἡγιάσθη
„ τε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν
τῷ πνεύματι αὐτοῦ τῷ ἁγίῳ. εἰδὲ οὐκ ἔστι τοῦ θεοῦ
καὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ θεότητος ὑποστάσεως, πάλιν φημὶ,
πῶς συνηριθμήθη πατρὶ καὶ υἱῷ ὡς μὴ ἀλλο-
τρίου τῆς τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ θεότητος ἐπαρκέσαν
πρὸς ἁγιασμὸν τοῖς πιστοῖς, προσελάβετο τὸ παράκ-
λητον, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας εἰς συμπλή-
ρωσιν ἁγιασμοῦ, τὸν οὐκ ὄντα μέρος οὐσίας αὐτοῦ ὄντα;
εἰδὲ τοῦτ' ἄτοπος νομισθείη, πῶς φαμεν ἀπροσδεὲς
τὸ θεῖον, αὐτοτελὲς, μηδαμῶς χρῄζον παρ' ἑτέ-
ρου τινός τι, τῶν ὁ προσδεόμενος τοῦ ἀνυστεῖν
δῆλος ἐστὶν; Ἄρειος εἶπεν, εἰ τῆς αἰδίου θεότητος
ἦν τὸ πνεῦμα ὁμοούσιον, πάλαι οὖν πανταχοῦ
κατ' οὐσίαν παρῆν, καὶ οὐκ ἀποστελλόμενον ἀπὸ τόπου
εἰς ἕτερον τόπον ἐπορεύετο. Ἀθανάσιος εἶπεν, οἱ ἅ-
γιοι ἄγγελοι τὸ πνεῦμα ἔχουσι; καὶ ἦ δ'; Ἄρειος
εἶπεν, καὶ πάνυ. Ἀθανάσιος εἶπεν, Δῆλον πάντως
σωὸν αὐτοῖς τυγχάνει, ἢ ποτὲ καιρὸν σωλῶ καὶ τὸ
ἅγιον πνεῦμα ταῖς ἁγίαις δῆλα μέσαις; ἀλλὰ τῇ
μὲν λέξει τοὺς ἀγγέλους ἁγίους, τῇ δὲ οὐχ ἁγίους;
τῇ μὲν γὰρ παρουσίᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἅγιοι τυγ-
χάνουσιν, ἐν τῇ ἀπουσίᾳ δ' αὐτοῦ, δῆλόν ἐστι μὴ εἶναι
„ ἁγίους αὐτοὺς, καὶ τὸ εἰρημένον πρὸς τοῦ θεοῦ, ἐὰν μὴ
„ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τῆς
„ γενεᾶς ταύτης, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας. καὶ
„ παῦλος ὁ ἀπόστολος, φησὶν, εἰδέ τις πνεῦμα
„ Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. εἰ οὖν ἡ τῶν
κακῶν πράξεων αἰτία γίνεται μὴ σωθῆναι τὸ πνεῦ-
μα τοῖς ἁμαρτάνουσιν, οὐκ τοῦ μὴ εἶναι καὶ οἰκεῖον
ἔν τισι τὸ ἅγιον πνεῦμα, δῆλόν που μὴ εἶναι Χριστοῦ.
ἆρα οὖν ἅγιοι ἄγγελοι ἁμαρτίας διάκονοι, εἰ μὴ
πάντως ἔχουσι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. πῶς δ' ἂν ἀ-
σφαλείπως προσέχουσι τῇ δόξῃ τοῦ θεοῦ, εἰ μὴ ἅ-
γιοι καὶ κοινωνοὶ πνεύματος ἁγίου εἶεν πάντως;
Ἄρειος εἶπεν, πάντως ἔχουσιν αἱ
ἅγιαι δῆλαι μέσαι τὸ πνεῦμα. Ἀθανάσιος εἶπεν, οἱ ἅγιοι πατέρες οἱ ἀπ' αἰῶνος εὐαρεστήσαντες
τῷ θεῷ, σωὸν ἔχον τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ νῦν ἔχουσιν αὐτό; ναὶ ἢ οὔ; Ἄρειος εἶπεν, καὶ ἔχον καὶ
ἔχουσι πάντες οἱ ἅγιοι τὸ ἅγιον πνεῦμα ἀχωρίστως. Ἀθανάσιος εἶπεν, τοῖς ἀποστόλοις
συῆν τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐν σαρκὶ οὖσι; ναὶ, ἢ οὔ; Ἄρειος εἶπεν ἀθέμιτόν ἐστι φάναι, μὴ συεῖναι τὸ ἅ-

ac proinde ſecundum iſta ipſa Patris Filiique diuinitas, & ſancta eſt & ſanctificans, vt quæ ſanctificet omnia rationalia, quæ digna habentur ex libero ſtudio & arbitrio recipere beatam eſſentiam in communionem ſanctificationis. Si igitur Spiritus ſanctus non eſt ſubſtantiæ Patris, cur eum Filius Dei in conſociatu ſanctificationis adnumerat? Ita enim dominus ad diſcipulos loquitur: *Proficiſcentes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Si ergo omnes gentes quæ fidem recipiunt & ſanctitatem, ſanctificantur trina illa beatiſſima nomenclatura, certum eſt etiam Spiritum ſanctum, eius etiam deitatis eſſe, cuius eſt Pater & Filius, quum & ipſe ſanctus ſit ex ſubſtantia, & ſanctos faciat omnes appropinquantes ſuæ communioni, vt ait Apoſtolus ad quos dixit, *Sed abluti eſtis ſed ſanctificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti & in ſpiritu eius qui eſt ſanctus.* Qui ſi non eſt Dei patris & filij ſubſtantiæ, rurſum dico, cur connumeratus eſt cum patre & filio? Et quaſi patris filiique diuinitas non ſufficeret ad ſanctificationem fidelium, aſſumpſit & paracletum ſpiritum veritatis ad complementum ſanctificationis, ſi ille non ſit eiuſdem cum ipſis ſubſtantiæ? Quod ſi admittatur, quomodo dicere poſſumus numen nullius egenum, & ex ſe perfectum eſſe, nullaque re opus habere ad vim faculatémque benefaciendi? AR. Si æternæ deitatis conſubſtantialis eſſet ſpiritus, omnino omnibus in locis per eſſentiam præſens eſſet, neque quum emittitur, de loco in locum procederet. ATHA. Sancti Angeli habentne Spiritum ſanctum, an non? AR. Admodum. ATHANA. Sempérne illis adeſt, an ad tempus ſanctis illis poteſtatibus præſto eſt? Age ergo dic mihi, quatenus Angelos ſanctos eſſe exiſtimas, quatenus non, certum eſt enim in Spiritus ſancti præſentia eos ſanctos eſſe, in abſentia verò ſanctos non eſſe ſecundum verbum Dei ita dicentis, *Non vtique permanebit Spiritus meus cum hominibus iſtius ætatis eò quòd carnes ſint.* Et Paulus Apoſtolus ait, *Si quis autem Spiritum Chriſti non habet hic non eſt eius.* Si igitur cauſa malorum operum in hoc eſt, quod Spiritus ſanctus non ſit cum peccatoribus, nec in iis habitet, conſequens eſt, Angelos eſſe adminiſtros peccati, niſi vbique habeant Spiritum ſanctum. AR. Vbique habent poteſtates illæ Spiritum ſanctum. ATHANA. Et ſancti patres, qui à condito æuo placuerunt Deo, coniunctum ſibi habebant Spiritum, & nunc quoque habent, an non? AR. Habent, & habuerunt omnes ſancti inſeparabiliter Spiritum ſanctum. ATHANA. Apoſtolis quum adhuc in carne agerent, aderátne Spiritus ſanctus an non? ARIVS. Nefarium

Nefarium est dicere non adfuisse Apostolis Spiritum sanctum. ATHANA. Simúlne ibant prædicantes regnum cælorum, an dispersi sunt in duodecim partes mundi? AR. Separati sunt à se inuicem quantum ad carnem attinet, vt docerent omnes gentes fidem eam quæ est in Christo. ATHANA. Si igitur angelis adest Spiritus sanctus, & sanctis animabus patrum, quæ Deo placuerunt, Apostolisque præsto fuit, ipsis inter se longis intercapedinibus ob prædicationem regni cęlorum distantibus, certe vniuersa implet Spiritus sanctus, vbique essentialiter præsens, non aliter quàm Deus pater & vnigenitus filius eius. AR. Donetur vt per essentiam suam vbique adsit Spiritus sanctus. Sed qua de causa à Propheta dictum est sub persona Dei, *Ego Deus vester, coruscans terribile; & creans spiritum* nisi ille esset vis quædam, & potentia per creationem condita? ATHANA. Sempérne Spiritus sanctus creatur, an semel duntaxat creatus est pro tua sententia? AR. Ne mihi interrogationes, nisi quæ sanę mentis sint facias, ante omnia secula dico creatum fuisse Spiritum sanctum. ATHANA. Propheta dixit, *Creans*, quæ vox Prophetæ indicat, Deum perpetuo creare: Ergo non de Spiritu sancto illud, *Creans*, prædicatur: sed de flatu ventorum ad instaurationem vniuersæ creaturæ, eritque tibi liquidissimus istius loci intellectus, si in manus sumas Prophetam & sequentia legas. Nam si quemadmodum tu tradis, ante omnia secula est Spiritus, dixisset vtique, Ego Deus, firmans tonitru, & qui creaui Spiritum, nunc autem ad istum modum locutus non est, AR. Bene illud à te obseruatum est, sed in his verbis: *Omnia per ipsum facta sunt*, cuncta simul includuntur, etiam spiritu sancto in ordinem sanctorum redacto, etsi summum præsidium potestásque fuerit in eo ad rerum creationem. ATHANA. Dominúmne omnium patrem domini Iesu Christi sub creatitia natura comprehendis, an non? AR. Absit, vt hoc dicam: nam audiuimus id quod à Seruatore nostro dictum est, *Nemo cognoscit Filium nisi Pater, neque patrem nisi Filius*. ATHANA. Est ne quispiam mortalium, qui foris intúsue à spiritu suo cognoscatur, an non? AR. Apostoli vox est, neminem scire ea quæ sunt alterius hominis, nisi quod quisque noscatur duntaxat à suo spiritu: & qui fieri pósset, vt dicas rem ita se non habere? ATHANA. Dei profunda quis cognoscit? natura condita, an incondita substantia? An rem increatam à creatura comprehendi dices? Sin minus, ab increato increatũ intelligi asseuerabis: quod si fit, superest vt Spiritum sanctum patri & filio consubstantialem fatearis. Omnia enim quæ sunt Dei, etiam profunda cognoscit Spiritus sanctus, secundum beatum Paulum ita loquentem, *Nemo nouit ea quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui est in eo:* ita quæ sunt Dei, nullus scit, nisi spiritus Dei: Spiritus enim

γιον πνεῦμα τοῖς ἀποστόλοις. Ἀθανάσιος εἶπεν, ἅμα πάντες ἐπορεύοντο κηρύττοντες τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἢ διεσπάρησαν εἰς τὰ δώδεκα μέρη τῆς γῆς; Ἄρειος εἶπεν, ἐχωρίσθησαν ἀπ' ἀλλήλων σαρκὶ, πρὸς τὸ μαθητεῦσαι πάντα τὰ ἔθνη εἰς τὴν ἐν χριστῷ πίστιν. Ἀθανάσιος εἶπεν, εἰ οὖν ἀγγέλοις σώμασι τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ ταῖς ἁγίαις ψυχαῖς τῶν πατέρων τῶν εὐαρεστησάντων τῷ θεῷ σωμάτων τυγχάνει τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ τῶν
A ἀποστόλων ἀφεστώτων μακραῖς διαστάσεσιν ἀπ' ἀλλήλων, πρὸς τὸ κηρύξαι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, παρῆν αὐτοῖς τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἄρα τὰ σύμπαντα πληροῖ πανταχοῦ παρὸν κατ' οὐσίαν ὥσπερ ὁ θεὸς ὁ πατὴρ, καὶ ὁμοούσιος υἱὸς αὐτοῦ. Ἄρειος εἶπεν, διδόσθω κατ' οὐσίαν πανταχοῦ παρεῖναι τὸ ἅγιον πνεῦμα, διότι οὖν ὁ προφήτης ἐκ προσώπου θεοῦ ἔλεγεν, ἐγὼ κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν, στερεῶν βροντῶν καὶ κτίζων πνεῦμα, ἐμὴ δὴ κτιστὴ δύναμις; Ἀθανάσιος εἶπεν, ἀεὶ τὸ
B πνεῦμα τὸ ἅγιον κτίζεται, ἢ ἅπαξ ἐκτίσθη καὶ σύ; Ἄρειος εἶπεν, μὴ προσῆκεν ὀρθὸν νοεῖν πρόσωπον, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων φημὶ ἐκτίσθαι τὸ πνεῦμα. Ἀθανάσιος εἶπεν, ὁ προφήτης εἶπεν κτίζων ὡς διαπαντὸς κτίζοντος θεοῦ ἢ προφήτου δηλοῖ φωνή. ἆρα οὖν ὁ περὶ ἁγίου πνεύματος φάσκει τὸ κτίζων, ἀλλὰ περὶ πνοῆς ἀνέμων πρὸς ἀνάκτησιν τῆς κτίσεως· ἔσῃ δέ σοι σαφεστάτη ἡ περὶ τούτου γνῶσις, ἐὰν λαβὼν τὸν προφήτην ἐντύχῃς ἐκ τῶν ἑπομένων. εἰ γὰρ καθὼς ἔ-
C δωκας πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἔκτισεν τὸ πνεῦμα, ἂν εἰρήκει, ἐγὼ ὁ θεὸς στερεῶν βροντῶν & κλίσας πνεῦμα, νῦν δὲ οὐχ οὕτως ἔφη. Ἄρειος εἶπεν, παρεπεπλημένως οὖν τοῦτο καλῶς ἔφης· τὸ δὲ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, ἅπαντα περιγράφει, ὡς καὶ τοῦ πνεύματος σὺν πᾶσι παρούσης, εἰ μὴ μείζων δύναμις ὑπέστη πρὸς δημιουργίαν. Ἀθανάσιος εἶπεν, ὁ τῶν ὅλων δεσπότης, ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, ὑπὸ κλίσεως οὖν φύσεως καταλαμβάνεται κατ' σέ; Ἄρειος εἶπεν, μὴ γένοιτο
D τοῦτο φθέγξασθαί ποτε. κἂν γὰρ ἀκούσωμεν τοῦ σωτῆρος λεχθὲν, οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν υἱὸν, εἰμὴ ὁ πατήρ. οὐ δὲ τὸν πατέρα τίς ἐπιγινώσκει εἰμὴ ὁ υἱός. Ἀθανάσιος εἶπεν, ἔστιν ἄνθρωπος ὅς τις ἐκτὸς ἢ ἔνδον γινώσκει πρὸς οὐ ἰδίου πνεύματος; ναὶ ἢ οὔ; Ἄρειος εἶπεν, ἀποστόλου φωνή ἐστιν ἡ φάσκουσα ἕτερον μὴ ἐπίστασθαι τὰ ἑτέρου, εἰμὴ μόνον γινώσκομεν ἕκαστον πρὸς οὐ ἰδίου πνεύματος, κἂν πῶς ἐγχωρεῖ λέξαι μὴ οὕτως ἔχειν; Ἀθανάσιος εἶπεν, οὐ θεοῦ
E ὦν τὰ βάθη, τίς γινώσκει, κλίσις ἢ φύσις, ἢ ἄκτιστος οὐσία; ἢ τίνα ἄκλιτον οὐσίαν πρὸς τῆς κτίσεως καταλαμβάνεσθαι λέγεις; εἰ δὲ πρὸς ἀκτίστου λέγεις, λείπεται λοιπὸν ὁμοούσιον ὁμολογεῖσθαι τοῦ σοῦ τὸ ἅγιον πνεῦμα πάλιν καὶ ἡμῶν, πάντα γὰρ τὰ τοῦ θεοῦ καὶ τὰ βάθη ἐξίσασι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, κατὰ τὸν μακάριον παῦλον φάσκοντα, οὐδεὶς ἀνθρώπων οἶδε τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ „

τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ. οὕτως καὶ τοῦ θεοῦ οὐδεὶς ἔγνω εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ. τὸ γὰρ πνεῦμα „

πάντες

πάντα, ἐρευνᾷ καὶ τὰ βάθη τοῦ θεοῦ. Ἄρειος εἶπεν, τὰ τοῦ θεοῦ πάντα ἅπερ ἀνδοξῇ αὐτῷ, ταῦτα οἶδεν τὸ πνεῦμα, τουτέστι τὰς βουλὰς ἅσπερ ἂν καταδήλους αὐτῷ ποιήσῃ ὁ θεός. Ἀθανάσιος εἶπεν, ἀκούω ἐγὼ πρεῖττον εἶδος τῷ πνεύματος τοῦ ἀνθρώπου. εἰποιήσεις γὰρ πρᾶγμα ὁ θεὸς ἐὰν μὴ ἀποκαλύψῃ τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ τοῖς προφήταις. Ἄρειος εἶπεν, δοκεῖ σοι τὰ τοῦ θεοῦ πάντα τὰς βουλὰς αὐτοῦ εἶναι; Ἀθανάσιος εἶπεν, τὰ μὲν θεοῦ λέγονται πάντα καὶ ἐνέργειαι, καὶ τὰ ποιήματα αὐτοῦ, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ μὴ ὁρώμενα. λέγονται δὲ καὶ βουλαὶ αὐτοῦ, καὶ πολλά ἐστιν ἅπερ ὀνομάζεται θεοῦ. εἰπέ μοι οὖν σὺ ὅτι τὸ παρόν, τῷ πνεύματι τοῦ ἀνθρώπου ὁ ἄνθρωπος τὰ ἴδια ἀποκαλύπτει, ἢ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ πάντα ὅτι ἔχει ἀφ' ἑαυτοῦ τὰ προπόμενα ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου, ὑπ' αὐτοῦ τοῦ πνεύματος ἀληλαδὴ κινεῖται τοῦ ἀνθρώπου πρὸς τὸ ἀπαντᾶν; Ἄρειος εἶπεν, ἀφ' ἑαυτοῦ ὅτι ἔχει τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὰ ἐν αὐτῷ. Ἀθανάσιος εἶπεν, τῷ μὲν πνεύματι τοῦ ἀνθρώπου ἀποδέδωκας ἀφ' ἑαυτοῦ εἰδέναι πάντα, τῷ δὲ πνεύματι τοῦ θεοῦ, οὐδὲ ὅτως παρεχώρησας ἔχειν τινὰ γνῶσιν; πρὸς δὲ τούτοις λέγεμοι βάθη θεοῦ λέγοις; Ἄρειος εἶπεν, πρῶτον φιλαληθῶς ὁμολογῆσαι δεῖ, ὅτι πάντα ἀφ' ἑαυτοῦ γινώσκει τὰ τοῦ θεοῦ τὸ πνεῦμα, ἔπειτα δὲ δεῖφάναι βάθη θεοῦ, τὸ ἀπέραντον καὶ ἀκατάληπτον, ὅπερ ἐστὶν ὡς ὅπερ ἐστὶν ὁ θεός, τοῦτο εἶναι φημί. Ἀθανάσιος εἶπεν, εἰ οὖν τὸ ἀπέραντον, καὶ ἀκατάληπτον, καὶ ὅπερ ἐστὶ, καὶ ὡς ἐστὶ τοῦτο φῂς, τὸν θεὸν ὑπὸ κτιστῆς φύσεως καταλαμβάνεσθαι ἐρεῖς, εἰδὲ τοῦθ' ὅτως ἔχει, οὐκέτι ἀκατάληπτός ἐστι καὶ σέ. τὸ γὰρ πρὸς ὁιασδήποτ' οὖν καταλαμβάνεσθαι κτιστῆς φύσεως τὸν θεὸν, ὃ δύναται λέγεσθαι ἀκατάληπτον. Ἄρειος εἶπεν, δός μοι μαρτυρίαν ἐκ τῶν ἁγίων γραφῶν, ὡς πρέπει τοῦ υἱοῦ, ὅτι ὁμοούσιον τυγχάνει τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ. Ἀθανάσιος εἶπεν, γέγραπται ἐν τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ, μὴ λήψῃ τὸ ὄνομα κυρίου θεοῦ σου ἐπὶ ματαίῳ. ὁ γὰρ μὴ καθαρίσῃ κύριος τὸν λαμβάνοντα τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ ματαίῳ. καὶ πρὸς τὸ πνεῦμα ὁ ἡμεῖς ὁρίσομεν γεγραμμένον πρὸς τὸν σωτῆρα, φησὶ γὰρ πρὸς τοὺς τοῦ Βεελζεβοὺλ υἱοὺς, τοὺς ἐκβαλλειν θέλοντας

„ αὐτὸν, πᾶσα βασιλεία, ἐφ' ἑαυτὴν μεριζθεῖσα
„ ἐρημοῦται, καὶ πᾶσα πόλις ἢ οἰκία μερισθεῖσα
„ καθ' ἑαυτὴν, πίπτει, καὶ εἰ ὁ σατανᾶς τὸν σατα-
„ νᾶν ἐκβάλλει, ἐφ' ἑαυτὸν ἀνέξη καὶ μεμέρι-
„ σται, πῶς οὖν σταθήσεται αὐτοῦ ἡ βασιλεία, ἢ πῶς
„ δύναταί τις τὰ σκεύη τοῦ ἰσχυροῦ διαρπάσαι;
„ ἐὰν μὴ πρότερον εἰσελθὼν ἐν τῇ οἰκίᾳ δήσῃ τὸν ἰσχυ-
„ ρὸν, καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει. Εἰ ἐγὼ ἐν
„ Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, οἱ υἱοὶ ὑμῶν
„ ἐν τίνι ἐκβάλλουσιν; καὶ μετ' ὀλίγα φησὶ, διὰ τοῦτο
„ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία
„ ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις, ἡ δὲ τοῦ πνεύματος βλασφημία οὐκ ἀφεθήσεται, ὃς ἂν εἴπῃ λόγον εἰς τὸν υἱὸν
„ τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ, ὃς δ' ἂν εἴπῃ κατὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ. ὅτε

omnia scrutatur, etiam profunda Dei. AR. Omnia quæ Dei sunt, quatenus Deus voluit, cognoscit Spiritus, nimirum ea consilia, quæ ei manifesta facit. ATHANA. Ergo nihil eximium tribuis Spiritui sancto supra hominum genus? Siquidem non faciet quippiam Deus, nisi reuelauerit seruis suis Prophetis. AR. Nónne tibi videntur omnia Dei, consilia Dei esse? ATHANA. Omnia quæ sunt Dei, ista vniuersa appellantur, quæ vi operaque eius sunt condita, siue visibilia siue inuisibilia. Ac multa sunt quæ hoc nomen, quod Dei sint, promerentur: Quapropter mihi dicas velim in præsentia, num homo suo spiritu omnia adaperiat, an spiritus qui in illo est, omnia ista quæ ab homine aguntur, ex se cognita habeat, quum homo ad ea ipsa agenda à suo spiritu concitetur? AR. Ex se cognita habet spiritus qui in homine est, ea quæ sunt hominis. ATHANA. Spiritui mortalium concedis ex se cognoscere, quæ sunt sui hominis: Spiritui autem Dei non concedis eadem ratione scire? Ad hæc quid nam profunda Dei esse intelligis? AR. Primum veraciter confitendum est, omnia quæ sunt Dei, spiritum Dei ex se scire: Deinde dicendum est, quæ sint profunda Dei, quæ ego appello Dei infinitudinem, incomprehensibilitatem, & quod est, & quomodo est. ATHANA. Quid? infinitudinem istam & incomprehensibilitatem, & quod est, & quomodo est, comprehendi dices ab aliqua condita natura? Id si fieri potest, certe pro tuis verbis incomprehensibilis non erit. Nam si comprehenditur ab aliqua creata natura, iam non poterit incomprehensibilis dici. AR. Des mihi testimonium ex sacris scripturis, quemadmodum de Filio fecisti, spiritum esse consubstantialem Deo. ATHANA. Scriptum est in lege, *Non sumes nomen domini Dei tui in vanum: non enim purum reddet dominus eum, qui suum nomen in vanum acceperit*, Itidem de spiritu inuenimus à Seruatore nostro scriptum: ait enim ad Beelzebub filios, qui ei contumeliam facere volebant, *Omne regnum in se diuisum, per se desolatur: & omnis ciuitas aut domus in se diuisa: per se cadit. Et si Satanas Satanam eiicit, & aduersum se insurrexit & diuisus est, quomodo igitur stabit regnũ eius? Aut quomodo vasa instrumentáq; fortis alicuius diripere potest, nisi prius vbi inuasit in ades, fortem illum ligauerit, & tunc domum eius diripiet? Et si ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filij vestri, in quo eiiciunt?* & paulò post subiicit: *Propterea dico vobis, quod omne peccatum, & omnis blasphemia remittetur hominibus: Blasphemia autem in Spiritum sanctum non remittetur, & si quis dixerit Verbum in filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur, neque in hoc seculo, neque in futuro.* Vidésne hic æqualem

lem esse spiritum Dei, idque etiam in futuro seculo? Vt enim qui in Deum Patrem blasphemat, non purificabitur, quo minus obnoxius sit æternæ punitioni: ita quoque qui in Spiritum sanctum blasphemias dicit, reus erit æterni peccati, lapsu huiusmodi extra veniam constituto. Si enim spiritus ille seruilis conditionis esset, nequaquam is, qui eum offenderit, æterno supplicio plecteretur, sicuti is qui in increatam Dei magnificentiam blasphemias dicit. Quem autem hic Filius Dei spiritum appellat, eundem illum quidam ex discipulis Christi de eo tractans, digitum Dei nominat: fac vt animo repetas inquisitionem de filio in Exodo habitam, & inuenies æternam Spiritus sancti potestatem consubstantialem esse Patri, eò quòd digitus ipsius nuncupetur. Certe Magi in Ægypto inexpugnabilem potentiam spiritus contemplantes, exclamauerunt, dicentes, *Hic est digitus Dei*. Quibus verbis nihil aliud illi, quam consubstantialem Spiritus sancti virtutem confitebantur, quam habet cum Deo Patre, per hanc vocem, digitus Dei, contra quem oculos aduersum tollere impossibile est. Et ne quis cauillari posset, non rectè dictum à Magis esse: Euangelistæ, vel potius in illis vocem domini ausculta, qui id vt rectè dictum approbauit. *Si ergo*, inquit, *in digito Dei eiicio damonia*. AR. Vbi scriptum est Spiritum sanctum, Deum esse? ATHANA. Vbique hoc prædicant sacræ scripturæ, Deum esse Spiritum sanctum, eúmque non separatum esse à Dei & Patris filiique vnigeniti maiestate. Dicit enim Petrus in actis ad, Ananiam, *Nunquid manens tibi manebat, & diuenditum in tua potestate erat? cur posuisti istud in corde tuo, vt mentireris Spiritui sancto, non mentitus es hominibus sed Deo*. Vides, quod quem in superioribus nominauerat Spiritum sanctum, in sequentibus appellauit Deum? Insuper & beato Paulo in secunda ad Thessalonic. epistola loquente ad istum modum *Dominus autem dirigat corda vestra in dilectione Dei, & tolerantia Christi*: In hac epistola, quemnam Dominum appellari putas, omniúmne dominum Deum Patrem, an spiritum sanctum? Nam Christum expresse recensuit. Si enim primo loco Patrem constituas, Deus est Spiritus: sin spiritum primo loco ibi nominatum confiteris, necessum est, vt eum dominum cognoscas: quòd si dominus est, nimirum Deus quoque habendus fuerit. Scriptum est enim. *Ego sum dominus Deus tuus*. Quære & inuenies vbique scriptum, eiusdem efficaciæ Spiritum sanctum, & eum à gloria Patris & filij abiunctum non esse. AR. Quare igitur scriptura nusquam dicit vt honoretur Spiritus sanctus vnà cum Patre & Filio? ATHANA. Scripturæ sacræ manifestè loquuntur, omnes potestates in cælis incessanter honorare Spiritum sanctum cum Patre & Filio, vt Esaias dicit.

ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, ἔτι ἐν τῷ μέλλοντι, ὁρᾷς ὅτι καὶ ἐν ταύτῃ ἰσότιμον τὸ θεῖον γνωρίζομεν τὸ πνεῦμα καὶ ἐν τῷ μέλλοντι; ὡς γὰρ ὁ εἰς τὸν θεὸν πατέρα βλασφημῶν ἀκαθαρισίαν ἔνοχον, ἵνα καὶ ὁ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημήσας, ὑπαίθριον γίνεται αἰωνίου ἁμαρτίας, μὴ συγχωρουμένου τοῦ πταίσματος. εἰ γὰρ ἦν δοῦλον, οὐκ ἂν ὁ σφαλεὶς εἰς αὐτὸ αἰωνίῳ κολάσει ἐπιμωρεῖτο, ὥσπερ ὁ εἰς τὴν ἄκτισον τοῦ θεοῦ μεγαλειότητα βλασφημῶν. ὅπερ οὖν ἐν ταύτῃ ὁ τοῦ θεοῦ υἱὸς φάσκει πνεῦμα, τοῦ θεοῦ, φησὶ, καὶ πατὴρ τῶν μαθητῶν ἐχρισε, δάκτυλον θεοῦ ἔφη. ἀκολούθως θέλησον τὴν φησὶ τοῦ υἱοῦ σωματοποιηθεῖσαν σωτηρίαν, καὶ ἀρήσεις τὴν ἀΐδιον τοῦ ἁγίου πνεύματος δύναμιν ὁμοούσιον τῷ πατρί, ἐκ τοῦ δάκτυλον αὐτὸ εἰρῆσθαι. ἀμέλει γοῦν τὴν ἀναμάχητον δύναμιν τοῦ ἁγίου πνεύματος θεωρήσαντες οἱ μάγοι ἐν αἰγύπτῳ, ἐβόων λέγοντες, τοῦτο δάκτυλος θεοῦ ἐστιν, ὅθεν ἔπρεπε τὴν ὁμοούσιον τοῦ ἁγίου πνεύματος δύναμιν ὁμολογοῦσι, ἣν ἔχει πρὸς τὸν θεὸν πατέρα διὰ τῆς τοῦ δακτύλου θεοῦ φωνῆς, ἧς ἀνθρώπαι πινα ἀδύνατον. καὶ ἵνα μήτις σοφίσασθαι θέλων μὴ ὀρθῶς εἰρῆσθαι πρὸς τῶν μάγων, οἱ ἀπόστολοι, μᾶλλον δὲ ὁ ἐν αὐτοῖς κύριος, ὡς ὀρθῶς εἰρημένων ὑπ' αὐτῶν, ἐβεβαίωσε τὰ λεχθέντα πρὸς αὐτῶν, διὰ τοῦ καὶ αὐτὸν φάναι, εἰ ἐγὼ ἐν δακτύλῳ θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια. Λέγει ἔτι, θεὸς οὖν γέγραπται τὸ πνεῦμα. Ἀθανασ. εἶπεν, πανταχοῦ ἀπαγγέλλουσιν αἱ θεῖαι γραφαὶ ὅτι θεός ἐστι τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ οὐκ ἐχώρισεν τῆς τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς καὶ τῆς τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ δόξης λέγει γοῦν ἑτέρῳ ἐν τῷ πράξεσι πρὸς ἀνανίαν, οὐχὶ μένον σοὶ ἔμενε, καὶ πραθὲν ἐν τῇ σῇ ἐξουσίᾳ ὑπῆρχεν; τί ὅτι ἔθου ἐν τῇ καρδίᾳ σου τὸ πρᾶγμα τοῦτο, ψεύσασθαί σε τὸ πνεῦμα, τὸ ἅγιον; οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ θεῷ. ὁρᾷς πῶς ἐν τοῖς ἀνωτέροις ὅπερ ἔφη πνεῦμα ἅγιον, ἐν τοῖς μεταγενεστέροις ἔφη θεόν; ἔτι μὴν καὶ τοῦ μακαρίου παύλου λέγοντος ἐν τῇ πρὸς θεσσαλονικεῖς δευτέρᾳ ἐπιστολῇ ἔτως, ὁ δὲ κύριος κατευθύναι ὑμῶν τὰς καρδίας εἰς τὴν ἀγάπην τοῦ θεοῦ, καὶ εἰς τὴν ὑπομονὴν τοῦ χριστοῦ, τί θέλεις ἐν τῇ ἐπιστολῇ νοῆσαι; τίνα κύριον ὀνομαζόμενον, τὸν τῶν ἁπάντων δεσπότην θεὸν πατέρα, ἢ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; τὸ μὲν γὰρ χριστὸν ὑπεμήνυσεν. εἰ μὲν γὰρ τὸν πατέρα προτάξειας, θεός ἐστι τὸ πνεῦμα, εἰ δὲ τὸ πνεῦμα προσομολογήσας, κύριος τυγχάνει, εἰ δὲ κύριός ἐστι, καὶ θεὸς ὑπάρχει, γέγραπται γάρ, ἐγώ εἰμι κύριος ὁ θεός σου· ζήτησον δὲ καὶ εὑρήσεις ἀπανταχοῦ γεγραμμένον ὅτι κατὰ τῆς τοιαύτης ἐνεργείας τυγχάνει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ δόξης οὐκ ἀπέζευκται. Λέγει ἔτι, διατί οὖν ἡ γραφὴ ἁδαμοῦ λέγει τιμᾶσθαι τὸ πνεῦμα σὺν τῷ πατρὶ καὶ υἱῷ. Ἀθανάσιος εἶπεν, αἱ ἅγιαι γραφαὶ πάντα σαφῶς διαλέγονται, εἰς ὃ ἐσμὲν ὀφειλέται τοῦ παρόντος, αἱ ἅγιαι δυνάμεις πᾶσαι αἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἀπαύστως τιμῶσι τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὡς ἡσαΐας λέγει, σὺν τῷ πατρὶ καὶ υἱῷ.

Λέγει

Ἀρ. Εἶπεν, σὺν πατρὶ καὶ ἐμοὶ γενέσθαι ἐδαμοῦ πιστεύεται τὸ ἅγιον πνεῦμα. Ἀθαν. Εἶπεν, πεπλάνηται, ἡνίκα εἶδεν Ἡσαΐας τὴν δόξαν κυρίου, καὶ τὰ στρατόπεδα τῶν ἁγίων δυνάμεων, τί ἔφη λέγειν βοώσας ἐν ταῖς θείαις ὑμνῳδίαις, οὐχ ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος; Διατί ὅτε ἀνώτερον τὸ ἀριθμοῦ τοῦτο ἐπανιόντα ὑμνοῦσι, ὅτε μὴ κατωτέρω καταβαίνοντα μειοῦσι τὸν αἶνον; πάντως τῷ μὴ ἐκτὸς τῆς τριάδος θέμις τοιοῦτῳ γέρας τιμηθῆναί τινα, μήτε ἐλαττῶσαί τινα τὸν ὕμνον, διὰ τὴν ἁγίαν καὶ μακαρίαν θεότητα τῆς τριάδος, ἐν μονάδι οὖσαν αὐτάρκη. ἔτι δὲ καὶ Μωσῆς, τίνος ἕνεκεν τὸν λαὸν ἐδίδαξε τρὶς κάμψαντα ὀπὶ γῆς τὸν αὐχένα καὶ τὰ γόνατα προσκυνῆσαι; ἢ διὰ τὴν τῆς τριάδος προσκύνησιν τῆς ἐν μιᾷ θεότητι; ἀλλὰ καὶ ὁ θεοφόρος Ἠλίας, τρίτῳ φυσήματι ἐγείρει τὸν υἱὸν τῆς χήρας, ἄδηλον ἕτερον δεικνὺς, ἢ μὴ δυνάσθαί τινα τῆς αἰωνίου ζωῆς ἀξιωθῆναι, εἰ μὴ ἄρα πρῶτον ἀναλήψεται τὴν ἰσότιμον καὶ ὁμοούσιον ζωοποιὸν τριάδα, διὰ τῆς σεβασμιωτάτης πίστεως ἐν ψυχῇ, ἥτις πυρὸς δίκην ἀναλίσκει τὰ νεκρὰ πάντα πταίσματα, τὰ νεκρούμενα τὴν ψυχὴν, καὶ ζωποιεῖ τὴν κεκτημένην αὐτὴν ἀίδιον ζωήν. ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν χριστοφόρον παῦλον, μὴ ἄλλως δεδυνῆσθαι ἕως τέλους ἀσφαλῶς ἀνελήλυθέναι, εἰ μὴ ἐκέκτητο ἐν στέρνοις αὐτοῦ τὴν τῆς τριάδος ἀνέκλειπτον καὶ ὁμοούσιον πίστιν. ὁ θεὸς βουλόμενος δεικνύναι διὰ τοιούτου πράγματος, μηδένα εἰσελάσαι δυνάσθαι εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν, τὸν ἐκτῆς πίστεως τῆς ἐνοικησάσης ἐν παύλῳ μὴ γεγονότα τί δὲ καὶ τὸ τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν παρεκτικὸν, καὶ ζωοποιὸν καὶ ἁγιαστικὸν λυτρὸν ὃ χωρὶς οὐ δύναται τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, οὐκ ἐν τῇ τελεσμακαρίᾳ ὀνομασίᾳ δέδοται τοῖς πιστοῖς; πρὸς δὲ τούτοις πᾶσιν, ἰωάννης φάσκει, καὶ οἱ τρεῖς τὸ ἕν εἰσιν. Ἄρ. Εἶπεν, ἀληθῶς μακάριοι πάντες οἱ ἔχοντες ταύτην τὴν πίστιν, καὶ ἕως θανάτου ὁμολογοῦντες αὐτὴν, καὶ ἀξίως αὐτῆς πολιτευόμενοι· νῦν γὰρ ἐγὼ ἀνέζησα ἀνάστασις ἐκ νεκρῶν, νεκρὰ γὰρ ἡ πλάνη, καὶ νεκρώσασα τὸν κεκτημένον αὐτὴν, καὶ ῥυθμίζουσι τὴν ψυχὴν τὸ συνοδοιπορούντα αὐτῇ ἐν ἀσελγείαις φύρεσθαι, πρὸς τὸ παρ' ὀφθαλμοῖς ζωῆς αἰωνίου σύμβολα μὴ γνωριζόμενα πρὸς τὸ ἀνθρώπινον, καθαιρεῖταί με τὸν θάνατον, καὶ τὴν αὐτοῦ θυγατέρα πλάνην, προσοικείωσαι δὲ ἑαυτὸν τῇ ζωοποιῷ πίστει. εἷς γὰρ ὢν ὁ ἄνθρωπος, μίαν ἔχειν ὀφείλει πίστιν τῆς αἰωνίου καὶ ὁμοουσίου τριάδος. ἐξ ἧς γὰρ ἐρύσατό με ὁ θεὸς ἀπιστίας, ἡ μία πίστις, ἀλλὰ τρεῖς ὁμολογοῦμεν. ἑνὸς μὲν πατρὸς αἰωνίου, ἑτέρας δὲ κτιστῆς ὑῆς, καὶ πνεύματος πεποιημένου. ἐκ δὲ τούτων κατάδηλόν ἐστι μὴ εἶναι πίστιν ἐκεῖ ἐκ πολλῶν μὴ ἓν μίαν. ἐγὼ οὖν δύχαριστῶ τῇ ἁγίᾳ τριάδι, προσκυνῶ πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα.

telligere queant, ne hoc ipsum quidem sese recte intelligere, quod interrogant. Ego enim ab Ethnicis didici τὸ ἀγέννητον id dici, quod nondum factum est, fieri tamen potest, vt lignum quod nondum abiit in formam scaphæ, sed tamen vt scapha aliquādo fieri possit. Rursum id esse ἀγέννητον quod non factū est, neque vlla ratione fieri potest, quale est triangulum & numerus par, quum triangulum nunquam quadrangulum, aut sit, aut fuerit: neque numerus par, impar vnquā vel extitit vel extiterit. Rursus, ingenitum appellari, quod quidē iam est, sed natum ab aliquo non est, neq; vlla ratione suæ originis Patrem habet. Addidit callidus sophista Asterius, & hæreseos patrocinator in suo libro, Ingenitum esse quod factum non sit, sed quod æternū sit, In quem igitur sensum intelligant hoc vocabulum ingenitum, oportebat ab illis interrogando explicari, vt is qui interrogatus fuerit, recte respondeat. Si autem recte se credunt interrogare dum dicunt, vnúmne ingenitum an duo? audiant primum quidem vt homines insciti, plurima esse ingenita, & ingenitum esse nullum: plurima quidem quæ fieri poterint, & nullum quod tale est, vt nō poterit, vt dictum est prius: Sin autem vt Asterio placuit, ea ratione interrogēt: quò ingenitum id habeatur, quod factum non est, & semper est, audiant nō semel, sed sæpius etiam Filiū pro ista acceptione ingenitum dici: non enim ex genere factitiorum est, neque opus aliquod, sed æternaliter cum Patre coexistit, vt iam demonstratum fuit, etiam si subinde sese immutent, vt solum habeant, quod contra Dominum loquantur, eum nimirum ex non entibus esse incepisse, nec fuisse priusquam fieret. Ex omnibus igitur & excussi & deturbati, si de integro interrogationes faciant, vt vnigenitum id dicant, quod iam est, sed tamen, vt genitum aliunde non sit neque sui Patrem habeat, audient à nobis eum qui tali significato innuitur vnum & solum Patrem esse, qui ea ratione ingenitus dicatur. Neque ex eo responso quicquā commodi ad res suas comparauerint. Non enim, si eo modo Deus ingenitus appelletur, hoc est increatus, sequitur necessario, Filium esse genitum, hoc est, creatum, quum ex superioribus argumentis notum sit, tale esse Verbum, qualis est ille, qui illud genuit. Quapropter si ingenitus Deus, non propterea genita, hoc est, facta est eius imago, sed proles est ac fœtus, qui ipse est Verbum siue Ratio ac Sapientia eius? Quid enim simile est creato ad increatum: Nam eadem repetere, grauari non debemus contra eos, qui creatum increato simile esse volunt, vt qui istud videat, illud quoque obtueatur. Non longe absunt ab istis verbis vt dicant id quod increatum est rerum conditarum esse imaginem, ac iam inde omnia illis sunt promiscua & confusa, creatæ res adæquatæ increatis, increatúmque ipsum extinctum, quum illud metiantur ex operibus, idque solum ea de causa, vt Filium ad conditionem rerum factarum detrahant. Sed ne ipsos quidem arbitror ea deinceps velle loqui, si Asterio sophistæ obtemperent.

Ille enim, quamuis aduocationem præstet Arianæ sectæ, dicátque vnum esse ingenitum, tamen istis contraria allegat, Sapientiámque Dei increatam, nullóque principio inchoatam esse dicit. Súntque ista, quæ iam dico, pars nonnulla eorum quæ scripsit. Non ait Beatus Paulus, Christum se prædicare illam Dei potentiam, aut illam Dei Sapientiam, sed sine additamento articuli Potentiam Dei & Sapientiam, aliam quidem esse propriam Dei potentiam insitam, & vnà cum eo existentem, citra creationem prædicans: Et paulo pòst iterum, Atqui æterna eius potentia & sapientia, quam nullo principio inchoatam increatámque rationes veritatis ostendunt, vna haud dubie, eademque fuerit. Hic, tametsi praue intelligens Apostoli verba, duas arbitratus sit esse sapientias, attamen sapientiam inexpertē principij, vnáque existentem esse dixit. Ideóque non iam vnum ingenitum siue increatum, sed & alterum adhuc ei accumulauit, quod vnà cū eo existeret. Quod enim coexistit, non secum coexistit, sed cum altero. Aut igitur Asterio obsecundantes, non amplius interrogent, sitne vnum ingenitum, an duo, ne veluti dissidentes cum eo pugnent: aut si aducrsantur illi, ne eius opusculis innitantur, vt se inuicem remordentes, à se inuicem conficiantur. Cæterum, ista aduersus eorum insciti am breuiter sint dicta: porrò aduersus vafriciem instituti illorum, quis vnquam satis dixerit? Quis eos ita insanientes non meritò odio prosequatur? Postquam enim non amplius illis fiducia supereſt, vt dicant, ex non entibus eum extitisse, neq; prius extitisse quàm fieret, vocabulum ingeniti sibi confixerunt, vt Filium genitum, hoc est, creatum apud simpliciores dictitantes, eadem illa verba, ex non entibus: & non erat priusquam fieret, denuo subindicent: in istis enim creata & condita intelligi volunt. Atqui par erat, si causæ suæ confiderent, in illis verbis insistere, ac non se in loquendo versipelles facere: verum hoc detrectant, arbitrantes se facile omnibus imposituros, si nomine ingeniti in prætextum dato, hæresim suam dissimulent, quum tamen vox illa suo significatu non ad Filium (vt ipsi murmurant,) sed ad genita, hoc est, creata propendeat. Simile quiddam videris in his verbis: Omnipotens & Dominus virtutum: si enim Pater omnia per Verbum in sua potestate tenet, ac dominatur & regnat, & in regno Patris regnat Filius, & in omnia imperium habet, vt Verbum, vt imago Patris: euidens est, ne eo quidem modo cæteris rebus Filium adnumerari debere, neque Filij respectu Patrem: sed eorum relatione, quæ per Filium creata sunt, quibus imperat, & dominatur per Verbum, omnipotentem & Dominum virtutū appellari: & ingenitum non ad discrimen Filij, sed ad eorum quæ per Iesum Christum condita sunt, suam vim & significationem habere, idque recte. Non enim Deus talis est, vt ea quæ sunt genita, hoc est, creata, sed vt eorū conditor, & architectus per Filiū. Quemadmodum autem

A

B

C

D

E

ἐκεῖνο. γὸ καίπερ ἀπαδάζων σωηγορεῖν τῇ ἀρξανῇ αἱρέσει, ϗ λέγων ἓν εἶναι τὸ ἀγέννητον, τὰς ἐναντίας τέτοις ἀντιφθέγγε), λέγων καὶ τὴν σοφίαν τοῦ θεοῦ ἀΐδιον ϗ ἄναρχον εἶναι, ϗ ἔστι μέρος ὧν ἔγραψε, ταῦτα. ϗ οὐκ εἶπεν ὁ μακάριος παῦλος χριστὸν κηρύσσειν τὴν τοῦ θεοῦ δύναμιν, ἢ τὴν τὲ θεὲ σοφίαν, ἀλλὰ δίχα τῆς προσθήκης, δύναμιν θεοῦ καὶ θεοῦ σοφίαν, ἄλλως μὲν εἶναι τὴν ἰδίαν αὐτοῦ τὲ θεοῦ δύναμιν, τὴν ἔμφυτον αὐτῷ καὶ συνυπάρχουσαν ἀγεννήτως κηρύσσων. ϗ πάλιν μετ' ὀλίγα καίπερ ἡμῶν ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ σοφία, ἵν' ἄναρχόν τε καὶ ἀγέννητον ὁι τῆς ἀληθείας ἀποφαίνωνται λογισμοί, μία ἂν εἴη δήπουθεν καὶ αὐτή. εἰ γὰρ καὶ μὴ καλῶς νοήσας τὸ δ' ἀπεσόλε ῥητὸν ἐνόμισεν εἶναι δύο σοφίας, ἀλλ' ὅμως συνυπάρχουσαν αὐτῷ ἀγέννητον σοφίαν εἰρηκὼς, οὐκ ἔτι ἓν τὸ ἀγέννητον, ἀλλὰ καὶ ἕτερον ἔφησεν ἀγέννητον εἶναι σὺν αὐτῷ. τὸ γὰρ συνυπάρχον, οὐχ' ἑαυτῷ ἀλλ' ἑτέρῳ συνυπάρχει. ἢ τοίνυν ἀστερίῳ πειθόμενοι, μηκέτι ἐρωτατωσάτωσαν τὸ ἀγέννητον ἢ δύο, ἵνα μὴ ὡς ἀμφιβάλλοντες μάχωνται πρὸς ἐκεῖνον, ἢ ἐναντιοῦνται κἀκείνῳ μὴ ἐπερειδέσθωσαν αὐτοῖς τῷ συγγράμματι. ἵνα μὴ ἀλλήλοις δάκνοντες ὑπ' ἀλλήλων ἀναλωθῶσι. καὶ ταῦτα μὲν δι' ὀλίγων πρὸς τὴν ἀμαθίαν αὐτῶν εἰρήσθω, πρὸς δὲ τὴν πανοῦργον αὐτῶν προαίρεσιν, τίς ποτὲ ἂν τις εἴποι; τίς αὐτὸς οὐκ ἂν ἔτως μαινομένους μισήσειεν δικαίως; ἐπειδὴ γὰρ οὐκέτι παῤῥησίαν ἔχουσιν ἐν τῷ λέγειν ἐξ ὄντων, καὶ οὐκ ἦν πρὶν γεννηθῇ, ἐπενόησαν αὐτοῖς τὴν τὲ ἀγεννήτε λέξιν, ἵνα τὸν υἱὸν γεννητὸν φθάσαντες ἀκεραίοις λέγοντες, αὖτε πάλιν τὰ ῥήματα τὰ ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ οὐκ ἦν πρὶν, σημαίνωσιν. ἐὰν γὰρ τέτοις τὰ γενητὰ κτίσματα σημαίνεται, ἔδει οὕτω εἶπερ θαῤῥοῦσιν οἷς λέγουσι, τέτοις καὶ ὀπομένειν, καὶ μὴ ποικίλως μεταποιεῖν ἑαυτούς· ἀλλ' ὃ θελήσουσι νομίζοντες ἀχερῶς ἅπαντα δικαιώσειν, ἐὰν τῷ ὀνόματι τέτῳ σκέπτοντες τὴν αἵρεσιν προβάλλωνται τὸ ἀγέννητον· καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ τὲ ἀγενήτε λεξείδιον, ὃ πρὸς τὸν υἱὸν ἔχει τὴν σημασίαν κἂν ὅτοι γογγύζωσιν, ἀλλὰ πρὸς τὰ γενητὰ, ϗ ὅμοιον αὖτις ἰδοι τέτε τὸ, παντοκράτωρ. καὶ τὸ κυρίε τῶν δυνάμεων. εἰ γὰρ τῶν πάντων ὁ πατὴρ διὰ τοῦ λόγου κρατεῖ καὶ κυριεύει καὶ βασιλεύει, καὶ τὴν βασιλείαν τὲ πατρὸς βασιλεύει ὁ υἱὸς, τὸ κράτος πάντων ἔχει ὡς λόγος καὶ ὡς εἰκὼν τὲ πατρὸς· δῆλον ὡς ὁ σὸς ὧδε τοῖς πᾶσι συναριθμεῖται ὁ υἱὸς, ὁ σὸς αὐτὸν λέγεται παντοκράτωρ καὶ κύριος, ἀλλὰ διὰ τὰ σὸν υἱὸν γένομενα, ὧν κρατεῖ καὶ κυριεύει διὰ τὲ λόγε. καὶ τὸ ἀγέννητον ἀρχὴ διὰ τὸν υἱὸν, ἀλλὰ διὰ τὰ διὰ ἰησοῦ χρισοῦ γενόμενα σημαίνεται· καλῶς· ὅτι οὐκ ἔστιν ὡς τὰ γενητὰ, ὁ θεὸς, ἀλλὰ καὶ τέτων κτίσης διὰ τὲ υἱὲ καὶ δημιουργός ἐστιν. ὥσπερ δὲ τὸ ἀγέννητον

σὲ ἀγέννητον πρὸς τὰ γνητὰ σημαίνεται, ἔτως καὶ τὸ πατὴρ σηλωτικόν ἐστι τῦ ὑῦ. καὶ ὁ μὲν ποιητὴν καὶ δημιουργὸν καὶ ἀγέννητον ὀνομάζων τὸν θεὸν, τὰ κτίσματα καὶ τὰ γνητὰ βλέπει καὶ καταλαμβάνει, ὁ δὲ τὸν θεὸν πατέρα καλῶν, εὐθὺς τὸν υἱὸν θεωρεῖ καὶ νοεῖ. διὸ καὶ θαυμάσειεν ἄν τις αὐτῶν τὴν ἐπ' ἀσεβείας φιλονεικίαν. ὅτι καί τι τοῦ ὀνόματος τῦ ἀγεννήτε, καλῶ ἔχοντος τὴν προειρημένην διάνοιαν, καὶ δηλωμένε μετ' εὐσεβείας ὀνομάζεσθαι, αὐτοὶ κατὰ τὴν ἰδίαν αἵρεσιν προφέρεσιν ἐπ' ἀτιμίᾳ τοῦ υἱοῦ, οὐκ ἀναγνόντες ὅτι ὁ τιμῶν τὸν υἱὸν τιμᾷ τὸν πατέρα, καὶ ὁ τὸν υἱὸν ἀτιμάζων ἀτιμάζει τὸν πατέρα· εἰ γὰρ ὅλως αὐτοῖς εὐφημίας καὶ τῆς εἰς τὸν πατέρα τιμῆς ἔμελεν, ἔδει μᾶλλον, καὶ τὸ βέλτιον καὶ μεῖζον ἦν, πατέρα τὸν θεὸν εἰδέναι τε καὶ λέγειν αὐτός. λέγοντες μὲν γὰρ ἐκεῖνοι τὸν θεὸν ἀγέννητον, ἐκ τῶν γενομένων ἔργων αὐτὸν, καθάπερ εἴρηται, ποιητὴν μόνον καὶ δημιουργὸν λέγουσι, νομίζοντες ὅτι καὶ τὸν λόγον ποίημα ἐκ τούτε σημαίνειν δύνανται κατὰ τὴν ἰδίαν ἡδονήν· ὁ δὲ τὸν θεὸν πατέρα λέγων, ἐκ τοῦ υἱῦ τοῦτον σημαίνει, οὐκ ἀγνοῶν ὅτι υἱοῦ ὄντος ἐξ ἀνάγκης διὰ τῦ υἱῦ πάντα τὰ γενητὰ ἐκτίσθη. καὶ ὅτι μὲν ἀγέννητον εἶναι λέγοντες μόνον ἐκ τῶν ἔργων σημαίνουσιν αὐτὸν, καὶ οὐκ ἴσασι καὶ αὐτοὶ τὸν υἱὸν ὥσπερ ἕλληνες. ὁ δὲ πατέρα λέγων τὸν θεὸν, ἐκ τῦ λόγε σημαίνει τοῦτον, εἰδὼς διὰ καὶ τὸν λόγον, οἷδεν αὐτὸν δημιουργὸν ὄντα, καὶ καταλαμβάνει ὅτι δι' αὐτοῦ τὰ πάντα γέγονεν. ἀκουῶ δυσεβέστερον καὶ ἀληθὲς μᾶλλον ἂν εἴη τὸν θεὸν ἐκ τῦ υἱῦ σημαίνειν καὶ πατέρα λέγειν, ἢ ἐκ μόνων τῶν ἔργων ὀνομάζειν καὶ λέγειν αὐτὸν ἀγέννητον· τοῦτο μὲν γὰρ μόνον ἔκαστον καθάπερ εἶπον, καὶ κοινῇ πάντα τὰ ἐκ τῦ βουλήματος τοῦ θεοῦ διὰ τοῦ λόγε ἔργα γενόμενα σημαίνει· τὸ δὲ πατέρα ἐφ' υἱῦ μόνον σημαίνεται καὶ ἴσασι. ὅσῳ δὲ ὁ λόγος τῶν γενητῶν διαφέρει, τοσούτῳ πλεῖον τὸ λέγειν τὸν θεὸν πατέρα τῦ λέγειν ἀγέννητον διαφέροι ἄν. καὶ γὰρ τοῦτο μὲν ἄρρητον καὶ ὑπερῶον καὶ ποικίλην ἔχον ἐστὶ τὴν σημασίαν, ὥστε τὸν ἐρωτωμένην φέρειν αὐτῦ, εἰς πολλὰ τὴν διάνοιαν φερόμενον· τὸ δὲ πατὴρ, ἁπλοῦν καὶ ἔγγραφον καὶ ἀληθέστερον, καὶ σημαῖνον μόνον τὸν υἱόν ἐστι. καὶ τὸ μὲν ἀγέννητον, παρ' ἑλλήνων εὕρηται τῶν μὴ γινωσκόντων τὸν υἱόν· τὸ δὲ πατὴρ, ὑφ' τῦ κυρίε ἡμῶν ἐγνώσθη καὶ κεχάρισται. καὶ γὰρ εἰδὼς αὐτὸς ἦν υἱὸς, ἔλεγεν, ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ, καὶ ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα, καὶ ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· ἀλλὰ ἡμᾶς ἐδίδαξεν, οὐκ εἶπεν ὅταν δὲ προσεύχησθε λέγετε ἀγέννητε ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἀλλὰ πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ τὸ κεφάλαιον δὲ τῆς πίστεως ἡμῶν, εἰς τοῦτο σωτείαν ἠθέλησεν, ὁ κελεύσας ἡμᾶς βα-

autem ingenitus ad relationem genitorum, hoc est, factorum significationem habet: ita Pater ad Filium refertur. Et qui Deum authorem & opificem, & ingenitum nominat, ad condita creatáque respicit, eáque intellectu comprehendit, at qui Deum Patrem vocat, statim quoq; filium intelligit, & ad eum oculos intentos habet. Quocirca admirationi habeas eorum in impietate defendenda peruicaciam, quod quum nomen ingenitum, probam, vt à me dictum est significationem præ se ferat, sensumque suum cum pietate tueri posset, ipsi pro sua hæresi ad ignominiam filij illud ipsum vsurpent, non inscij interim, eum qui honorat filium, honorare & Patrem: & qui dehonestat filium dehonestare & Patrem. Si enim vllam benedicendi, aut reuerentiæ Patris curã haberent, oportuit eos (quum multo potius sit & maius) Deum Patrem esse: Paternitatem in eo agnoscere & prædicare, quàm ad istum modum de eo loqui. Quum enim eum appellant Deum increatum, ex operibus creatis, quemadmodum dictum est, conditorem eum dũtaxat & opificem designant, arbitrantes sese eo modo pro sua libidine, Verbũ quoque esse opus, ostendere posse quum è diuerso, qui Deum Patrem appellat, ex filio ipsum qualis sit declaret: non ignari interim, quòd filio subsistente, necessarium sit omnia quæ creata sunt, per filium creata esse. Qui autem Deum increatum scribunt, solummodo ex operibus illum designantes, ne ipsi quidem filium, vt nec Ethnici, cognitum habent. Contrà qui Deum Patrem nuncupant, eum ex verbo suo, qualis sit, declarant: porrò qui verbũ siue Rationem cognitam habet, cognitum quoq; habet eam opificem rerum esse: & animo cõprehendit, omnia per illam condita esse. Quocirca religiosius & verius esset, Deum potius Filio denotare, eúmq; Patrem dicere, quam ex solis operinus eum inbuere, ac eũ ingenitum, hoc est, increatum dicere: Id enim vel singula duntaxat, vel publice omnia quæ ex voluntate Dei per Verbum sunt condita, significatione ostendit. Cæterũ, Pater in solo Filio intelligitur & consistit. Quantum porro verbum Dei à creatis differt, tantum quoq; differentiæ est in hac appellatione, si eum Patrem nomines, ab illa, si eum ingenitum voces. Præterea vox illa in scripturis vsurpata non est, ac proinde suspecta, vtpote, quæ in se multiplicem cõtineat significationem: adeò, vt qui ad eius vocabuli interrogationẽ respondere velit, in multa animum cogitationémque circunferat. Patris cõtrà nomen simplex est, & familiare scripturis sanctis & verius, filiúmque significat. Ingeniti vox ab Ethnicis, qui filium ignorant, instituta est. Patris vocabulum à Domino agnitum est, & vsurpatum. Ille enim quum sciret, cuius filius esset, hec verba proloquutus est, *Ego in Patre, & Pater in me est: & Qui vidit me, vidit & Patrem meum: &, Ego & Pater vnũ sumus*. Neque vspiam constat eum Patrem suum ingenitum appellasse, quin quum nos orare & precari doceret: Non (inquit) quum precibus vtendum vos dicere velim, Deus ingenite, qui es in cælis, sed Pater noster cœlestis, eóque summam Fidei vestræ tendere voluit, quum iuberet nos ba-

ptizari, non in nomine geniti & ingeniti, neque in nomine cõditi & increati, sed in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Itaque quoque nos, quanquam ex creatitia natura oriundi, ad perfectitudinem progredientes ad ius filiorum, adoptionémque proficimus, & Patris nomen dictitantes, eo ipso Verbum quod est in Patre, cognoscimus. Vna igitur institutio istius dictionis ingeniti ostenditur, quum nihil aliud in se contineat, nisi meram præstigiationẽ. Iam, quòd dicunt mutabile esse Verbum Dei, superuacuum est de ea re quæstionem instituere: satis est enim ad impiam ipsorum audaciam ostendendam, si quæ ab illis iactantur, scripto indicauero. Sunt autem ista, quæ illi per speciem interrogationis deblaterant: Suine arbitrij est, an non? si est, igitur iudicio delectuque arbitrij bonus est, & potest, si velit, mutari, quum sit mutabilis naturæ: an, vt lapis & lignum, non habet volũtatem liberem sui mouendi, & vtrolibet vergendi? Cæterum, huiusmodi eos vel dicere vel sentire nõ est alienum ab ipsorũ hæresi. Quum enim semel ex non entibus Deum, & conditum filium sibi commenti essent, cõsequenter veluti aptarei conditæ, istiusmodi sibi verba corraserunt. Cæterum, vbi iam didicere ex concertatione cum Ecclesiasticis viris de vero & vnico Verbo Patris, nec tamen ob id timidius de eo talia loquantur, quid hoc dogmate magis impium vnquam videris? Ecquis eos vel audiendo solum, etiamsi contradicere nequeat, nõ exhorrescat, aures obthuret perculsus attonitúsque eorum sermonibus, quum audiat ex ipsis inania verba, & ipso prolatu blasphema? Si enim mutabile & alterabile est Verbum, vbi quæso, consistet? aut quis erit finis illius incrementi? aut qua ratione similis esse poterit, mutabilis immutabili? quomodo porro, qui mutabilem viderit, vidisse immutabilem arbitrabitur? in quo quæso statu futurum est, vt quis in eo Patrem conspiciat? Certum enim est, nõ semper in eo videri Patrẽ, eò quod Filius semper mutetur, & alterabilis sit naturæ. Pater.n. immutabilis & inalterabilis, semper eodem tenore modóq; se habet, idémque existit: Filius contrà pro illorum sententia mutabilis est, & non semper idem, sed perpetuo alterabilis naturæ: quomodo ille Patris Imago esse poterit, quum non habet similẽ immutabilitatem? quomodo omnino in Patre est is, qui ambigui est delectus? Forsitan autem quum mutabilis sit, ac nostro more profectus capiat, ne nunc quidẽ adhuc perfectus est. Sed valeat istiusmodi Arianorum insania, è diuersóque veritas eluceat, eorúmque deliria patefaciat. Qûi enim ille nõ perfectus, qui æqualis est Deo? aut quomodo immutabilis non fuerit, qui vnus est cum Deo, & substantiæ Patris proprius Filius? Iam quum substantia Patris & immutabilis sit, immutabilis quoque fuerit ipsius Partus: Sin verò, quum se res ad istum modum habeat, Verbo tamen mutabilitatem admẽtiantur, discant (quæso) quid istiusmodi sermo præ se ferat. *Ex fructu enim cognoscitur arbor*, ac proinde,

πλίζεσθαι, οὐκ εἰς ὄνομα ἀγενήτου ἢ γνητοῦ, ἀλλὰ εἰς ὄνομα πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ πνεύματος· ἀλλ' εἰς ὄνομα πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος. οὕτω γὰρ τελειόμενοι ἐκ τῆς ἁγίας τριάδος ὅλης, ὁμοιούμεθα λοιπὸν, καὶ τὸ πατρὸς δὲ ὄνομα λέγοντες ἐπιγινώσκομεν ἐν τῷ ὀνόματι τοῦτο, καὶ τὸν ἐν αὐτῷ τῷ πατρὶ λόγον. μανία δὲ καὶ ἡ περὶ τῆς ἀγενήτου λέξεως ἐπιχείρησις αὐτῶν δέδεικται, καὶ μηδὲν πλεῖον ἔχουσα, ἢ μονὴν φαντασίαν. ὥστε δὲ τὴν λέγειν αὐτοὺς εἰ ἄτρεπτος ἐστιν ὁ λόγος, περιττόν ἐστι περὶ τούτου ζητεῖν· ἀρκεῖ γάρ μοι μόνον ἐγγράψαντά με τὰ παρ' αὐτῶν λεγόμενα, δεῖξαι τὸ τολμηρὸν τῆς ἀσεβείας αὐτῶν. ἔστι γὰρ ταῦτα ἃ ὡς ἐρωτῶντες φλυαροῦσιν, αὐτεξούσιός ἐστιν, ἢ οὔ; προαιρετόν ἐστιν οὖν καὶ τὸ αὐτεξούσιον καλός ἐστι, καὶ δυνατὸν ἐὰν θελήσῃ τραπῆναι, τρεπτὸς ὢν φύσεως, ἢ ὡς λίθος καὶ ξύλον, οὐκ ἔχει τὴν προαίρεσιν ἐλεύθεραν εἰς τὸ κινεῖσθαι καὶ τρέπειν εἰς ἑκάτερα. τῆς μὲν οὖν αἱρέσεως αὐτῶν, οὐκ ἀλλότριόν ἐστι τοιαῦτα λέγειν τε καὶ φρονεῖν. ἀπαιδεύτους γὰρ παίδευσεν ἑαυτοὺς ἐξ οὐκ ὄντων θεὸν καὶ κτίσμα ἴδιον ἀκολούθως ὡς ἁρμόζοντα κτίσματι, τὰ τοιαῦτα καὶ συμφέροντα ἑαυτοῖς ῥήματα. ἐπειδὴ δὲ πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας διαμαχόμενοι, καὶ ἀκούοντες παρ' αὐτῶν περὶ θεοῦ ἀληθινοῦ καὶ μόνου λόγου πατρὸς, τοιαῦτα περὶ αὐτοῦ φθέγγεσθαι τολμῶσι, πῖς τοῦτο δόγματος μιαρώτερον ἂν ἴδοι; πῖς τούτων ἐμέσον, κἂν μὴ ἀντιλέγειν δύνηται, οὐ ταραττεται, καὶ τὴν ἀκοὴν ἀποκλείσῃ, ξενιζόμενος ἐφ οἷς ἐκεῖνοι τελαλοῦσι, καὶ αὐτὸς καινῶν ἀκούει ῥημάτων ἐχόντων αὐτόθεν καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς φορᾶς τὴν βλασφημίαν; εἰ γὰρ τρεπτὸς καὶ ἀλλοιούμενός ἐστιν ὁ λόγος, ποῖον ἀρασήσεται, καὶ ποῖον αὖ τὸ τέλος ἔσται τῆς ἀπιδόσεως; ἢ πῶς ὅμοιος τῷ ἀτρεπτῷ ἀτρεπτος εἶναι δυνήσεται; πῶς δὲ ὁ τῶν τρεπτῶν ἐφαρμοστὴς, ἐφαρμοκέναι τὸν ἀτρεπτον νομισεῖ; ἐν ποίᾳ δὲ ἄρᾳ ἐὰν γένηται καταξιάσῃ, δυνήσεταί πῖς τὸν πατέρα ἐν αὐτῷ βλέπειν; δῆλον γὰρ ὡς οὐκ ἀεὶ ὃς ὄψεται ἐν αὐτῷ τὸν πατέρα, διὰ τοῦτο ἀεὶ τρέπεσθαι τὸν υἱὸν, καὶ ἀλλοιουμένης αὐτὸν εἶναι φύσεως. ὁ μὲν γὰρ πατὴρ, ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος καὶ ἀεὶ καὶ ὡσαύτως ἔχει καὶ ὁ αὐτός ἐστιν. ὁ δὲ υἱὸς εἰ κατ' ἐκείνους τρεπτὸς, καὶ οὐκ ἀεὶ ὁ αὐτὸς· ἀλλ' ἀεὶ ἀλλοιουμένης φύσεώς ἐστι, πῶς ὁ τοιοῦτος εἰκὼν τοῦ πατρὸς εἶναι δύναται, οὐκ ἔχων τὸ ὅμοιον τῆς ἀτρεψίας; πῶς δὲ καὶ ὅλως ἐν τῷ πατρί ἐστιν ἀμφίβολον ἔχων τὴν προαίρεσιν; τάχα δὲ καὶ τρεπτὸς ὢν καθ' ἡμέραν προκόπτων, ὕπω τέλειός ἐστιν. ἀλλ' ἡμὲν τοιαύτη τῶν ἀρειανῶν οἰκειοθαμανία, ἡ δὲ ἀληθεια λαμπέτω καὶ δεικνύτω τούτους ἀφρονοῦντας. πῶς γὰρ ὁ τέλειος ὁ ἴσα θεῷ; ἢ πῶς οὐκ ἄτρεπτος ὁ μετὰ τοῦ πατρὸς ὢν, καὶ τῆς οὐσίας ἴδιος ὢν υἱὸς αὐτοῦ; τῆς δὲ οὐσίας τοῦ πατρὸς ἄτρεπτου ὄντος, ἄτρεπτον ἂν εἴη καὶ τὸ ἐξ αὐτῆς ἴδιον γέννημα, εἰ δὲ τοῦ ὄντος λόγου τροπὴ καταψεύδονται, μανθανέτωσαν πᾶς τούτων ὁ λόγος κινδυνεύει, ἐκ γὰρ τοῦ καρποῦ καὶ τὸ δένδρον γινώσκεται, καὶ διὰ τοῦτο,

ὡσαύτως

» ὁ ἑωρακὼς τὸν υἱὸν, ἑώρακε τὸν πατέρα, καὶ ἡ τοῦ υἱοῦ γνῶσις, γνῶσίς ἐστι τοῦ πατρός. ἀκουε ἀναλλοίωτος ἡ εἰκὼν τοῦ ἀτρέπτου θεοῦ ἂν εἴη, ἰησοῦς γὰρ χριστὸς, χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς » καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. καὶ ὁ μὲν δαβὶδ ψάλλων, φησὶν αὐτὸς φησὶν, καὶ σὺ κατ' ἀρχὰς κύριε τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σού εἰσιν οἱ οὐρανοὶ, αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ » διαμένεις, καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν. ὁ δὲ κύριος αὐτὸς φησὶν ἑαυτοῦ τοῦ προφήτου λέγει, ἴδετέ με ὅτι ἐγώ εἰμι καὶ οὐκ » ἠλλοίωμαι. εἰ γὰρ καὶ φησὶ τοῦ πατρὸς δυνάσθαι λέγειν τὸν εἶναι τοῦτο σημαινόμενον, ἀλλὰ καὶ τὸν υἱὸν ἁρμόζει τοῦτο λέγειν, ὅτι μάλιστα γενόμενος ἄνθρωπος, δείκνυσι τὴν ταυτότητα, καὶ τὸ ἄτρεπτον ἑαυτοῦ, οἷς νομίζουσι διὰ τὴν σάρκα ἠλλοιῶσθαι αὐτὸν, καὶ ἕτερόν τι γεγονέναι. ἀξιοπιστότεροι δὲ οἱ ἅγιοι καὶ μᾶλλον ὁ κύριος τῆς τῶν ἀσεβῶν κακονοίας· καὶ γὰρ κατὰ τὸ εἰρημένον ἀνάγνωσμα τῆς ἡμωνδίας, πάντων τῶν γεγονότων καὶ πάσης τῆς κτίσεως διὰ τῆς γῆς καὶ γῆς σημασίας, τρεπτὴν καὶ ἀλλοιωτὴν ἡγεμονικὴν φύσιν λέγουσα, καὶ τούτων τὸν υἱὸν ἐξαίρουσα, δείκνυσι μηδόλως γεγονότα εἶναι, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον αὐτὸν ἀλλοιοῦντα ἄλλα, καὶ μὴ ἀλλοιούμενον αὐτὸν διδάσκει, οἵ ὧν φησὶ, σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, » καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι. καὶ εἰκότως γε, » τὰ μὲν γὰρ γενητὰ ἐξ οὐκ ὄντων ὄντα καὶ οὐκ ὄντα πρὶν γένηται, ὅλως ὅτι οὐκ ὄντα γίνεται, ἀλλοιουμένην ἔχει τὴν φύσιν· ὁ δὲ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς ὢν, καὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἴδιος, ἀναλλοίωτός ἐστι καὶ ἄτρεπτος ὡς αὐτὸς ὁ πατήρ. ὁ γὰρ θέμις εἰπεῖν ἐκ τῆς οὐσίας τῆς ἀτρέπτου, τρεπτὸν γεννᾶσθαι λόγον, καὶ ἀλλοιουμένην σοφίαν. πῶς γὰρ ἔστι λόγος, εἰ τρεπτός ἐστιν, ἢ πῶς ἔστι σοφία τὸ ἀλλοιούμενον; εἰ μὴ ἄρα ὡς ἂν οὐσία συμβεβηκέναι τινὰ χάριν καὶ ἕξιν ἀρετῆς, καὶ κεκλῆσθαι παντὶ ὅτῳ λόγον, καὶ υἱὸν καὶ σοφίαν, ὥστε καὶ ἀφαιρεῖσθαι, καὶ προσ-ὑῆσθαι αὐτῇ δύνασθαι. τοιαῦτα γὰρ φρονοῦντες, πολλάκις εἰρήκασιν· ἀλλ' οὐκ ἔστι χριστιανῶν ἡ πίστις αὕτη. οὐδὲ γὰρ τοῦτο δείκνυσιν εἶναι λόγον καὶ υἱὸν ἡ ἀληθῶς θεὸν, ὅτι τὴν σοφίαν τὴν ἀληθῆ σοφίαν. τὸ γὰρ τρεπόμενον καὶ ἀλλοιούμενον οὐχ ἑστάμενον δὲ ἐν ἑνὶ ᾧ τῷ αὐτῷ, πῶς δύναται εἶναι ἀληθές; ὁ δέ γε κύριος λέγει, ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια. εἰ τοίνυν ὁ κύριος αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ τοῦτο λέγει, καὶ τὸ ἄτρεπτον αὐτοῦ τοῦτο δείκνυσιν, οἵτε ἅγιοι μαθόντες τοῦτο μαρτυροῦσιν, ἀλλὰ καὶ αἱ περὶ θεοῦ ἔννοιαι τοῦτο ἴσασιν εὐσεβεῖς, πόθεν ταῦτ' ἐπένοησαν οἱ δυσεβεῖς; ἀπὸ μὲν οὖν τῆς καρδίας ὡς ἀπὸ φθορᾶς αὐτὰ ἐξήμεσαν. ἐπειδὴ δὲ προφασίζονται καὶ θεῖα λόγια, καὶ βιάζονται παρεξηγεῖσθαι ταῦτα κατὰ τὸν ἴδιον νοῦν, ἀναγκαῖον τοιοῦτον ἀποκεῖναθαι

qui vidit Filium, vidit & Patrem, Filiique cognitio, Patris cognitio est. Non igitur alterabilis fuerit imago inalterabilis Dei: *Iesus enim Christus heri & hodie idem est in secula*: Dauid certè de eo dicit: *Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli: ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes sicuti vestimentum veterascent, & sicut amictus plicabis eos & mutabuntur, tu autem idem es, & anni tui non deficient*. Et per alium Prophetam rursum ait: *Ecce me, ecce me, quoniam ego sum, & immutatus non sum*. Quòd si quis obiiciat, ea verba ad Patrem referri, non tamen incongruum est, idem quoque & de filio prædicari, maximè ob id, quòd homo iam factus, exhibeat illis suam identitatem & immutabilitatem, qui propter carnem illum existimabant immutatum, & aliud quippiam factum esse. Nimio plus autem credendum est Sanctis, & potissimum Domino, quam istorum impiorum mentis prauitati: quippe, quum scriptura secundum Psalmodicos hymnos, omnium rerum genitarum, & totius creaturæ indolem conditionémque sub vocabulo cæli & terræ variabilem mutabilémque declarans, super omnia ista Filium efferat, eóque ipso minime illum genitum, hoc est, creatum ostendat, filiúmque ex eo numero excipiens, palam faciat eumomnino creatum non esse, sed potius alia immutare, ipsumque non mutari, quatenus dicit: *Tu verò idem es, & anni tui non deficient*, idque non immeritò. Creata enim, quum ex non entibus sint, neque prorsus entia erant, priusquam fierent, eò quòd non entia in essendi naturam prodierint, alterabilem habent conditionem. Filius contrà quum è Patre sit, ac eius substantiæ proprius, inalterabilis est ac immutabilis, quèadmodum ipsius Pater. Quoniam nefarium dictu est, ex substantia immutabili mutabile Verbum progigni, aut Sapientiam alterabilitatis capacem. Qui enim Verbum fuerit, si est conuertibile? aut quomodo Sapientia id dici poterit, quod inconstantia naturæ suæ varietates capit? nisi scilicet, vt in substãtia accidens superuentitium quiddã est: ita volũt quasi in suo subiecto, gratiam certam effectionemq; Virtutis insedisse, eámq; appellari Verbũ, & Sapientiam, & filiũ ea ratione, vt & adimi queat, adiicique ei, cui inhæret. Hæc quia sentiũt, crebro ea loquũtur: Atqui nequaquam talis est Christianorum Fides, Neq; istius dicti sententia, verè id in quo tale quid est, aut Verbũ, au Filium, aut Sapientiã ostenderet. Quod enim mutatur alteratúrque, neque in vno eodémque habitu consistit, quomodo id verum solidúmque extiterit? Dominus autẽ dicit: *Ego sum veritas*. Si igitur Dominus de se ipso hoc dicit, sui immutabilitatem ostendit, Sanctiq; viri immutabilitatis eius consocij, rem ita esse testimonio confirmant, & cogitatio de Deo pium hoc esse vltro sentit, vnde quæso impij isti ista cõminisci potuerũt? certe ex corde suo veluti ex tabe purulentiáq; ista euomuerunt. Cæterum, quia ex sacris eloquiis cauillationes suas conficiunt, & sacra eloquia vi ad suam sententiam falsis

interpretationibus detorqueant, necessarium est eatenus iis respondere, quatenus ea sacræ scripturæ vindicemus, eáque ostendamus rectum quidem habere intellectum, sed ab istis malitiosè vsurpari. Dicunt igitur scriptum esse apud Apostolum, *ideo & Deum eum superexaltauit, & donauit illi nomẽ, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium & inferorum*: ac per Dauidem quoq; idem adferri: *Propter hoc vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præconsortibus tuis*ac deinde, inferunt, quod scitum aliquid dicerẽt, si ideo exaltatus est, ergo & gratiam accepit: & si ideo vnctus est, mercedem nimirum suæ voluntatis, suíq; instituti adeptus est. Quòd si verò voluntate fecit, quod fecit, vtique conuertibilis est naturæ. Talia nec dicere, nec scriptis prodere puduit Eusebium & Arium: eorumque asseclæ, nihil veriti sunt ea loqui, vel in medio foro, securi negligentésque interim tãtæ suæ in suismet dictionibus insaniæ. Si enim mercedem volũtatis recta diligentis ea accepit, quæ accepit, non accepturus alioqui, nisi operæpreciũ dignúm que aliquid eo munere designasset, nimirum ob virtutem melioratiónémque sui, eadem illa consecutus est, meritóque illi dictum fuit, propterea Filius & Deus factus est, neque verè Deus fuerit. Quod enim secundum naturam ex aliquo gignitur id vera eius progenies censendum est, qualis fuit Isaacus Abrahamo: & Ioseph Iacobo, & splendor soli. Contrà, qui ex virtute & gratia nomen solummodo filiorum obtinent, & non natura, sed gratia ad ius liberorum nituntur, diuersi sunt ab eo quod ipsi datum est, quales sunt homines quibus Spiritus sanctus communicatus est, de quibus scriptum est: *Filios genui & exaltaui eos ipsi autem sprenerunt me*, ac propterea, quia non ex natura filij erant, & ad peiora se contulissent, ablato spiritu reiecti abdicatiq; fuerunt: quos tamen vbi pœnitentiam egerint, recepturus est, datóque lumine, filios nominaturus est Deus, qui ab initio eis hanc gratiam dederat. Si igitur istiusmodi Seruatorem esse volunt, clare apparebit, eum neque verum Deum, neque Filium: neque similem Patri extitisse, neque vlla ratione suæ essentiæ Deum Patrẽ habuisse, sed tantummodo ex gratia quæ illi data fuit, Filium appellari; Deúmq; illius substantiæ non Patrem, sed conditorẽ esse, iuxta communem omniũ rationem. Iam si talis sit, qualem eum esse volunt, euidenter constabit eum neq; ab initio nomen Filij obtinuisse. Si enim illud illi pro præmio concessum est, & pro remuneratione profectus, non alio tempore profecit, quam quum homo factus erat, & serui speciem acceperat. Tunc enim id contigit, quum obediens factus vsque ad mortem, exaltatus fuisse, & in munus illud nomen accepisse dicitur, vt in nomine Iesu flectatur omne genu. Qualis igitur antea fuit, si nunc demum exaltatur, & nunc primum incipit adorari, & nunc tandem Filius nominatur, quum homo factus est? videtur.n. nõ carnẽ meliorẽ reddidisse, sed ipsum per carnẽ meliorem esse redditum: siquidẽ pro illorũ vecordia, tunc primũ exaltatus,

A

B

C

D

E

ναθαγτέτοις, ὅσον ἐκδικῆσαι τὰ ῥήματα καὶ δεῖξαι τέτοις, ταῦτα μὲν ὀρθὴν ἔχοντα τὴν διάνοιαν, ἐκείνους δὲ κακῶς φρονοῦντας· φασὶ γοῦν ὅτι γέγραπται ΔΙΑ τὸν ἀποστόλου, διὸ καὶ ὁ θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων. ΔΙΑ δὲ τῷ Δαβὶδ, ΔΙΑ τέτο ἔχρισέ σε ὁ θεὸς ὁ θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως ΔΙΑ τοὺς μετόχους σου. εἶτα ὑπιφέρουσιν ὡς σοφόν τι λέγοντες. εἰ ΔΙΑ τέτο ὑψώθη καὶ χάριν ἔλαβε, καὶ ΔΙΑ τέτο κέχρισται, μισθὸν τῆς προαιρέσεως ἔλαβεν. προαιρετὴ δὲ πρᾶξις τρεπτῆς ἐστιν ὅλως φύσεως. ταῦτα ἃ μόνον εἰπεῖν, ἀλλὰ καὶ πρᾶξαι τετολμήκασιν ἀσεβές τι καὶ ἄρειον, καὶ οἱ ἀπ' αὐτῶν δὲ λαλεῖν οὐκ ὀκνοῦσι κατὰ μέσην ἀγορὰν, οὐχ ὁρῶντες, ὅσην μανίαν ὁ λόγος αὐτῶν ἔχει. εἰ γὰρ μισθὸν προαιρέσεως ἔλαβεν ἃ ἔσχεν, οὐκ ἂν ἐσχηκὼς αὐτὰ ἦν τοῦ δεσμένου τὸ ἔργον ἐνδείξαι· ἐξ ἕξεως ἄρα καὶ βελτιώσεως ταῦτα ἔσχηκεν, εἰκότως ΔΙΑ ταῦτα ἐλέχθη καὶ υἱὸς καὶ θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἀληθινὸς υἱός. τὸ μὲν γὰρ κατὰ φύσιν, ἀληθινόν ἐστι γέννημα, οἷος ἦν Ἰσαὰκ τῷ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰωσὴφ τῷ Ἰακὼβ, καὶ τὸ ἀπαύγασμα τῷ ἡλίῳ, οἱ δὲ ἐξ ἕξεως καὶ χάριτος λεγόμενοι, μόνον εἰσὶν ἔχοντες ἀντὶ τῆς φύσεως τὴν ἐκ τοῦ λαβεῖν χάριν, καὶ ἄλλοι παρὰ τὸ δοθὲν αὐτοῖς ὄντες, οἷοί εἰσιν οἱ ἄνθρωποι οἱ κατὰ μετοχὴν πνεῦμα λαβόντες, περὶ ὧν ἔλεγεν. υἱὸς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν. ἀμέλει ἐπεὶ μὴ κατὰ φύσιν ἦσαν υἱοί, ΔΙΑ τοῦτο καὶ τραπέντων αὐτῶν ἀφῃρέθη τὸ πνεῦμα, καὶ ἀπεκηρύχθησαν, καὶ πάλιν δὲ μετανοοῦντας αὐτοὺς δέξεται, καὶ δώσει τὸ φῶς πάλιν υἱὸς καλέσει, ὃ καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν θεὸς ἔτω τὴν χάριν αὐτοῖς δεδωκώς. εἰ πίνυν ἔτω ἐστὶ τὸν σωτῆρα λέγουσι, δειχθήσεται μήτε ἀληθινὸς, μήτε θεὸς, μήτε υἱὸς, μήτε ὅμοιος τῷ πατρὶ, μήτε ὅλως τοῦ εἶναι πατέρα κατ' οὐσίαν ἔχων τὸν θεὸν, ἀλλὰ τῆς δοθείσης αὐτῷ μόνης χάριτος, τοῦ δὲ εἶναι κατ' οὐσίαν κτίσμα τὸν θεὸν καθ' ὁμοιότητα τῶν πάντων ἔχων. τοιοῦτος δὲ ὢν οἷον ἔφη λέγουσι, φανήσεται μᾶλλον μηδὲ ἐξ ἀρχῆς ἰσχηκὼς τὸ ὄνομα υἱός, εἴγε τοῦτο τῶν ἔργων ἐπαθλον ἔσχε καὶ προκοπῆς, οὐκ ἄλλης, ἢ τῆς ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ τῷ τοῦ δούλου μορφῷ ἀνέλαβεν. τότε γάρ ἐστιν, ὅτε γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου ὑπερυψῶσθαι λέγεται, καὶ χάριν εἰληφέναι τὸ ὄνομα· ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ. τί οὖν λοιπὸν ἐπὶ τούτοις εἰ νῦν ὑψώθη, καὶ νῦν ἤρξατο προσκυνεῖσθαι; καὶ υἱὸς ἐλέχθη ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος; φαίνεται γὰρ μηδὲν βελτίωσας αὐτὸς τὴν σάρκα, ἀλλὰ μᾶλλον αὐτὸς δι' αὐτῆς βελτιωθείς, εἴγε τὴν κακοήθειαν αὐτοῦ τότε

ὑψώθη

ὑψώθη καὶ ὡς ἐλέχθη ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος. Τί οὖν λοιπὸν τοῦτο; πάλιν γὰρ αὐτοὺς ἐρωτᾶν ἀνάγκη, ἵνα καὶ τὸ τέλος τῆς ἀσεβείας αὐτῶν θεωρηθῇ. εἰ γάρ ἐστιν ὁ κύριος θεὸς ὁ λόγος, οὐκ ἦν δὲ ταῦτα πρὸ τοῦ γένηται ἄνθρωπος, ἢ ἄλλό τι ἦν πρὸ τούτου, καὶ ὕστερον τούτων ἐξ ἀρετῆς μετέσχεν ὥσπερ εἴπαμεν, ἢ τὸ ἕτερον, ὅπερ εἰς τὰς ἐκείνων κεφαλὰς τραπείη, ἀνάγκη λέγειν αὐτοὺς, μηδὲ εἶναι πρὸ τούτου αὐτὸν, ἀλλὰ τὸ ὅλον ἄνθρωπος εἶναι φύσει καὶ μηδὲν πλέον. ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο τῆς ἐκκλησίας τὸ δηλούμενον ἐστὶ, καὶ τῶν νῦν Ἰουδαίων τὸ φρόνημα. Διὸ τί οὖν τὰ ἐκείνων φρονοῦντες, οὐχὶ καὶ ὡς Ἰουδαῖοι περιτέμνονται, ἀλλ' ὑποκρίνονται τὸν χριστιανισμὸν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἔχουσι πλὴν μάχλου; εἰ γὰρ οὐκ ἦν, ἢ ἦν μὲν, ἐβελτιώθη δὲ ὕστερον, πῶς δι' αὐτοῦ γέγονε τὰ πάντα, ἢ πῶς ἐν τούτῳ εὐνοῦ τέλειος ἦν προσέχαιρεν ὁ πατήρ; καὶ αὐτὸς δηλ εὐνοῦ ἐβελτιώθη, πῶς πρὸ τούτου ἠνφραίνετο ἐν προσώπῳ τοῦ πατρὸς; πῶς δὲ εἰ μετὰ τὸν θανάτον ἔλαβε τὸ προσκυνεῖσθαι, φαίνεται ὁ Ἀβραὰμ αὐτὸν προσκυνῶν καὶ Μωυσῆς ἐν τῇ βάτῳ. καὶ ὡς εἶδε Δανιὴλ, μύριαι μυριάδες καὶ χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ; πῶς δὲ εἰ νῦν κατ' αὐτοὺς ἔσχε πλὴν βελτίωσιν, τῆς πρὸ κόσμου καὶ τῆς ὑπερκοσμίου δόξης ἑαυτὸ μνημονεύων ἔλεγεν αὐτὸς ὁ υἱὸς, δόξασόν με πάτερ τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρά σοι, εἰ δὲ νῦν ὑψώθη κατ' αὐτοὺς, πῶς πρὸ τούτου ἔκλινεν οὐρανοὺς καὶ κατέβη, καὶ πάλιν, ἔδωκεν ὁ ὕψιστος φωνὴν αὐτοῦ; οὐκοῦν εἰ καὶ πρὸ τοῦ τὸν κόσμον γενέσθαι πλὴν δόξαν ἔσχεν ὁ υἱὸς, καὶ κύριος δόξης ὕψιστος ἦν, ἓξ οὐρανοῦ κατέβη, ὃ ἀεὶ προσκυνητός ἐστιν, οὐκ ἄρα καταβὰς ἐβελτιώθη, ἀλλὰ μᾶλλον ἐβελτίωσεν αὐτὸς τὰ δεόμενα βελτιώσεως, καὶ εἰ τοῦ βελτιῶσαι χάριν καταβέβηκεν, οὐκ ἄρα μισθὸν ἔσχεν υἱὸς καὶ θεὸς, ἀλλὰ μᾶλλον αὐτὸς ἐποίησεν ἡμᾶς τῷ πατρὶ, καὶ ἐθεοποίησε τοὺς ἀνθρώπους γενόμενος αὐτὸς ἄνθρωπος. οὐκ ἄρα ἄνθρωπος ὢν ὕστερον γέγονε θεὸς, ἀλλὰ θεὸς ὢν, ὕστερον γέγονεν ἄνθρωπος, ἵνα μᾶλλον ἡμᾶς θεοποιήσῃ. ἐπεὶ εἰ ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, τότε υἱὸς καὶ θεὸς ἐλέχθη, πρὸ δὲ τοῦ γένηται ἄνθρωπος, ἰδοὺ ἔλεγε τοὺς πάλαι λαοὺς ὁ θεὸς, καὶ Μωυσῆν ἐπιθεὶς θεὸν τῷ Φαραὼ, καὶ ὅπου πολλῶν ἡ γραφὴ φησὶ, θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν, δηλόν ἐστιν ὡς μετ' αὐτοὺς καὶ υἱὸς καὶ θεὸς ὅτε ἐλέχθη. πῶς οὖν πάντα δι' αὐτοῦ, καὶ αὐτός ἐστιν πρὸ πάντων, ἢ πῶς πρωτότοκος πάσης κτίσεως, ἔχων τοὺς πρὸ αὐτοῦ κληθέντας υἱοὺς καὶ θεοὺς; πῶς δὲ οἱ μέτοχοι πρῶτοι, ὃ μετέχουσι λόγου; οὐκ ἔστιν ἀληθὴς αὕτη ἡ δόξα παρεξεύρεσίς ἐστι τῶν νῦν Ἰουδαΐζόντων. πῶς γὰρ ὅλως δύνανταί τινες ἐπιγνῶναι πατέρα τὸν θεὸν ὅτε γὰρ υἱοθεσία γένοιτ' ἂν χωρὶς τοῦ ἀληθινοῦ υἱοῦ, λέγοντος

exaltatus, & Filius dictus est, quũ homo iã erat. Quid igitur ante ista tẽpora fuit? necessum est enim vt eos denuo interrogem, quò summa finisq; eorũ impietatis in conspicuo sit. Nam si Dominus nunc est & Deus & Filius & Verbũ: nihil autẽ horum erat, antequam homo fieret, aliud erat præter illa, & postea merito virtutis istorum particeps factus est, quẽadmodũ diximus. Si aliud (quod in capita illorum resiliat,) necessum est eos dicere, eum antea non extitisse, ac in summa, hominem ex natura fuisse, ac præterea nihil. Atqui, istiusmodi sentire, non est Ecclesiæ, sed Samosatensis & Iudæorum. Cur igitur, si eadem quæ illi sentiunt, non etiam vt Iudæi, circunciduntur, sed Christianismum simulant, & contra Christum in pugnam descendunt? Si enim non erat, aut si erat quidem, sed melioratus est postea, quomodo per eum facta sunt omnia? aut quomodo, si perfectus non erat Pater, in eo sibi gratulabatur? aut si nunc tandem melioratus est, quomodo antea potuit oblectari coram Patre? aut quomodo, si post mortem adeptus est vt adoretur, visus est Abrahamus eũ in tabernaculo, Moses in rubo adorare? aut quomodo vidit Daniel decies millemyriades & mille chiliades ei inseruiisse? aut quomodo, si nunc pro eorum opinione melioratione sui adeptus est, antemundanæ & supramundanæ gloriæ suæ mẽtionem faciens, locutus est ad istum modũ ipse Filius Glorifica me Pater gloria illa quã habui apud te, antequam mundus fieret. Quòd si verò secundũ eos nunc demum exaltatus est, quomodo fieri potuit, vt iam antè cælum inclinarit, & descenderit. Ac rursum, dedit Altissimus vocẽ suam? Quapropter, si antequam mundus fieret, gloriam habuit filius, & Dominus gloriæ erat, Altissimúsque iam tum fuit, & è cælo descẽdit, ac semper adorandus fuit, fieri ergo nõ potest, vt vbi descenderat, melioratus sit: sed ipse potius ea quę melioratione indigebant, meliora reddidit: sin autem vt meliora faceret, cælitus descẽdit, nequaquam illi pro mercede datum est, vt filius & Deus nũcuparetur, quum ipse potius nos & filios Patri reddiderit, & homo factus deificauerit. Nõ igitur, quũ homo esset, postea Deus factus, sed quum Deus esset, postea homo factus est, vt nos potius deificaret: Nam si, quum homo factus esset, tum demum filius & Deus appellatus est, & antequam homo fieret, veterem illum populum Deus filios suos nominauit, Mosemq; cõstituit Deum Pharaonis. Id ipsum quoque plurimis in locis Scriptura ostendit, quum inquit: Stetit Deus in consilio deorum. Certum igitur est, hunc post illos Filium & Deum appellatũ esse. Quî igitur potest, vt omnia per illũ, & ille ante omnia sit? aut quomodo primogenitus omnis creaturæ, quum eum tẽpore antecedant, qui filij & dij appellatisunt? Aut quomodo, qui in participãdo sunt primi, non participant ex Verbo? Non est vera istiusmodi opinio, sed cõmentum eorum qui nunc iudaizant. Quî enim fieri potuit, vt Deum Patrem esse cognouerint? Nam si id admittas, ipsa adoptio qua filij efficimur, sine vero filio efficeretur;

efficeremur: Dicente eo, *Nemo cognoscit Patrem nisi Filius aut cui Filius reuelauerit*. Quomodo autem adoptio fieri potest sine Verbo & sine Patre eius? cum ipse ad fratres istos Iudęorum dicat: Si illos deos appellauit ad quos verbum Dei factum est, &c. Porrò si omnes quotquot & filij & dij nuncupati sunt, siue in terris, siue in cælis, per Verbum Dei, Filij Dei sunt redditi & deificati, ipsúmque Verbum filius est, manifesta res est, omnes per eum, ipsúmque ante omnes, vel potius illum solum verum Filium, & solum ex Vero Deo verum Deum subsistere, neque hæc tanquam virtutis mercedem obtinuisse, neque alium præter ista esse, sed ex natura secundum substantiam illa ipsa esse, quum sit Paternæ substantiæ Progenies. Quamobrem minime ambiguum quin ad similitudinem immutabilis Patris, & ipse quoque sit immutabilis. Hactenus igitur his rationibus in Filio asserendo vtentes, vt Dominus dedit hæreticorum brutis figmentis occurrimus. Iam deinceps non improbum fuerit sacra quoque eloquia adiungere, vt tanto magis & Filij immutabilitas, eiúsque inalterabilis ex Patre natura, illorumque deliria euidentia & conspicua reddantur. Apostolus igitur ad Philippenses scribens ita loquitur. *Ea modestia animi sit in vobis, quæ in Christo Iesu, qui quum in forma Dei existeret, non rapinam arbitratus est, vt esset æqua Deo, sed seipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominis factus, speciéque inuentus vt homo, humiliauit seipsum obediens factus vsque ad mortem, & quòd magis est, ad mortem crucis: ideo quoque Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est supra omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & subterrestrium, & omnis lingua confiteatur, Dominum Iesum esse in gloria Patris.* Quid hoc clarius aut probatius esse poterit? non enim ex deteriore melior factus est, sed potius quum Deus esset, serui speciem assumpsit: neque in assumendo melioratus est, sed humiliauit seipsum: vbi ergo in istis rebus virtutis præmium? aut quis profectus? aut melioratio in humilatione? Si enim ideo, quia ex deo homo efficitur, & ex alto descendit, exaltari potuit, qui Deus erat? quum in conspicuo sit, ex eo quòd Deus altissimus est, necessario colligi, eius quoque Verbum altissimum esse. Quo igitur magis exaltari potuit, qui in Patre erat, ac per omnia similis Patri, ac proinde nullius additamenti indigus? Neque est vt suspicantur Ariani. Si enim vt exaltaretur, demisit se Verbum, atq; id ita scriptum est, quænam vlla denique necessitas fuit, sui ipsius humiliandi, vt quæreret nanciscí quod haberet? aut quam gratiam accepit, qui gratiarum donator est? aut quomodo accepit nomen vt adoraretur, qui semper in suo nomine adorabatur? Certe priusquam fieret homo, clamabant sancti, *Deus in nomine tuo saluum me fac*: &, *Isti in curribus, & illi in equis, nos autem in nomine Dei nostri magnificabimur*: à Patriarchis igitur adorabatur: de Angelis autem ita scriptum est: & adoret

λέγοντ@ αὐτό, οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τ πατέρα εἰ μὴ ὁ υἱὸς, οὐ ᾧ ἂν ὁ υἱὸς ἀποκαλύψῃ. πῶς δ' ἂν οὐ θεοποίησις γένοιτ' ἂν χωρὶς τ λόγου & πρὸ αὐτό, καί τι λέγοντος αὐτ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς τούτων Ἰουδαίους, εἰ ἐκείνους εἶπε πρὸς οὓς ὁ λόγ@ τ θεοῦ ἐγένετο, εἰ δὲ πάντας ὅσοι ἁπλ & θεοὶ ἐκλήθησαν, εἴτε ἐπὶ γῆς εἴτε ἐν οὐρανοῖς, διὰ τ λόγου ἐποιήθησαν οὐ θεοποιήθησαν, αὐτὸς ὁ υἱός ἐστιν ὁ λόγ@. & δηλονότι δι αὐτό μὲν οἱ πάντες, αὐτὸς δὲ πρὸ πάντων, μᾶλλον δὲ αὐτὸς ἀληθινὸς υἱὸς καὶ μόν@ ἐκ τ ἀληθινοῦ θεοῦ θεὸς ἀληθινός ἐστιν, οὐ μισθὸν ἀρετῆς ταῦτα λαβών, οὐδὲ ἄλλος ὢν παρὰ ταῦτα, ἀλλὰ φύσει κατ' οὐσίαν ὢν ταῦτα. γέννημα γὰρ τῆς τ πατρὸς οὐσίας ὑπάρχει ὥστε μηδένα ἀμφιβάλλειν, ὅτι καθ' ὁμοιότητα τ ἀτρέπτου πατρὸς ἄτρεπτός ἐστι καὶ ὁ λόγος. πως μὴν οὖν τ ἐξ οὐσίας χρώμενοι, ἔτως πρὸς πᾶς λόγους αὐτῶν ἐπινοίας, ὡς ἐδώκεν ὁ κύριος, αὐτοῖς ἀπλωτήσωμεν. καλὸν γὰρ τὰ θεῖα λόγια πᾶσαθέως λοιπὸν, ἵν' ἔτι πλέον τ μὴ ἐξ τὸ ἄτρεπτον ἀποδειχθῇ, & ἡ ἀναλλοίωτ@ αὐτ παντρικὴ φύσις, τούτων ἢ κακοφρονοῦντα γράφων Φιλιππησίοις ὁ ἀπόστολος, φησί, τ φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπ@, ἐταπείνωσεν αὐτὸν γενόμενος ὑπήκο@ μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. διὸ καὶ ὁ θεὸς αὐτὸ ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ, ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, & πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται, ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν θεοῦ πατρός. τί τούτου λαμπρότερον καὶ ἀποδεικτικώτερον ἂν γένοιτο; ὁ γὰρ ἐξ ἐλαττόνων βελτίων γενόμενος, ἀλλὰ μᾶλλον θεὸς ὑπάρχων, τὸν δοῦλον μορφὴν ἔλαβε, καὶ ἐν τῷ λαβεῖν, οὐκ ἐβελτιώθη, ἀλλ' ἐταπείνωσεν ἑαυτόν. πῶ τοίνυν ἐν τούτοις μισθὸς τῆς ἀρετῆς, ἢ ποία προκοπὴ καὶ βελτίωσις ἐν ταπεινώσει; εἰ γὰρ θεὸς ὢν γέγονεν ἄνθρωπ@ καὶ ἐξ ὕψους καταβὰς λέγε ὑψοῦσθαι, πῶ ὑψοῦ θεὸς ὤν; δηλονότι ὄντ@ πάλιν τούτου ὅτι καὶ τὸ θεοῦ ὑψίστου ὄντ@, ἐξ ἀνάγκης εἶναι δεῖ & τ τούτου λόγον ὑψιστον. πῶ οὖν πλεῖον εἶχεν ὑψωθῆναι ὁ ἐν τῷ πατρὶ ὢν & ὅμοιος κατὰ πάντα τ πατρός; ἀκουέτω πᾶσα προφητικὴ ἀπροσδεὴς ἐστι, & ἀκέστεον ὡς ἀσυνετοῦσιν οἱ Ἀρειανοί. εἰ γὰρ διὰ τὸ ὑψωθῆναι καταβέβηκεν ὁ λόγ@, καὶ πάντα γέγραπται, ἧς χρεία ἦν ὅλως καὶ ταπεινῶσαι ἑαυτὸν, ἵνα τοῦτο ζητήσῃ λαβεῖν ὅπερ εἶχε; ποίαν δὲ & χάριν ἔλαβεν ὁ τῆς χάριτ@ δοτήρ; ἢ πῶς ἔλαβε τὸ ὄνομα εἰς τὸ προσκυνεῖσθαι, ὁ ἀεὶ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ προσκυνούμενος; καὶ πρὶν γένηται ἄνθρωπος πᾶσα καλοῦσιν οἱ ἅγιοι, ὁ θεὸς ἐν τῷ ὀνόματί σου σῶσόν με, καὶ πάλιν, οἵτοι ἐν ἅρμασι, καὶ οἵτοι ἐν ἵπποις, ἡμεῖς δὲ ἐν ὀνόματι κυρίου θεοῦ ἡμῶν μεγαλυνθησόμεθα. & τοῦτο μὲν τ πατριάρχων προσκυνεῖτο. περὶ δὲ τ ἀγγέλων γέγραπται, καὶ προ-

καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι θεοῦ. εἰ δὲ καὶ ὡς ψάλλει Δαβὶδ ἐν τῷ ἑβδομηκοστῷ
" πρώτῳ ψαλμῷ, πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένει τὸ ὄνο-
" μα αὐτοῦ, καὶ πρὸ τῆς σελήνης εἰς γενεὰς γενεῶν. πῶς
" οὖν ἐλαμβανεν ὃ εἶχεν ἀεὶ καὶ πρὸν λαβεῖν νῦν αὐ-
τὸ; ἢ πῶς ὑψοῦται, ὁ πρὸν ὑψωθηναι ὕψιστος ὤν; ἢ
πῶς ἔλαβε τὸ προσκυνεῖσθαι, ὃ καὶ πρὸν λαβεῖν
τοῦ νῦν, ἀεὶ προσκυνούμενος; οὐκ ἔστιν αἴνιγμα, ἀλ-
" λὰ μυστήριον θεῖον, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος καὶ ὁ λό-
" γος ἦν πρὸς τὸν θεὸν καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος· διὰ ἡμᾶς A
" ὕστερον ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ τὸ λεγόμενον νῦν
" ὑπερύψωσεν, ὁ τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου σημαίνει
ὑψουμένου, οὐ γὰρ ἀεὶ καὶ ἔστιν ἴσα θεῷ· ἀλλὰ τοῦ ἀνθρω-
που τῆς καὶ ἐστὶν ἡ ὕψωσις. ὁ γὰρ εἶπον ἔφην, ταῦ-
τα, εἰ μὴ ὅτι γέγονε σὰρξ ὁ λόγος, ἵνα γένηται φα-
νερὸν, ὅτι τὸ ἐταπείνωσε καὶ τὸ ὑπερύψωσεν, ὅτι
δὲ ἀνθρωπίνως λέγεται· ὃ γάρ ἐστι τὸ ταπεινόν, τοῦτο καὶ τὸ
ὑψωθῆναι ἂν εἴη, καὶ ἐπεὶ τὴν τοῦ σαρκὸς
τὸ ἐταπείνωσεν γέγραπται, δῆλόν ἐστιν ὅτι καὶ τὸ ὑπερ-
ύψωσε δι' αὐτὸν ἐστι. τοῦτο γὰρ ἴδοι ἂν δεὶς ὁ ἄνθρω- B
πος διὰ τὸ ταπεινὸν τῆς σαρκὸς καὶ θνατὸν. ἐπεὶ
οὖν εἰκὼν ὢν τοῦ πατρὸς, καὶ ἀθάνατος ὢν ὁ λόγος,
ἔλαβε τὸ δοῦλον μορφὴν, καὶ ὑπέμεινε δι' ἡμᾶς, ἐν
τῇ ἑαυτοῦ σαρκὶ τὸν θάνατον, ἵν' ὅτως ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡ-
μῶν προσενέγκῃ τῷ πατρὶ, διὰ τοῦτο θνητὸς παθεῖν, διὰ τοῦ-
το καὶ ὡς ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν λέγεται καὶ
ὑπερυψοῦσθαι. ἵν' ὥσπερ τῷ θανάτῳ αὐτοῦ πάντες ἡ-
μεῖς ἀπεθάνομεν ἐν Χριστῷ, ὅτως ἐν αὐτῷ τῷ Χριστῷ C
πάλιν ἡμεῖς ὑπερυψωθῶμεν, ἐκ τῶν νεκρῶν ἐγει-
ρόμενοι, καὶ εἰς οὐρανὸς ἀνερχόμενοι, ἔνθα πρόδρο-
μος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθεν Ἰησοῦς, οὐκ εἰς ἀντίτυπα τῶν
ἀληθινῶν, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν νῦν ἐμφανισθῆ-
ναι τῷ προσώπῳ τοῦ θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν. εἰ δὲ νῦν ὑπὲρ
ἡμῶν εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν εἰσῆλθεν ὁ Χριστὸς· καί τοι γε
πρὸ τούτου καὶ ἀεὶ κύριος ὢν καὶ δημιουργὸς τῶν οὐρανῶν,
ὑπὲρ ἡμῶν ἄρα καὶ τὸ ὑψωθῆναι νῦν γέγραπται· καὶ
ὥσπερ αὐτὸς πάντας ἁγιάζων λέγει πάλιν τῷ πα-
τρὶ ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἁγιάζω ἐμαυτόν, οὐχ ἵνα ἅγιος ὁ λό-
γος γένηται, ἀλλ' ἵνα αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ ἁγιάσῃ πάν- D
τας ἡμᾶς, ὅτως ἄρα καὶ τὸ νῦν λεγόμενον ὑπερύψω-
σεν αὐτὸν, οὐχ ἵνα αὐτὸς ὑψωθῇ, ὕψιστος γάρ ἐστιν·
ἀλλ' ἵνα αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν δικαιοσύνη γένηται,
ἡμεῖς ἐν ὑψωθῶμεν ἐν ἑαυτῷ καὶ εἰς τὰς πύλας εἰ-
σέλθωμεν τοῦ οὐρανοῦ, ἃς αὐτὸς πάλιν ὑπὲρ ἡμῶν
" ἠνέῳξε, λεγόντων τῶν πυλωρῶν, ἄρατε πύλας οἱ
" ἄρχοντες ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε πυλαὶ αἰώνιοι, καὶ εἰσ-
ελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης, καὶ ὧδε γὰρ οὐκ
αὐτῷ ἦσαν αἱ πύλαι κεκλεισμέναι κυρίῳ καὶ
ποιητῇ τῶν πάντων ὄντι, ἀλλὰ δι' ἡμᾶς καὶ ὅ-
τι γέγραπται, ὅις τῷ ἠθύρα κεκλεισμένη τοῦ παραδείσου. διὸ καὶ ἀνθρωπίνως μὲν δὴν ἐφόρεσε
σάρκα λέγει πρὸς αὐτὸν· τὰς, ἄρατε πύλας· καὶ τὸ
εἰσελεύσεται, ὡς ἀνθρώπου εἰσερχομένου· θεικῶς
δὲ πάλιν πρὸς αὐτὸν λέγει, ἐπειδὴ καὶ ὁ θεός ἐστιν ὁ
λόγος, ὅπερ ὅτός ἐστιν ὁ κύριος καὶ βασιλεὺς τῆς δόξης. τὴν
δὲ παιδοποιὴν εἰς ἡμᾶς λεγομένην ὕψωσιν, προανεφώ-
νησε τὸ πνεῦμα, ἐν τῷ ὀγδοηκοστῷ τῷ ὀγδόῳ ψαλμῷ λέγον.

καὶ ἐν

& adorent eum omnes Angeli Dei. Si igitur Dauid in septuagesimo primo Psalmo ita canit: *Ante solem permanet nomen tuum, & ante lunam in secula seculorum*: quo modo illud accepit, quod semper habuit, antequam acciperet? aut quomodo exaltabatur, qui priusquam exaltaretur, altissimus erat? aut quomodo accepit, vt adoraretur, qui antequam hoc acciperet, semper adorabatur? Non est ænigma, sed mysterium diuinum. *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Postmodum autem in gratiam nostri Deus caro factus est, & illud quod nunc dicimus: Exaltauit eum, non substantiam Verbi exaltatam significat, fuit enim & semper est æqualis Deo, sed ad humanitatem eius spectat. Neque ista prius dicta fuere, quàm tum, quum iam Verbum caro esset factum, vt palam fieret, illud humiliauit, & illud exaltauit, de homine dictum esse: cuius enim est humilem esse, eius quoque fuerit exaltari, & si ob assumptionem carnis, hoc verbum (humiliauit) est scriptum, clarum manifestúmque est, propter eandem carnem illud (exaltauit) vsurpatum esse. Eius enim exaltationis indigus erat homo ob humilitatē carnis suæ, & mortis. Quoniam autem Verbum, quod erat imago Patris & immortale, serui formam accepit, & propter nos, vt homo, sua carne mortem sustinuit, vt ita seipsum pro nobis per mortem Patri offerret: ideo, vt homo propter nos, & pro nobis dicitur superexaltari: vt quemadmodū morte eius nos mortui sumus in Christo, ita in eodem Christo vicissim exaltaremur, & ex mortuis resurgentes, & in cælum ascendētes: in quod præcursor pro nobis Iesus, intrauit, non in exemplaria aut simulacra verorum cælorum, sed in ipsum cælum, vt se præsentem exhiberet pro nobis conspectui Dei. Quòd si nunc pro nobis cælum ingressus est Christus, quum & antea erat Dominus & opifex cælorum, nihil dubium, quin nostra causa illud ipsum (exaltauit) in scripturis cōstitutum sit, eadem ratione qua omnes sanctificans, ipse Patri suo se pro nobis sanctificare ait, non quo Verbum Sanctum efficiatur, sed quò ipse in se ipso omnes nos sanctificet, ita quoque illud (super exaltauit eum) non ideo est, vt ipse exaltaretur, quum sit altissimus, sed vt ipse quidem pro nobis iustitia fiat, nos vero in eo exaltemur, portásque cælorum ingrediamur, quas ipse pro nobis iterum adaperuit, quo tempore ita dictum est ab ante ambulonibus: *Attollite portas principes vestras, & eleuamini porta æternales, & introibit Rex gloriæ.* Illi enim portæ clausæ non erant, vtpote Domino & conditori omnium, sed propter nos hoc ipsum scriptum est, quibus porta paradisi occlusa fuit, ideóque humano quidem more, ob carnem quam gestabat, dictum est de eo: Attollite & introibit, veluti homine introeunte: Diuino autem more, eundem, quia Verbum Deus est, dictum est ipsum esse & Dominum & regem gloriæ. Deque nostri istiusmodi exaltatione Dauid quoque vaticinium Psalmo 88. edidit:

In iustitia

In iustitia tua exaltabuntur, quoniã gloriatio virium ipsorũ tu a. Porro si Filius iustitia est, non vtiq; verbũ, quasi iustitia indigeat, exaltatur: sed nos sumus, q in iustitia, quę ille ipse est, exaltamur. Iam quoq; & illud (donauit illi) nõ propter ipsum Verbũ scriptũ est: erat. n. etiam antequã homo (vt diximus) adorandũ & ab Angelis, & ab vniuersa creatura, secundum suam e paterna substantia proprietatem: sed propter nos, & pro nobis, id de eo scriptum est. Sicuti enim homo mortuus est, & superexaltatus: ita quoque id, vt homo, accipere dicitur, quod vt Deus semper habuit, quo gratia ista semel accepta ad nos perueniret: Non enim diminutum est Verbum carnem assumendo, vt gratiam quoque desideret accipere, sed potius Deificauit quod induerat, & idipsum humano generi superaddidit: vt quẽadmodum semper adorabatur quatenus Verbũ erat, & in forma Dei existebat: ita quoq; ille idẽ iã homo factus & Iesus appellatus, nihilominus haberet omnẽ creaturã pedibus suis subiectã, sibiq; in suo nomine genua flectentem, pariterq; confitentem Verbum carnem factum, mortémq; in carne sustinuisse, non ad ignominiã Deitatis, sed ad gloriam Dei Patris. Gloria autem Patris est, hominem iam conditum & amissum recuperari, emortuúmque viuificari, templúmque Dei effici. Gloria enim nostra est, nostraq; sublimatio, φ quũ Potestates, Angeli, Archãgeli, eũ semper adorauerint, nunc adorent sub nomine Iesu Christi, eò φ Filius Dei homo sit factus. Neq; percelluntur stupore, dũ vident nos Christi concorporeos in ipsorũ sedes patriásq; induci. Quod nulla vnquam ratione contigisset, nisi ille, qui in forma Dei est, formam serui accepisset, ac sese humiliasset, sinens corpus suum vsque ad mortem deuenire. Ecce quod stultum erat Dei apud homines propter crucem, id omnium longe honestissimum est factum, eò quod resurrectio nostra in cruce sit sita: nec iam duntaxat Israëlitæ, sed & omnes gentes (vt vaticinatus est Propheta) idola sua relinquant, & Deum verum Christi Patrem agnoscant, dæmonumque iam præstigia abolita sint: vnus autem verus Deus in nomine Christi adoretur. Quòd autem Dominus in corpore natus est, inditóque nomine Iesu adoratur habetúrque Filius Dei, ac per eum agnoscitur Pater: id euidenti ratione commonstrat, non Verbum quatenus Verbum est, eiusmodi gratiam, sed nos illam ipsam accepisse, eò quòd per corporis illius cognationem, & tẽplum Dei, & Filij Dei simus effecti: adeo, vt in nobis iam Dominus adoretur renuncientque illi qui hoc viderint, vt Apostolus dixit, Re vera Deus in illis est, Sicuti quoque & ab Ioanne in Euangelio scriptum est: *Quotquot eum acceperunt, dedit eis potestatem vt Filij Dei fierent*, Ac rursus in epistola eiusdem: *Inde cognoscimus quòd in nobis manet, eò quòd de Spiritu suo nobis dederit*. Indicium id quoque eius erga nos bonitatis in eo apparet,

καὶ ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ὑψωθήσονται, ὅτι καύχημα τῆς αὐτῶν σωτηρίας εἶ σύ. εἰ δὲ δικαιοσύνη ἐστὶν ὁ υἱὸς, οὐκ ἄρα αὐτὸς ἐστιν ὡς ἐνδεὴς ὑψούμενος, ἀλλ' ἡμᾶς ἐσμὲν οἱ τῇ δικαιοσύνῃ ὑψούμενοι· ἥτις ἐστὶν αὐτὸς, ᾧ γὰρ τὸ ἐχαρίσατο αὐτῷ, διὰ αὐτὸν τὸν λόγον γέγραπται, ἵνα γὰρ πάλιν, ᾗ περ ἡμεῖς ἄνθρωποι, προσκυνούμενος, ὥσπερ εἴπομεν, ὑπὸ τῶν ἀγγέλων, ὡς πάσης τῆς κτίσεως κατὰ τὸ πατρικὴν ἰδιότητα· ἀλλὰ δι' ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν τοῦτο πάλιν φησὶ αὐτὸ εἰρῆσθαι. ὥσπερ γὰρ ὡς ἄνθρωπος ὁ χριστὸς ἀπέθανε καὶ ὑψώθη, ἕτως ὡς ἄνθρωπος λέγεται λαμβάνειν ὅπερ εἶχεν, ἀεὶ ὡς θεὸς, ἵνα εἰς ἡμᾶς φθάσῃ καὶ ἡ τοιαύτη δοθεῖσα χάρις· ᾧ γὰρ ἠλαττώθη ὁ λόγος σῶμα λαβὼν ἵνα καὶ χάριν ζητήσῃ λαβεῖν, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἐθεοποίησεν ὅπερ ἐνεδύσατο, καὶ πλέον ἐχαρίσατο τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἤδη· ὥσπερ γὰρ ἀεὶ προσκυνεῖτο, λόγος ὢν καὶ ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων· ἕτως ὁ αὐτὸς ὢν καὶ ἄνθρωπος γενόμενος κληθεὶς τε ἰησοῦς, ἀδεὲς ἦδον ἔχει πᾶσαν ὑπὸ πόδας τὴν κτίσιν, καὶ ἐν τούτῳ τῷ ὀνόματι τὰ γόνατα κάμπτουσαν αὐτῷ, καὶ ἐξομολογουμένην, ὅλα δὲ τὸ ἡμέτερον σάρκα τὸν λόγον καὶ θάνατον ὑπομεῖναι σαρκὶ, οὐκ ἐπ' ἀδοξίᾳ τῆς θεότητος αὐτοῦ γέγονεν, ἀλλ' εἰς δόξαν θεοῦ πατρός. δόξα δὲ πατρός ἐστι, τὸ ἡμᾶς νεκρουμένους ἀρεθῆναι, καὶ νεκρωθέντα ζωοποιηθῆναι καὶ ναὸν ἡμᾶς θεοῦ. καὶ γὰρ εἰ τὸν ἐν οὐρανοῖς δυνάμεων καὶ ἀγγέλων τε καὶ ἀρχαγγέλων, ἀεὶ μὲν προσκυνούντων αὐτὸν προσκυνούντων δὲ καὶ νῦν ἐν τῷ ὀνόματι ἰησοῦ τὸν κύριον, ἡμῶν ἐστιν αὕτη ἡ χάρις καὶ ὑπερύψωσις. ὅπ τε καὶ ἄνθρωπος γενόμενος, προσκυνεῖται ὁ θεοῦ, υἱος, καὶ ξενιοῦται ὑπ' οὐρανοῦ δυνάμεις ἐλέπουσας συσσώμους ἐκείνῳ πάντας ἡμᾶς εἰσαγομένους εἰς τὰς χώρας ἑαυτῶν· ἄλλως τε οὐκ ἂν ἐγεγόνει τοῦτο, εἰ μὴ ὁ ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων ἐλήφθη δοῦλον μορφὴν, καὶ ταπεινώσας ἑαυτὸν μέχρι θανάτου συγχωρήσας φθάσαι τὸ σῶμα. ἰδοὺ γοῦν τὸ νομιζόμενον πᾶσι ἀνθρώποις μωρὸν τοῦ θεοῦ πάντων τοῦτο σοφώτερον γέγονε πάντων τῶν προλαβόντων. ἡ μὲν γὰρ ἀνάστασις ἡμῶν ἐν αὐτῷ δέδοκται· ἐκεῖ δὲ μόνος ὁ ἰσραὴλ, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ ἔθνη λοιπὸν, ὡς προεῖρηκεν ὁ προφήτης, τὰ μὲν εἴδωλα αὐτῶν καταλιμπάνουσι, τὸν δὲ ἀληθινὸν θεὸν τοῦ χριστοῦ πατέρα ἐπιγινώσκουσι, καὶ ἡ μὲν τῶν δαιμόνων φαντασία καθῄρηται, μόνος δὲ ὁ οὕτως θεὸς ἐν τῷ ὀνόματι ἰησοῦ χριστοῦ κύριος ἡμῶν προσκυνεῖται. τὸ δὲ καὶ ἐν τῷ σώματι γενέσθαι κύριον, καὶ κληθέντα ἰησοῦν προσκυνεῖσθαι, πῶς ἄλλως τε αὐτὸν υἱὸν θεοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ ἐπιγινώσκεσθαι τὸν πατέρα, δῆλον ἂν εἴη, καθάπερ εἴρηται, ὅτι ἐκ ὁ λόγος, ἢ λόγος ἐστὶν, ἔλαβε τοιαύτην χάριν, ἀλλ' ἡμεῖς διὰ γὰρ τὸ σῶμα αὐτοῦ συγγενὴς ναὸς θεοῦ γεγόναμεν καὶ ἡμεῖς, καὶ υἱοὶ θεοῦ λοιπὸν πεποιήμεθα. ὥστε καὶ ἐν ἡμῖν ἤδη προσκυνεῖται τὸν κύριον, καὶ τὰς ὁρωμένας ἀπαγγέλλειν, ὡς ὁ ἀπόστολος εἴρηκεν, ὅτι ὄντως ὁ θεὸς ἐν ὑμῖν ἐστι, καθάπερ ὁ ἰωάννης ἐν μὲν τῷ εὐαγγελίῳ φησὶ· ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι. ἐν δὲ τῇ ἐπιστολῇ γράφει, ἐν τούτῳ γινώσκομεν ὅτι μένει ἐν ἡμῖν, ἐκ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ ὃ ἔδωκεν ἡμῖν. γνώρισμα δέ ἐστι καὶ τοῦτο τὸ εἰς ἡμᾶς παρ' αὐτοῦ γινομένης ἀγαθότητος, ὅτ ἡμεῖς

ὅτι ἡμεῖς μὲν ὑψώθημεν διὰ τὸ ἐν ἡμῖν εἶναι τὸ ὕψιστον κύριον. καὶ δι' ἡμᾶς ἡ χάρις δίδοται. διὰ τὸ γὰρ εἶναι δι' ἡμᾶς ἄνθρωπον τὸ χορηγοῦν τὴν χάριν κύριον. αὐτὸς δὲ ὁ σωτὴρ ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν ἐν τῷ λαβεῖν τὸ παρ' ἡμῶν σῶμα. ὃ λαβὼν τὴν μορφὴν ἔλαβεν ἐνδυσάμενος τὴν διὰ τὴν ἁμαρτίαν σάρκα. καὶ αὐτὸς μὲν οὐδὲν παρ' ἡμῶν εἰς βελτίωσιν ἔσχηκεν· ἀνενδεὴς γάρ ἐστι καὶ πλήρης ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, ἡμεῖς δὲ παρ' αὐτοῦ μᾶλλον ἐβελτιώθημεν· αὐτὸς γάρ ἐστι τὸ φῶς ὁ φωτίζων πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. καὶ μάτην ἐπερείδονται οἱ Ἀρειανοὶ τῷ, διὸ, συνδέσμῳ· διὰ τὸ λέγειν τὸ παῦλον, διὸ καὶ ὁ θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσεν. οὐ γὰρ ἆθλον ἀρετῆς, οὐδὲ βελτίωσιν προκοπῆς αὐτοῦ σημαίνων ἔλεγεν· ἀλλὰ τὸ αἴτιον τῆς εἰς ἡμᾶς γενομένης ὑψώσεως. τί γὰρ τοῦτό ἐστιν, ἢ τὸ ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχοντα, καὶ ἐν ὁμοιώσει πατρὸς ὄντα, ταπεινῶσαι ἑαυτὸν καὶ ὅλον ἀνθ' ἡμῶν καὶ ὑπὲρ ἡμῶν γενέσθαι; εἰ γὰρ μὴ ἄνθρωπος ὁ κύριος ἐγεγόνει, οὐκ ἂν ἡμεῖς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν λυτρωθέντες ἐκ νεκρῶν ἀνέστημεν· ἀλλ' ἐμένομεν ὑπὸ γῆν νεκροί· οὐδ' ἂν ὑψώθημεν εἰς οὐρανούς· ἀλλ' ἐκείμεθα ἐν τῷ ᾅδῃ. δι' ἡμᾶς ἄρα καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἐστι τὸ λεγόμενον ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο. τοιαύτην μὲν οὖν ἡγοῦμαι τὴν διάνοιαν εἶναι ῥητοῦ μᾶλλον ἐκκλησιαστικήν· ἔστι δὲ καὶ ἄλλο πρὸς ἃ ἂν τις ἀποχρήσαιτο εἰς τὸ ῥητόν, ὅτι οὐ διαλλήλως λέγονται αὐτά· ὅπερ δὲ τὸ λόγον αὐτὸ, ἢ λόγος ἐστὶν ὑψοῦσθαι σημαίνει· ἔστι γὰρ, ὡς προείρηται μικρῷ πρόσθεν, ὕψιστος καὶ ὅμοιος τῷ πατρί· ἀλλὰ διὰ τὴν ἀνθρώπησιν αὐτοῦ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως ἐστὶ δηλωτικὸν τὸ ῥητόν. λέγων γοῦν, ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν μέχρι θανάτου, εὐθὺς ἐπήγαγε τὸ, διὰ τοῦτο ὑπερύψωσε· δεῖξαι θέλων ὅτι οὐκ ὡς ἄνθρωπος λέγεται τεθνηκέναι, ἀλλ' ὡς ζωὴ ὢν ὑψώθη τῇ ἀναστάσει. ὁ γὰρ καταβὰς, αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβάς. κατέβη μὲν σωματικῶς· ἀνέστη δὲ ὅτι θεὸς ἦν αὐτὸς ἐν σώματι. ἔστι πάλιν ἐστὶν, ἃ χάριν ἐπήγαγε τῇ διανοίᾳ ταύτην τὸν, διὸ, σύνδεσμον· ἀμισθὸν ἀρετῆς δὴ προκοπῆς, ἀλλ' αἰτίας δηλωτικὸν, δι' ἣν ἡ ἀνάστασις γέγονε· καὶ δι' ἣν αἰτίαν οἱ μὲν ἄλλοι ἄνθρωποι ἀπὸ Ἀδὰμ καὶ μέχρι νῦν ἀπέθανον καὶ ἔμειναν νεκροὶ, ἕως ἦμεν ὁλόκληροι ἐκ νεκρῶν ἀνέστη. ἡ δὲ αἰτία αὕτη ἐστὶν ἣν αὐτὸς προείρηκεν, ὅτι θεὸς ὢν ἄνθρωπος γέγονεν. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι μόνον ἐξ Ἀδὰμ ὄντες ἀπέθανον, καὶ τὸ θανάτου εἶχον βασιλεύοντα καθ' αὐτῶν· ἕως ἦ ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ἐξ οὐρανοῦ ἐστιν· ὁ γὰρ λόγος σὰρξ ἐγένετο. καὶ λέγεται ὁ τρίτος ἄνθρωπος ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἐπουράνιος, διὰ τὸ ἐξ οὐρανοῦ καταβεβηκέναι τὸν λόγον. διὸ δὲ κεκράτηται ὑπὸ τοῦ θανάτου. εἰ γὰρ καὶ ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν συγχωρήσας μέχρι θανάτου φθάσαι τὸ ἴδιον ἑαυτοῦ σῶμα, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸ δεκτικὸν θανάτου· ἀλλ' ἐκ γῆς ὑπερυψώθη διὰ τὸ εἶναι αὐτὸ ἐν σώματι μὲν θεοῦ. ἴσον γοῦν ἐστὶ τὸ ἐν παύλῳ λεγόμενον· διὸ καὶ ὁ θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσεν· τῷ λεγομένῳ ἐν ταῖς προσέξεσι πρὸς πέτρᾳ, ὃν ὁ θεὸς ἀνέστησε

quòd nos ob Altissimum in nobis habitantem exaltamur, & gratia nostri conceditur, eò quòd Dominus suppeditator gratiæ, homo sit factus ad similitudinem nostri. Ipse autem Saluator humiliauit seipsum, quoniam humile nostrum corpus assumpsit, seruiique specie induit, amictus carne peccatis mancipata. Et vt ipse nihil ad sui meliorationem à nobis adeptus est: Verbum enim vtpote perfectum & absolutum, nullius rei indigum est: ita nos contrà, ab eo meliores sumus redditi. *Ipse enim est lux, quæ illaminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Frustra igitur innituntur Ariani coniunctioni isti, Ideo, dum à Paulo dicitur: *Ideo & Deus exaltauit illum.* Non enim præmium virtutis, neque præstantiam eius in proficiendo iis verbis significauit, sed causam sublimationis in nos redundantis. Nam quid hic aliud in istis verbis significatur, quàm generosi Patris Filiũ, qui in forma Dei erat, seipsum humiliasse? & seruum pro nobis, & nostri gratia factum esse? Si enim Dominus homo factus nõ fuisset, nunquam nos à peccatis vindicati ex mortuis resurrexissemus, sed sub terris mortui relinqueremur: neq; ad cælos subuecti essemus, sed adhuc in orco remaneremus. Propter nos igitur & de nobis dictum est (exaltauit & donauit.) Hanc ego arbitror istius dicti sententiam, eamque in primis Ecclesiasticam. Quin hoc dictum ita rursus tractari liceat, vt aliis, sed paribus verbis, idem exponas, non eo conceptu vocum indicari, Verbum ipsum quatenus Verbum est, exaltari. Est enim (vt dictum est) altissimum, simileque suo Patri: sed resurrectionem ex mortuis in corpore eius significari. Quapropter quum dixisset, humiliauit seipsum vsque ad mortem, statim subintulit, ideoque (superexaltauit) cupiens ostendere, quòd etsi sicut homo mortuus fuerit, attamẽ vt vita, exaltatus sit resurrectione. Is enim qui descendit, idem ille est qui ascendit. Descendit quidem corporaliter, resurrexit autem vt Deus in corpore. Atque illud ipsum est, cuius gratia subintulit in hac sententia coniunctionem (ideo) non mercedem virtutis aut profectus, sed causam significantem, ob quam resurrectio facta esset: Et cur alii quidem homines ab Adamo vsque in præsens tempus morerentur, & mortui permanerent: Iste verò solus integer ex mortuis resurrexerit, causa ea est quam ipse priori loco statuit, quòd quum Deus esset, homo factus sit. Cæteros quidem homines ex solo Adamo oriundos, vitam cum morte commutasse, mortisque tyrannidem in se passos esse: Secundum autem Adamum è cælo esse, quippe, qui caro factus sit: Atque iste homo è cælo & cælestis appellatur, eò quòd Verbum è cælo descenderit, ideoque sub imperio mortis detineri non potuit: Nam etsi humiliauit seipsum, sinens suum corpus vsque ad mortem procedere, quoniam moriendi capax esset, nihilo minùs tamen illud è terris exaltauit, propterea quòd in eo erat Filius Dei. Par igitur est quod hic dicitur, Ideo & Deus exaltauit illum, cum eo quod in Actis à Petro dicitur, *Quem Deus*

exaltauit solutis doloribus inferni, quatenus impossibile erat eum sub eius imperio detineri. Vt enim apud ipsum Paulum scriptum est: *Quoniam quum in forma Dei esset, homo est factus, & humilianit seipsum vsque ad mortem, ideo etiam Deus exaltauit illum*: ita quoque à Petro dictū est: *Ideo quum Deus esset, homo factus est.* Signa autem & prodigia, Petro aliisque qui ea viderant, ipsum esse Deum ostenderunt, ideoque fieri non poterat, vt sub morte detineretur: homini contrà impossibile erat, sese itidem instaurare: proprium enim quiddam est homini sua mors, atque ea de causa quum Verbum esset Deus, caro factum est, vt corpore mortificatus, viuificaret omnes sua potentia, Cæterum, quia dum mentio fieret de eius exaltatione, Deumque illi donasse, creditum est ab Arianis, in eo detrimentum aut passionem substantiæ Verbi fitam esse, necessarium dictu est, quo sensu ista & mente referantur. Exaltari enim dicitur ab inferioribus locis terræ, quia mors quoque ipsius exaltatio appellatur, & vtrumque de eo dicitur, quoniam eius erat, ac non alterius corpus, quod exaltatum fuit ex mortuis, & in cælos subuectum. Iam verò quum eius sit corpus, neque verbum sit extra suum corpus, merito exaltato corpore, ipse, vt homo, ratione corporis exaltatus esse memoratur. Si enim homo factus non est, ne dicantur ista de eo: sin autem verbum caro factum est, necessum est de eo, vt de homine, pariter referri & resurrectionem & exaltationem, vt mors, quæ illius dicitur, redemptio sit peccati hominum, & abolitio mortis: & vt resurrectio & exaltatio, per illum in nobis firmitudinem & stabilitatem habeat. De vtroque autem simul mentio habita est, & Deum illum exaltasse, & Deum illi hoc donasse, vt denuo palam fieret, neutiquam eum patrem esse qui homo factus erat, sed verbum Patris, quod pro humanitatis ratione à Patre accipit, & ab eo exaltatur, vt dictum est. Cæterum, manifesta res est, nec est quod dubites, ea quæ à patre dantur, per Filium dari. Estque admirabile, & quod hominem plane attonitum reddat, quod gratiam quam Filius à Patre largitur, eandem ipse in se recipere dicatur: & exaltationem quam Filius à Patre facit, ea ipsa est qua Filius exaltatur. Idem enim ipse est & Dei Filius, & Filius hominis: Nam, vt verbum, quæ sunt patris, donat: omnia enim quæ donat & facit Pater, per Filium donat & facit: ita è diuerso, ipse quum sit Filius hominis, humanitus dicitur à se ipso accipere, quia aliunde non accipit, eò quod corpus illa recipiat, quod accipiēdæ gratiæ naturam idoneam capacemq; sortitum est, vt dictum est: Accepit enim, quatenus homo exaltabatur: illiusque exaltatio erat eum hominem Deificari: sed tamen Verbum hoc ipsum semper possidebat secundum suam ex Patre Deitatē & perfectitudinem. Certe & ab Apostolo dictum est, talem habet interpretationem, impiosq; redarguit. Etiam illud Psalmographi eundem intellectum prodit, eumq; rectum, quem praue isti interpretantur.

ἀνέστησε λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου, καθότι οὐκ ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ. ὡς γὰρ φησὶ τῷ παύλῳ γέγραπται· ἐπειδὴ ἐν μορφῇ θεοῦ ὢν γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν μέχρι θανάτου, διὸ καὶ ὁ θεὸς ὑπερύψωσεν αὐτόν· ἕτω φησὶ τῷ πέτρῳ λέγεται, ὅτι ἐπειδὴ θεὸς ὢν γέγονεν ἄνθρωπος· τὰ γὰρ σημεῖα καὶ τὰ τέρατα ἀπέδειξεν αὐτὸν καὶ τοῖς ὁρῶσι θεὸν· διὰ τοῦτο οὐκ ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ θανάτου. ἀνθρώπῳ γὰρ οὐκ ἦν δυνατὸν τοῦτο κατορθῶσαι· ἴδιον γὰρ ἀνθρώπων ὁ θάνατος· διατοῦτο θεὸς ὢν ὁ λόγος γέγονε σὰρξ, ἵνα θανατωθεὶς σαρκὶ, ζωοποιήσῃ πάντας τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει. ἐπειδὴ γὰρ αὐτοῦ λέγεται ὑψωθῆναι, καὶ ὅτι ὁ θεὸς αὐτῷ ἐχαρίσατο, καὶ νομίζουσιν οἱ αἱρετικοὶ ἐλάττωμα εἶναι καὶ πάθος τῆς τοῦ λόγου οὐσίας, ἀναγκαῖον εἰπεῖν, πῶς καὶ ταῦτα λέγεται. ὑψοῦσθαι γὰρ αὐτὸς λέγεται ἀπὸ τῶν κατωτέρων μερῶν τῆς γῆς, ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς λέγεται ὁ θάνατος εἶναι. αὐτὸς γὰρ λέγεται ἀμφότερα, ἐπειδὴ αὐτοῦ ἦν ἐκ ἑτέρου σῶμα, τὸ ὑψωθὲν ἀπό τῶν νεκρῶν καὶ εἰς οὐρανὸς ἀναληφθέν. αὐτοῦ γὰρ πάλιν ὄντος τοῦ σώματος, καὶ οὐκ ἔντος ἐκτὸς αὐτοῦ τοῦ λόγου, εἰκότως ὑψωμένου τοῦ σώματος ὡς ἄνθρωπος καὶ διὰ τὸ σῶμα ὑψοῦσθαι λέγεται. εἰ μὲν οὖν ὡς γέγονεν ἄνθρωπος, μὴ λεγέσθω περὶ αὐτοῦ ταῦτα. εἰ δὲ ὁ λόγος γέγονε σὰρξ, ἀνάγκη ὥσπερ ἀνθρώπου λέγεσθαι αὐτοῦ τήν τε ἀνάληψιν καὶ τὴν ὕψωσιν, ἵν' ὡς ὁ μὲν θάνατος λεγόμενος αὐτοῦ, λύτρον ᾖ τῶν ἀνθρώπων ἁμαρτίας κατάργησις τοῦ θανάτου· ἡ δὲ ἀνάληψις καὶ ἡ ὕψωσις, βεβαία δι' αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς διαμένῃ· ἐπ' ἀμφοτέρων δὲ εἴρηκεν, ὁ θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ὁ θεὸς αὐτῷ ἐχαρίσατο· ἵνα καὶ ἐκ τούτου δείξῃ πάλιν, ὅτι μὴ ὁ πατὴρ ἐστιν ὁ γενόμενος σὰρξ. ἀλλ' ὁ τοῦτο λόγος ἐστὶν ὁ γενόμενος ἄνθρωπος ὁ λαμβάνων ἀνθρωπίνως τὰ παρὰ τοῦ πατρός· καὶ ὑψούμενος παρ' αὐτοῦ, ὥσπερ εἴρηται. δῆλον δὲ καὶ οὐκ ἂν ἀμφιβάλοι τις, ὅτι ἃ δίδωσιν ὁ πατὴρ, διὰ τοῦ υἱοῦ δίδωσι, καὶ ἔστι τὰ τοῦ δόξου, καὶ ἐκκαλῆξαι δυνάμενον ἀληθῶς· ἡνίκα γὰρ δίδωσιν ὁ υἱὸς τὰ τοῦ πατρὸς χάριν, τοιοῦτος αὐτὸς ὁ υἱὸς λέγεται δέχεσθαι· καὶ τὴν ὕψωσιν ἣν ὁ υἱὸς τὰ τοῦ πατρὸς ποιεῖ, τοιοῦτος ὡς αὐτὸς ὑψούμενος ἐστιν ὁ υἱός. αὐτὸς γὰρ ὁ ὢν τοῦ θεοῦ υἱὸς, αὐτὸς γέγονε καὶ υἱὸς ἀνθρώπου· καὶ ὡς μὲν λόγος, τὰ τοῦ πατρὸς δίδωσι· πάντα γὰρ ἃ ποιεῖ καὶ δίδωσιν ὁ πατὴρ, διὰ αὐτοῦ ποιεῖ τι καὶ παρέχει· ὡς δὲ υἱὸς ἀνθρώπου, αὐτὸς ἀνθρωπίνως λέγεται τὰ παρ' ἑαυτοῦ δέχεσθαι, διὰ τὸ μὴ ἑτέρου ἀλλ' αὐτοῦ εἶναι τὸ σῶμα, τὸ φύσιν ἔχον τοῦ δέχεσθαι τὴν χάριν· καθάπερ εἴρηται· ἐλάμβανε γὰρ κατὰ τὸ ὑψοῦσθαι τὸν ἄνθρωπον. ὕψωσις δὲ ἦν, τὸ θεοποιεῖσθαι αὐτόν. αὐτὸς δὲ ὁ λόγος εἶχεν ἀεὶ τοῦτο καὶ τὴν πατρικὴν ἑαυτοῦ θεότητα. τὸ μὲν οὖν τοῦ ἀποστόλου γεγραμμένον· τοιοῦτον ἔχον τὸν νοῦν, ἐλέγχει τοὺς ἀσεβεῖς· τὸ δὲ τῷ ὑμνωδῷ λεγόμενον, τὴν αὐτὴν πάλιν ἔχει διάνοιαν ὀρθήν, ὡς παρεζηγκῶται μὲν ἔτοι,

Psalmus

ὁ δὲ ψαλμῳδὸς δείκνυσιν ἁγίαν φησὶ γὰρ αὐτός, ὁ θρόνος σου ὁ θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου· ἠγάπησας δικαιοσύνην καὶ ἐμίσησας ἀδικίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ θεὸς ὁ θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. ἴδετε Ἀρειανοὶ καὶ ἐπίγνωτε κἂν ἐντεῦθεν τὴν ἀλήθειαν· μετόχους δὲ κυρίου, πάντας ἡμᾶς εἴρηκεν ὁ ψάλλων· εἰ δὲ ἐξ ὄντων ἦν τῶν γενητῶν εἷς, εἷς ἦν ἂν τῶν μετεχόντων καὶ αὐτός· ἐπειδὴ δὲ αὐτὸν μὲν θεὸν αἰώνιον ὕμνησε λέγων· ὁ θρόνος σου ὁ θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα καὶ αἰῶνος· τὰ δὲ ἄλλα πάντα μετέχειν αὐτὸν δεδήλωκε, τί δεῖ νοεῖν, ἢ ὅτι τὰ μὲν γενητῶν, ἄλλος ἐστὶ καὶ ὁ παντὸς μέν ἐστιν αὐτὸς λόγος ἀληθινός, ἀπαύγασμα καὶ σοφία· ἧς δὴ γενητὰ πάντα μετέχει· καὶ ἁγιάζεται παρ' αὐτοῦ τοῦ πνεύματος· ἐν ᾧ δὴ καὶ χρίεται ἐχ ἵνα θεὸς γένηται· ἦν γὰρ καὶ πρὸ τότε· ἀλλ' ἵνα βασιλεὺς γένηται· ἦν γὰρ ἀεί ὡς βασιλεύων, εἰκὼν ὑπάρχων τοῦ θεοῦ, ὡς τὸ λόγιον δείκνυσιν, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάλιν καὶ τοῦτο γέγραπται· οἱ μὲν γὰρ πρὸ τοῦ Ἰσραὴλ βασιλεῖς, ὅτε ἐχρίοντο, τότε βασιλεῖς ἐγίνοντο· οὐκ ὄντες πρότερον βασιλεῖς ὡς Δαυὶδ καὶ Ἐζεκίας· ὡς Ἰωσίας· ὡς οἱ ἄλλοι· ὁ δὲ Σωτὴρ τὸ ἔμπαλιν θεὸς ὢν καὶ τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρὸς ἀεὶ βασιλεύων, τοῦ τε πνεύματος τοῦ ἁγίου αὐτὸς ὢν χορηγὸς μόνος, ὅμως λέγεται νῦν χρίεσθαι, ἵνα πάλιν ὡς ἄνθρωπος λεγόμενος τῷ πνεύματι χρίεσθαι, ἡμῖν τοῖς ἀνθρώποις καθάπερ τὸ ὑψωθῆναι καὶ τὸ ἀναστῆναι, ἵνα καὶ τὸν τοῦ πνεύματος ἐνοίκησιν καὶ οἰκειότητα κατασκεύασῃ· τοῦτο δὲ σημαίνων καὶ αὐτὸς ὁ κύριος, ἔλεγεν ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίῳ· ἐγὼ ἀπέστειλα αὐτοὺς εἰς τὸν κόσμον· καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἁγιάζω ἐμαυτόν· ἵνα ὦσι καὶ αὐτοὶ ἡγιασμένοι ἐν τῇ ἀληθείᾳ· τοῦτο δὲ λέγων, ἔδειξεν ὅτι μὴ αὐτός ἐστιν ὁ ἁγιαζόμενος, ἀλλ' ὁ ἁγιάζων· ὁ γὰρ παρ' ἑτέρου ἁγιάζεται· ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτὸν ἁγιάζει· ἵνα ἡμεῖς ἐν τῇ ἀληθείᾳ ἁγιασθῶμεν. ὁ δὲ ἑαυτὸν ἁγιάζων, κύριός ἐστι τοῦ ἁγιάζειν· πῶς οὖν τοῦτο γίνεται; πῶς δὲ τοῦτο λέγει ὅτι ἐγὼ λόγος ὢν τοῦ πατρός, αὐτὸς ἐμοὶ τῷ ἀνθρώπῳ γενομένῳ δίδωμι τὸ πνεῦμα. καὶ ἐμαυτὸν ἄνθρωπον γενόμενον ἐν τούτῳ ἁγιάζω, ἵνα λοιπὸν ἐν ἐμοὶ ἀληθείᾳ ὄντι, ὁ δὲ λόγος ὅσος ἀληθειά ἐστιν, οἱ πάντες ἁγιασθῶσιν· εἰ δὲ ἡμῶν χάριν ἑαυτὸν ἁγιάζει· καὶ τοῦτο ποιεῖ ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, ἄδηλον ὡς καὶ εἰς αὐτὸν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ τοῦ πνεύματος γενομένη κάθοδος εἰς ἡμᾶς ἦν γινομένη· διὰ τὸ φορεῖν αὐτὸν ζῶμα καὶ οὐκ ἀπὸ βελτιώσεώς γέγονε τοῦ λόγου. ἀλλ' εἰς ἡμῶν πάλιν ἁγιασμὸν· ἵνα τοῦ χρίσματος αὐτοῦ μεταλάβωμεν καὶ περὶ ἡμῶν λεχθῇ· οὐκ οἴδατε ὅτι ναὸς θεοῦ ἐστε καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ ἐν ὑμῖν οἰκεῖ; τοῦ γὰρ κυρίου ὡς ἀνθρώπου λουομένου εἰς τὸν Ἰορδάνην, ἡμεῖς ἦμεν οἱ ἐν αὐτῷ καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνοντες. καὶ δεχόμενοι δὴ αὐτοῦ τὸ πνεῦμα· ἡμεῖς ἐσμὲν οἱ παρ' αὐτοῦ γινόμενοι ἅγιοι δεκτικοὶ διὰ τοῦτο δὲ ὥσπερ Ἀαρὼν ἢ Δαυὶδ ἢ ἄλλοι πάντες, οὕτως καὶ αὐτὸς ἐλαίῳ κέχρισαι, ἀλλὰ ἄλλως παρὰ πάντας

Psalmus tamen illum pium esse demonstrat, quum inquit: *Thronus tuus Deus in secula seculorum, virga rectitudinis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea unxit te, Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participatoribus tuis*: Videte Ariani, & saltē vel hinc cognoscite, participatores Domini cæteros omnes Psalmistam appellasse. Hic, si vnus ex non entibus & creatis esset, fuisset & ipse vnus ex istis participatoribus. Atqui quum eum, vt Deum æternum, suo hymno celebrarit, dum inquit, Thronus tuus Deus in secula seculorum, & reliqua omnia ex eo partem capere declararit, quid aliud intelligendum, quàm alium illum esse à rebus creatis? Patrisque solum ac verum Verbum, Splendorem & Sapientiam? ex qua omnia creata participant, & sanctificantur ab eo per Spiritum: & hic quidem vngitur, non vt Deus fiat, nam antea id erat: neque vt rex efficiatur, quum iam ab æterno regnaret, quippe, qui erat Imago Patris, quemadmodum ex hoc elogio ostenditur: sed pro nobis quoq; hoc inter cætera scriptum est. Nam reges Israelitæ inungendo reges fiebant, quum antea priuati homines essent, vt Dauid & Ezechias, vt Iosias, cæterique alii. Saluator autem quātus Deus esset, & in regno patris perpetuo regnaret, ipseque munerator Sancti Spiritus esset, tamen nunc in præsentia inungi dicitur, vt iterum, cum sicuti homo Spiritu inungitur, nobis hominibus, quemadmodum in exaltando & resuscitando fecit, ita quoque isthic Spiritus incolatum contuberniumque conciliet. Atque id indicans suis verbis Dominus in Euangelio dixit: *Ego emisi eos in mundum, & pro illis sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate*. Hæc verba vsurpans satis indicauit, se non esse eum qui sanctificatur, sed qui sanctificat. Non enim ab alio sanctificatur, sed ipse seipsum sanctificat, vt nos in veritate sanctificemur. Qui autem seipsum sanctificat, Dominus est sanctificationis. Qua ratione igitur id fit, aut quo pacto id dicit, nisi ad istum modum? Ego qui verbum Patris sum, mihi iam homini tribuo Spiritum, ac me iam hominem factum sanctifico, vt deinceps in me, qui veritas sum: sermo enim tuus (vt ille ait) veritas est, vt inquam in me omnes sanctificentur. Si autem in nostram vicem seipsum sanctificat, atque id agit quum homo factus erat, satis constat & euidens est, descensionem Spiritus in eum in Iordane ad nos pertinere, eo quòd ipse ferebat nostrum corpus: neque id ad melioratione Verbi, sed ad nostri sanctificationem factum esse, vt ipsius vnctionis participes essemus, ac de nobis diceretur, An ignotum est vobis, quòd templum Dei sitis, & Spiritus Dei habitet in vobis? Cùm enim Dominus vt homo in Iordane lauaretur, nos illi ipsi eramus qui in domino & à domino lauabamur. Et quum ille reciperet Spiritum, nos eramus illi ipsi, qui per Dominū ipsius spiritus capaces reddebamur. Quapropter, non quemadmodum Aaron aut Dauid, aut reliqui omnes, ita quoq; & ipse oleo inunctus est, sed aliter supra

omnes cõsortes sui oleo lætitiæ. Quod oleum, Spiritum sanctum esse per Prophetam exposuit: *Spiritus Domini super me, eo quod vnxerit me*: quemadmodum & ab Apostolo dictũ est, quod Deus illum vnxerit Spiritu Sãcto. Quando igitur ista de eo pronunciata sunt, nisi tum cum in carne constitutus baptizabatur in Iordane, ac Spiritus in eum descendebat? Quin & ipse Dominus loquitur discipulis, *Spiritus de meo capiet*: &, *Ego illum mitto*: &, *Accipite Spiritum Sanctum*. Attamen is qui aliis donat, vtpote Verbum & Splendor Patris, nunc dicitur sanctificari, postquam homo factus est: & ipsius est corpus, quod sanctificatur. Ex illo igitur & nos incepimus vnctionem & signaculum adipisci, dicente quidem Ioanne, nos vnctionem habemus: A Sancto Apostolo vero, vos signati estis Spiritu illo sanctæ repromissionis. Igitur propter nos, & de nobis est, quod isthic narratũ est. Quisnam igitur ex istis rebus meliorationis profectus? aut quodnam virtutis aut facti alicuius præmium ostenditur? Si enim quũ non esset Deus, Deus factus esset: aut quum rex non esset, ad regnum euectus esset, haberet vester sermo aliquam vmbram verisimilitudinis. Cõtra si & Deus est, & thronus regni eius æternus est, quid habet Deus in quo proficiat, suique meliores ascẽdẽdi ,pgressiones faciat? aut quid defuit illi in solio Patris sedẽti? Iam si (vt ipse quoq; Dominus locutus est) suus est Spiritus, Spiritusque de eo capit, & ab ipso emittitur, nõ vtique Verbum, quatenus Verbum & Sapientia est, à Spiritu inungitur, quum is ab eo donetur: sed caro assumpta ab ipso, illa est, quæ in eo, & ab eo inũgitur, vt sanctificatio quæ in Dominũ, vt in hominẽ, infertur, in homines deinde ab eo dimanaret. Non enim à se (vt ille ait) Spiritus loquitur, sed Verbũ est à quo Spiritus in dignos confertur. Simile est & id quoque superioti dicto. Vt enim Apostolus dicit: *Qui quũ in forma Dei esset, nõ rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed seipsum exinaniuit, formam serui accipiens*, ita quoque & Dauid, æternum eum Deum & regẽ missum ad nos, & assumpto nostro corpore, quod mortale est, mortalem appellauit: id enim ab eo istis verbis indicatur: *Myrrha & Stacte & casia à vestimentis tuis*: simulque hoc ipsum à Nicodemo, & iis quæ comitabantur Mariam, ostenditur, quo tempore ille veniebat deferens miscellã myrrhæ & aloes quasi libras centum: Istæ autem apportabant aromata, quæ adornauerant ad sepulturam corporis Domini. Quid igitur in hoc aut commodi aut profectus ei, qui immortalis erat, dum mortem assumit? aut quæ melioratio ei, qui æternus erat, dum, id quod temporarium erat, amicitur? aut quod præmium inde fuerit æternó Deo & Regi, recubantique in sinu Patris? Iamne ergo videtis ea ipsa pro nobis, & propter nos acta & scripta esse vt Dominus homo factus, nos, qui mortales & temporarii eramus, immortales faceret, & ad æternum regnum cælorum introduceret? Iamne igitur erubescitis ita mentientes contra sacram scripturam?

πάντας τὺς μετόχους αὐτοῦ, ἐλαίῳ ἀγαλλιάσεως· ὅπερ ἑρμηνεύων αὐτὸς εἶναι τὸ πνεῦμα, διὰ τοῦ προ- »
φήτου φησί· πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμέ, οὗ εἵνεκεν ἔ- »
χρισέ με· καθὼς ὁ ἀπόστολος εἴρηκεν· ὡς ἔχρισεν »
αὐτὸς ὁ θεὸς ἐν πνεύματι ἁγίῳ. πότε οὖν καὶ ταῦτα »
περὶ αὐτοῦ εἴρηται, ἢ ὅτε καὶ ἐν σαρκὶ γενόμενος
ἐβαπτίζετο ἐν τῷ Ἰορδάνῃ· καὶ καταβεβήκει ἐπ'
αὐτὸν τὸ πνεῦμα· καὶ μὴν αὐτὸς ὁ κύριος φη- »
σὶ· τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται· καὶ ἐγὼ αὐ- »
τὸ ἀποστέλλω· καὶ λάβετε πνεῦμα ἅγιον τοῖς μα- »
θηταῖς. καὶ ὅμως ἄλλοις παρέχων ὡς λόγος καὶ »
ἀπαύγασμα τοῦ πατρὸς, λέγεται νῦν ἁγιάζεσθαι.
ἐπειδὴ πάλιν γέγονεν ἄνθρωπος καὶ τὸ ἁγιαζόμε-
νον σῶμα αὐτοῦ ἐστιν. ἐξ ἐκείνου γοῦν καὶ ἡμεῖς
ἠρξάμεθα τοῦτο τὸ χάρισμα καὶ τὴν σφραγῖδα
λαμβάνειν λέγοντος τοῦ μὲν Ἰωάννου· καὶ ὑμεῖς »
χρίσμα ἔχετε ἀπὸ τοῦ ἁγίου· καὶ δὲ ἀποστόλου· καὶ »
ὑμεῖς ἐσφραγίσθητε τῷ πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας »
τῷ ἁγίῳ. ὁμοίως δὲ ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἐστι τὸ
λεγόμενον. πῶς οὖν καὶ ἐκ τούτου προκόπτει βελ-
τιώσεως ἕνεκεν ὁ χρηστὸς, ἢ ἁπλῶς πράξεως τοῦ
κυρίου δείκνυται; εἰ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ μὴ εἶναι θεὸς
θεὸς ἐγένετο, εἰ μὴ βασιλεύων εἰς βασιλείαν
προήγετο, εἶχεν ἂν ὑμῶν ὁ λόγος σκιᾶς τι
πιθανότητα. εἰ δὲ θεός ἐστι καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ τῆς
βασιλείας αἰώνιός ἐστι, πῶς εἶχε προκόψαι θεός.
ἢ τί ἔλειπε τῷ ὄντι τὸν θρόνον καθημένῳ τοῦ πα-
τρὸς; εἰ δὲ καὶ ὡς αὐτὸς ὁ κύριος εἴρηκεν, αὐτοῦ
ἐστι τὸ πνεῦμα, καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λαμβάνει, αὐτός τε
αὐτὸ χρίεται· οὐκ ἄρα ὁ λόγος ἐστὶ καὶ σοφία,
ὁ τῷ παρ' αὐτοῦ διδομένῳ πνεύματι χριόμενος,
ἀλλ' ἡ προσληφθεῖσα παρ' αὐτοῦ σάρξ ἐστιν, ἡ ἐν
αὐτῷ καὶ παρ' αὐτοῦ χριομένη· ἵνα καὶ ὁ ἁγιασμὸς
ὡς εἰς ἄνθρωπον τὸν κύριον γινόμενος, εἰς
πάντας ἀνθρώπους ᾖ παρ' αὐτοῦ. ἀεὶ γὰρ ἀφ'
ἑαυτοῦ φησὶ τὸ πνεῦμα λαλεῖ ἀλλ' ὁ λόγος ἐστὶν ὁ
τοῦτο διδοὺς τοῖς ἀξίοις· ὅμοιον γάρ ἐστι καὶ τοῦτο τῷ
προειρημένῳ ῥητῷ· ὡς γὰρ ὁ ἀπόστολος ἔγρα-
ψεν· ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡ- »
γήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε »
μορφὴν δούλου λαβών· ἵνα ὁ Δαβὶδ ὑμνεῖ τὸν κύ-
ριον· αἰώνιον μὲν ὄντα θεὸν καὶ βασιλέα· δοξασθέ-
ντα δὲ προσλαβόντα τὸ ἡμέτερον ζῶμα θνη-
τὸν ὄν· τοῦτο γὰρ παρ' αὐτοῦ σημαίνεται ἐν τῷ ψάλ-
λειν· σμύρνα, καὶ στακτὴ, καὶ κασία, ἀπὸ τῶν ἱματί-
ων σου. ὡσαύτως δὲ Νικοδήμου καὶ τῶν περὶ Μαριὰμ
δείκνυται. ὅτε ὁ μὲν ἦλθε φέρων μίγμα σμύρνης καὶ
ἀλόης λίτρας ἑκατόν. αἱ δὲ ἅπερ ἦσαν ἡτοιμάσα-
σαι ἀρώματα εἰς τὸν ἐνταφιασμὸν τοῦ σώματος
τοῦ κυρίου· πῶς οὖν πάλιν προκόπτει τῷ αἰωνίῳ
προσλαβόντι τὸ θνητόν; ἢ πῶς βελτίωσις τῷ αἰωνίῳ
ἐνδυσαμένῳ τὸ πρόσκαιρον; ποῖος δὲ καὶ μισθὸς μεί-
ζων γένοιτ' ἂν θεῷ αἰωνίῳ καὶ βασιλεῖ καὶ ὄντι ἐν τοῖς
κόλποις τοῦ πατρὸς; ἆρ' ἃ θεωρεῖτε ὅτι καὶ τοῦτο δι' ἡμᾶς
ὑπὲρ ἡμῶν γέγονε· καὶ γέγραπται· ἵνα ἄνθρωπος
γενόμενος ὁ κύριος, θνητοὺς ὄντας καὶ προ-
καίρους ἡμᾶς ἀθανάτους κατασκεύάσῃ καὶ εἰς
τὴν αἰώνιον βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εἰσαγάγῃ; οὓς ἐκ ἐρυθριᾶτε καταψευδομένοι τῶν θείων λογίων,

καὶ

καὶ γὰρ τῆ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιδημήσαντος· ἡμεῖς μὲν βελτιώθημεν ἐλευθερωθέντες ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας· αὐτὸς δὲ ὁ αὐτός ἐστι· καὶ οὐκ ἐπιδὴ γέγονεν ἄνθρωπος, πάλιν γὰρ τὸ αὐτὸ λεκτέον, ἐτράπη· ἀλλὰ καθὼς γέγραπται, ὁ λόγος τῆ θεῆ μεμένηκεν εἰς τὸν αἰῶνα· ἀμείλει ὥσπερ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως λόγος ὢν ἐχορήγει τοῖς ἁγίοις ὡς ἴδιον τὸ πνεῦμα, ἵνα καὶ ἄνθρωπος γενόμενος, ἁγιάζει τοὺς πάντας τῷ πνεύματι· καὶ λέγει τοῖς μαθηταῖς· λάβετε πνεῦμα ἅγιον· καὶ Μωϋσῆς μὲν ἐδίδου καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἑβδομήκοντα· διὰ αὐτοῦ τὸ ἦυχετο τῷ πατρὶ Δαβὶδ λέγων· τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον σου μὴ ἀπανέλης ἀπ' ἐμοῦ· καὶ ἄνθρωπος δὲ γενόμενος, ἔλεγεν· ἀποστέλλω ὑμῖν τὸν παράκλητον τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας· καὶ ἔπεμψεν ἀψευδὴς ὢν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος· οὕτως Ἰησοῦς χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας μένων ἀτρεπτος· καὶ ὁ αὐτός ἐστι δίδους καὶ λαμβάνων· δίδους μὲν, ὡς θεὸς λόγος· λαμβάνων δὲ, ὡς ἄνθρωπος. οὐκ ἄρα ὁ λόγος, ἢ λόγος, ἢ ἐστὶν ὁ βελτιόμενος· εἶχε γὰρ πάντως καὶ ἀεὶ ἔχει· ἀλλ' οἱ ἄνθρωποι εἰσὶν οἱ ἔχοντες ἀρχὴν τοῦ λαμβάνειν ἐν αὐτῷ καὶ δι' αὐτόν· αὐτοῦ γὰρ νῦν ἀνθρωπίνως λεγομένου χρίεσθαι, ἡμεῖς ἐσμὲν οἱ ἐν αὐτῷ χριόμενοι· ἐπειδὴ καὶ βαπτιζομένου αὐτοῦ, ἡμεῖς ἐσμεν οἱ ἐν αὐτῷ βαπτιζόμενοι· ὥστε ἢ ἡ τῶν πάντων μᾶλλον ὁ σωτὴρ φανεροποιεῖ λέγων τῷ πατρὶ, κἀγὼ τὴν δόξαν, ἣν δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς, ἵνα ὦσιν ἓν καθὼς ἡμεῖς ἓν ἐσμεν. δι' ἡμᾶς ἄρα καὶ δόξαν αἰτεῖ· καὶ τὸ, ἔλαβε, καὶ τὸ, ἐχαρίσατο· καὶ τὸ ὑπερύψωσε λέλεκται· ἵνα ἡμεῖς λάβωμεν· καὶ ἡμῶν χαρίσηται· καὶ ἡμεῖς ὑψωθῶμεν ἐν αὐτῷ· εἰ δὲ μὴ τὸ προκεῖσθαι ἐν τῷ ψαλμῷ· διατοῦτο ἔχρισέ σε ὁ θεὸς, ὁ σὸς θεὸς λέξεως προφασιν πάλιν ἑαυτοῖς εἰς ἃ βέλονται πλέκουσι· γνώσονται οἱ τῶν γραφῶν ἀμαθεῖς καὶ τῆς ἀσεβείας ἐφευρεταὶ, ὅτι καὶ ἐνταῦθα πάλιν τὸ, διατοῦτο, ἀμισθον ἀρετῆς ἢ πράξεως σημαίνει τοῦ λόγου· ἀλλὰ τὸ αὐτὸν πάλιν τῆς εἰς ἡμᾶς αὐτοῦ καθόδου· καὶ τῆς ὑπὲρ ἡμῶν εἰς αὐτὸν γινομένης τοῦ πνεύματος χρίσεως· ἀγαθὸν γὰρ εἶπε διατοῦτο ἔχρισέ σε ἵνα γνῶ θεὸς ἢ βασιλεὺς, ἢ υἱὸς, ἢ λόγος· ἦν γὰρ καὶ πρὸ τότε καὶ ἔστιν ἀεὶ καθάπερ δέδεικται· ἀλλὰ μᾶλλον ἐπειδὴ θεὸς καὶ βασιλεὺς, διατοῦτο καὶ ἐχρίσθης· ἐπεὶ δὲ ἄλλως ἦν σωθῆναι τὸν ἄνθρωπον τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ, ἢ σοῦ τῆς εἰκόνος τοῦ πατρὸς, καθ' ἣν ἐξ ἀρχῆς γεγόναμεν· σοῦ γάρ ἐστι καὶ τὸ πνεῦμα· τῶν μὲν γὰρ γνητῶν ἡ φύσις οὐκ ἔστιν ἀξιόπιστος εἰς τοῦτο· ἀγγέλων μὲν πολλαχοῦ τῶν· ἀνθρώπων δὲ πολλαχοῦ τῶν, διὰ τοῦτο θεῆ χρεία ἦν. θεὸς δέ ἐστιν ὁ λόγος· ἵνα τοὺς ὑπὸ κατάραν γενομένους, αὐτὸς ἐλευθερώσῃ· εἰ μὲν οὖν ἐξ οὐκ ὄντων ἦν, ἀσθ' ἁν αὐτὸς ἦν ὁ χριστὸς, εἷς ὢν πάντων τῶν μέτοχος τυγχάνων· καὶ αὐτὸς ἐπειδὴ θεός ἐστι καὶ θεοῦ υἱὸς ὢν βασιλεύς τε ἀΐδιός ἐστιν· ἀπαύγασμα καὶ χαρακτὴρ τοῦ πατρὸς ὑπάρχων, διατοῦτο εἰκότως αὐτός ἐστιν ὁ προσδοκώμενος κύριος·

Aduentu enim præsentiaq; Domini Iesu Christi, nos quidem meliores redditi sumus, vtpote liberati à peccato, ipse tamen idem est, neq; vbi homo factus est (quia hoc iterum dicendũ) mutatus fuit, sed vt scripto proditum est, Verbum Domini manet in æternum: nimirum, quẽadmodum ante incarnationẽ quum Verbũ erat, donauit Sanctis spiritum vt suũ & peculiarem; ita quoque iam homo factus, omnes sanctificans, ita suos discipulos alloquitur, *Accipite Spiritum Sanctum*: ita quoque Mosi dedit, & cæteris illis septuaginta. Ac propterea Dauid apprecatus Patri in hæc verba erumpit: Et Spiritum tuum, *Spiritum illum Sanctum ne auferas a me*. Et quum homo iam factus erat locutus est: *Mittã vobis consolatorem Spiritum illum veritatis*: idque quod dixit, præstitit. Missus enim est Spiritus à Verbo Domini, qui mentiri non potest. Igitur Iesus Christus heri & hodie idem est in secula incommutabilis permanens, & ipse idẽ ille est, qui dat, & accipit: dans quidem vt Verbum Dei, accipiens vero vt homo. Non ergo Verbũ quatenus Verbum, meliorationem accipit, habuit enim omnia & perpetuo habet: sed homines sunt, qui initiũ accipiendi in illo & ab illo obtinuere. Quapropter, quum ipse humano more inũgi memoratur, vos estis & nos sumus qui in eo inungimur: ideo quum ille baptizaretur, nos eramus in quos ille baptismus perueniebat. Omnia ista clara, manifestaq; Saluator noster reddit, dum Patri dicit: *Et ego gloriam quam dedisti mihi, dedi & illis, vt vnum sint, quemadmodũ nos vnum sumus*: propter nos igitur gloriam postulabat, & illud (accepit) & illud (donauit) & illud exaltauit, ideo dictum est, vt nos acciperemus, vt nobis donaretur, & nos exaltaremur in eo: quẽadmodum seipsum sanctificat, vt nos sanctificemur in eo. Quod si idcirco, quia additum est in Psalmo: Ideoq; vnxit te Deus Deus tuus, ex vocula, ideo, causificandi sibi prætextũ ad quæuis instruunt, sciant isti sacratum literatũ imperiti, impietatisque inuentores: quanquã hoc vocabulum ideo, hic occurrit, non mercedẽ tamen virtutis, aut operis Verbi Dei significari, sed causam eius aduentus ad nos, eiusq; vnctionis, quæ in illo pro nobis fiebat. Nõ enim dixit, ideo vnxit te, vt Deus, aut Rex, aut Filius, aut Verbũ fieres: nam & antea hoc ipsum erat, semperq; est, vt argumentis demonstratũ est: sed potius propterea, quia & Deus, & Rex es, ideo inũctus es. Non enim alterius erat coniungere hominem cum Spiritu Sancto, quã tui ipsius, qui es Imago Patris, ad quam ab initio creati eramus, quoniã tuus est Spiritus. Neq; enim rerum cõditarum natura digna erat aut idonea ad id negociũ, quũ & Angeli prævaricati essent, & homines inobedientes fuissent, ideo opus erat ipso Deo, verbũ autem est Deus, vt eos qui sub maledictione essent, assereret. Si igitur ex non entibus extitisset, Christus esse nõ potuisset, vtpote vnus è vulgo rerũ ac participator cũ cæteris futurus. Cęterũ, quia Deus est, quia Rex æternus & Splendor, & Character Patris, ideo ipse est qui expectabatur

Christus, quẽ Pater hominibus annuntiat, dum eum Prophetis reuelat, vt quemadmodum per eum facti sumus: ita quoque in eo omnium à peccatis redemptio conficeretur, & omnia a b illius imperio regerentur. Atque hæc est causa vnctionis, qua ille imbutus est, aduentusque Verbi in carnem: cuius intuitu Psalmographus & deitatem eius, & regnum paternum hymne celebrat: *Thronus tuus* (inquiens) *Deus in seculum seculorum, virga rectitudinis, virga regni tui*, & eius ad nos descensum his verbis exponit: *Idcirco vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis*. Quid igitur miri aut quid incredibile, si Dominus, qui Spiritum dat, ipse nunc dicitur Spiritu inungi: qui, vbi necessitas requirebat, non recusauit ratione humanitatis seipsum etiam inferiorem Spiritu pronũciare, quippe Iudæis loquẽtibus in Beelzebub eum eiicere dæmonia, respondit & dixit illis, postquam eos conuicisset falsa & impia dicere: *si ego in Spiritu Dei eiicio dæmonia*. Ecce tibi spiritus datorem in Spiritu se asserentem eiicere dæmonia, qua verba nihil aliud sibi volunt, nisi ratione carnis id dictum fuisse, eò quòd non idonea satis neque efficax erat humana natura, vt per se dæmonia, sine præsidio Spiritus eiiceret: ideo veluti homo hoc verbum prolocutus est, sin autem ego in Spiritu eiicio dæmonia. Quin & blasphemiam in Spiritum sanctum, maiorem quàm in suam humanitatem hoc dicto indicauit, *quicunque dixerit aliquod verbum in Filium hominis, habebit remissionem*. Cuius generis sunt quum de illo fabularentur? *nonne hic est fabri filius*? Contra, qui in Spiritum sanctum blasphemantes opera verbi Dei, diabolo ascribunt, illis pœna indeprecabilis infligetur. Hæc quidem Iudæis vt hominibus locutus est Dominus: discipulis cõtra, diuinitatem & maiestatem suam exhibens non iam minorem se spiritu, sed parem ostendit. Dabat enim spiritum ac dicebat; *Ego illum mitto, & ille glorificabit me, & quæcunque audiet, loquetur*. Quemadmodum igitur hic ipse Dominus munerator Spiritus non grauatur dicere, se in Spiritu sancto eiicere dæmonia, vt homo; ita quoque ad eundem modum, non grauatur idem ille Sancti spiritus largitor de se prædicare; *Spiritus sanctus super me, quoniam vnxit me*, idque respectu carnis quam induerat (vt ait Ioannes) vt vtrumque in nobis ostenderet, & nos esse qui in sanctificando gratia Spiritus sancti indigeremus, & qui impotentes essemus ad eiicienda dæmonia absque viribus Spiritus sancti. Per quem autem, & à quo tandem conueniens erat Spiritum sanctum donari, nisi per Filium cuius spiritus est? Quando autem nos accipere potuissemus, nisi quum Verbum (vt Apostolus ait) homo erat factum? neque fieri potuisset, vt liberaremur aut exaltaremur, nisi is qui in forma Dei erat, formam serui accepisset. Idem à Dauide declaratur, nos extra spem participandi spiritus & sanctificationis futuros fuisse, nisi donator ille spiritus Verbum, dixisset se spiritu pro nobis sanctificari.

ὃν ὁ πατὴρ ἀπέστελε τοῖς ἀνθρώποις ἀποκαλύπτων τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ προφήταις· ἵνα ὥσπερ δι' αὐτοῦ γεγόναμεν, οὕτω καὶ ἐν αὐτῷ τῶν πάντων λύτρωσις ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν γένηται. καὶ τὰ πάντα παρ' αὐτοῦ βασιλεύηται· καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ εἰς αὐτὸν γινομένης χρίσεως καὶ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας τοῦ λόγου· ἣν προορῶν καὶ ὁ ψαλμῳδὸς τὸν μὲν θεότητα καὶ τὴν πατρικὴν βασιλείαν ὑμνῶν αὐτοῦ ἀναφωνεῖ· ὁ θρόνος σου ὁ θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου· τὴν εἰς ἡμᾶς κάθοδον αὐτοῦ ἀπαγγέλλων, λέγει· Διὰτοῦτο ἔχρισέ σε ὁ θεὸς ὁ θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου· τί δὲ θαυμαστὸν ἢ ἄπιστον εἰ ὁ τὸ πνεῦμα διδοὺς κύριος, λέγεται καὶ αὐτὸς τῷ πνεύματι χρίεσθαι, ὅπερ γε χρείας πάλιν ἀπαιτούσης ἀπαρνήσασθαι τὸ ἀνθρώπινον αὐτὸν εἰπεῖν ἑαυτὸν καὶ ἐλάττονα τοῦ πνεύματος. τῶν γὰρ ἰουδαίων λεγόντων ἐν βεελζεβοὺλ ἐκβάλλειν αὐτὸν τὰ δαιμόνια, ἀπεκρίθη καὶ εἶπεν αὐτοῖς εἰς τὸ ἐλέγξαι βλασφημοῦντας αὐτοὺς· εἰ ἐγὼ ἐν πνεύματι θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια· ἰδοὺ γὰρ ὁ τοῦ πνεύματος δοτὴρ ἐν πνεύματι λέγεται νῦν ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια· τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ἄλλως εἰρημένον, ἢ διὰ τὴν σάρκα· ὡς γὰρ τῆς ἀνθρώπων φύσεως ἐκ θεοῦ ἰκανῆς ἀφ' ἑαυτῆς ἐκβάλλειν τοὺς δαίμονας εἰ μὴ δυνάμει τοῦ πνεύματος, διὰτοῦτο ὡς ἄνθρωπος ἔλεγεν· εἰ ἐγὼ ἐν πνεύματι θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια· ἀμέλει καὶ τὴν εἰς τὸ πνεῦμα ἅγιον δυσφημίαν γινομένην, μείζονα τῆς ἀνθρωπότητος σημαίνων ἔλεγχον· ὃς ἂν εἴπῃ λόγον εἰς τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἔξει ἄφεσιν· οἵοι ἦσαν οἱ λέγοντες· ἐκ τοῦ ἔστιν ὁ δαίμων υἱός, οἱ δὲ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημοῦντες καὶ τὰ τοῦ λόγου ἔργα τῷ διαβόλῳ ἐπιχειροῦντες ἀφύκτων τιμωρίαν ἀνέξονται. παῦλα μὲν οὖν τοῖς ἰουδαίοις ὡς ἄνθρωπος ἔλεγεν ὁ κύριος· τοῖς δὲ μαθηταῖς τὴν θεότητα καὶ τὸ μεγαλεῖόν τε δείκνυς ἑαυτοῦ, ἐκεῖ ἐλάττονα ἑαυτὸν τοῦ πνεύματος· ἀλλὰ μείζονα καὶ ἴσον ὄντα σημαίνων, ἐδίδου μὲν τὸ πνεῦμα καὶ ἔλεγεν, λάβετε τὸ πνεῦμα ἅγιον, ἐγὼ αὐτὸ ἀποστέλλω· κἀκεῖνος ἐμὲ δοξάσει· ὥσπερ οὖν ἐνταῦθα τοῦ πνεύματος δοτὴρ ὢν ὁ υἱός, καὶ παραιτεῖται εἰπεῖν ἐν πνεύματι ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια ὡς ἄνθρωπος, τὸν αὐτὸν τρόπον ὁ αὐτὸς ὢν τοῦ πνεύματος δοτὴρ, καὶ παρῃτήσατο λέγειν, πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμὲ οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με· διὰ τὸ γεγενῆσθαι αὐτὸν σάρκα ὡς εἶπεν ὁ Ἰωάννης· ἵνα δείξῃ ὅτι κατ' ἀμφότερα ἡμεῖς ἐσμεν· οἱ δὲ ἐν τῷ ἁγιάζεσθαι δεόμενοι τοῦ πνεύματος χάριτος· καὶ μὴ δυνάμενοι δαίμονας ἐκβάλλειν ἄνευ τοῦ πνεύματος δυνάμεως· διατίνος ἦν καὶ παρὰ τίνος ἔδει τὸ πνεῦμα δίδοσθαι ἢ διὰ τοῦ υἱοῦ καὶ τὸ πνεῦμα ἐστι; πόθεν ἐλαμβάνομεν ἡμεῖς ἐδυνάμεθα εἰ μὴ ὅτι ὁ λόγος γέγονεν ἄνθρωπος; καὶ ὥσπερ παρὰ τῷ ἀποστόλῳ λεγόμενον δείκνυσιν· ὅτι ἐκ θεοῦ ἐλυτρώθημεν εἰ μὴ ὁ θεὸς μορφὴν θεοῦ ὑπάρχων ἔλαβε δούλου μορφήν, ἵνα τὸς καὶ ὁ Δαβὶδ δείκνυσιν· ὅτι οὐκ ἂν ἄλλως μετέχομεν τοῦ πνεύματος καὶ ἡγιάσθημεν, εἰ μὴ ὁ τοῦ πνεύματος δοτὴρ αὐτὸς ὁ λόγος ἔλεγεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἔχειν πνεύματι χρίεσθαι, διὸ

B C D E

διὸ καὶ βεβαίως ἐλάβομεν αὐτὸ λεγομένου κεχρίσθαι σαρκὶ· τὸ γὰρ ἐν αὐτῷ σαρκὸς πρώτης ἁγιασθείσης· καὶ αὐτὸ λεγομένου δι' αὐτὸν εἰληφέναι, ὡς ἄνθρωποι ἡμεῖς ἐπακολουθοῦσαν ἔχομεν τὴν τοῦ πνεύματος χάριν· ἐκ δὲ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ λαμβάνοντες· τὴν ἠγαπημένην δικαιοσύνην καὶ ἐμίσησας ἀδικίαν, τοῦτο κεῖται ἐν τῷ ψαλμῷ, οὐχ' ὡς ἡμεῖς πάλιν νοεῖτε, τρεπτὴν δεικνύον τοῦ λόγου τὴν φύσιν, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἑστῶτα τὸ ἄτρεπτον αὐτοῦ σημαῖνον. ἐπειδὴ γὰρ τῶν γενητῶν ἡ φύσις ἐστὶ τρεπτή· καὶ οἱ μὲν παρέβησαν· οἱ δὲ παρήκουσαν ὥσπερ εἴρηται, ἦτε πρᾶξις αὐτῶν οὐκ ἔστι βεβαία. ἀλλὰ πολλάκις ἐνδέχεται τὸ νῦν ἀγαθὸν μὴ τοιοῦτο τρέπεσθαι· καὶ ἑπρόντινα γενέσθαι· ὡς τὸ ἄρτι δίκαιον ἄδικον μετ' ὀλίγον φανῆναι· διατοῦτο πάλιν ἀτρέπτου χρεία· ἵνα τὸ ἀμεταβλήτου τοῦ λόγου δικαιοσύνης, ἔχωσιν εἰκόνα καὶ τύπον πρὸς ἀρετὴν οἱ ἄνθρωποι. ἡ δὲ τοιαύτη διάνοια, ἔχει καὶ τὴν αἰτίαν τοῖς εὐφρονοῦσιν εὔλογον· ἐπειδὴ γὰρ ὁ πρῶτος ἄνθρωπος Ἀδὰμ ἐτράπη· καὶ διὰ τὴν ἁμαρτίας ὀφθεὶς εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον, διατοῦτο τὸ δεύτερον Ἀδὰμ ἔπρεπεν ἄτρεπτον εἶναι· ἵνα κἂν πάλιν ὁ ὄφις ἐπιχειρήσῃ· αὐτοῦ μὲν τοῦ ὄφεως ἡ ἀπάτη ἐξασθενήσῃ· τοῦ δὲ κυρίου ἀτρέπτου καὶ ἀναλλοιώτου ὄντος, πρὸς πάντας ὁ ὄφις ἀσθενὴς τοῖς ἐπιχειρήμασι γένηται· ὥσπερ γὰρ τοῦ Ἀδὰμ θεωθέντος εἰς πάντας τοὺς ἀνθρώπους ἡ ἀπάτη διέβη, ἕτω δὲ κυρίου ἰσχύσαντος, ἡ τοιαύτη ἰσχὺς λοιπὸν εἰς ἡμᾶς διαβήσεται· ὥστε λέγειν ἕκαστον ἡμῶν· ἃ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν. διόπου εἰκότως ὁ κύριος ὁ ἀεὶ καὶ φύσει ἀτρέπτως ἀγαπῶν δικαιοσύνην καὶ μισῶν ἀδικίαν, χρίεται καὶ αὐτὸς ἀποστέλλεται ἵνα ὁ αὐτὸς διαμένων τὴν τρεπτὴν σάρκα λαβών· τὴν μὲν ἁμαρτίαν, ἐν αὐτῇ καθαρίνῃ· ἐλευθερίαν δὲ αὐτὴν καταστήσῃ εἰς τὸ δύνασθαι λοιπὸν τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληροῦν ἐν αὐτῇ· ὥστε καὶ λέγειν δύνασθαι· ἡμεῖς οὐκ ἐσμὲν ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι, εἴπερ πνεῦμα θεοῦ οἰκεῖ ἐν ἡμῖν· μάτην ὑμῖν ἄρα καὶ νῦν ὠφέλησαν ἡ τοιαύτη ὑπόνοια γεγένηται· καὶ μάτην ἐπεφωτίσασθε τῶν ῥημάτων τῶν γραφῶν· ὁ λόγος γὰρ ὁ θεὸς, ἄτρεπτός ἐστιν ὡς ἀεὶ καὶ ὡσαύτως ἔχει· οὐχ' ἁπλῶς ἀλλ' ὡς πατήρ· ἐπεὶ πῶς ὅμοιος, εἰ μὴ ἴσως ἐστὶν; ἢ πῶς πάντα τὰ τοῦ πατρὸς τοῦ υἱοῦ ἐστιν, εἰ μὴ καὶ τὸ ἄτρεπτον καὶ τὸ ἀναλλοίωτον τοῦ πατρὸς ἔχει; οὐχ' ὡς ὑπόκειται δὲ νόμοις, καὶ τὴν ὑπεναντίαν ῥοπὴν ἔχων, τὸ μὲν ἀγαπᾷ· τὸ δὲ μισεῖ, ἵνα μὴ φόβῳ τοῦ σκῆψαι τὸ ἕτερον προσλαμβάνῃ, καὶ ἄλλως πάλιν τρεπτὸς εἰσάγηται. ἀλλ' ὡς θεὸς ὢν καὶ λόγος τοῦ πατρὸς, κριτὴς ἔτι δίκαιος καὶ φιλάρετος· μᾶλλον δὲ καὶ χορηγὸς ἀρετῆς· δίκαιος οὖν φύσει ὢν ὅσιος ὢν, διατοῦτο ἀγαπᾷν λέγεται δικαιοσύνην καὶ μισεῖν ἀδικίαν· ἴσον τῷ εἰπεῖν· ὅτι τοὺς μὲν ἐναρέτους, ἀγαπᾷ καὶ προσλαμβάνεται· τοὺς δὲ ἀδίκους, ἀποστρέφεται καὶ μισεῖ· καὶ ὥσπερ τοῦ πατρὸς τὰ αὐτὰ λέγεσθαι αἱ θεῖαι γραφαὶ· δίκαιος

Ideoque nos firmiter accepisse cognouimus quia ipse professus est se in carne inungi. Dum enim caro in illo primum sanctificatur, & ipse dicit sese, vt hominem propter carnẽ eam gratiam spiritus suscepisse, factum est, vt nos illam ex plenitudine dimanãtem acceperimus: ideóque dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, additum est in Psalmo non, vt vos intelligitis, mutabilẽ Verbi naturam declarans, sed potius eius immutabilitatem ostendens. Quum enim rerum conditarum natura conuertibilis esset, aliique præuaricatione, alij inobedientia peccassent, vt dictum, neque in studiis vlla firmitas subsisteret, subinde, bono in alio mutato: adeo, vt qui in præsentia esset iustus, paulo post talis non appareret: ideo inconuertibilis natura requirebatur, quo homines immutabilem Verbi iustitiam pro formula & exemplaria ad virtutem capessendam haberent. Istiusmodi intellectus probæ rationis esse à prudentibus censebitur. Primo enim homine mutato, & morte per peccatum in mundum introgressa, necesse omnino fuit secundum Adam immutabilem esse, quo, si denuo serpens eum inuaderet, impostura illius vim nullam aut efficaciam haberet. Ideo enim serpens in conatibus suis elanguescit, & viribus destituitur, quia Dominus est inconuertibilis & inalterabilis. Sicuti enim præuaricante Adamo, in omnes homines peccatum dimanauit: ita quoque domino homine iam facto, & serpentem euertente, in omnes homines istiusmodi vigor transmeauit: adeo, vt singulis nostris liceat dicere: Nõ ignoramus illius cogitationes. Quocirca merito dominus, qui semper & ex natura immutabilis est, diligitque iustitiam, & odio habet iniquitatem, inungitur & emittitur, vt idem subsistens idemque permanens, mutabili carne assumpta peccatum in carne condemnaret, & liberam ipsam assertámque redderet: quo deinceps iustitia legis in ea adimpleatur, & fas sit, bonoque iure liceat dicere: Nos autem non sumus in carne, sed in spiritu, quum spiritus Dei habitet in nobis. Frustra igitur vobis, Ariani, opinio concepta est, frustraque ex scripturis sacris cauillationes quæritis. Verbum enim Domini incommutabile est, & semper se eodem modo habet, neque id simpliciter, sed eadem ratione, qua Pater suus. Alioqui, quomodo similis fuerit, si non ita se habeat? aut quomodo omnia quæ Patris sunt, Filii fuerint, nisi & immutabilem & inalterabilem naturam parentis possideat? Non vt obnoxius legibus: non, vt in alterutram partem deflexibilis, vt hoc amet, illud auersetur; metuque excidendi, alterum potius desumat; & ita mutabilis iudicetur, sed potius vt Deus, & verbum Patris, & iudex ac virtutis studiosus, vel potius choragus suppeditatorque virtutis ostendatur. Iustus ergo natura & Sanctus quum sit, iustitiam diligere pronunciatur, & odisse iniquitatem, quod idem est ac si dicas, illum probos diligere & sibi adiungere; Iniustos autem auersari, & odio persequi. Quum scripturæ sacræ hoc ipsum quoque & de Patre loquantur;

Iustus est Dominus, & iustitiam dilexit, & odio habuit operantes iniquitatem. Et portas Sion diligit, tabernacula Iacob magnifacit, & Iacob quidem amauit, Esau vero odio habuit: ac secũdum Esaiam vox Dei est rursum dicentis: *Ego sum Dominus odio habens iniustitiam, odio persequens rapinas iniustitiæ:* ne igitur hic verba eadem prauitate qua illa, excipiant: quum illa sint de imagine Dei conscripta, hæc de Deo Patre. An hic quoque eadem prauitate in intelligendo vtentes, Patrem etiam commutabilem esse interpretabũtur? quod certe vel ex aliis audire, non est vacuum à periculo. Si ergo istud recte de Patre intelligimus, diligere illum iustitiam, & odisse rapinas iniustas: non tamen ita vt in alterutram partem vergat, aut contrariorum sit capax, & in delectu hoc sumat, illud auersetur (id enim proprium rerum creatarum) sed quòd, vt censor & Iudex, iustos diligat & sibi consociet: à malis autem procul se auferat. Consequens igitur fuerit, etiam de Imagine hæc verba de odio eius & dilectione in eandem mentem interpretari: talem enim naturam esse Imaginis oportet, qualem esse Patris intelligimus, etiamsi Ariani vt cæci, neque hoc neque aliud quippiã in Sacris literis vident: excidentes enim à mente cogitationum suarum, vel potius stultitiarum suarum, rursus ad verba Sacratũ literarum confugiunt, in quæ ipsa solito suo more prauo sensu incurrentes, mentem quæ inibi latet, non conspiciunt, & ad impietatem ipsorum quasi ad regulam omnia dicta Sacratum literarũ contorquent, quibus etiamsi tantummodo ore sonarent, dicendum esset. *Erratis, non intelligentes scripturas, neque potentiam Dei.* In quibus si pertinacius hæreant, digni sunt, qui pudore suggillentur, & audiant, *Reddite, quæ sunt hominis, homini, & quæ Dei, Deo.* Sed scriptum est, inquiunt, in Prouerbiis *dominus creauit me principiũ viarum suarum, ad opera manuum suarum.* Et in Epistola ad Hebræos ita Apostolus loquitur, *Tanto præstantior Angelis factus, quanto præstantius nomen præillis sortitus est:* & paulo post, *vnde fratres Sancti, Vocationis supercælestis participes animaduertite Apostolum & Pontificem confessionis nostræ Iesum, fidelem existere ei, qui ipsum creauit.* Et in Actis: *Notum sit igitur omnibus vobis & populo domus Israel, quòd Deus hunc Iesum Dominum & Christum fecit, quem vos crucifixistis.* Ex his verbis sursum deorsumque iactatis errabundi in intelligendo hanc sententiam colligunt, Verbum Dei creaturam esse, & opus, & vnum ex rebus conditis: atque ita decipiunt stultos, dum quidem in speciem veri voces scripturæ prætextunt: pro vera tamen sententia, venenum suæ hæreseos aspergant. Nam si cognouissent, non impiè egissent aduersus dominum gloriæ, neque quæ recte scripta sunt praue interpretarentur. Si igitur palàm iam deinceps, moribus Caiaphæ susceptis, iudaizare decreuerunt, vt ignorent quod scriptum est, Deum re vera in terris habitaturum fuisse, ne argumenta colligant ex verbis Apostolorum: Id enim

δίκαιος κύριος καὶ δικαιοσύνας ἠγάπησεν· ἐ
ἐμίσησε πάντας τὰς ἐργαζομένας τὴν ἀνομίαν· χ
ζας μὲν πύλας σιὼν, ἀγαπᾷ· τὰ δὲ σκηνώματα Ια-
κὼβ, οὐ σφόδρα πεποίηται· καὶ τὸν μὲν Ια-
κὼβ ἠγάπησεν· τ ἢ ησαῦ, ἐμίσησε· κ τ ἢ τ ησαΐαν,
φωνὴ θεοῦ ἐστι πάλιν λέγοντος· ἐγώ εἰμι κύριος, ὁ
ἀγαπῶν δικαιοσύνην ἐ μισῶν ἁρπάγματα ἐν ἀδι-
κίαις· ἢ τοίνυν κἀκεῖνα τὰ ῥήματα ὡς ταῦτα ἐκλαμ-
βανέτωσαν· ἐ γὰρ κἀκεῖνα σφόδρα τ εἰκόνος τ θεοῦ γέ-
γραπται· ἢ κ ταῦτα ὡς ἐκεῖνα κακῶς διανοούμενοι
A τρεπέσθω κ τ πατέρα ὀπτανέτωσαν· εἰ γ κ μόνον ἀ-
κοῦσαι τοῦτο λεγόντων ἑτέρων ἐκ ἔστιν ἀκίνδυνον· διὰ
τοῦτο καλῶς διανοούμεθα· τὸ λέγεσθαι τ θεὸν δικαι-
οσύνας ἀγαπᾶν καὶ μισεῖν ἁρπάγματα ἐξ ἀδικί-
ας, ἐχ ὡς ὀπὶ θατέρα ῥοπὴν ἔχοντας αὐτὸ κ δεκτι-
κὸν ἐναντίου· ὥσπ τοῦτο μὲν ἐκλέγεσθαι· ἐκεῖνο δὲ
μὴ αἱρεῖσθαι· τοῦτο γὰρ τῶν ῥητῶν ἰδιόν ἐστιν· ἀλλ'
ὅτι ὡς κριτὴς τοὺς μὲν δικαίους, ἀγαπᾷ· τοὺς δὲ ἀ-
δίκους, μισεῖ κ μακρὰν ἀπ' αὐτῶν γίνεται· ἀκό-
λουθον ἂν εἴη κ τὸν εἰκόνος τ θεοῦ τοιαῦτα νοεῖν,
B ὅτι ἅτως ἀγαπᾷ κ μισεῖ· τοιαῦτα γὰρ εἶναι τῇ φύ-
σει τοῦ εἰκόνα δεῖ οἷός ἐστιν ὁ τούτης πατήρ· κἂν οἱ
δόξαντες ὡς σοφοὶ, μήτε ταῦτα μήτε ἄλλο τ θείων
λογίων βλέπωσιν· ἐμπεσόντες γὰρ τ ἀποκαρδίας
αὐτῶν ἀγνοίαν, μᾶλλον ἢ παρανοίαν, ἐπὶ ῥήματα πάλιν τ
θείων γραφῶν καταφεύγουσιν· εἰς ἃ κ αὐτὰ σωφρο-
σύνης ἀναμφιλέκτους, ἐχ ὁρῶσι τ ἀληθείας νοῦν· ἀλλὰ
κανόνα ὀπὶ καρδίαν ἀσεβείας θέμενοι, πρὸς τοῦτον
πάντα τὰ θεῖα λόγια διαστρέφουσιν. ὅτινες ἐ μόνον
αὐτὰ φθεγγόμενοι, οὐδὲν ἕτερον ἀκοῦσαι εἰσὶν ἄξιοι, ἢ
C πλανᾶσθε μὴ εἰδότες τὰς γραφὰς μήτ τ δύναμιν
τοῦ θεοῦ· ἂν γ καὶ ὀπομείνωσι, πάλιν ἐντρέπεσθαι κ
ἀκοῦσαι πάλιν· ἀπόδοτε τὰ τοῦ ἀνθρώπου τῷ ἀνθρώ-
ἢ τῆς βουλήσεως τὸ πεφυκέναι καὶ εἶναι αὐτὸν πατέρα τοῦ ἰδίου λόγου· εἰ τοίνυν πρότερον ὅπερ ἐστὶ κατὰ φύσιν οὐχ ὑπῆρξε κατὰ τὴν ἐκείνων ἀνοιαν, πῶς τὸ δεύτερον ὅπερ ἐστὶ κατὰ βούλησιν γένοιτ' ἂν· πρότερον δέ ἐστιν ὁ λόγος καὶ δεύτερον ἡ κτίσις· ἀλλ' ἔστιν ὁ λόγος κἂν πλείονα παλαμῶσιν οἱ ἀσεβεῖς, δι' αὐτοῦ γὰρ γέγονεν ἡ κτίσις· δῆλον ἂν εἴη· ὅτι ποιητὴς ὢν ὁ θεὸς, ἔχει καὶ τὸν δημιουργικὸν λόγον οὐκ ἔξωθεν· ἀλλ' ἴδιον ἑαυτοῦ· πάλιν γὰρ τὸ αὐτὸ ῥητέον· ὃ τὸ βούλεσθαι ἔχει καὶ τὸ βούλημα αὐτοῦ ποιητικόν ἐστι, καὶ δηλοῖ τὸ βούλημα αὐτοῦ πρὸς B
σύστασιν τῶν γινομένων· ὁ δὲ λόγος ἐστὶν αὐτοῦ ποιητικὸς· καὶ δημιουργός· οὐκ ἀμφίβολον ὅτι αὐτός ἐστιν ἡ τοῦ πατρὸς ζῶσα βουλὴ· καὶ ἐνούσιος ἐνέργεια καὶ λόγος ἀληθινός· ἐν ᾧ καὶ σωφρόνηκε καὶ διοικεῖται τὰ πάντα καλῶς· οὐδεὶς δὲ· οὐ δὲ διαφέρειν· ὡς ὁ ἁρμόζων τῆς ἁρμονίας καὶ τῶν ἁρμοζομένων πρότερος· καὶ δευτερόνεσι καθὰ πρότερον τὸ δημιουργεῖν ἢ γυνᾶν τὸν θεόν· τὸ μὲν γὰρ υἱός, ἴδιον καὶ ἀληθῶς ἐκ τῆς μακαρίας ἐκείνης καὶ ἀεὶ ὄσης οὐσίας ἐστί· τὰ δὲ ἐκ βουλήσεως αὐτῆς, ἔξωθεν συνιστάμενα γίνεται· καὶ δημιουργεῖται διὰ τὸ ἴδιον καὶ ἐξ αὐτῆς γέννημα· ἱκανῶ τὸν λόγου θεικνύοντες πολλὴν ἀποστασίαν τῶν λεγόντων μὴ εἶναι υἱὸν θεοῦ ἀλλὰ ποίημα, ἀνάγκη λοιπὸν ἡμᾶς συνομολογεῖν υἱὸν εἶναι τὸν κύριον· εἰ δὲ υἱός ἐστιν ὥσπερ ἔν καὶ ἔστιν, ὡμολόγηται δὲ ὁ υἱὸς οὐκ ἔξωθεν ἀλλ' ἐκ τοῦ γεννῶντος εἶναι, μὴ διαφερέσθωσαν ταῖς λέξεσι καθὰ πρότερον· ἐὰν καὶ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ λόγου· ἂν τὸ τῷ γεννήσαντι τῷ ποιήσαντι ὀνομάζουσιν οἱ ἅγιοι· ὡς διαφόρου τοῦ ῥήματος ὄντος ἐπὶ τῶν τοιούτων· ἕως τὸ κατὰ φύσιν ὁμολογεῖται· ἐπεὶ γὰρ αἱ λέξεις τὴν φύσιν παραιροῦνται· ἀλλὰ μᾶλλον ἡ φύσις ὡς λέξεις εἰς ἑαυτὴν ἕλκουσα μεταβάλλει· καὶ γὰρ αἱ πρότεραι τῶν οὐσιῶν αἱ λέξεις· ἀλλ' αἱ οὐσίαι πρῶται καὶ δευτεραι τούτων αἱ λέξεις· διὸ καὶ ὅταν ἡ οὐσία ποίημα ᾖ ἢ κτίσμα, τότε τὸ, ἐποίησε· καὶ τὸ, ἐγένετο· ἢ τὸ, ἔκτισε κυρίως ὑπ' αὐτῶν λέγεται καὶ σημαίνει τὸ ποίημα· ὅταν δὲ ἡ οὐσία γέννημα ᾖ καὶ υἱός, τότε τὸ, ἐποίησε· καὶ τὸ, ἐγένετο· καὶ τὸ, ἔκτισεν οὐκ ἔτι κυρίως ἐπ' αὐτῷ κεῖται· οὐδὲ ποίημα σημαίνει· ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἐγέννησε, τῷ ἐποίησεν ἀδιαφόρως τοῖς κέχρηται ῥήμασι· πολλάκις γοῦν πατέρες τοὺς ἐξ αὐτῶν φύντας υἱοὺς δήλους ἐαυτῶν ὀνομάζουσι· καὶ οὐκ ἀρνοῦνται τὸ γνήσιον τῆς φύσεως· καὶ

aut fons, qui amissis fluentis exaruit: Quî fit vt vim condendi illum habere dicentes, nullo pudore suffundantur? & adimentes quæ sunt naturæ, non vereantur id ei attribuere, quod ex voluntate dependet? Iam, si ea quæ extranea sunt, neque antea existunt, vbi tamen voluit ea esse, creat & eorum conditor efficitur: quanto prius citiusque Pater fuerit Prolis suæ ex sua ipsius substantia prodeuntis? Nam si velle attribuunt Deo circa non entia, cur non id, quod supra voluntatem in Deo est, atque anterius non agnoscunt? nimirum, ex natura Patrem esse sui Verbi, prius quiddam esse, & sublimius voluntate. Si igitur quod prius est secundum naturam non extiterit pro illorum stoliditate, quomodo id quod posterius est, & ex voluntate originem trahit, existere posset? Prius siquidem est Verbum, deinde creatura. Est autem Verbum, etiamsi omnia impii moliantur: per illud enim creatura facta est: clarum igitur manifestumque fuerit, Deum, quum sit conditor architectusque rerum, habere quoque architectoriam Rationem siue Verbum, non forinsecus aut aliunde, sed intrinsecus ex seipso. Rursus enim idem dicendum, si velle in se habet pater, eiusque voluntas efficax est, & architectatrix, eaque per se sufficit ad res procreandas, & Verbum eius vim faciendi creandique in se possidet, dubium non fuerit, quin Verbum sit Patris viuida voluntas, Paternæque substantiæ insita efficacia & ratio, in quo omnia bene & constituit & gubernat. Nemo vero addubitauerit, quin coaptator coaptationi, rebusque coaptatis anterior sit, posterioremque in Deo creationem, quam generationem esse: quippe, quum filius proprium quiddam sit ex beata illa & æterna substantia: Ista vero contra ex voluntate eius, non ex ipso, sed forinsecus creentur ac fiant peripsius proprium germen ac sobolem: Igitur cum in eorum verbis, quibus aiunt, eum non filium, sed opus esse, ratio magnam absurditatem ostendat, reliquum est vt confiteantur Dominum nostrum esse Filium Dei, & quia Filius sit, vt omnino est, non foris aut aliunde, sed ex genitore existere. Ne igitur ex verbis controuersias captent, si sancti alicubi pro vocabulo gignere, creare subiiciunt, quum in istiusmodi locis significatio non variet, sed id quod secundum naturam est, insinuet. Non enim dictiones naturam perimũt, sed potius natura dictiones ad se trahit & commutat: Siquidem verba substantiis non priora sunt, sed primùm existunt substantiæ, deinde dictiones superueniunt. Quapropter quum opus aliquod aut creatura prodierit, tunc propriæ idoneæque voces sunt (Operatus est, condidit:) quum autem germẽ est, aut filius de quo mentio habetur, tum, fecit & creauit, improprie de eare pronũciantur: neque iam hoc positu opus significant, sed indifferẽter altera vox pro altera sumitur. Certe, nõ infrequẽter patres liberos ex se genitos, seruos appellant: neq; tamen eo verbo negatũ volũt, eos ex se natos esse:

subinde etiam seruos per comitatem loquendi, pueros suos denominant, non tamen eo dicto dissimulant illos iam olim à se possideri. Illud enim prius, pro autoritate sua, vt patres dicunt: secundum istud blandiendo pronunciant. Atque adeo Sara Abrahamum Dominum vocat, non ancilla eius, sed vxor. Et Apostolus, dum commendat Philemoni domino seruum suum Onesimum, eum fratrem appellat. Quin & Bersabæa, tametsi mater filium suum seruum nominat, dum patri dicit, Salomonem seruum tuum. Deinde & Natham loquitur, & inter loquendum, Salomonem serui nomine appellat; nihilque pensi habuere, quod filium seruũ nuncuparent. Ille enim talia audiendo æquè filium agnoscebat; isti vero ita loquendo non ignorabant eum genuinum filium esse, quinimo vt hæres patri institueretur, solicitabant, quum tamen illum vt seruum nominarent. Erat enim natura Filius Dauidis. Quemadmodum igitur dum ista legimus, recte intelligimus, & audientes Salomonem seruum dici, seruum non putamus; ita quoque si de Saluatore vere & ex confesso Filio, & naturaliter Verbo dixerint Sancti, fidelem eum ei, qui ipsum creauerat; aut si ipse de seipso loquatur, *Dominus creauit me*; aut rursus, *Ego seruus tuus & filius ancillæ tuæ*, & quotquot istiusmodi sunt locutionis, ne ob hoc detrahant illi suam ex patre proprietatem, sed vt de Salomone ac Dauide, ita rectas intellectiones de patre ac filio cõcipiant; quippe, qui quum audient Salomonem seruum dici, filium tamen eum esse agnoscant. Quî igitur non maiori quàm simplici exitio digni fuerint, quod eam rationem intelligendi, non eodem modo in filio obseruant? sed quum audiunt eum sobolem, Verbum, Sapientiam, vi in prauum detorquent eorum verborum interpretationem, abnegantque naturam genuinamque filii ex Patre natiuitatem? Contra, quum auscultant creationis voces & dictiones, statim eo feruntur, vt filium ex natura genuinum, opus quoddam factitiumque existiment, & Verbum esse inficientur, quũ liceat illis, eo quod homo sit factus, omnes istiusmodi voces ad eius humanitatem reiicere: Qui, quæso, non abominabiles isti fuerint apud Dominum, quum duplicia pondera penes se retineant; taliaque ratiocinẽtur, & contra Dominum blasphemias dicant? Sed fortasse vocabulum, serui, pro animi affectione dictum, de manibus remittunt; illud autẽ (qui fecit illum) mordicus retinent, vt rem magni momenti ad ipsorum hæresim; Sed tamen illud fulcimentum nihil illis est, nisi arundo confracta; statim enim seipsos condemnabunt, si senserint scripturæ proprietatem ac peculiarem phrasim. Nam quemadmodum seruus appellatur Salomon, licet filius existeret; ita quoque vt superiora repetamus, etsi factos, conditos creatosque ex se suos liberos appellent parentes, non tamen eo magis naturam abdicant. Ezechias certe, vt in Esaia scriptum est, in precibus suis dixit; *Iam ex hodierno die liberos faciam, qui predicabunt iustitiam tuam Domine salutis meæ*, Esaias quoque itidem dixit, Faciam;

καὶ πολλάκις τὰς ἰδίους δούλους φιλοφρονούμενοι παῖδα καλοῦσι· καὶ ὁ κρύπτουσι τῷ ἐξ ἀρχῆς αὐτῶν κτήσιν· τὸ μὲν γὰρ ἐπ' ἐξουσίας ὡς πατέρες λέγουσι· τὸ δὲ φιλανθρώπως ὀνομάζουσι· σάρρα γοῦν τ' Ἀβραὰμ κύριον ἐκάλει· καίτοι μὴ δούλη ἀλλὰ σύζυγος οὖσα· καὶ ὁ μὲν ἀπόστολος φιλήμονι τῷ κτησαμένῳ σωτηρίως ἀδελφὸν ὠνήσιμον τ δοῦλον ἢ μᾶλλον βεβαιοῦσθαι καίτοι μήτηρ οὖσα, τὸν υἱὸν ἐκάλει δοῦλον· λέγουσι τῷ πατρὶ, τ δοῦλόν σου σαλομῶνα· εἶτα ἐν ἀνάγνοις ὁ προφήτης εἰσελθὼν, ταὐτὰ ἐκείνῃ ἔλεγε τῷ Δαβὶδ ὅτι Σαλομῶνα τ δοῦλόν σου· καίτοι οὐκ ἔμελεν αὐτοῖς τ υἱὸν εἰπεῖν δοῦλον· ἀκέων γὰρ καὶ ἐκεῖνος ἐπεγίνωσκε τ φύσιν, καίτοι δὲ λέγοντες ὅτως, οὐκ ἠγνόουν τ' γνήσιον· κληρονόμον γοῦν ἠξίουν αὐτὸν τ πατρὸς γενέσθαι, ὃν ὡς δοῦλον ἐκάλουν· ἦν γὰρ υἱὸς τῇ φύσει τ Δαυὶδ ὥσπερ τύνυ ἀναγινώσκοντες ταῦτα διανοούμεθα καλῶς· καὶ ἀκούοντες δοῦλον τ Σαλομῶνα, οὐ νομίζομεν αὐτὸν εἶναι δοῦλον, ἀλλὰ φύσει καὶ γνήσιον υἱόν· ὅτως ἐὰν καὶ εἴπῃ τ σωτῆρ τ ἀληθῶς ὁμολογουμένου υἱ· καὶ φύσει λόγου ὄντ λέγειν οἱ ἅγιοι· πιστὸν ὄντα τῷ πιήσαντι αὐτὸν· ἢ αὐτὸς εἴπῃ ἑαυτ ἐὰν λέγῃ· κύριος ἔκτισέ με· καὶ ἐγὼ δοῦλος σὸς καὶ υἱὸς τῆς παιδίσκης σου· καὶ ὅσα τοιαῦτα, μὴ διατὶ ἀρνείσθωσαν τινὲς τὸν ὐκ ἐκ πατρὸς αὐτὸν ἰδιότητα· ἀλλ' ὡς ὅτι σαλομῶνος καὶ Δαυὶδ, διανοείσθωσαν ὀρθῶς εἶναι ἐκ πατρὸς καὶ υἱόν· ἐπειδὴ οἱ ἀκούοντες σαλομῶνα δοῦλον, ὁμολογοῦσιν υἱὸν· πῶς δὲ πολλάκις ἀποδεκτοὶ δικαιοί εἰσιν, ὅτι τὸν αὐτὸν ὅτι ἐκ κυρίου διάνοιαν δὲ σώζουσιν; ἀλλ' ὅταν μὲν ἀκούσωσι ῥήνημα, καὶ λόγον καὶ σοφίαν· βιάζονται παρερμηνεύειν ἐκ ἀρνεῖσθαι τ φύσιν ἐκ γνησίαν γέννησιν τ ὐκ ἐκ πατρὸς ἐκ υἱόν· ἀκούσαντες δὲ πνεύματος φωνὰς ἐκ λέξεις, αὐτοὺς εἰς τὸ νομίζειν· φύσει πνεῦμα τὸν υἱὸν καταφέρονται· καὶ ἀρνοῦνται τ λόγον· καίτοι δυνάμενοι διὰ τ γεγενῆσθαι ἄνθρωπον αὐτὸν, πάσας τὰς τοιαύτας λέξεις ἀπορρίπτειν ὅτι τὸ ἀνθρώπινον αὐτοῦ· πῶς οὖν καὶ ὅτι οὐ βδελυκτὰ τοῦ κυρίου δείκνυνται, διατὰ ῥήματα παρ' ἑαυτοῖς ἔχοντες· καὶ τῷ μὲν ἐκεῖνα λογιζόμενοι· τῷ δὲ, τ κύριον βλασφημοῦντες· ἀλλ' ἴσως τὸ μὲν δοῦλος ὡς κατὰ διάθεσιν λεγόμενον, σωτήθεται τ· ὅτε τῷ πιήσαντι κατέχουσιν ὡς μέγα πι βοήθημα τῆς αἱρέσεως αὐτῶν· ἔτι δὲ αὐτοῖς καὶ τοῦτο κάλαμος πθλασμένος τὸ ἔρεισμα· καταγνώσονται γὰρ αὐτοὺς ἑαυτῶν, εἰ μάθοιεν τὸ τῆς γραφῆς ἰδίωμα· καὶ γὰρ ὥσπερ δοῦλος λέγεται ὁ σαλομὼν, καίπερ ὢν υἱός, ὅτως ἵνα τὰ ἐν τοῖς πρότερον εἰρημένα, πάλιν ἐπάνωμεν, εἰ καὶ πιωμένους· καὶ κτιζομένους· καὶ γινομένους τοὺς ἐξ αὐτῶν φυομένους υἱοὺς λέγοιεν οἱ γονεῖς, οὐδὲν ἧττον οὐκ ἀρνοῦνται τὴν φύσιν· ὁ γοῦν ἐζεκίας ὡς ἐν τῷ ἡσαΐα γέγραπται, εὐχόμενος ἔλεγεν· ἀπὸ γὰρ τ σήμερον, παιδία ποιήσω ἃ ἀναγγελοῦσι τ δικαιοσύνην σου κύριε τ σωτηρίας μου· καὶ αὐτὸς μὲν ἔλεγε ποιήσω· ὁ δὲ

Pro-

ὁ δὲ προφήτης ἔνεστι αὐτῷ τῷ βιβλίῳ καὶ τῇ τετάρτῃ τῶν βασιλειῶν, οὕτω φησίν· Καὶ οἱ υἱοί σου οἱ ἐξελεύσονται ἐκ σοῦ· ἀντὶ τοῦ γεννᾶν ἄρα ποιήσω εἰρηκε· Τοὺς ἐξ αὐτοῦ φυομένους ὡς πεποιημένους φησί. Καὶ διαφέρεταί τις ὡς περὶ τοῦ φύσει γεννήματος ἐστιν ἡ λέξις· καὶ ἡ εὔα γὰρ τεκοῦσα τὸν καὶν, εἶπεν· ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ θεοῦ· ἀντὶ τοῦ τεκεῖν ἄρα καὶ αὐτὴ τὸ ἐκτησάμην εἴρηκεν. καὶ γὰρ πρότερον εἰποῦσα τὸ τέκον, ὕστερον εἶπε τὸ ἐκτησάμην· καὶ ὁ Ἰακὼβ τὸ ἐκτησάμην, νομισειεν ἄν τις ἔξωθεν ἠγορακέναι τὸν καίν, καὶ μὴ ἐξ αὐτῆς πεπλάσθαι· Καὶ ὁ πατριάρχης δὲ Ἰακὼβ ἔλεγε τῷ Ἰωσὴφ νυνὶ οὖν οἱ δύο υἱοί σου οἱ γενόμενοί σοι ἐν αἰγύπτῳ πρὸ τοῦ με ἐλθεῖν πρός σε εἰς αἴγυπτον, ἐμοί εἰσιν Ἐφραὶμ καὶ μανασσῆς· καὶ ἡ γραφὴ δὲ περὶ τοῦ Ἰὼβ, φησὶν· ἐγένοντο υἱοὶ ἑπτὰ καὶ θυγατέρες τρεῖς· ὥσπερ μωσῆς εἴρηκεν ἐν τῷ νόμῳ, ἐὰν ᾖ γένωνταί τινι υἱοί· Καὶ ἐὰν ποιήσῃ υἱὸν, ἰδοὺ πάλιν τοὺς γνησίους, ὡς γενομένους καὶ ποιηθέντας εἰρήκασιν· εἰδότες ὅτι ἕως ὁμολογοῦντα υἱοί, κἂν λέγῃ τις ἐγένετο· ἢ ἐκτησάμην· ἢ ἐποίησα, οὐδὲν διαφέρει· ἡ γὰρ φύσις καὶ ἡ ἀλήθεια, ἕλκει τὸν διάνοιαν εἰς ἑαυτήν· διὸ καὶ πρὸς τοὺς ζητοῦντας εἰ ποίημα καὶ κτίσμα ἐστὶν ὁ κύριος, χρὴ πρότερον ζητεῖν εἰ υἱός ἐστι καὶ λόγος καὶ σοφία· τούτων γὰρ ἀποδεικνυμένων, ἐκβάλλεται καὶ φυγὴ καὶ παύεται ἡ περὶ τοῦ ποιήματος καὶ κτίσματος ὑπόνοια· ὅτε γὰρ τὸ ποίημα υἱὸς καὶ λόγος ἂν εἴη, οὔτε υἱὸς, ποίημα ἂν εἴη· τούτων δὲ πάλιν ὄντως ὄντων, φανερὰ πᾶσιν ἀποδειξις· ὡς ἡ λέξις ἡ λέγουσα τῷ ποιήσαντι αὐτόν, οὐκ εἰς ὄνησίν ἐστι τῇ αἱρέσει αὐτῶν· ἀλλὰ μᾶλλον εἰς κατάγνωσιν· δέδεικται γὰρ, ὅτι ἡ, τὸ ἐποίησε, λέξις, καὶ ἐπὶ τῶν γνησίων καὶ φύσει τέκνων· ἐν τῇ θείᾳ κεῖται γραφῇ· ὅθεν τοῦ κυρίου ἀποδεικνυμένου φύσει γνησίου υἱοῦ, λόγου, καὶ σοφίας τοῦ πατρὸς, κἂν λέγηται ἐποίησεν αὐτὸ ὁ ἐποίησεν· ἢ τὸ ἐγέννησε, οὐχ ὡς ποιήματι ὄντι αὐτὸ λέγεται, ἀλλὰ διαφόρως τῇ λέξει χρῶνται οἱ ἅγιοι, ὡς ἐπὶ τοῦ σολομῶντος, καὶ τῶν ἐζεκίου τέκνων· καὶ γὰρ καὶ αὐτῶν γεννησάντων ἐξ ἑαυτῶν, γέγραπται· ἐποίησα· ἐκτησάμην· καὶ ἐγέννησε· οὕτω τὰ παραπλήσια λέξει πολλάκις προφασιζόμενοι οἱ θεομάχοι, ὀφείλουσι κἂν ὀψέ ποτε ἐκ τῶν εἰρημένων ἀποστῆναι τῆς ἀσεβοῦς φρονήσεως· καὶ φρονῆσαι περὶ τοῦ κυρίου· ὅτι υἱὸς ἀληθινὸς λόγος καὶ σοφία τοῦ πατρὸς· οὐ ποίημα οὐδὲ κτίσμα· εἰ γὰρ ποίημά ἐστιν ὁ υἱὸς, ἐν ποίῳ ἄρα λέγω τὴν σοφίαν γέγονεν αὐτός· πάντα γὰρ τὰ ποιήματα, διὰ τοῦ λόγου καὶ τῆς σοφίας· ὡς γέγραπται, πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας· καὶ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο· καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν· εἰ δὲ αὐτός ἐστιν ὁ λόγος καὶ ἡ σοφία ἐν ᾗ πάντα γέγονε, οὐκ ἄρα τῶν ποιουμένων ἐστὶν· οὐ δὲ ὅλως τῶν γενητῶν· ἀλλὰ τοῦ πατρὸς γνήσιον· σκοπεῖν τε χρὴ πόσον ἔχει σφάλμα τὸ λέγειν ποίημα τὸν τοῦ θεοῦ λόγον· λέγει που Σαλομὼν ἐν τῷ ἐκκλησιαστῇ· ὅτι

Propheta autem in eodem libro, & in quarto Regum ait; *Et filii tui qui egredientur ex te*, vbi pro gignere, faciam, iubiecit, & ex eo nascituros, faciendos nominauit, nec est qui controuersiam faciat, quin de naturali prole habeatur mentio. Atque adeo Eua partu soluta, edito iam Cain ita locuta est, Comparaui hominem per Deum, comparare, scilicet pro párere vsurpans, & posteaquam partum vidisset, hoc verbum, comparaui, subintulit: hinc peregrinus facile eam opinionem conceperit, Cain & Eua emptum esse, neque eum ex Eua editum esse. Quin & Patriarcha Iacob dixit ad Iosephum: *Nunc filii duo, qui tibi facti sunt in Ægypto, antequam ad te venirem in Ægyptum, mei sunt, Ephraim & Manasses.* Scriptura quoque de Iob dicit, *Facti sunt illi filii septem, & filiæ tres*, quemadmodum à Mose dictum est in lege. Si vero facti fuerint alicui filij, & si fecerit filium: ecce iterum, genitos quasi conditos factitiosque appellauerunt. Certe, quam diu extra controuersiam est, eos filios esse, tametsi quis dixerit de iis, facti sunt, siue possedi, siue feci, nihil ea re differminis affertur. Natura enim & veritas ad se trahunt rationem loquendi. Ideóque ex disceptatoribus, an conditum quiddam factitiumque sit Dominus, primitùs scitandum est, an Filius sit, an Verbum, an Sapientia. Nam vbi ea demonstrata sunt, statim excluditur & conquiescit opinio, an conditum ille quippiam ac factitium sit. Neque enim quod factum est, Filius aut Verbum fuerit. Contra, si ista subsistant, statum ad liquidum omnibus patet dictum illud, Qui fecit eum, nihil proficere ad eorum hæresim, sed ad condemnationem hæreseos. Ostensum enim est hoc vocabulum, fecit, etiam de genuinis & naturalibus liberis in scripturis dici. Vnde, quum probatum sit, Dominum naturalem & genuinum Filium esse, Verbum item & Sapientiam, etiamsi de eo mentio fiat, quod Deus fecerit eum, aut quod ipse factus sit, non tamen ita de eo intelligendum est, quasi opus aliquod conditum sit, sed Sancti viri eã vocem promiscue ac indifferenter vsurparunt, quemadmodum factum est in Salomone & Ezechiæ liberis. Nam quum illi per generationem patres essent, dictum tamen est de iis (fecit, possedit, & factus est.) Quapropter istiusmodi dictiunculis subinde cauillabundi Ariani, Dei perduelles, debent vel sero tandem ob rationes iam superius dictas, impiam suam sententiam deponere, ac sentire de Domino, ipsum verum esse Filium, Verbum & Sapientiam Patris, non opus aliquod, non vllam rem conditam. Si enim opus est filius, in quo Verbo, aut qua tandem Sapientia iste Filius conditus est. Omnia enim per Verbum & Sapientiam condita sunt, & sine eo factum est nihil. Quod si Filius est ipsum Verbum, ipsa Sapientia, in qua omnia facta sunt, non haberi potest aliquis, è numero ac grege factitiorum siue creatitiorũ, sed Patris sui soboles existimãda est. Vide igitur, quale præcipitium habeat, Verbum Dei opus aliquod nominare. Salomon præterea alicubi dicit in Ecclesiastico:

Omnia

Omnia quæ facta sunt, adducet Deus in iudicium, in omnibus dispiciens quid boni aut mali sit. Quapropter si factitium quiddam est Verbum, ducetur & ipsum nostro more in iudicium: & vbi tandem iudicium, si ipse iudex in reatu futurus sit? aut quis iustis benedictiones, aut quis iis qui digni sunt, meritas pœnas retribuet? quum Dominus, vt vnus nostrum, vna cum reliquis ad iudicium sistetur? aut cui legi legislator subiicietur? Rerum enim creatarum est vt iudicentur, benedicantur à filio & præmiis condignis afficiantur. Timete igitur iudicem, & credite Salomoni. Si enim omne quod factum est, adducet Deus in iudicium, & filius non est ex numero eorum qui iudicandi sunt, sed potius omnium rerum creatarum iudex, qui, quæso, non clarius sole patuerit, Filium rem factitiam non esse, sed Patris Verbum, in quo omnia fiunt, & iudicantur? Quòd si, quia scriptum est, eum fidelem fuisse illi, qui ipsum fecerat, perturbantur, existimantes id de eo, vt de omnibus, accipiendum esse, quod credendo scilicet acceperit Fidei meritum, opportunum iam fuerit, vt eos reprehendamus, quum à Mose quidem dicatur, Deus fidelis & verus: à Paulo vero itidem scribatur, fidelis Deus, qui non sinet vos tentari vlterius quàm potestis. At quum ista loquebantur Sancti, non humana de Deo sentiebant, sed certum habebant, duplicem esse significationem in scripturis, in hoc verbo (fidelem esse:) cum fidelis nunc, vt credens, nunc, vt qui dignus sit, cui fides habeatur, capi soleat: & alterum in homines, alterum in Deum congruere. Fidelis igitur Abraham, quoniam loquenti credidit Deo, fidelis item Deus, quoniam, vt canit Psalmista, fidelis est in omnibus verbis suis Dominus: & quum loquitur, dignus est cui habeatur fides, & impossibile est illi vt mentiatur: & si qua est fidelis vidua, ob bonam fidem fidelis appellatur. Fidelis est sermo, eò quod qui eum dixerit, idoneus sit cui fides habeatur: verus enim est nec aliter esse poterit. Quod igitur scriptum est fidelem eum esse ei, qui ipsum fecerat, non cum aliis similitudine congruit, neque hunc sensum habet quasi credendo gratiosus sit factus, sed quia ipse est veri Dei Filius, & dignus cui habeatur fides, in iis quę dicit, aut facit, quum immutabilis persistat, & sine vlla variatione in negotio humanitatis suæ, & immigratione in carnem nostram. Ita aliquis contra eorum impudentiam occurrens, posset & sola dictione (fecit) eorum errores conuincere, dum existimant, Verbum Dei quiddam factitium esse. Cæterum, quia sententia scripturarum recta est, ostendens quo sensu dictio (fecit) accipienda sit, eamque aliquando ad relationem dici necessum est, vt inde quoque hæreticorum ostendamus absurditatem, maximè si, id quod principio admonuimus, dictorum sacræ scripturæ tempus & occasionem respiciamus. Nõ enim ante creationem rerum, Apostolus ista verba induxit, sed tum demum, quum Verbum caro factum esset: Ita enim scriptum est, vnde fratres sancti, cœlestis vocationis participes, animad-

ὅτι σύμπαν τὸ πίημα ὁ θεὸς ἄξει εἰς κρίσιν· ἐν παντὶ παρεωραμένῳ· ἐὰν ἀγαθὸν, καὶ ἐὰν πονηρόν· οὐκοῦν εἰποίημά ἐστιν ὁ λόγος; ἀχθήσεται παρ' ὑμῖν καὶ αὐτὸς εἰς κρίσιν, καὶ τὸ λοιπὸν ἡ κρίσις, κρινομένου δὲ κριτὴς τὴν τοῖς δικαίοις τὰς δωρεὰς δώσει, τοῖς δὲ ἀναξίοις τὰς ἀπιμίας, ἐξηκάστου τὸ κύριος καθ' ὑμᾶς μὴ πάντων ἐν κρίσει; πῶς δὲ καὶ νόμῳ κριθήσεται αὐτὸς ὁ νομοθέτης; τοῦτο, τῶν πιημάτων ἴδιά ἐστι· τὸ κρίνεσθαι τὸ, ὡρᾶν δὲ ἐὰ δωρεῖσθαι· φοβήθητε λοιπὸν τὸ κριτὴ, ἢ παθητὶ τῷ σολομῶνι λέγοντι· εἰ γὰρ σύμπαν τὸ πείημα ὁ θεὸς ἄξει εἰς κρίσιν· ὁ δὲ υἱὸς οὐκ ἔστι τῶν κρινομένων· ἀλλὰ μᾶλλον συμπάντων τῶν πιημάτων αὐτός ἐστιν ὁ κριτὴς, πῶς ἀλαμπέστερον ἡλίου δέδεικται μὴ πίημα ὢν ὁ υἱὸς, ἀλλὰ τοῦ πατρὸς ὁ λόγος, ἐν ᾧ τὰ ποιήματα γίνεται καὶ κρίνεται. εἰ δὲ ὅτι γέγραπται· πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, σκανδαλίσει πάλιν αὐτὸς νομιζόντως ὡς ἐπὶ πάντων λεγομένου καὶ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ πιστὸν, ὅτι πιστῶν ἐκδέχεται τὸ πίστεως τὸ μισθὸν, ὥρα σοι ἀλατέον πάλιν αὐτὸς ἐγκαλεῖν, μωϋσῆ μὲν λέγοντι, θεὸς πιστὸς καὶ ἀληθινὸς· καὶ τῷ παύλῳ γράφοντι, πιστὸς ὁ θεὸς ὃς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνασθε· ἀλλὰ ταῦτα λέγοντες οἱ ἅγιοι, οὐκ ἀνθρώπινα περὶ θεοῦ διενοοῦντο· ἀλλ' ἐγίνωσκον διπλοῦν εἶναι τὸ νοεῖν ἐν τῇ γραφῇ περὶ δὲ πιστοῦ· τὸ μὲν, ὡς πιστευθὲν· τὸ δὲ, ὡς ἀξιόπιστον· καὶ τὸ μὲν, ἐπ' ἀνθρώπων· τὸ δὲ, ἐπὶ θεοῦ ἁρμόζειν· πιστὸς γοῦν ὁ ἀβραὰμ ὅτι τῷ λαλοῦντι πεπίστευκε θεῷ· πιστὸς δὲ ὁ θεὸς, ὅτι καθὼς ψάλλει δαβὶδ· πιστός ἐστιν ἐν τοῖς λόγοις αὐτοῦ ὁ κύριος, καὶ ἀξιόπιστός ἐστι· καὶ ἀδύνατόν ἐστιν αὐτὸν ψεύσασθαι· καὶ ἔτις ἐστὶ πιστὴ χήρα ἔχουσα λόγῳ τὸ καλῶς πιστεύειν, πιστὴ καλεῖται· πιστὸς δὲ ὁ λόγος, ὅτι ὁ εἰρηκεν, ὀφείλει πιστεύεσθαι· ἀληθὲς γάρ ἐστι καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλως· καὶ τὸ γεγράφθαι τοίνυν πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν· ὃ παρὰ ἄλλους ἔχει τὴν ὁμοιότητα· ὃ δ' ὅτι πιστῶν, δύαρες γέγονεν ἀλλ' ὅτι υἱὸς ὢν τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ, πιστός ἐστι καὶ αὐτὸς· ὀφείλων πιστεύεσθαι ἐν οἷς ἂν λέγῃ καὶ ποιῇ· αὐτὸς ἀτρεπτος μένων καὶ μὴ ἀλλοιούμενος ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ οἰκονομίᾳ καὶ τῇ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ· ὅτως μὲν οὖν ἄν τις παρὰ τὴν ἀναίδειαν αὐτῶν χώρων δύνατο καὶ ἐκμόνης τοῦτο ποιῆσαι, λέξεως, διελέγχειν αὐτὸς πλανωμένους, καὶ νομίζοντας ποίημα εἶναι τὸν τοῦ θεοῦ λόγον· ἐπειδὴ δὲ καὶ ἡ διάνοια τῶν γεγραμμένων ἐστὶν ὀρθὴ· δεικνύουσα τὴν ἐποίησε λέξιν· πότε καὶ ποῦ τί λεγομένη σημαίνει, ἀναγκαῖον καὶ ἑαυτὴν δεῖξαι τῶν αἱρετικῶν τὴν ἀλογίαν· ἐὰν μάλιστα ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἰρήκαμεν, καὶ τούτου τὸν καιρὸν καὶ τὴν χρείαν λάβωμεν· οὐ τοίνυν πρὸ τῆς κτίσεως σιγήσας ὁ Ἀπόστολος, ταῦτα, εἴρηκεν, ἀλλ' ὅτε ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο· οὕτω γὰρ γέγραπται· ὅθεν ἀδελφοί μου, ἅγιοι, κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι, κατα-

καταvοήσατε τ ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τ ὁμολογίας ἡμῶν Ιησοῦν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν. πότε οὖν ἀπεστάλη; ἢ ὁ πηνίκα τὴν ἡμετέραν ἐνεδύσατο σάρκα; πότε δὲ ἀρχιερεὺς τῆς ὁμολογίας ἡμῶν γέγονεν ἢ ὅτε προσενέγκας ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν τ σῶμα; καὶ νῦν αὐτὸς τοὺς προσερχομένους αὐτῷ τῇ πίστει, προσάγει καὶ προσφέρει τῷ πατρὶ, λυτρούμενος πάντας, καὶ ὑπὲρ πάντων ἱλασκόμενος τὸν πρὸς τ θεὸν· ὑπ τ ὑσίαν ἄρα καὶ λόγου· διὸ καὶ τὸν ἐκ πατρὸς αὐτοῦ φύσει γέννησιν σημαίνων θέλων ὁ ἀπόστολος, εἴρηκε, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν, μὴ γένοιτο· ποιῶν γάρ ἐστιν ὁ λόγος, ὑ ποιούμενος αὐτός· ἀλλὰ τὸν εἰς ἀνθρώπους αὐτοῦ κάθοδον καὶ ἀρχιερωσύνην γενομένην, ἣν καλῶς ἄν τις ἴδοι ἐκ τῆς κατὰ τὸν νόμον καὶ τ Ααρὼν ἱστορίας· ὅτως Ααρὼν ὑ γεγένηται ἀρχιερεύς· ἀλλὰ ἄνθρωπος· καὶ μετὰ χρόνον ὅτε ὁ θεὸς ἠθέλησε, γέγονεν ἀρχιερεύς· καὶ γέγονεν οὐκ ἀπλῶς· διὸ καὶ τῶν συνήθων ἱματίων γνωρίζόμενος· ἀλλ' ἐπενδυσκόμενος τὸν ἐποῶμίδα· τὸ λογεῖον· τὴν ποδήρη· αἱ γυναῖκες μὲν ἐργάσαντο προστάξει τ θεοῦ· ἐν τούτοις δὲ εἰσερχόμενος εἰς τὰ ἅγια, τὸν ὑπὲρ ὅλ λαοῦ θυσίαν προσέφερε· καὶ ἐν τούτοις ὥσπερ ἐμεσίτευε τῇ ὀπασίᾳ τ θεοῦ, καὶ τ τ ἀνθρώπων θυσίας· ὅτω πάντως καὶ ὁ κύριος ἐν ἀρχῇ μὲν ἦν ὁ λόγος· καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τ θεὸν· καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος· ὅτε δὲ ἠθέλησεν ὁ πατὴρ ὑπὲρ πάντων λύτρα δοθῆναι· καὶ πᾶσι χαρίσασθαι, τότε δὴ ὁ λόγος ὡς Ααρὼν τ ποδήρη, ὅτως καὶ αὐτὸς ἔλαβε τὸν ἀπὸ γῆς ἀνθρωπίνην σάρκα, μαρίαν ἀπὸ τῆς ἀνεργάστου γῆς, ἐκ τῆς ἀμήτορα καὶ ἄσπορα· ἵνα ἔχων τ προσφερόμενον, αὐτὸς ὡς ἀρχιερεὺς, ἑαυτὸν προσενέγκῃ τῷ πατρὶ· καὶ τῷ ἰδίῳ αἵματι, πάντας ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν καθαρίσῃ, καὶ ἀπὸ τῶν νεκρῶν ἀναστήσῃ· τούτου γὰρ ἦν τὰ παλαιὰ, σκιὰ· καὶ ὅπερ ἐλθὼν ποιεῖ ὁ σωτὴρ, τοῦτο κατὰ τ νόμον σκιαγραφεῖ ὁ Ααρὼν, ὁ αὐτὸς ὢν καὶ οὐκ ἀλλάττεται τὴν ἐσθῆτα· ἀλλὰ μένων ὁ αὐτὸς· ἀκαλύπτετο μόνον· καὶ εἴ τις ἑωρακὼς αὐτὸν προσφέροντα· ἰδοὺ γέγονε σήμερον ὁ Ααρὼν ἀρχιερεύς, οὐκ ἐσήμαινεν αὐτὸν ἄνθρωπον τότε γεγονέναι· διὰ γὰρ τ τὸν ἀρχιερέα γενέσθαι ἄνθρωπος· ἀλλ' ὅτι τῇ λειτουργίᾳ ποιοῦνται ἀρχιερεύς· περιθέμενος τὰ ποιούμενα καὶ κατασκευασθέντα ἱμάτια τῇ ἀρχιερατείᾳ· τὸν αὐτὸν τρόπον ἔστι τοῦ κυρίου, δυνατὸν ἐστι καλῶς νοεῖν· ὡς οὐκ ἄλλος γέγονε τὴν σάρκα λαβών· ἀλλ' ὁ αὐτὸς ὤν, ἐκαλύψατο ταύτῃ καὶ τὸ γέγονε καὶ τὸ πεποίηται· οὐχ ὅτι ὁ λόγος ἢ λόγος ἐστὶ ποιοῦνται νοεῖν θέμις· ἀλλ' ὅτι λόγος ὢν δημιουργὸς, ὕστερον πεποίηται ἀρχιερεὺς ἐνδυσάμενος σῶμα τὸ γενητὸν καὶ ποιητὸν· ὅπερ καὶ προσενεγκεῖν ὑπὲρ ἡμῶν δύναται· διὸ καὶ λέγεται πεποιῆσθαι· εἰ μὲν οὖν ὁ γέγονεν ἄνθρωπος ὁ κύριος, μαχέσθωσαν οἱ ἀρειανοί·

animaduertite Apostolum siue Legatum & Pontificem confessionis vestræ Iesum fidelem ei, qui fecit ipsum. Quando igitur legatus fuit? aut quando nostram carnem induit? quando Pontifex nostræ confessionis factus est: nisi quum se obtulit pro nobis, excitato è mortuis corpore? atque etiamnum accedentes ad eum per fidem ipse Patri offert, redimens omnes, & pro omnibus expians ea quæ ad Patrem spectabant. Non substantiam Verbi, neque à patre naturalem generationem indicare volens, Apostolus dixit eum fidelem fuisse conditori suo, absit. Condit enim Verbum non conditur, sed descensum eius ad homines, & Pontificatum respexit, quem pulchre ex lege & Aaronis historia expressum videas. Aaron enim non genitus est Pontifex, sed homo: & tandem progressu temporis, quum voluerat Deus, factus est Pontifex, neque id simpliciter aut quouis modo, neque vulgaris cultus eam notam insigniaque addidere, vt Pontifex agnosceretur, sed quum superinduisset Ephot, & Epomidem, & rationale vestemque talarem, quæ fœminæ elaborauerant iussu Dei. Cum istis enim ingrediens in Sancta Sanctorum hostiam pro populo offerebat, per ista se mediatorem inter visiones Dei & populi victimas præbebat. Itidem igitur & Dominus noster in principio quidem erat Verbum: quando autem voluit pater eum pro omnibus in redemptionem offerri, ac omnibus donari, tum scilicet Verbum, vt Aaron vestem talarem, ita carnem è terra assumpsit, Mariamque vice rudis illaboratæque terræ matrem sui corporis habuit, vt iam habens quod offerret, ipse Pontifex seipsum Patri in victimam daret, omnes suo sanguine à peccatis ablueret, & è mortuis excitaret. Id enim sibi voluit vetus illa vmbra: & quod à Domino factum est in suo aduentu, id secundum legem Aaron, qui eius rei vmbra fuit, prædelineabat. Vt igitur Aaron non immutabatur quum indueret Pontificalem habitum, sed idem permanebat, ac tantummodo tegebatur: quo tempore si quis illum tum primum victimis operantem cernens locutus fuisset. Ecce tibi hodie Aaronem Pontificem factum, non id significaret, eum eo tempore hominem esse factum: nam antequam Pontifex fieret, homo erat, sed functione, officioque Pontificem iam esse redditum, eò quod vestimenta facta destinataque ad sacrificia gestaret. Ad eundem modum quoque de Deo scite intelligendum est, non quòd alius factus sit ex assumptione carnis, sed quòd idem manens, carnem pro velamine habuerit: istæque dictiones (factus est, & conditus est) non hunc intellectum habent, quasi verbum, quatenus est Verbum, factum esse pronuncietur, sed quòd Verbum opifex conditorque rerum, postmodum factus sit Pontifex, quum induisset corpus creatum & factum, quod pro nobis offerre potuit: Atque inde est, quòd factus creatusve dicitur. Si enim Dominus homo factus non esset, nihil causæ relinqueretur, quo minus infesti sint Ariani: sin au-

sin autem Verbum caro factum est, quid oportebat de homine facto pronunciare, nisi illum fidelem esse factum creatori suo? Vt enim proprie dicitur de Verbo, *In principio erat Verbum*, ita proprium est de hominibus, si dicas eos fieri & creari. Quis igitur intuens dominum, vt hominem quidem ambulantem, sed tamen se Deum factis declarantem, non interrogaret ad istum modum: quisnam hunc tantum hominem fecit? aut quis vicissim ita interrogatus non responderet, Patrem eum hominem fecisse, & emisisse eum nobis Pontificem? Eandem illam sententiam idem tempus, eandem personam Apostolum indicare, dum scribit, eum fidelem esse factum, liquidius apparebit, si superiora repetantur: ita enim cum superioribus eodem ductu tenoreque cohærebunt. Scribit igitur in epistola ad Hebræos: *Vbi ergo pueri sanguinis & carnis participes erant, & ipse quoque se earundem rerum participem voluit, vt per suam mortem eum destrueret, qui habebat vim mortis, hoc est, Diabolum: & liberaret eos, quotquot formidine mortis per omnem vitam obnoxii erant seruituti: siquidem non Angelorum, sed semen Abrahæ assumit, vnde debuit per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret, & fidelis rebus diuinis, ad expianda peccata populi. In quibus enim ipse tentationes passus est, in iis potest aliis, qui tentantur, opitulari: vnde fratres Sancti vocationis cœlestis participes, animaduertite Apostolum & summum Pontificem confessionis nostræ Iesum fidelem ei, qui ipsum fecit.* Quis igitur ductum tenoremque perlegens, non reiiciat Arianos, ac non simul admiretur Apostolum tam probè congruenterque locutum? Quando enim factus est? & quando cum Apostolum esse contigit? an non quando itidem, vt nos, sanguinis & carnis particeps erat? aut quando misericors effectus est, & fidelis Pontifex? nisi quum per omnia fratribus assimilatus fuit. Similis porro tum factus est, quum carnem nostram indutus homo inceperat esse. Nonne igitur de eius functione humana Apostolus scribens, ista locutus est? fidelem eum fuisse creatori suo, ac nequaquam de substantia Verbi. Desinite igitur per furorem dicere, opus quoddam esse Dei Verbum, quum Filius natura sit vnigenitus. Tunc autem habuit fratres quum similem nostri carnem induerat, quam offerens ipse per seipsum Pontificis nomen obtinuit, & factus est misericors, & fidelis: misericors quidem, quia seipsum pro nobis offerens, nostri misertus est: fidelis autem, non quòd fidem habuerit, aut cuipiam crediderit, vt nos facimus, sed quòd dignus fide esset, in iis quæ ageret aut diceret, & quia fidelem obtulit victimam, perdurantem scilicet & non intercidentem. Quæ enim secundum legem offerebantur, nihil fidem in se possidebant: quippe caducæ prætereunteſque quotidie, & quibus noua purgatione opus erat. Contrà, Saluatoris hostia semel oblata absoluit omnia, fidaq; in omne tempus perdurat. Et Aaroni quidem successores dati sunt: & omnino legale sacerdotiũ, mortis & temporis progressu alios atq; alios Pontifices accepit:

εἰ δὲ ὅλως σὰρξ ἐγίνετο, τί δεῖ περὶ γινομένου ἀνθρώπου λέγειν, ἢ πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν; ὡς γὰρ ἴδιον καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ λόγου εἰπεῖν· ἐν ἀρχῇ ἦν λόγος, οὕτως ἀνθρώπων ἴδιόν ἐστι τὸ γίνεσθαι καὶ πεποιῆσθαι· τίς γὰρ ἰδὼν τὸν κύριον, ἄνθρωπον; ἀλλὰ πατέρα, καὶ θεὸν ἐκ τῶν ἔργων δεικνύμενον, οὐκ ἂν ἠρώτησε, τίς τοῦτον ἐποίησεν ἄνθρωπον, ἢ εἴς ἐστιν ἐρωτηθεὶς οὐκ ἂν ἀπεκρίθη, ὅτι ὁ πατὴρ τοῦτον ἐποίησεν ἄνθρωπον καὶ ἀπέστειλεν ἡμῖν αὐτὸν ἀρχιερέα τῶν τοιούτων Διάνοιαν καὶ τὸν καιρὸν καὶ τὸ πρόσωπον· αὐτὸς ὁ ἀπόστολος ὁ γράψας πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, δηλοῖ μᾶλλον ἱκανὸς ἐστι καὶ οἷός τε, τὸ αἰνίγματα τυγχάνει· γράφει τινὰ ἐν τῇ ὑπιστολῇ τῇ πρὸς ἑβραίους ταῦτα· ἐπεὶ οὖν τὰ παιδία κεκοινώνηκεν αἵματος καὶ σαρκὸς, καὶ αὐτὸς παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν· ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τοῦτ' ἔστι τὸν διάβολον· καὶ ἀπαλλάξῃ τούτους ὅσοι φόβῳ θανάτου διὰ παντὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας· οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται· ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται· ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι· ἵνα ἐλεήμων γένηται καὶ πιστὸς ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς τὸν θεὸν εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ. ἐν ᾧ γὰρ πέπονθεν αὐτὸς πειρασθείς, δύναται τοῖς πειραζομένοις βοηθῆσαι· ὅθεν ἀδελφοὶ ἅγιοι, κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι, κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Ἰησοῦν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν. τίς τῷ θεικωτέρῳ παύλῳ ὅλῳ αἰνιγμώδων, ἢ τῶν μὲν οὐρανίων καταγινώσκει, τὸν δὲ μακάριον ἀπόστολον οὐ θαυμάζει, καλῶς εἰρηκότα· πότε γὰρ πεποίηται; καὶ πότε ἀπόστολος γέγονεν; εἰ μὴ ὅτε παραπλησίως ὑμῖν μετέσχεν αὐτὸς αἵματος καὶ σαρκός; καὶ πότε γέγονεν ἐλεήμων καὶ πιστὸς ἀρχιερεύς, ἢ ὅτε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὡμοιώθη· ὡμοιώθη δὲ τότε, ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, ἐνδυσάμενος τὴν ἡμετέραν σάρκα· ἐκεῖθεν γὰρ τῆς κατὰ τὸν ἄνθρωπον οἰκονομίας τοῦ λόγου γράφων ὁ παῦλος, ἔλεγε, μηκέτι τινὶ μαίνεσθε ποίημα λέγοντες τὸν λόγον· ἔστι γὰρ αὐτὸς υἱὸς φύσει μονογενής· πότε δὲ ἔσχεν ἀδελφοὺς, ὅτε τὴν ὁμοίαν ἡμῶν ἐνεδύσατο σάρκα· ἧς καὶ προσφέρων αὐτὸν δι' ἑαυτοῦ, ἀρχιερεὺς ὠνομάσθη· καὶ γέγονεν ἐλεήμων καὶ πιστός· ἐλεήμων μὲν, ὅτι τὴν ἡμῶν προσενέγκας, ἠλέησεν ἡμᾶς· πιστὸς δὲ, οὐ πίστεως μετέχων· οὐδενὸς γὰρ πιστεύων, ὥσπερ ἡμεῖς· ἀλλὰ πιστεύεσθαι ὀφείλων, τὴν ὧν ἐαυτὸν λέγει ποιῶν· ὅτι πιστὴν θυσίαν προσφέρει τῷ μένουσαν, μὴ διαπίπτουσαν· αἱ μὲν γὰρ κατὰ νόμον προσφερόμεναι, οὐκ εἶχον τὸ πιστὸν, καθ' ἡμέραν παρερχόμεναι καὶ δεόμεναι πάλιν καθαρσίου· ἡ δὲ τοῦ σωτῆρος θυσία ἅπαξ γινομένη, πεπλήρωκε τὸ πᾶν· καὶ πιστὴ γέγονε μένουσα διαπαντός· καὶ ἀαρὼν μὲν, ἔσχε τοὺς διαδεχομένους· καὶ ὄντως ἡ κατὰ νόμον ἱερατεία, χρόνῳ καὶ θανάτῳ παρήμειβε τοὺς πρότερους

Dominus

ὁδὲ κύριος, ἀπαράβατον καὶ ἀδιάδεκτον ἔχων τὴν ἀρχιερωσύνην, πιστὸς γέγονεν ἀρχιερεύς, παραμένων ἀεὶ καὶ τῇ ἐπαγγελίᾳ πιστὸς γινόμενος, εἰς τὸ ἐπακούειν καὶ μὴ πλανᾶν τοὺς προσερχομένους· τοῦτ' ἦν πάλιν καὶ ἀπὸ τῆς ἐπιστολῆς τὸ μεγαλεῖον Πέτρου μαθεῖν ἔξεστι· λέγοντος, ὥστε καὶ οἱ πάσχοντες κατὰ θέλημα θεοῦ, πιστῷ κτίστῃ παρατιθέσθωσαν τὰς ἑαυτῶν ψυχάς· πιστὸς γάρ ἐστιν οὐκ ἀλλαττόμενος· ἀλλ' ἀεὶ διαμένων, καὶ ἀποδιδοὺς ἃ ἐπηγγείλατο. ἑλλήνων μὲν οὖν οἱ λεγόμενοι παρ' αὐτοῖς ψευδώνυμοι θεοὶ, οὔτε τῷ εἶναι· ὅτε τῷ ἐπαγγέλεσθαι εἰσὶ πιστοί· ὅτε γὰρ οἱ αὐτοὶ εἰσὶ πανταχοῦ· ἀλλὰ καὶ οἱ κατὰ τόπους, τῷ χρόνῳ διαφθείρονται καὶ ἑαυτοὺς καταῤῥέουσι· διὸ καὶ κατ' αὐτῶν ὁ λόγος βοᾷ, ὅτι πίστις οὐκ ἴσχυσεν ἐν αὐτοῖς· καὶ ὕδωρ ψευδὲς εἰσὶ· καὶ οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς· ὁ δὴ τῶν ὅλων καὶ μόνος τῷ ὄντι ὄντως καὶ ἀληθινὸς ὢν θεὸς, πιστός ἐστιν ὁ αὐτὸς ὢν καὶ λέγων· ἰδετέ με ὅτι ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι· διὸ καὶ ὁ τούτου υἱὸς, πιστός ἐστιν· ἀεὶ ὢν καὶ οὐκ ἀλλοιούμενος ἀσφαλὲς διαψευδόμενος· ὅτε ἐν τῷ εἶναι, ὅτε ἐν τῷ ἐπαγγέλεσθαι· καθάπερ πάλιν ὁ ἀπόστολος γράφων θεσσαλονικεῦσι μὲν φησὶ· πιστὸς ὁ καλῶν ὑμᾶς, ὃς καὶ ποιεῖ· ἐν δὲ τῷ πείθειν ἀπαγγέλλειν, πιστός ἐστι λαλῶν· ἑβραίοις δὲ πῶς ἂν σημαίνειν τὴν λέξιν ταύτην τὸ ἀναλλοίωτον, ἄτρεπτος γράφει· εἰ ἀπιστήσομεν, ἐκεῖνος πιστὸς μένει· ἀρνήσασθαι γὰρ ἑαυτὸν, οὐ δύναται· οὕτω εἰκότως ὁ ἀπόστολος τὴν σωματικὴν τοῦ λόγου παρουσίαν διηγούμενος ἔφησεν ἀπόστολον· καὶ πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν· δεικνὺς ὅτι καὶ ἄνθρωπος γενόμενος Ἰησοῦς χριστὸς, ἐχθὲς καὶ σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας ἀναλλοίωτός ἐστι· διὸ καὶ ὡς πρὸς τὴν ἀνανθρώπησιν αὐτοῦ διὰ τῆς ἀρχιερωσύνης, μνημονεύει γράφων ὁ ἀπόστολος· ἵνα καὶ πάλιν οὐκ ἐσιώπησε μακρὰν· ἀλλ' ἀμέσως πρὸς τῆς θεότητος αὐτοῦ μνημονεύει· παντοῦ τῆς ἀσφαλείας γινόμενος· ἔνθα μάλιστα τὸ ταπεινὸν ὀνομάζειν· ἀμέσως αὐτοῦ τὴν ὑψηλότητα, καὶ τὴν πατρικὴν μεγαλειότητα γινώσκομεν· φησὶ γοῦν· ὁ μὲν Μωϋσῆς, θεράπων· ὁ δὲ χριστὸς, υἱός· καὶκεῖνος μὲν, πιστὸς εἰς τὸν οἶκον· οὗτος δὲ, ὡς τὸν οἶκον, ὡς αὐτὸς αὐτὸν κατασκευάσας, καὶ κύριος αὐτοῦ, καὶ δημιουργὸς τυγχάνων· καὶ ὡς θεὸς ἁγιάζων αὐτόν· ὁ μὲν γὰρ Μωϋσῆς, ἄνθρωπος φύσει ὤν, πιστὸς ἐγένετο· πιστεύων τῷ διὰ τοῦ λόγου λαλοῦντι αὐτῷ θεῷ· ὁ δὲ λόγος, οὐχ ὥσπερ τις τῶν γενητῶν ἦν ἐν σώματι· ἀλλὰ θεὸς ἐν σαρκὶ καὶ δημιουργὸς, καὶ κατασκευαστὴς ἐν τῷ κατασκευασθέντι ὑπ' αὐτοῦ· καὶ οἱ μὲν ἄνθρωποι, ἕνεκα τοῦ εἶναι καὶ ὑφεστάναι σώματα πεπλάσθηται· ὁ δὲ τοῦ θεοῦ λόγος, ἕνεκεν τοῦ ἁγιάζειν τὰ σώματα γινόμενος ἄνθρωπος· καὶ κύριος ὢν, ἐν τῇ μορφῇ τοῦ δούλου· δούλη γὰρ τοῦ λόγου πᾶσα ἡ κτίσις, δι' αὐτοῦ γενομένη καὶ ποιηθεῖσα· ἐκ δὲ τούτου συνέσηκεν· ὅτι καὶ τὸ λεγόμενον παρὰ τῷ ἀποστόλῳ, ἐποίησεν,

Dominus autem ſine tranſitione, & ſine ſucceſſore ſacerdotium obtinens, fidus firmuſque Pontifex factus eſt in perpetuum perſeuerando, & in ſuis promiſſis fidelis extitit, vt exaudiret & non fruſtraretur ſupplices. Illud ita eſſe denuo ex epiſtola Petri ita dicentis cognoueris: Vt & illi qui patiuntur ſecundum voluntatem Dei, fideli creatori ſuas animas commendent: fidelis enim eſt, vtpote qui non mutetur, ſed ſemper permaneat, & reddat ea quæ pollicitus eſt. Ethnicorum, è diuerſo, falſa numina, neque ſoliditate naturæ, neque promiſſis fidelia ſunt. Non enim iidem vbique ſunt, quin & illa ipſa, quæ in ſingulis locis ſunt tempore conſumuntur, & per ſe diffluunt, ideoque contra ea Verbum clamat, nihil in illis fidei ſubſiſtere, ipſaque falſam aquam eſſe, neque quicquam fidei in illis reperiri. Contra, ſolus ex omnibus, Deus verus & fidelis eſt, quia ſemper idem eſt: ac proinde dicit, *Videte, videte, quia ego idem ſum, & non mutor*, Eademque de cauſa Filius quoque Dei fidelis eſt, quia ſemper eſt & non accipit variationem: neque vanus eſt, vel exiſtendo, vel pollicitando, Quemadmodum iterum Apoſtolus Theſſalonicenſibus ſcribens dicit: *Fidelis enim eſt, qui nos vocat, & faciet etiam:* & quia præſtat quod promittit, fidelis eſt in verbis ſuis. Hebræis porro vocabulum hoc (fidele) ſignificatum habere immutabilitatis, tali ſcripto oſtenditur: *Quòd ſi nos diffidentiores ſumus, ille tamen fidelis manet, abnegare ſeipſum non poteſt.* Quocirca merito Apoſtolus, dum recēſet corporalem Verbi aduentum, hæc verba attexuit, Apoſtolum & fidelem ei, qui fecit ipſum, indicans hominem factum Ieſum Chriſtum, ipſum eundem, heri & hodie eſſe, immutabilemque in ſecula. Et ſicuti de humanitate eius per ſacerdotium mentionem facit in ſcriptis ſuis Paulus, ita non in longum ſilentium tenuit, ſed ſtatim de deitate mentionem ſubiunxit, vbique ſecuritati & cautioni addictus: hic autem maxime, vbi humilitatem nominat, vt continuo altitudinem illius & paternam magnitudinem cognoſceremus. Moſes igitur famulus erat, ſed Chriſtus Filius: Moſes fidelis in domo, Chriſtus ſuper domo, vt qui eam ipſe conſtituerit, dominusque eius & architectus ſit, & vt Deus eam ſanctificet: Moſes enim, quum homo eſſet, fidelis extitit, credens Deo, qui ei per Verbum loquebatur. Verbum porro non veluti aliquid creatum in corpore, neque vt conditum in re condita, ſed vt Deus in carne, & vt opifex & conſtructor in re ab ipſo conſtructa. Homines enim vt ſint & conſiſtant, carne amiciuntur: Dei autem Verbum vt carnem ſanctificaret, homo factus eſt: & quum Dominus eſſet, in ſerui ſpecie apparuit: famula ſiquidem Verbi eſt omnis creatura, quæ per Verbum creata eſt & condita. Hinc tibi conſtare poteſt, vocem illam Apoſtoli (fecit) non

non ostendere Verbum, sed corpus verbi factum esse, quod simile nobis assumpsit, ideoque quum homo factus esset, frater noster appellatus est. Iam, si constat vel de ipso, Verbo hanc vocem (fecit) intelligi posse eo significatu, vt idem sit cum hac dictione (genuit) mirabor, si etiam hic aliud malitiosè comminisci queant, vbi sermo liquidò ostendit, non esse Deum quiddam factitium, sed ratione substantiæ Fœtum progerminationémque Patris: & dispositione ad arbitrium Patris, ho
A minem esse factum. Atque ideo nimirum ab Apostolo dictum est, eum fidelem extitisse ei qui eum fecerat. In prouerbiis item, conditus esse nominatur. Quatenus enim in confesso est, eum hominem esse factum, nihil discriminis attulerit (vt superius dictum est) siue genitus, siue factus, siue conditus, siue fictus appelletur, siue item seruus, siue Filius ancillæ, siue Filius hominis, siue constitutus, siue peregrinus, siue sponsus, siue patruelis, siue frater nuncupetur. Omnes enim istiusmodi voculæ in rationem humanitatis bene & proprie competunt, illáque
B omnia non substantiam Verbi, sed hominem eum fuisse demonstrant. Eundem quoque habet intellectum id quoque, quod de eo in Actibus à Petro recensetur, Dominum illum & Christum fecit, quem vos crucifixistis. Non enim hic scriptum est, fecit eum sibi Filium: aut fecit eum sibi Verbum, vt istiusmodi deliriis locus esset. Si igitur obliti non sunt, se de Filio Dei loqui, perscrutentur, num alicubi scriptum sit, fecit sibi filium Deus, aut condidit sibi Verbum, & an vsquam clare dictum sit, Verbum opus aliquod esse
C aut creaturam, ac tum denique cauillationes instituant, vt etiam sic quoque stolidi esse redarguantur. Sin autem nihil tale inueniant, & sicubi tantummodo scriptum est (fecit) aut (factus est) obseruant, & captant: vereor ne paulatim audientes, In principio fecit Deus cælum & terram, & fecit solem & lunam, & mare: cælum quoque hunc ipsum esse dicant, aut lucem quæ primo die condita fuit, aut terram denique & quicquid nunquam factum est, vt deinceps in posterum
D Stoicis similes habeatur: quum hi Deum quidem extendant ad omnia, isti vero Dei verbum ad quodlibet creatum conditúmque referant. Sin verò præoccupato sermone, ipsum dicant non nisi vnum ex rebus creatis existere, audiant rursus eadem, & discant primùm ipsum Filium esse: & Verbum, opus non esse, neque istiusmodi voces in deitatem recipiendas esse, sed inuestigandum esse, cur & qua de causa illæ sint scriptæ. Nam
E fieri non potest, quin, illis ita indagantibus, humanitatis œconomia functióque occurrat, quam nostri gratia suscepit. Quum enim Petrus dixisset, *Dominum & Christum eum fecit* statim subintulit, hunc Iesum quem vos crucifixistis, & omnibus innotuit: innotesceret & istis, si seriem verborum, consequentiámque obseruarent, non de substantia Verbi, sed

ὁ ποιήσεν δείκνυσι τ̀ λόγον· ἀλλ' ὅπερ ἔλαβεν ὅμοιον ἡμῶν σῶμα· διὸ καὶ ἀδελφὸς ἡμῶν ἐχρημάτισε γνόμενος ἄνθρωπος· εἰ δὲ δεδεικται· ὁ ἂν κἂν ἐπ' αὐτοῦ τοῦ λογου τὶς λέγοι· τὸ ἐποίησεν, ἀντὶ τ̃ ἐγέννησεν λέγει· ποίαν ἄρα παρεξδρεῖν δύνησιν εἰς τοῦτο διωκόντων; ὅπου γε πανταχόθεν ὁ λόγος τὸ ῥητὸν ἀφικαθάρας, ἔδοξε μὴ εἶναι ποίημα τὸν υἱόν, ἀλλὰ τ̃ μὲν οὐσίᾳ, γέννημα ἐκ τ̃ πατρὸς, τ̃ δὲ οἰκονομίᾳ, κατ' εὐδοκίαν τ̃ πατρὸς, ἐποιήθη δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος ἐ σωίσαπ· καὶ ἀφ' τ̃ λέγεσθαι ποίημα μὲν τ̃ ὑποστάντι, πιστὸν ὄντα τ̃ ποιήσαντι αὐτὸν, ἐν δὲ τ̃ς παροιμίαις καὶ τὸ κτίζεσθαι. ἕως γὰρ ὁμολογεῖται γνόμενος ἄνθρωπος, οὐδὲν ἀφέρει λεχθὲν καθάπερ εἴρηται· εἴτε πεποίηται, εἴτε ἔκτισται, εἴτε πέπλασται, εἴτε δοῦλος, εἴτε υἱὸς παιδίσκης, εἴτε υἱὸς ἀνθρώπου, εἴτε κατεστάθη, εἴτε ἀπεδήμησεν, εἴτε νυμφίος· εἴτε ἀδελφιδὸς, εἴτε ἀδελφὸς, πάντα γὰρ ταῦτα τὰ λεχέντα, τ̃ς ἀνθρώπων συστάσεως ἴδια τυγχάνει ὄντα· καὶ τὰ τοιαῦτα, οὐ τὴν οὐσίαν δ̃ λόγου, ἀλλὰ τὸ ἄνθρωπον αὐτὸν γεγενῆσθαι σημαίνει· τοιαύτην ἔχει δύναμιν ἐ τὸ ἐν τ̃ς γραφ̃σι πάλιν παρ' αὐτῶν φερόμενον ῥητὸν τοῦ πέτρου λέγοντος· ὅτι κύριον κ̀ χριστὸν ἐποίησε τ̀ ἰησοῦν ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε. ὅδε γὰρ ὅδε ἐν παῦλῳ γέγραπται, ἐποίησεν αὐτῷ υἱὸν, ἢ ἐποίησεν αὐτῷ λόγον, ἵνα κ̀ τοιαῦτα φαντασθῶσιν· εἰ μὲν ὃν μὴ ἐπελάθοντο ὅτι περὶ δ̃ υἱ δ̃ θε̃ λαλ̃σιν, ἐρεύνατωσαν εἴπου γέγραπται, ἐποίησεν ἑαυτῷ υἱὸν ὁ θεὸς, ἢ ἔκτισεν ἑαυτῷ λόγον· ἢ πάλιν εἴπου γέγραπται φανερῶς, ποίημά ἐστιν, ἢ κλίσμα ὁ λόγος, κ̀ τ̀ πρωτοφασιζέσθωσαν, ἵνα κ̀ ὕστερος ἐλεγχθῶσιν εἰ αὐόητοι· εἰ δ̀ μηδὲν πιστὸν εὑρίσκωσι μόνον δ̀ εἴπου γέγραπται, ἐποίησε κ̀ πεποίηται ῥηθ̃σι, φοβ̃μαι μὴ κατ' ὀλίγον ἀκόντες· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν κ̀ τὴν γ̃ν, κ̀ ἐποίησε τ̀ ἥλιον κ̀ τὴν σελήνην· ἐ ἐποίησε τ̀ θάλασσαν, εἴπωσιν, αὐτὸν εἶναι τὸν οὐρανὸν, κ̀ αὐτὸν εἶναι τ̀ τ̃ πρώτ̃ ἡμέρᾳ γνόμενον φ̃ς, κ̀ αὐτὸν εἶναι τ̀ γ̃ν, κ̀ ἕκαστον τ̃ν ποιηθέντων, ἵνα λοιπὸν ὁμοιωθ̃σι καὶ τ̃ς λεγομένοις σωϊκοῖς, ὅτι ἐκεῖνοι μὲν, ἀπὸ τ̃ θε̃ν ἐξαπλ̃σιν εἰς τὰ πάντα, ὕστοι δ̀ τ̀ τ̃ θε̃ λόγον, εἰς ἕκαστον τ̃ ποιηθέντων σπουδάζ̃σιν· εἰ κ̀ φθάσαντες εἰρήκασι τὰ ὅμοια λέγοντες ἕνα τ̃ν ποιημάτων αὐτὸν εἶναι. ἀλλὰ πάλιν ἀκουέτωσαν πρ̃τον ὅλ υἱός ἐστιν· ὡς καὶ ἐν τ̃ς ἔμπροσθεν εἴπαμεν, καὶ ὐ ποίημα ὁ λόγος, καὶ οὐ δεῖ τὰς τοιαύτας λέξεις εἰς τὴν θεότητα αὐτοῦ λαμβάνειν, ἀλλ' ἐρευνᾶν, διατί κ̀ πῶς ταῦτα γέγραπται, καὶ παύτως ἀπαντήσει τ̃ς ζητοῦσιν ἡ ἀνθρωπίνη οἰκονομία, ἣν δι' ἡμᾶς αἱρέθη· καὶ γὰρ καὶ ὁ πέτρος ἐρηκὼς κύριον καὶ χριστὸν αὐτὸν ἐποίησε, ἅθυς ἐπήγαγε, τοῦτον τὸν ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε· καὶ πᾶσι γέγονε φανερὸν· γένοιτο δ̀ ἂν καὶ τούτοις· ἐὰν τὴν ἀκολουθίαν τηρήσωσιν, ὅτι οὐ τὴν οὐσίαν τοῦ λόγου, ἀλλὰ

ἀλλὰ καὶ τὸ ἄνθρωπον αὐτὸν πεποιῆσθαι, ἔλεγε· τί γὰρ ἐστι τὸ σαυρούμενον, ἢ τὸ σῶμα; τὸ δὲ σωματικὸν τοῦ λόγου πῶς εἶχε σημᾶναι, ἢ ἀφ' οὗ εἶπεν ἐποίησεν; ἄλλως τε καὶ τὸ λεγόμενον ἐν τούτῳ ἐποίησεν, ὀρθῶς ἔχει τῇ διανοίᾳ· οὐ γὰρ εἴρηκε καθ' ἁπλοῦν, ἐποίησεν αὐτὸν λόγον, ἀλλὰ κύριον αὐτόν· καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' εἰς ὑμᾶς· καὶ ἐν μέσῳ ὑμῶν ἐποίησεν· ἴσον τῷ εἶπεν ἀπέδειξεν· καὶ τοῦτο αὐτὸ ὁ πέτρος ἐρχόμενος τῆς τοιαύτης διδασκαλίας, μετὰ πολλῆς τηρήσεως ἐσήμαινεν· διόπερ πρὸς αὐτοὺς ἔλεγεν· ἄνδρες ἰσραηλῖται, ἀκούσατε τοὺς λόγους τούτους τοῦ ἰησοῦ τὸν ναζωραῖον ἄνδρα ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς δυνάμεσι καὶ τέρασι καὶ σημείοις· οἷς ἐποίησε δι' αὐτοῦ ὁ θεὸς ἐν μέσῳ ὑμῶν καθὼς αὐτοὶ οἴδατε· τὸ ἄρα πρὸς τῷ τέλει ἐποίησε λεγόμενον, τοῦτο ἐν τῇ ἀρχῇ εἴρηκεν, ἀπέδειξεν. ἀπὸ γὰρ τῶν σημείων καὶ ὧν ἐποίησε θαυμασίων ὁ κύριος, ἀπεδείχθη οὐχ' ἁπλῶς ἄνθρωπος, ἀλλὰ θεὸς ὢν ἐν σώματι· καὶ κύριος αὐτὸς ὢν ὁ χριστός· τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις λεγόμενον πρὸς τοῦ ἰωάννου· διὰ τοῦτο οὖν μᾶλλον ἐζήτουν αὐτὸν οἱ ἰουδαῖοι ὅτι οὐ μόνον ἔλυε τὸ σάββατον, ἀλλὰ καὶ πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν θεόν· ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ θεῷ· οὐ γὰρ ἐπλάσθη ἑαυτὸν ὁ κύριος τὸ τε θεῖον· οὐδὲ ὅλως ἕνι ποιούμενος θεὸς· ἀλλὰ ἀπέδεικνυε διὰ τῶν ἔργων, λέγων, κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις μου πιστεύετε· ἵνα γνῶτε ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί· οὕτως τοίνυν κύριον καὶ βασιλέα πεποίηκεν αὐτὸν ὁ πατὴρ ἐν μέσῳ ὑμῶν· καὶ εἰς ὑμᾶς τὸς πρότερον ἀπιστοῦντας· καὶ δῆλόν ἐστιν ὡς νυνὶ κύριος καὶ βασιλεὺς ἀναδεικνύμενος, οὐκ ἀρχὴν ἔχει ἣν ἐνέσθαι τότε βασιλεὺς καὶ κύριος· ἀλλ' ἀρχὴν ἔχει, τὴν τῆς κυριότητα ἑαυτοῦ δεικνύειν, καὶ ἐκτείνει καὶ πρὸς τὸς ἀπειθήσαντας· εἰ μὲν οὖν νομίζουσιν ὅτι καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι ἄνθρωπος ἐσταυρούμενον ἐσωμένην· οὐκ ἦν κύριος καὶ βασιλεὺς ὁ σωτήρ· ἀλλὰ τότε ἀρχὴν ἔσχε τοῦ εἶναι κύριος, γνώτωσαν ὅτι τοῦ σαμοσατέως ἐκφανεῖς πάλιν φθέγγονται ῥήματα· εἰ δ' ὥσπερ ἀνέγνωμεν καὶ προείπομεν ἐν τοῖς πρότεροις, κύριος καὶ βασιλεύς ἐστιν ἀΐδιος· τοῦ μὲν ἀβραάμ, κύριον αὐτὸν προσκυνήσαντος· τοῦ δὲ μωϋσέως λέγοντος, καὶ κύριος ἔβρεξεν ἐπὶ σόδομα καὶ γομόρρα, θεῖον καὶ πῦρ παρὰ κυρίου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· καὶ τοῦ δαυὶδ ψάλλοντος, εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου· καὶ ὁ θρόνος σου ὁ θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου· βασιλεία πάντων τῶν αἰώνων· δῆλόν ἐστιν ὡς καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι ἄνθρωπος, βασιλεὺς καὶ κύριος ἦν· ἀΐδιος εἰκὼν καὶ λόγος τοῦ πατρὸς ὑπάρχων· ἀΐδιοι ὄντες τοῦ λόγου κυρίου καὶ βασιλέως, πρόδηλον πάλιν ὅτι καὶ τὸ ἀΐδιον τοῦ υἱοῦ πεποιῆσθαι, ἔλεγε ὁ πέτρος· ἀλλὰ τῷ εἰς ἡμᾶς αὐτοῦ κυριότητα γνωμένῳ ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος καὶ τῷ σταυρῷ πάντας λυτρωσάμενος, πάντων γέγονεν κύριος καὶ βασιλεύς· ἐὰν δὲ διὰ τὸ γεγράφθαι

sed de homine facto mentionem fieri? quid enim est aliud, id quod crucifixum est, quã corpus? Corporalitatem deinde Verbi qui potui aliter denotare, quàm per hoc vocabulũ (fecit quum alioqui id vocis, fecit, rectam in hoc loco obtineat sententiam. Non enim locutus est (vt superius dixi) fecit eum Verbum, sed fecit eum Dominum, idque nõ simpliciter, sed apud nos, & in medio nostrum eum fecit, quod idem est, ac si dixisset, declarauit eum Dominum: idque non simpliciter, sed apud nos, & in medio, nostrum eum fecit, quod idem est, ac si dixisset, declarauit eum Dominum: Et hoc ipsum Petrus in principio suæ initialis doctrinæ cum magna libertate expressit, quum ad ipsos diceret: Viri Israëlitæ, audite hæc verba, Iesum Nazarenum virum à Deo vobis potentiis, miraculis, & signis declaratum & exhibitum quæ per eũ Deus fecit in medio nostri, quemadmodum vobis compertũ est. Nam illud vocabulũ, fecit, quod in fine dicebatur, id sub alia voce, nempe declarauit, in principio posuit. Ex signis enim iisq; quę fecit Dominus, declaratum est, nõ simplicem eum hominẽ fuisse, sed Deũ & Dominum in corpore, eundémque Christũ fuisse Ac simile est illud quà Ioanne in Euangelio dictum est: Ideo magis persequebantur eum Iudęi, quia non modo Sabbatum abrogaret, sed & Deum Patrem suum esse diceret, seipsum Deo parem faciẽs. Nõ enim Dominus seipsum tũm tẽporis Deum finxit neque deitatem captauit, sed factis declarauit seipsum Deum esse: quum dicit, *Quod si mihi non credideritis, operibus credite, vt cognoscatis, quod ego in Patre sim, & pater in me.* Ad eum modum igitur illum Dominum & Regem fecit Pater in medio nostrum, & apud nos antea incredulos. Certúmque est, eum qui nunc Rex & Dominus declaratur, non id initium habere iam primum regni accepti, sed nunc demum declarati, eámque declarationem pertigisse ad eos, qui hactenus increduli erant. Si igitur existimant eum antequam homo fieret, & crucem sustineret, Deum & Regem & Saluatorem non fuisse, sed tum demum Dominum esse incepisse, agnoscant sese, idque manifesto verba Samosatensis loqui. Sin autem, vt iam recitauimus, & superius dictum est, Dominus æternus est Rex, quum & Abraham eum vt Dominum adorarit, & Mose dicente, *Dominus in Sodomam & Gomorrham sulphur & ignẽ à Domino é cælo pluerit:* Dauidis quoq; Psalteriũ canat, *Dixit dominus domino meo sede à dextris meis, donec tuos hostes supprimã: & Thronus tuus in seculũ seculi, virga rectitudinis, virga regni tui, & regnũ tuum omniũ seculorum:* in conspicuo est, eum priusquã homo fieret, Regẽ & Dominum æternũ fuisse, Imaginemq; & Verbũ Patris extitisse. Iam, quũ æternus sit & Rex & Dominus, manifestò sequitur, Petrũ non substantiã Filij, sed dominationẽ in nos factã inchoatámq; pronũciasse eo tẽpore, quo homo natus, hominibúsq; per crucẽ liberatis, omniũ Rex & Dominus effectus est: Sin vero ideo, quia scriptũ est,

ἀλλὰ τῷ πατρὶ συνυπάρχειν αὐτὸν· ἐν ᾧ πλεῖ παντων ποίησις καὶ σωτηρία ἐργάζεται καὶ ποιεῖ ὁ πατὴρ· ὃ μάλιστα δυναμένων τῶν παντων τῷ αὐτῷ προστάγματι, ᾧ κἀκεῖνος ὢν μόνος θεοῦ γέγονε, γνήσιος· οὐ γὰρ κάμνει ὁ θεὸς προστάττων· οὐδὲ ἀσθενεῖ πρὸς τὴν παντων ἐργασίαν· ἵνα τὲ μὲν ἴδιον μόνον κτίσῃ· εἰς δὲ τὴν τῶν ἄλλων δημιουργίαν ὑπουργῶν καὶ βοηθοῦ χρείαν ἔχῃ τοῦ ἰδίου· οὐδὲ γὰρ οὐ τὸ ὑπάρξαι ἔχει· ὅπερ ἂν θελήσῃ γένεσθαι· ἀλλὰ μόνον ἠθέλησε καὶ ἔστη τὰ πάντα· καὶ τῷ βουλήματι αὐτοῦ οὐδεὶς ἀντέστη· τίνος οὖν ἕνεκα ὁ γέγονε τὰ πάντα δι' αὐτοῦ μόνου δὲ θεοῦ τῷ προστάγματι ὃ γέγονε καὶ ὁ υἱός; ἢ δῆλα δὴ διὰ τοῦτο τὰ πάντα γέγονε· καὶ τι καὶ αὐτοῦ γνώμη τοῦ τυγχάνοντος; λεγέτωσαν· ἀλογία μὲν πᾶσι παρ' αὐτοῖς· φασὶ δὲ ὅμως ταῦτα· ὡς ἄρα θέλων ὁ τῶν ὅλων θεὸς τὴν γενητὴν κτίσαι φύσιν· ἐπειδὴ ἐώρα μὴ δυναμένην αὐτὴν μεταλαβεῖν τῆς τοῦ θεοῦ ἀκραότητος· καὶ παρ' αὐτοῦ δημιουργίας, ποιεῖ καὶ κτίζει πρῶτον μόνον μόνον ἕνα· καὶ καλεῖ τοῦτον υἱὸν καὶ λόγον· ἵνα τούτου μέσου γινομένου, οὕτως λοιπὸν τὰ πάντα δι' αὐτοῦ γένεσθαι δυνηθῇ· ταῦτα οὐ μόνον εἰρήκασιν, ἀλλὰ καὶ γράψαι τετολμήκασι· δύσεβείς τε καὶ ἄθεος καὶ ὁ θύσας ἀστέριος· πῶς οὖν οὐκ ἄν τις αὐτῶν τέλεον ὄντων καταγνοίη τῆς ἀσεβείας; οἳ μετὰ πολλῆς τῆς ἀφροσύνης ἑαυτοῖς κεράσαντες οὐκ ἐρυθριῶσιν, οὕτω καταμεθύοντες τῆς ἀληθείας· εἰ μὲν γὰρ διὰ τὸ κάμνειν τὸν θεὸν πρὸς τὴν τῶν ἄλλων ἐργασίαν φήσουσι μόνον αὐτὸν πεποιηκέναι τὸν υἱόν· καταβοήσει μὲν τούτων πᾶσι ἡ κτίσις· οὐκ ἄξια φθεγγομένων περὶ τοῦ θεοῦ· ἐγγεγραφὼς δὲ ὁ Ἡσαΐας λέγων· θεὸς αἰώνιος ὁ κατασκευάσας τὰ ἄκρα τῆς γῆς· οὐ πεινάσει· οὐδὲ κοπάσει· οὐδέ ἐστιν ἐξεύρεσις τῆς φρονήσεως αὐτοῦ· εἰ δὲ ὡς ἀπαξιῶν ὁ θεὸς τὰ ἄλλα ἐργάσασθαι· τὸν μὲν υἱὸν μόνον εἰργάσατο· τὰ δὲ ἄλλα τῷ ἔργῳ ἐνεχείρισε βοηθῷ· καὶ τοῦτο μὲν ἀνάξιον θεοῦ· οὐκ ἔστι γὰρ ἐν θεῷ τοῦτο· ἐντρέψει δὲ ὅμως αὐτοὺς ὁ κύριος λέγων· οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται; καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἄνευ τοῦ γλυκέος πατρός μου ὃς ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ πάλιν· μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν, τί φάγητε· μηδὲ τῷ σώματι ὑμῶν, τί ἐνδύσησθε· οὐχὶ ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς; καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος; ἐμβλέψατε εἰς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ· ὅτι οὐ σπείρουσιν, οὐδὲ θερίζουσιν· οὐ συνάγουσιν εἰς τὰς ἀποθήκας· καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τρέφει αὐτά· οὐχ ὑμεῖς μᾶλλον διαφέρετε αὐτῶν; τίς δὲ ἐξ ὑμῶν μεριμνῶν, δύναται προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν ἕνα· καὶ περὶ ἐνδύματος τί μεριμνᾶτε· καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ πῶς αὐξάνουσιν· οὐ κοπιῶσιν· οὐδὲ νήθουσι· λέγω δὲ ὑμῖν· ὅτι οὐδὲ Σολομὼν ἐν ὅλῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ περιεβάλετο ὡς ἓν τούτων· εἰ δὲ τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ σήμερον ὄντα καὶ αὔριον εἰς κλίβανον βαλλόμενον, ὁ θεὸς οὕτως ἀμφιέννυσιν· οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς ὀλιγόπιστοι; μὴ οὖν

sed eum cum Patre in eodem ordine constituunt, in quo omnium curam & salutem operatur Pater, præsertim quum in potestate est, eius erat, eodē præcepto, quo Filius creatus est, creare vniuersa. Nō enim fatigatur Deus præcipiendo, neque viribus destituitur ad vniuersitatis procreationem, vt nusquam nisi ad solum Filium procreandum par sit: ad reliquorum autem architectationem, mini sterio & auxilio filij indigeat. Neque in moram conficitur, quodcunque ille vult fieri. Statim enim, vt volvit, extitere omnia, & voluntati eius nemo restitit. Quà decausa igitur non omniafacta sunt à Deo, eodem præcepto quo factus est Filius? aut cur per filium, qui & ipse factus erat, facta sunt omnia? respondeant mihi (quæso) ad has percunctationes. Destituuntur quidem omni ratione, sed tamen ista in medium adferunt in disputando de Filio: Deum volentem creatitiam naturam producere, quum vidisset eam puritatis suæ, & architectationis participem esse non posse, condidit primus & fecit vnus vnum, eumque appellauit suum filium & Verbum, vt illo condito reliqua deinde per eum condi possent: Hæc non solum dixere, sed & scribere ausi sunt Eusebius & Arius, & qui idolis sacrificauit Asterius. Quis igitur ob ista eos non plane impietatis condemnauerit? quam, vbi cum multa stulta citra omnem pudorem miscuerunt, nihil verecundentur ita contra veritatem debacchari. Si enim dixerint ob fatigationem non suffeciſſe Deum ad reliquorum procreationem, ac ideo filium condidisse, occlamabit aduersus eos tota rerum vniuersitas, quòd nefaria & indigna de Numine loquantur, quod scriptis suis attestatur Esaias, *Deus æternus, qui construxit fines terræ, non esuriet neque delassabitur, neque est inuestigatio cogitationis eius.* Quòd si Deum quasi fastidiosum dedignabundúmque creandi, vnum duntaxat Filium condidisse velint, eique condito reliqua deinde condenda mandasse quasi vicario & succenturiato, id & indignum Numine in quo nihil est fastus, & ab ipso Domino refellitur, cuius ea verba sunt: *Nónne duo passeres asse veneunt? non tamen ne vnus quidem ex iis in terram cadet sine Patre vestro, qui est in cælis.* Ac rursum, *Ne anxij sitis pro anima vestra quid comedatis, aut pro corpore vestro quid induamini, nónne anima pluris est quàm alimentum? corpus quam indumentū? Respicite ad volucria cæli, quòd nec seminent, nec metant, neque congregent in horrea sua & pater vester cælestis pascit illa: nónne vos illis multo præstantiores estis? Quis potest ex vobis solicite cogitando adiicere ad staturam suam cubitum vnum? & de vestimentis quid soliciti estis? considerate lilia agri quomodo crescunt: non laborant neq; nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon. in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. Si enim fœnū agri quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos modicæ*

modice fidei? Quòd si Deo nõ indignũ videtur, vsque ad illa minuta curam suam extendere capillos scilicet capitis, passeres, fœnum, non indignum quoque illi visum fuerit ea procreare. Quorum enim curam tutelámque suscipit: horum etiam conditor est per suum Verbum, alioqui ista dicentibus grauior adhuc absurditas occurrat. Diuidunt enim mundi architecturam, & creaturas mundi, partímque eas Patris partim filij operibus attribuunt, cum oporteret aut omnia cum Filio à Patre fieri: aut si per Filium omnia fiunt, nequaquam dicere Filium, vnum ex iis esse, quæ facta sunt. Iam & ista ratione eorum vesaniam redargueris: Si verbum quoque factitiæ naturæ est, & factitia natura impotens est recipere in seipsam Dei operam, qui, quæso, Verbum solummodo, ex omnibus potuerit ab ingenita purissimáque substantia Dei (vt vos dicitis) procreari? Necessum enim est, si in eo id potuit fieri, idem in omnibus quoque potuisse fieri: aut si id in nullo possit fieri, eandem impossibilitatem in Verbo existere: nam & ipsum illud secundum vestram opinionem ex rebus creatis est. Rursus, si ob id, quia nequibat creatitia natura particeps esse Diuinæ in se impensæ operæ, opus fuit interuentu administratoris & vicarii, prorsus necessum est, quum verbum factitia & creatitia res sit, ipsum quoque, vt fieret mediatore indiguisse: quippe, quum & ipsum sit creatitiæ naturæ, quæ Dei operæ in se recipiundæ idonea non est, sed mediatorem requirit. Iam si huius mediator repertus sit, statim & huic ipsi mediatori alius mediator reperiundus est, atque ita semper altiora petendo, inuenies ingentem affluxum mediatorum, ac proinde impossibile fuerit subsistere rerum naturam, semper mediatore indigentem quum mediator esse non possit sine mediatore, eò quòd omnia sint creatitiæ naturæ, quæ particeps esse nequit, prout vos dicitis, diuinæ operationis. Quanta igitur dementia scatent, quæ eos ita infatuat, vt quæ iam facta sunt, nequiuisse fieri arbitrentur, aut fortasse ne nunc quidem ea condita esse imaginabuntur, vtpote etiamnum mediatorem illum requirentes. Nam secundum istam impiam tantopere & deliram sententiam, ne extiterit quidem rerum natura, eò quòd nusquam inuenias istiusmodi mediatorem. Cæterum, illud dicent, Ecce per Mosen eduxit populum ex Ægypto, & per eundem, qui homo fuit, legem dedit, vt possibile sit per similem similia fieri. Id illos obtecta fronte dicere conueniebat, ne magnum pudorem confusionemque referrent. Moses enim non ad condendum missus est, neque vt quæ non essent, ad essentiam euocaret, aut conderet homines secum eiusdem generis, sed vt tantummodo minister esset sermonis ad regem Pharaonẽ & ad populum Israeliticũ. Cæterum, isthic immane discrimen est, quum administrare creaturarum vt seruorum sit: condere verò & creare solius sit Dei, eiusque Verbi & Sapiẽtiæ.

Ideo-

εἰ γὰρ οὐκ ἀνάξιον θεῦ ποιεῖσθαι καὶ μέχρι τῶν ὕτω μικρῶν, τριχὸς κεφαλῆς καὶ στρουθίου, καὶ χόρτου δ' ἀρχῆ, οὐκ ἀνάξιον ἦν αὐτὸ ἐπὶ τούτοις ἐργάσασθαι· ἂν γὰρ τ' ποίησιν ποιεῖται τάταν καὶ πιμητὴς ἐστι διὰ δ' οἰκείᾳ λόγου· ἄλλως τε καὶ μεῖζον τὸ τοῖς ἀποτελέσμασι τοῖς δ' τ' λέγουσιν ἁπαντᾷ· διαιρῶσι γὰρ τὰ κτίσματα καὶ τὴν δημιουργίαν, καὶ τὰ μὲν, τοῦ πατρὸς ἔργον· τὰ δ', τῷ υἱῷ διδοασιν ἔργα· δεον ἦ καὶ τὰ πάντα μὴ δ' ἑνὸς παρὰ δ' πατρὸς γίνεσθαι, ἢ εἰ διὰ δ' ἑνὸς πάντα τὰ γενητὰ γίνεται, μὴ λέγειν αὐτὸν ἕνα τῶν ποιημάτων εἶναι· ἔστιτα δ' κἀκείνως ἄν τις ἐλέγξειεν αὐτῶν τὴν ἀνομίαν· εἰ γὰρ ὁ λόγος τ' γενητῆς φύσεώς ἐστι· πῶς αὐτῆς ἀδυνάτου τυγχανούσης χωρεῖν τὴν δ' θεῦ αὐτουργίαν μόνος ἦν ὁ λόγος οὐκ πάντων ἠδυνήθη πρὸ τ' ἀγενήτου καὶ ἀκραιφνεστάτης οὐσίας δ' θεῦ γενέσθαι, ὡς ὑμεῖς λέγετε; ἀνάγκη γὰρ ἦν τάτα δυναμένου καὶ πάντα δυνάσθαι, ἢ πλάσις ἀδυνάτου τυγχανούσης, μὴ δυνάσθαι μὴ δ' τὸν λόγον· εἷς γάρ ἐστι τῶν γενητῶν καὶ ἕτερος καθ' ὑμᾶς· πάλιν δ' εἰ διὰ τὸ ἀδυνάτον εἶναι τὴν γενητὴν φύσιν μεταλαχεῖν τ' τοῦ θεῦ αὐτουργίας μεσίτου χρεία γέγονεν, ἀνάγκη πᾶσι γενητοῖς κτίσμασιν ἑνὸς λόγου μέσου χρείαν εἶναι καὶ διὰ τ' τέκνου δημιουργίας· διὰ τὸ εἶναι ἕνα καὶ αὐτὸν τῆς γενητῆς φύσεως· τ' μὲν δυναμένης μεταλαχεῖν τῆς πρὸς δ' θεῦ ἐργασίας· ἀλλὰ μέσου δεομένης· κἂν ἐκείνου δέ τις εὑρεθῇ μέσος, πάλιν ἑτέρου χρεία μεσίτου· δι' ἐκεῖνον· καὶ ὅτως τὴς ἐπαναβαίνων διερευνῶν τῷ λογισμῷ, εὑρήσει πολὺν ὄχλον ὑπαρχόντων μεσιτῶν· καὶ οὕτως ἀδυνατον ὑπάρξαι τὴν κτίσιν ἄνευ τοῦ μεσίτου δεομένην· καὶ τοῦ μέσου μὴ δυναμένου χωρεῖς ἑτέρου γενέσθαι μεσίτου· διὰ τὸ πάντα εἶναι τῆς γενητῆς τῆς φύσεως· τῆς μὲν δυναμένης μεταλαχεῖν τῆς πρὸς μόνου τοῦ θεοῦ ἐργασίας ὡς ὑμεῖς λέγετε· πόσης τοίνυν ἀφροσύνης εἰσὶ πλήρεις· δι' ἣν καὶ τὰ ἤδη γεγενημένα νομίζουσιν ἀδυνάτον εἶναι γενέσθαι· ἡ τάχα οὐδὲ γεγενῆσθαι αὐτὰ φαντάζονται· ζητοῦντες ἔτι τὸν μεσίτην· κατὰ γὰρ τὴν ὅτως ἀσεβῆ καὶ μωρὰν διάνοιαν αὐτῶν, ὅσ' ἂν ὑπάρξῃ τῇ γενητῷ μὴ ἐρευνωμένου τοῦ μεσίτου· ἀλλ' ἐκεῖνο φασκουσιν· ἰδοὺ δὴ καὶ διὰ Μωϋσέως ἐξήγαγε τὸν λαὸν ἐξ αἰγύπτου· καὶ δι' αὐτοῦ τὸν νόμον ἔδωκε· καίτοι καὶ αὐτὸ τυγχάνοντ' ἀνθρώπου· ὥστε δυνατὸν διὰ τοῦ ὁμοίου τὰ ὅμοια γίνεσθαι· τοῦτο δὲ λέγειν αὐτοὺς ἐγκαλυπτομένους ἔοικεν· ἵνα μὴ πολλὴν αἰσχύνην ἀπενέγκωνται· Μωϋσῆς γὰρ οὐ δημιουργεῖν ἐστάλη τὸ· ἃ μὴ ὄντα, εἰς τὸ εἶναι καλέσαι· καὶ πλάσαντες ὁμοίους ἀνθρώπους· ἀλλὰ διακονῆσαι μόνον ῥήματα πρὸς τὸν λαὸν· καὶ πρὸς τὸν βασιλέα Φαραώ· ἔχει δὲ τοῦτο, πολλὴν τὴν διαφορὰν· ὅτι τὸ μὲν διακονεῖν τῶν γενητῶν, ὡς δούλων ἐστί· τὸ δὲ δημιουργεῖν καὶ κτίζειν, μόνου τοῦ θεοῦ ἐστι· καὶ τοῦ ἰδίου λόγου αὐτοῦ καὶ τῆς σοφίας·

διατὸ

διακονίαν γοῦν ὅτι μὲν τοῦ δημιουργεῖν· οὐκ αὐτὸς ἄλλον εὕροι ἢ μόνον τὸν τοῦ θεοῦ λόγον· πάντα γὰρ ἐν σοφίᾳ γέγονε· καὶ χωρὶς τοῦ λόγου ἐγένετο οὐδὲ ἕν· πρὸς δὲ τὰς διακονίας, οὐχ εἷς· ἀλλ' ἐκ πάντων πολλοί εἰσιν· οὓς ἐὰν θέλῃ πέμπειν ὁ κύριος, πολλοὶ μὲν ἀρχάγγελοι· πολλοὶ δὲ θρόνοι καὶ ἐξουσίαι, καὶ κυριότητες· χίλιαί τε χιλιάδες· καὶ μύριαι μυριάδες παρεστήκασι λειτουργῶν καὶ ἑτοίμων εἰς τὸ ἐξαποστέλλεσθαι· καὶ προφῆται μὲν πολλοὶ· καὶ ἀπόστολοι δὲ δέκα καὶ δύο· καὶ παῦλος· καὶ μωϋσῆς ἦ αὐτὸς ἀμόνος ἀλλὰ καὶ ἀαρὼν σὺν αὐτῷ· καὶ μετὰ ταῦτα ἄλλοι ἑβδομήκοντα, πνεύματος ἐπληρώθησαν ἁγίου· καὶ μωϋσεῖ διεδέξατο ἰησοῦς ὁ τῆ ναυῆ· κἀκεῖνον οἱ κριταί· κἀκείνους οὐχ εἷς, ἀλλὰ πολλοὶ βασιλεῖς· εἴπερ οὖν κτίσμα ἦν ἐξ ὧν γινομένων ὁ υἱός, ἔδει πολλοὺς εἶναι τοιούτους υἱούς· ἵνα καὶ πολλοὺς τοιούτους διακόνους ἔχῃ ὁ θεός· καθάπερ ἐξ ὅτι τῶν ἄλλων πλῆθός ἐστιν· εἰ δὲ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἰδεῖν· ἀλλὰ τὰ μὲν κτίσματα, πολλὰ· ὁ δὲ λόγος εἷς ἐστι, τίς οὐ συνορᾷ καὶ ἐκ τούτων, ὅτι ὁ υἱὸς διήκει τῶν πάντων, καὶ ἡ πρὸς τὰ κτίσματα τὸ ἐξισωσιν ἔχει, ἀλλὰ πρὸς τὸν πατέρα τὸ ἰδιότης; ὅθεν οὐ δὲ πολλοὶ λόγοι, ἀλλὰ μόνος εἷς τοῦ ἑνὸς πατρὸς λόγος· καὶ μία τοῦ θεοῦ εἰκὼν ἐστιν· ἀλλ' ἰδού φασι· καὶ ὁ ἥλιος εἷς· ἡ γῆ μία· ἄφρονες εἰ πάντως ὅτι ἓ ὕδωρ ἓν· καὶ πῦρ ἕν· ἵνα ἀκούσωσιν ὅτι τῶν γενομένων, ἕκαστον ἓν μέν ἐστι κατὰ τὸ ἰδίαν οὐσίαν· πρὸς δὲ τὸ ἐγχειριζομένην διακονίαν καὶ λειτουργίαν, οὐκ ἔστιν ἕκαστον ἱκανὸν ἓ μόνον αὐτάρκως· εἶπε γὰρ ὁ θεὸς, γενηθήτωσαν φωστῆρες ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ εἰς φαῦσιν τῆς γῆς· καὶ διαχωρίζειν ἀνὰ μέσον τῆς ἡμέρας· καὶ ἀνὰ μέσον τῆς νυκτός· καὶ ἔστωσαν εἰς σημεῖα καὶ εἰς καιρούς· καὶ εἰς ἡμέρας καὶ εἰς ἐνιαυτούς· εἶτα φησί· καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τοὺς δύο φωστῆρας, τοὺς μεγάλους· τὸν φωστῆρα τὸν μέγαν, εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας· καὶ τὸν φωστῆρα τὸν ἐλάσσω εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτός· καὶ τοὺς ἀστέρας· καὶ ἔθετο αὐτοὺς ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἄρχειν τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτός· ἰδοὺ πάλιν φωστῆρες· καὶ ὁ μὲν ἥλιος ἀδὲ σελήνη· ἀλλ' ἕκαστον μέν ἐστι κατ' οὐσίαν· μία ἦ καινὴ πάντων ἐστὶν ἡ λειτουργία· καὶ τὰ ἑκάστῳ λείποντα, ἀναπληροῦται· καὶ τοῦ φωτίζειν ἡ χρεία, ἀναπληροῦται· ἥλιος γοῦν, ὁ μὲν ἡμέραν μόνον διαστήματος φαίνειν ἔχει τὴν ἐξουσίαν, καὶ ἡ σελήνη τὴν νύκτα; οἱ δὲ ἀστέρες μετὰ τούτων τοὺς καιροὺς καὶ ἐνιαυτοὺς ἐκπληροῦσι· καὶ ἕκαστος εἰς σημεῖα γίνεται· καὶ πρὸς τὴν ἀπάντων χρείαν· ὅτω καὶ ἡ γῆ, οὐκ εἰς πάντα, ἀλλ' εἰς μόνους καρποὺς καὶ βλάστην εἶναι τῶν ἐν αὐτῇ ζώων· καὶ τὸ στερέωμα διαχωρίζειν ἀνὰ μέσον ὕδατος καὶ ὕδατος· καὶ ἡ θέσις τῶν φωστήρων ἐν αὐτῷ ἐστιν· καὶ ὅτω καὶ τὸ πῦρ καὶ τὸ ὕδωρ, μὴ τῶν ἄλλων γέγονε πάντων· εἰς τὴν τῶν σωμάτων σύστασιν· καὶ ὅλως

Ideoque in condendi ratione non alium inueneris, nisi solum Dei Verbum: Siquidem in Sapientia, & facta sunt omnia, & sine Verbo factum est nihil. Ad ministerium autem non vnus, sed ex omnibus plures ad manum præsto sunt, quos Dominus, si velit, amandet. Multi enim Archangeli, multi Throni, multæ Potestates, & dominationes, *millies millia, & decies millies centena millia ministrorum adsistunt & apparent*, qui se promptos offerant vt emittantur. Et Prophetæ item multi, Apostoli duodecim, & Paulus atque adeo Moses ipse, & Aaron cum eo, & post eos alij septuaginta qui impleti fuere Spiritu sancto, quemadmodum Mosi Iesus Naue, Iesu verò Naue iudices, iudicibus porrò non vnus aut alter, sed multi reges succesſere. Si igitur creatura erat, & vnus ex conditis rebus Filius, sequeretur plures esse huiusmodi filios, vt plures habeat ministros Deus, quemadmodum ad alia negocia ingens turba suppetit. Quòd si id nusquam sub oculos cadit, & multæ creaturæ, sed Verbum duntaxat vnum, quis non vel inde contuetur Filium eminere præ cæteris, & non æqualitatem cum rebus creatis, sed cum Patre proprietatem suam habere? vnde non plura, sed vnum solummodo Verbum vnius Patris vnáque vnius Dei Imago credenda est. Sed ecce, inquiunt, vnus sol est, & vna terra. Dicant stolidi, & vnam esse aquam, vnum ignem, vt vicissim audiant, eorum quæ creantur, vnumquodque singulum esse, atque vnum ratione suæ substantiæ: sed tamen secundum ministerium officiúmque illis demandatum, vnumquodque per se solum non idoneum satis ac sufficiens habetur. Dixit enim Deus, *Fiant luminaria in firmamento cæli ad illustrationem terræ, vt discrimen adferant inter diem & noctem: & ad signa consistant, & ad tempora, & ad dies, & annos*, Deinde ait, *Et fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius ad exordia diei, luminare minus ad exordia noctis, & stellas: & posuit ea & in firmamento cæli, vt illuminarent terram, & initia diei ac noctis facerent.* Ecce tibi plura luminaria, non solem duntaxat aut lunam solummodo, quæ quidem singula vnica sunt ratione suæ substantiæ, sed tamen omnium vnum & commune ministerij officium, & quod in vno deficit, in altero adimpletur, vsúsque illuminandi ab omnibus conficitur. Sol enim diurno spacio ius facultatemque habet illustrandi: lunæ autem per noctem, stella deinde vnà cum istis tempora & annos perficiunt, & vnumquodque illorum pro signo constituitur ad rerum vsum ac necessitatem. Ita quoque terra non ad omnia destinatur, sed solummodo ad fructus procreandos, & ad ingressum animantium sustinendum. Firmamentum item vt diuidat inter aquas & aquas, sitúsque luminarium in eo deputatus est. Eodem modo quoque ignis & aqua cum cæteris omnibus, naturam accepere, vt corpora inde componerentur.

In summa, nihil omnino sibi solum, sed singula veluti membra, istum mundum, quasi vnum corpus absoluunt. Si igitur ita quoque de Filio sentiunt, lapidentur ab omnibus, eò quòd Verbum partem aliquam vniuersitatis existiment, eamque non idoneam aut sufficientem ad demandata officia, sine aliorum viribus. Si autem illud euidenter impium est, agnoscant Verbum non aliquod ex numero creatitiarum rerum, sed Patris proprium: & vnicum Verbum, & rerum creatarum opificem esse. Negant id isti, aiuntque eum creaturam esse, & vnum ex rebus conditis, à magistro & opifice didicisse cõdendi creandique rationem, atque ita quoque ministerium præbuisse magistro suo Deo. Hac enim persuasione imbutus Asterius sophista, ausus est in scriptis inficiari Dominum, non animaduersa eius rei absurditate: Si enim creandi ratio doceri potest, videant ne ipsum Deum referant, non natura, sed scientia conditorem rerum esse factum: adeo, vt ab ea facultate excidere queat. Postremò, si sapientia Dei discendo sibi vsum rationemque creandi comparauit, quî sapientia esse possit, quum adhuc indigeat institutione? & quidnam erat antequam in disciplina proficeret? Sapientia enim nondum erat, vtpote, destituta legitima institutione. Vanum igitur quiddam erat, ac neutiquam substantialis sapientia, quippe, quæ ex profectu nomen sapientiæ obtinuit, neque diutius sapientia futura est, quàm id quod didicit, memoria retinuerit. Quod enim non ex natura alicui, sed ex doctrina obuenit, id aliquando dedisci potest. Talia autem dicere de Verbo Deo, Christianorum non est, sed ethnicorum. Si enim per doctrinam, creandi facultas comparatur, imbecillitatem & inuidentiam in Deo vecordes isti constituunt: Inuidẽtiam quidem, quod non multos conditores erudiit, vt quemadmodum multi sunt Archangeli & Angeli, ita quoque multi conditores circa ipsum versentur: Imbecillitatem vero, quòd non solus potuit efficere, sed cooperatore & administro indiguit, cum tamen extra cõtrouersiam sit, creatitiam naturam à solo Deo creari posse: siquidem pro illorum sententia, Filius creatitius à solo Deo potuit creari. Cæterum, nullius indigus est Deus, absit: ipse enim dixit, plenus sum: neque ex doctrina Verbum conditor factum est, sed quum sit imago & sapientia patris, quæ patris sunt, facit: neque ad ministerium creandarum rerum à patre est conditus. Ecce enim, iam subsistente Filio, ipse Pater operari conspicitur, vt à Domino nostro dictum fuit: Pater meus vsque nunc operatur, & ego operor. Si igitur secundum vos ideo conditus est Filius, vt cætera, vbi ipse iam creatus erat, crearet, & pater tamen post editum Filium operetur, ociosa superuacuaque fuerit Filii istius in rerum naturam introductio. Nam cur alioqui, quum condere hanc rerum vniuersitatis fabricam vellet, mediatorem conquisiuisset, quasi eius voluntas non satis potens sit ad ea constituenda, quę ipsi placuerint? quum tamen inquiunt Scripturæ: *Omnia quæ voluit, fecit* volun-

Ἐ ὅλως ὠδὲ ἓν μόνον, ἀλλ' ἕκαστον τῶν γινομένων· ὥσπερ ἀλλήλων ὄντα μέλη ἓν καθάπερ σῶμα τὸν κόσμον ἀποτελοῦσιν· εἰ τοίνυν οὕτω καὶ τὸν υἱὸν ὑπολαμβάνουσιν εἶναι, βαλλέσθωσαν πρὸς πάντων, μέρος νομίζοντες εἶναι τῶν πάντων τὸν λόγον· καὶ μέρος οὐχ ἱκανὸν αὐτὸ τῶν ἄλλων πρὸς τὴν ἐγχειρισθεῖσαν αὐτῷ λειτουργίαν. εἰ δὲ τοῦτο σκ φανεροῦ δυσεβές ἐστιν, ἐπιγνώτωσαν ὅτι μὴ τῶν γινητῶν ἐστιν ὁ λόγος· τῶν δὲ A γινητῶν δημιουργὸς. ἀλλ' εἰρήκασι, κτίσμα μέν ἐστι· καὶ τῶν γινητῶν· ὡς δὲ πρὸς διδασκάλου καὶ τεχνίτου μεμάθηκε τὸ δημιουργεῖν· καὶ οὕτως ὑπηρέτησε τῷ διδάξαντι θεῷ· ταῦτα γὰρ καὶ ἀστέριος ὁ σοφιστὴς ὡς μαθὼν ἀρνεῖσθαι τὸν κύριον, γράψαι τετόλμηκεν· οὐ σιωπῶν τὴν σκ τούτων ἀλογίαν· εἰ γὰρ διδακτόν ἐστι τὸ δημιουργεῖν, σκοπείτωσαν μὴ καὶ αὐτὸν τὸν θεὸν εἴπωσι μὴ φύσει ἀλλ' ἐπιστήμῃ δημιουργὸν εἶναι· ὥς τι καὶ δυνατὸν μεταπίπτειν ἀπ' αὐτοῦ· B ἔπειτα εἰ ἡ σοφία τοῦ θεοῦ σκ διδασκαλίας σκτήσατο τὸ δημιουργεῖν, πῶς ἔτι σοφία ἐστὶ πλεομένη μαθημάτων; τί δὲ ἦν καὶ πρὸ τοῦ μαθεῖν; σοφία γὰρ σὐκ ἦν λειπομένη διδασκαλίας. κενὸν ἄρα τι πρᾶγμα ἦν· καὶ σὐκ ἔστιν ὑπόστασις σοφία· ἀλλ' σκ προκοπῆς ἔσχε τὸ ὄνομα τῆς σοφίας· καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἔστι σοφία ἕως αὐὸ μεμάθηκε φυλάττῃ· ὁ γὰρ μὴ φύσει πνὶ ἀλλ' σκ μαθήσεως προσγέγονε, δυνατόν ἐστι καὶ ἀπομαθεῖν ποτε· τοιαῦτα δὲ λέγειν πρὸ τοῦ λόγου τοῦ θεοῦ, οὐ χριστιανῶν ἀλλὰ ἑλλήνων ἐστί· C γὰρ εἰ σκ διδασκαλίας τὸ δημιουργεῖν προσγίνεται, φθόνον καὶ ἀσθένειαν πρὸς τὸν θεὸν εἰσφέρουσιν οἱ ἄφρονες· φθόνον μέν, ὅτι μὴ πολλοὺς δημιουργοὺς ἐδίδαξεν, ἵν' ὥσπερ πολλοὶ ἄγγελοι, οὕτω καὶ πολλοὶ δημιουργοὶ πρὸς αὐτὸν ὦσιν· ἀσθένειαν δὲ, ὅτι μὴ μόνος ἠδυνήθη ποιῆσαι, σιωπῶν δὲ ἢ ὑπουργοῦ χρείαν ἔσχε· καὶ τοι δεικνυμένης καὶ τῆς γινητῆς φύσεως δυνατὸν οὖσαν γενέσθαι παρὰ μόνου τοῦ θεοῦ εἶχε κατ' αὐτοὺς ὁ D υἱὸς γινητὸς ὢν ἠδυνήθη παρὰ μόνου τοῦ θεοῦ γενέσθαι· ἀλλ' οὐδενός ἐστιν ὁ θεὸς ἐνδεὴς, μὴ γένοιτο· αὐτὸς εἶπε· πλήρης εἰμὶ· οὐδὲ σκ διδασκαλίας, γέγονε δημιουργὸς ὁ λόγος· ἀλλ' εἰκὼν καὶ σοφία ὢν τοῦ πατρὸς, τὰ τοῦ πατρὸς ἐργάζεται· οὐδὲ τῆς τῶν γινητῶν ἕνεκεν ἐργασίας τὸν υἱὸν πεποίηκεν· ἰδοὺ γὰρ καὶ τοῦ υἱοῦ ὄντος φαίνεται πάλιν ἐργαζόμενος ὁ πατήρ· ὡς αὐτὸς ὁ κύριός φησιν· ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι· εἰ δὲ καθ' E ὑμᾶς διὰ τοῦτο γέγονεν ὁ υἱὸς· ἵνα τὰ μετ' αὐτὸν ἐργάσηται· φαίνεται δὲ ὁ πατὴρ καὶ μετὰ τὸν υἱὸν ἐργαζόμενος, θεωρεῖται καθ' ὑμᾶς καὶ κατὰ τοῦτο ἡ τοῦ τοιούτου υἱοῦ ποίησις· ἄλλως τε διατί ὅλως θέλων κτίσαι, ζητεῖ τὸν μεσίτην, ὡς σὐκ ἐρκουμένου τοῦ βουλήματος αὐτοῦ συνῆσαι πρὸς ὧν ἐκὼν αὐτῷ δοκῇ; καὶ μὴν αἱ γραφαὶ λέγουσι, πάντα ὅσα ἠθέλησεν, ἐποίησεν·

καὶ τῷ

καὶ τῷ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκεν; εἰ γὰρ καὶ τὸ βούλημα μόνον ἱκανόν ἐστιν αὐτοῦ πρὸς τὴν τῶν
πάντων δημιουργίαν, πρεσβεία πάλιν καθ' ὑμᾶς
ἡ τοῦ μεσίτου χρεία· καὶ γὰρ καὶ τὸ παράδειγμα τὸ
περὶ τοῦ μωϋσέως καὶ τοῦ ἡλίου καὶ πάνυ παρ' ἡμῶν
δέδεικται σαθρόν· κἀκεῖνο πάλιν ὑμᾶς ἐντρέψει·
εἰ θέλων ὁ θεὸς τὴν γνητὴν κτίσιν φύσιν· περὶ δὲ
ταύτης βουλεύσάμενος ἐπινοεῖ καὶ κτίζει τὸν υἱὸν
καθ' ὑμᾶς, ἵνα δι' αὐτοῦ ἡμᾶς δημιουργήσῃ, σκο-
πεῖτε πόσῳ ἀσέβειαν φθέγγεσθαι πεπλημμέκασι·
πρῶτον μέν, ὅτι φαίνεται μᾶλλον αὐτὸς ὁ υἱὸς, δι'
ἡμᾶς γεγενὼς, καὶ οὐκ ἡμεῖς δι' αὐτὸν ἐκτίσθη-
μεν; ἀλλ' αὐτὸς δι' ἡμᾶς πεποίηται, ὥστε χά-
ριν αὐτὸν ἡμῖν μᾶλλον ἔχειν· καὶ μὴ ἡμεῖς αὐτῷ,
„ ὥσπερ καὶ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρὶ· οὐ γὰρ ἐκτίσθη φησὶν
„ ἡ γραφὴ, ὁ ἀνὴρ διὰ τὴν γυναῖκα, ἀλλ' ἡ γυνὴ
„ διὰ τὸν ἄνδρα· ἆρ' οὖν ὥσπερ ὁ μὲν ἀνὴρ εἰκὼν καὶ
„ δόξα θεοῦ ὑπάρχει· ἡ δὲ γυνὴ δόξα ἀνδρός ἐ-
στιν· ἡμεῖς μὲν οὕτως τοῦ θεοῦ εἰκὼν, καὶ εἰς δό-
ξαν αὐτοῦ γεγόναμεν· ὁ δὲ υἱὸς, ἡμῶν ἐστιν εἰκὼν
καὶ εἰς ἡμῶν δόξαν ὑπῆρξε· καὶ ἡμεῖς μὲν, εἰς τὸ
εἶναι γεγόναμεν· ὁ δὲ τοῦ θεοῦ λόγος, καθ' ὑ-
μᾶς οὐκ εἰς τὸ εἶναι, ἀλλ' εἰς τὴν ἡμῶν χρείαν ὡς
ὄργανον πεποίηται· ὥστε μὴ ἡμᾶς ἐξ αὐτοῦ· ἀλλ'
αὐτὸν ἐκ τῆς ἡμῶν χρείας συνίσασθαι. καὶ πῶς οὐ
πᾶσαν ἄνοιαν ὑπερβάλλουσιν· οἱ ταῦτα καὶ μόνον ἐνθυμούμενοι; εἰ γὰρ εἰ δι' ἡμᾶς γέγονεν ὁ
λόγος, οὐκ ἔστιν οὐδὲ πρῶτος ἡμῶν πρὸς τὸν
θεόν· οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνον ἔχων ἐν ἑαυτῷ περὶ ἡμῶν
βουλεύεται· ἀλλ' ἡμᾶς ἔχων ἐν ἑαυτῷ βουλεύε-
ται, ὡς ἐκεῖνοι φασι, περὶ τοῦ ἑαυτοῦ λόγου· εἰ δὲ
τοῦτό ἐστι, τάχα δὲ ὅλως ἤθελε τὸν υἱὸν ὁ πατήρ· ἀ γὰρ
θέλων αὐτὸν ἔκτισεν· ἀλλ' ἡμᾶς θέλων, δι' ἡμᾶς
αὐτὸν ἐδημιούργησε· μεθ' ἡμᾶς γὰρ αὐτὸν ἐπενόησεν· ὥσ-
περ γὰρ τοὺς ἀσεβοῦντας, περιττὸν εἶναι λοιπὸν τὸν υἱὸν
τὸν ἡμούμενον ὡς ὄργανον γεμένων, ὧν ἕνεκα καὶ ἐκτί-
σθη· εἰ δὲ ὡς δυνατὸς ὁ υἱὸς μόνος πρὸς μόνου τοῦ
θεοῦ γέγονεν· ὑμεῖς δὲ ὡς ἀδυνάτῳ διὰ τὸν λόγον
γεγόναμεν, διὰ τί μὴ καὶ πρῶτον ὡς δυνατὸν ὄντος
περὶ αὐτοῦ βουλεύεται, ἀλλὰ περὶ ἡμῶν; ἢ διὰ
τὸ δυνατὸν ἀ προκρίνει τῶν ἀδυνάτων; ἢ διὰ
πρῶτον αὐτὸν ποιῶν, οὐχὶ καὶ περὶ τοῦ πρώτου αὐτοῦ
βουλεύεται; ἢ διὰ περὶ ἡμῶν πρῶτον βουλευ-
σάμενος, ἀ πρώτους ἡμᾶς ἐργάζεται; ἱκανῶς ὄν-
τος τοῦ βουλήματος αὐτοῦ πρὸς τὴν τῶν ὄντων σύστασιν·
ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν, πρῶτον κτίζει· περὶ δὲ ἡμῶν, πρῶ-
τον βουλεύεται, καὶ πρώτους ἡμᾶς; θέλει τοῦ μεσίτου· καὶ
ἡμᾶς μὲν θέλων κτίσαι· καὶ περὶ ἡμῶν βουλόμε-
νος, κτίσματα καλεῖ; ἐκεῖνον δὲ ὃν δι' ἡμᾶς δη
μιουργεῖ, υἱὸν καλεῖ καὶ ἴδιον καὶ κληρονόμον· ἔδει
δὲ ἡμᾶς ὧν ἕνεκεν καὶ τοῦτον ποιεῖ· υἱὸς μᾶλλον κα-
λεῖσθαι· ἢ δῆλον ὅτι πρὸ τοῦ υἱὸν ὄντα, τοῦτον καὶ
προενθυμεῖσθαι καὶ θέλειν, δι' ὃν καὶ πάντας ἡ-
μᾶς ποιεῖ· ταῦτα μὲν οὖν αἱρετικῶν ἔμετοι καὶ
ναυτίαι· οὐ μὴν γε τῆς ἀληθείας φρόνημα δεῖ
σιωπᾶν· ἀλλὰ μάλιστα τοῦτο καὶ μεγαληγορεῖν
πρέπει· ὁ τοῦ θεοῦ γὰρ λόγος οὐ δι' ἡμᾶς γέγονεν,
ἀλλὰ

A

B

C

D

E

voluntati enim eius quis est qui restitit? ecce tibi voluntatem parem sufficientemque ad vniuersitatis architecturam. Superuacuus ergo hic iterum mediatoris vsus. Nam illud exemplum vestrum de Mose, & sole, & luna, iam ostensum est friuolum esse. Illud quoque vos denuo redarguet: si Deus volens creatitiam naturam producere, ac super ea re deliberans, Filium in eo svsus procreauit, pro vestra opinione, vt per eum nos ædificaret: animaduertite, quàm audax sit impietas in vestris verbis: primum, quia apparebit Filium propter nos, non nos propter Filium conditos esse. Non enim nos eius causa creati fuerimus, sed ille nostri: adeo, vt ipse nobis, non nos illi gratiam debeamus, quemadmodum mulier viro. *Non enim*, inquit Scriptura, *vir creatus est propter mulierem, sed contrà, mulier propter virum.* Igitur sicuti vir imago est & gloria Dei, & mulier gloria viri est, ita & nos quidem Dei imago, & ad gloriam eius creati fuerimus: Filius contrà nostri imago fuerit: & ad nostram gloriam existere inceperit. Et nos quidem vt essemus, creati sumus: Filius verò propter nos, non ipsius causa vt esset, sed ad nostri vsum, veluti instrumentum quoddam conditus fuerit: adeo, vt nos non ad eius vsum, sed ille ad nostri vtilitatem necessitatémque in rerum naturam prodierit: qui (quæso) non omnium stoliditatem transcendunt, qui istiusmodi vel duntaxat in cogitationem admittunt? Nam si propter nos Verbum factum est, prius illud quàm nos apud Patrem non fuerit. Non enim quum illud in se haberet, de nobis, sed quum nos haberet, de illo cogitauit, quemadmodum isti dicunt. Iam si illud conceditur, plane sequitur, vt Pater Filium sibi noluerit: non enim volens eum creauit, sed quum nos vellet, nostri gratia eum instituit: post nos enim de eo cogitauit, adeò, vt secundum impios superuacuè sit filius editus, qui in hoc editus est, vt esset instrumentum eorum, quorum gratia creatus est. Sin autem filius, vt solus potens à solo Deo cõditus est, nos autem vt impotentes ab eo facti sumus, cur non potius ante omnia de filio vt potente, quã de nobis cogitat ac deliberat? aut cur potentem imbecillibus nõ anteponit? aut cur eum primum faciens, non primum de eo deliberabat? aut cur de nobis primum deliberans, non primo quoque tempore nos produxit, quum ad omnium rerum constitutionem eius voluntas sufficiebat? Sed illum quidem primum condit, de nobis autem primum cogitat: & quum nos velit ante mediatorem, nos tamen creare volens, ac de nobis deliberans, creaturas appellat: illum autem, quẽ propter nos architectatur, Filium & suum hæredem appellat. Atqui oportebat nos, quorum gratia illum producit, filios potius appellari: aut illum qui re vera filius est de eo prius cogitare, eúmq; velle, per quem omnes nos facit Istiusmodi quidem sunt vomitus & nauseæ hæreticorum, non tamen veritatis sententia obticeri debet, sed magna inprimis voce enunciandа est: Dei scilicet Verbum non propter nos,

ſed nos propter ipſum extitiſſe, & in eo condita eſſe omnia. Neque enim ob noſtram imbecillitatem, is qui potens erat, à ſolo Deo creatus eſt, vt Deus nos per eum, veluti per inſtrumentum ædificaret, abſit, non ita eſt. Nam ſi Deo placuiſſet nullas creaturas producere, nihilominus tamen Verbum apud Patrem, & Pater in eo fuiſſet. Creaturas certè impoſſibile erat ſine eo fieri, atque ideo per eum factæ ſunt, idque non immerito. Quum enim Verbum proprius ſit ſubſtantiæ Dei Filius, & ex eo extiterit, & in eo conſiſtat, vt ipſe dixit, fieri non potuit, quin omnia per eum opera efficerentur. Vt enim lux ſuis radiis omnia illuminat, & ſine eius radiis nihil illuſtrari quiuerit: ita quoque & Pater veluti per manum in verbo ſuo operatus eſt omnia, & ſine eo nihil facit. *Dixit* igitur *Deus* (vt inquit Moſes) *fiat lux, congregetur aqua, & producat terra, & faciamus hominem*. Dauid quoq; modulatur, *Ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit & creata ſunt.* Dixit, non vt in rebus humanis adminiſter aliquis audiret, auditamque loquentis voluntatem opere præſtaret: id enim proprium eſt rebus creatis: de Verbo autem id cogitare aut dicere abſurdum fuerit. Eſt enim verbum Domini architectus, & rerum author, & eſt Patris voluntas: atque inde eſt quòd non relatum eſt à Scriptura, eum vel audiſſe aliquo modo vel reſpondiſſe, aut qualia tandem ſeriea vellet, percunctatum fuiſſe: ſed potius dixit Deus, fiat, & ſubintulit, & ita factum eſt: nam quod placuit & voluit, id ſtatim verbo perfectum atque abſolutum fuit. Quum enim Deus vel Angelis vel aliis præcipit, vel cum Moſe loquitur, aut Abrahæ promiſſiones facit, tum is qui audit, ita reſpondere inducitur, vt alius dicat quomodo id ſcire potuero: alius verò, quæſo, alium deligas. Et rurſum, *Si ex me ſciſcitati fuerint, quod nomen tibi ſit, quid reſpondebo illis?* Et Angelus Zachariæ dixit, *Hæc dixit Dominus* Zacharias dominum viciſſim percunctatur, *domine qui in omnia imperiũ & poteſtatẽ habes, quouſque tandem non miſereberis Hieruſalem*: datur illi audire verba bona & conſolatoria. Habet enim vnuſquiſque iſtorum mediatorem, Verbum ſcilicet, & Sapientiam Dei indicantem, quæ ſit voluntas Patris. Quum autem ipſum Verbum operatur & creat, non eſt illic aut percunctatio aut reſponſio: in Verbo enim eſt Pater, & verbũ in Patre: ſed ſufficit velle, & opus perficitur: vt illud dicere Patrem, indicium nobis ſit voluntatis diuinæ; illud autem, & factum eſt ita, opus ſignificaret, quod perfectum fuit per Verbum & Sapientiam, in qua eſt voluntas Patris; & illud ipſum quod Deus dixerit, in Verbo cognoſcitur: omnia enim in Sapientia fecit, quippe, quum & Verbo Domini cæli firmati ſint, & vnus ſit Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per illum; Ex iſtis ſcilicet ſpectare licet, Arianos non contra nos pugnam habere ſuper hæreſi ſua,

ἀλλὰ μᾶλλον ἡμεῖς δι' αὐτὸν γεγόναμεν καὶ ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα· οὐ δὲ ἀφ' ἑαυτῶν ἀσθένειαν, οὕτως ὡς δυνατὸς ὢν μόνου τοῦ πατρὸς γέγονεν, ἵν' ἡμᾶς δι' αὐτοῦ ὡς δι' ὀργάνου δημιουργήσῃ, μὴ γένοιτο· οὐκ ἔστιν οὕτως· καὶ γὰρ εἰ ἔδοξε λόγῳ τῷ θεῷ μὴ ποιῆσαι τὰ γενητά· ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ἦττον ὁ λόγος πρὸς τὸν θεόν· καὶ ἐν αὐτῷ ὁμῶς ὁ πατήρ· τὰ μέν τι γενητὰ ἀδύνατον ὁμῶς χωρὶς τοῦ λόγου γενέσθαι· οὕτω γὰρ καὶ γέγονε δι' αὐτοῦ· καὶ εἰκότως· ἐπειδὴ γὰρ λόγος ἐστὶν ἰδίως φύσει τῆς οὐσίας τοῦ θεοῦ ὢν, ἐξ αὐτοῦ τί ἐστι καὶ ἐν αὐτῷ ἐστιν ὡς εἶπεν αὐτός· οὐκ ἠδύνατο μὴ δι' αὐτοῦ γενέσθαι τὰ δημιουργήματα. καθάπερ γὰρ τὸ φῶς τῷ ἀπαυγάσματι πάντας φωτίζει· ἄνευ τοῦ ἀπαυγάσματος οὐδεὶς ἂν φωτισθείη, οὕτως καὶ ὁ πατὴρ, ὡς ἀφ' χειρὸς ἐν τῷ λόγῳ ἐργάσατο πάντα, καὶ χωρὶς αὐτοῦ οὐδὲν ποιεῖ· εἶπε γοῦν ὁ θεὸς ὡς καὶ μωϋσῆς ἐμνημόνευσε· γενηθήτω φῶς· καὶ συμαχθήτω τὸ ὕδωρ· καὶ ἐξαγαγέτω ἡ γῆ· καὶ ποιήσωμεν ἄνθρωπον, ὡς καὶ ὁ ἁγιος ψάλλει δαβιδ· αὐτὸς εἶπε καὶ ἐγενήθησαν, αὐτὸς ἐνετείλατο καὶ ἐκτίσθησαν· εἶπε δὲ οὐχ' ἵνα ὡς ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐπουργός τις ἀκούσῃ καὶ μαθὼν τὸ βούλημα τοῦ λέγοντος ἀπελθὼν ἐργάσηται, τοῦτο γὰρ τῶν μὲν κτισμάτων ἴδιον, ἀπὸ δὲ τοῦ λόγου τοῦτο νοεῖν ἢ λέγειν, ἀπρεπές· ἔστι γὰρ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ δημιουργὸς· καὶ ποιητικὸς· καὶ αὐτός ἐστιν ἡ τοῦ πατρὸς βουλή· διατοῦτο γοῦν οὐκ εἶπεν ἡ θεία γραφή· ὅτι ἤκουσε καὶ ἀπεκρίνατο ὁ ἀκούων, πῶς ἢ ποῖα βούλεται τὰ γενόμενα γενέσθαι· ἀλλὰ μόνον εἶπεν ὁ θεὸς, γενηθήτω· καὶ ἐπήγαγε· καὶ ἐγένετο οὕτως· τὸ γὰρ δόξαν καὶ βουληθὲν ἅμα ἦν καὶ ἐγένετο καὶ ἀπηρτίζετο· ὅταν μὲν γὰρ ὁ θεὸς ἄλλοις ἢ ἀγγέλοις ἐντέλληται· ἢ τῷ μωσεῖ ὁμιλῇ· ἢ τῷ ἀβραὰμ ἐπαγγέλληται, τότε ὁ ἀκούων ἀποκρίνεται· καὶ ὁ μὲν λέγει· κατὰ τί γνώσομαι· ὁ δὲ, προχειρίσομαι ἄλλον· καὶ πάλιν· ἐὰν ἐρωτήσωσί με τί ὄνομα αὐτῷ, τί ἐρῶ πρὸς αὐτούς; καὶ ὁ ἄγγελος τῷ μὲν ζαχαρίᾳ, ἔλεγε· τάδε λέγει κύριος· τὸν δὲ κύριον ἠρώτα· κύριε παντοκράτωρ ἕως τίνος ἃ μὴ ἐλεήσεις τὴν ἱερουσαλήμ· καὶ ἐκδέχεται ἀκοῦσαι λόγους καλοὺς καὶ παρακλητικούς· ἔχει γὰρ τούτων ἕκαστον τὸν μεσιτεύοντα λόγον· καὶ τὴν σοφίαν τοῦ θεοῦ γνωρίζουσαν τὸ βούλημα τοῦ πατρός· ὅταν δὲ ἐρωτῶνται αὐτοὶ καὶ κτίζῃ ὁ λόγος, οὐκ ἔστιν ἐκεῖ ἐρώτησις καὶ ἀπόκρισις· ἐν αὐτῷ γάρ ἐστιν ὁ πατὴρ, καὶ ὁ λόγος ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ἀρκεῖ τὸ βούλεσθαι· καὶ τὸ ἔργον γίνεται· ἵνα τὸ μὲν βούλημα πῇ γνώρισμα δι' ἡμᾶς, τὸ εἶπεν τὸ ἦ καὶ ἐγένετο οὕτως· τὸ, τι ἔργον σημαίνεται τὸ ἀφ' τοῦ λόγου καὶ τῆς σοφίας, ἐν ᾗ καὶ ἡ βούλησις ἐστὶ τοῦ πατρός· καὶ αὐτὸ δὲ τὸ εἶπεν ὁ θεὸς, ἐν τῷ λόγῳ γνωρίζεται· πάντα γὰρ φησὶν ἐν σοφίᾳ ἐποίησας· καὶ τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ εἷς κύριος ἰησοῦς χριστὸς δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ· ἀπὸ δὴ τούτων ἐστὶ σαφῶς ὡς ὁ πρὸς ἡμᾶς τὸ μάχιμον ἔχουσιν οἱ ἀρειανοὶ περὶ τῆς αἱρέσεως, ἀλλὰ

ἀλλὰ σχηματίζονται μὲν πρὸς ἡμᾶς· πρὸς αὐτὸν
ἢ τὴν θεότητα μάχονται· εἰ μὲν γὰρ ἡμῶν λέγει ἡ φω-
» νὴ ἡ λέγουσα, οὗτος ἐστιν ὁ υἱός μου, μικρὰ λέγει αὐ-
τῆς ἡ παρ' ἡμῶν μέμψις· εἰ δὲ τοῦ πατρός ἐστιν ἡ
φωνὴ καὶ οἱ μὲν μαθηταὶ ἤκουσαν· αὐτὸς δὲ ὁ υἱὸς
πρὸς ἑαυτὸν λέγει· πρὸ δὲ πάντων τῶν βουνῶν
γεννᾷ με, πῶς οὐ κατὰ τοὺς μυθολογουμένους γί-
γαντας καὶ αὐτὸς νῦν θεομαχῆσαι, τὴν γλῶτταν ἔ-
χοντες, ὡς εἶπεν ὁ ψάλλων, μάχαιραν ὀξεῖαν εἰς
ἀσέβειαν· ὅτε γὰρ τὴν φωνὴν τοῦ πατρὸς ἐφο- A
βήθησαν, ὅτε τὸ τοῦ σωτῆρος ἠδέσθησαν ῥῆμα.
τὰ· ἀλλ' οὐδὲ τοῖς ἁγίοις ἐπείσθησαν· τοῦ μὲν
» γεγράφοντος, ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ
» χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ· καὶ χριστὸς θεοῦ
» δύναμις καὶ θεοῦ σοφία· τοῦ δὲ ψάλλοντος, ὅτι
» παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα
» φῶς, καὶ πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας· καὶ τῶν μὲν
προφητῶν λεγόντων, καὶ ἐγένετο λόγος κυρίου
πρός με· τοῦ δὲ ἰωάννου, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος B
καὶ τοῦ λουκᾶ, καθὼς καὶ παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ'
ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται τοῦ λόγου γενόμε-
νοι· ὡς καὶ πάλιν δαβὶδ λέγει· ἀπέστειλε τὸν λό-
γον αὐτοῦ καὶ ἰάσατο αὐτούς· ταῦτα γὰρ πάντα,
τὴν μὲν ἀρειανὴν αἵρεσιν σηλιτεύει παντα-
χοῦ· τὴν δὲ τοῦ λόγου ἀϊδιότητα σημαίνει·
καὶ ὅτι οὐ ξένος, ἀλλὰ ἴδιος τῆς τοῦ πατρὸς οὐ-
σίας ἐστίν· πότε γὰρ εἶδέ τις φῶς, χωρὶς ἀ-
παυγάσματος; ἢ τίς τολμᾷ λέγειν ἀλλότριον εἶ-
ναι, τὸν χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως· ἢ πῶς C
ἂν μᾶλλον τολμῶν, ὁ κἂν ἐνθυμούμενος ἄλογον
καὶ ἄσοφόν ποτε τὸν θεόν; τοιαῦτα γὰρ ὑπολαβεῖ-
γματα καὶ τοιαύτας τὰς εἰκόνας ἔθηκεν ἡ γρα-
φή· ἵν' ἐπειδὴ ἀδύνατός ἐστιν ἡ ἀνθρωπίνη φύ-
σις, τοῦ θεοῦ καταλαβεῖν, καὶ ἐκ τούτων ὀλί-
γως πως καὶ ἀμυδρῶς, ὡς ἐφικτόν ἐστι, διανοεῖ-
σθαι δυνηθῶμεν· καὶ ὥσπερ τοῦ εἶναι θεὸν
καὶ προνοίαν· αὐτάρκης ἡ κτίσις πρὸς τὴν γνῶ-
σιν· ἐκ γὰρ μεγέθους καὶ καλλονῆς καὶ κτίσεως
κόσμου ἀναλόγως ὁ δημιουργὸς θεωρεῖται· καὶ D
οὐ φωνὰς ἀπαιτοῦμεν παρ' αὐτῶν μανθάνομεν
ἀλλ' ἀκούοντες μὲν τῶν γραφῶν πειθόμεν·
αὐτὸν δὲ τὴν τάξιν τῶν πάντων θεωροῦντες καὶ
τὴν ἁρμονίαν, ἐπιγινώσκομεν τοῦτον εἶναι πάν-
των ποιητὴν καὶ δεσπότην καὶ θεόν, τούτου δὲ
τὸν εἰς πάντα προνοιαν θαυμαστὸν καὶ ἡγεμο-
νίαν καταλαμβάνομεν, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ
τῆς τοῦ υἱοῦ θεότητος ἱκανῶν ὄντων τῶν προειρη-
μένων ῥητῶν, περιττὸν, μᾶλλον δὲ καὶ μανίας
πολλὸν ἐστιν ἀμφιβάλλειν· καὶ αἱρετικῶς πυθά- E
νεσθαι· πῶς οὖν δύναται ἀϊδίως εἶναι ὁ υἱός;
ἢ πῶς δύναται ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τοῦ πατρὸς, καὶ μὴ μέρος εἶναι; τὸ γὰρ ἔκτινος
λεγόμενον, μέρος ἐστὶν αὐτοῦ· τὸ δὲ μεριζόμενον· οὐκέτι ἐστὶν ὁλόκληρον· ταῦτα γὰρ
τῶν ἑτεροδόξων ἐστὶ τὰ σοφὰ κακουργήματα· καὶ φθάσαντες ἐν τοῖς ἔμπροσθεν δι-
ελέγξαμεν τὴν ἐν τούτοις αὐτῶν κενολογίαν.
ὅμως

sed id quidem eos simulare, quasi nobiscum
ipsis bellum sit, quum tamen re vera contra
deitatem hostilia faciant. Si enim nostra illa
vox esset, Hic est Filius meus dilectus, non
magni momenti esset nostra de illis incusatio; nunc
quum Patris sit sermo, & discipuli audiant, at-
que adeo ipse Filius de se loquatur, Ante om-
nes colles genuit me; qui, quæso, non vti fa-
bulosi gigantes, & ipsi quoque cum numini-
bus bellum conserere videantur? *Linguam ha-
bent* (vt ait Psalmographus) *quasi gladium
acutum ad impietatem*, neque ad Patris vocem
tremiscunt, neque Patris Verbum reuerentia
prosequuntur, neque Sanctis fidem accommo-
dant, quum alius scribat, eum esse splendorem
gloriæ & characterem substantiæ Patris, Chri-
stumque esse Dei potentiam, ac Dei Sapien-
tiam; Psalmographus autem moduletur; *Apud
te fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen*, Et:
Omnia in Sapientia fecisti: Prophetæ item lo-
quantur, *Et factum est Verbum Domini ad me*:
Ioannes quoque in hanc sententiam prorum-
pat, *In principio erat Verbum*. Lucas itidem as-
seuerans, *Quemadmodum tradiderunt nobis
ab initio ipsi, qui suis oculis viderunt, Verbique
administri extiterunt*, nec à Dauide silentium
habeatur, sed rursus dicat: *Emisit Verbum suum
& sanauit eos*. Hæc omnia vt Arianam hæresim
vbique mulctant & infamant, ita Verbi sem-
piternitatem indicant, illudque non externum
diuersumque à Patris substantia, sed plane eius-
dem naturæ esse. Quando enim quis vidit lu-
cem sine eradiatione? aut quis audebit chara-
cterem alienum dicere ab ipsa hypostase? aut
quî (quæso) non maxime insanit, qui vel in co-
gitationem suam admittit, Deum aliquando
irrationalem, hoc est, sine Ratione & Ver-
bo, & insipientem fuisse? Istiusmodi enim exē-
pla, & istiusmodi similitudines edidit Scriptu-
ra, & quamuis impotens sit humana natura in-
telligere Deum, saltem tamen ex istis minutim
& obscuriter, quatenus datur, de eo intelligen-
tiam colligeremus, & quemadmodum Deum
existere, & prouidentia mundum administra-
ri, satis documento est rerum natura, quum ex
magnitudine & pulchritudine creaturarum,
proportionabiliter conditor spectetur, adeo vt
vocem naturæ in suis verbis approbandis non
requiramus, sed nunc audiendo scripturas, ad
fidem inducimur, nunc ordinem vniuersitatis,
& coaptitudinem inter se partium contéplan-
do, agnoscimus horum omnium Dominum &
conditorem Deum esse, eiusq; in omnia proui-
dentiam & admirabile imperium intellectu as-
sequimur; ita quoque cùm in adstruenda Filij
Deitate sufficiant superius dicta, superfluũ mi-
hi esse videtur & insaniæ plenum, eam rem
in dubium vocare, & hæretico more scisciscitari,
quomodo scilicet possit æternus esse Filius? aut
quomodo possit ex substantia Patris esse, vt nõ
sit pars eius? quod enim ex aliquo est, id eius
pars est; quod autem in partes diuiditur, inte-
grum esse nequit. Istiusmodi sunt dissentiẽtium
ab orthodoxis callida vaframenta, quos tametsi
antea in istis suis vaniloquiis redarguerimus,

istiusmodi tamen dictorum accurata sedulitas, & exemplorum intellectus probè reuincit vanam speciem, ac præstigia scelerati dogmatis. Videmus enim Verbum semper esse, & ex Deo esse, & quiddam proprium eius substantiæ esse, vnde ortum duxit, cuiusq; Verbum existit: neq; in eo esse prius aut posterius: Videmus enim inbar è sole identitatem solis habere, & tamen non diuidi substantiam solis, eam solidam & integram persistere: & iubar, quod inde profluit, ipsum quoque perfectum & integrum esse, nec lucis essentiam diminuere, sed vt verè inde genitum, sese habere. Conspicimus Filium non aliunde, sed ex Patre genitum, & Patrem tamē integrum perseuerare, & characterem personę Patris semper existere: & filium similitudinem & Imaginem Patris incommutabilem in se cōseruare, vt qui hunc videat, videat in eo ipsam personam Patris, cuius character est: & ex efficacia characteris intelligimus personæ ipsius veram Deitatem: id enim ipse Saluator docendo expressit, quum inquit, *Pater meus qui in me manet, ipse ea opera facit quæ ego facio: Ego & Pater vnum sumus: & Ego in Patre, & Pater in me.* Quapropter primùm ab hostili ista in Christum hæresi petendum est vt in exemplis quæ de rebus creatis adduximus, istiusmodi diuisionem ostendant, vt dicant, Erat aliquando sol sine splendore: aut splendorem, proprium quiddam, ex substantia lucis non esse: aut esse quidem proprium quiddam, sed vti partem lucis disiunctúmque ab eius natura: actum demum diuidant Verbum, & dicant illud alienum quiddam esse à mente, aut quod aliquando non erat, nec proprium quiddam, ac idem ex substantia eius esse, aut partem eius esse per diuisionem. De charactere quoque & luce, & potentia, ita distinctiones diuisionésque faciant, vt inter lucem, & splendorem fecerunt, actum demum de quibúcunsq; rebus velint inania phantasmata concipiant. Quòd si impossibile est vt tale quid audeant, qui quæso, non magnificè insaniunt, qui se in iis, quæ suprà res creatas, atque adeo supra ipsorum naturam sunt, frustra extendunt, atque ea, quę fieri nequeunt, aggrediuntur? Si enim in rebus creatis & corporalibus inueniuntur genita, quæ partes eorum non sunt, ex quibus sunt genita, neque per passionem inde abscessere, neque substantias parentum diminuerint: quî, quæso, non iterum insaniant, qui de incorporali & vero Deo scisciantur, sulpicioséque cogitant partes ibi & passiones locum habere, atque iterum diuisiones attribuunt impassibili & inuariabili Deo, vt hoc genere verborum, simpliciorum aures perturbent, & à veritate abducant. Quis enim audiens filium, non statim de eo cogitat, eum esse Patris sui proprium quiddam & natura genereq; eundem? Quis itē, qui audiuit in prima Christianismi sui institutione, Deum habere filium, & omnia suo verbo fecisse, non in eam sententiam, hoc ipsum excepit, vt nos iam nunc in præsentia sentimus? Quis cum primū exorta fuit scelerata Arianorum hæresis, nō statim ad eorū verba obstupuit, velut

ὅμως καὶ τούτων τῶν ῥητῶν ἡ ἀκρίβεια· καὶ πάντων τῶν παραδειγμάτων ἡ διάνοια, διελέγχει τὴν σκιογραφίαν τῶν μιαρῶν δογμάτων αὐτῶν· ὁρῶμεν γὰρ τὸν λόγον ἀεὶ ὄντα καὶ ἐξ αὐτοῦ ὄντα καὶ τῆς οὐσίας ἴδιον· ἔστιν ὁ λόγος, καὶ μὴ ἔχοντα τὸ πρότερον ἢ τὸ ὕστερον· ὁρῶμεν δὲ τὸ ἀπαύγασμα ὂν ἐκ τοῦ ἡλίου ἴδιόν τε αὐτοῦ ὂν καὶ μὴ διαιρουμένην τὴν οὐσίαν τοῦ ἡλίου· ἀλλ' αὐτῷ τι ὁλόκληρον ὄντων καὶ τὸ ἀπαύγασμα τέλειον καὶ ὁλόκληρον· δὲ μὴ μειοῦται τὴν οὐσίαν τοῦ φωτός· ἀλλ' ὡς γέννημα ἀληθινὸν καὶ ἐξ αὐτοῦ ὄντα ὁρῶμεν· καὶ τὸν ἥλιον, οὐκ ἐξοίδαμεν· ἀλλ' ἐκ τοῦ πατρὸς γινώμενον· καὶ ὁλόκληρον μὲν ὄντα τὸν πατέρα· τὸ δὲ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως, ἀεὶ ὄντα, ἐμφέρειάν τε καὶ εἰκόνα ἀπαράλλακτον σώζοντα πρὸς τὸν πατέρα· ὡς τὸν ἰδόντα τοῦτον, ὁρᾶν ἐν αὐτῷ καὶ τὴν ὑπόστασιν ἧς καὶ χαρακτήρ ἐστιν· ἔκ τε τῆς ἐνεργείας δὲ χαρακτῆρος, διανοούμεθα τὴν τῆς ὑποστάσεως ἀληθῶς θεότητα· τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ διδάσκων ἔλεγεν· ὁ πατὴρ ὁ μένων ἐν ἐμοὶ, αὐτὸς ποιεῖ τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ· καὶ ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ ἕν ἐσμεν· κἀγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί· οὐκοῦν ἡ χριομάχος αἵρεσις πρῶτον τὰ ἐντὸς τοιαῦτα παραδείγματα διελεῖν καὶ εἰπεῖν· εἴποτε ὁ ἥλιος χωρὶς δὲ ἀπαυγάσματος· ἢ ὅτι τοῦτο οὐκ ἔστιν ἴδιον τοῦ φωτὸς οὐσίας· ἢ ἴδιον μέν ἐστι, τῇ διαίρεσιν δὲ μέρος ἐστὶ τοῦτο δὲ φωτὸς· καὶ πάλιν διελέτω τὸν λόγον καὶ εἰπάτω τοῦτον ἀλλότριον εἶναι δὲ νοῦ· ἢ ὅτι ποτὲ οὐκ ἦν, ἢ οὐκ ἔστιν ἴδιος τῆς οὐσίας αὐτοῦ· ἢ ὅτι μέρος κατὰ διαίρεσίν ἐστι τοῦ ἐκείνου· ὥσπερ δὲ χαρακτὴρ τοῦ φωτὸς καὶ τῆς δυνάμεως, οὕτω διελέτω ὡς ὅτι τοῦ λόγου καὶ τοῦ ἀπαυγάσματος· καὶ τότε ὧν ἐὰν θελήσῃ φανταζέσθω. εἰ δὲ ἀδύνατον αὐτοῖς ἐκείνοις ἡ τόλμα, πῶς ἀμαίνονται πολλάκις εἰς τὰ ὑπερέκεινα τῶν ῥητῶν καὶ τὴν ἑαυτῶν φύσεως μάτην ἀπεκτείνοντες ἑαυτοὺς καὶ ἀδυνάτοις ἐπιχειροῦντες; εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ τούτων τῶν ῥητῶν καὶ σωματικῶν ζητοῦνται τὰ γεννήματα μὴ μέρη ὄντα τῶν οὐσιῶν ἐξ ὧν εἰσι, μηδὲ παθητικῶς ἀφισάμενα, μηδὲ μειοῦντα τὰς οὐσίας τῶν γονέων· πῶς πάλιν οὐ μαίνονται ἐπὶ τοῦ ἀσωμάτου καὶ ἀληθινοῦ θεοῦ· ζητοῦντες καὶ ὑπονοοῦντες μέρη καὶ πάθη· καὶ διαίρεσεις προστίθεντες τῷ ἀπαθεῖ καὶ ἀναλλοιώτῳ θεῷ· ἵνα τὰς ἀκοὰς ἐν τούτοις βεβάσωσι τῶν ἀκεραίων· καὶ διαστρέψωσιν ἀπὸ τῆς ἀληθείας; τίς γὰρ ἀκούων υἱόν, οὐκ ἐνθυμεῖται τὸ ἴδιον τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας; τίς ἀκούσας ὅτε κατηχεῖτο κατὰ τὴν ἀρχὴν ὅτι ὁ θεὸς υἱὸν ἔχει· καὶ τῷ ἰδίῳ λόγῳ τὰ πάντα πεποίηκεν. ἐξ ὅτου ἐδέξατο κατὰ τὴν διάνοιαν ὡς νῦν ἡμεῖς φρονοῦμεν; τίς ὅτε γέγονεν ἡ μιαρὰ τῶν ἀρειανῶν αἵρεσις, οὐκ εὐθὺς ἀκούσας ἃ λέγουσιν ἐξενίσθη, ὡς ἀλλότρια

λότερα λεγόντων αὐτῶν καὶ παρ' αὐτὴν ἐξ ἀρχῆς σπαρέντα λόγον ἀπισπειρόντων. τὸ μὲν γὰρ σπειρόμενον ἐστιν ἐξ ἀρχῆς ἑκάστῃ ψυχῇ καὶ αἴδιον, ὅτι ὁ θεὸς ἦν τὸν λόγον, ἢ σοφίαν, ἢ δύναμιν ἔχει· καὶ παῦλά ἐστιν αὐτὸ εἰκὼν, καὶ ἀπαύγασμα· φύεται δὲ αὐτὸς οὐκ τῶν ῥηθέντων τὸ ἀεὶ τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς· τὸ ὅμοιον τῆς οὐσίας καὶ γένησάντας· καὶ οἷόν τε μία τοῦ ποιήματος ἡ κτίσματος ἐν τούτοις ἔννοια· ὅτε ὁ ἐχθρὸς ἄνθρωπος κοιμωμένων τῶν ἀνθρώπων ἐπέσπειρε τὸ, κτίσμα· καὶ ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν· καὶ τὸ, πῶς δύναται, τότε λοιπὸν ὡς ζιζάνιον γέγονεν ἡ κακοῦργος αἵρεσις τῶν χριστομάχων· καὶ αὐτὸς ὡς ἐρημωθέντες πάσης ὀρθῆς φρονήσεως, δίκην ληστῶν περιεργάζονται καὶ λέγειν τολμῶσιν· πῶς οὖν δύναται ὁ υἱὸς ἀϊδίως συνυπάρχειν τῷ πατρὶ; ἐπεὶ γὰρ οἱ ἄνθρωποι μὴ χρόνον ἐξ ἀνθρώπων υἱοὶ γίνονται· καὶ ὁ μὲν πατὴρ, τελάκοντα ἐτῶν ἐστιν· ὁ δὲ υἱὸς, ἀρχὴν ἔχει τότε γεννηθείς· καὶ ὅλως πᾶς υἱὸς ἀνθρώπου, οὐκ ἦν πρὶν γεννηθῇ· πάλιν τε ψιθυρίζεσι· πῶς δύναται ὁ υἱὸς λόγος εἶναι, ἢ ὁ λόγος εἰκὼν τοῦ θεοῦ; ὁ γὰρ ἀνθρώπων λόγος, ἐκ συλλαβῶν συγκείμενος, μόνον ἐσήμανε τὸ βάλημα τοῦ λαλήσαντος· καὶ οὗτος πέπαυται καὶ ἠφάνισται· ἐκεῖνοι μὲν οὖν ὥσπερ ὀπιλαθόμενοι τῶν προλεχθέντων κατ' αὐτῶν ἐλέγχων, πιστὸς πάλιν ἑαυτὰς δεσμοῖς ἀσεβείας προπαίροντες ἀλαλογίζονται ταῦτα· ὁ δὲ τῆς ἀληθείας λόγος, ἐλέγχει τούτους ὄντως· εἰ μὲν περὶ ἀνθρώπου τινὸς ἀλογίζονται, ἀνθρωπίνως καὶ περὶ τοῦ λόγου αὐτοῦ καὶ τοῦ υἱοῦ λογιζέσθωσαν· εἰ δὲ περὶ τοῦ θεοῦ τοῦ κτίσαντος τὰς ἀνθρώπους, μηκέτι ἀνθρωπίνως· ἀλλὰ ἄλλως ὑπὲρ πᾶν τῶν ἀνθρώπων φύσιν ἀλογείσθωσαν· οἷος γὰρ ἂν ᾖ ὁ γεννῶν, τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ τὸ γέννημα εἶναι· καὶ οἷος ἂν εἴη ὁ τοῦ λόγου πατὴρ, τοιοῦτος ἂν εἴη καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ· ὁ μὲν οὖν ἄνθρωπος ἐν χρόνῳ, καὶ αὐτὸς γενόμενος τὸ τέκνον· καὶ ἐπειδὴ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γέγονεν, ἀφανίζεται καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ παύεται καὶ οὐ μένει· ὁ δὲ θεὸς, οὐχ ὡς ἄνθρωπός ἐστιν· πόθεν γὰρ εἶπεν ἡ γραφὴ· ἀλλ' ὢν ἐστι· καὶ ἀϊδίως ἐστὶ μετὰ τοῦ πατρὸς ὡς ἀπαύγασμα φωτός· καὶ ὁ μὲν τῶν ἀνθρώπων λόγος ἐκ συλλαβῶν ἐστι συγκείμενος· καὶ ὅτε ζῇ, οὔπω πω ἐνεργεῖ· ἀλλὰ μόνον ἐστὶ σημαντικὸς τῆς τοῦ λαλοῦντος διανοίας· καὶ μόνον ἐξῆλθε καὶ παρῆλθε μηκέτι φαινόμενος· ἐπειδὴ οὐ δὲ ἐν ὅλως πρὶν λαληθῇ, διὸ ὅτε ζῇ οὔτε τι ἐνεργεῖ· οὔτε ὅλως ἄνθρωπός ἐστιν ὁ τῶν ἀνθρώπων λόγος πάσχει ὅτε, καθὰ προεῖπον· ἐπεὶ ὁ τοῦ γεννῶν ἄνθρωπος, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἔχει τὴν φύσιν· ὁ δὲ θεὸς λόγος, οὐχ ὡς ἄν τις εἴποι προφορικός ἐστι· οὐδὲ ψόφος ῥημάτων· οὐδὲ τὸ προστάξαι θεὸν τοῦτο ὁ υἱός ἐστιν ἀλλ' ὡς φῶς καὶ ἀπαύγασμα· ὅτος ἐστὶ γέννημα τέλειον ἐκ τελείου. διὸ καὶ θεός ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ· καὶ θεὸς γάρ ἦν, φησὶν, ὁ λόγος· καὶ οἱ

velut aliena loquentium, & præter ſementem verborum quæ in catechiſmo acceperat, alia ſuperſeminantiũ? Nam principio inſeminatum fuit cuiuſq; animo, Deum habere Filium, Verbum & ſapientiam, & Potentiam ſuam, iſtaque ipſa eſſe Imaginem & Splendorem eius, vnde ſtatim obortebatur mentibus noſtris ea cogitatio, Filium ſemper eſſe, & ex patre eſſe ac ſimilitudine eius exiſtere, & æternum quiddam ex ſubſtantia Patris eſſe, adeo vt inter hæc nihil de creatitia conditione Filij in mentẽ veniat. Cæterum, inimicus homo dormientibus cæteris, eam imaginationem quæ cum creaturã opinatur: & fuiſſe quando nõ erat: aut quomodo eſſe potuerit, animis mortaliũ clanculum ſuperſeminat: φ vbi factum eſt, malefica & in Chriſtũ perduellis hæreſis quaſi loliũ ſuppullulat: mox deinde qui eo furore afflati ſunt, ac mẽte orthodoxa ſpoliati inſtar prædonum curioſiſſimè per inſidias captant, audentq; tandem dicere: Quomodo poteſt Filius coæternus exiſtere ſuo Patri? quum inter homines filius poſt Patrẽ ſuum naſcatur: & ſubinde, quum Pater ſit triginta annorũ, cum demũ filius initia vitæ auſpicetur: & in ſumma, nullus vnquam filius erat antequam fieret: rurſuſq; obmurmurãt, quomodo poteſt filius Verbum eſſe? aut Verbũ, Imago Dei? quũ hominum Verbum ſyllabis cõſtans nihil ſit, niſi indicium mentis, nihilq; agat niſi quod prodat voluntatem loquentis, φ vbi factum eſt ſtatim euaneſcit. Ita quaſi obliti ſuperiorũ aduerſus ipſos refutationum, iſtiuſmodi vinculis impietatis ſeſe rurſus innodant. Cæterũ, id fruſtra faciunt: vincit enim eos ſoliditas veritatis, idq; iſtiuſmodi rationibus. Si de homine quopiam loqui ſe credunt, loquantur de Verbo & Filio Patris, quantũlibet humano more: Si cõtra de Deo illis ſermo eſt hominũ conditore, iam mihi nihil humani, ſed ea quę ſupra humanam naturã sũt, eos cogitare velim. Qualis enim eſt genitor, tale eſſe quoque id φ genitum eſt, neceſſarium eſt: & qualis eſt Verbi Pater, tale etiam fuerit Verbum eius. Homo igitur in tempore genitus, & in tempore quoque & ipſe prolem gignit: & quia ex non ente factus eſt, ideoque & Verbum eius deſinit, & non perſeuerat. Deus autem, non vt homo, ſic enim loquitur Scriptura, ſed ens eſt, & ſemper eſt, ideoque & verbum eius ens eſt, & ſemper eſt cum Patre, vt ſplendor ſiue iubar lucis. Contra, hominum Verbum, vt ſyllabis conſtat, ita neque viuit, neque agendi vires poſſidet, ſed ſolummodo eſt in loquente index mentis, & ſtatim vbi enũciatum eſt, præterit, neque vlterius apparet, quia nihil erat, priuſquam enunciaretur, ideoq; neque viuit, neque agendi vires habet, neque hominis naturam poſſidet, idq; ita accidit, quoniam homo eſt qui illud gignit, ex nõ ente ſortitus eſt naturam: Dei autem Verbum, non (vt ſic dicam) enũciatorium eſt, aut ſonus vocum, aut complexio dictionum, qua Deus ſingulis rebus præcepit vt exiſterẽt, ſed quale ex luce ſplẽdor, tale & ipſum eſt genitum quiddam & perfectum ex perfecto, ac proinde Deus eſt, & Imago Dei. Deus enim (inquit) erat Verbum.

Verba

neque ex eo quod proprium quiddam ex eius substantia sit, filius nuncupetur: sed ob rationalia, ratio: & ob ea que erudiuntur, sapientia: & ob ea quæ fortificantur, fortitudo censetur, omnino sequitur, vt solum propter eos, qui in filios adoptantur, filius sit appellandus. Et fortasse ob ea quæ sunt, id habet, vt sit, secundum mentis conceptionem. Quid igitur illi fit reliqui? nihil enim horum solide esse poterit, quum ea in eo nomine tenus duntaxat inhæreant, & essendi inane simulachrum addant, dum istis vocabulis à nobis cohonestatur. Atqui, ista diabolica vecordia est, & fortasse deterior quàm diabolorũ, quoniam eos re vera subsistere volunt: Dei autem Verbo non nisi nomine tenus essentiam tribuunt. An non hæc monstra prodigiáque verborum, Sapientiam censere coexistere cum Patre, nec tamen eam fateri Christum esse, sed multas esse creatitias virtutes, & sapientias: & ex eorum numero Christum vnum esse, & erucæ & locustæ comparabilem? An non hæc summa vafricies, quod quum ex nobis audiissent, Verbum cum Patre simul coexistere, statim obmurmurent, ergo duos pariter ingenitos pronunciatis? Nec vident quum ipsi dicant ingenitam esse Sapientiam, id genus querelæ in ipsos competere. Nam & illa quoque eorum sententia est prorsus stolida, qua dicunt, vnigenitam Sapientiam & coexistentem cum Deo, Deum esse. Quod enim coexistit, non secum, sed cum altero coexisti t: quemadmodum & Domini nostri Euangelistæ loquuntur, quòd coexistebat siue aderat discipulis suis, ac proinde non sibi, sed discipulis adfuit, nisi compositum aliquem Deum introducere velint: in cuius naturam coinserta sapientia fuit & ad complementum integritatemque ipsius substantiæ data eaque ipsa ingenita: quam scilicet & opificem mundi volunt, vt mundi opificio Filium dispolient. Omnibus enim vim adhibent & torquent, ne verum sensum de Filio concipiant. Nam vbi in Sacris literis repererunt aut ex quo tandem audiuerunt, alterum adhuc esse Verbum, aut alteram sapientiam, præter Filium, vt ista sibi aliquo iure comminiscerentur? Scriptum est siquidem, Nonne verba mea veluti ignis, & securis incidens petram? Et in Prouerbiis: Docebo vos verba mea: sed ista quoque mandata & præcepta æstimanda sunt, quæ per proprium suum, & vnicum, & verum Verbum eloc utus est Deus, de quibus mentionem fecit Psalmista: Ab omni via mala coercui pedes meos, vt seruarem verba tua. Istiusmodi igitur verba diuersa esse à se etiam ipse Saluator per se indicat, quum inquit: Verba quæ ergo locutus sum vobis. Non enim istiusmodi verba soboles aut filij sunt, aut tot rerum opifices, neque tot imagines vnius Dei, neque tanto numero sunt ij, qui pro nobis homines facti sunt, neque ex multis vnus conflatur, qui secundum Ioannem caro factus est: sed is, qui vnicum est Dei Verbum, ab Ioanne euangelizatur caro esse factus, & omnia per illum condita esse.

Ideóque

καὶ τὸ ἀίδιον τ οὐσίας ὑός ἐστιν· ἀλλὰ λόγ τὰ λογικὰ λόγος· καὶ διὰ τὰ σοφιζόμενα σοφία· καὶ λόγ τὰ δυναμένα δωάμις λέγεται, πάντως πε καὶ λόγ τοὺς πεπεμένους ὑός ἐκλήθη· καὶ πλέον λόγ τὰ ὄντα, ἔχει καὶ τὸ εἶναι κατ' ὑπόνοιαν· τί οὖν ἄρα λοιπόν ἐστιν αὐτὸς· οὐδὲν γὰρ ἂν εἴη τούτων αὐτὸς, εἰ ὀνόματι μόνον ἐστὶν αὐτ ταῦτα· καὶ μόνλω τ εἶναι φαντασίαν ἔχει· δι' ἡμᾶς καὶ τοῖς ὀνόμασι πύτις καλλωπιζόμεν· ἀλλὰ τοῦτ λογικὴ μᾶλλον ἐστὶν ὑπόνοια· πλέον ἢ καὶ πλεῖον· ὅτι ἑαυτοὺς μὲν ἀληθῶς ὑφισαίας θέλουσι· τὸν δὲ τ θεοῦ λόγον, ὀνόματι μόνον νομίζουσιν εἶναι· πῶς δὲ οὐ παράλογία αὐτὴν καὶ ταῦτα, λέγειν μὲν σοφίαν συνυπάρχουσαν τῷ πατρὶ· μὴ λέγειν δὲ ταύτλω τ χριστὸν· ἀλλὰ πολλὰς δωάμεις κτιστὰς, & σοφίας εἶναι, τούτων δὲ μίαν εἶναι τὸν κύριον τὸν καὶ τῇ κάμπῃ καὶ τῇ ἀκρίδι λοιδορούμενον παρ' αὐτῶν; πῶς δὲ & πανύργοι· ὅτι παρ' ἡμῶν μὲν ἀκούοντες συνυπάρχειν· τὸν λόγον τῷ πατρὶ γογγύζουσιν εὐθὺς φάσκοντες· σὺ οὖν δύο ἀγέννητα λέγεις; αὐτὶ δὲ λέγοντες ἢ ἀγέννητος αὐτ σοφία· οὐκ ὁρῶσι κατ' αὐτῶν φθόνου τὰ λεῖ αὐτῶν τὰ ματαίαν μέμψιν· καὶ γὰρ ἐκείνη πάλιν αὐτῶν ἡ διάνοια πῶς οὐ πάνυ μωρὰ λέγειν μονογενῆ συνυπάρχουσαν τῷ θεῷ σοφίαν αὐτὴν εἶναι τὸν θεόν· τὸ γὰρ συνυπάρχον οὐκ ἑαυτῷ, τινὶ δὲ συνυπάρχει ὡς περὶ τ κυρίου λέγουσιν οἱ εὐαγγελισταί· ὅτι σωτὴρ τῆς μαθητὰς· οὐ γὰρ ἑαυτῷ ἀλλὰ τῆς μαθητὰς σωτὴρ· εἰ μὴ ἄρα σωτῆρα ἔφασκεν τὸν θεόν· ἔχοντα συμπεπλεγμένην ἢ συμπληρωτικὴν τῆς οὐσίας ἑαυτ σοφίαν· ἀγέννητον οὖσαν καὶ αὐτῷ· ἵνα καὶ δημιουργὸν αὐτῷ αὐτεισάγουσι τ κόσμου· ἵνα καὶ τῦ δημιουργεῖν τ ὑὸν ἀφέλωνται· πάντα γὰρ βιάζονται λέγειν· ἵνα μὴ περὶ τ κυρίου φρονήσωσιν ἐν ἀληθείᾳ· ποῦ γὰρ ὅλως εὗρον περὶ τῆ θείᾳ γραφῇ λεγόμενον· ἢ περὶ τίν ἤκουσαν ὡς ὄντ ἄλλου λόγου· καὶ ἄλλης σοφίας παρὰ τοῦτον τ ὄν; ἵνα καὶ τοιαῦτα ἑαυτοῖς ἀναπλάσωνται· γέγραπται μὲν γὰρ· οὐχ οἱ λόγοι μ ὥσπερ πῦρ, καὶ ὡς πᾶς παροιμίας διδάξω ὑμᾶς ἐμοὺς λόγους· ἀλλὰ ταῦτα ἐντολαὶ καὶ προστάγματά εἰσιν· ἃ μὲν δὴ ἰδίᾳ καὶ μόνᾳ ἀληθινοῦ λόγου τοῖς ἁγίοις λελάληκεν ὁ θεός· περὶ ὧν ἔλεγεν ὁ ψαλμῳδὸς, ἐκ πάσης ὁδοῦ πονηρᾶς ἐκώλυσα τοὺς πόδας μου ὅπως ἂν φυλάξω τοὺς λόγους σου· τὰ γὰρ τοιαῦτα σημαίνων ἄλλα παρ' ἑαυτὸν εἶναι ὁ σωτὴρ, & δι' ἑαυτ εἴρηκε· τὰ ῥήματα ἃ ἐγὼ λελάληκα ὑμῖν· οὐ γὰρ δὴ οἱ τοιοῦτοι λόγοι γνωρίσματα ἢ ὑοί εἰσιν· οὐδὲ τοσοῦτοι δημιουργοὶ λόγοι· οὐδὲ ποσῶν εἰκόνες τ θεοῦ· οὐδὲ τοσοῦτοι εἰσὶν οἱ γνώμενοι ἄνθρωποι ὑπὲρ ἡμῶν· οὐδὲ ὡς ἐκ πολλῶν τοιούτων εἷς ἐστιν ὁ γνόμενος κατὰ τὸν ἰωάννλεν σάρξ· ἀλλ' ὡς μονογενὴς ὢν τοῦ θεοῦ λόγος εὐηγγελίσθη παρὰ τ ἰωάννου· ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο καὶ πάντα δι' αὐτ ἐγένετο·

διὸ &

διὸ καὶ περὶ τούτου μόνου τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ περὶ τῆς πρὸς τὸν πατέρα ἑνότητος αὐτοῦ γέγραπται καὶ δέδεικται τὰ μαρτύρια· τὰ μὲν πατρὸς σημαίνοντος, ἕνα εἶναι τὸν λόγον· τῶν δὲ ἁγίων μαθητῶν τοῦτο καὶ λεγόντων ἕνα τὸν λόγον εἶναι, καὶ τοῦτον εἶναι μονογενῆ· τὰ τε ἔργα δι' αὐτοῦ δέδεικται πάντα· πάντα γὰρ τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα δι' αὐτοῦ γέγονε· καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν· περὶ δὲ ἑτέρου, ἢ ἄλλου τινὸς οὐ φαντάζονται· καὶ ἀναπλάσσονται ἑαυτοῖς λόγου ἢ σοφίας· ὅτι ὄνομα οὔτε ἔργον σημαίνεται ἀπὸ τῆς γραφῆς· ἢ οὐδὲ μόνον τούτων ὀνομάζεται· τούτων γάρ ἐστιν ἐξεύρημα καὶ χειρομάχημα καὶ τῷ μὲν ὀνόματι τοῦ λόγου καὶ τῆς σοφίας καταχρῶνται· ἕτερα δὲ ἑαυτοῖς ἀναπλάττοντες, ἀρνοῦνται τὸν ἀληθινὸν τοῦ θεοῦ λόγον· καὶ τὸν ὄντως καὶ μόνιμον σοφίαν τοῦ θεοῦ, καὶ μανιχαίοις ζηλοῦσιν οἱ ἄθλιοι· κἀκεῖνοι γὰρ τὰ μὲν ἔργα τοῦ θεοῦ βλέποντες, ἀρνοῦνται αὐτὸν τὸν μόνον ὄντα καὶ ἀληθινὸν θεόν· ἕτερον δὲ αὐτοῖς ἀναπλάσσουσιν· οὔ μήτε ἔργων μήτε τινὰ μαρτυρίαν ἀπὸ τῶν λογίων δεικνύειν δύνανται. Σκοπῶ εἰ μήτε ἐν τοῖς λογίοις εὑρίσκεται ἄλλη σοφία παρὰ τοῦτον τὸν υἱόν· μήτε παρὰ τῶν πατέρων ἠκούσαμέν τι τοιοῦτον· ὁμολογοῦσι δὲ καὶ γέγραπται παρὰ τούτων ἀγενήτως ἡ σοφία συνυπάρχουσα τῷ πατρὶ ἰδίᾳ αὐτοῦ οὖσα· καὶ κόσμου δημιουργός, αὐτὸς ἂν εἴη ὁ υἱός, ὁ καὶ κατ' αὐτοὺς ἀϊδίως συνυπάρχων τῷ πατρί· αὐτὸς γάρ ἐστι καὶ δημιουργὸς ὡς γέγραπται· πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας· καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ἀσέβιος ὥσπερ ὑπολαμβάνεται ὢν πρότερον ἔγραψεν, ὕστερον κατὰ τὸν καϊάφαν, ἄκων καὶ αὐτὸς πρὸς ἕλληνας ἐνισάμενος, σκέπει μὲν πολλὰς σοφίας· οὐδὲ πολὺ κάμπτει ὀνομάζει· μίαν δὲ λοιπὸν ὁμολογεῖν γράφων οὕτως· εἷς μέν ὁ θεὸς λόγος, πολλὰ δὲ τὰ λογικά· καὶ μία μὲν τῆς σοφίας ἐστὶ τε καὶ φύσις· πολλαὶ δὲ αἱ σοφαὶ καὶ καλαί· καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν λέγει· τίνες ἂν εἶεν οὗς παῖδας θεοῦ προσαγορεύειν ἀξιοῦσιν· εἰ γὰρ δὴ λόγους τε καὶ τούτους ὑπάρχειν φήσουσιν· οὐ δὲ σοφίας εἶναι πλείονας ἐροῦσιν· οὐ δὲ γὰρ δυνατὸν ἑνὸς ὄντος τοῦ λόγου· ἐκ μιᾶς ἀποδειχθείσης τῆς σοφίας, τῷ πλήθει τῶν παίδων τοῦ λόγου πολὺ οὐσίαν ὑπονέμουσιν· καὶ τῆς σοφίας χαρίζεσθαι πολὺ ἐπωνυμίαν· θαυμαστὸν τοίνυν οὐδὲν εἰ περὶ πολὺ ἀληθείαν οἱ ἀρειανοὶ μάχονται· ὅπουγε καὶ τοῖς ἑαυτῶν προσκόπτοντες ἀλλήλοις συμπίπτουσι· ποτὲ μὲν, λέγοντες πολλὰς εἶναι σοφίας· ποτὲ δὲ, μίαν ἀποφαινόμενοι, καὶ ποτὲ μὲν, τῇ κάμπτῃ συνάπτουσι πολὺ σοφίαν· ποτὲ δὲ συνυπάρχειν τῷ πατρὶ, καὶ ἰδίαν αὐτοῦ λέγουσιν. ἄλλοτε μὲν, ἀγένητον ἐκ μόνον πατέρα· ἄλλοτε, καὶ πολὺ σοφίαν ἐκ πολὺ δυνάμιν αὐτοῦ γνησιον, καὶ μάχονται μὲν ἡμῖν λέγουσιν ἀεὶ εἶναι τὸν θεὸν λόγον, αὐτοὶ δὲ λέγοντες ἀγένητον συνυπάρχειν πολὺ σοφίαν τῷ θεῷ, ὑπολαμβάνονται τῶν ἰδίων· οὕτως πρὸς πάντα σκοτοδινιῶσι· πολὺ μὲν ἀληθινὸν σοφίαν ἀγνοούμενοι, καὶ πολὺ μὴ οὖσαν ἐξευρίσκοντες·

Ideoque de solo Domino nostro Iesu Christo, & de eius cum Patre vnitate scripta exhibitaq; sunt testimonia, dum & Pater declarat sibi vnicum esse Filium, & Sancti discipuli qui id didicerant, oratione profitentur, vnum esse verbum, & hoc ipsum vnigenitum, & opera ab eo edita pro testimonio sint, omnia visibilia & inuisibilia per illum condita esse, & sine ipso conditum esse nihil. De secundo autem verbo, aut vllo alio, nulla prorsus apud illos cogitatio, A neque sibi verba aut sapientias confingunt, quorum neque nomina neque acta à scripturis produntur, sed tantummodo ab istis hæreticis nominantur; Ipsi enim authores sunt huius commenti, hostilisque in Christum adinuentionis, qui nominibus Verbi & Sapientiæ abutuntur, aliaque sibi confingentes, inficiantur verum Dei Verbum esse, & veram & vnicam Sapientiam Patris, Et sese Manichæis æmulos præbent. Nam & illi, inspectis Dei operibus, abnegant vnicum & verum Deum existere, aliumque sibi comminiscuntur, cuius tamen B neque opus vllum, neque testimonium ex Sacris literis producere queunt. Quare, si neque intra verba reperitur alia sapientia præter ipsum Filium, neque à Patribus quicquam tale accepimus, à quibus & confessione agnoscitur, & scriptis proditur, Sapientiam ingenitam esse, vnaque cum Patre coëxistere, ac propriam illius esse, mundique architectatricem habendam, nimirum ea ipsa fuerit Filius, qui vel secundum istos æternaliter cum patre coëxistit: ipse enim est opifex rerum, vt scriptum C est, *Omnia in Sapientia fecisti.* Quin & ipse Asterius veluti eorum oblitus quæ priùs scripserat, in sequentibus itidem vt Caiphas inuitus dum gentilibus obluctatur, non multas sapientias numerat, aut erucæ mentionem facit, sed vnam sapientiam agnoscit, ad hunc modum scribens: Vnus quidem Deus Verbum siue Ratio: multa tamen rationalia, & vna quidem Sapientiæ & bonitatis substantia & natura, multa tamen sapientia & bona. Ac paulò pòst iterum: At quinam sunt quos Filios Dei appellare non dedignantur? num & hos quoque esse verba asseuerabunt, aut Sapientias plures introducent? Siquidem impossibile est, vt quum D vnum sit verbum, vnáque Sapientia multitudini filiorum, Verbi substãtia impertiatur, aut nomen sapientiæ indulgeatur. Miri igitur nihil, si contra veritatem Ariani pugnent, quum in sua quoque offensantes, alij in alios impingant, interdum multas sapientias, interdum vnam esse asseuerantes, ac nunc erucæ Sapientiam comparent, nunc Patri coëssentialem esse, & propriam illius ipsius virtutem, eamq; ingenitam E dicant. Et quum nobiscum depugnãt, eo quòd asseueremus semper Dei Verbũ fuisse, ipsi quoque suorum obliti, Sapientiã cum Deo increatim coëxistere dicunt. Ita per omnia in tenebris volutantur, dum & veram Sapientiam abnegatam volunt, & eam quæ non est, indagant,

ficuti Manichæi Deum ſibi comminiſcẽtes, & verum Deum inficiantes. Sed audiant & cæteræ hęreſes vnà cum Manichæis, Chriſti Patrem vnum eſſe naturæ conditorem & opificem, per ſuum verbum, Audiant priuatim & Ariomanitæ, vnum eſſe Dei verbum, & ſolũ, & proprium & genuinum, eundemque ex ipſius Dei ſubſtãtia Filium, habereque cum Patre ſuo inſeparabilem deitatis vnionem, vt ſæpius iam diximus, vtpote ita edocti ab ipſo ſaluatore. Alioqui, ſi ita ſe non habeat, cur per eum Pater creat, & in eo reuelatur, cui vult, eoſque illuminat? aut cur dum initiamur Baptiſmate, vnà cum Patre Filii quoque nomen recẽſetur? Nam vt Pater ſit inſufficiens, nefaria vox eſt: ac ſi ſufficiens eſt, quę piorum hominum ſententia eſt, quis vſus Filii, vel ad creationem, vel ad Sanctum lauacrum? Quæ enim congruentia coaptitudoque cum creatore? aut cur id quod factum eſt, connumeratur cum factore, ad initiandi perfectionẽ? aut cur ſecundum vos, Fides in vnũ creatorem, & in vnam creaturam traditur? Si enim, vt coaptemur deitati: quid opus eſt creatura? ſin autẽ, vt couniamur filio, quem creaturam vultis, ſuperflua ſecundum vos in Baptiſmatis ratione, Filii nuncupatio. Nam Deus, qui illum Filium reddidit, ſatis potens eſt, vt nos quoque ſibi filios reddat. Alioqui, ſi creatura eſt Filius, cum vna ſit natura rationalium creaturarum, nulla omnino creaturæ à creatura opitulatio inferri poterit, eo quod omnes indigeant gratia Dei. Paucis quidem ſuperius diximus, congruenter per eum facta eſſe vniuerſa: ſed tamẽ quia ſeries dicendi nos ad mentionem Sacri Baptiſmatis adduxit, neceſſum eſt vt de ea re, quẽadmodum & ſentio & credo verba faciamus. Non enim, quaſi non ſufficiat Pater, ideo vna connominatur & Filius, neq; id temere fit aut fortuitò: ſed quoniam Filius eſt Verbum Dei, & propria Sapientia, Splendorque illius, & cum eo, vtpote cum Patre ſuo ſemper exiſtit, ideo impoſſibile eſt vt præbente Patre, non præbeat in Filio id ipſum ꝙ præbet: In Patre enim eſt Filius, vt ſplẽdor in luce: Siquidem Deus, nõ vt impotens ſed vt Pater in ſua ſapientia fundauit terram, & ſuo verbo condidit omnia, & Sacrum Baptiſma in Filio confirmat. Vbi enim Pater, ibi & Filius: vt vbi lux, ibi ſplendor: & vt Pater operatur, ita & Filius, quemadmodum Saluator ſuiſmetipſius verbis indicat: *Quæ video Patrem facientem, ea quoque & ipſe facio.* Eadem ratione, vbi Baptiſmus datur: quem baptizat Pater, baptizat & Filius: & quem Filius baptizat, is in Spiritu Sãcto initiatur. Rurſum, ſicut ſole lucẽte, dixeris ſplẽdorẽ illuminare: vna enim eademq; hic lux eſt, quæ neutiquã à ſole diuidi aut abſcindi poteſt: ita rurſus, vbi Pater eſt vel nominatur, ibi omnino & Filius exiſtit. Nominatur autẽ Pater in Baptiſmate, neceſſariũ ergo eſt, & Filiũ vna nominari. Eaque de cauſa, vbi Chriſtus ad Sanctos promiſſiones edit, ita locutus eſt: *Veniemus ego & pater, & manſionem apud eum faciemus.* Et rurſum, *vt quemadmodum ego & tu vnum ſumus, & illi vnum ſint in nobis*, Vna quoque eademque gratia eſt quæ in munus venit, & per Filium à Patre in nos confertur, vt Paulus ſcribit:

ὡς μανιχαῖοι πλάττοντες ἑαυτοῖς ἕτερον, καὶ τὸν ὄντα θεὸν ἀρνέμενοι· ἀλλ' ἀκουέτωσαν μὲν αἱ λοιπαὶ αἱρέσεις καὶ μανιχαῖοι ὅτι εἷς ἐστιν ὁ θεὸς λόγος· ὁ μόνος ἴδιος καὶ γνήσιος ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ὢν υἱός· καὶ ἀχώριστον ἔχων τὴν πρὸς τὸν πατέρα ἑαυτοῦ τὴν ἑνότητα τῆς θεότητος ὡς πολλάκις εἴπομεν· μαθόντες παρ' αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος· ἐπεὶ εἰ μὴ οὕτως ἔχει, διατί δι' αὐτοῦ κτίζει ὁ πατήρ, καὶ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτει οἷς ἂν θέλῃ, καὶ φωτίζει τούτους; ἢ διατί καὶ τῇ πλύσει τοῦ βαπτίσματος συγκατονομάζεται τῷ πατρὶ ὁ υἱός; εἰ μὲν γὰρ αὐτάρκης οὐκ ἐστιν ὁ πατήρ, ἀσεβὴς ἡ φωνή· εἰ δὲ αὐτάρκης, τοῦτο γὰρ θέμις εἰπεῖν, τίς ἡ χρεία τοῦ υἱοῦ· ἢ εἰς τὴν δημιουργίαν· ἢ εἰς τὸ ἅγιον λουτρόν; ποία γὰρ κοινωνία τῷ κτίσματι πρὸς κτίσιν; διατί πεποιημένον σωτηριωθῆναι τῷ ποιήσαντι εἰς τὸ τῶν πάντων τελείωσιν; ἢ διατί ἡ πίστις καθ' ὑμᾶς εἰς κτίσιν ἢ ἐν κτίσμα φέρουσα δίδοται; εἰ μὲν γὰρ ἵνα σωαφθῶσι τῇ θεότητι· τίς ἡ χρεία τοῦ κτίσματος; εἰ δὲ ἵνα ἑνωθῶμεν τῷ υἱῷ κτίσματι ὄντι, πρεπτὴ καθ' ὑμᾶς ἡ ἐν τῷ βαπτίσματι τοῦ υἱοῦ ὀνομασία· ὁ γὰρ αὐτὸν ἐργοποιήσας θεός, ἱκανός ἐστι καὶ ἡμᾶς ἐργοποιῆσαι· ἀλλως τε εἰ κτίσμα ἐστὶν ὁ υἱός· μιᾶς οὔσης φύσεως τῶν λογικῶν κτισμάτων, οὐ μία πρὸς κτίσματι κτίσματι βοηθεία γίνεται· διὰ τὸ πάντας ὁμοίως τῆς παρὰ θεοῦ χάριτος ὀλίγα μὲν καὶ παραλείποντες εἴπομεν· ὡς ἀληθῶς δ' αὐτὸ γέγονε τὰ πάντα· Ἐπειδὴ γὰρ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἡ ἀλήθεια πεποίηκεν ἡμᾶς μνημονεύσαι, ἀναγκαίως γε νῦν καὶ πεπίσθυκα λέγειν, καὶ ὡς μὴ αὐτάρκους ὄντος τοῦ πατρὸς σωνομάζεται καὶ ὁ υἱός· ὐδὲ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν· ἀλλ' ἐπειδὴ λόγος ἐστὶ τοῦ θεοῦ καὶ ἰδία σοφία· ἀπαύγασμά τι ὢν αὐτοῦ, ἀεὶ ἐστὶ μὲν ὁ πατήρ· διατοῦτ' ἀδυνάτον παρέχοντος τοῦ πατρὸς μὴ ἐν υἱῷ δίδοσθαι τὴν χάριν· ἐν τῷ πατρὶ γάρ ἐστιν ὁ υἱὸς ὡς τὸ ἀπαύγασμα ἐν τῷ φωτί· ὐ γὰρ ὡς ἐνδεὴς ὁ θεὸς· ἀλλ' ὡς πατὴρ τῇ ἑαυτοῦ σοφίᾳ τεθεμελίωκε τὸν γῆν· καὶ τῷ ἐξ αὐτοῦ λόγῳ τὰ πάντα πεποίηκε· τότε, ἅγιον λουτρὸν τῷ υἱῷ βεβαιοῖ· ἔνθα γὰρ ὁ πατήρ, ἐκεῖ καὶ ὁ υἱός ἐστιν· ὡς ἔνθα τὸ φῶς ἐκεῖ καὶ τὸ ἀπαύγασμα· καὶ ὥσπερ ἀὸ πατὴρ ἐρχάζεται διὰ τοῦ υἱοῦ ἐρχάζεται· καὶ λέγει αὐτὸς ὁ κύριος ἀ βλέπω τὸν πατέρα ποιοῦντα, ταῦτα κἀγὼ ποιῶ· οὕτως τὸ βαπτίσματος διδόμενον βαπτίζει ὁ πατήρ, τοῦτον ὁ υἱὸς βαπτίζει· καὶ ὃν ὁ υἱὸς βαπτίζει, ὅτος ἐν πνεύματι ἁγίῳ τελειοῦται· πάλιν τι ὥσπερ τὸν ἡλίου φαίνοντος λέγει ἄν τις καὶ τὸ ἀπαύγασμα φωτίζειν· ἐν γάρ ἐστι τὸ φῶς καὶ οὐκ ἔστι διελεῖν ἀδὲ ἐπινοῆσαι, ὅτως πάλιν ἔνθα ὁ πατήρ ἐστιν ἢ ὀνομάζεται, ἐκεῖ πάντως καὶ ὁ υἱὸς ὑπάρχει· ὀνομάζεται δ' ἐν τῷ βαπτίσματι ὁ πατὴρ· ἀνάγκη καὶ τὸν υἱὸν συγκατονομάζεσθαι· διαλέγεται καὶ τοῖς ἁγίοις ἐπαγγελλόμενος, οὕτως ἔλεγεν· ἐλευσόμεθα ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν καὶ πάλιν ὡς ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν, κἀκεῖνοι ἓν ὦσιν ἐν ἡμῖν, καὶ ἡ διδομένη δὲ χάρις, μία ἐστὶ· διὰ δὲ πατρὸς ἐν υἱῷ διδομένη, ὡς ὁ παῦλος

scribit:

Διὰ πάσης ἐπιστολῆς γράφει χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ· δεῖ γὰρ τὸ φῶς εἶναι μετὰ τῆς αὐγῆς· καὶ τὸ ἀπαύγασμα σὺν δόξῃ μετὰ ἰδίου φωτός. ὅθεν ἰουδαῖοι μετὰ τούτων ἀρνούμενοι τὸν υἱόν, οὐκ ἔχουσιν οὐδὲ τὸν πατέρα, καθελκύσαντες καὶ τὴν πηγὴν τῆς σοφίας· ὡς ὀνειδίζων αὐτοὺς εἶπεν ὁ βαρούχ. ἀπέβαλον ἀφ' ἑαυτῶν καὶ τὴν ἐκ ταύτης ζοφίαν τὸν κύριον ἡμῶν ἰησοῦν χριστόν. χριστὸς γάρ φησιν ὁ ἀπόστολος, θεοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία. λέγοντες οὖν ἔχομεν βασιλέα εἰ μὴ καίσαρα. ἰουδαῖοι μὲν οὖν ἔχουσι τῆς ἀρνήσεως τὰ ἐπίχειρα τῆς ἀπιστίας. ἀπώλεσαν γὰρ σὺν τῇ πόλει καὶ τὸν λογισμόν· ἕτοι δὲ κινδυνεύουσι λοιπὸν καὶ περὶ αὐτὸ τὸ πλήρωμα τοῦ μυστηρίου φημὶ δὴ τὸ βάπτισμα· εἰς γὰρ ὄνομα πατρὸς καὶ υἱοῦ δίδοται ἡ τελείωσις. ὃ λέγουσι μὴ πατέρα ἀληθινόν· διὰ τὸ ἀρνεῖσθαι τὸ ἐξ αὐτοῦ ὅμοιον τῆς οὐσίας· ἀρνοῦνται δὲ καὶ τὸν ἀληθινὸν υἱόν. καὶ ἄλλον ἑαυτοῖς ἐξ οὐκ ὄντων κτιστὸν ἀναπλάττοντες ὀνομάζουσι. πῶς ὁ παντελῶς κενὸν καὶ ἀλυσιτελὲς τὸ παρ' αὐτῶν διδόμενόν ἐστι, πρὸς ποίησιν μοῦ ἔχον· τῇ δὲ ἀληθείᾳ μηδὲν ἔχον πρὸς βοήθειαν εὐσέβημα; ὁ γὰρ εἰς πατέρα μὴ υἱὸν διδόασιν οἱ ἀρειανοί. ἀλλ' εἰς κτίσιν καὶ κτίσμα· καὶ εἰς ποίημα καὶ ποιητήν. ὥσπερ δὲ ἄλλο ἐστὶ κτίσμα παρὰ τὸν υἱόν, ἵνα ἄλλο εἴη τῆς ἀληθείας τὸ παρ' αὐτῶν νομιζόμενον δίδοσθαι, καὶ τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ διὰ τὸ γεγραμμένον ὀνομάζειν προσποιοῦνται· ὁ γὰρ ὁ λέγων ἁπλῶς κύριε, ἵνα δίδωσιν. ἀλλ' ὁ μετὰ τοῦ ὀνόματος καὶ τὴν πίστιν ἔχων ὀρθὴν διατέτακται γοῦν καὶ ὁ σωτὴρ οὐκ ἁπλῶς ἐνετείλατο τὸ βαπτίζειν· ἀλλὰ πρῶτον φησὶ μαθητεύσατε, εἶθ' ἵνα βαπτίζητε εἰς ὄνομα πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος. ἵν' ἐκ τῆς μαθήσεως ἡ πίστις ἡ τοῦ βαπτίσματος τελείωσις προσπεθῇ· πολλαὶ γοῦν καὶ ἄλλαι αἱρέσεις λέγουσι τὸ ὀνόμα μόνον μὴ φρονοῦσαι δὲ ὀρθῶς ὡς εἴρηται· μὴ δὲ τὴν πίστιν ὑγιαίνουσαν ἔχουσι, ἀλυσιτελὲς ἔχουσι καὶ τὸ παρ' αὐτῶν διδόμενον ὕδωρ, λειπόμενον εὐσεβείας· ὥστε καὶ τὸν ῥαντιζόμενον παρ' αὐτῶν ῥυπαίνεσθαι μᾶλλον ἐν ἀσεβείᾳ, ἢ λυτροῦσθαι· ἵνα καὶ ἕλληνες καί τι θεὸν λέγοντες, ἀθεότητος ἔχουσιν ἔγκλημα, ὅτι τὸν ὄντως ὄντα καὶ ἀληθινὸν θεὸν, ὃ γινώσκουσι τὸν πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ· ἵνα μανιχαῖοι καὶ φρύγες· καὶ οἱ τοῦ σαμοσατέως μαθηταί, τὰ ὀνόματα λέγοντες, οὐδὲν ἧττον εἰσὶν αἱρετικοί. ἵνα καὶ καθ' ἑξῆς λοιπὸν καὶ οἱ τὰ ἀρείου φρονοῦντες. κἂν ἀναγινώσκωσι τὰ γεγραμμένα. καὶ λέγωσι τὰ ὀνόματα, καὶ αὐτοὶ παίζουσι τοὺς λαμβάνοντας παρ' αὐτῶν πλέον τῶν ἄλλων αἱρετικῶν ἀσεβέστεροι τυγχάνοντες· καὶ κατὰ τὸ λογικὸν ὑπερκείμενοι τούτων· καὶ ἑλκύσαντες αὐτοὺς ἐκ τῆς ἑαυτῶν ἀθυρογλωττίας. ἐκεῖναι μὲν γὰρ πλέον τι τῆς ἀληθείας καταψεύδονται· καὶ ἡ περὶ τὸ σῶμα σφάλλονται· λέγοντες

scribit: *Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.* Necessum est enim, lucem cum splendore esse, & radios videri vna cum luce. Quapropter Iudæi vna cũ Arianis filium abnegantes, ne Patrem quidem habent. Obturantes enim fontem Sapientiæ (vt illis exprobrat Baruch) abiecerunt etiam à se sapientiam inde promanãtem, Dominum nostrum Iesum Christum. Siquidem *Christus* (vt ait Apostolus) *Dei Virtus & Dei Sapientia.* Iudæi igitur, dum affirmant se non habere regem nisi Cæsarem, pro ista inficiatione egregium superpondium auctariumque suæ pœnæ adiecerunt. Perdiderunt enim vna cum ciuitate ratiocinationem. Ariani autem in periculum veniunt, ne amittãt integritatem mysterii: loquor autem de Baptismate. Si enim in nomine Patris & Filii datur perfectitudo plenaque initiatio, Patrem autem verum illi non pronunciant, eo quod negent aliquid ex ipso existere & simile esse illius substantiæ, negant quoque verum Filium, aliumque ex non entibus conditum sibi comminiscentes in Baptismate proferunt: qui (quæso) igitur non plane vanum ac inutile fuerit Baptisma, quod ab illis datur, quum id non nisi species sit & inane simulachrum, ipsique ea re nihil solidæ opis adferant ad pietatem? Nõ enim in Patre & filio tribuunt baptisma Ariani, sed in creatore & creatura, in factore & factura. Sicuti igitur creatura diuersum quiddam est à Filio: ita diuersum quiddam à vero Baptismate est quod ab illis existimatur dari, tametsi nomen Patris & Filii, quia illa in Scripturis vident, simulent sese nominare. Non enim, qui simpliciter ait Domine, is est qui donat legitimum Baptisma, sed qui nomen exprimit, & fidem rectam habet. Ideoque Saluator non quouis modo Baptizandum præcepit, sed primum dixit, Docete, ac deinde Baptizate in nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti, vt ex doctrina recta fides oriretur, & cum Fide Baptismatis integra initiatio perficeretur. Certe, aliæ etiam hæreses eæque numero non exiguæ, nomine tenus ritum istum pronunciant, sed non recte sentientes, vt dictum est, neque sanam fidem retinentes, inutilem possident aquam, quam impertiunt, nimirum numine & religione destitutam: adeo, vt qui ab illis adspergantur, sordescant potius praua religione, quàm redimantur. Ita quoque & Ethnici, quanquam Deum in ore habent, impietatis crimini subiiciuntur, eo quod verum Deum non agnoscant Patrem Domini nostri Iesu Christi. Itidem quoque Manichæi & Phryges, ac discipuli Samosatensis, nomina ipsa pronunciantes, nihilo ob id sunt minus hæretici: ita quoque deinceps & reliqui, & qui cum Ario sentiunt, etiamsi recitent scripta, proloquanturque ipsa nomina, frustrantur illudunt-que iis, qui ab ipsis Baptisma accipiunt, homines nimirum improbiores quàm vlli hæretici, quos indies magis ac magis superant, hæresesque omnes propemodum iustas oris sui effrenitate reddunt. Illæ enim supra veritatem aliquid admentiuntur, & vel circa corpus errant,

inquientes, Dominum ex Maria carnem non habuisse, aut mortuum non esse, aut hominem re vera non fuisse, sed speciem duntaxat hominis ostendisse, visumque habuisse corpus aliquod cum nullum haberet, & inane simulachrum humanæ formæ præ se tulisse, qualia sunt visa quæ in somnis apparent. Isti vero non ita, sed manifesto in patrem scelerati sunt, cuius diuinitatem in Filii imagine contestatam blasphemant: quippe, qui eam dicant creaturam esse, & illud, fuit, quando non fuit, vel, uti cœnum in matsupio circunferant, & hoc, veluti virus serpentes, obiiciant. Deinde, quia abominabile est apud omnes eorum dogma, statim veluti fulcrum quoddam ruinosæ hæresi, excellentiam humanitatis Christi subiiciunt, vt eam suspiciens admiransque simplicior non deprehendat noxam vesaniæ illorum: Quid? an non misericordia digni sunt, qui tam misere ab istis decipiuntur? an non digni lachrimis, qui præsentis præstigii voluptate deliniti, suasmet ipsi vtilitates produnt, & à futura spe excidunt? Quum enim eum esse credant, qui non est, hacque persuasione suscipiant, nihil suscipiunt, creaturæque coaptati nullam ex re creata opem sentiunt: & dum in id quod dissimile est, & alienum à substantia Patris, fidem habent: fit, vt Patri non coaptentur, vt qui non habeant patris naturalem & genuinum Filium qui est in Patre, in quo & Pater est (vt ipse dixit,) sed illorum fraudibus circumuenti, nudi inopesque deitatis relinquantur. Non enim illos, vbi vita defuncti fuerint, terrenum istud & euanidum præstigii figmentum sequetur. Neque, quum viderint eum, quem inficiati sunt, Dominum sedere in solio Patris sui, & iudicare viuos & mortuos: in auxilium aduocare poterint quenquam eorum, à quibus decepti sunt: quippe, quos ipsi reos visuri sint, & sese præ dolore afflictantes ob ea, quæ iniustè vel impiè fecerunt. Hactenus ista pro defensione dicti illius Prouerbiorum tractauimus, insistentes contra istorum bruta & fabulosa cordium figmenta: vt, vbi cognitum habuerint, nomen creaturæ non congruere in Filium Dei, & recte legant, & inter legendum rectam esse in prouerbio isto sententiam deprehendant. Scriptum est enim: Dominus creauit me initium viarum suarum ad opera sua. Sed quia Prouerbia sunt, & prouerbiali schemate dicuntur, non conuenit, vt quæque obuia est dictio, ita eam statim excipere, quum personam prius expendere oporteat, & ita ad pietatem sententia accommodanda sit. Quæ enim in Prouerbiis dicuntur, non de plano dicuntur, sed aliquid abstrusi subindicant, quemadmodum & ipse Dominus suis verbis testatus est: *Hæc in prouerbiis locutus sum vobis, sed venit hora, quum non amplius vobis in Prouerbiis loquar, sed palam.* Retegenda est igitur mens verborum, & vt abstrusior, inuestiganda: nec quasi perspicue simpliciterque dicta sint verba, arripienda sunt: ne male interpretantes à veritate aberremus.

Si

λέγοντες μὴ ἐκ μαρίας ἐσχηκέναι σάρκα τὸν κύριον, ἢ ὅτι ὅλως οὐ γέγονε θνατός· οὐδὲ ὅλως ἄνθρωπος γέγονεν· ἀλλὰ μόνον ἐφάνη καὶ οὐκ ἦν ἀληθῶς· καὶ ἐδόκει σῶμα ἔχειν μὴ ἔχων· καὶ ἐδόκει ἄνθρωπος φαινέσθαι ὡς ἐν ὀνείρῳ φαντασίας· οὗτοι δὲ εἰς αὐτὸν τὸν πατέρα, φανερῶς ἀσεβοῦσι· τὴν γὰρ θεότητα αὐτοῦ εἰς τὸν υἱὸν ὡς ἐν εἰκόνι μαρτυρουμένην ἀκούοντες ἀπὸ τῶν γραφῶν, βλασφημοῦσιν αὐτὴν λέγοντες εἶναι κτίσμα· καὶ πανταχοῦ φέρει αὐτῆς τὸ οὐκ ἦν ὡς ἐν πύρα βορβορον τὸ λεξείδιον τοῦτο φέρουσι· καὶ ὡς ὄφις τὸν ἰὸν, τοῦτο προβάλλονται· εἶτα, ἐπειδὴ ναυσηρὸν πᾶσι τὸ παρ' αὐτοῖς ἐστι δόγμα· ἀλλὰ ἔρεισμα τῷ πώματι τῆς αἱρέσεως, τὴν ἀνθρωπίνην θεότητα ὑποτιθέασι· ἵνα τοῦτο βλέπων ὁ ἀπλούστερος· καὶ δεδιὼς μὴ καταυνᾷ τὸ βλαβερὸν τῆς κακοφροσύνης αὐτῶν· πῶς οὖν οὐκ ἄξιον οἰκτεῖραι τοὺς παρ' αὐτῶν ἀπατωμένους; ἢ πῶς οὐκ ἐπὶ τούτοις δακρύσαι καλὸν, ὅτι τῇ προσκαίρῳ ἡδονῇ τῆς ἡδοιπὸς φαντασίας προδίδοασι τὸ ἑαυτοῖς συμφέρον· καὶ ἐκπίπτουσι τῆς μελλούσης ἐλπίδος; εἰς γὰρ τὸ οὐκ ὄντα δοκοῦντες λαμβάνειν, ἀδεῶς ἀληθοῦς ἔσονται· κτίσματί τε συντασσόμενοι, ἀδεμίαν παρὰ τῆς κτίσεως ἕξουσι βοήθειαν· εἰς ἀνόμοιον γὰρ καὶ ἀλλότριον κατ' οὐσίαν τοῦ πατρὸς πιστεύοντες, ἀπωθήσονται τὸν πατέρα· μὴ ἔχοντες τὸ ἴδιον καὶ ἐξ αὐτοῦ φύσει γνήσιον τὸν τοῦτο τὸν πατέρα· ἐν ᾧ καὶ ὁ πατὴρ ἐστιν ὡς αὐτὸς εἴρηκεν· ἀλλὰ πλανηθέντες ἀπὸ τούτων, ἔρημοι καὶ γυμνοὶ λοιπὸν ἀπομένουσι τῆς θεότητος οἱ ἄθλιοι· οὐδὲ γὰρ ἀκολουθήσει τούτοις ἀποθνήσκουσιν ἢ τῶν ὑπὸ γῆς φαντασία· ἀλλ' ὅταν ἴδωσιν ὃν ἠρνήσαντο κύριον καθήμενον ἐπὶ τὸν θρόνον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· καὶ κρίνοντα ζῶντας καὶ νεκρούς, διωκόσει τις εἰς βοήθειαν ἐπικαλέσασθαί τινα· κρινομένους γὰρ καὶ αὐτοὺς ὄψονται καὶ μεταμελομένους ἐφ' οἷς ἠδίκησαν καὶ ἠσέβησαν· ταῦτα περὶ τὰ ῥητὰ τῶν παροιμιῶν τὸν διελαβόμενον σκιζόμενοι πρὸς τὰς ἀλόγους σκληρίας αὐτῶν μυθοπλασίας· ἵνα γοῦν τοῖς ὡς ἔχει δόξει λέγειν κτίσμα τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, μάθωσι καλῶς ἀναγινώσκειν καὶ αὐτὸ τὸ ἐν ταῖς παροιμίαις ῥηθὲν ὀρθῶς ἔχον καὶ αὐτὸ τὴν διάνοιαν· γέγραπται μὲν γὰρ, κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ· ἀλλ' ἐπειδὴ παροιμίαι εἰσὶ· καὶ παροιμιωδῶς ἐλέχθη, ἃ δεῖ τὸ πρόχειρον λέξιν ἁπλῶς ἅτοις ἐκλαμβάνειν· ἀλλὰ τὸ πρόσωπον ζητῆσαι, καὶ οὕτως μετ' εὐσεβείας τὸν νοῦν ἐφαρμόζειν αὐτῷ· τὰ γὰρ ἐν παροιμίαις λεγόμενα, οὐκ ἐκ φανεροῦ λέγεται· ἀλλὰ κεκρυμμένως ἀπαγγέλλεται ὡς αὐτὸς ὁ κύριος ἐδιδαξεν ἐν τῷ κατὰ ἰωάννην εὐαγγελίῳ· ταῦτα ἐν παροιμίαις λελάληκα ὑμῖν, ἀλλ' ἔρχεται ὥρα, ὅτε οὐκέτι ἐν παροιμίαις λαλήσω ὑμῖν, ἀλλὰ παῤῥησίᾳ· οὐκοῦν δεῖ καλύπτειν χρὴ τὸν νοῦν τοῦ ῥητοῦ· ὡς κεκρυμμένον τὸ τοῦτον ζητεῖν· καὶ μὴ ὡς ἐν παῤῥησίᾳ εἰρημένον ἁπλῶς ἐκλαμβάνειν· ἵνα μὴ παρεξηγούμενοι, πλανηθῶμεν ἀπὸ τῆς ἀληθείας·

ἡ μὲν

εἰ μὲν οὖν περὶ ἀγγέλου ἢ ἑτέρου τινὸς τῶν γενητῶν ἐστὶ τὸ γεγραμμένον, ὡς περὶ ἑνὸς ἡμῶν ποιημάτων ἔστω λεγόμενον τὸ ἔκτισέ μέ· εἰ δὲ ἡ σοφία τοῦ θεοῦ ἐστιν, ἐν ᾗ πάντα τὰ γενητὰ δεδημιούργηται, ἢ περὶ ἑαυτῆς λέγουσα· τί δεῖ νοεῖν ἢ ὅτι τὸ ἔκτισε φάσκουσα οὐκ ἐναντίον τῷ ἐγέννησεν λέγει· οὐ δὲ ὡς ἐπιλαθομένη ὅτι κτίζουσά ἐστι καὶ δημιουργός· ἢ ἀγνοοῦσα τὴν διαφορὰν τοῦ κτίζοντος· ἐν τῶν κτισμάτων ἐν τοῖς κτίσμασιν ἑαυτὴν συναριθμεῖ· ἀλλά τινα νοῦν ὡς ἐν παροιμίαις οὐ παῤῥησίᾳ, κεκρυμμένον δὲ σημαίνει· ὃν τοῖς μὲν ἁγίοις ἐνέπνευσε προφητεύειν· αὐτὴν δὲ μετ' ὀλίγα ἐκ προσώπου ἑαυτῆς ἐνεργοῦσαν ἐν ἑτέραις λέξεσι σημαίνουσα φησὶν ἡ σοφία ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον· δῆλον δέ ἐστιν οἶκον εἶναι τὴν σοφίας, τὸ ἡμέτερον σῶμα· ὅπερ ἀναλαβὼν γέγονεν ἄνθρωπος καὶ ἐκ τούτου μὲν δὴ μὲν ἰωάννης λέγει), ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο· διὰ δὲ σολομῶντος, περὶ ἑαυτῆς ἡ σοφία μετὰ προφητικῆς φησιν· οὐχ ὅτι κτίσμα ἐστὶ, ἀλλ' ὅτι κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ· ἀλλ' οὐκ εἰς τὸ εἶναί με ἔκτισε· οὐ δὲ ὅτι κτίσματος δέχεται καὶ γένεσιν ἔχω καὶ ἐνταῦθα γὰρ οὐ τὴν οὐσίαν τῆς θεότητος αὐτοῦ· οὐδὲ τὴν ἐκ πατρὸς ἀΐδιον ἑαυτοῦ καὶ γνησίαν γέννησιν ὁ λόγος σημαίνων, διὰ σολομῶντος εἴρηκεν· ἀλλὰ πάλιν τὸ ἀνθρώπινον καὶ τὴν εἰς ἡμᾶς οἰκονομίαν αὐτοῦ· διὸ καὶ καθὼς προεῖπον· οὐκ εἶπε κτίσμα εἰμὶ· ἢ κτίσμα ἐγνώμην· ἀλλὰ μόνον ἔκτισε· τὰ μὲν γὰρ κτίσματα κτίσιν ἔχοντα τὴν οὐσίαν· τῶν γενητῶν ἐστι καὶ λέγεται καὶ κτίζεται· καὶ πάντως τὸ κτίσμα κτίζεται· ἡ δὲ τοῦ ἔκτισε μόνη λέξις λεγομένη, οὐ πάντως τὴν οὐσίαν ἢ τὴν γένεσιν σημαίνει· ἀλλά τι ἕτερον δηλοῖ γίνεσθαι περὶ ἐκεῖνον περὶ οὗ λέγει, καὶ οὐ πάντως τὸ λεγόμενον κτίζεσθαι· ἤδη τῇ φύσει καὶ τῇ οὐσίᾳ κτίσμα ἐστὶ· καὶ παντὸς τὴν διαφορὰν οἶδεν ἡ θεία γραφὴ περὶ τῶν κτισμάτων λέγουσα· ἐπληρώθη ἡ γῆ τῆς κτίσεώς σου· καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις συστενάζει καὶ συνωδύνει· ἐν δὲ τῇ ἀποκαλύψει φησὶ, καὶ ἀπέθανε τὸ τρίτον μέρος τῶν κτισμάτων τῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ τὰ ἔχοντα ψυχὰς, καθὼς καὶ πανταχοῦ λέγει· πᾶν κτίσμα θεοῦ καλὸν· καὶ οὐδὲν ἀποβλητὸν μετὰ εὐχαριστίας λαμβανόμενον· ἐν δὲ τῇ σοφίᾳ, γέγραπται· καὶ τῇ σοφίᾳ σου κατεσκεύασας τὸν ἄνθρωπον· ἵνα δεσπόζῃ τῶν ὑπὸ σοῦ γενομένων κτισμάτων· καὶ ὅτι ταῦτα κτίσματα ὄντα λέγει κτίζεσθαι· οὕτως πάλιν ἐστὶν ἀκοῦσαι τοῦ μὲν κυρίου λέγοντος, ἀπ' ἀρχῆς γὰρ ὁ κτίσας ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς· μωϋσέως δὲ ἐν τῇ ᾠδῇ γεγράφοντος· ἐπερωτήσατε ἡμέρας προτέρας τὰς γενομένας πρὸ τῆς ἡμέρας ἧς ἔκτισεν ὁ θεὸς ἄνθρωπον ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἀπὸ τοῦ ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ· ὁ δὲ

Si igitur de Angelo, aut alio quopiam creato, quales nos sumus, hic sermo instituitur, concedamus hoc verbū (creauit) simpliciter dictum esse. Sin autem de vera Sapientia Dei fit mentio, in qua quicquid rerum est, conditum est, eaque illa ipsa est, quæ ista de seipso loquitur: quid intelligendum aliud, dum illa de se hoc modo loquitur, quam si seipsam genitam esse dixisset? quippe, quæ non immemor inter dicendum se creatricem & opificem rerum esse aut ignara, quid differentiæ sit inter creantem & creaturam, inter creaturas tamen sese adnumeret: sed sensum certum, vt in Prouerbiis solet, non apertum quidem illum, sed abstrusum insinuet, quem filiis suis ad prophetandum inspirabat. Eadem illa paulo post, ex mutua similium inter se comparatione, illud verbum (creauit) aliis dictionibus interpretata est, dum inquit Sapientia ædificauit sibi domum: certum enim est, domum Sapientiæ esse nostrum corpus, quo assumpto, Sapientia ista homo facta, atque ideo merito ab Ioanne dictum est, *Verbum caro factum esse*. Et per Salomonem ipsa de se Sapientia cautim cum certa verborum formula mentionem facit, dum se nequaquam creaturam nominat, sed duntaxat ait, *Dominus creauit me initio viarum suarum ad opera sua*, neque addit in suis verbis ideo vt essem, creauit me: neque in id, vt creationis initium & ortum haberem. Isthic enim Verbum per Salomonem loquens non substantiam suæ deitatis, aut æternam ex Patre genuinamque sui ipsius natiuitatem expressit, sed contra, humanitatem & dispensationem suam, qua in rebus nostris functus est, significauit. Ideoque, quemadmodum prædixi, non ita de se pronunciat, creatura sum, aut creaturam me fecit, sed duntaxat creauit. Creaturæ certe quæ factitiam substantiam habent, ex numero rerum conditarum habendæ sunt, easque condi merito dixeris, & quicquid creatura est, creari nominaueris: non tamen per se hæc vnica dictio (condidit) aut (creauit) omnino substantiam aut ortum significat, sed aliud quippiam circa eum, de quo hoc profertur, geri agique denotat. Neque planè, quiquid condi pronunciatur, statim naturaliter & essentialiter opus aut creatura fuerit. Neque hoc genus discriminis incognitum scripturæ est: De creaturis enim loquens, Impleta est (inquit) terra creatura tua, & ipsa creatura congemiscit nobiscum, & condolet. In Apocalypsi porro periit tertia pars creaturarum marinarum quæ animas habebant: quo genere locutionis etiam Paulus vsus est: *Omnis creatura Dei bona est, nihilque est abominabile, modo id cum gratiarum actione sumatur*. Et in sapientia scriptum est, *In Sapientia tua instruxisti hominem, vt dominaretur creaturarum, quas tu fecisti*. Et quia istæ creaturæ erant, fieri condique appellantur. Ita quoque vicissim audire licet, & Dominum loquentem, *Ab initio qui condidit, marem & fœminam fecit eos*: & Moses itidem in suo carmine modulantem: *Interrogate dies qui ante te fuerunt, ab illo die in quo condidit Deus hominem in terra, & ad summum cœli.*

Nec non Paulum ad Coloſſenſes: *Qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ, quia in eo condita ſunt vniuerſa, & quæ in cælis ſunt, & quæ in terra, tum viſibilia, tum inuiſibilia, ſiue ſint Throni, ſiue Dominationes, ſiue principatus, ſiue Poteſtates, omnia per illum & in illo ſunt condita, & ipſe eſt ante omnia.* Quod igitur, quæ ex natura creatitiam eſſentiam habeant, creaturæ & creari appellentur, iſta pro admonitione ſufficiunt, quum alioqui plena ſit ſcriptura iſtarum rerum. Quod autem iſta vox (condidit) ſiue, creauit, neque vbique ſubſtantiam aut ortum ſignificet, vel ex Dauide pſallente cognoueris: *Scribantur iſta in aliam ætatem, & populus qui creabitur laudabit Dominum.* Ac rurſum, *Cor mundum crea in me Deus.* Et ad Epheſios Paulus, *Legem præceptorum in dogmatibus ociosam reddidit, vt duos conderet in ſe in vnum & in nouum hominem.* Et iterum: *Induite nouum hominem conditum ſecundum Deum in iuſtitia & ſanctitate veritatis.* Neque enim Dauid de populo eſſentialiter condendo locutus eſt: neque aliud cor, quàm quod habebat, optauit accipere: ſed eam quæ ſecundum Deum eſt, innouationem inſtaurationemque votis quæſiuit. Neque item Paulus eſſentialiter duos condendos in Domino, ſignificauit, neque re vera alium hominem nos induere iuſſit, ſed per hominem ſecundum Deum, innuit nobis vitam ſecundum virtutem, ac per duos in Chriſto condendos, duos populos in eo renouandos indicabat. Quin & illud Hieremiæ tale eſt: *Creauit Dominus nouam ſalutem ad plantandum, in qua ſalute ibunt homines*: quibus verbis, non eſſentiam alicuius creaturæ denotat, ſed in hominibus inſtaurandam ſalutem vaticinatur, quæ in Chriſto Ieſu nobis obuenit. Quum igitur tale ſit diſcrimen in vocibus iſtis, creatura, & creari, ſi inueniſtis aliquo modo Dominũ in ſcripturis creaturam appellari, oſtendite, & quantumlibet pugnate: quòd ſi tale nil de eo ſcriptum eſt, ſed ipſe de ſeipſo in Prouerbiis loquitur: *Dominus creauit me*, ſuffundamini pudore, quod iſtiuſmodi differentiam, & iſta prouerbiali ſchemate dicta non intellexeritis, & in poſterum illud, creauit, non ita intelligite, vt inde creaturam faciatis, ſed, id dictum eſſe de eius humanitate, ſentite. Humanitatis enim proprium eſt, creari. Quid? an non iniurii eſtis, quod vbi ex Dauide & Paulo auditis illud verbum, creauit, non eſſentiam inde aut ortum intelligitis, ſed renouationem? Contrà, vbi ex Deo auditis idem illud verbum, creauit, eſſentiam eius cum creaturis in eodem grege ſtatuitis. Rurſum, quum auditis, Sapientia ædificauit ſibi domum, & pro fulcris ſubſtituit ſeptem columnas, domum illam allegorice interpretamini: illud autem verbum, creauit, ad creaturæ ſignificationẽ transfertis. Neque quod opifex rerum ſit, vos pudefacit: neq; φ vnicum & propriũ Germẽ ſit ſui patris, in timorẽ vos coniicit,

ὁ δὲ παῦλος ἐν τῇ πρὸς κολασσαεῖς φησιν· ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ ἀοράτου πρωτότοκος πάσης κτίσεως· ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα· τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα· εἴ τε θρόνοι· εἴ τε κυριότητες· εἴ τε ἀρχαὶ· εἴ τε ἐξουσίαι, τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκλισεν· καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων· ὅτι μὲν οὖν τὰ φύσει τῇ οὐσίαν ἔχοντα κλίσιν, κτίσματα λέγεται καὶ κτίζεται, ἀρκεῖ ταῦτα πρὸς ὑπομνησιν εἰρῆσθαι· πλήρης οὔσης τῆς γραφῆς· ὅτι δὲ ἡ τοῦ ἔκτισε μόνη λέξις λεγομένη οὐ πάντως τῇ οὐσίαν καὶ τῇ γένεσιν σημαίνει, ὁ μὲν δαβὶδ ψάλλει, γραφήτω αὕτη εἰς γενεὰν ἑτέραν· καὶ λαὸς ὁ κτιζόμενος αἰνέσει τὸν κύριον· καὶ πάλιν, καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ θεός· ὁ δὲ παῦλος ἐν τῇ πρὸς ἐφεσίους, φησὶν· τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας, ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ ἐν ἑαυτῷ εἰς ἕνα καὶ καινὸν ἄνθρωπον· καὶ πάλιν, ἐνδύσασθε τὸν καινὸν ἄνθρωπον τὸν κατὰ θεὸν κτισθέντα ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ τῆς ἀληθείας· οὔτε γὰρ ὁ δαβὶδ λαὸν ἵνα κατ' οὐσίαν κτιζόμενον ἔλεγεν· οὔτε καρδίαν ἑτέραν ἠύχετο λαβεῖν παρ' ἐαυτοῦ εἶχεν· ἀλλὰ τὴν κατὰ θεὸν ἀνανέωσιν καὶ ἀνακαίνισιν ἐσήμαινεν· οὔτε δὲ ὁ παῦλος κατ' οὐσίαν κτιζομένους ἐν τῷ κυρίῳ δύο τινὰς ἐδήλου· ἀλλ' ἑδὲ ἄλλον τινὰ ἐνδύσασθαι ἡμᾶς ἄνθρωπον συνεβάλλετο· ἀλλὰ τὸν μὲν κατὰ θεὸν ἄνθρωπον, τὸν κατὰ ἀρετὴν βίον ἔλεγε· τοὺς δὲ κτιζομένους ἐν χριστῷ, τοὺς ἀνακαινιζομένους ἐν αὐτῷ δύο λαοὺς ἐσήμαινε· τοιοῦτον ἐστὶ καὶ τὸ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ ἱερεμίου· ἔκτισε κύριος σωτηρίαν καινὴν εἰς καταφύτευσιν· ἐν ᾗ σωτηρίᾳ πεπιελεύσεται ἄνθρωπος· τοῦτο δὲ λέγων, οὐκ οὐσίαν τινὰ κτίσματος ἐσήμαινε· ἀλλὰ τὴν ἐν ἀνθρώποις ἀνακαινιζομένην σωτηρίαν προεφήτευε· τὴν γινομένην ἐν χριστῷ πρὸς ἡμᾶς· τοιαύτης δὴ οὔσης τῆς διαφορᾶς· πρός τε τῶν κτισμάτων καὶ τοῦ λεγομένου μόνου ἔκτισεν· εἰ μὲν οὖν εὕρητέ που τὸν κύριον λεγόμενον ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ κτίσμα, δείξατε καὶ μάχεσθε· εἰ δὲ μὴ γέγραπταί που κτίσμα εἶναι αὐτὸν· λέγει δὲ αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ ἐν παροιμίαις· κύριος ἔκτισέ με, ἐντεῦθεν ὑπὸ τῆς προειρημένης διαφορᾶς καὶ τῶν παροιμιωδῶς εἰρημένων· καὶ λοιπὸν τὸ ἔκτισε μὴ κτίσμα ἀκούετε· ἀλλὰ τὸ περὶ αὐτὸν γινόμενον ἀνθρώπινον· τοῦτο γὰρ ἴδιόν ἐστι καὶ τὸ κτίζεσθαι· ἐπεὶ πῶς οὐκ ἀδικεῖτε, ὅτι μὲν τοῦ δαβὶδ καὶ τοῦ παύλου ἀκούοντες τὸ ἔκτισεν, οὐ τὴν οὐσίαν καὶ τὴν γένεσιν νοεῖτε ἀλλὰ τὴν ἀνανέωσιν· τοῦ δὲ τὸν κύριον ἀκούοντες τὸ ἔκτισε τὴν οὐσίαν αὐτοῦ τοῖς κτίσμασι συναριθμεῖτε, πάλιν τὸ ἀκούοντες ἡ σοφία ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον καὶ ὑπήρεισε στύλους ἑπτὰ τὸ μὲν ἀλληγορεῖτε· τὸ δὲ ἔκλισεν αὐτὸν λαμβάνοντες μεταποιεῖτε αὐτὸν εἰς κτίσμα· καὶ ὅτε τὸ εἶναι αὐτὸν δημιουργὸν ἐδυσώπησεν ὑμᾶς· ὅτε τὸ εἶναι αὐτὸν μόνον ἴδιον λόγον καὶ παιδὸς ἐφοβήθητε·

ἀλλὰ

ἀλλὰ ἁπλῶς πρὸς αὐτὸν ἀπογραψάμενοι μάχεσθε· ἐλάττονά τι περὶ αὐτοῦ μᾶλλον, ἢ περὶ ἀνθρώπων νοεῖτε· ἡ γὰρ καὶ αὐτὸ τὸ ῥητὸν δείκνυσιν ὑμῶν μόνον εὕρεμα εἶναι τὸ λέγειν κτίσμα τὸν κύριον· πῶς γὰρ οὐσίαν ἑαυτῆς γινώσκων ὁ κύριος μονογενῆ σοφίαν καὶ γνήσιον τοῦ πατρὸς· καὶ ἄλλως οὐσίαν οὐδαμοῦ τὰ γενητὰ καὶ τὰ φύσει κτίσματα· φιλανθρώπως λέγει· κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ· ἴσον τῷ εἰπεῖν ὁ πατὴρ σῶμά μοι κατηρτίσατο καὶ εἰς ἀνθρώπους με ἔκτισεν· ὑπὲρ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας· καὶ γὰρ ὥσπερ ἰωάννου ἀκηκόοντες ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, οὐκ αὐτὸν ὅλον σάρκα νοοῦμεν τὸν λόγον· ἀλλὰ σάρκα ἐνδυσάμενον καὶ γενόμενον ἄνθρωπον· ἀκηκόοντες τε χριστὸν γεγονέναι ὑπὲρ ἡμῶν κατάραν καὶ τὸν μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν· οὐκ αὐτὸ τοῦτο ὅλον κατάραν καὶ ἁμαρτίαν νοοῦμεν αὐτὸν γεγενῆσθαι· ἀλλ' ὅτι τὸ καθ' ἡμῶν κατάραν αἰδέξατο ὡς εἶπεν ὁ ἀπόστολος· ἐξαγοράσας ἡμᾶς ἐκ τῆς κατάρας· τὰς δὲ ἁμαρτίας ἡμῶν, ὡς ὁ μὲν ἡσαΐας εἶπεν, ἐβάστασεν· ὡς δὲ ὁ πέτρος εἶπεν, ἀνήνεγκεν αὐτὰς τῷ σώματι ἐπὶ τὸ ξύλον· οὕτως ἐὰν ἀκηκόσωμεν ἐν ταῖς παροιμίαις τὸ ἔκτισεν, οὐδεὶς κτίσμα τῇ φύσει ὅλον νοεῖ τὸν λόγον· ἀλλ' ὅτι τὸ κτισὸν ἐνεδύσατο σῶμα· καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἔκτισεν αὐτὸν ὁ θεὸς εἰς ἡμᾶς· τὸ κτισὸν αὖτε καταρτίσας, ὡς γέγραπται, σῶμα· ἵν' ἐν αὐτῷ ἀνακαινισθῶμεν καὶ θεοποιηθῆναι δυνηθῶμεν· τί τοίνυν ὑμᾶς ἠπάτησεν ὦ αἰόλοι εἰπεῖν τὸ κτίσμα κτίσμα; ἢ πόθεν ἠρεάσατε ἑαυτοῖς τὸ κενὸν φρόνημα τοῦτο, καὶ ἐν αὐτῷ πομπεύετε; αἱ γὰρ παροιμίαι λέγουσι τὸ ἔκτισεν· ἀλλ' οὐ λέγουσι κτίσμα τὸν υἱόν· ἀλλὰ γνήσιον καὶ κατὰ τὸν προειρημένον δὲ ἐκ τῶν γραφῶν, τὴν διαφορὰν λέγω τοῦ ἔκτισε καὶ τοῦ κτίσματος· τὸ μὲν ἴδιον φύσει τοῦ υἱοῦ, μονογενῆ σοφίαν αὐτὸν καὶ δημιουργὸν τῶν κτισμάτων γινώσκουσι· τὸ δὲ ἔκτισε λέγουσαι, οὐκ ἐπὶ τῆς οὐσίας αὐτὸ λέγουσιν· ἀλλὰ πολλῶν ὁδῶν ἀρχὴν αὐτὸν γίνεσθαι· ὡς εἶναι ἐναντίον τὸ μὲν ἔκτισε, τῷ γεννήματι· τὸ δὲ λεγόμενον ἀρχὴν ὁδῶν, τοῦ εἶναι αὐτὸν μονογενῆ λόγον· εἰ γὰρ γεννήματά ἐστι, πῶς κτίσμα λέγετε αὐτόν; οὐδεὶς γὰρ ἅπερ κτίζει λέγει γεννᾷν· οὐδὲ τὰ ἴδια γεννήματα καλεῖ κτίσματα· πάλιν τε εἰ μονογενής ἐστι, πῶς ἀρχὴ τῶν ὁδῶν αὐτὸς γίνεται· ἀνάγκη γὰρ αὐτὸν ἀρχὴν τῶν πάντων κληθέντα, μηκέτι μόνον εἶναι· ἔχοντα τοὺς μετ' αὐτὸν γινομένους· ἢ γὰρ καὶ ῥοῦβιμ ἀρχὴ τῶν τέκνων γίνεται, οὐκ ἦν μονογενής· ἀλλὰ τῷ μὲν χρόνῳ, πρῶτος· τῇ δὲ φύσει καὶ τῇ συγγενείᾳ, εἷς ὢν τῶν μετ' αὐτὸν ἐτύγχανεν· οὕτω δὴ καὶ ὁ λόγος ἀρχὴ τῶν ὁδῶν ἐστι, καὶ αὐτὸς ἂν εἴη ὥσπερ καὶ αἱ ὁδοὶ τοιαῦται ἂν εἶεν οἷός ἐστι καὶ ὁ λόγος· κἂν πρῶτος αὐτῶν τῷ χρόνῳ κτίζηται· καὶ γὰρ πόλεως ἀρχὴ τοιαύτη ἐστὶν, οἷα

sed veluti ad id nomina vestra professi essetis, aduersus eum in bella descenditis, minoraque de illo quam de hominibus sentitis. Ipse tamen verborum conceptus satis declarat falsum esse, quòd dicitis Dominum creaturam esse. Suam enim naturam Dominus cognitá habens, eamque esse vnigenitam Sapientiam, & Sobolem Patris ac diuersæ substantiæ à genitis & creatis, humano more loqui voluit: *Dominus creauit me initio viarum suarum*, quod idem dictum est, ac si ita loqueretur: Pater mihi corpus perfecit, & inter homines me creando cōstituit pro hominum salute. Nam quemadmodum ex Ioanne audientes, *Verbum caro factum esse*, nō totum Verbum carnem esse factum intelligimus, sed carnem induisse, & hominem esse factum, atq; audientes, *Christum pro nobis piaculum siue maledictum esse factum, eumque qui peccatum non nouit, peccatum pro nobis factum esse*, non in totum illum piaculum aut peccatum factum esse credimus, sed illud piaculum quod in nobis fuit, suscepisse, vt Apostolus ait: *Redemit nos à piaculo siue maledictione, & peccata nostra*, vt Esaias loquitur, *baiulauit*, &, vt Petrus inquit, *extulit cum corpore suo in crucem*: ita quoque si audiamus in Prouerbiis hanc vocem, creauit, nō debemus in totum Verbum naturaliter creaturam esse existimare, sed creatitium corpus induisse, Deumque illū pro nobis creauisse, nostri causa id corpus creatitium perficiēs, vt scriptum est, vt in eo instaurari & deificari possemus. Quid igitur, ô stulti, vos seduxit, vt hunc qui creator est, creaturam diceretis? aut vnde comparastis vobis hunc nouum sensum, & in eo quasi triumphum ducitis? Nam Prouerbia quidem loquuntur (quod creauit) sed tamen non dicunt filium creaturam esse, sed genitum quiddam: Et pro hoc discrimine in his vocibus (creauit) & (creatura) sacræ literæ simul quod est proprium in natura Filii agnoscunt, vnigenitum scilicet illum Sapientiam, & opificem rerum esse, simul & illud verbum, creauit, vsurpant: non quum de eius essentia loqui volunt, sed quum eum ex multis viis initium viarum ostendere cupiunt: vt contrarium sit illud verbum, creauit, huic voci, germini, siue, soboli, & illud alterum, initium viarum, huic dicto, eum vnigenitum esse Verbum, Nam si germen est & quiddam natum, qua ratione illum creaturam dicitis? Nemo enim, ea quæ creat, gignere dicitur: neque ex se nata, creaturas vocat. Rursus si vnigenitus est, quomodo initium viarum eius efficiatur? Necessum est enim, si ita sit, eum ante omnia creatum, non amplius vnicum permanere, quum post eum alii subnascantur. Nam & Ruben initium filiorum effectus non erat vnigenitus, sed duntaxat tempore primus, natura tamen & congermanitate vnus eorum qui postea sunt geniti. Igitur, si Verbum initium viarum est, sequitur, vt Verbum sit tale quales sunt viæ: viæque tales quale est Verbum, etiamsi tempore anteriori omnium primum condatur. Nam & initium ciuitatis eiusmodi est,

cuiusmodi sunt & reliquæ partes ciuitatis, eæque inter se cum ipso initio coaptatæ, vnam integram ciuitatem absoluunt, non aliter quam multa membra vnum corpus: neque vna pars illarum est ex numero condentium, altera vero ex numero conditorum, aut aliæ aliis inseruiunt, sed omnes pari cura à conditore reguntur & conficiuntur. Si igitur ita Dominus initium omnium viarum conditur, necessum est, eum vna cum omnibus intra vnam summam mundi creationisque contineri, ac non differre ab aliis, etiam si omnium primus fiat: neque propterea eum esse aliarum partium quàm mundi, quod tempore sit antiquissimus: quandoquidem cum cæteris creatis æque operam opificis sui Dominique agnoscat. Quomodo autem, si creatura est, potest & solus & primus condi, vt sit initium omnium, quum ex verbis superioribus liqueat, nihil esse in rebus creatis ex se diuturnum, aut quod per se sit conditum? Omnia enim pariter cum omnibus ortum suum originemque adepta sunt: quanquam inter se alia ab aliis gloria differunt. Non enim vllum ex astris aut ex magnis luminaribus ita apparuit, vt hoc prius illud posterius in rerum naturam emergeret, sed omnia eodem die, eodemque iussu ad essentiam vocata sunt. Eadem quoque ratione quadrupedum, volucrium, natatilium, pecorum, & stirpium natura formata est, neque aliter ea similitudo quæ est ad Imaginem Dei in hominibus condita est, Nam quanquam Adam solus è terra est formatus, fuere tamen in eo etiam tum rationes successionis posteritatisque humani generis. Et ex creatione mundi visibilis, inuisibilia eius hoc genere operum intellecta contuemur colligimusque, ne illic quidem quicquam seorsum in suo genere, aut prius, aut posterius creatum esse, sed omnia simul, quæ eiusdem conditionis sunt, extitisse. Non enim singulas res enumerauit Apostolus, vt ad istum modum diceret, siue angelus quispiam, siue Thronus aliquis, siue dominatio illa, vel illa, aut hic vel ille ex potestatibus, sed vniuersos simul, qui eiusdem ordinis erant comprehendit, siue (inquiens) Angeli, siue Archangeli siue principatus, neque id immerito, quum in rebus creatis istiusmodi origo sit. Si igitur Verbum, quemadmodum prædixit, creatura esset, necesse esset id non primum, sed vna cum aliis virtutibus simul editum fuisse, quamuis gloria præ cæteris antecelleret: ita enim se rem habere etiam in aliis inueneris, nimirum ea simul esse condita, neque primum ibi quicquam aut secundum tempore, gloria tamen inter sese differre, quum isti à dextris, illi in orbem, hi à sinistris, cuncti simul Deum collaudent, & præsentes se exhibeant ad Domini ministeria. Qua propter, si Verbum creatura censendum est, nec primum fuerit, nec initium aliorum: Contra, si ante omnes est, vt re vera est, sequitur, vt solus ipse & primus & Filius sit, non igitur, neque principium omnium ratione suæ substantiæ fuerit. Non in omnibus etiam principium omnium commemoratur.

οἷα καὶ τὰ ἄλλα μέρη τῆς πόλεώς ἐστι· ταῦτα μέρη σωματούμενα τῇ ἀρχῇ, ὁλόκληρον καὶ μίαν τὴν πόλιν ἀποτελεῖ· ὡς ἄνθρωπος ἑνὸς σώματος πολλὰ μέλη· καὶ οὐ τὸ μὲν αὐτῆς τῶν ποιούντων ἐστί, τὸ δὲ τῶν γινομένων, καὶ ὑποκειται τῷ ἑτέρῳ μέρει· ἀλλὰ πάσα ὁμοῦ πῦ πεποιηκότος ὁπίσης ἔχει τὴν ὁπιμέλειαν καὶ συνέχηκεν· εἰ τοίνυν καὶ ὁ κύριος οὕτως ἀρχὴ τῶν πάντων κτίζεται, ἀνάγκη μετὰ πάντων αὐτὸν μίαν τὴν κτίσιν ἀποτελεῖν· καὶ μὴ διαφέρειν τῶν ἄλλων· κἂν ἀρχὴ τῶν πάντων γένηται· μήτε κύριον εἶναι τῶν ἄλλων μερῶν τῆς κτίσεως κἂν τῷ χρόνῳ πρεσβύτερος ὢν τυγχάνῃ· μετὰ πάντων γὰρ καὶ αὐτὸς ἕνα τὸν τῆς δημιουργίας ἔχει λόγον καὶ δεσπότην· πῶς δὲ ὅλως εἰς κτίσμα καθ' ὑμᾶς ἐστι, δῶσαι μόνος καὶ πρῶτος κτίζεσθαι ὥστε καὶ ἄρχειν εἶναι πάντων· δῆλον ὄντως ἐκ τῶν προειρημένων· ὅτι ἐν τοῖς κτίσμασιν οὐδέν ἐστιν ἓν μόνον καθ' ἑαυτὸ καὶ πρῶτον γενόμενον· ἀλλὰ μετὰ πάντων ἅμα τὴν γένεσιν ἔχει· κἂν τῇ δόξῃ διαφέρῃ τῶν ἄλλων· οὐ γὰρ ἕκαστος τῶν ἀστέρων οὐδὲ τῶν μεγάλων φωστήρων· ὁ μὲν πρῶτος, ὁ δὲ δεύτερος ἐφάνη· ἀλλὰ μιᾷ ἡμέρᾳ καὶ τῷ αὐτῷ προστάγματι οἱ πάντες ἐκλήθησαν εἰς τὸ εἶναι, οὕτω καὶ τῶν τετραπόδων καὶ πετεινῶν καὶ νηκτῶν καὶ κτηνῶν, καὶ τῶν φυτῶν ἡ γένεσις ἐπλάσθη, οὕτω καὶ τὸ κατ' εἰκόνα γένος τῶν ἀνθρώπων· εἰ γὰρ καὶ ὁ Ἀδὰμ ἐκ γῆς μόνος ἐπλάσθη, ἀλλ' ἐν αὐτῷ ἦσαν οἱ λόγοι τῆς διαδοχῆς παντὸς τοῦ γένους· ἀπὸ δὴ τῆς φαινομένης κτίσεως τοῦ κόσμου, τὰ ἀόρατα αὐτοῦ τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορῶμεν· ὅτι κἀκεῖ, οὐ καθ' ἕνα ἕκαστον ὁρῶμεν· οὐδὲ τὸ μὲν πρῶτον· τὸ δὲ δεύτερον· ἀλλὰ ὁμοῦ πάντα κατὰ τὴν σύνεσιν· οὐ γὰρ ἕκαστον ἠρίθμησεν ὁ ἀπόστολος ὥστε εἰπεῖν εἴ τε ἄγγελος· εἴ τε θρόνος· εἴ τε κυριότης καὶ ἐξουσία· ἀλλ' ὁμοῦ πάντα κατὰ τὴν τάξιν· εἴ τε ἄγγελοι· εἴ τε ἀρχάγγελοι· εἴτε ἀρχαί· τῶν γὰρ κτισμάτων τοιαύτη ἡ γένεσις· εἴπερ οὖν καθ' ἑαυτὸν κτίσμα ἦν ὁ λόγος, ἔδει μὴ πρῶτον αὐτὸν· ἀλλὰ μετ' ἄλλων δυνάμεων ἅμα γίνεσθαι· κἂν τῇ δόξῃ πολὺν τῶν ἄλλων ὑπερέχῃ· οὕτω γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων κτισμάτων εὑρεῖν ἐστιν· ὅτι ἅμα μὲν γεγόνασι καὶ οὐκ ἔστι πρῶτος ἢ δεύτερος· διαφέρουσι δὲ ἀλλήλων ἐν δόξῃ· καὶ οἱ μὲν ἐκ δεξιῶν· οἱ δὲ κύκλῳ, καὶ ἄλλοι ἐξ ἀριστερῶν· καὶ πάντες ὑμνοῦσιν ἅμα καὶ παρεισήκασι λειτουργοῦντες τῷ κυρίῳ· οὐκ οὖν εἰ κτίσμα ἐστὶν ὁ λόγος, οὐ πρῶτος ἂν εἴη· οὐδὲ ἀρχὴ τῶν ἄλλων· εἰ δὲ πρὸ πάντων ἐστὶν ὥσπερ οὖν καὶ ἔστι· καὶ μόνος αὐτὸς πρῶτος καὶ μόνος ἐστίν, οὐκ ἄρα οὐδὲ ἀρχὴ τῶν πάντων τῇ οὐσίᾳ ἐστίν· ἐν γὰρ τοῖς πᾶσι καὶ ἡ ἀρχὴ τῶν πάντων συναριθμεῖται·

Iam

ἢ οὐδὲ μὴ ἀρχή ἐστιν, ἢ οὐδὲ κτίσμα ἐστίν. ἀλλ' οὐδὲν ἂν εἴη ὡς τῇ οὐσίᾳ καὶ τῇ φύσει τῶν μὲν κτισμάτων διέστηκεν, καὶ ἄλλος ἐστὶν αὐτῶν. τὸ δὲ μόνως καὶ ἀληθινὸν θεοῦ ὁμοίωσις καὶ εἰκών ἐστι· μόνος καὶ αὐτὸς ὑπάρχων. Διατοῦτο γοῦν οὐδὲ τοῖς κτίσμασιν αὐτὸν συνῆψαν αἱ γραφαί· ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ Δαβὶδ ἀποπλήττει τοὺς πίστιν τινὰ ἐνθυμηθέντας πλημμῶσι, λέγων· τίς ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς κύριε; ἢ τίς ὅμοιος τῷ κυρίῳ ἐν υἱοῖς θεοῦ; ὁ δὲ Βαρὺχ, ὅτι ὁ θεὸς ἡμῶν οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· ὁμοῦ γὰρ κτίζει. τὰ δὲ κτίζεται. καὶ ὁ μὲν τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας ἴδιός ἐστι λόγος καὶ σοφία· τὰ δὲ γενόμενα οὐκ ὄντα πρόπαλαι δι' αὐτοῦ ὁ λόγος πεποίηκε· τὸ ἄρα πολυθρύλλητον παρ' ὑμῶν εἰρημένον· κτίσμα ἐστὶν ὁ υἱός, οὐκ ἔστιν ἀληθές· ἀλλ' ὑμῶν φαντασία μόνη καὶ κατηγορεῖσθε πολλαχοῦ δὲ Σαλομὼν ὅτι πολλάκις αὐτὸ κατεψεύσασθε· ὁ γὰρ εἰρηκεν αὐτὸν κτίσμα. ἀλλὰ γέννημα καὶ σοφίαν θεοῦ, λέγων, ὁ θεὸς τῇ σοφίᾳ ἐθεμελίωσε τὴν γῆν· καὶ ἡ σοφία ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον καὶ αὐτὸ δὲ ῥητὸν ἐξεταζόμενον, ἐλέγχει τὴν δυσσέβειαν ὑμῶν· γέγραπται γὰρ, κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ· οὐκ ὤν πω ἐστὶ πρὸ πάντων ἐστὶν αὐτὸς· λέγει δὲ ἔκτισέ με ἀντὶ τοῦ ἵνα ποιήσω τὰ ἔργα, ἀλλ' εἰς τὰ ἔργα· ἢ δεύτερόν ἐστιν αὐτοῦ τὸ ἔκτισεν, ἢ φανήσεται δεύτερος αὐτὸς τῶν ἔργων, ὁρίσκων αὐτὰ κληζόμενα ἤδη πρὸ αὐτοῦ ὑφεστῶτα, ἐφ' ἃ ἀφ' γίνεται· εἰ δὲ τοῦτο, πῶς ἔτι πρὸ πάντων ἐστὶν αὐτὸς; πῶς δὲ καὶ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο. καὶ ἐν αὐτῷ συνέστηκεν; ἰδοὺ γὰρ καθ' ὑμᾶς καὶ πρὸ αὐτοῦ συνεστήκει τὰ ἔργα· εἰς ἃ κτίζεται καὶ προσέλλεται· ἀλλ' οὐκ ἔστιν ὅτως, μὴ γένοιτο, ψευδὴς ἐστὶ τῶν γὰρ αἱρετικῶν ἡ βλασφημία. ὁ γὰρ κτίσμα ἐστίν. ἀλλὰ κλῆσις μέν ἐστιν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος· τότε δὲ λέγει παροιμιωδῶς ἔκτισέ με, ὅτι τὴν κλῆσιν ἐνεδύσατο σάρκα, καὶ τοῦτο πάλιν ῥητόν ἐστι καὶ ἐξ αὐτοῦ δεῖξαι ῥητὸν βλασφημοῦσιν, υἱὸς γὰρ ὢν καὶ πατέρα τὸν θεὸν ἔχων αὐτοῦ χαρακτῆρα ἴδιον ἐστι γέννημα, ὅμως κύριον ὀνομάζει τὸν πατέρα· οὐχ ὅτι δοῦλος ἀλλ' ὅτι τὴν τοῦ δούλου μορφὴν ἀνέλαβεν· ἔπρεπε γὰρ αὐτὸν ὥσπερ ὄντα λόγον οὐκ ὄντος πατρὸς, πατέρα τὸν θεὸν καλεῖν τὸν γὰρ ἴδιον τοῦ μορφὴν λαβόντα, κύριον ὀνομάζειν τὸν πατέρα· ἐπὶ πλὴν τὴν διαφορὰν αὐτὸς ἐδίδαξε μὴ καλῆς τὸν διαφόλης· λέγων ἐν ταῖς εὐαγγελίοις· ἐξομολογοῦμαί σοι πάτερ· εἶπε, κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς· ἑαυτοῦ μὲν γὰρ εἶναι πατέρα τὸν θεὸν λέγει· τῶν δὲ γεννημάτων, κύριον αὐτὸν ὀνομάζει· οὐκ ἐν τούτοις δείκνυσθαι λοιπὸν, ὅτι ἡνίκα τὴν κλῆσιν ἐνεδύσατο, τότε τὸν πατέρα καλεῖ κύριον· καὶ γὰρ ἐν τῇ ὀγδόῃ τοῦ Δαβὶδ, αὐτὸ τὸ διαφορὰν σημαίνει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τοῦ ψαλμῶν λέγον· διὰς τὸ κατὰ σὲ τῷ παιδί σε καὶ σῶσον τὸν υἱὸν τῆς παιδίσκης σε· ἄλλος γάρ ἐστιν ὁ φύσει καὶ ἀληθινὸς παῖς τοῦ θεοῦ· καὶ ἄλλα τὰ παιδίσκης τέκνα, ἢ τις ἐστὶ τοῦ γνησίου· ἡ φύσις· διὸ τὸ μὲν υἱὸς, ἔχει τὸ πατρικὸν κράτος· τὰ δὲ, σωτηρίας ἐστὶ δεόμενα· ἐὰν δὲ

Iam si neque initium est, neque creatura est, certum est eum substantia & natura differre à rebus conditis, ac diuersum esse, ac solum eum solius veri Dei simulachrum & imaginem habendum esse, ac proinde, scripturæ eum rebus creatis non adnumerant. Imo, à Dauide increpantur, qui de eo talia non verentur cogitare: *Quis*, inquiens, *tibi similis inter deos Domine? aut quis coaequabitur Domino inter Filios Dei?* Baruch item: *Iste est Deus noster, non reputabitur alius praeter eum.* Ille enim creat, ista creantur: ille substantiæ Patris proprium Verbum eiusque Sapientia est: Ista contra, quum prius non essent, per Verbum sunt condita. Iam dictum illud vestrum toties iactitatum, creaturam esse filium, falsum esse conuincitur, ac non nisi figmentum esse vestri animi. Quin & Salomon vos mendacij accusat: non enim ille eum creaturam, sed Sobolem dixit. *Deus* (inquiens) *Sapientia fundauit terram: & Sapientia aedificauit sibi domum*: atque illud ipsum dictum si expendatur, redarguit impietatem eorum. Scriptum est enim, *Dominus creauit initium viarum suarum ad opera sua*. Igitur si ante omnes est, quum tamen dixerit (creauit me) non vt facerem opera eius, sed ad opera: aut posterioris temporis est illud ipsum dictum (creauit me) aut ipse posterior est operibus, quippe, qui ea cum ipse conderetur, iam condita repererit, ad quæ condenda creabatur. Quod si illud ita est, qui fieri potest, vt ante omnia extiterit? Ecce enim quantum ad vos attinet, ante eum ipsa opera iam constabant, ad quæ creabatur & mittebatur: verum ita non est, absit, falsa est hæreticorum sententia: non enim creatura est, sed creator Dei verbum. De eo enim tempore prouerbialiter dictum est (creauit me) quum creatitiam induebat carnem, idque rursum licet ex ipsis verbis deprehendi: vt qui quum filius sit, & Deum habeat Patrem cuius ipse est propria Soboles, tamen per id tempus Deum non Patrem suum, sed Dominum appellat: non quia seruus, sed quia serui speciem assumpserat. Alioqui pater erat, qui erat Verbum ex Patre, vt Deum Patrem suum appellitaret: id enim proprium est Filio erga Patrem. Cæterum, ita quum venisset ad opus Patris absoluendum, specie serui accepisset, conueniens fuerat vt Patrem suum Dominum vocaret: eamque differentiam ipse docuit, cum pulcherrima interpunctione dicens, *Confiteor tibi Pater*: deinde, *Domine cæli & terræ*, vbi illum & Patrem suũ dixit, & rerum creatarum Dominum, vt liquido cõstaret eum à tempore indutæ carnis, Patrem suum Dominum appellitare. Quin & in oratione Dauidis, eam differentiam Spiritus Sanctus demonstrat, dum inquit, *Da fortitudinem puero tuo, & serua filium ancillæ tuæ*. Alius siquidem est naturalis & verus puer Dei, alii autem filii ancillæ, in quibus consistit creatitiæ naturæ ratio: ideoque ille quidem habet, vt Filius, Paternã fortitudinem: isti contra, salutis indigi sunt.

Quod si ob id, quia hic puer vocatur, cauillationes deblaterare constituunt, agnoscant Isaacem quum puer esset, puerum Abrahæ esse vocatum: & Sunamitidis filium, puellulum esse dictum. Merito igitur, quia nos serui quum talis effectus erat quales nos eramus, seruus appellatus, atque id studio humani generis ita fecit, quò nobis ex natura seruis, vbi suscepissemus Spiritum filij, fiducia esset, eum qui naturalis Dominus noster erat, Patrem ex gratia nominare. Cæterum, quemadmodum nos, quum Dominum nostrum Patrem vocamus, non inficiamur nostram naturalem seruitutem: quippe, qui eius opera sumus: *ipse enim fecit nos, & non ipsi nos:* ita quum filius serui specie suscepta, has voces edit (Dominus creauit me) inficiari non debent diuinitatis in illo æternitatem, aut eum in principio Verbum fuisse, omniaque per eum orta esse, & in ipso vniuersa creata esse. Illud autem Prouerbiorum dictum, vt iam prius admonui, non substantiam Verbi sed humanitatem declarat. Nam quum ait, eum ad opera creatum esse, in eo videtur non substantiam eius voluisse significare, sed illius circa opera, negociationem, & curam, quod quantum ad rationem existendi pertinet, sequentis temporis est. Quæ enim fiunt & conduntur, primum essendi existendique causa in rerum naturam proueniunt: secundario deinde, vt aliquid faciant, quod verbum præceperit, ac tale aliquid in omnibus aliis videre licet: Adam enim creatus est, non primùm vt operaretur, sed vt homo existeret: postea autem mandatum operãdi accepit. Noe item creatus est, non ob arcam primùm, sed vt homo fieret, deinde illi iniunctum vt operi incumberet, & arcam construeret. Et in singulis vbique hoc ipsum inueneris. Nam & Moses ille magnus, primitus homo natus est, deinde illi imperium suæ gentis concreditum est. Quapropter eadem ratione hoc quoque intelligendum est: nec mirum, quum videas eum creari, non vt in rerum natura esset (In principio enim erat Verbum) sed ad opera mitti, & ad eorum curam destinari. Nam priusquã opera existerent, erat quidem ille iam tum ab æterno filius, sed necdum erat vlla necessitas, vt idem crearetur. Cæterum quum iam opera extarent, & necessum erat ea alicuius administratione castigari, tum demum Verbum sese dedidit, vt condescenderet, & operibus simile efficeretur, quod nobis per hanc vocem, creauit, indicatum voluit. Et per Esaiam Prophetam simile quiddam ostendere cupiens, denuo in hæc verba erupit: *Et nunc ita dicit Dominus, qui formauit me ex vtero seruum sibi, vt congregem Iacob & Israel ad eum. Congregabor & glorificabor coram eo.* Ecce etiam hic non vt sit, formatur, sed vt congreget tribus, quæ antequam ipse formaretur existebant. Nam vt illic, creauit, ita hic, formauit, & vt illic, opera, ita & hic vt congregem collocatum vides, quo ex omni parte constaret: vbi iam Verbum Dei esset, tum demum illud, creauit, & finxit, locum sui & mentionem inuenisse.

Sicuti

εἰ δ' ὅτι παῖς ἐκλήθη, φλυαροῦσι· γινωσκέτωσαν ὅτι καὶ Ἰσαὰκ παῖς ὠνομάσθη τῷ Ἀβραάμ· καὶ ὁ υἱὸς τῆς συναμίτιδος παιδάριον ἐκλήθη· εἰκότως ἄρα δούλων ἡμῶν ὄντων ὅτι γέγονεν ὡς ἡμεῖς, κύριον τὸν πατέρα καλεῖ· καὶ αὐτὸς ὡς ἡμεῖς καὶ τῷ Φιλανθρωπούμενος, οὕτως πεποίηκεν· ἵνα ἡμεῖς δῶλοι κατὰ Φύσιν ὄντες· καὶ δεξάμενοι τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ, θαρρήσωμεν τῇ Φύσει κύριον ἑαυτῶν, τοῦτον τῇ χάριτι πατέρα καλεῖν· ἀλλ' ὥσπερ ἡμεῖς πατέρα καλοῦντες τὸν κύριον οὐκ ἀρνούμεθα τὴν κατὰ Φύσιν δουλείαν, αὐτοὶ γάρ ἐσμεν ἔργα· καὶ αὐτὸς ἐποίησεν ἡμᾶς καὶ οὐκ ἡμεῖς, οὕτως ὅταν ὁ υἱὸς τὴν τοῦ δούλου μορφὴν λαμβάνων λέγῃ· κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, μὴ ἀρνείσθωσαν τὴν ἀϊδιότητα τῆς τούτου θεότητος· καὶ ὅτι ἐν ἀρχῇ μὲν ἦν ὁ λόγος καὶ πάντα δι' αὐτοῦ γέγονε καὶ ἐν αὐτῷ τὰ πάντα ἐκτίσθη· τὸ δὲ ἐν τῇ παροιμίᾳ ῥηθὲν καθ' ὑποβεβηκὸς, ἀντὶ τῆς οὐσίαν, ἀλλὰ τὸ ἀνθρώπινον τοῦ λόγου σημαίνει· εἰ γὰρ εἰς ἔργα Φησὶν ἐκτίσθαι, Φαίνεται μὴ τὴν οὐσίαν ἑαυτοῦ σημαίνων θέλων, ἀλλὰ τὴν εἰς ἔργα οἰκονομίαν ᾗ ὑμνούμενον ὅπερ δεύτερόν ἐστι τοῦ εἶναι· τὰ γὰρ γινόμενα καὶ κτιζόμενα, ὑποστάσεως ἕνεκα τοῦ εἶναι καὶ τοῦ ἀρχὴν πεπίστηται· δεύτερον ἔχουσι τὸ ποιεῖν· ὑπὲρ ὧν ὁ λόγος αὐτῶν ὑποτέτακται· ὡς ἔστι πάντων ἰδεῖν ἐστὶ τοιοῦτον· Ἀδὰμ γὰρ ἐκτίσθη οὐχ ἵνα ἐργάζηται ἀλλ' ἵνα πρῶτον ἄνθρωπος γένηται, εἶτα τοῦτο γὰρ ἔλαβε τὴν ἐντολὴν τοῦ ἐργάζεσθαι· νῶε ἐκτίσθη οὐ διὰ τὴν κιβωτὸν, ἀλλ' ἵνα πρῶτον ἄνθρωπος γένηται· εἶτα τοῦτο γὰρ ἔλαβεν ἐντολὴν κατασκευάσαι τὴν κιβωτὸν· καὶ ἐφ' ἑκάστῳ δὲ ζητῶν τοῦτο εὕροις τις· καὶ γὰρ καὶ Μωϋσῆς ὁ μέγας, πρῶτον ἄνθρωπος γεγένηται· καὶ δεύτερον τὴν ἡγεμονίαν τοῦ λόγου πεπίστευται· οὕτω καὶ ἐνταῦθα τὸν νοεῖν ἔξεστιν· ὁρᾷς γὰρ ὅτι οὐκ εἰς τὸ εἶναι κτίζεται, ἀλλ' ἐν ἀρχῇ μὲν ἦν ὁ λόγος, εἶτα τοῦτο εἰς τὰ ἔργα πέμπεται, καὶ τὸν τούτων οἰκονομίαν, καὶ γὰρ καὶ πρὶν γένεσθαι τὰ ἔργα, ἦν μὲν ἀεὶ ὁ υἱὸς· ἦν δὲ χρεία ἦν αὐτὸν καὶ ὑποδεῖσθαι· ὅτε δὲ ἔκτισθη τὰ πάντα· καὶ χρεία μὴ τοῦτο γέγονε τοῦ εἰς διόρθωσιν αὐτῶν οἰκονομίας, τότε δὴ καὶ ὁ λόγος δέδωκεν ἑαυτὸν εἰς τὸ συγκαταβαίνειν καὶ ὁμοιωθῆναι τοῖς ἔργοις· ὅπερ διὰ μὲν τῆς ἔκτισε λέξεως, ἡμῖν δεδήλωκε· διὰ δὲ τοῦ προφήτου ἡσαΐου τὸ ὅμοιον σημαίνει θέλων πάλιν, λέγει· καὶ νῦν οὕτως λέγει κύριος· ὁ πλάσας με ἐκ κοιλίας δοῦλον ἑαυτῷ· τοῦ συναγαγεῖν τὸν Ἰακὼβ πρὸς τὸν Ἰσραὴλ, συναχθήσομαι καὶ δοξασθήσομαι ἔναντι κυρίου· ἰδοὺ ἐνταῦθα, οὐκ εἰς τὸ εἶναι πλάττει· ἀλλ' ἕνεκα τοῦ συναγαγεῖν τὰς Φυλὰς, τὰς καὶ πρὸ τοῦ πλασθῆναι τοῦτον ὑπαρχούσας· ὡς γὰρ ἐκεῖ τὸ ἔκτισε, ὧδε τὸ ἔπλασε· καὶ ὡς ἐκεῖ εἰς τὰ ἔργα, οὕτως ὧδε εἰς τὸ συναγαγεῖν· ὥστε παντάχοθεν Φαίνεσθαι τοῦ εἶναι τὸν λόγον δεύτερον λέγεσθαι τὸ ἔκτισε καὶ τὸ ἔπλασε·

καὶ

καὶ γαρ ὥσπερ πρὸ τῆς πλάσεως ὑπῆρχον αἱ φυλαὶ δι' ἃς καὶ ἐπλάσθη, οὕτως ὑπαρχειν καὶ τὰ ἔργα φαίνεται εἰς ἃ καὶ ἐκτίσθη· καὶ ὅτι μὲν ἐν ἀρχῇ ὦ ὁ λόγος, οὔπω ὦ τὰ ἔργα καθὰ προεῖπον· ὅτι δὲ τὰ ἔργα γέγονε καὶ ἡ χρεία ἀπήτησε· τότε τὸ ἔκτισεν, εἴρηται· καὶ ὥσπερ ἄν τις υἱός· προλαμβανομένων κτημάτων καὶ παραπολεμίοις ὄντων· ἐξ ἀμελείας αὐτῶν· χρείας τι καταλαβούσης πέμπεται πρὸς τὸν πατρὸς συλλαβέσθαι καὶ σωαγαγεῖν αὐτά· καὶ οὕτως ἀπερχόμενος· ἐπενδιδύσκοιτο τὴν ὁμοίαν ἐκείνων ἐσθῆτα· καὶ σχηματίζοι ἑαυτὸν ὡς ἐκεῖνοι· ἵνα μὴ ὡς θεασότιν ἑαυτῶν ὑπιγνώσκοντες οἱ κατέχοντες φύγωσι· καὶ κωλυθῇ καταλθεῖν καὶ πρὸς τοὺς ὑπὸ γῆν κρυπτομένους παρ' ἐκείνων· εἶπε εἴ τις πυθοίνοιτο τούτου λόγῳ τὸ οὕτως ὁ τοιοῦτος εἶπεν αὖ ὁ πατὴρ οὕτω με ἔπλασε καὶ κατήρτισεν εἰς τὰ ἔργα αὐτά· λέγων τε οὕτως· οὔτε δοῦλον ἑαυτὸν οὔτε ἕνα τῶν ἔργων εἶναι σημαίνει· οὔτε δὲ τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως αὐτὸς λέγει· ἀλλὰ τὴν ὕστερον αὐτῷ δοθεῖσαν εἰς τὰ ἔργα φροντίδα, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ κύριος ἐνδυσάμενος τὴν ἡμετέραν σάρκα καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος· εἰ ἐρωτηθείη παρὰ τῶν οὕτως αὐτὸν ὁρώντων καὶ θαυμαζόντων· εἶποι ἄν· κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ· καὶ ἔπλασέ με τοῦ σωαγαγεῖν τὸν ἰσραὴλ· τοῦτο δὲ πάλιν καὶ τὸ πνεῦμα προσημαίνον ἐν ψαλμοῖς, ἔλεγε· κατέχησας αὐτὸν ὑπὲρ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου· ὅπερ καὶ περὶ ἑαυτοῦ σημαίνων αὐτὸς ὁ κύριος φησὶν· ἐγὼ δὲ κατεχάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ· ὑπὲρ σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ· ὥσπερ δὲ ὅτε ἐπέλαμψε σωματικῶς τῇ σιὼν οὐκ ἀρχὴν εἶχεν· ἀλλὰ ὢν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ καὶ ἀΐδιος βασιλεὺς, κατηξίωσεν ἀνθρωπίνως ὑπιλάμψαι τὴν βασιλείαν αὐτοῦ ἐν τῇ σιὼν ἵνα ἀπὸ τῶν βασιλευόντων ἐν αὐτοῖς ἁμαρτίας λυτρωσάμενος αὐτός τε ἡμᾶς, ποιήσῃ ὑπὸ τὴν πατρικὴν βασιλείαν ἑαυτοῦ, οὕτως καθηξάμενος εἰς τὰ ἔργα· οὐκ εἰς τὰ μηδέπω ὄντα, ἀλλ' εἰς τὰ ἤδη ὄντα καὶ δεόμενα διορθώσεως, καθήσθαι· τὸ ἄρα ἔκτισε, καὶ τὸ ἔπλασε, καὶ κατέχησε, τὴν αὐτὴν ἔχοντα διάνοιαν, ἃ τὴν ἀρχὴν τοῦ εἶναι αὐτὸν· οὐδὲ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ κλῆσιν δεικνύουσιν· ἀλλὰ τὴν εἰς ἡμᾶς αὐτοῦ κατ' ἀρέσκειαν γενομένην ἀνανέωσιν· ταῦτα γοῦν λέγων, ἐδίδασκεν ὅμως καὶ πρὸ τούτων ὑπάρχειν αὐτὸν· ὅτε ἔλεγε, πρὶν ἀβραὰμ γένεσθαι ἐγώ εἰμι· καὶ λοιπὰ τὰ ἑξῆς ἡτοίμαζε συμπαρήμην αὐτῷ· καὶ ἥμην σὺν αὐτῷ ἁρμόζουσι· ὥσπερ ὢν αὐτὸς πρὶν ἀβραὰμ γένεσθαι ὁ ὢν ἰσραὴλ μετ' ἀβραὰμ γέγονε, καὶ δηλόν ἐστιν ὅτι πρὸ ὢν ὕστερον πλάττεται· καὶ ἡ πλάσις ἀπὸ τὴν ἀρχὴν τοῦ εἶναι, ἀλλὰ τὴν ἐνανθρώπησιν σημαίνει· ἐν ᾗ καὶ ἐποσωάγαται φυλὰς ὁ ἰσραὴλ, ὅτως ἄρα ἀεὶ σὺν τῷ πατρὶ αὐτὸς τῆς κτίσεως δημιουργός ἐστιν· ὅτι δὲ περὶ ἐστιν αὐτῷ τὰ ἔργα, καὶ τὸ ἔκτισε· οὐκ

Sicuti enim ante formationem extabant tribus, quarum gratia formatus est: ita quoque opera extitisse vides, ob quæ Filius postmodum creatus fuit. Neque à principio, cum verbum extabat, operaque nondum condita erant, quemadmodum prædixi, sed quum iam subsisterent, & necessitas postularet, tum demum ea vox (creauit) in medium adducta est. Ac, veluti si Filius seruis per suimet negligentiam amissis, & apud hostem detentis, necessario illuc à Patre mittitur, vt eos sua manu assertos recolligat, iisque in eo itinere seruili schemate se induat, cultuque se dissimulet, ne, ipso agnito, plagiarij sese in fugam dent, atque inde prohibeatur, quo minus ad eos descendat, qui in locis subterraneis suppressi conduntur: atque si tum ab eo quæras, cur ea specie & habitu vti voluisset? nique responderet, Patrem suum se ita deformasse, & adornasse ad opera sua: non ille quidem ex suis verbis intelligi vellet se seruum aut opus esse, aut tum primũ natalem initiumque sui habuisse, sed hæc omnia suscepisse, quo Patris mandata commodius impleret. Eodem modo Dominus noster indutus humana carne & habitu inuentus vt homo, si interrogaretur ab iis, qui cum admiratione eius habitum cultumque viderent, probe responderit: *Dominus creauit me initium viarum suarum, ad opera sua, & formauit me vt congregem Israel:* quod prorsus idem est cum eo quod Spiritus sanctus in Psalmis enunciat, *Constituisti eum super opera manuum tuarum.* Quin & Dominus quoque hoc ipsum ostendit, quũ inquit: *Ego constitutus sum Rex ab eo; super Sion montem sanctum eius.* Itidem porro, quum corporaliter lumen suum affudit monti Sion, non tum demum regni vel nascendi initium sortitus est, quum Verbum Dei æternus sit Rex sed tum tandem sub humana specie regnum suum & ditionem in Sion inuisere ac illustrare dignatus est, vt illos nobiscum vindicatos à tyrannide peccati, Patris sui ditioni restitueret: Ita quoque constitutus est ad opera, non quæ nondum erant, sed quæ iam erant, & emendatione indigebant. Nam illud verbum (creuit) nec non & illud (formauit) &, constituit, quum sint eiusdem intellectus, non initium ortus ipsius aut creabilem eius substantiam denotant, sed nostram ex eius beneficio renouationem. Quinimo, quum ista ipsa loqueretur, iam tum docuit se ante opera fuisse, inquiens: *Priusquam Abraham fieret, ego sum: & quum cælum instruebat, aderam vna cum eo; & in harmoniam coaptabam.* Cæterum, quẽadmodum ex eo, quod ipse erat antequam Abraham fieret, quem deinde Iacob nascendo insecutus est, manifesto colligitur, eum, qui tum iam erat postea formatum fuisse, eámque formationem non ipsius existendi initium, sed ab ipso assumptæ humanitatis exordium significare, in qua Israelem in vnum congregat: ita quoque ex eo quod semper suo Patri adest, & rerum naturæ Dominus intelligitur: & quia extra controuersiam situm est, opera post illum condita esse, etiam illud verbum (creauit) certo

certo deprehẽditur, nõ ipſius eſſendi principiũ, ſed curam præfecturamque eius in operibus, quã corpore obiuit, ſignificare. Par ſiquidẽ fuit, vt ipſe, qui alius diuerſuſque erat ab operibus & operum conditor, eorum inſtaurationem in ſe ſuamq; curam reciperet, quo ille in nobis creatus, omnia in ſe recrearet, & aſſereret. Certe, quum hoc verbum, crearet, loqueretur, ſtatim ſubintulit cauſam, mentionẽ de operibus faciẽs vt illum creari ad opera, hominẽ fieri, ad hominum inſtaurationem intelligeres, eaq; conſuetudo eſt ſacræ ſcripturæ. Vbi enim innuit Verbi ortũ in carne, ſubſtituere ſolet cauſam cur homo ſit factus: è diuerſo, quũ ipſum de ſua deitate loquentem introducit, aut quũ eius famuli de ea renunciant, omnia ſimplici dictione abſolutáque ſententia, nulla inſerta cauſa, promulgãtur. Patris enim eſt ſplendor: iam autẽ vt Pater non ob aliquã cauſam Pater eſt: ita neq; ſplendoris, cur ſplendor ſit, cauſa requirenda eſt: *In principio* igitur inquit, *erat Verbum & Verbũ erat apud Deum, & Deus erat Verbum*: neque adiungitur iſthic cur Verbum factum ſit. Cæterum vbi verbum caro factum erat, tunc cauſa apponitur, ob quam homo ſit factus, quum dicit, *Et habitauit in nobis*. Rurſum vbi Apoſtolus dicit, *Qui quum in forma Dei exiſteret*, ſine additamento cauſarum, id dixit, niſi tum denique, quum ſubiũgeret, ſpeciem ſerui aſſumpſit: tum enim ſubintulit, *Humiliauit ſeipſum vſque ad mortem, & eam crucis*: earum enim rerum gratia caro factus eſt & ſerui formam aſſumpſit. Ipſe quoque Dominus plura in Prouerbiis locutus, quum de ipſo loquitur, abſolutè loquitur. *Ego in Patre, & Pater in me*. Et, *Ego & Pater vnum ſumus*, Et, *Qui vidit me, vidit & Patrem meum*. Et, *Ego ſum lux mundi, ego ſum veritas*: nuſquam iſthic cauſam, aut cur ita eſſet, rationem ſubnexuit, ne ſecundus poſteriorque ab illis eſſe videatur, quorum gratia talis eſſe incepiſſet. Neceſſum eſt enim, cauſam illo priorem eſſe, ſine qua ipſum illud nunquam extitiſſet. Paulus igitur ſegregatus ad Euangelium, quod promiſerat Dominus per Prophetas, Euangelij, quod ante ipſum fuit, miniſter factus eſt. Ioannes quoque delectus, vt eſſet præcurſor domini, ante ſe habuit Dominum. Cæterum, dominus non habuit cauſam vt eſſet Verbum, niſi quod Patris eſſet germen & Sapiẽtia vnigenita: quum tamen homo efficitur, tum cauſa ſubſtituitur, cur eũ oporteat carnem geſtare. Neceſſitas quippe indigentiaq; hominum, anterior eſt quàm illius natiuitas, qua ſublata, carnem non induiſſet. Quæ autem fuerit ea neceſſitas, quæ cauſam attulit vt homo efficeretur, ipſe Dominus iſtis verbis palàm fecit: Deſcendi è cælo, non vt faciam voluntatem meã, ſed eius qui miſit me. Voluntas porro eius qui miſit me, iſta eſt, vt omne quod dedit mihi, nõ perdam ex eo quicquam, ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo die. *Hæc eſt voluntas Patris mei, vt omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die*. Et rurſum, *Ego lux in mundum veni vt omnis qui crediderit in me, non maneat in tenebris*.

Et rurſum

οὐκ ἀρχὴν τὸ εἶναι αὐτὸν· ἀλλὰ τὴν εἰς τὰ ἔργα
γνωμένην οἰκονομίαν ἣν ἐν τῇ σαρκὶ πεποίηκε γνω-
ρίζει· ἔπρεπε γὰρ ἄλλον αὐτὸν ὄντα τῶν ἔργων·
καὶ μᾶλλον δημιουργὸν αὐτὸν ὄντα αὐτῶν· καὶ
τὴν τούτων ἀνανέωσιν· εἰς ἑαυτὸν ἀναδέξασθαι·
ἵνα αὖτε κτιζομένου εἰς ἡμᾶς, τὰ πάντα εἰς ἑ-
αυτὸν ἀνακτίσηται· καὶ γὰρ λέγων ἔκτισε, οὐ-
τως καὶ τὴν αἰτίαν ἐπήγαγε· λέγων τὰ ἔργα ἵ-
να τὸ εἰς ἔργα κτίζεσθαι, τὸ γίνεσθαι ἄνθρωπον
δηλόσῃ εἰς τὴν τούτων ἀνανέωσιν· καθάπερ ἔ-
στι τῇ θείᾳ γραφῇ· ὅταν μὲν γὰρ σημαίνῃ τὴν κα-
τὰ σάρκα γένεσιν ὁ λόγος, τίθησι καὶ τὴν αἰτίαν δι'
ἣν γέγονεν ἄνθρωπος· ὅταν δὲ αὐτὴ τῆς θεότη-
τος αὐτὸς αὐτὸς λέγῃ· καὶ οὐ τόπου δεόμενος
ἐπαγγέλλεται πᾶσι καλῇ λέξει· ἀπολελειμέ-
νῃ τῇ διανοίᾳ· καὶ ὑδὲν μετὰ συμπεπλεγμέ-
νης αἰτίας λέγεται· τὸ γὰρ πατρός ἐστιν ἀπαύ-
γασμα· ὥσπερ οὖν ὁ πατὴρ ἀΐδιός ἐστιν,
ὅτως ὑδὲ ὁ ἀπαυγάσματος πότου χρήζει τῆς
αἰτίας· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς
τὸν θεὸν καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος γέγραπται· καὶ οὐκ
ἔχει τὸ διὰ τί· ὅτε δὲ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, τό-
τε καὶ τὴν αἰτίαν τίθησι δι' ἣν γέγονε· λέγων, καὶ
ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· πάλιν τε ὁ ἀπόστολος λέγων
ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, οὐκ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶ-
ναι ἴσα θεῷ· εἰ μὴ ὅτι τὴν μορφὴν ἔλαβε δοῦλε· τί γὰρ
ἄλλο φέρει λέγων, ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν μέχρι
θανάτου· θανάτου δὲ σταυρός· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ
σὰρξ γέγονε καὶ μορφὴν ἔλαβε δούλε· αὖτις δὲ ὁ
κύριος πολλὰ μὲν ἐν παροιμίαις λελάληκεν
οὕτω δὲ ἑαυτοῦ σημαίνων, ἀπολελυμένως εἴρηκεν·
ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ· καὶ ἐγὼ καὶ ὁ
πατὴρ ἓν ἐσμεν· καὶ ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πα-
τέρα· καὶ ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου καὶ ἐγώ εἰμι ἡ ἀ-
λήθεια· ἀπιθεῖς ἑκάστου τὴν αἰτίαν· ὅδε τοῦ διὰ
τί· ἵνα μὴ ὑπὲρ ἐκείνων εἶναι φαίνηται ὧν
χάριν καὶ γέγονεν· ἀνάγκη γὰρ προηγεῖσθαι τὴν αἰτίαν
τούτου· ἧς ἄνευ, οὐκ ἂν ὑδὲ αὐτὸς ἐγεγόνει· παν-
τελῶς γοῦν ἀφορισμένος ἀπόστολος εἰς εὐαγγέ-
λιον ὃ προεπηγγείλατο ὁ κύριος διὰ τῶν προ-
φητῶν, εἶχε πρὸ ἑαυτοῦ τὸ εὐαγγέλιον καὶ γέγο-
νε διάκονος· καὶ ὁ ἰωάννης μὲν προχειρισθεὶς οὗ
καὶ γέγονεν εἰς τὸ προοδεῦσαι τοῦ κυρίου, πρὸ ἑαυτοῦ
εἶχε τὸν κύριον· ὁ δὲ κύριος οὐκ ἔχων πρὸς ἑαυτὸν
αἰτίαν τοῦ εἶναι αὐτὴν ἢ μόνον ὅτι τοῦ πατρός ἐστι γνώ-
μα καὶ σοφία μονογενὴς· ὅταν ἄνθρωπος γένηται, τό-
τε καὶ τὴν αἰτίαν τίθησι δι' ἣν μέλλει σάρκα φορεῖν· προ-
ηγεῖται γὰρ τοῦ γενέσθαι αὐτὸν ἄνθρωπον, ἡ τῶν ἀνθρώπων
χρεία ἧς ἄνευ, οὐκ ἂν ἐνεδύσατο σάρκα· τίς δὲ ἡ χρεία
δι' ἣν γέγονεν ἄνθρωπος, αὐτὸς μὲν ὁ κύριος σημαίνων
ἔλεγε ταύτην· καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ οὐχ ἵνα πι-
ήσω τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν· ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμ-
ψαντός με· τοῦτο δέ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ πεμψαντός
με, ἵνα πᾶν ὃ δέδωκέν μοι μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐ-
τοῦ, ἀλλὰ ἀναστήσω αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ·
καὶ πάλιν, ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα ἵ-
να πᾶς ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ἐν τῇ σκοτίᾳ μὴ μείνῃ·
καὶ πά-

» καὶ πάλιν ἐν τῷ κζ' ἰωάννλω, φησὶν, ἐγὼ εἰς τοῦτο
» γεγέννημαι, καὶ εἰς τοῦτο ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον,
» ἵνα μαρτυρήσω τῇ ἀληθείᾳ· ὁ γὰ ἰωάννης ἔγραψεν·
» εἰς τοῦτο ἐφανερώθη ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ἵνα λύσῃ τὰ
» ἔργα τοῦ διαβόλου. Διὰ τὸ μαρτυρῆσαι ἄρα· καὶ
ὑπὲρ ἡμῶν ἀναδέξασθαι θάνατον. Καὶ διὰ τὸ ἀνα-
στῆσαι τοὺς ἀνθρώπους καὶ λύσαι τὰ ἔργα τοῦ διά-
βολου ἐλήλυθεν ὁ σωτὴρ, καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία τῆς ἐν-
σάρκου παρουσίας αὐτοῦ· ἄλλως γὰρ ἀ ἀσασις οὐκ
ἂν ἐγένετο, εἰ μὴ θάνατος ἐγέγονει· θάνατος δὲ
ὡς ἐγεγόνει, εἰ μὴ τὸ ἀποθνῆσκον ἐσχήκει σῶ-
μα· τοῦτο μαθὼν παρ' αὐτοῦ καὶ ὁ ἀπόστολος, ἔλε-
γεν· ἐπεὶ οὖν τὰ παιδία κεκοινώνηκεν αἵματος
καὶ σαρκὸς, καὶ αὐτὸς παραπλησίως μετέσχε τῶν
αὐτῶν, ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κρά-
τος ἔχοντα τοῦ θανάτου τὸν διάβολον, καὶ ἀπαλ-
λαξῃ τούτους ὅσοι φόβῳ τοῦ θανάτου διὰ παντὸς τοῦ
ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας· καὶ ἐπειδὴ δι' ἀνθρώπου
θανάτος· καὶ δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις· καὶ πάλιν· τὸ
γὰ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρ-
κὸς, ὁ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώμα-
τι σαρκὸς ἁμαρτίας· καὶ περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε
τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκὶ· ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ
νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περι-
πατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα· καὶ ἰωάννης φησὶν·
ὁ γὰ ἀπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ εἰς τὸν κόσμον,
ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον· ἀλλ' ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι'
αὐτοῦ· καὶ πάλιν διὰ ὁ σωτὴρ ἔλεγεν· εἰς κρίμα
ἐγὼ ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον, ἵνα οἱ μὴ βλέποντες
βλέπωσι, καὶ οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωνται· ὁ
δι' ἑαυτὸν δρᾶ ἀλλὰ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτη-
ρίαν. Καὶ διὰ τὸ καταργηθῆναι τὴν ἁμαρτίαν· καὶ
διὰ τὸ ἀναβλέψαι τοὺς τυφλοὺς· καὶ ἀναστῆναι
πάντας ἐκ νεκρῶν ἐλήλυθεν· εἰ διὰ μὲν ἑαυτὸν
κλίζεται ἀλλὰ δι' ἡμᾶς, οὐκ ἔστιν ἃ ἔρα αὐτὸς κλί-
σμα· ἀλλὰ τὴν ἡμῶν ἐνδυσάμενος σάρκα, τοῦτό
φησιν. Ὅτι παύτην τὴν διάνοιαν ἔχουσιν αἱ
γραφαὶ ἔξεστι παρὰ τοῦ ἀποστόλου μαθεῖν. Φησὶ
γὰρ ἐν τῇ πρὸς ἐφεσίους τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγ-
μοῦ λύσας τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ τὸν νόμον
τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας, ἵνα τοὺς
δύο κτίσῃ ἐν ἑαυτῷ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον· εἰ δὲ
ἐν αὐτῷ κλίζονται οἱ δύο· καὶ ἔτοί εἰσιν ἐν τῷ σώματι
αὐτοῦ, εἰκότως ἄρα λέγεται ὡς φορῶν τοὺς δύο ἐν
αὐτῷ αὐτὸς ἐστι κλιθείς· τοὺς γὰ κλιθέντας ἐν ἑαυτῷ
ἤνωσε· καὶ ἦν αὐτὸς ἐν αὐτοῖς ὡς ἐκεῖνοι· οὕτω δύο
κτισθέντων ἐν αὐτῷ, ἁρμοζόντως ἂν λέγοι, κύριος
ἔκλισέ με· ὥσπερ γὰρ τὰς ἡμῶν ἀσθενείας διεχό-
μενος λέγεται αὐτὸς ἀσθενεῖν· καίτοι μὴ ἀσθενῶν
αὐτὸς· δύναμις γάρ ἐστι θεοῦ ἁμαρτία τε ὑπὲρ
ἡμῶν γέγονε καὶ κατάρα· καίτοι μὴ ἁμαρτήσας
αὐτὸς· ἀλλ' ὅλη τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν καὶ τὴν κατάραν
ἐβάστασεν αὐτὸς· οὕτως ἡμᾶς ἐν ἑαυτῷ κλίζων,
λέγεται ὅλη καὶ ἔκτισέ με εἰς τὰ ἔργα καίτοι κλίσμα
μὴ ὢν αὐτὸς· ἐπεὶ εἰ κατ' ἐκείνους ὡς κλισῆς
ἴσης τῆς οὐσίας τοῦ λόγου, λέγει κυρίος ἔκλισέ με κλίσμα ὤν· οὐ δι' ἡμᾶς ἐκλίθη· δι' ἡμᾶς δὲ
μὴ κλιθέντος αὐτοῦ, οὐκ ἐκλίθημεν ἐν αὐτῷ· μὴ κλιθέντες δὲ ἐν αὐτῷ, οὐκ ἔχομεν αὐτὸν ἐν ἑαυτοῖς·

Et rursum apud Ioannem inquit, *Ego ad hoc genitus sum, & ad hoc in mundum veni, vt testis sim veritati*. Iam si Ioannes dicat, *Ad id apparuit Filius Dei, vt dissolueret opera diaboli*, pro martyrio igitur, & vt pro nobis mortem susciperet, & vt homines excitaret Saluator venit, atque illa est causa aduentus ipsius: resurrectio alioqui non obtigisset, nisi mors fuisset, mors porro, quomodo in eo locum habuisset, nisi mortale corpus gestasset? id vbi ab eo Paulus didicerat, in hæc verba prorupit: *Quoniam pueri consortes erant carnis & sanguinis, ipse quoque itidem earundem rerum particeps esse voluit, vt per mortem aboleret eum, qui vim mortis habebat, diabolum, & liberaret eos qui metu per omnem vitam obnoxij erant seruituti, &, quia per hominem mors, ideo & per hominem resurrectio mortuorum*. Ac rursum, *Nam impotentia legis, quatenus languebat propter carnem, Deus misso Filio suo sub similitudine carnis peccati, de peccato peccatum in carne condemnauit, vt iustificatio redintegraretur in nobis, qui non secundum carnem, sed secundum spiritum ambulemus*. Ioannes item, *Non enim misit Deus Filium suum in mundum, vt iudicaret mundum, sed vt mundus seruaretur per eum*. Saluator quoque idem de ipso loquitur, *Ad iudicium ego in mundum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident, caci fiant*. Non igitur propter seipsum, sed propter nostram salutem, & ob demolitionem mortis, & condemnationem peccati, & vt cæci visum reciperent, & vt omnes è mortuis excitarétur, aduenit. Si igitur non sui gratia, sed nostri venit, neque in sui ipsius vsum conditur, sed ad nostrum, fieri non potest vt sit creatura: verum vbi nostram carnem induerat, ita locutus est. Iam, quòd istiusmodi intellectum habeant scripturæ, ex Paulo disces: ait enim, vbi soluisset intermedium parietem septi, nimirum inimicitiam in carne sua, legem præceptorum in edictis aboleuit, vt duos crearet in seipso in vnum hominem nouum, pacé faciens. Quod si duo in eo creantur, iíq; sunt in corpore illius, merito igitur duos in se gestás creatos ipse creatus esse dicitur. Nam creatos in semetipso vniuit, & ipse in illis erat vt illi. Atque ita duobus in eo creatis, congruenter dici potest: Dominus creauit. Nam quemadmodum ipse, nostris susceptis infirmitatibus dicitur infirmari, quamuis ipse infirmus non sit, vtpote qui sit potentia Dei: & peccatum pro nobis factus esse & maledictio, quanquam ab eo peccatum non sit, sed quia gestauerat peccata nostra & maledictionem: sic & nos in seipso creans de seipso dicit, creauit me ad opera, quum ipse creatura non sit. Quoniam, si secundum illos, de creabili essentia Verbi hoc putaretur dictum (Dominus creauit me) & Verbum pro creatura agnosceretur, propter nos vtiq; creatum non esset: quod quidem si cócedas, sequetur, nos in illo creatos nó esse, eum non in nobis,

ſed extra nos foriſque haberemus, veluti doctrinam quandam, quę ex magiſtro à diſcipulis accipitur. Quod ſi res ita ſe habet, nihilominus peccatum carnis in nobis remanens, regnum ſuum vetus & tyrānidem obtinet, vtpote, nunquam inde eiectum. Cæterum iſtis verba Apoſtoli paulo ante citata aduerſantur. Eius enim (inquit) opus ſumus, creati in Chriſto Ieſu. Quod ſi in Chriſto creati ſumus, ergo ille creatus non fuit, ſed nos in eo creati ſumus. Et propter nos illata eſt mentio iſtius vocis, creauit: Nam propter noſtram neceſſitatem, Verbum quamuis conditor eſſet, ſuſtinuit vocem conditi in ſe referri, neque tamen vox illa quatenus Verbum & Deus eſt, in eum quadrat, ſed in nos qui in eo creati ſumus: & ſicut Patre exiſtente ſemper, ſemper quoque exiſtit Filius, & quia ſemper extitit, inquit: Ego eram in quo exhilarabatur, quotidie oblectabar in conſpectu eius. Et, *ego in Patre, & Pater in me:* ita quoque, quum pro noſtra neceſſitate factus eſſet homo, congruenter, vt nos, quæ noſtra ſunt, loquitur: Dominus creauit me, vt eo in carne habitante, peccatum omnino eiiceretur, & nos liberos haberemus ſpiritus. Quid autem? eum iam hominem factum oportebat loqui? In principio eram homo: at illud minime in illum congruebat, neque verum erat: Quemadmodum autem non congruebat, vt hoc diceret: ita proprium & peculiare fuit de homine dici, eum creatum eſſe & factum eſſe: certe, ob id cauſa creationis adiuncta eſt, quæ lectionis difficultatem explicat ac diſſoluit. Nam & iſthic hoc verbum (creauit) cauſam cur creatus ſit, ſubſequētem habet, quia additum eſt (ad opera.) Contra, natiuitatem ſuam ex parte abſolute exprimens: ſtatim ſubintulit: *Ante omnes colles genuit me*: non, cur genitus eſſet, quemadmodum in hoc dicto (creauit) ſubiunxit, ad opera ſua, ſed ſimpliciter & abſolute, genuit me: quemadmodum & hoc *In principio erat Verbum.* Nam etiāſi opera condita non fuiſſent, æquè tamen erat Verbum Dei, & Deus erat Verbum. Cæterum vt fieret homo, nunquam deſtinatum fuiſſet, niſi hominum neceſſitas, eius rei cauſam præbuiſſet. Non igitur creatura Filius haberi poterit. Si enim creatura eſſet, nūquam dixiſſet, genuit me: nam creaturæ nihil eſſentiæ creatoris habent: quippe, quæ duntaxat ſint opera. Verū, genitum eſſe, non extrarium quiddam quale opus eſt, denotat: ſed quiddam proprium, quod ſubſtantia Patris emerſit, ideoque hæc opera nimirum inter res conditas numeres: Verbum contrà, Dei vnigenitum Filiū eſſe cenſeas. Imo, in mundi creatione non dixit Moſes. In principio genuit Deus, neque in principio erat: ſed *In principio fecit Deus cælum & terram.* Neq; ad eū modū Dauid, *Manus tuæ genuerūt me*, ſed *fecerunt me, & formauerunt me*, locutus eſt: vbique hoc verbum, fecit, in rebus creatis vſurpans. Omnia contra in diuerſum obſeruantur, vbi de filio fit mentio. Nō enim ibi dicitur, fecit, ſed genuit, & *Eructauit cor meum Verbum bonum*, Et in rerum creatione, *In principio*, inquit, *fecit*: de Filio autē, *In principio erat Verbum.* Eſt autē ea in iſtis differētia, ꝙ creaturæ mox poſt initiū cōdantur,

A ἀλλ' ἔξωθεν ἔιχομεν ἄρα αὐτῷ τὴν μάθησιν ὡς ῥᾳδιδασκάλου· οὕτω δὴ ἡμῶν ὄντων, οὐδὲν ἧττον πάλιν ἡ ἁμαρτία τῆς σαρκὸς ἐβασίλευεν ἐμμένουσα· Ἐ μὴ ἐκβληθεῖσα ἐξ αὐτῆς· ἀλλα ὁ ἀπόστολος ἑαυτοῦται τούτοις περὶ ὀλίγων τούτων φάσκων· αὐτὸ γάρ ἐσμεν ποίημα κτισθέντες ἐν χριστῷ ἰησοῦ· εἰ δὲ ἐν χριστῷ ἡμεῖς ἐκτίσθημεν· οὐκ ἔστιν ἄρα αὐτὸς ὁ κτίζομενος· ἀλλ' ἡμᾶς ἐσμεν ἐν αὐτῷ κτιζόμενοι· Ἐ δι' ἡμᾶς ἐστιν ἡ, τοῦ ἔκτισε, φωνή· Διὰ γὰρ τὴν ἡμῶν χρείαν· καί τοι κτίσης ὢν ὁ λόγος, ὑπέμεινε καὶ τὴν τῶν κτιζομένων ἰδίαν φωνὴν τὸ ἔκτισεν· ὥσπερ δὲ τοῦ πατρὸς ὄντος ἀεὶ, ἔστι καὶ ὁ τούτου λόγος ὢν ἀεὶ· καὶ ὢν ἀεὶ λέγει· ἐγὼ ἤμην ᾗ προσέχαιρε· καθ' ἡμέραν δὲ ἐφραινόμην ἐν προσώπῳ αὐτοῦ· καὶ ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ· οὕτως ὅτε διὰ τὴν ἡμῶν χρείαν γέγονεν ἄνθρωπος, ἀκολούθως τὰ ἡμῶν ὡς ἡμεῖς αὐτὸς λέγει· ; κύριος
B ἔκτισέ με· ἵνα αὐτοῦ ἐνοικήσαντος ἐν τῇ σαρκὶ, πλέως ἡ ἁμαρτία ἐξωθῇ τῆς σαρκὸς καὶ ἡμεῖς ἐλεύθερον ἔχωμεν τὸ φρόνημα· τί δὲ ἔδει γνόμενον αὐτὸν ἄνθρωπον εἰπεῖν· ἐν ἀρχῇ ἦμην ἄνθρωπος; ἀλλ' οὔτε γε ἥρμοζεν αὐτῷ τοῦτο· οὔτε ἀληθὲς ἦν· ὥσπερ δὲ τοῦτ' οὐκ ἔπρεπεν εἰπεῖν, οὕτως οἰκεῖον καὶ ἴδιον ἐστ' ἀνθρώπῳ λέγειν τὸ ἔκτισε καὶ ἐποίησεν αὐτόν· Διατοῦτο γοῦν ἡ αἰτία τοῦ ἔκτισε προσκειται·
C ἢ τις ἐστὶ τῶν ἔργων ἡ χρεία· ἔνθα δὲ ἡ αἰτία προσκειται· αὐτὴ ἡ αἰτία πάντως διαλύει τὸ ἀνάγνωσμα καλῶς· καὶ γὰρ καὶ ἐντεῦθεν ἐν μὲν τῷ κτίσαι τὴν αἰτίαν τίθησι τὰ ἔργα· τὴν δὲ ἐκ πατρὸς γέννησιν ἀπολελυμένως σημαίνων· ἀθρόως ἐπήγαγε, περὶ δὲ πάντων τῶν βουνῶν γεννᾷ με· ᾧ διότι, ὥσπερ ὅτι τοῦ ἔκτισέ με προσέθηκε, λέγων, εἰς τὰ ἔργα· ἀλλὰ ἀπολελυμένως γεννᾷ με· ὥσπερ τὸ ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος· τὸ γὰρ γένεσθαι αὐτὸν ἄνθρωπον οὐκ ἂν εἴπειν, εἰ μὴ τῶν ἀνθρώπων ἡ χρεία γέγονεν αἰτία· οὐκ
D ἔστιν ἄρα κτίσμα, ὁ υἱός· εἰ γὰρ κτίσμα ἦν, οὐκ ἂν εἶπε, γεννᾷ με· ὅτι τὰ μὲν κτίσματα, ἔξωθέν ἐστιν ἔργα τοῦ ποιοῦντος· τὸ δὲ γέννημα, οὐκ ἔξωθεν ὡς ἔργον, ἀλλ' ἐκ τοῦ πατρός ἐστιν ἴδιον τῆς οὐσίας· διόπερ τὰ μὲν κτίσματα· τὰ δὲ λόγος τοῦ θεοῦ υἱὸς μονογενής· ἀμέλει ὅτι μὲν τῆς κτίσεως, οὐκ εἴρηκε μωϋσῆς ἐν ἀρχῇ ἐγέννησεν· οὐδὲ ἐν ἀρχῇ ἦν· ἀλλ' ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· οὐδὲ ὁ δαβὶδ ἔψαλεν, αἱ χεῖρες ἐγέννησάν με· ἀλλ' ἐποίησάν με· πανταχοῦ τὸ ἐποίησέ με ὅτι
E τῶν κτισμάτων λέγων· ὅτι δὲ οὐδὲ τὸ ἔμπαλιν· οὐ γὰρ εἴρηκεν ὅτι κτίζει· ἀλλ' ἐγέννησε γεννᾷ με· καὶ ἐξηράνθη ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν· καὶ ὅτι μὲν τῆς κτίσεως, ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν· ἐπὶ δὲ τοῦ υἱοῦ, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. Διαφέρει δὲ τοῦτο, ὅτι τὰ μὲν κτίσματα, ὑπὸ τὴν ἀρχὴν πεποίηται·

καὶ Διά-

& quod

καὶ διασημαντικῶ ἀρχῶ τῶ εἶναι ἔχει· διόπερ καὶ τὸ λεγόμενον ἐπ' αὐτῶν ἐνῆρξη ἐποίησεν, ἴσον ἐστὶ τῶ εἰπεῖν πάλιν ἐπ' αὐτῶν, τὸ ἀπ' ἀρχῆς ἐποίησεν· ὅπερ ὁ κύριος ἰδὼς, ὅπερ ἐποίησεν ἐδίδαξεν· ὅτε τὰς Φαρισαίους ἐνέτριπτε λέγων· ἀπ' ἀρχῆς δὲ ὁ κτίσας αὐτὰς, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτάς· ἀπὸ γὰρ ἀρχῆς τινος ἦν μὴ εἶναί ποτε, γέγονε καὶ ἐκτίσθη τὰ γενητά· τοῦτο καὶ τὸ πνεῦμα ἐσήμανεν ἐν ψαλμοῖς λέγον, καὶ σὺ κατ' ἀρχὰς κύριε τὴν γῆν σὺ ἐθεμελίωσας· ἔτι πάλιν· μνήσθητι τῆς συναγωγῆς σου ἧς ἔκτησω ἀπ' ἀρχῆς· δῆλον δέ ἐστιν ὃ τὸ κατ' ἀρχὰς γινόμενον, ἀρχὴν ἔχει τοῦ κτίζεσθαι, καὶ ὅτι τὴν συναγωγὴν, ἀπό τινος ἀρχῆς ἔκτησατο ὁ θεός· ὅτι δὲ τὸ ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν, οὐ τοῦ λέγειν ἐπίσης, τοῦ ἤρξατο ποιεῖν ἐστιν, αὐτὸς μωϋσῆς τοῦτο δηλοῖ μετὰ τὴν πάντων τελεσιουργίαν· λέγων, καὶ κατελογήσεν ὁ θεὸς τὴν ἡμέραν τὴν ἑβδόμην· καὶ ἡγίασεν αὐτὴν· ὅτι ἐν αὐτῇ κατέπαυσεν ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὧν ἤρξατο ὁ θεὸς ποιῆσαι. οὐκοῦν τὰ μὲν κτίσματα, ἤρξαντο γίνεσθαι· ὁ δὲ τοῦ θεοῦ λόγος οὐκ ἔχων ἀρχὴν τοῦ εἶναι, εἰκότως οὐκ ἤρξατο τοῦ εἶναι· οὐδὲ ἤρξατο γίνεσθαι, ἀλλ' ἦν ἀεὶ· καὶ τὰ μὲν ἔργα ἀρχὴν ἐν τῷ ποιεῖσθαι ἔχει, καὶ προάγει τῶν γινομένων ἡ ἀρχή· ὁ δὲ λόγος οὐκ ὢν τῶν γινομένων, μᾶλλον τῶν τὴν ἀρχὴν ἐχόντων, αὐτὸς δημιουργὸς γίνεται. καὶ τῶν μὲν γενητῶν τὸ εἶναι ἐν τῷ γίνεσθαι μετρεῖται, καὶ ἀπό τινος ἀρχῆς ἄρχεται παῦλαν ποιεῖν ὁ θεὸς· ἵνα τὸ μὴ εἶναι πρὶν γένεσθαι παῦλαν γνώσκηται· ὁ δὲ λόγος τὸ εἶναι, οὐκ ἐν ἄλλῃ ἀρχῇ ἔχει· ἀλλ' ἐν τῷ πατρὶ τῷ κατ' ἐκείνης ἀνάρχῳ, ἵνα ᾖ αὐτὸς ἄναρχος ὑπάρχῃ ἐν τῷ πατρὶ, γέννημα καὶ οὐ κτίσμα τυγχάνων αὐτοῦ· ὅτωσοῦν ἡ θεία γραφὴ τὴν διαφορὰν τῆς γεννήματος οἶδε καὶ τῶν ποιημάτων. καὶ τὸ μὲν γέννημα ἴδιον, οὐκ ἀπό τινος ἀρχῆς ἀρξάμενον, ἀλλ' ἀΐδιον δείκνυσι· τὸ δὲ ποίημα ὡς ἔξωθεν ἔργον τοῦ ποιήσαντος τυγχάνον, ἀρξάμενον τοῦ γίνεσθαι σημαίνει. ὅτωσοῦν καὶ ὁ ἰωάννης οἶδε τοῦ ἡμῶν θεολογῶν· καὶ γινώσκων τὴν τῶν λέξεων διαφορὰν, οὐκ εἶπεν ἐν ἀρχῇ γέγονεν ἢ ἐποίηται· ἀλλ' ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος· ἵνα τῷ γεννήματι τὸ ἀεὶ συνεξακούσηται· καὶ μὴ ἐν διαστάσει τις λογίσηται, ἀλλ' ἀεὶ καὶ ἀϊδίως ὑπάρχοντα τὸν υἱὸν πιστεύῃ· τούτων δὲ ὅτως δεικνυμένων, πῶς ἀρειανοὶ μὴ νοήσαντες τὰ ἐν τῷ δευτερονομίῳ ῥήματα, καὶ ἐν τούτῳ πάλιν εἰς τὸν κύριον ἀσεβεῖν ἐτολμήσατε λέγοντες· ἢ ποίημα· ἢ κτίσμα· ἤτοι γέννημα εἶναι αὐτόν; τοῦτον γὰρ τὸ γέννημα καὶ τὸ ποίημα σημαίνειν φάσκετε· καὶ ἐντεῦθεν γὰρ ἀδὲν ἧττον ἀπαιδεύτοι καὶ ἀσεβεῖς γνωσθήσεσθε· τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ῥητόν ἐστι τοῦτο· οὐκ αὐτός σου πατὴρ ἔκτησατό σε, καὶ τὸ ἐποίησέ σε· καὶ ἔκτισέ σε, καὶ μετ' ὀλίγα ἐν τῇ αὐτῇ ᾠδῇ φησι· θεὸν τὸν γεννήσαντά σε ἐγκατέλιπες· καὶ ἀπελάθου θεοῦ τοῦ τρέφοντός σε.

A

B

C

D

E

& quod illud, in principio fecit, exordium essendi intercapedinantũ afferat: In filio contra, *In principio erat Verbum*: Est enim tale ac si diceres, ab initio fecit: eadem ratione, qua Dominus conscius suorum operum, Pharisæos sub his verbis docuit: *Ab initio qui creauit eos, marem & fœminam ipsos fecit*. Ab initio siue post initium, quum nondum essent, factæ & conditæ sunt creaturæ. Id ipsum Spiritus Sanctus per Dauidem eloquitur, Et tu ab initio Domine fundasti terram, &, Recordare congregationis tuæ, siue Synagogæ, quam ab initio condidisti. Manifesto autem liquet, id quod per initium fit, exordium habuisse vt fieret, & ab aliquo initio Deum congregationem condidisse. Iam, quod dicitur, In principio Deum fecisse, idem esse cum eo, quod est, incepisse facere, ipse Moses clarum facit, quum post omnia opera perfecta subiungit, Et benedixit Dominus septimæ diei, eo quod in illa ab omnibus operibus requieuisset Deus, quæ facere inceperat. Quapropter, quæ sunt condita, ea aliquando esse inceperunt: è diuerso Dei sermo, quum non sortitus sit initium essendi, merito quoque non incepit esse, neque incepit fieri, sed semper erat. Et opera quidem in fiendo initium sui adipiscuntur, & principium semper res faciendas antecedit: Verbum autem non est ex numero eorum quæ fiunt, sed potius eorum quæ principium habent, & opifex & conditor, & rerum factarum essentia. Nam quæ ex eo ipso quod fiunt, mensuram modumque accipiunt, & ab aliquo initio initiantur has per Verbum suum facit Deus, vt ea nõ exsistere, priusquam fiant intelligere posses. Verbum autem vt sit, id non in vllo principio, sed in patre constitutum habet, qui etiam secundum illos principio caret, vt & ipse sine principio in patre exístat, vt Soboles, non vt creatura. Ita scilicet sacra scriptura differentiam geniti & creati accipit, & id quod est genitum filium, nullo vnquam initio inchoatũ, sed sempiternum esse declarat. Id autem quod factum est, opus factoris, non ex factore naturam trahere ostendit. Ita quoque Ioannes de filio theologicans, agnoscensque vocum discrimina, non dixit, In principio factus est, aut conditus est: sed, *In principio erat Verbum*, vt per geniti naturam hæc vox (erat) subauditretur: id cauens, ne quis interuallum temporis intercessisse cogitaret, sed semper & æternaliter Filium exístere crederet. Istis ad istum modum probatis, qui fit, ô Ariani, vt non intellectis Deuteronomii verbis, etiam illic denuo vos impios in Dominum exhibeatis, dicentes illum vel opus, vel creaturam, vel deniq; quiddam genitum exístere? Idem enim, genitum & factum affirmatis significare, etiam isthic non minus quam alibi indocti & impii deprehendendi. Istud enim est quod primum ibi dicitur. *Nonne ipse est pater tuus qui creauit te, & fecit te*, Et paulò pòst in eodem cantico, *Deum qui te genuit, dereliquisti: & Dei, qui te educauit, oblitus es.*

In quibus verbis, mens ſcripturæ plane admirabilis: quippe, quæ non in priori dicto poſuit illud verbum, *genuit*, ne vox ea id diſcriminis, quod cum voce, *fecit*, habet, deperderet, & cauillationem aliquam ita dicendi iſti nanciſcerentur. Moſes certe, vbi ſtatim ab initio Deum ita loquentem introduxiſſet, *Faciamus hominem*, poſtea ad iſtum modum verba fecit: *Deum qui te gennit, dereliquiſti*, vocabulis iſtis vt promiſcuis & nullo diſcrimine variantibus, vſus: Idem enim id quod genitum eſt, & quod factum. Atqui, poſt hoc verbum (condidit) &, fecit, tum demum, genuit, adiecit, vt ipſe locus ſui aliquam interpretationem habere videretur. Nam in hoc vocabulo, fecit, verè declarat id quod eſt humanæ naturæ, nimirum, quod opera ſunt & res creatæ: in voce autem, genuit, oſtendit Dei erga homines, ex quo creati erant, humanitatem: & poſtquam ingratos ſe ſuper iis rebus exhibuiſſent, iam inde Moſes per improperium dicit: *Hanc vicem Domino redditis:* deinde ſubinfert: *Nonne ipſe eſt Pater tuus, qui creauit te, & fecit, & poſſedit te?* Ac rurſum, *Sacrificauerunt dæmoniis & non Deo, diis quos non nouerant quoſque incognitos habebant Patres eorum, Deum qui te genuit, dereliquiſti.* Deus enim non ſolum eos homines fecit, ſed & filios appellauit, quaſi qui illos genuiſſet: nam ea vox (Filius) hic eam ſignificationem habet, quam hoc vocabulum (genuit) in ſe poſſidet quemadmodum per Prophetam loquitur, Filios genui & extuli. In ſumma, vbicunque ſcriptura Filium ſignificare proponit, non per creauit, ſed omnino per vocabulum (genuit) denotare ſolet. Et hoc ipſum Ioannes videtur oſtendere, dum inquit, Dedit iis poteſtatem Filios Dei fieri, qui credunt in nomen ipſius, qui non ex ſanguine, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt: etiam hic pulchre ſe tuente vocabulorum obſeruatione. Nam illud gigni, ſignificat hic non naturales, ſed adoptatitios nominibus filiorum appellari: illud porro verbum geniti ſunt, ideo vſurpatum eſt, quod planè illis nomen, Filii, eſſet inditum. Sed populus, vt Propheta ait, vilipenderunt benefactorem. Cæterum, Dei beneuolētia eſt, quod quorum ſit conditor horum poſtmodum per gratiam Patrem ſe faciat: Facit autem ſe Patrem, quum qui iam cōditi ſunt, vt inquit Apoſtolus, ſuſceperint in cordibus ſuis Spiritum Filii clamantē, Abba Pater. Iſti ſunt qui ſuſcepto Verbo, acceperunt poteſtatem Filios Dei fieri. Aliter enim nunquam efficerentur Filii, quum natura res creatitiæ ſint, niſi eius qui natura eſt Filius, Spiritum ſuſceperint. Quapropter vt hoc fieret, Verbum caro factum eſt, vt hominem capacem Deitatis faceret. Eundem hunc intellectum & Malachias adfert: *Nonne Deus creauit nos?* &, *Nonne vnus Pater omnium noſtrum?* Etiam hic primo ordine conſiſtit, creauit & ſecundo ordine, Pater, vt & ipſe oſtenderet nos quidē ab initio creaturas eſſe, Deumque per Verbum ſuum eſſe noſtrū conditorem, poſtmo-

ἡ δὲ Δράνοια, παάνυ θαυμαϛὴ τυγχάνει οὖσα· οὐ γαρ ἔφθακε πρῶτον τὸ ἐγέννησε ἵνα μὴ ἀλλόφορος ᾖ ἡ λέξις ἢ πρὸς τὸ ἐποίησε καὶ πρόφασιν εὕρωσιν οὗτοι· καὶ λέγωσι, μωσῆς μὲν ἐξ ἀρχῆς οὕτως εἶπεν εἰρηκέναι τὸν θεον· ποιήσωμεν ἄνθρωπον, αὐτὸς καὶ μετὰ ταῦτα ἔφησε· θεὸν τὸν γεννήσαντά σε ἐγκατέλιπες· ὡς ἀλλοφόρων τῶν λέξεων οὐσῶν· πάντων γαρ γέννημα καὶ ποίημά ἐστιν· ἀλλὰ μετὰ τὸ ἔκτησατο καὶ ἐποίησε, λοιπὸν ὕστερον ἐπήγαγε τὸ ἐγέννησε· ἵνα καὶ ἐμφωνέαν ὁ λόγος ἔχων φανῇ· ἐν μὲν γαρ τῷ ἐποίησεν, ἀληθῶς σημαίνει τῶν ἀνθρώπων τὸ κατὰ φύσιν· ὅτι ἔργα τέ ἐστι καὶ ποίημα· ἐν δὲ τῷ ἐγέννησε· δηλοῖ τὴν τοῦ θεοῦ γεγονέναι ὅτι πάντη λοιπὸν μωϋσῆς ὀνειδίζων αὐτοὺς, πρῶτον μέν φησι· ταῦτα κυρίῳ ἀνταποδίδοτε, οὐκ αὐτὸς οὗτός σου πατὴρ ἔκτησατό σε καὶ ἐποίησέ σε· καὶ ἔκτισέ σε, καὶ δεύτερον πάλιν λέγει· ἔθυον δαιμονίοις καὶ οὐ θεῷ· οὓς οὐκ ἤδεισαν οἱ πατέρες αὐτῶν· θεὸν τὸν γεγεννηκότά σε ἐγκατέλιπες. ὁ μὲν γαρ θεὸς, οὐ μόνον ἀνθρώπους αὐτοὺς ἔκτισεν, ἀλλὰ καὶ υἱοὺς ἐκάλεσεν ὡς γεννήσας αὐτούς· τοῦ γαρ υἱὸς, καὶ ὧδε σημαντικόν ἐστι τὸ ἐγέννησεν· ὡς καὶ Δρὰ τοῦ προφήτου φησὶν· υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα· καὶ ὅλως ὅτι ἡ γραφὴ υἱὸν σημαίνει βούλεται· οὐ Δρὰ τῆς ἔκτισε. ἀλλὰ πάντως Δρὰ τῆς ἐγέννησε λέξεως σημαίνει· καὶ τοῦτο πάλιν οἶδεν ἰωάννης λέγων· ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι· οἱ οὐκ ἐξ αἱμάτων· οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ θεοῦ ἐγεννήθησαν· πάνυ καλῶς ἐχούσης ἐνταῦθα τῆς διαστολῆς· τὸ μὲν γενέσθαι, Δρὰ τὸ μὴ φύσει· ἀλλὰ θέσει αὐτὸ λέγεσθαι υἱούς φησι· τὸ δὲ ἐγεννήθησαν, Δρὰ τὸ ὅλως ὄνομα υἱοῦ καὶ αὐτοὺς εἰληφέναι εἴρηκεν· ἀλλ' ὁ λαὸς, ὡς ὁ προφήτης φησὶν, ἠθέτησαν τὸν εὐεργέτην· αὐτὴ δὲ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπία ἐστὶν· ὅτι ὢν ἐστι ποιητὴς, τούτων καὶ πατὴρ ὕστερον κατὰ χάριν γίνεται· γίνεται δὲ, ὅταν οἱ κτισθέντες ἄνθρωποι ὡς εἶπεν ὁ ἀπόστολος, λάβωσιν εἰς τὰς καρδίας ἑαυτῶν τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ, κράζον, ἀββᾶ ὁ πατήρ· οὗτοι δέ εἰσιν ὅσοι δεξάμενοι τὸν λόγον, ἔλαβον ἐξουσίαν παρ' αὐτοῦ τέκνα θεοῦ γενέσθαι· ἄλλως δὲ οὐκ ἂν γένοιντο υἱοὶ ὄντες φύσει κτίσματα· εἰ μὴ τοῦ ὄντος φύσει καὶ ἀληθινοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα ὑποδέξοντο· διὸ ἵνα τοῦτο γένηται, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο· ἵνα τὸ ἀνθρώπινον δεκτικὸν θεότητος ποιήσῃ, καὶ υἱὸν καλέσῃ· τοῦτο Δράνοιαν, ἣ φησὶ μαλαχίου τοῦ προφήτου μαθεῖν ἔξεστι, λέγοντος, οὐχὶ ὁ θεὸς ἔκτισεν ἡμᾶς; οὐχὶ πάντων ὑμῶν εἷς πατὴρ; ἢ ἐνταῦθα δὲ πάλιν πρῶτον τὸ ἔκτισε, ἢ δεύτερον τὸ πατὴρ ἔθηκεν· ἵνα δείξῃ ἢ αὐτὰ, ὅτι ἐξ ἀρχῆς μὲν ἢ φύσιν ἐσμὲν κτίσματα· ἔκλησις ἡμῶν ἐστιν ὁ θεὸς Δρὰ τοῦ λόγου· ὕστερον

ὕστερον δὲ ὑποπτεύομεθα· καὶ λοιπὸν ὁ κτίσης θεὸς γίνεται καὶ πατὴρ ἡμῶν· οὐκοῦν τὸ πατὴρ, τοῦ υἱοῦ ἐστιν ἴδιον· ὥστε καὶ ἐκ τούτου δείκνυσθαι μὴ εἶναι ἡμᾶς φύσει υἱοὺς, ἀλλὰ τὸν ἐν ἡμῖν υἱόν· καὶ μὴ εἶναι πάλιν ὑμῶν φύσει πατέρα τὸν θεὸν, ἀλλὰ τοῦ ἐν ἡμῖν λόγου, ἐν ᾧ καὶ δι' ὃν κραζομεν, ἀββᾶ ὁ πατήρ· ὥσπερ δὲ τοῦτο, οὕτως ὁ πατὴρ ἐν οἷς ἂν βλέπῃ τὸν ἑαυτοῦ υἱόν, τούτους καὶ αὐτὸς υἱοὺς καλεῖ· καὶ λέγει ἐγέννησα· ἐπειδήπερ τὸ μὲν γεννᾶν, σημαντικόν ἐστι τοῦ υἱοῦ· τὸ δὲ ποιεῖν δηλωτικόν ἐστι τῶν ἔργων. Διὰ τοῦτο γοῦν ἡμεῖς οὐ πεφύκαμεν γεννώμεθα· ἀλλὰ ποιούμεθα· γέγραπται γάρ, ποιήσωμεν ἄνθρωπον· ὕστερον δὲ δεξάμενοι τὸν τοῦ πνεύματος χάριν, λεγόμεθά τε λοιπὸν καὶ γεννᾶσθαι· ἀμέλει καὶ ἐν τῇ ᾠδῇ μωϋσῆς ὁ μέγας· μετὰ μεγαλοφροσύνης καλῆς, πρῶτον τὸ ἐκτίσατο, καὶ ὕστερον τὸ ἐγέννησεν εἴρηκεν· ὥσπερ τοῦ μὴ ἀκούσαντας τὸ ἐγέννησεν, ὑπολαβεῖν αὐτοὺς τῆς ἑαυτῶν ἐξ ἀρχῆς φύσεως· ἀλλ' ἵνα γινώσκωσιν ὅτι ἐξ ἀρχῆς μέν εἰσι κτίσματα· ὅταν δὲ κατὰ χάριν λέγωνται γεννᾶσθαι ὡς υἱοὶ· ἀλλ' οὐδὲν ἧττόν εἰσι πάλιν οἱ ἄνθρωποι πλάσματα κατὰ φύσιν· ὅτι δὲ ἃ ταυτόν ἐστι κτίσμα καὶ γέννημα· ἀλλὰ διεζεύχασιν ἀλλήλων τῇ τε φύσει· καὶ τῇ ἐκ τῶν λέξεων σημασίᾳ, αὐτὸς ὁ κύριος ἐν αὐταῖς ταῖς παροιμίαις δείκνυσιν· εἰρηκὼς γάρ· κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, ἐπήγαγε· πρὸ δὲ πάντων τῶν βουνῶν γεννᾷ με· εἰ μὲν οὖν ἦν φύσει καὶ τῇ οὐσίᾳ κτίσμα ὁ λόγος· καὶ μὴ διαφορὰ ἦν τοῦ γεννήματος πρὸς τὸ κτίσμα, οὐκ ἂν ἐπήγαγε τὸ γεννᾷ με· ἀλλ' ἠρκεῖτο τῷ ἔκτισεν· ὡς τῆς λέξεως ταύτης σημαινούσης τὸ ἐγέννησεν· νυνὶ δὲ εἰρηκὼς ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, ἐπήγαγεν οὐχ ἁπλῶς τὸ γεννᾷ με ἀλλὰ μετὰ συμπλοκῆς τοῦ δὲ συνδέσμου ὡς ἀσφαλιζόμενος ἐν τούτῳ τὸν τοῦ ἔκτισε λέξιν· λέγων, πρὸ δὲ πάντων τῶν βουνῶν γεννᾷ με· τὸ ἔκτισε συμπεπλεγμένως ὑπὸ φερόμενον, μίαν ποιεῖ τὴν διάνοιαν· καὶ δείκνυσιν ὅτι τὸ μὲν ἔκτισε, διατί εἴρηται· τὸ δὲ γεννᾷ με, πρὸ τοῦ ἔκτισε ἐστιν· ὥσπερ γὰρ εἰ ἔμπαλιν εἰρήκει· κύριος γεννᾷ με· καὶ ἐπέφερε· πρὸ δὲ πάντων τῶν βουνῶν ἔκτισέ με πάντως προηγεῖτο τὸ τοῦ ἐγέννησε τὸ ἔκτισεν· οὕτως εἰρηκὼς πρῶτον ἔκτισεν εἶτα ἐπαγαγὼν πρὸ δὲ πάντων γεννᾷ με, ἐξαναγκης δείκνυσι προηγεῖσθαι τὸ γέννημα τοῦ ἔκτισε· καὶ γὰρ ἂν λέγων πρὸ πάντων γεννᾷ με· ἄλλον εἶναι ἑαυτὸν σημαίνει τῶν πάντων· δείξασα ἐν τοῖς πρὸ τούτων τῆς ἀληθείας· ὅτι περ τῶν κτισμάτων οὐδὲν ἕτερον τοῦ ἑτέρου προγέγονεν· ἀλλ' ἁθρόως ἅμα πάντα τὰ γένη ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ προστάγματι ὑπέστη· διατοῦτο γοῦν οὐ δὲ τὰ ὅτι τοῦ ἔκτισε, ταῦτα καὶ ὅτι τοῦ γεννᾷ με κεῖται· ἀλλ' ὅτι μὲν τοῦ ἔκτισε, κεῖται ἐρχὼ ὁδῶν ὅτι ὃ

A

B

C

D

E

postmodum verò liberos effici, & ex eo tempore Deus, qui conditor noster est, Pater noster appellatur. Pater igitur proprie ad Filium refertur, non ad creaturam: adeo, vt inde certum sit, non nos natura esse Filios, sed eum qui in nobis est, Filium esse: ac vicissim Deum non esse ex natura nostrum Patrem, sed eius qui in nobis est, Verbi: in quo, & per quem clamamus Abba Pater. Quemadmodum autem illud verum est: ita & Pater, in quibus viderit Filium suum, illos & ipse filios vocat, & dicit, genuit, quandoquidem gignere, filii: facere autem, operum significationem insinuat, eaque de causa nos non primum gignimur, sed creamur. Siquidem scriptum est, Faciamus hominem, postmodum recepta Spiritus gratia, dicimur quoque tandem & generari. Quinimo & magnus ille Moses in cantico suo cum probo intellectu primum, creauit, deinde genuit, subiunxit, ne, si audirent se genitos esse, obliuiscerentur suæ primordialis naturæ: sed vt cognoscerent se ab initio quidem creatos esse: & quanquam per gratiam generati dicuntur, quasi Filii, æque tamen ipsos homines ex natura esse, creaturaque permanere. Porro quod non idem sit, id quod creatum & genitum, sed à se inuicem dissideant, & natura vocum, & discrimine significationum, in prouerbiis ostendit: quum enim dixisset, *Dominus creauit me initium viarum suarum*, subintulit, *Ante omnes colles genuit me*. Si igitur natura & essentia alicuius generis creaturarum Verbum fuisset: ac non potius distantia inter genitum & creatum reperiretur, non subintulisset, genuit me, sed satis fuisset, creauit me, vtpote, ea dictione tantundem significante, quantum in verbo, genuit, intelligere potuisses. Nunc autem quum dixisset, creauit me initium viarum suarum ad opera sua, superinduxit non simpliciter, genuit me, sed cum appendice coniunctionis: tanquam qui cauere & consulere vellet huic verbo, creauit, addidit hunc comitatum, ante omnes colles genuit me. Nam, genuit, coniunctim illatum cum, creauit, vnam eandemque sententiam conficit, declaratque hoc verbum creauit, ad certum quid referri, & causam ipsam cur creauerit. Illud autem, genuit, prius est significatione, quàm hoc Verbum creauit. Quemadmodum vicissim si dixisset, Dominus genuit me, ac deinde subiungeret, ante omnes colles creauit me: omnino illud dictum, creauit me, præcederet tempore: etsi hoc dictum, genuit me, positu non præcederet: ita quum dixit primo loco, creauit, deinde substituit, ante omnia genuit me, necessario demonstrat, ipsum hunc prius genuisse, quam creauisse. Nam quum dicit, ante omnia genuit me, alium se esse & diuersum à reliquis omnibus ostendit, quum superius probatum sit, nihil ex rebus creatis ante alia sui generis conditum fuisse, sed omnia simul vno eodemque mandato facta esse. Atque ideo, ea quæ adhærent post hanc vocem, creauit, addita non sunt huic sententiæ, vbi dicit, *genuit me*: sed vbi creauit, dixerat: ibi subiunxit, initium viarum.

Contra, vbi ait *genuit me*, non appoſuit *initium viarum*, ſed illam appendicem, *ante omnia*. Iam: ſi is qui ante omnia exiſtit, non eſt primus omnium ſed alius diuerſuſque ab omnibus, in quorum numero etiam primus ille cenſetur, ſatis liquet eum alium eſſe à rebus conditis, & plane conſtat, Verbum, quum aliud eſſet ab omnibus, & ante omnia, poſtea incepiſſe creari initium viarum ad opera, per aſſumptionem humanæ naturæ, vt (quemadmodum dixit Apoſtolus) qui eſt initium & primogenitus ex mortuis, in omnibus primatum habeat. Tali igitur ſubſiſtente differentia, inter creauit me, & genuit me, & inter initium viarum, & ante omnia, ille qui eſt omnium hominum creator, is (vt dixi) poſtmodum etiam Pater hominum efficitur, ob conſtitutum in hominibus domicilium ſui Verbi. Cæterum, in Filio id in contrariam vicem retorquetur. Deus enim quum natura Pater ſit ſui Filii, poſtea eius factor & creator efficitur, quum factitiam Filius & creatitiam carnem homo factus induebat. Quemadmodum enim homines accipientes Spiritum Filii, Filii per eum efficiuntur: ita quoque Verbum Dei, quum induerit hominem, carnem creari & fieri dicebatur. Si igitur nos naturales Filii ſumus, certum eſt & illum naturaliter eſſe creaturam, & factitium quiddam: ſin autem nos per gratiam & adoptionem efficimur Filii, clarum manifeſtumque eſt, etiam Verbum in noſtri gratiam hominem factum de ſe merito hæc verba dixiſſe, Dominus creauit me. Deinde, re creatitia indutus, quum ſecundum corpus ſimilis noſtri factus eſſet, merito iam inde frater noſter & primogenitus ob ſimilitudinem corporis appellatus eſt. Etſi enim poſt nos, noſtri gratia homo factus eſt, & frater noſter ob corporis ſimilitudinem, ſed tamen inde primus eſt, & dicitur, eò quòd omnibus hominibus perditis ex præuaricatione Adæ, eius caro ante alios ſeruata ſit & liberata: nec mirum, quum ea eſſet corpus ipſius Verbi: deinde nos, vtpote illi incorporales, per illud corpus in ſalutem vindicamur. Corpore enim illo Dux & Dominus noſter in regnum cælorum ad ſuum Patrem accedit, dum inquit: *Ego via & ianua, & per me omnes neceſſe habent introire*. Vnde etiam primogenitus ex mortuis dicitur, non quod primus noſtrum ſit mortuus: non enim præmortui eramus, ſed quod pro nobis ſuſcepta morte, eaque abolita, primus inter homines reſurrexerit, & pro nobis ſuum corpus excitauerit: quo excitato, nos quoque deinde ab illo & per illum excitamur ex mortuis. Quòd autem primogenitus naturæ rerum appellatur, id non ideo ſit, quaſi ipſe cæteris creaturis coëxæquetur, aut quòd primus illarum ratione ſit temporis: quî enim id fieri queat, quum vnigenitus ſit Dei? ſed ob Verbi ad noſtram humilitatem demiſſionem, id nomen illi inditur, quatione etiam plurimorum efficitur frater.

Siqui-

ὅτι δὲ τοῦ γωνᾷ με, οὐκ εἶπεν ἄρχω γωνᾶμαι· ἀλλὰ πρὸ πάντων γωνᾷ με· ὁ δὲ πρὸ πάντων ὢν, οὐκ ἔστιν ἀρχὴ τῶν πάντων· ἀλλ' ἄλλο ἐστὶ τῶν πάντων· ἐν οἷς καὶ ἡ ἀρχὴ τῶν πάντων σημαίνεται· δηλονότι ἄλλο ἐστὶ τῶν κτισμάτων· καὶ σωίσταται φανερῶς· ὅτι ἄλλο ὢν ὁ λόγος τῶν πάντων καὶ πρὸ πάντων ὢν, ὕστερον κτίζεται ἀρχὴ τῶν ὁδῶν εἰς τὰ ἔργα διὰ τὴν ἀνθρώπησιν· ἵνα ὡς εἶπεν ὁ ἀπόστολος· ὅς ἐστιν ἀρχὴ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν· ἵνα γένηται ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτεύων· τοιαύτης τοίνυν οὔσης τῆς διαφορᾶς τὸ ἔκτισε καὶ τὸ γωνᾷ με· καὶ τῆς ἀρχῆς ὁδῶν· καὶ τοῦ πρὸ πάντων· τῶν μὲν ἀνθρώπων κτίσης ὢν ὁ θεὸς, ὅτος, ὥσπερ εἴρηται, γίνεται καὶ ὕστερον πατὴρ, διὰ τὸν ἐν αὐτοῖς οἰκιωθέντα λόγον αὐτοῦ· ὅπερ ἦν τοῦ λόγου, τὸ ἔμπαλιν· πατὴρ ὢν αὐτοῦ φύσει ὁ θεὸς, γίνεται μὴ ταῦτα καὶ κτίσης αὐτοῦ ὁ ποιητὴς ὅταν τὸν κλιθέντα καὶ ποιηθέντα ἐνδύσηται σάρκα ὁ λόγος, καὶ γένηται ἄνθρωπος· ὥσπερ γὰρ οἱ ἄνθρωποι λαμβάνοντες τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ γίνονται τέκνα δι' αὐτοῦ, ὅτως ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ὅτε καὶ αὐτὸς ἐνεδύσατο τῶν ἀνθρώπων τὸν σάρκα, τότε λέγεται καὶ κτίζεσθαι καὶ πεποιῆσθαι· εἰ μὲν οὖν ἡμεῖς κατὰ φύσιν υἱοὶ δηλονότι κἀκεῖνος κατὰ φύσιν κτίσμα καὶ ποίημα· εἰ δὲ ἡμεῖς θεοὶ καὶ κατὰ χάριν γινόμεθα υἱοὶ, δηλονότι καὶ ὁ λόγος διὰ τὸ εἰς ἡμᾶς χάριν γενόμενος ἄνθρωπος εἴρηκε, κύριος ἔκτισέ με· εἶτα ἐπειδὴ τὸ κτιστὸν ἐνδυσάμενος γέγονεν ἡμῖν ὅμοιος κατὰ τὸ σῶμα τοῦτο, εἰκότως καὶ ἀδελφὸς ἡμῶν καὶ πρωτότοκος ἐκλήθη· εἰ γὰρ καὶ μεθ' ἡμᾶς γέγονεν ἄνθρωπος καὶ ἀδελφὸς ἡμῶν διὰ τὸ σώματος ὁμοίωσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ πρῶτος λέγεται καὶ ἔστιν ἡμῶν· ἐπειδὴ πάντων τῶν ἀνθρώπων ἀπολλυμένων κατὰ τὴν παράβασιν τοῦ ἀδὰμ· πρώτη τῶν ἄλλων ἐσώθη καὶ ἠλευθερώθη ἡ ἐκείνου σάρξ, ὡς αὐτοῦ τοῦ λόγου σῶμα γενομένη· καὶ λοιπὸν ἡμεῖς ὡς σύσσωμοι τυγχάνοντες, κατ' ἐκεῖνο σωζόμεθα· ἐν ἐκείνῳ γὰρ ἡμῶν καὶ ὁδηγὸς ὁ κύριος εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· καὶ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα γίνεται λέγων· ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ θύρα· καὶ δι' ἐμοῦ δεῖ πάντας εἰσελθεῖν· ὅθεν καὶ πρωτότοκος λέγεται πάλιν ἐκ τῶν νεκρῶν· οχ ὅτι πρῶτος ἡμῶν ἀπέθανε· προτεθνήκειμεν γὰρ ἡμεῖς, ἀλλ' ὅτι τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνεδεξάμενος θάνατον· καὶ τοῦτον καταργήσας, ἀνέστη πρῶτος ὡς ἄνθρωπος· ὑπὲρ ἡμῶν ἀναστήσας τὸ ἑαυτοῦ σῶμα· λοιπὸν γὰρ ἀναστάντος ἐκείνου, καθ' ἑξῆς καὶ ἡμεῖς ἀπ' ἐκείνου καὶ δι' ἐκεῖνον ἐκ τῶν νεκρῶν ἐγειρόμεθα· εἰ δὲ πρωτότοκος τῆς κτίσεως λέγεται, ἀλλ' οχ ὡς ἐξισούμενος τοῖς κτίσμασι καὶ πρῶτος αὐτῶν κατὰ χρόνον πρωτότοκος λέγεται· πῶς γὰρ, ὅπου γε μονογενής ἐστιν αὐτός; ἀλλὰ διὰ τὴν πρὸς τὰ κτίσματα συγκατάβασιν τοῦ λόγου, καθ' ἣν καὶ πολλῶν γέγονεν ἀδελφὸς· ὁ γάρ τοι μονογενὴς ἐκ πολλῶν ἄλλων ἀδελφῶν, μονογενὴς ἐστιν.

ὁ δὲ

ὁ δὲ πρωτότοκος, διὰ τοὺς ἄλλους ἀδελφοὺς λέγεται πρωτότοκος· διὰ τοῦτο γοῦν οὐδαμοῦ τῶν γραφῶν εἴρηται πρωτότοκος τοῦ θεοῦ· οὐδὲ κτίσμα τοῦ θεοῦ· ἀλλὰ τὸ μονογενὴς, καὶ τὸ υἱός· καὶ ὁ λόγος, καὶ ἡ σοφία, εἰς τὸν πατέρα τὴν ἀναφορὰν ἔχει καὶ τὴν ἰδιότητα· ἐθεασάμεθα γὰρ τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός· καὶ ἀπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ· καὶ, εἰς τὸν αἰῶνα κύριε ὁ λόγος σου διαμένει· καὶ, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος· καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν· καὶ, χειρὸς θεοῦ δυνάμις καὶ θεοῦ σοφία· καὶ, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός· καὶ, σὺ εἶ ὁ χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος· τὸ δὲ πρωτότοκος, εἰς τὴν κτίσιν ἔχει τὴν κατάβασιν· αὐτῆς γὰρ καὶ πρωτότοκος ἐλέχθη· καὶ τὸ ἔκτισε δὲ, εἰς τὰ ἔργα τὴν χάριν ἔχει· εἰς αὐτὰ γὰρ ἔκτισται· εἰ μὲν οὖν μονογενής ἐστιν, μὴ ἔστω πρωτότοκος· εἰ δὲ πρωτότοκός ἐστι, μὴ ἔστω μονογενὴς· δύναται γὰρ ὁ αὐτὸς μονογενής τε καὶ πρωτότοκος εἶναι, εἰ μὴ ἄρα πρὸς ἄλλο καὶ ἄλλο· ἵνα, μονογενὴς μὲν, διὰ τὴν ἐκ πατρὸς γέννησιν, ὥσπερ εἴρηται· πρωτότοκος δὲ, διὰ τὴν εἰς τὴν κτίσιν συγκατάβασιν· ἀμέλει τῶν δύο τούτων ῥητῶν αὐτικειμένων ἀλλήλοις, κρατεῖν αὖ τις εἴποι δικαίως ὀρθῶς τοῦ λόγου· τὸ τοῦ μονογενοῦς μᾶλλον ἰδίωμα, διὰ τὸ μὴ εἶναι ἕτερον λόγον ἢ ἄλλην σοφίαν, ἀλλὰ τοῦτον μόνον ἀληθινὸν υἱὸν τοῦ πατρὸς εἶναι· καὶ γὰρ ὥσπερ ἔμπροσθεν εἴρηται· ἀ μετά τινος συμπεπλεγμένης αἰτίας· ἀλλὰ ἀπολελυμένως εἴρηται ἐπ' αὐτοῦ, τὸ ὁ μονογενὴς υἱὸς ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς· τὸ δὲ πρωτότοκος, συμπεπλεγμένην ἔχει πάλιν τὴν τῆς κτίσεως αἰτίαν· διὰ ἐπήγαγεν ὁ παῦλος λέγων, ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα· εἰ δὲ πάντα τὰ κτίσματα ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη, ἄλλος ἐστὶ τῶν κτισμάτων· καὶ κτίσμα μὲν, οὐκ ἔστι· κτίσις δὲ τῶν κτισμάτων. οὐ διὰ τὸ ἐκ πατρὸς ἄρα πρωτότοκος ἐκλήθη· ἀλλὰ διὰ τὸ ἐν αὐτῷ γεγονῆσθαι τὴν κτίσιν· καὶ ὥσπερ πρὸ τῆς κτίσεως διὰ αὐτὸς ὁ υἱὸς, δι' ὃν γέγονεν ἡ κτίσις· οὕτως καὶ πρὸ τοῦ κληθῆναι πρωτότοκος πάσης κτίσεως, διὰ οὐδὲν ἦττον αὐτὸς ὁ λόγος πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς διὰ ὁ λόγος· ἀλλὰ καὶ τοῦτο μὴ νοήσαντες οἱ δυσσεβεῖς, περιέρχονται λέγοντες· εἰ πρωτότοκός ἐστι πάσης κτίσεως, δηλονότι καὶ αὐτὸς εἷς ἐστι τῆς κτίσεως· ἄφρονες· εἰ ὅλως ἄρα πάσης κτίσεως πρωτότοκός ἐστιν, ἄρα πάσης τῆς κτίσεως ἄλλος ἐστὶν· οὐ γὰρ εἴρηκε πρωτότοκός ἐστι τῶν ἄλλων κτισμάτων, ἵνα μὴ εἷς τῶν κτισμάτων νομισθῇ· ἀλλὰ πάσης τῆς κτίσεως γέγραπται, ἵνα ἄλλος τῆς κτίσεως εἶναι δειχθῇ· ὁ γοῦν ῥουβὶμ, οὐκ εἴρηται πρωτότοκος πάντων τῶν τέκνων τοῦ ἰακὼβ· ἀλλ' αὐτὸς ἦν ἰακὼβ καὶ τῶν ἀδελφῶν, ἵνα μὴ ἄλλος παρὰ τὰ τέκνα τοῦ ἰακὼβ εἶναι νομισθῇ· ἀλλὰ καὶ τοῦδε αὐτοῦ τοῦ κυρίου ὁ ἀπόστολος, οὐκ εἴρηκεν ἵνα γένηται πρωτότοκος πάντων· ἵνα μὴ ἄλλο παρὰ

Siquidem vnigenitus, eò quòd nulli alii sunt fratres, vnigenitus nominatur: primogenitus autem contrà, quia plures supersunt fratres. Ideoque nusquam in scripturis appellatur primogenitus Dei, neque creatura Dei, sed ista omnia vnigenitus, & Filius, & Verbum, & Sapientia ad Patrem referuntur, ibique suam proprietatem habent. *Vidimus enim gloriam eius, vt gloriam vnigeniti Patris sui.* Et, *misit Deus Filium suum vnigenitum:* &, *In aeternum Domine Verbum tuũ permanet:* &, *Verbum erat apud Deũ:* & *Christus Dei Virtus, Dei Sapientia:* &, *HIC est Filius meus dilectus:* &, *Tu es Christus Filius Dei viuentis.* Porrò, quòd primogenitus dictus est, id ad eius demissionem, qua se ad genus creaturarum humiliauit, respectum habet: creaturarũ enim primogenitus nominatur. Istud autem verbũ (creauit me ad opera) causã, cuius gratia creatus sit, cõplectitur: operum enim gratia creatur. Si igitur vnigenitus est, vt est, ne pro primogenito intelligatur. Sin verò primogenitus est, ne habeatur vnigenitus. Nõ enim idem potest vnigenitus & primogenitus esse, nisi alio atque alio referatur, vt vnigenitus quidem habeatur, ob generationem ex Patre, vt dictum est: primogenitus vero, ob cõdescensum ad creaturas, & multorum fratrum, quæ inde efficitur, congermanitatem. Quum igitur duo ista inter se ita contraria sint, merito quis dicat obtinere potissimum in verbo proprietatem vnigeniti? eò quòd non sit aliud Verbum, aut alia Sapientia, quàm ipse, qui solus vnicus ac verus est Patris sui Filius: & non cum causa adiuncta, vt in superiori distinctione tractauimus, sed simpliciter vnigenitus Filius, qui est in sinu Patris appellatus: primogenitus autem dictus cum additamento causæ: creaturarum enim gratia primogenitus est factus: quam causam Paulus etiam suis verbis implicuit, dum ait, *In eo creata sunt omnia.* Quòd si omnia ab eo creata sunt, aliud ipse à creaturis, & nequaquam creatura fuerit, quum sit creator omnium: neque ideo, quia ex Patre est, primogenitus appellatur, sed quia in eo rerum natura est condita. Et quemadmodum ante rerum naturam ipse erat Filius per quem rerum natura condita est: ita quoque antequam vocaretur primogenitus omnis creationis, nihilominus ipse erat Verbum apud Patrem, & Deus erat Verbum. Verum istud minime intelligentes impii, circumuagantur, & his verbis sese ingerunt, si primogenitus est omnis creationis, certum est eum vnum esse ex rebus creatis. Stulti, si omnino omnis creationis primogenitus est, diuersum ergo quiddam à rebus creatis fuerit: non enim dixit, primogenitus est omnium aliarum creaturarum, ne veluti vnus ex creaturis, ob cognationem haberetur, sed vniuersæ creationis, vt diuersum quiddam esse à creaturis intelligeretur. Ruben certe non primogenitus omnium liberorum Iacobi, sed tum ipsius Iacobi, tum fratrum est dictus, ne aliùs à liberis Iacobi existimaretur. Apostolus autem non ita de Domino loquitur, vt sit primogenitus omnium, ne aliud quàm

noſtrum corpus circumferre crederetur: ſed vt ſit primogenitus ob multos fratres, frater nimirum inter multos fratres futurus ob ſimilitudinem carnis. Si igitur Verbum, vnum ex rebus conditis eſſet, diceret ſcriptura eum primogenitum eſſe aliarum creaturarum: nunc, quum ſancti eum appellent primogenitum totius creationis, manifeſto oſtenditur, Filium Dei diuerſum eſſe ab omni creatura, & nequaquam rem conditam. Nam ſi res condita ſit, ipſe quoque ſui ipſius primogenitus fuerit. Quomodo igitur, ô ſtulti, idem primus & ſecundus eſſe poterit? Deinde, ſi creatura eſt, & omnis creatura per illum facta eſt, & in eo conſiſtit, quomodo poteſt creare creaturam, atque vnus eſſe eorum, quæ in ipſo conſiſtunt? Veritas ipſa tam abſurdam opinionem refutat, docetque eum primogenitum inter multos fratres appellatum fuiſſe ob carnis noſtræ cognationem: primogenitum quoque ex mortuis, eò quòd per eum, & cum eo reſurrectio mortuorum inceperit. Primogenitum porrò omnis creaturæ, eò quòd pater ſuo in homines amore, per Verbum ſuum non ſolum omnia condere, verum etiam, quia creaturam, de qua loquitur Apoſtolus, accepta reuelatione Filiorum Dei, liberare voluerit ab omni ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ Filiorum Dei. Atque ita creatura in libertatem vindicata, futurum eſt, vt & ſit Dominus noſter, & iſtius & omnium adoptiuorum filiorum primogenitus: & vt in ipſo qui primus dicitur, ij qui poſt ipſum ſubſequuntur, quaſi ſuo principio conſerti coaptatique perdurare queant. Arbitror iam ipſis impiis hanc ſuam ſententiam pudori eſſe: aut ſi ea nondum pudori eſt, & pro creatura eum omnino inter creaturas primogenitum appellari velint, animaduertant ſe illam brutis & inanimatis germanum & æqualem facere: nam & illa rerum naturæ partes ſunt, & neceſſum eſt, eum qui primogenitus nũcupatur, tempore duntaxat primum eſſe, genere autem & ſimilitudine congruere cum omnibus. Quum igitur talia dicant, nonne omnium impietatem longe tranſmittunt? aut quis eos ferat, talia loquentes? aut quis eos, vel ea tantummodo cogitantes non odio habuerit? Omnibus enim liquet illum nõ propter ſe, quaſi & ipſe creatum quiddam eſſet: neque, quia cognatã eſſentian affinemque habebat cum rebus creatitiis, nomine primogeniti vocatũ eſſe, ſed quia, quum primum cõderet creaturas, attemperauit & demiſit ſe ad earum rationem, vt illæ ad eſſentiam peruenire poſſent, quæ alioqui non tuliſſent eius naturam, indiſtutum illum ſcilicet & patrium ſplendorem, niſi pro patris ſui in homines amore, accommodans ſeſe eas arripuiſſet, & ad exiſtendi facultatem protraxiſſet, altera deinde cauſa eſt huius nominis, quod, vbi ſeſe denuo creatis condeſcendendo attemperarat, ipſa creatura in ius filiorum adoptata ſit, vt ita per omnia eius primogenitus efficeretur, tum in creando, tum in inferendo ſeipſum pro omnibus in mundum. Ita enim ſcriptum eſt,

Quum

τῶν ἀδελφὴ τὸ ἡμῶν σῶμα εἶναι νομισθείη, ἀλλ' ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς· διὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς σαρκὸς· εἰ γὰρ καὶ εἰς ὧν τῶν κτισμάτων, εἶπεν ἂν ἡ γραφὴ περὶ αὐτοῦ, ὅτι πρωτότοκος τῶν ἄλλων κτισμάτων ἐστί· νῦν δὲ λεγόντων τῶν ἁγίων ὅτι πρωτότοκός ἐστι πάσης κτίσεως, καὶ μὴ κτίσμα ὡς θεὸς ὑπάρχων· εἰ γὰρ κτίσμα ἐστὶν, ἔστι καὶ ἑαυτῷ πρωτότοκος. πῶς οὖν σημαίνει, ὦ ἀφρονες, καὶ πρῶτος ἑαυτῷ καὶ ὡσπερ εἶναι; ἔπειτα εἰ κτίσμα ἐστὶ καὶ πᾶσα ἡ κτίσις δι' αὐτοῦ γέγονε καὶ ἐν αὐτῷ συνέστηκε, πῶς σημαίνει καὶ κτίζειν τὸ κτίσιν, καὶ εἰς εἶναι τὰ ἐν αὐτῇ συνεστηκότων; ἀτόπου δὲ τῆς τοιαύτης αὐτῶν ὑπονοίας φαινομένης, ἐλέγχονται παρὰ τῆς ἀληθείας. ὅτι πρωτότοκος μὲν ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς ἐκλήθη, διὰ τὴν τῆς σαρκὸς συγγένειαν· πρωτότοκος δὲ ἐκ τῶν νεκρῶν, διὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτὸν εἶναι τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν· πρωτότοκος δὲ πάσης κτίσεως, διὰ τὴν φιλάνθρωπίαν τοῦ πατρός· διὰ ἣν ἐν τῷ λόγῳ αὐτοῦ ὁ μόνον τὰ πάντα συνέστηκεν, ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις, φέρειν ἧς εἶπεν ὁ ἀπόστολος, ἀπεκδεχομένη τὴν ἀποκάλυψιν τῶν τέκνων τοῦ θεοῦ· ἐλευθερωθήσεται γὰρ ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ θεοῦ· ὥστε διὰ αὐτὴν ἐλευθερωθήσης, ἔστι καὶ αὐτὴς μετὰ καὶ πάντων τῶν τεκνοποιηθέντων, πρωτότοκος ὁ κύριος· ἵν' ἐν τῷ λέγεσθαι πρῶτον αὐτὸν, τὰ μετὰ ταῦτα δέχηται, ὥσπερ ἔκπυος ἀρχὴς αὐτοῦ τοῦ λογου σεσημμένα· ἡγεμὼν δὲ καὶ τοὺς ἀσεβεῖς αὐτοὺς, ἐκ τῆς τοιαύτης ἐν τραφήσεσθαι διανοίας· εἰ γὰρ μὴ ὥστως ἔχοι, ὥσπερ εἴπομεν, ἀλλ' ὡς τῇ οὐσίᾳ κτίσμα ἐν κτίσμασιν αὐτὸν πρωτότοκον θελήσουσιν εἶναι πάσης κτίσεως; σκοπείτωσαν ὅτι καὶ τῶν ἀλόγων καὶ τῶν ἀψύχων αὐτῶν, ἀδελφὸν καὶ ὅμοιον ὑπονοοῦσιν εἶναι· πάσης γὰρ τῆς κτίσεως, καὶ ταῦτα μέρη τυγχάνει ὄντα· ἀνάγκη δὲ τὸν πρωτότοκον, μονῷ μὲν τῷ χρόνῳ πρῶτον εἶναι, τῷ δὲ γένει καὶ τῇ ὁμοιότητι, τὸν αὐτὸν εἶναι πρὸς πάντας. πῶς οὖν τοῦτο λέγοντες, οὐ πᾶσαν ἀσέβειαν ὑπερβάλλουσιν; ἢ τίς ἀνέξεται τούτων, τοιαῦτα λεγόντων; ἢ πῶς ἔτι μένον αὐτοὺς ἐνθυμουμένους τοιαῦτα οὐ μισήσει ἄνθρωπος; πᾶσι γὰρ ἐστὶ δῆλον· ὅτι οὐδὲ δι' ἑαυτὸν ὡς κτίσμα ὢν, ἔστι διὰ τὸ συγγένειαν ἵνα κατ' οὐσίαν πρὸς πᾶσαι τὴν κτίσιν ἔχειν, πρωτότοκος αὐτὸς ἐκλήθη· ἀλλ' ὅτι κατ' ἀρχὰς μὲν δημιουργῶν ὁ λόγος τὰ κτίσματα, συγκαταβέβηκε τοῖς γενητοῖς, ἵνα γένοιτο ταῦτα δυνηθῇ· οὐκ ἂν γὰρ ἤνεγκεν αὐτοῦ τὴν φύσιν ἄκρατον ὁ παντοκράτωρ πατὴρ ὡσαν λαμπρότητα εἰ μὴ φιλανθρωπίᾳ πατρικῇ συγκαταβὰς ἀνελάβετο, καὶ κρατήσας αὐτὰ εἰς οὐσίαν ἤνεγκε· καὶ δῶρον ἦ πάλιν· ὅλη συγκαταβάσις ὁ λόγος, ὑποποιεῖται καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις δι' αὐτοῦ· ἵνα καὶ αὐτὴ, καθὰ προείρηται, πρωτότοκος καὶ πάλαι γεγένηται. ἔκπυος γὰρ καὶ ἐν τῷ εἰσαγεσθαι ὑπὲρ πάντων εἰς τὸν οἰκουμένην ὅτων γάρ φέρεται.

ὅταν

ὅταν δὲ εἰσαγάγῃ τὸ πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει· καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι θεοῦ· ἀκουέτωσαν οἱ χειρομάχοι καὶ παραπλέτωσαν ἑαυτούς· ὅτι τὸ εἰσελθεῖν αὐτὸν εἰς τὴν οἰκουμένην, ἐποίησε καὶ πρωτότοκον πάντων κληθῆναι· ὥστε τὸ μὲν πατρὸς εἶναι μονογενῆ τὸ ἴδιον, διὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ μόνον αὐτὸν εἶναι· τῆς δὲ κτίσεως πρωτότοκον· διὰ τὴν τῶν πάντων ὑποποίησιν. ὡς δὲ ἐν ἀδελφοῖς πρωτότοκος· καὶ ἐκ νεκρῶν ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων ἀνέστη· οὕτως ἐπιδήπερ ἔπεσεν ἐν πᾶσιν αὐτὸν πρωτεύειν, διὰ τοῦτο καὶ ἀρχὴ ὁδῶν κτίζεται· ἵνα ταύτης ἁπτόμενοι καὶ εἰσελθόντες δι' αὐτοῦ λέγοντος· ἐγώ εἰμι ὁ λόγος· καὶ ἡ ὁδός, μεταλαβόντες τε τῆς περὶ τοῦ πατρὸς γνώσεως, ἀκούσωμεν καὶ ἡμεῖς, μακάριοι οἱ ἄμωμοι ἐν ὁδῷ, καὶ μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν θεὸν ὄψονται· τῆς ἀληθείας τίνων δειξάσης μὴ εἶναι κατὰ φύσιν κτίσμα τὸν λόγον, ἀκόλουθον λοιπὸν εἰπεῖν, πῶς ἡ ἀρχὴ τῶν ὁδῶν εἴρηται· ἐπιδὴ γὰρ ἡ πρώτη ἡ διὰ τοῦ Ἀδὰμ ὁδὸς ἀπώλετο· καὶ αὐτὴ τοῦ παραδείσου ἐξεκλίναμεν εἰς τὸν θάνατον, ἡκόσμεν τι, γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, διὰτοῦτο ὁ φιλάνθρωπος καὶ θεῖος λόγος βουληθεὶς πατρὸς ἐνδυδάσκεται τὴν κτισθεῖσαν σάρκα, ἵνα διὰ ἑνὸς νεκρωθεὶς ὁ πρῶτος ἄνθρωπος διὰ τῆς παραβάσεως, ταύτην αὐτὸς ἐν τῷ ἰδίῳ σώματι ζωοποιήσῃ· εἰς ἐγκαινίσῃ ἡμῖν ὁδὸν πρόσφατον καὶ ζῶσαν, ὡς εἴρηκεν ὁ ἀπόστολος· διὰ τοῦ καταπετάσματος, τουτέστι διὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ· ὅπερ καὶ ἐν ἑτέρῳ σημαίνων, φησίν· ὥσπερ εἴ τις ἐν χειρὶ καινὴ κτίσις· καὶ, τὰ μὲν ἀρχαῖα παρῆλθεν· ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά· εἰ δὲ καινὴ κλίσις γέγονεν, ἔδει πάντως τὴν κλίσεως πρώτην τινὰ εἶναι· ἄνθρωπος μὲν οὖν ψιλὸς καὶ μόνον χοϊκὸς, οἷοι γεγόναμεν ἡμεῖς ἐκ τῆς παραβάσεως, οὐκ ἠδυνάτο εἶναι· εἰ γὰρ καὶ ἐν τῇ πρώτῃ κλίσει, ἅπαντες γεγόνασιν οἱ ἄνθρωποι· καὶ δι' αὐτῶν ἀπώλετο ἡ πρώτη χειρὶ ἡ ἵνα ἄλλος τις ἀνανεοῦται· τὸν πρώτον καὶ τὸν καινὸν γινομένου διατηροῦντος· οὐκοῦν ὁ φιλάνθρωπος οὐκ ἔπρεπε τις ἀλλ' ὁ κύριος, ἀρχὴν τῆς καινῆς κτίσεως κτίζεται ὁδὸς· καὶ εἰκότως λέγει κύριος· ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ· ἵνα μηκέτι κατὰ τὸν πρώτον ἐκεῖνον ἄνθρωπος πολιτεύηται· ἀλλ' ὡς ἀρχῆς ὔσης καινῆς κλίσεως καὶ τὸ χρεὼν ἔχοντος ταύτης ἀρχὴν ὁδῶν, τούτῳ λοιπὸν ἀκολουθῶμεν λέγοντι· ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός· ὃ τοίνυν διδάσκων καὶ ὁ μακάριος ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Κολασσαεῖς ἔλεγε· αὐτός ἐστιν ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας· ὅς ἐστιν ἀρχὴ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν· ἵνα γένηται ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτεύων· εἰ γὰρ καθάπερ εἴρηται διὰ τὸ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν λέγεσθαι καὶ διὰ ταύτην αὐτὸς ἀρχὴ, πότε γέγονεν ἀνάστασις, ὅτε ἡμετέραν σάρκα φορῶν δέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν τῷ θανάτῳ, φανερὸν ἂν εἴη, ὅτι τὸ λεγόμενον ὑπ' αὐτοῦ· ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, οὐ τῆς οὐσίας αὐτοῦ· ἀλλὰ τῆς ἐνσωμάτου παρουσίας αὐτοῦ σημαντικόν ἐστι· τοῦ γὰρ

Quum induxerit primogenitum in mundum: additum deinde, *Et adorent eum omnes Angeli Dei.* Audiant Christi perduelliones, & ipsos dirumpant, eò quod eius ingressus in mundum causam dederit, vt primogenitus omnium appelletur, ita vt Patris quidem vnigenitus, quoniam ex eo solus & vnicus est: creaturæ autem primogenitus, quoniam omnes per eum ius filiorum adoptionemque adipiscuntur. Quemadmodum porro, inter fratres primogenitus, & ex mortuis primitiæ dormientium factus est: ita quoque, quia oportebat eum in omnibus primatum habere, etiam principium viarum efficitur, vt qui in ea insistimus, per que eũ (qui ita de se loquitur, Ego sum via & ianua) ingredientes participesq; redditi cognitionis de Patre, audiamus & nos quoque, *Beati immaculati in via:* & *Beati mundo corde quia ipsi Deum videbunt.* Iam, quũ ipsa veritas declaret, Verbum non esse ex natura rem conditam, consequens est, vt deinde dicamus, cur principium viarum appelletur. Quoniam prima per Adam & via, & ianua perierat, & ex paradiso ad mortem deuergebamus, dictumque nobis fuit, Terra es, & in terram abibis: ideo Verbum Dei hominum amore, & patris voluntate indult creatitiam carnem, vt eam quam mortalem reddiderat primus homo præuaricatione, ipse proprio sanguine sui corporis viuificaret, & renouaret nobis viam recentem & viuam, per velum (vt Apostolus dixit) hoc est, per carnem suam. Quod etiam aliis verbis significat, vbi ait, Si qua in Christo noua creatura: &, Vetera transierunt, ecce noua facta sunt omnia. Quod si creatio innouata fuit, oportuit in hoc genere aliquem esse primum: merus igitur homo & puluereus, quales nos facti eramus, ex præuaricatione, is esse non poterat, eò quod in prima creatione fides ab hominibus seruata non fuit; eorumque culpa prima creatio perierat. Opus ergo fuit instauratore prioris creaturæ, & qui nouam creaturam conseruaret. Non igitur ex genere hominum alius quispiam, sed ipse Dominus vt principium esset, condi voluit, quo efficeretur via nouæ creaturæ, ac de se merito diceret: Dominus creauit me principium viarum suarum, ad opera sua, ne vlterius secundum primam illam viam homo viueret, sed quasi subsistente nouæ creaturæ exordio, Christum in se possidens huius nouæ creaturæ principem, in reliquum tempus se ei comitem præberet, qui ita de se loquitur, *Ego sum via*: idque in erudiendis Colossensibus Apostolus dixit, *Ipse est caput Ecclesiæ, qui est exordium primogenitum ex mortuis, vt in omnibus primatum haberet.* Si enim (quemadmodum dictũ est) ob resurrectionem è mortuis ipse nuncupatur principium: tunc autẽ resurrectio facta est, quum nostram carnem gestans dedidit seipsum pro nobis in mortem: manifesto patuerit, id quod ipse de seipso dicit, *Dominus creauit me principium viarum suarum*, non substantiam, sed eius aduentum in carne significare.

Corpori

Corpori enim mors peculiaris est, & quemadmodum ipsa mors peculiare quiddam & proprium est corporis: ita quoque aduentui carnis proprium & peculiare fuerit illud dictum: Dominus creauit me initium viarum suarum. Ita enim Domino iam secundum humanitatis rationem creato, primóque eorum authore effecto, qui denuo recuperabantur, primitiasque nostras ea quam assumpsit carne obtinente, bono consequio & ordine fit, vt post eum populus ille futurus procreetur, loquente Dauid: *Scribatur ea in generationem alteram, & populus qui creabitur, laudabit Dominum.* Et rursus, *Et renouabitur Domino generatio quæ ventura est:* Et, *Annunciabunt iustitiam eius ei populo, qui nascetur, quem fecit Dominus.* Siquidem non amplius audituri sumus: *In quacunque die comederitis ex ea, morte moriemini:* Sed *vbi ego sum, ibi etiam & vos futuri estis:* adeo vt nos ipsi de nobis hæc verba proferamus, *Eius opus sumus conditi ab eo ad bona opera.* Cæterum, quia homo opus Dei, perfectus quidem ex creatione, sed defectuosus tamen ex præuaricatione, per peccatum mortuus erat, indecensque fuit Dei opus in ea imperfectitudine manere: ideo super ea re obseruationes factæ sunt ab omnibus sanctis: quod apud Dauidem inuenias Psalmo centesimo trigesimo septimo, Dominus retribuet pro me: Domine, opus manuum tuarum ne despicias. Atque hinc est, quod perfectum Dei Verbum, imperfectum corpus sibi circumponit ac creari ad opera pronunciatur, vt pro omnibus nostro debito soluto, ea quæ deerant homini, perficeret. Deerat autem homini immortalitas, & via ad paradisum: Et hoc est, quod à Saluatore dicitur: Ego te glorificaui in terra, opus absolui, ꝙ dederas mihi, vt faceré. Et, Opera quæ dedit mihi pater, vt perficiam eam: Rursum, Ipsa opera quæ facio, testantur de me. Quæ autem hic dicit opera sibi tradita esse à Patre ad perfectionem, ea sunt ad quæ ipse creatur, dum in Prouerbiis dicit, *Dominus creauit me initium viarum suarum ad opera sua.* Idem enim vtrobique in verbis est: *Dedit mihi Pater opera: & Creauit me Dominus ad opera.* Quo tempore igitur suscepit opera perficienda, ô Christi perduelles? inde enim illud (creauit) intelliget, num in ipso initio, quum ex non entibus ad essentiam ea produxit? Id si dixeritis, falsum dixeritis: nondum enim tum vlla opera erant, & sermo indicat, eum, quæ iam erant, tractanda suscepisse. Sed neque pium est in id tempus referre, quod prius fuit, quam Verbum caro fieret, ne superfluus reddatur eius aduentus, quum horum causa ille suum aduentum instituerit. Restat igitur, vt dicamus eum, tum quum homo factus erat, opera curanda suscepisse. Tum enim ea perfecit, curatis vulneribus nostris, donataque ex mortuis resurrectione. Si autem tum, quum Verbum caro factum esset, data sunt ei opera, manifesta res est, eum, quum homo fieret, tum ad opera creatum fuisse.

τοῦ γὰρ σώματος, ἴδιον ἦν ὁ θάνατος· καὶ ὥσπερ τοῦ σώματος ἴδιός ἐστιν ὁ θάνατος, οὕτως τῆς σωματικῆς οὐσίας ἴδιον ἂν εἴη τὸ λεγόμενον, κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ· τοῦ γὰρ σωτῆρος οὕτω κατὰ σάρκα πεφθέντος καὶ ἀρχῆς γινομένου τῶν ἀνακτιζομένων· καὶ ἔχοντος ἡμῶν τὴν ἀπαρχὴν ἣν προσελάβετο ἀνθρωπίνην σάρκα, ἀκολούθως μετ' αὐτὸν καὶ ὁ μέλλων λαὸς κτίζεται· λέγοντος τοῦ Δαβὶδ; γραφήτω αὕτη εἰς γενεὰν ἑτέραν· καὶ λαὸς ὁ κτιζόμενος, αἰνέσει τὸν κύριον· καὶ πάλιν ἐν τῷ εἰκοστῷ πρώτῳ ψαλμῷ, ἀναγγελήσεται τῷ κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη· καὶ ἀναγγελοῦσι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ λαῷ τῷ τεχθησομένῳ ὃν ἐποίησεν ὁ κύριος· οὐκέτι γὰρ ἀκουσόμεθα, ἢ ὅτι ἂν ἡμέρᾳ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε· ἀλλ' ὅπου εἰμὶ ἐγὼ καὶ ὑμεῖς ἐσεσθε· ὥστε λέγειν ἡμᾶς, αὐτοῦ γὰρ ἐσμεν πλάσμα πεφθέντες ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς· πάλιν δὲ ἐπειδὴ τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ τοῦτό ἐστιν ὁ ἄνθρωπος· τέλειος πεφθεὶς ἐλλιπὴς γέγονε διὰ τὴν παράβασιν· καὶ γέγονε τῇ ἁμαρτίᾳ νεκρὸς, ἀπρεπὲς δὲ ἦν μένειν τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ ἀτελές· διὸ καὶ ἐδέοντο πάντες οἱ ἅγιοι περὶ τούτου λέγοντες ἐν τῷ ἑκατοστῷ τριακοστῷ ἑβδόμῳ ψαλμῷ, κύριος ἀνταποδώσει ὑπὲρ ἐμοῦ· κύριε τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου μὴ παρίδῃς· διατοῦτο ὁ τέλειος τοῦ θεοῦ λόγος, τὸ ἀπλοῦς περιτίθεται σῶμα, καὶ λέγεται εἰς τὰ ἔργα κτίζεσθαι, ἵνα ἀνθ' ἡμῶν τὸ ὀφειλὸν ἀποδοὺς τὸ λεῖπον τῷ ἀνθρώπῳ, δι' ἑαυτοῦ πληρώσῃ· ἔλιπε γὰρ αὐτὸν ἡ ἀθανασία καὶ ἡ εἰς τὸν παράδεισον ὁδός· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ λεγόμενον παρὰ τοῦ σωτῆρος, ἐγώ σε ἐδόξασα ἐπὶ τῆς γῆς· τὸ ἔργον ἐτελείωσα ὃ δέδωκάς μοι ἵνα ποιήσω· καὶ πάλιν· τὰ ἔργα ἃ δέδωκέ μοι ὁ πατὴρ ἵνα τελειώσω αὐτὰ, ταῦτα ἔργα ἃ ποιῶ, μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ· ἃ γὰρ λέγει ἐνταῦθα ἔργα δεδωκέναι τὸν πατέρα εἰς τελείωσιν, ταῦτά ἐστιν εἰς ἃ κτίζεται· λέγων ἐν τῇ παροιμίαις, κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ· ἴσον γὰρ ἐστὶ εἰ εἶπεν, ἔδωκέ μοι ὁ πατὴρ τὰ ἔργα, καὶ ἔκτισέ με κύριος εἰς ἔργα· πότε οὖν ἔλαβε τὰ ἔργα εἰς τὸ τελειῶσαι, ὦ θεομάχοι; ἐκ γὰρ τούτου, καὶ τὸ ἔκτισε γνωσθήσεται· καὶ μὲν οὖν ἦ ἀρχὴν ὅτε ἐκ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι αὐτὰ ἐποίει, ἐὰν εἴπῃς, ψεῦδός ἐστιν· οὔπω γὰρ ἦν γινόμενα, φαίνεται λέγων, ὡς τὰ ἤδη ὄντα λαμβάνων· ἀλλ' ἀδεῖ τὸ πρὸ τῆς γῆς ὁ λόγος σαρξ χρόνον εἰπεῖν θέλεις, ἵνα μὴ περιτιθῇ λοιπὴν ἡ ὑποδημία αὐτοῦ φανῇ· τούτων γὰρ χάριν καὶ ἡ ὑποδημία ἐγίνετο· οὐκοῦν λείπει λοιπὸν εἰπεῖν· ὅτι ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, τότε ἔλαβε τὰ ἔργα· πότε γὰρ αὐτὰ καὶ ἐπλείωσεν· ἰασάμενος τὰ τραύματα ἡμῶν, καὶ χαρισάμενος πᾶσι τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν· εἰ δ', ὅτε γέγονεν ὁ λόγος σάρξ, τότε ἐδόθη αὐτῷ τὰ ἔργα δηλονότι ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, τότε καὶ εἰς τὰ ἔργα κτίζεται·

Non

οὐκ

οὐκ ἄρα τῆς οὐσίας αὐτοῦ σημαντικόν ἐστι τὸ ἔκτισεν ὥσπερ πολλάκις εἴρηται, ἀλλὰ τῆς σωματικῆς αὐτοῦ γενέσεως· τότε γὰρ διὰ τὸ γεγονέναι ἀπὸ τῆς παραβάσεως, ἀτελῆ καὶ χωλὰ τὰ ἔργα λέγεται σωματικῶς ὅτι κτίζεται· ἵνα τελειώσας αὐτὰ καὶ ὁλόκληρα ποιήσας, παραστήσῃ τῷ πατρὶ τὴν ἐκκλησίαν, ὡς εἶπεν ὁ ἀπόστολος, μὴ ἔχουσαν σπίλον ἢ ῥυτίδα· ἢ τι τῶν τοιούτων· ἀλλ' ἵνα ᾖ ἁγία καὶ ἄμωμος· πεπλείωται οὖν ἐν αὐτῷ· καὶ ἀποκατεστάθη ὥσπερ A
ἦν καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν γέγονε τὸ ἀνθρώπινον γένος, καὶ μείζονι μᾶλλον χαρίτι· ἀναστάντες γὰρ ἐκ νεκρῶν, οὐκέτι φοβούμεθα θάνατον· ἀλλ' ἐν χεροὶ βασιλεύσομεν ἀεὶ σὺν τῷ οὐρανίῳ· τοῦτο ἦν γέγονεν, ἐπειδὴ αὐτὸς ὁ τοῦ θεοῦ λόγος ἴδιος καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς ὢν, ἐνεδύσατο τὴν σάρκα καὶ γέγονεν ἄνθρωπος· εἰ γὰρ κτίσμα ὢν ἐγεγόνει ἄνθρωπος, ἔμενεν οὐδὲν ἧττον ὁ ἄνθρωπος ὥσπερ ἦν, οὐ συναφθεὶς τῷ θεῷ· πῶς γὰρ ἀνθρώπημα ὢν, θεῷ πνεύματι συνήπτετο τῷ κτίσαντι; ἢ ποία βοήθεια παρὰ τῶν ὁμοίων πρὸς ὁμοίους γένοιτο ἂν, δεομένων ἐξ αὐτῶν τῆς αὐτῆς βοηθείας; πῶς ἦν ἕτερον κτίσμα λοιπὸν λόγος, τὴν ἀπόφασιν τοῦ θεοῦ λύσαι δυνατὸς ἦν, καὶ ἀφεῖναι τὴν ἁμαρτίαν, γεγραμμένου παρὰ τοῖς προφήταις, ὅτι
» τοῦτο θεοῦ ἐστι· τίς γὰρ θεὸς ὥσπερ σὺ ἐξαίρων ἁμαρ-
» τίας καὶ ὑπερβαίνων ἀνομίας· ὁ μὲν γὰρ θεὸς εἰπὼν γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ· οἱ δὲ ἄνθρωποι γεγόναμεν θνητοὶ, πῶς γὰρ οἷόν τε λοιπὸν παρὰ τῶν γενητῶν λυθῆναι τὴν ἁμαρτίαν; ἀλλ' ἔλυσε γε αὐτὸς ὁ κύριος· ὡς εἶπεν αὐτὸς, ἐὰν μὴ ὁ υἱὸς ὑμᾶς ἐλευθερώσῃ καὶ ἔδειξεν ἀληθῶς ὡς υἱὸς ὁ ἐλευθερώσας, ὅτι οὐκ ἔστι κτίσμα ἢ τῶν γενητῶν, ἀλλὰ ἴδιος λόγος καὶ εἰκὼν τοῦ πατρὸς ἐστί· διὸ καὶ τὴν ἐκείνου προσλαβόμενος καὶ ἀφιέντος μόνος τὰς ἁμαρτίας· ἐπειδὴ γὰρ εἴρηται ἐν τῷ λόγῳ, γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ· ἀκολούθως δι' αὐτοῦ τοῦ λόγου καὶ ἐν αὐτῷ ἡ ἐλευθερία καὶ ἡ λύτρωσις τῆς κατακρίσεως γεγένηται· ἀλλ' ἠδύνατο φασὶ καὶ κλίσματος ὄντος τοῦ σωτῆρος, μόνον εἰπεῖν ὁ θεὸς καὶ λῦσαι τὴν κατάραν· τὸ αὐτὸ δὴ καὶ ἀκούσαιεν καὶ αὐτοὶ παρ' ἑτέρου λέγοντος· ἠδύνατο καὶ μὴ δι' ὅλως ὑπο-
μείναντος αὐτοῦ, μόνον εἰπεῖν ὁ θεὸς καὶ λῦσαι τὴν κατάραν· ἀλλὰ σκοπεῖν δεῖ τὸ τῆς ἀνθρώπου λυσιτελοῦν, καὶ μὴ ἐν πᾶσι τὸ δυνατὸν τοῦ θεοῦ λογίζεσθαι· ἐπειδὴ ἠδύνατο καὶ πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ τοὺς τότε παραβάντας ἀνθρώπους ἀπολέσαι, ἀλλὰ μὴ τὴν κιβωτὸν πεποίηκεν ἠδύνατο καὶ χωρὶς μωϋσέως, καὶ μόνον εἰπεῖν καὶ ἐξαγαγεῖν τὸν λαὸν ἐξ Αἰγύπτου, ἀλλὰ συνέφερε διὰ μωϋσέως· ἠδύνατο καὶ χωρὶς τῶν κριτῶν σώζειν τὸν λαὸν ὁ θεὸς, ἀλλὰ συνέφερε τοῖς ἄλλοις κατὰ καιρὸν ἐγείρεσθαι κριτὰς αὐτοῖς· ἠδύνατο καὶ ἐξ ἀρχῆς ὁ σωτὴρ ὑπομεῖναι· ἢ ἐλθὼν μὴ παραδοθῆναι πιλάτῳ· ἀλλὰ ὅτι συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἦλθε, καὶ ζητούμενος εἶπεν ἐγώ εἰμι· ὃ γὰρ ποιεῖ, τοῦτο καὶ συμφέρει τοῖς ἀνθρώποις· καὶ ἄλλως οὐκ ἔπρεπε γένεσθαι καθ' ὅπερ

Non igitur illud verbum (creauit) significatorium fuerit, eius substantiæ, vt iam sæpius dictum est, sed corporalis natiuitatis. Tum enim, quia ex præuaricatione opera mutila erant, & clauda reddita, dictum fuit, eum corporaliter creari, vt iis absolutis & integritati restitutis, repræsentaret Patri Ecclesiã (vt inquit Apostolus) non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed sanctam & incontaminatam. Perfectum igitur in eo est, & restitutum, quẽadmodum ab initio fuerat humanum genus, imo potius maiori gratia imbutum est. Excitati enim ex mortuis, non vlterius mortem formidamus, sed in Christo regnabimus perpetuo in cælis. Id autem tum factum est, quum Dei Verbum Deo proprium, & ex Patre natum, quod ex Patre existit, induerat carnem, & homo effectus erat. Si enim ille quum iam creatura esset, homo fuisset redditus, mansisset homo, ita vt erat, nihil coaptatus & coalescens cum Deo. Qui enim, si ille creatura fuisset, per creaturam creatori coaptari & conseri potuisset? Aut B
quod subsidium à similibus ad similia peruenisset, quum & illa æque subsidij egestate laborassent? Quomodo porro, si creatura fuisset Verbum, sententiam Dei abrogare potuisset, aut dimittere peccatum? quum sit scriptum apud Prophetas, id Dei esse opus. *Quis enim Deus sicuti tu auferens peccata, & superans iniquitates?* Lata enim sententia à Deo fuerat: *Terra es, & in terram abibis.* Si igitur mortales facti erant, quî fieri potuit, vt à rebus creatis peccatum solueretur? liberauit ergo eos Dominus, C
vt ipse suis verbis professus est: Nisi vos filius liberauit, eóque quia liberauit, certum indubitatúmque reddidit, se non esse creaturam, aut quippiam aliud ex rebus conditis, sed proprium Verbum & imaginem substantię Patris: qui ab initio hanc sententiam tulerat, quíque solus peccata remittit. Quoniam igitur loquutus erat in Verbo, *Terra es, & in terram abibis*, probe & congruenter per idem illud Verbum & liberras, & rescissio condemnationis perfecta est. Sed poterat (aiunt) Deus, etiamsi Saluator creatura existeret, vel loqui tantummodo, & D
ita soluere maledictionem. Istud ipsum etiam iis ab alio quopiam obtrudi poterit. Poterat etiam sine vllo aduentu Christi, solummodo loqui Deus, & soluere maledictionem. Cæterum spectandum est isthic quid hominibus sit vtile, non, quid situm sit in viribus Dei. Siquidem poterat etiam ante exædificatam arcam Noë, eos qui præuaricati fuerant, interimere: sed tamen non, nisi ædificata arca, illud facere sustinuit. Poterat etiam sine Mose duntaxat loqui, & sic educere populum ex Ægypto, sed vtile erat id per Mosen fieri. Poterat sine iudicibus conseruare populum, sed erat ex re populi, suis temporibus iudicem exurgere. Poterat etiam ne semel quidem venire Deus: aut si veniisset, non tradi Pilato, sed tamen sub consummationem seculorum venit & quum ad mortem quæreretur, seipsum indicauit: Ego sum (inquiens.) Quod enim facit, id ipsum & vtile est hominibus, & aliter fieri non decuit.

Porro,

Porro, quod vtile & decorum est, id cura sua & prouidentia instruit. Venit igitur, non vt sibi ministraretur, sed vt ipse ministraret, nostramque salutem operaretur. Quinimo, qui poterat ex ipso cælo legem dictitare, norat vtile esse hominibus, si è Sinai eam promulgaret, idque ideo fecit, vt & Moses ascendere posset, & illi de proximo sermonem audientes, melius crederent. Atque adeo ipsa rei ratio, negotiique conditio, hac in parte spectare debuit. Si enim ob vires suas, per quas id potuit, verbo edixisset, & ita maledictio aboleretur, imperantis quidem potentia in conspicuo pateret, homo tamen eiusmodi effectus fuisset, qualis Adam ante præuaricationem fuerat, extrinsecus accipiens gratiam, non autem eam suo corpori coagglutinatam tenens. Talis siquidem antea fuit quàm in paradiso collocaretur: forsitan etiam deterior euasisset, vt pote qui iam præuaricari didicerat. Quod si euenisset, vt à serpente deciperetur, iterum opus fuisset Dei loquentis imperio, vt ita maledictio solueretur, atque eo modo necessitas eius rei in immensum recurrisset, & nihilo ob id minus remansissent homines obnoxij, seruientes peccato: ac proinde semper peccantes, semper opus haberent veniæ condonatore, neque vnquam illis à vindice satisfieri posset, semper legi ob carnis infirmitatem succumbentibus. Rursus, si Filius creatura esset, nihilo minus homo mortalis remaneret, vtpote non coaptatus Deo: Non enim creatura per creaturam Deo coaptata fuisset, quum ipsa coaptatorem requisisset. Neque pars rerum creatarum, salus esse poterit rerum creatarum, quum illa ipsa quoque salutis sit indiga. Ne igitur illud fieret, mittit Deus Pater Filium suum, & ille efficitur Filius hominis creatitiam carnem assumens, vt quoniam omnes obnoxij erant morti, ipse autem alius utque diuersus ab omnibus, pro omnibus suum corpus morti offerret. Ac deinceps veluti omnibus per eum mortuis, sermo eius sententiæ impleretur: *Omnes enim mortui sunt in Christo*: omnes item per eum renascuntur, vt liberi iam inde à peccato, & ea quæ per peccatum fit, maledictione, verè permaneant in æternum à mortuis excitati, & immortalitate & incorruptibilitate induantur. Verbo siquidem amicto indutóque carne, quemadmodum sæpius ostensum est, omnis morsus serpentis penitus in carne extinctus est, & si quid ex carnalibus motib. suppullulabat rescissum est, pariterque sublata est peccati assecla mors, vt ipse inquit: *Venit princeps mundi huius, & in me non inuenit quicquam. In hoc enim manifestatus* est (scripsit Ioannes) *vt solueret opera diaboli*, quibus solutis, omnes ob cognationem carnis Christi, à carne in libertatem vindicati sumus, ac iam deinde & nos quoque coaptati sumus Verbo. Coaptati autem Deo, non amplius in terra permanemus, sed vt ipse loquutus est, vbi ipse est, ibidem & nos futuri sumus, neque iam in reliquum tempus serpentem formidabimus. Confectus enim in carne persequēte eum Saluatore, audit

καὶ ὅπερ δὲ συμφέρει καὶ πρέπει, τοῦτο καὶ ποιῶν ἐστιν· ἦλθε γοῦν οὐχ ἵνα διακονηθῇ, ἀλλ' ἵνα διακονήσῃ καὶ τὴν ἡμῶν ἐργάσηται σωτηρίαν· ἀμέλει καὶ δυνάμενος ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ λαλῆσαι τὸν νόμον, οἶδεν ὅτι λυσιτελεῖ τοῖς ἀνθρώποις ἀπὸ τοῦ σινᾶ λαλῆσαι, καὶ τοῦτο πεποίηκεν· ἵνα καὶ μωϋσῆς ἀναβαίνων δυνηθῇ, κἀκεῖνον τὸν λόγον ἐγγύθεν ἀκούοντες μᾶλλον πεισθῶσι· πάλιν καὶ τὸ εὔλογον τοῦ γινομένου θεωρεῖν ἕξιν ἐντεῦθεν· εἰ διὰ τὸ δυνατὸν εἰρήκει· καὶ λέλυτο ἡ κατάρα· τοῦ μὲν κελεύσαντος, ἡ δύναμις ἐπεδείκνυτο· ὁ μέν τι ἄνθρωπος τοιοῦτος ἐγίνετο, οἷος ἦν ὁ Ἀδὰμ πρὸ τῆς παραβάσεως, ἐξωθεν λαβὼν τὴν χάριν· καὶ μὴ συγκεχρημένην ἔχων αὐτὴν τῷ σώματι· ἐκτὸς γὰρ ὢν καὶ τότε πάθοι ἂν τῷ παραδείσῳ τὰ χαῖρον καὶ χείρονα ἐγίνετο ὅτε καὶ παραβαίνειν μεμάθηκεν· ὧν τίνων τοιοῦτος ἀπαραπόδιστος ἦν ὁ ὄφεως, ἐγίνετο πάλιν χρεία πρόσταξαι τὸ θεῖον καὶ λύσαι τὴν κατάραν· καὶ οὕτως εἰς ἄπειρον ἐγίνετ' ἡ χρεία· καὶ οὐδὲν ἧττον οἱ ἄνθρωποι ἔμενον ὑπαίθριοι· δουλεύοντες τῇ ἁμαρτίᾳ· ἀεὶ δὲ ἁμαρτάνοντες, ἀεὶ ἐδέοντο τοῦ συγχωροῦντος· καὶ ἐδέοντο ἠλλοτριοῦτο σάρκες ὄντες καθ' ἑαυτάς· καὶ ἀεὶ ἡττώμενοι τῷ νόμῳ· διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς· πάλιν τί ἐκτίσμα ἦν ὁ υἱός, ἔμενεν ὁ ἄνθρωπος ἐδέν ἧττον θνητός· μὴ σωζόμενος τῷ θεῷ· ἐκτίσμα γὰρ σωζῆται τὰ κτίσματα τῷ θεῷ ζητοῦσι καὶ αὐτὸ τὸ σώζεσθαι· οὐδὲ τὸ μέσος τῆς κτίσεως, σωτηρία τῆς κτίσεως ἂν εἴη, δεόμενον καὶ αὐτὸ σωτηρίας· ἵνα οὖν μηδὲ τοῦτο γένηται, πέμπει τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν καὶ γίνεται υἱὸς ἀνθρώπου τὴν κτισθεῖσαν σάρκα λαβών· ἵν' ἐπὶ δὴ πάντες εἰσὶν ὑπαίθριοι τῷ θανάτῳ, ἀλλὰ ὢν τῶν πάντων, αὐτὸς ὑπὲρ πάντων τὸ ἴδιον σῶμα τῷ θανάτῳ προσενέγκῃ· καὶ λοιπὸν ὡς πάντων δι' αὐτοῦ ἀποθανόντων, ὁ μὲν λόγος τῆς ἀποφάσεως πληρωθῇ· πάντες γὰρ ἀπέθανον ἐν χριστῷ· πάντες δὲ γένωνται λοιπὸν ἐλεύθεροι μὲν, ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας· καὶ τῆς δι' αὐτὴν κατάρας· ἀληθῶς δέ, διαμένωσιν εἰς ἀεὶ ἀναστάντες ἐκ νεκρῶν· καὶ ἀθανασίαν καὶ ἀφθαρσίαν ἐνδυσάμενοι· τὸ γὰρ λόγου ἐνδυσαμένου τὴν σάρκα· καθὼς πολλάκις δέδεικται· πᾶν μὲν δῆγμα τοῦ ὄφεως, δι' ὅλου κατεσβέννυτο ἀπ' αὐτῆς· εἴ τι δὲ ἐκ τῶν σαρκικῶν κινημάτων ἀνεφύετο κακὸν, ἐξεκόπητο· καὶ σωαρκήτο τύποις ὁ τῆς ἁμαρτίας ἀκόλουθος θάνατος· ὡς αὐτὸς ὁ κύριος φησιν· "ἔρχεται ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου καὶ οὐδὲν εὑρίσκει ἐν ἐμοὶ· καὶ εἰς τοῦτο γὰρ ἐφανερώθη ὡς ἔγραψεν ὁ ἰωάννης, ἵνα λύσῃ τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου· τούτων οὖν λυθέντων ἀπὸ τῆς σαρκὸς, πάντες οὕτως κατὰ τὴν συγγένειαν τῆς σαρκὸς ἠλευθερώθημεν· καὶ λοιπὸν σωφθέντες τῷ λόγῳ· σωαφθέντες τῷ θεῷ, οὐκέτι μὲν ὑπὸ γῆς ἀποκείμενοι· ἀλλ' ὡς αὐτὸς εἶπεν· "ὅπου αὐτὸς, ἐκεῖ ἡμεῖς ἐσόμεθα· λοιπὸν ὅτε τὸ ὄφιν ἐπὶ φοβηθησόμεθα· καταργήθη γὰρ ἐν τῇ σαρκὶ διωχθεὶς παρὰ τοῦ σωτῆρος· καὶ ἀκού-

audit

ἢ ἀνέβασε ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ· καὶ οὕτως
ἔξω τοῦ παραδείσου τυγχάνει βαλλόμενος εἰς
τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, οὔτε γυναῖκα παραπεισθησόμεθα
φυλαξόμεθα· ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει, οὔτε γα-
μοῦσιν οὔτε γαμίζονται· ἀλλ' εἰσὶν ὡς ἄγγελοι·
καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καινὴ κτίσις ἔσαι· καὶ οὔ-
τε ἄρσεν οὔτε θῆλυ· ἀλλὰ πάντα καὶ ἐν πᾶσιν
ὁ Χριστός· ἔνθα δὲ ὁ Χριστὸς, ποῖος φόβος,
ἢ ποῖος κίνδυνος ἔτι γένοιτο; τοῦτο γὰρ οὐκ
ἂν ἐγεγόνει, εἰ κτίσμα ἦν ὁ λόγος· πρὸς γὰρ
κτίσμα ὢν καὶ ὁ διάβολος εἶχεν ἀεὶ τὴν μά-
χην· καὶ μέσος ὢν ὁ ἄνθρωπος, ὑπῆν
ἦν ἀεὶ τῷ θανάτῳ, μὴ ἔχων ἐν ᾧ καὶ δι' οὗ
σωαφθεὶς τῷ θεῷ ἐλεύθερος πάντὸς φόβου
γένηται· ὅθεν ἡ ἀλήθεια δείκνυσι μὴ εἶναι τῶν
γενητῶν τὸν λόγον, ἀλλὰ μᾶλλον τούτων αὐτὸν
δημιουργόν· οὕτω γὰρ καὶ προσελάβετο τὸ γε-
νητὸν τ ἀνθρώπινον σῶμα· ἵνα τοῦτο ὡς δη-
μιουργὸς ἀνακαινίσας, ἐν ἑαυτῷ θεοποιήσῃ, καὶ
οὕτως εἰς βασιλείαν οὐρανῶν εἰσαγάγῃ πάντας
ἡμᾶς καθ' ὁμοιότητα ἐκείνου· οὐκ ἂν δὲ πά-
λιν ἐθεοποιήθη κτίσματι σωαφθεὶς ὁ ἄνθρω-
πος, εἰ μὴ θεὸς ἦν ἀληθινὸς ὁ υἱός· καὶ οὐκ ἂν
παρέσχε τῷ πατρὶ ὁ ἄνθρωπος, εἰ μὴ φύσει τ
ἀληθινὸς ἦν αὐτοῦ ὁ λόγος ὁ ἐνδυσάμενος τὸ
σῶμα· τ ὥσπερ οὐκ ἂν ἠλευθερώθημεν ἀπὸ
τῆς ἁμαρτίας καὶ ἀπὸ τῆς κατάρας, εἰ μὴ φύσει
σὰρξ ἀνθρωπίνη ἦν ἦν ἐνεδύσατο ὁ λόγος· οὐ-
δὲν γὰρ κοινὸν ἦν ἡμῖν πρὸς τὸ ἀλλότριον· ἵνα
οὐκ ἂν ἐθεοποιήθη ὁ ἄνθρωπος, εἰ μὴ φύσει ἐκ τοῦ
πατρὸς· καὶ ἀληθινὸς καὶ ἰδίως ἦν αὐτοῦ λόγος ὁ
γενόμενος σὰρξ· διὰτοῦτο γὰρ τοιαύτη γέγονεν
ἡ σωαφή, ἵνα τὸ κατὰ φύσιν τῆς θεότητος σωθὰ-
ψῃ τ φύσει ἄνθρωπον, καὶ βεβαία γένηται σω-
τηρία καὶ ἡ θεοποίησις αὐτοῦ· οὐκ οἶδα οἱ λέγου-
μενοι μὴ ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι φύσει τ ἴδιον τῆς ἰ-
δίας οὐσίας αὐτοῦ τ υἱὸν, ἀρνείσθωσαν καὶ ἀληθι-
νὴν σάρκα ἀνθρωπίνην αὐτὸν ἐληφέναι ἐκ μα-
ρίας τῆς ἀειπαρθένου· οὐδὲν γὰρ πλέον ἡμῖν τοῖς
ἀνθρώποις ἦν, εἰ μήτε ἀληθινὸς τ φύσει υἱὸς
ἦν τοῦ θεοῦ ὁ λόγος, μήτε ἀληθινὴ σὰρξ ἦν ἦν προ-
σελάβετο· ἀλλ' ἔλαβέ γε ἀληθινὴν σάρκα·
κἂν μαίνηται Βαλεντῖνος· ἦν γὰρ τ φύσει καὶ
ἀληθινὸς θεὸς ὁ λόγος, κἂν μαίνωνται οἱ ἀ-
ρειομανῖται· τ ἐν ἐκείνῃ γέγονεν ἡμῶν ἀρχὴ τ
καινῆς κτίσεως· κλιθεὶς ἄνθρωπος ὑπὲρ ἡ
μῶν· καὶ τὴν ὁδὸν ἡμῖν ἐκείνην ἀνακαινίσας ὥσ-
περ εἴρηται· ὅτε οὖν κτίσμα ἐστὶν ὁ λόγος, οὔτε
ἔργον· τοῦτον γὰρ ἐστι κτίσμα τ ποίημα, τ ἔργον, καὶ
εἴπερ κτίσμα τ ποίημα ἦν, ἦν ἂν τ ἔργον διὰτοῦτο
γάρ, ὅδε εἴρηκεν ἔκτισέ με ἔργον· ὅδε οὖν τοῖς ἔργοις
ἐποίησεν, ἵνα μὴ φύσει τ τῇ οὐσίᾳ κτίσμα εἶναι δοξῃ·
ἔτι ὅτι διὰ τὸ ποιῆσαι μὲν ἔργα ἔκτισεν, ἵνα μὴ πά-
λιν κατὰ τὴν κακόνοιαν τῶν ἀσεβῶν ὡς ὄργανον δι'
ἡμᾶς γενόμενος νομισθῇ· ἀλλ' ὅτι πρὸ τ ἔργων
ἔκτισέ με ἀνήγγελεν· ἵνα μὴ ὥσπερ ἕτι γέννημα ὢν
πρὸ πάντων, ὅτως καὶ λέγομεν περὶ τῶν ἔργων,
τοῦτον

audit deinceps, *vade post me sathana*: atque ita ex paradiso eiectus est in ignem æternum: Neque nobis cauendum erit a malesuada fœmina. *In resurrectione siquidem neque in matrimonium ducunt, neque ducuntur: sed tales sunt, quales ipsi Angeli: & in Christo Iesu noua creatura erit, neque vel masculus, vel fœmina, sed omnia in omnibus erit Christus.* Vbi porro Christus, quod genus ibi metus aut periculi fuerit? Atqui illud fieri non potuisset, si Verbum creatura fuisset. Aduersus enim creaturam creaturæ coniunctam, Diabolus perpetuo vires pugnandi habuisset, & homo intermedius formidine mortis semper laborasset, non habens in quo & per quem Deo coaptaretur, & liber ab omni metu euaderet. Quapropter ipsa veritas declarat, non esse Verbum rem creatitiam, sed potius rerum opificem. In hoc siquidem assumptum est ab illo creatitium & humanum corpus, quò illud vt opifex & conditor renouaret in se, ac deificaret, atque ea ratione nos omnes in regnum cælorum itidem ac seipsum introduceret. Rursus, deificationem in se non sensisset homo creaturæ coaptatus, nisi Filius, verus Deus extitisset, neque adstitisset Patri homo, nisi naturaliter verum Patris Verbum fuisset, quod carnem induerat. Et quemadmodum neque à peccato, neque à maledictione vindicati fuissemus, nisi verè ea naturaliterque humana caro fuisset quam Verbum sibi induerat: nihil enim nobis commune cum re aliena: ita quoque non Deificatus fuisset homo, nisi naturaliter ex patre verum ac proprium illius Verbum fuisset, quod caro factum est. Ideo enim ea coaptatio instituta est, vt deitas vera, & vt sic dicam, naturalis, verum & naturalem hominem sibi consereret, & stabilis efficeretur hominis salus ac deificatio. Quapropter, qui negant eum ex Patre esse, naturalemque eius & substantiæ ipsius proprium Filium, negent quoque eundem veram, & humanam carnem assumpsisse ex Maria semper Virgine. Nihil enim nobis hominibus inde emolumenti, aut commodi, nisi Verbum naturalis sit ac verus Dei Filius, nisique vera sit caro, quam assumpsit. Sed assumpsit veram carnem, etiam si insaniat Valentinus. Est quoque naturaliter Verbum verus Deus, etiamsi rabiant Ariani, & in illa carne factum est initium nouæ creaturæ, eò quòd ipse creatus sit homo pro nobis: & viam illam nobis renouauit, vt dictum est. Verbum igitur ex natura, neque creatum aliquid, neque opus fuerit. Idem enim sunt & creatura, & factum & opus: & si creatura, vel factū quiddam esset, vtique etiam opus esset. Eaque de causa non dixit, creauit me opus, neque cum operibus fecit, ne aut natura, aut substantia, creatura videretur esse: neque vt faceret opera, ideo eum creauit, ne denuo iuxta velaniam impiorum, quasi organum quoddā videretur propter nos creandos institutum: neque item dixit, ante opera creauit me, ne, vt est gen tū quiddam ante omnia, ita quoq; creatus ante omnia opera,

nihil discriminis statuere crederetur inter gigni & creari: sed cum summa cautione locutus est, ad opera creauit me, quod idem est ac si diceret, Pater me ad carnem fecit, authorque fuit, vt homo fierem: vt rursum isthinc demonstrari possit, illum non esse opus, sed genitum quiddam: Vt enim is qui ingreditur ædes, non est pars aliqua ædium, sed diuersum quiddam ab ædibus: ita quoque qui ad opera creatur, alius natura fuerit, quàm opera: Si ergo pro vestra sententia Verbum Dei opus cēlendum est, agite quæso, dicite mihi vos Ariani, qua manu, aut quánam sapientia opus istud cōfectum est? Omnia enim opera, quæ facta sunt, manu & Sapientia Dei facta sunt, loquente ipso Deo, *Manus mea fecit hæc omnia*. Dauide quoque attestante, *Tu Domine ab initio fundasti terram, & opera manuum tuarum sunt cæli*: ac rursum Psalmo centesimo quadragesimo secundo, *Memor fui dierum priscorum, meditatus sum in operibus tuis, in factis manuum tuarum meditabar*. Ergo, si in manu Dei omnia quæ facta sunt, absolutionem perfectitudinemque suam acceperunt, & scriptum est, omnia per Verbum facta esse, & citra eum factum esse nihil: Et rursus, vnus Dominus Iesus, per quem omnia, in quo omnia, euidens conspicuumque est, illum opus esse non posse: quippe, qui ipse sit manus & Sapientia Dei. Id cognoscentes etiam Martyres illi Babylonii, Ananias, Azarias, Mizael, refutant Arianorum impietatem: dicentes enim, *benedicant omnia opera Dominum, tum ea quæ in cælo sunt, tum ea quæ in terris degunt*: in ea summa, omnes creaturas vt opera adnumerarunt, sed in numero eorum Filium ipsum non constituerunt. Non enim dixerunt, & tu Verbum benedic, & hymnum cane tu sapientia, vt ostenderent alia omnia esse ex eorū catalogo, quæ & opera sunt, & hymnum cantant: Verbū contrà, non esse opus aut ex cœtu canentium, sed potius cum Patre decantatur, adoratur, & diuinis laudibus celebratur, quum sit & Verbum illius, & Sapientia & operum architectus. Id quoque Spiritus in Psalmis cum pulchra obseruatione elocutus est: *Rectum est Verbum Domini, & omnia opera eius in fide*. Quemadmodum & in alio Psalmo recensuit, *Quàm magnifica sunt opera tua, omnia in Sapientia fecisti*. Iam si Verbum opus esset, planè Verbum in Sapientia factum fuisset, neque illud ab operibus discriminasset scriptura, neque ista quidem opera dixisset, illud vero Sapientiam Dei nominasset: nunc illud ab operibus segregans scriptura, probe ostendit, Sapientiam opificem esse, non opus: Eadem quoque distinctione & Paulus vsus est scribens ad Hebræos, *Viuidum est enim Verbum Dei, & efficax & penetrantius omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad internodia animæ & spiritus, compagines q; simul & medullas, facultatemq; habet iudicādi de cogitationib. ac nulla creatura est inuisibilis corā illo: omnia autem nuda sunt & conspicua oculus eius, apud quem nobis sermo*. Ecce, tibi res conditas creaturā appellat: Filium autem pro Verbo Dei agnoscit, ac talem qui sit aliud à rebus creatis: ac rursum, quum

τοῦτον ποίημα νομίζεσθαι τὸ γέννημα καὶ τὸ ἔκπισμα· ἀλλὰ μὴ θεωρητέον ἀκριβεῖς, εἰς ἔργα εἰρηκεν ἴσον τῷ εἰπεῖν, ἐποίησε σάρκα πεποίηκεν ὁ πατὴρ γλυκὺ ἄνθρωπον· ὥστε καὶ ἐκ τούτου πάλιν δείκνυσθαι, μὴ εἶναι ἔργον αὐτόν, ἀλλὰ γέννημα· ὡς γὰρ ὁ ἐρχόμενος εἰς οἰκίαν οὐκ ἔστι μέρος τῆς οἰκίας· ἀλλὰ ἄλλος ἐστὶ παρὰ τὴν οἰκίαν, ὕτως οὐδὲ τὰ ἔργα κτίζομενα, ἄλλα αὐ ἐστὶ τὴν φύσιν παρὰ τὰ ἔργα· ἐπεὶ εἰ καθ' ὑμᾶς ὁ τοῦ θεοῦ λόγος ἔργον ἐστὶν, ὦ ἀρειανοὶ, ἐν ποίᾳ ἄρα χρεὶ ἦν σοφίᾳ γέγονεν; πάντα γὰρ ἔργα ἐγένετο, τῇ χειρὶ τῇ σοφίᾳ γέγονε τοῦ θεοῦ, λέγοντος· μὲν αὐτοῦ τοῦ θεοῦ, ἡ χείρ μου ἐποίησε ταῦτα πάντα, τοῦ δαβὶδ ψάλλοντος, καὶ οὐ καταρχὰς κύριε τὴν γῆν ἐθεμελίωσας· καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σού εἰσιν οἱ οὐρανοί· καὶ πάλιν ἐν τῷ ἑκατοστῷ πεντηκοστῷ δευτέρῳ ψαλμῷ, ἐμνήσθην ἡμερῶν ἀρχαίων· καὶ ἐμελέτησα ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις σου· ἐν ποιήμασι τῶν χειρῶν σου ἐμελέτων· οὐκ οὖν εἰ ἐν χρεὶ τοῦ θεοῦ τὰ ποιήματα εἰρηκέναι, γέγραπται γὰρ ὅτι πάντα διὰ τοῦ λόγου γέγονε· καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν· καὶ πάλιν, εἷς κύριος ἰησοῦς δι' οὗ τὰ πάντα· καὶ ὅτι ἐν αὐτῷ τὰ πάντα συνέστηκεν, εὐδηλον ὡς οὐκ ἂν εἴη ὁ υἱὸς ἔργον, ἀλλ' αὐτός ἐστιν ἡ χεὶρ τοῦ θεοῦ καὶ ἡ σοφία τοῦτο γινώσκοντες οἱ ἐν βαβυλῶνι γενόμενοι μάρτυρες· ἀνανίας· ἀζαρίας· μισαὴλ, ἐλέγχουσι τὴν ἀρειανὴν ἀσέβειαν, εἰπόντες, εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα τοῦ κυρίου· τὰ ἐν οὐρανῷ καὶ τὰ ὑπὸ γῆς· καὶ πᾶσαι τὴν κτίσιν, ὡς ἔργα κατέλεξαν· τί οὖν, οὐκ ὠνόμασαν, ἀλλὰ λόγε, καὶ ὕμνει σοφία· ἵνα δείξωσιν ὅτι τὰ μὲν ἄλλα πάντα, ὑμνούμενά ἐστι, καὶ ἔργα ἐστί· ὁ δὲ λόγος, οὐκ ἔστιν ἔργον οὐδὲ τῶν ὑμνουμένων, ἀλλὰ σὺν τῷ πατρὶ ὑμνέμενος, καὶ προσκυνούμενός ἐστι καὶ θεολογέμενος· λόγος μὲν αὐτὸς καὶ σοφία ὢν, τῶν δὲ ἔργων δημιουργός· τοῦτο καὶ τὸ πνεῦμα μετὰ καλλίστης διαστολῆς εἴρηκεν, ὅτι οὕτως ὁ λόγος τοῦ κυρίου· καὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν πίστει· καθάπερ καὶ ἐν ἑτέρῳ φησὶν· ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου κύριε· πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας· εἰ δὲ ἔργον ἦν ὁ λόγος, πάντως ἂν καὶ αὐτὸς ἐν σοφίᾳ ἐγένετο· καὶ ἔτ' ἂν διέσελλεν αὐτὸν λοιπὸν τῶν ἔργων ἡ γραφὴ, οὔτε τὰ μὲν ἔργα ὠνόμαζε, τὸν δὲ λόγον, καὶ σοφίαν ἰδίαν τοῦ θεοῦ ἀνηγορέυετο· νῦν δὲ διέστελλε τῶν ἔργων αὐτὸν ἡ γραφὴ, δείκνυσιν ὅτι τῶν ἔργων δημιουργός ἐστιν ἡ σοφία καὶ οὐκ ἔργον· πιστὴ τῇ διαστολῇ καὶ ὁ παῦλος κέχρηται γραφῶν ἑβραίοις, ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ· καὶ ἐνεργὴς, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, καὶ διικνέμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ πνεύματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, καὶ κριτικὸς ἐνθυμήσεων, καὶ ἐννοιῶν καρδίας, καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ· πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος· ἰδοὺ γὰρ τὰ μὲν γήινα, κλίσιν ὠνόμασε· τί οὖν λόγον εἶδεν ὄντα τοῦ θεοῦ· ὡς ἄλλο ὄντος τοῦ παρὰ τὰ κτίσματα· πάλιν δὲ λέγων·

λέγων· πάντα καὶ γυμνὰ καὶ πεπραχηλισμένα τῷ ὀφθαλμῷ αὐτοῦ· πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος, ἄλλον αὐτὸν σημαίνει τῶν πάντων· διαφέρει γὰρ ὁ μὲν, κρίνει· τῶν δὲ γενητῶν πάντων ἕκαστος ὑπόδικός ἐστιν αὐτῷ διδόναι λόγον· αὐτὸς ἄρα καὶ τῆς κτίσεως πάσης συστεναζούσης ἡμῖν εἰς τὸ ἐλευθερωθῆναι ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς, ἄλλων τῶν κλισμάτων δείκνυται ὁ υἱός· εἰ γὰρ ἓν κλίσμα, εἷς ἓν καὶ αὐτὸς τῶν στεναζόντων· καὶ δεόμενος τοῦ ὑποποιοῦντος καὶ ἐλευθεροῦντος καὶ αὐτὸν μετὰ πάντων· εἰ δὲ πᾶσι μὲν ἡ κτίσις συστένάζει ἐλευθερίας χάριν τῆς ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς· ὁ δὲ υἱὸς οὐκ ἔστι
„ τῶν στεναζόντων· οὐδὲ τῶν δεομένων ἐλευθε-
refutemus, & veritatis ſenſum aperiamus ad confirmationem hominum fidelium. Neque enim vt illi arbitrantur, viciſſim in ſe tranſuaſantur: dum ait, *Ego in Patre, & Pater in me*, quaſi in vaſa inania alter in alterum refuſus, vt Filius impleat Patris capacitatem, & Pater viciſſim Filii, & neuter ſit ex ſe vel plenus vel integer. Id enim proprium eſt corporum: quapropter id vel ſolo dicto prorſus nefarium haberi debet. Plenus ſiquidem & integer eſt Pater: & plenitudo deitatis eſt filius: neque tamen rurſus vti in ſanctis hominibus, intra quos receptus Deus ipſos fortificat: ita quoque ac ſimili ratione in Filio agitur: Ipſe enim Filius, Patris eſt Fortitudo ac Sapiētia: & res quidem conditæ eius participatu in Spiritu ſanctificantur, quum tamen ipſe, qui Filius eſt, non iſtiuſmodi communicatu Filius efficiatur, ſed genitura. Neque rurſum ita Filius eſt in Patre, vt nos in eo viuimus, mouemur, & ſumus, quia ipſe eſt Vita, & è Patre quaſi ex fonte dimanat, in qua omnia viuificantur & conſtant, ſiquidem vita non per vitam viuit, alioqui omnino vita non eſſet, ſed ipſa potius omnia viuificat. Age, inſpiciamus nunc Aſterii ſophiſtæ, iſtius hæreſeos patroni, ratiocinationes. Iſtius enim generis ſunt in quibus ſe aliquo modo æmulum Iudæis præbuit. *Liquidum*, inquit, *manifeſtumque eſt, ideo illum dixiſſe, ſe in Patre eſſe, ac Patrem viciſſim in ipſo, quoniam ne ſermonem quidem, quem exordiebatur, ſuiipſius aiebat eſſe, ſed Patris: neque ſua item opera eſſe, ſed Patris, qui eam ei poteſtatem faciendi dederat.* Id ſi puer aliquis ſimpliciter dixiſſet, veniam ex ætate mereretur, ſed in eo cui nomen ſophiſtæ eſt ex ſapientia, cuiuſque profeſſio omnium rerum ſcientiam promittit, quantopere (quæſo) vituperandum, & qui fieri poteſt, vt non ſe iſtis rationibus alienum oſtendat ab Apoſtolo, elatus diſertis ſapientiæ verbis, ſibique perſuadens, iis ſeſe decipere poſſe, quum interim ipſe nō intelligat quæ dicat, neque de quibus aſſeuerationes faciat? Quę enim Filius propria congruentiaque ſibi vt Filio, vt verbo Sapientiæque & Imagini ſubſtantiæ Patris prolocutus eſt, ea iſte ad res conditas tranſmittit, eaq; promiſcue & Filio & creaturæ aſſociat. Verbūque quod eſt Patris ſui Potentia, potentiam accipere ſceleratus inducit, vt conſequētiam habeant impia ipſius verba, quum ait, filium in filio ius filii adoptionemque obtinuiſſe, & Verbum à Verbo poteſtatem mutuatum eſſe: neq; vult illum vt Filium iſta de ſe pronūtiaſſe, eumque vt diſcentem & eruditione proficientem, cum aliis creaturis in ordinem cogit. Si enim ea de cauſa, quod hæc verba ſua non eſſent, quę referebat, ſed quia Patris etiam erant opera quæ patrabat, in hunc ſermonem prorupit, *Ego in Patre, & Pater in me*, quut eſt, quod Dauid quū verba facit, ita ſermonem moderatur: *Audiam, quid in me loquatur Dominus Deus*: & Salomon quoque itidem, *Mei ſermones dicti ſunt à Deo*: Et Moſes verba ſua, vt à Deo accepta, ſubminiſtrabat, ſingulique Prophetarū non ſua, ſed quæ Dei erant, eloquebantur: Sanctique itidē, opera quæ faciebant, non ſibi quaſi propria ipſorum, ſed

διελέγξαι· τὼ ἢ τῆς ἀληθείας ἀξίωσιν δεῖξαι, ἕνεκά γε τῆς τῶν πιστῶν ἀσφαλείας· ὁ γὰρ, ὡς ἐκεῖνοι νομίζουσιν, ἀντιμεθιστάζομενοι εἰς ἀλλήλους εἰσὶν, ἐν τῷ λέγεσθαι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ· ὥσπερ ἐν ἀγγείοις κενοῖς ἐξ ἀλλήλων πληρουμένοις· ὥσπε τ μὲν γὰρ πληρῶν τὸ κενὸν δ πατὴρ, τ ἢ πατέρα πληροῦ, τὸ κοίλον τὸ ἑᾶ· καὶ ἑκάτερον αὐτῶν μὴ εἶναι πλήρη καὶ πλέον· σωμάτων γὰρ ἴδιον τοῦτο γε. διὸ καὶ τὸ μόνον εἰπεῖν δ τι, πολλοῦ ἐστιν ἀσεβείας· πλήρης γὰρ καὶ τέλειος ἐστιν ὁ πατὴρ· καὶ πλήρωμα θεότητός ἐστιν ὁ υἱός· οὐσία αὖ πάλιν. ὥσπερ ἐν τοῖς ἁγίοις γινόμενον ὁ θεὸς, ἐνεδυνάμου αὐτοὺς, οὕτως ἐστὶ ἐν τῷ υἱῷ· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ τοῦ πατρὸς δύναμις καὶ σοφία· ἃ τὰ μὲν γνητὰ, μετοχῇ τούτου ἐν πνεύματι ἁγιάζεται· αὐτὸς ἢ ὁ υἱός, ἀμετουσία υἱός ἐστιν· ἀλλὰ γέννημα τοῦ πατρὸς ἴδιόν ἐστιν. οὐκ ἔστι ἢ πάλιν ἕτως ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρὶ, ὡς τὸ, ἐν αὐτῷ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμεν· αὐτὸς γὰρ ὡς ἐκ πηγῆς τοῦ πατρός ἐστι ζωὴ ἐν ᾧ τὰ πάντα ζωογονεῖται καὶ σωέχεται· οὐ γὰρ ἡ ζωὴ, ἐν ζωῇ ζῇ· ἐπεὶ οὐκ αὖ εἴη ζωὴ· ἀλλ' αὐτὸς μᾶλλον ζωογονεῖ τὰ πάντα· ἴδωμεν ἢ καὶ τὸ σωηγόρον τῆς αἱρέσεως, ἀσεβείας τοῦ σοφιστ· γεγραφε γὰρ καὶ αὐτὸς, εἰς τοῦτο ζηλώσας τοὺς ἰουδαίους, ταῦτα· ἄδηλον γὰρ ὅτι Ματαῦτο εἴρηκε μὲν ἑαυτὸν ἐν τῷ πατρὶ, ἐν ἑαυτῷ ἢ πάλιν τ πατέρα, ἐπεὶ μηδὲ τ λόγον, ὃν διεξήρχετο, ἑαυτοῦ φησιν, ἀλλὰ τοῦ πατρὸς εἶναι· μηδὲ οἰκεῖα τὰ ἔργα, ἀλλὰ τοῦ πατρὸς δεδωκότος τὼ δυνάμιν· τοῦτο δὲ εἰ καὶ παιδαρίου ἢ ἁπλῶς εἰρηκὸς, συγγνώμην ἔσχεν ἂν τῆς ἡλικίας· ἐπειδὴ ἢ ὁ καλούμενος σοφιστὴς, καὶ πάντα γινώσκειν ἐπαγγελλόμενος, ἔστιν ὁ γράψας, πόσης ἄξιος καταγνώσεως ὁ τοιοῦτος; πῶς ἢ καὶ οὐκ ἀλλότριον ἑαυτὸν τοῦ ἀποστόλου δείκνυσιν, ἐπαιρόμενος ἐν πειθοῖ σοφίας λόγοις; καὶ νομίζων ἐν τούτοις ἐξαπατᾶν δύνασθαι μὴ νοῶν αὐτὸς ἃ λέγει, μηδὲ σαφῶς τίνος Ματαβεβαίωται· ἃ γὰρ ὁ υἱὸς οἰκεῖα ἅ ἁρμόζοντα μόνῳ υἱῷ λόγῳ καὶ σοφία ὄντι, καὶ εἰκόνι τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας εἴρηκε, ταῦτα ὅτι εἰς πάντα τὰ κτίσματα καταφέρει· καὶ κοινὰ τῷ, τε υἱῷ, καὶ τούτοις ταῦτα ποιεῖ· τὼ τι δύναμιν τοῦ πατρὸς λέγει λαμβάνειν δύναμιν ὁ σοφάνομος, ἵνα ἀκολουθήσῃ τῇ δυσσεβείᾳ αὐτοῦ εἰπεῖν, ὅτι καὶ ὁ υἱὸς ἐν τῷ υἱῷ ὑοποιήθη, καὶ ὁ λόγος ἔλαβε λόγον ἐξουσίας· καὶ οὐκέτι μὲν αὐτὸν, ὡς υἱὸν, θέλει εἰρηκέναι ταῦτα, ὡς δὲ μαθόντα καὶ αὐτὸν ὁμοίως σωτάσειν πᾶσι τοῖς ποιήμασιν· εἰ γὰρ Ματὸ μὴ εἶναι τὰ ῥήματα τοῦ υἱοῦ ἃ διεξήρχετο· ἀλλ' ὅτι τοῦ πατρὸς ἦν τὰ ἔργα, πῶς ἔλεγεν ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ; καὶ ὁ μὲν Δαβὶδ λέγει, ἀκούσομαι τί λαλήσει ἐν ἐμοὶ ὁ θεὸς· ὁ δὲ σαλομῶν, οἱ ἐμοὶ λόγοι εἰρῶνται ὑπὸ θεοῦ· καὶ ὁ μὲν μωϋσῆς, τοὺς παρὰ τοῦ θεοῦ διακόνει λόγους· ἕκας δὲ τῶν προφητῶν, οὐ τὰ ἴδια· ἀλλὰ παρὰ τοῦ θεοῦ ἔλεγε, τάδε λέγει κύριος· καὶ τὰ ἔργα ἃ ἐποίουν οἱ ἅγιοι, οὐκ ἴδια· ἀλλὰ

ἀλλὰ τῷ δεδωκότι τὴν δύναμιν τοῦ θεοῦ ἔλεγον εἶναι· ὡς ὁ μὲν Ἠλίας καὶ Ἐλισσαῖος ἐπικαλούμενοι τὸν θεὸν, ἵνα τοὺς νεκροὺς αὐτοῖς ἐγείρῃ· ὅτε καὶ τῷ νεεμανὲ ἔλεγεν ὁ Ἐλισσαῖος καθαρίσας αὐτὸν ἀπὸ τῆς λέπρας, ἵνα γνῷς ὅτι ἐστὶ θεὸς ἐν Ἰσραήλ· ὁ δὲ Σαμουὴλ, καὶ αὐτὸς ἐν ἡμέραις θερισμοῦ, ηὔχετο τὸν θεὸν δοῦναι ὑετὸν οἵτε ἀπόστολοι ἔλεγον ἐκ ἰδίᾳ δυνάμει πιεῖν τὰ σημεῖα, ἀλλὰ τῇ τοῦ κυρίου χαρίτι· δηλονότι κατ' αὐτὸν κοινὴ αὕτη πάντων καὶ ἡ τοιαύτη φωνὴ, ὥστε καὶ ἕκαστον δύνασθαι λέγειν, ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ· καὶ λοιπὸν μηκέτι ἕνα εἶναι τὸν τοῦ πατρὸς ἥλιον καὶ λόγον καὶ σοφίαν, ἀλλ' ἐκ πολλῶν ἕνα καὶ τοῦτον τυγχάνειν· ἀλλ' ἐπειπερ ὧδε ὁ κύριος, ἔδει μὴ εἰπεῖν αὐτὸν, ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ· ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἢ ἐν ἐμοί ἐστιν, ἵνα μηδὲν ἴδιον καὶ ἐξαίρετον ἔχῃ πρὸς τὸν πατέρα ὁ υἱὸς· κοινὸν ἢ μᾶλλον πάντων ἔχῃ τὴν αὐτὴν χάριν· ἀλλ' οὐκ ἔστιν ὡς νομίζουσιν ἐκεῖνοι, μὴ φρονοῦντες ὀρθὸν γνήσιον εἶναι ἐκ πατρὸς, καὶ παραδόξου τοῦ γνησίου, ᾧ μόνῳ ἁρμόζει λέγειν, ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί· ἔστι γὰρ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρὶ ὡς μὲν οἶον ἔχειν· ἐπιδὴ σύμπαν τὸ εἶναι τοῦ υἱοῦ, τοῦτο τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας ἴδιόν ἐστιν· ὡς ἐκ φωτὸς ἀπαύγασμα, καὶ ὡς πηγῆς ποταμὸς, ὥστε τὸν μὲν ὁρῶντα τὸν υἱὸν, ὁρᾶν τὸ τοῦ πατρὸς ἴδιον· καὶ νοεῖν, ὅτι τοῦ υἱοῦ τὸ εἶναι ἐκ τοῦ πατρὸς ὄν, οὕτω ἐν τῷ πατρί ἐστι, ἔστι δὲ καὶ ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ· ἐπιδὴ τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἴδιον, τοῦτο ὁ υἱὸς τυγχάνει ὤν, ὡς ἐν τῷ ἀπαυγάσματι ἥλιος, καὶ ἐν τῷ λόγῳ ὁ νοῦς· καὶ ἐν τῷ ποταμῷ ἡ πηγή· ἕως γὰρ ὁ θεωρῶν τὸν υἱὸν, θεωρεῖ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας τὸ ἴδιον· καὶ νοεῖ ὅτι ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ ἐστι· πολὺ γὰρ ἰδίᾳ τῆς θεότητος τοῦ πατρὸς οὐσίας τὸ εἶναι τοῦ υἱοῦ ἀκολούθως ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρί ἐστι, καὶ ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ εἰκότως εἰρηκὼς πρότερον· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, ἐπήγαγε τὸ, ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ· ἵνα τὸ μὲν ταυτότητα, τῆς θεότητος· τὸ δὲ ἑνότητα τῆς οὐσίας, δείξῃ· ἓν γάρ εἰσιν· οὐχ ὡς ἑνὸς πάλιν εἰς δύο μέρη διαιρεθέντος, καὶ μηδὲν ὄντων πλέον ἑνός· οὐδὲ ὡς τοῦ ἑνὸς δὴ ὀνομαζομένου ὅτε μὲν αὐτὸν ἄλλοτε μὲν πατέρα, ἄλλοτε δὲ υἱὸν ἑαυτὸν γίνεσθαι· τοῦτο γὰρ Σαβέλλιος Φρονήσας, αἱρετικὸς ὤφθη· ἀλλὰ δύο μέν εἰσιν· ὅτι ὁ πατὴρ, πατήρ ἐστι· καὶ οὐχ ὁ αὐτὸς υἱός ἐστι, καὶ ὁ υἱὸς, υἱός ἐστι, καὶ οὐχ ὁ αὐτὸς, πατήρ ἐστι· μία δὲ ἡ φύσις· ὁ γὰρ ὁμοιότατον τὸ γέννημα τοῦ γεννήσαντος· εἰκὼν γάρ ἐστιν αὐτοῦ· καὶ πάντα τὰ τοῦ πατρὸς, τοῦ υἱοῦ ἐστι, διὸ, οὐκ ἄλλος θεὸς υἱός· οὐ γὰρ ἔξωθεν ἐπενοήθη· ἐπεὶ πάντως καὶ πολλοὶ, ξένης παρὰ τοῦ πατρὸς ὑπονοουμένης θεότητος· οὐ γὰρ καὶ ἕτερόν ἐστιν ὡς γέννημα ὁ υἱὸς, ἀλλὰ ταὐτόν ἐστιν ὡς θεὸς· καὶ ἔν εἰσιν αὐτοῖς ὁ πατὴρ τῇ ἰδιότητι καὶ οἰκειότητι τῆς φύσεως, καὶ τῇ ταυτότητι τῆς μιᾶς θεότητος, ὥσπερ εἴρηται· καὶ γὰρ καὶ τὸ ἀπαύγασμα φῶς ἐστι· καὶ δεύτερον τοῦ ἡλίου· οὐδὲ ἕτερον φῶς· οὐδὲ κατὰ μετουσίαν αὐτοῦ· ἀλλ' ὂν ἴδιον αὐτοῦ γέννημα·

τῷ

sed Deo qui eam potestatem concesserat, vendicabant. Atque hinc est, quòd Helias & Eliseus Deum inuocabant, vt mortuos suscitarent: & ex eadem ratione idem ad Naaman Syrum loquitur, quem purgarat à lepra, vt cognoscas Deum esse in Israel: ita & Samuel quoque in diebus messis precatus est Deum vt pluuiam largiretur: ita & Apostoli professi sunt, non suis se viribus miracula, sed Domini gratia designare: colligique ex tot exemplis, communem esse hãc vocem omnibus, vt quilibet possit dicere: *Ego in Patre, & Pater in me*: & non vnum esse filium Dei verbum & Sapientiam, sed istum ex multis vnum esse. Atqui, si res ita habuisset, nequaquam ita Dominus locutus fuisset, neque oportuisset illum ad hunc modum verba concipere, *Ego in Patre, & Pater in me*, sed potius, & ego quoq; in Patre, & pater quoque in me, vt nihil sibi proprium eximiumque apud Patrem habere declararet, sed communẽ cum omnibus gratiam possidere. Sed non ita est, vt illi arbitrantur, qui quum non censent eum esse genuinum Filium, in Filiũ genuinum mendacia fingunt, cui soli competit illud dictũ: *Ego in Patre, & Pater in me*. Est enim Filius in Patre, quatenus intelligere cõceditur, eò quòd quicquid est Filius, id vniuersum sit proprium substantiæ Patris: veluti ex lumine, proradiationem: & fluuium, ex fonte, vt qui Filium videat, id videat quod est Patri suum ac proprium, ac intelligat, quòd Filius sit, eam essentiam ex Patre esse, atque ita eum in Patre existere. Estque vice versa Pater in Filio, eò quòd id, quod est Patri proprium ac suum, idipsum sit Filius, vt in radiis sol, mens in ratione, fons in flumine, atque ita quis videns Filium, videt id quod proprium est substantiæ Patris, & intelligit Patrem in Filio esse. Nam quum species Deitasque Patris, essentia sit Filii, bene consequitur, vt Filius in Patre existere dicatur, & Pater in Filio. Ideoque merito, quum antea dixisset: *Ego & Pater vnum sumus*: subintulit ista, *Ego in Patre, & Pater in me*, vt identitatem diuinitatis, vnitate essentiæ demonstraret. Vnum enim sunt, non veluti vnum in duas partes diuisum, vt nihilo plus sint quam vnum, aut vnum duobus nominibus geminatum, vt idem nunc Pater, nunc suiipsius sit Filius Id enim, quum Sabellius sentiret, hæreseos damnatus est: sed duo sint, eò quòd Pater, Pater sit, non Filius: & Filius vicissim Filius, & non Pater, sed tamen eadem natura: nihil enim dissimile inter genitum, & genitorem, quippe, qui sit eius Imago, & eò quòd omnia Patris sint & Filii, ac proinde Filius non alius Deus est: non enim aliunde existere intelligitur, alioqui complures essent dii, si præter Deitatem Patris, aliam Deitatem excogitaremus. Nam, quanquam alius est Filius, quatenus est genitus: attamen idem existit, quatenus est Deus. Siquidem vnum sunt Pater & Filius, suitate & proprietate naturæ & idẽtitate vnius deitatis, vt modò dictum est. Quippe, quum & ipsum iubar lumen sit, neque diuersum à sole, neque alia lux, neque secundum participatum, sed proprie quiddam ex eo genitum.

Iam quod ità genitum est, necessum est, vt sit cum gignente eadem lux. Neque est vt quispiam ea dixerit duo lumina, duo tamen sunt sol & iubar, vna tamen solis lux in ipso iubare vbique illuminans. Eadem ratione Filii diuinitas, Patris est: vnde & indiuisibilis est, atque ita vnus Deus, & non alius præter ipsum. Cum igitur ad eum modum vnum sit, vnaque sit illis Deitas, eadem dicuntur de Filio, quæcunque de Patre dicuntur, excepto, quòd Pater non appellatur: qualia sunt, Deus, vt *Deus erat Verbum*, vt omnipotens, vt hæc dicit, qui erat, qui est, & qui venturus est, & Dominus, & vnus Dominus Iesus Christus, & quod lux sit, *vt ego sum lux*, & quòd deleat peccata, *vt videatis*, inquit, *quod Filius hominis habeat potestatem in terra dimittendi peccata*, & quæcunque alia inueneris. *Omnia enim* (inquit ipse Filius) *quæcunque habet Pater, mea sunt, ac vice versa, omnia mea tua sunt*, &, qui audit ea quæ sunt Patris de Filio dicta, is videbit Patrem in Filio, & Filium in Patre, cum ea quæ dicuntur de Filio, eadem quoque dicantur de Patre. Quî autem, ea quæ sunt Patris, de Filio pronunciari possent, nisi quia Filius ipsius natus est? aut quî vicissim ea quæ sunt Filii, propria Patris fuerint, nisi quia Filius propria fœtura est & partus substantiæ Patris: Iam, quum substantiæ Patris proprium germen sit Filius, merito Filius, quæ sui Patris sunt, sibi addicit: vnde rite & congrue post hoc verbum, *Ego & pater vnum sumus*, subintulit, *vt cognoscatis & me in patre esse, & patrem in me*: Huic dicto illud rursum adiunxit, *Qui vidit me, vidit & patrem meum*: atque ita est vbique vnus & idem intellectus in tribus istis sententiis. Qui enim eo modo cognitum habet Patrem & Filium vnum esse, ille quoque cognitum habet Patrem in Filio & Filium in Patre esse: nam Filii diuinitas Patris est, illaque ipsa in Filio consistit, & qui illud comprehendit, is quoque sibi persuasum habet, quod qui vidit Filium, viderit & Patrem, quippe, cum in Filio sit, & conspiciatur Patris diuinitas, id ab exemplo regiæ imaginis cõmodius intelligas: quandoquidem in imagine, species regis & forma apparet, & in rege imaginis species: sine enim omni discrepantia, vultus regis in imagine expressus est, vt qui videt imaginem, videat in ea regem: & vicissim, qui regem intueatur, agnoscat illum ipsum eundem esse, qui in imagine repræsentatur. Cæterum, quia in ámbobus nulla est dissimilitudo, si quis post conspectam imaginem, velit regem videre, huic ad eũ modum ita imago iure loqueretur: Ego & Rex vnum sumus: ego enim in illo sum, & ille in me; & quod in me animaduertis, id quoque in eo animaduertas, & quod videris in illo, videris & in me. Qui igitur adorat imaginem, in illa adorat ipsum regem, quippe, cum ipsa imago nihil aliud sit, quàm regis forma ac species. Quoniam autem filius est Imago Patris, necessum est vt cogites Deitatem & proprietatem Patris, ipsam essentiam Filii constituere. Et hoc est, quod ait, *Qui quum in forma Dei esset:*

τὸ γὴ τοιοῦτον γέννημα, ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ φῶς· καὶ οὐκ
ἂν λέγοι τις εἶναι δύο φῶτα εἶναι ταῦτα· ἀλλὰ δύο μὲν,
ἥλιον καὶ ἀπαύγασμα· ἓν δὲ τὸ ἐξ ἡλίου φῶς ὂν
τῷ ἀπαυγάσματι φωτίζον τὰ πανταχοῦ, οὕτως
καὶ ἡ τοῦ υἱοῦ θεότης, τοῦ πατρός ἐστιν· ὅθεν
καὶ ἀδιαίρετος ἐστι· καὶ οὕτως εἷς θεὸς, καὶ οὐκ ἔ-
στιν ἄλλος πλὴν αὐτοῦ· οὕτω γοῦν ἓν αὐτῶν
ὄντων, καὶ μιᾶς οὔσης τῆς θεότητος, τὰ αὐτὰ λέ-
γεται περὶ τοῦ υἱοῦ, ὅσα λέγεται καὶ περὶ τοῦ
πατρός, χωρὶς τοῦ λέγεσθαι πατήρ, οἷον θεὸς·
τὸ, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος· τὸ, παντοκράτωρ,
πάδε λέγει ὁ Ἰὼ· καὶ ὁ ὢν· καὶ ὁ ἐρχόμενος·
τὸ, κύριος εἷς· εἷς κύριος ἰησοῦς χριστός·
τὸ εἶναι φῶς, ἐγώ εἰμι τὸ φῶς· τὸ ἐξαλείφειν
ἁμαρτίας, ἵνα δέ, φησιν, εἰδῆτε ὅτι ἔχει ἐξου-
σίαν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁ-
μαρτίας, καὶ ὅσα ἄλλα ἂν εὕρεις· πάντα γάρ
φησιν αὐτὸς ὁ υἱὸς ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, ἐμά ἐστιν· ὁ δὲ
ἀκούων τὰ τοῦ πατρὸς λεγόμενα ἐφ' υἱοῦ, οὕτω
καὶ τὸν πατέρα ἐν τῷ υἱῷ, θεωρήσει δὲ καὶ τὸν
υἱὸν ἐν τῷ πατρί, ὅταν τὰ λεγόμενα ἐφ' υἱοῦ, πάν-
τα λέγηται ὑπὸ πατρός· Διατί γὰρ τὰ τοῦ πατρὸς
ἐφ' υἱοῦ λέγεται; ἢ ὅτι ἐξ αὐτοῦ γέννημά ἐστιν ὁ υἱός;
Διατί γὰρ καὶ τοῦ υἱοῦ ἴδιά ἐστι τοῦ πατρὸς, ὅτι πάλιν
τῆς οὐσίας αὐτοῦ, ἴδιόν ἐστι γέννημα ὁ υἱός; τῆς γὰρ οὐ-
σίας τοῦ πατρὸς ἴδιον ὂν γέννημα ὁ υἱὸς, εἰκότως καὶ
τὰ τοῦ πατρὸς λέγει ἑαυτοῦ εἶναι· ὅθεν πρεπόντως
καὶ ἀκολούθως τῷ μὲν λέγειν, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσ-
μεν, ἐπήγαγεν ἵνα γνῶτε ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ
πατὴρ ἐν ἐμοί· τοῦτο δὴ πάλιν προσέθηκεν ὁ ἑωρα-
κὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα· καὶ ἔστιν εἷς ὁ αὐ-
τὸς νοῦς ἐν τοῖς τρισὶ τούτοις ῥητοῖς· ὁ γὰρ οὕ-
τως ἐγνωκὼς ὅτι ἓν εἰσιν ὁ υἱὸς καὶ ὁ πατὴρ, οἶδεν
ὅτι αὐτὸς ἐν τῷ πατρί ἐστι, καὶ ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ·
ἡ γὰρ τοῦ υἱοῦ θεότης, τοῦ πατρός ἐστι· καὶ αὕτη
ἐν τῷ υἱῷ ἐστι· καὶ ὁ τοῦτο δὲ καταλαβών, πεπί-
στευκεν ὅτι ὁ ἑωρακὼς τὸν υἱὸν, ἑώρακε τὸν πατέ-
ρα· ἐν γὰρ τῷ υἱῷ, ἡ τοῦ πατρὸς θεότης θεω-
ρεῖται· τοῦτο καὶ ἀπὸ τοῦ παραδείγματος
τῆς εἰκόνος τοῦ βασιλέως, προσεχέστερόν τις κα-
τανοῆσαι δυνήσεται· ἐν γὰρ τῇ εἰκόνι τοῦ βασιλέως
τὸ εἶδος καὶ ἡ μορφή ἐστι, καὶ ἐν τῷ βασιλεῖ δὲ,
τὸ ἐν τῇ εἰκόνι εἶδος ἐστιν· ἀπαράλλακτος γάρ ἐ-
στιν ἡ ἐν τῇ εἰκόνι τοῦ βασιλέως ὁμοιότης· ὥστε τὸν ἑω-
ρῶντα τὴν εἰκόνα, ὁρᾶν ἐν αὐτῇ τὸν βασιλέα· καὶ τὸν πά-
λιν ὁρῶντα τὸν βασιλέα, ἐπιγινώσκειν, ὅτι οὗτός ἐστιν
ὁ ἐν τῇ εἰκόνι· ἐκ τοῦ μὴ διαλλάττειν τὴν ὁμοιό-
τητα, τῷ θέλοντι μὴ τὴν εἰκόνα θεωρῆσαι τοῦ βασι-
λέα, εἴποι ἂν ἡ εἰκών, ἐγὼ καὶ ὁ βασιλεὺς ἕν
ἐσμεν, ἐγὼ γὰρ ἐν ἐκείνῳ εἰμὶ, κἀκεῖνος ἐν ἐμοί, καὶ ἃ
ὁρᾷς ἐν ἐμοὶ, ταῦτα ἐν ἐκείνῳ βλέπεις, καὶ ὃ ἑώρα-
κας ἐν ἐκείνῳ τοῦτο βλέπεις ἐν ἐμοί. ὁ γοῦν προσ-
κυνῶν τὴν εἰκόνα, ἐν αὐτῇ προσκυνεῖ τὸν βασιλέα·
ἡ γὰρ ἐκείνου μορφὴ καὶ τὸ εἶδός ἐστιν ἡ εἰκών. ἐπεὶ
τοίνυν καὶ ὁ υἱὸς εἰκὼν ἐστι τοῦ πατρὸς, ἐξ ἀνάγκης
ἐστὶ νοεῖν, ὅτι ἡ θεότης καὶ ἡ ἰδιότης τοῦ πατρὸς, τὸ εἶναι
τοῦ υἱοῦ ἐστι· καὶ τοῦτό ἐστιν ὁ ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων·

Nec

καὶ ὁ

ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ· οὐκ ἐκ μέρους ἡ ἡ τῆς θεότητος μορφὴ· ἀλλὰ τὸ πλήρωμα τῆς τοῦ πατρὸς θεότητος, ἐστὶ τὸ εἶναι τοῦ υἱοῦ· καὶ ὅλος θεός ἐστιν ὁ υἱός· Διατοῦτο καὶ ἴσα θεῷ ὤν, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ· καὶ πάλιν· ἐπειδὴ δὲ ἰδιοῦ ἡ θεότης καὶ τὸ εἶδος οὐδενὸς ἄλλου ἢ τοῦ πατρός ἐστι, τοῦτό ἐστιν ὅπερ εἶπε τὸ ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ· οὕτως θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον ἑαυτῷ καταλλάσσων· τὸ γὰρ ἴδιον τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας ἐστὶν ὁ υἱός, ἐν ᾧ ἡ κτίσις πρὸς τὸν θεὸν κατηλλάγη· οὕτως ἃ ἐργάζεται ὁ υἱὸς, τοῦ πατρός ἐστιν ἔργα. τὸ γὰρ εἶδος τῆς δὲ πατρὸς θεότητός ἐστιν ὁ υἱός, ὅστις ἐργάζεται τὰ ἔργα· ὥστε ὁ βλέπων τὸν υἱὸν, ὁρᾷ τὸν πατέρα· ἐν γὰρ τῇ πατρῴᾳ θεότητι, ἐστὶ καὶ θεωρεῖται ὁ υἱός· καὶ τὸ ἐν αὐτῷ πατρικὸν εἶδος, δείκνυσιν ἑαυτῷ τὸν πατέρα· καὶ ὥστε ἐστὶν ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ, καὶ ἡ ἐκ δὲ πατρὸς ἐν υἱῷ ἰδιότης καὶ θεότης. δείκνυσι τὸν υἱὸν ἐν τῷ πατρὶ· καὶ ἀεὶ ἀδιαίρετον αὐτό· καὶ ὁ ἀκούων ἢ βλέπων τὰ λεγόμενα περὶ δὲ πατρὸς ταῦτα λεγόμενα περὶ τοῦ υἱοῦ· ὁ καὶ χαίρων ἢ μεταχλὴ ὃ γινόμενα τῇ ὑσίᾳ αὐτοῦ· ἀλλ' ὅτι αὐτὸ εἶναι τοῦ υἱοῦ ἴδιον τῆς πατρικῆς οὐσίας ἐστὶ γέννημα, νοήσει καλῶς τὸ εἰρημένον καθὰ προεῖπον, ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί· ἢ ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· ἔστι γὰρ ὁ υἱὸς οἷος ὁ πατὴρ, τῷ πάντα τὰ δὲ πατρὸς ἔχειν. διὸ καὶ μία τοῦ πατρὸς σημαίνεται· πατέρα γὰρ οὐκ ἄν τις εἴποι μὴ ὑπάρχοντος υἱοῦ· ὁ μέν τις ποιητὴν λέγων τὸν θεὸν, ἀ πάντως καὶ τὰ γενόμενα δηλοῖ· ἔστι γὰρ καὶ τῶν ποιημάτων ποιητής· ὁ δὲ πατέρα λέγων οὐθὲν μὴ πατρὸς σημαίνει ἢ πλὴν τὸ υἱοῦ ὕπαρξιν· Διατοῦτο καὶ ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν, εἰς τὸν πατέρα πιστεύει· εἰς γὰρ τὸ ἴδιον τῆς δὲ πατρὸς οὐσίας πιστεύει· καὶ ὥστε μία ἔστιν ἡ πίστις εἰς ἕνα θεόν· καὶ ὁ προσκυνῶν ἢ τιμῶν τὸν υἱὸν, ἐν υἱῷ προσκυνεῖ καὶ τιμᾷ τὸν πατέρα. μία γάρ ἐστιν ἡ θεότης· καὶ Διατοῦτο μία τιμὴ ἢ μία ἐστὶ προσκύνησις ἐν υἱῷ· καὶ δι' αὐτοῦ γινομένη τῷ πατρί· καὶ ὁ οὕτω προσκυνῶν, ἕνα θεὸν προσκυνεῖ· εἷς γὰρ θεός ἐστι καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν αὐτοῦ· ὅτι γοῦν καὶ μόνος λέγεται ὁ πατὴρ θεὸς· ἢ ὅτι εἷς θεός ἐστι καὶ τὸ ἐγώ εἰμι· καὶ τὸ πλὴν ἐμοῦ οὐκ ἔστιν ἄλλος θεός· ἢ τὸ, ἐγὼ πρῶτος, ἢ τὸ, ἐγὼ μετὰ ταῦτα, καλῶς λέγεται· εἷς γὰρ θεὸς ἢ μόνος καὶ πρῶτός ἐστιν· οὐκ εἰς αἵρεσιν ἢ δὲ ταῦτα λέγε· μὴ γένοιτο· ἔστι γὰρ αὐτὸς ἐν τῷ ἑνὶ καὶ μόνῳ καὶ πρώτῳ, ὡς τοῦ ἑνὸς καὶ πρώτου καὶ μόνου μόνος λόγος καὶ σοφία καὶ ἀπαύγασμα ὢν· ἔστι καὶ πρῶτος ἢ αὐτὸς πλήρωμα τῆς δὲ πρώτου καὶ μόνου θεότητος ὅλος ἢ πλήρης ὢν θεὸς· οὐκοῦν, ὁ δι' αὐτὸν εἰρηται· ἀλλ' εἰς αἵρεσιν δὲ μὴ εἶναι ἕτερον· οἷός ἐστιν ὁ πατὴρ ἢ ὁ τοῦτο λόγος· ἔστι μὲν οὖν ὁ νοῦς δὲ προφήτου φανερὸς καὶ πᾶσι πρόδηλος· ἐπειδὴ γὰρ οἱ ἀσεβεῖς καὶ ταῦτα φέροντες, δυσφημοῦσι μὲν τὸ κύριον· ὀνειδίζουσι δὲ ἡμῖν λέγοντες ἰδοὺ εἷς ἢ μόνος ἢ πρῶτος λέγει ὁ θεὸς, πῶς ὑμεῖς λέγετε τὸν υἱὸν εἶναι θεόν; εἰ γὰρ ἦν θεὸς, οὐκ ἂν ἔλεγεν ἐγὼ μόνος· ἃ δὲ ὅτι εἷς ἐστιν ὁ θεὸς· ἀναγκαῖον τοίνυν καὶ περὶ τούτων τὰ ῥηθέντα, ὡς δυνατὸν ἐστιν εἰπεῖν· ἵνα

Nec non & illud, *Pater in me.* Nõ autem ex Patre aliqua forma Deitatis conficitur, ſed ex integra Deitate Patris, eſſentia Filii conſurgit, & ſolidus Deus: ideoque, quum par eſſet Deo, nõ rapinam arbitratur, eſſe ſe æqualem Deo. Ac è diuerſo, quoniam Filii Deitas & ſpecies, nullius alterius eſt quã Patris, inde eſt illud, quod dixit, *Ego in Patre.* Ita Deus fuit in Chriſto, mundum ſibi reconcilians: nam propria ſubſtantia Patris Filius eſt, in quo creatura Deo reconciliabatur: ita fit, vt quæ operatur Filius, opera ſint Patris: quippe, quum ſpecies Deitatis paternæ, quę author fuit talium operum, filius exiſtat: ita quoq; qui vidit Filium, vidit Patrem: in paterna ſiquidem Deitate ſubſiſtit & conſpicitur Filius: & eius Paterna ſpecies oſtendit in ipſo ipſius Patrẽ. Atque ad iſtum modum exiſtit Pater in Filio & Patris in Filio proprietas & diuinitas oſtẽdit filium exiſtere in Patre, & ſemper indiuiſibilem ab eo eſſe. Cæterũ, qui audit & videt ea quæ dicũtur de Patre, illa ipſa quoque de Filio dici: nõ ideo ſcilicet, quod per donationem, aut participatum Paternæ ſubſtãtiæ iſta Filio ſuperueniãt, ſed quia ipſa eſſentia Filii proprium ſit germen Paternæ ſubſtantiæ, is recte intelliget, quod ſuperius dictum eſt: *Ego in Patre, & Pater in me: & Ego & Pater vnum ſumus.* Eſt enim Filius, qualis Pater, eo quod omnia Patris habeat, ideoq; vna cum Patre cõſignificatur: nemo enim quẽquam Patrem appellarit, cui non ſit Filius. Qui igitur Deum, conditorem nominat, non omnino ſecundum ſuperius dicta rem declarat: eſt enim etiam ante res conditas, conditor. Qui autem Patrem dicit, ſtatim vna cum Patris vocabulo Filii naturam ſignifiat. Ideoque, qui in Filium credit, in Patrem credit: In eum enim qui proprius eſt Patris ſubſtantiæ, credit, atq; ita eſt vna fides in vnum Deum: & qui adorat, & veneratur Filium, in Filio adorat & veneratur Patrẽ: quandoquidem vna eſt Deitas, ac proinde vna veneratio, vna adoratio, in Filio, eaque per Filiũ confertur in Patrem: & qui ita adorat, vnũ Deũ adorat: Vnus enim Deus eſt, & nõ eſt alius præter eũ. Cùm igitur ſolus Pater dicitur Deus, vel cum vnus Deus eſſe pronuntiatur, aut quum illud, *Ego ſum, & præter me non eſt Deus*: aut quum illud, *Ego ſum primus, & poſt hæc futurus*, recte illa omnia dicuntur. Vnus enim ſolus Deus & primus eſt. Neq; ea ad demolitionem Filii referuntur, abſit: eſt enim ille ipſe in vno primo & ſolo, vt vnius ſolius & primi vnicũ Verbũ, Sapientia & Splendor. Eſt autẽ ipſe & primus & plenitudo primæ & vnicæ deitatis, in totũ interim ipſe plenus ac integer Deus. Nõ igitur ea verba ad illius abnegationem ſpectãt, ſed ad tollendũ, ne quiſpiã exiſtimetur talis, qualis eſt Pater, aut quale Patris Verbum, ipſaq; Prophetæ ſentẽtia omnib. patet. Cæterũ, quia impii & iſta quoq; verba abripiunt ad blaſphemiam Domini, nobiſq; conuitioſe obiiciunt, En, inquientes, quũ vnus, & ſolus, & primus appelletur Deus qui fit, vt vos Chriſtum Deũ nominetis? Si enim eſſet alius Deus, nõ ſe ſolum, aut vnicum Deũ appellaſſet. Neceſſum eſt igitur, vt & horũ verborum intelligentiam recludamus, quatenus fas eſt,

vt omnes inde cognoscant, Arianos nil nisi Dei perduelliones esse. Si igitur Filio certamẽ cum Patre & hostilitas: aut si eo modo, quo Dauidi de Adonia & Absolone renunciatum fuit, Pater Filium vicissim obtuetur: legantur & proferantur istiusmodi Arianorum voces, ne si quãdo dicat Filius seipsum, Patrem, per defectionem nonnullos ad se à suo Patre abducat. Sin autem qui cognoscit Filium, melius inde cognouerit Patrem, cum ipse Filius Patrem manifestet & prædicet, & in Verbo Patrem liquidius vlurus sit, quemadmodum dictum est: cumq; veniens Filius, non seipsum, sed Patrem glorificarit, ita verba faciens ad eum qui ipsum conueniebat: *Quid me bonum dicis? nemo bonus, nisi vnus Deus*: respondensque item interroganti Quod præceptum in lege maximum esset? ad istum modum locutus sit: *Audi Israel, Dominus qui est Deus tuus, solus est Dominus*: rursusq; tu bis verba faciens, *Descendi de cælo non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem Patris qui misit me*: Ac discipulos instruens, *Pater* (inquit) *meus maior me est: & qui me honorat, honorat eum qui misit me*. Quod si Filius talem se erga Patrem exhibet, quidnam inter illos inimicum aut cõtrarium, vt talem intellectum ex istis verbis colligas? Quinimo, si Verbum est Filius Patris, quis ita demens, exceptis Christi perduellibus, vt existimet Deum ita hæc verba de solo & vnico Deo fecisse, vt Verbum criminaretur, ac tolleret? Non ea est sententia Christianorum: absit quoniam non ob Filium ista sunt scripta, sed ad demolitionem falsorũ, & ab hominib. fictorũ numinum: dictique istius sententia recta & iusta ratione nititur. Quandoquidem, illi qui supplices sunt falsis numinibus, deficiunt à vero Deo, ideo Deus, qui bonus est, & hominum curã gerit, reuocans istos palabundos errones, ait: *Ego solus sum Deus, & præter me non est Deus*, & quæcunque sunt istius generis dicta, nihil aliud sibi volunt, quàm ea quæ nõ sunt, vituperent, & ad Deum conuertant: non aliter quàm si quis per diurnum tempus sole iam lucente, lignum temere depingat, inquo ne imaginaria quidẽ species lucis appareat, asseratq; hoc lignũ authorẽ esse diurni luminis: sol contra, id videns, occlamet: ego solus sum diurna lux, neque est alia lux præter me, non respectu sui iubaris illud dixerit sed ob ligneæ imaginis impostura, & dissimilitudinem vanissimæ apparentiæ. Eadem ratione dictũ est: *Ego sum Deus, & non est alius præter me*, vt à falsis numinib. homines abduceret, quo deinceps condiscant ipsum esse verũ Deũ, Certe Deus hæc loquens, per Verbũ suũ loquutus est, nisi & hoc quoque adiiciant nostri tẽporis Iudęi, eum non per Verbum suum loquutũ fuisse. Imo sic dictum est quantũcunque etiã insaniãt diabolici isti: factum est enim Verbum ad Prophetam, istaque ipsa auditu ab illis percipiebãtur. Iam si per eum sermo ille fiebat, & per eum illa ipsa dicebantur, nec est inter ea quę dicũtur aut fiunt à Deo, quod nõ in Verbo & dicatur & fiat: sequitur igitur, vt Prophetæ illi, eorũ verborum autores nõ fuerint, ô Christi perduelles, sed

ἵνα πάντες γνῶσι καὶ ἐκ τούτων, ὅτι ὄντως εἰσὶν οἱ
ἀρειανοὶ θεομάχοι· εἰ μὲν οὖν ἀμείλατα τῷ υἱῷ ἐστι
πρὸς τὸν πατέρα, τοιαῦτας ἀκουέτωσαν φωνάς· Καὶ
εἰ ὡς δαβὶδ ἦκουσε περὶ τοῦ ἀδωνίου καὶ τοῦ ἀβ-
σαλὼμ· καὶ ὁ πατὴρ ὅταν βλέπῃ τὸν υἱόν, πρὸς
αὐτὸν λεγέτω καὶ προφερέτω τοιαῦτα ῥήματα· μή-
ποτε ὁ υἱὸς λέγων ἑαυτὸν θεὸν, ἀποστήσῃ τινὰς ἀπὸ
τοῦ πατρός· εἰ δὲ ὁ γινώσκων τὸν υἱὸν γινωσκέτω μᾶλ-
λον καὶ τὸν πατέρα. ἀποκαλυπτέον δὲ καὶ τοῦτον αὐτῷ
ὑπὸ τοῦ· καὶ ἐν τῷ λόγῳ εἴρηται μᾶλλον τὸν πατέρα καὶ πά-
περ εἰρηται· ἐλθὼν ὁ υἱὸς, οὐκ ἑαυτὸν ἐδόξασεν ἀλλὰ
τὸν πατέρα· λέγων μὲν τῷ προσερχομένῳ· τί με λέ- »
γεις ἀγαθόν· οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ θεός· ἀποκρι- »
νάμενος δὲ τῷ ἐρωτῶντι αὐτὸν· ποία ἐντολὴ μείζων ἐν »
τῷ νόμῳ, ὅτι ἄκουε ἰσραὴλ· κύριος ὁ θεός σου κύριος »
εἷς ἐστι, καὶ τίς μὲν ὄχλοις λέγων, ἐκ δὲ ἰδίᾳ κατ ἔδεσι »
καὶ οὐκ ἵνα ποιήσω τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν· ἀλλὰ τὸ θέ- »
λημα τοῦ πέμψαντός με· τοῖς δὲ μαθηταῖς διδάσκων· »
ὅτι ὁ πατήρ μου μείζων μού ἐστι καὶ ὁ ἐμὸς ὑμῶν ὑμῶν »
τὸν πέμψαντα με· καὶ πάλιν ὁ υἱὸς ἐστιν ὁ υἱὸς πρὸς τὸν ἑαυ- »
τοῦ πατέρα, ποία ἐναντιότης ἵνα καὶ παιδίον τις
ὑπόνοιαν λάβοι περὶ τοιούτων ῥημάτων· ἄλλως
τε, εἰ λόγος ἐστὶ τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς, τίς οὕτως ἐστὶν
ἄφρων, πλὴν τῶν χειρομάχων, ὡς νομίζειν ὅτι
τὸν ἑαυτοῦ λόγον ἀφαλλων καὶ αἱρῶν, τὰ τοι-
αῦτα λελάληκεν ὁ θεός; οὐκ ἔστιν ὅστις ὁ νοῦς
χειρίων, μὴ γένοιτο· οὐ δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ ὁ υἱὸς ταῦτα
γέγραπται· ἀλλ' εἰς αἵρεσιν τῶν πλανωμένων
ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ψευδωνύμων θεῶν· καὶ ἡ
ἀφέλεια τῶν τοιούτων ῥητῶν, ἔχει τὴν αἰτίας εὔ-
λογον· ἐπειδὴ γὰρ οἱ προσκείμενοι τοῖς ψευδω-
νύμοις θεοῖς ἀφίστανται τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ, ἀφ' οὗ
τὸ ἀγαθὸς ὢν κηδόμενος τῶν ἀνθρώπων ὁ θεὸς, »
ἀνακαλούμενος τοὺς πλανωμένους, φησὶν· ἐγὼ θεὸς »
μόνος καὶ ἐγώ εἰμι· πλὴν ἐμοῦ οὐκ ἔστι θεὸς· καὶ ὅ-
σα τοιαῦτα ἐστὶ ῥητὰ· ἵνα τὰ μὲν μὴ ὄντα, ἀφαιρῇ·
ὑπερέχῃ δὲ πάντα εἰς ἑαυτὸν· καὶ ὥσπερ ἂν
τῆς ἡμέρας οὔσης καὶ ἡλίου φαίνοντος ζωγραφοῖ
ξύλον ἁπλῶς· οὐ μὴν φαντασίαν ἔχον φωτὸς·
καὶ λέγοι τὴν εἰκόνα ταύτην αἰτίαν εἶναι τοῦ φωτὸς·
ὁ μὴ ἥλιος ὅτι βλέπων λέγοι· ἐγὼ μόνος καὶ εἰμὶ τὸ
φῶς τῆς ἡμέρας· καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλο τὸ φῶς τῆς ἡμέρας
πλὴν ἐμοῦ· ὁ πρὸς τὸν αὐτοῦ ἀπαύγασμα βλέπων
ταῦτα λέγοι· ἀλλὰ πρὸς τὸν πλάνην ἀφ' ἧς εἰκόνα
τοῦ ξύλου καὶ ἀνομοιότητα τοῦ ματαίας φαντασίας,
οὕτως ἐστὶ καὶ τὸ ἐγώ εἰμι· καὶ τὸ ἐγὼ μόνος θεός·
καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν ἐμοῦ· ἵνα τῶν ψευδω- »
νύμων ἀποστήσῃ τοὺς ἀνθρώπους· καὶ μάθωσιν αὐ- »
τὸν λοιπὸν τὸν ἀληθινὸν θεὸν· ἀμέλει ταῦτα λέγων ὁ
θεὸς ἀφ' οὗ λόγου ἑαυτοῦ ἔλεγεν· εἰ μὴ ἄρα καὶ τοῦτο
προσθῶσιν οἱ νῦν ἰουδαῖοι, ὅτι μὴ διὰ τοῦ λόγου ταῦ-
τα λελάληκεν, ἀλλ' ὅτως εἴρηται· κἂν μάνων οἱ
ἀφρονικοὶ ἐγένετο γὰρ ὁ λόγος κυρίου πρὸς τὸν προ-
φήτην· καὶ ταῦτα ἤκουεν· εἰ δὲ αὐτὸς ἦν ὁ λόγος
καὶ ἀφ' οὗ λέγου ταῦτα ἐλέγετο· καὶ οὐκ ἔστι
τὸ λέγειν καὶ ποιεῖν ὁ θεὸς· ὁ μὴ ἐν τῷ λόγῳ καὶ λέγει
καὶ ποιεῖ, οὐκ ἄρα δι' αὐτοῦ εἴρηται, ὦ θεομάχοι·

ἀλλὰ

ἀλλὰ διὰ τὰ ἀλλότρια καὶ μὴ ὄντα παρ' αὐτοῦ. καὶ γὰρ καὶ τῷ εἰρημένῳ εἰκόνα· καὶ ὁ ἥλιος εἰ τὰς φωνὰς ἔλεγεν εἰκόνας οὐκ ἐκτὸς ἔχων τὸ ἑαυτοῦ ἀπαύγασμα ἀλλ' ἐν τῷ ἀπαύγασματι δηλονὸς ἑαυτὸν φῶς ἤλεγχε τῷ πλανωμένῳ, καὶ εἶπεν ἂν τὰ ποιοῦντα· οὐκ οὖν οὐκ εἰς ἀναίρεσιν τοῦ υἱοῦ ἐστὶ τὰ τοιαῦτα ῥήματα· ἀλλ' εἰς ἀθέτησιν τοῦ ψεύδους· ἐξ ἀρχῆς γοῦν ὁ θεὸς οὐκ εἶπε τῷ Ἀδὰμ τὰς ποιούσας φωνάς· καί τοι ὄντος τοῦ λόγου σὺν αὐτῷ· δηλοῦσι δὲ πάντα ἐγίνετο· ἀγνοῦ γὰρ ἦν χρεία μήπω γινομένων εἰδώλων· ὅτε οἱ αὐτῆρχον ἄνθρωποι κατὰ τῆς ἀληθείας· καὶ ὠνόμασαν ἑαυτοῖς θεοὺς ἤθελον θεούς, τότε δὴ καὶ τοιούτων χρεία γέγονε ῥημάτων εἰς ἀναίρεσιν τῶν μὴ ὄντων θεῶν· ἐγὼ δὲ ἂν εἴποιμι προσθεὶς, ὅτι καὶ πρὸς τοὺς τῶν χριστομάχων ἀφροσύνην προείρηται τὰ τοιαῦτα ῥήματα· ἵνα γνῶσιν ὅτι ὃν ἂν ἐξωθεν τῆς οὐσίας καὶ πατρὸς ὑπονοήσωσι θεὸν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀληθινός· ὅτε δὲ μόνος καὶ πρώτος εἰκὼν καὶ υἱὸς· ἐὰν τοίνυν καὶ μόνος ἀληθινὸς ὁ πατὴρ λέγηται, οὐκ εἰς ἀθέτησιν λέγοντος, ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια, εἴρηται· ἀλλ' εἰς ἀναίρεσιν τῶν μὴ πεφυκότων εἶναι ἀληθινῶν, οἵος ἐστιν ὁ πατὴρ καὶ ὁ τούτου λόγος· ὥστε γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ κύριος ἀδυνάτως σωθῇ, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστὸν· εἰ δὲ κτίσμα λοιπὸν οὐκ ἂν σωθῇ· καὶ σωθεὶς ἑαυτὸν τῷ κτίσαντι αὐτὸν· ποία γὰρ κοινωνία, τῷ ἀληθινῷ, καὶ τῷ μὴ ἀληθινῷ· νῦν δὲ σωθεὶς ἑαυτὸν τῷ πατρὶ, ἔδειξεν ὅτι τῆς φύσεως τοῦ πατρός ἐστι· καὶ ἔδωκεν γινώσκειν, ὅτι τὸ ἀληθινὸν πατρὸς ἀληθινόν ἐστι γέννημα· τοῦτο μαθὼν Ἰωάννης, ἐδίδαξε γράφων ἐν τῇ ἐπιστολῇ· καὶ ἐσμὲν ἐν τῷ ἀληθινῷ, ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ· οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς θεὸς, καὶ ζωὴ ἡ αἰώνιος· καὶ τοῦ μὲν προφήτου τοῦ κτίσεως λέγοντος, ὁ ζωννύς τὸν οὐρανὸν μόνος· τοῦ δὲ θεοῦ, ἐγὼ μόνος τὸν οὐρανὸν ἐξέτεινα· παντὶ δῆλον γέγονεν ὅτι ἐν τῷ μόνῳ καὶ ὁ τοῦ μόνου σημαίνεται λόγος, ἐν ᾧ τὰ πάντα ἐγένετο· καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν· ἐκ σοῦ οἱ διὰ τοῦ λόγου γέγονε, φησὶ δὲ ἐγὼ μόνος, νοεῖται σὺν τῷ μόνῳ καὶ ὁ υἱὸς, δι' οὗ γέγονε καὶ ὁ οὐρανός· ὥστε ἄρα καὶ ἐὰν λέγηται εἷς θεὸς· καὶ ἐγὼ μόνος καὶ ἐγὼ πρῶτος, ἐν τῷ ἑνὶ καὶ μόνῳ καὶ πρώτῳ σωθὲν, νοεῖται ὁ λόγος, ὥσπερ ἐν τῷ φωτὶ τὸ ἀπαύγασμα· τοῦτο δὲ οὐκ ἂν ὅτι ἄλλο νοηθείη, εἰ μὴ ὅτι μόνου τοῦ λόγου τὰ μὲν διὰ τὰ πάντα, οὐκ τοῦ μὴ ὄντος ὑπάρξῃ διὰ δὲ υἱός· καὶ πολλὴν ἔχει τῇ φύσει τὴν διάφορον αὐτὸς δὲ υἱός, οὐκ τοῦ πατρός ἐστι φύσει καὶ ἀληθινὸν γέννημα· δι' ὃ καὶ ὁ προφέρων ἔδοξαν ῥητὸν οἱ ἀνοητοι, τὸ, ἐγὼ πρῶτος, εἰς ἀπολογίαν τῆς αἱρέσεως αὐτῶν τοῦτο μᾶλλον ἐλέγχει αὐτῶν τὴν κακόνοιαν· φησὶν ὁ θεὸς· ἐγὼ πρῶτος, ἐγὼ μετὰ τοῦτο· εἰ μὲν οὖν ὡς σωτηρίαν μέλλοντες τοῖς μετ' αὐτὸν λέγεται τούτων πρῶτος, ἵνα κἀκεῖνα δεύτερα τούτου ᾖ, ἕως καθ' ὑμᾶς τὸ ποιημάτων καὶ αὐτὸς μόνῳ τῷ χρόνῳ προέχων· ἀλλὰ τοῦτο μόνον, πᾶσαν ἀσέβειαν ὑπερβάλλει· εἰ δὲ

sed per alium, eumque prorsus ab ipsis diuersum, eos sermones habitos fuisse. Nam pro similitudine superiore, si sol ea loqueretur, quæ superius finximus, ideo haud dubie loqueretur, non vt à se suum iubar segregaret, sed vt in iubare lucem suam declarans, refelleret errores. Non igitur ad demolitionem filii, neque propter eum istiusmodi verba pronunciata sunt, sed ad ignominiam refutationemque mendacii. Ab initio siquidem non talia verba ad Adamum protulit, quamquam tum verbum apud ipsum erat per quod omnia fiebant: nec mirum quum per id temporis nulla idola colerentur: verum, cum iam homines contra veritatem insurrexerant, sibique pro libidine deos instituebant, tum demum istiusmodi verbis opus fuit, quo falsa numina tollerentur. Quin & ego hoc libens addidero, istiusmodi verba ob Christomastigas iam tum antea prædicta fuisse, vt cognoscerent eum Deum esse, quem alienum extraneumque à Patris substantia, nec verũ Deũ, nec vnius & primi Imaginem aut Filium esse volunt. Quapropter, quum Pater solus Deus & verus appellatur, non ad exauctorationem eius appellatur qui dicit, ego sum veritas, sed ad demolitionem eorum qui ex natura tales non sunt, qualis est Pater & Patris Verbum, neque veri dii sunt. Ita enim illi in more est, in mentione alterutrius se cum Patre coniungere: quale est quum dicit: *Et quem misisti Iesum Christum*, qui si creatura esset, non ita coaptasset se aut connumerasset cum suo creatore. Quæ enim communio aut societas vero: & non vero: Nũc autem, qui se coaptat Patri, ostendit se naturæ Patris esse, deditque nobis, vt illum cognosceremus esse veri Dei verũ germẽ. Id ipsum quoque in epistola sua diserte expressit: *Et sumus in vero Filio eius Iesu Christo, hic est ille verus Deus, & vita æterna.* Iam quũ Propheta dicat de creatione mundi, *Qui solus extendit cælos*: & quũ ipse Deus ita de se verba faciat, *Ego solus extendi cælũ*, cuiuis liquet ac in manifesto est, sub hoc vocabulo vnius, vnum quoque eius Verbũ intelligi, in quo omnia sunt facta, & sine quo factum est nihil. Quocirca, si illa omnia per Verbum facta sunt, nimirum in hoc dicto: ego solus extendi cælos, Filiusque intelligitur per quẽ etiam cælum sit conditum. Ita quoque cum dicitur, *Vnus Deus*: &, *Ego solus*: &, *Ego primus*, in vno, solo, & primo consignificatur, & cointelligitur Verbũ ipsius: ità vt sub nomine lucis, radii quoque lucis subaudiuntur. Cæterum, ista subintellectio nusquam locum habet, nisi in solo Verbo, eo q̃ reliqua ex nihilo emerserint cõditore filio, qua in re immensum discrimen, quum filius sit ex substãtia Patris, eiusque verissima proles. Quocirca sententia ea quam pro hæresi sua adferunt stulti, dum allegant, *Ego primus*, &c. illa potissimum eorum vesaniam redarguit, *Ego* (inquit Deus) *sum primus, & postea.* Si igitur Filius quasi connumerandus cum posterioribus se, primus dicitur, vt illa ab eo proxima sequẽtisque ordinis habeãtur, erit ipse nimirum pro vestra sententia creatura, & tantum modo tempore prior, atqui illud omnem impietatem transcendit:

contra si verba ea, *Ego sum primus*, reliquaque istiusmodi eò diriguntur, vt declaretur, eũ nõ ex aliquo esse, neque aliquam ante illum extitisse, sed ipsum esse primordium & causam omnium, & vt subuertantur Ethnicorum fabulę, certum est, quum Filius appellatur primogenitus, non ideo appellari primogenitũ, quod vnus sit è numero creaturarũ, sed ad declarationem ipsum esse architectũ rerũ omnium, quiq; ius filiorũ, adoptionemque cæteris conciliauit. Nã quemadmodum Pater primus est, sic & ipse quoque primus est, vtpote Imago primi, & in quo qui primus est, cõsistit, & germẽ ex Patre, & in quo omnis creatura creatur, & ius filiorũ adoptionemque nanciscitur. Verum, contra ista rursus obnituntur suis cõmentitiis fabulis, dum aiũt, non ea ratione Patrẽ, & Filiũ vnum esse, aut ea similitudine coniunctos, quã Ecclesia agnoscit, sed eo duntaxat modo, quẽ ipsi adferunt. Aiunt enim, quandoquidem ea quæ vult Pater, vult & Filius, neque cogitationibus eius, neq; iudiciis refragatur, sed vbique cum eo cõsentit: & quia iisdẽ dogmatib. imbuitur, rationesq; illius cohærẽt cũ Patris doctrina, ideo ipse & Pater vnũ sunt. Certe, ista nonnulli ex eorum grege nõ solum dicere, sed scriptis quoque cõmittere ausi sunt, quo quid improbius aut importunius? Si enim ea ratione idem habendi sunt Pater & Filius, atque eo pacto Verbum Patri simile existimatur, nimirum necesse est & Angelos, aliaque nobis excellentiora, principatus, potestates, thronos, dominationes, cæteraque quæ in cęlo apparent, solem, lunam, stellas, ita Filios habẽda esse, vt Christus est Filius, ac de illis quoque hoc dictum pronunciari, & ipsa & Patrem, vnũ esse, & vnumquodque eorũ & Imaginẽ Dei & Verbum esse, cum ea quæ velit Deus, & ipsa quoq; velint: cum neque in iudiciis, neque in placitis quicquã differant aut dissentiant, sed in omnib. se obsequentia præstent creatori suo. Nõ enim in sua gloria permanerẽt, nisi quæ Pater vult, & ipsa vellent. Siquidem ille, qui non mansit, sed diuersi animi & factionis fuit, audiuit: *Quomodo cecidisti è cælo Lucifer, qui mane oriebaris?* Qui ergo fit, vt cum ista istiusmodi sint, solus tamẽ Filius vnigenitus & Verbum & Sapiẽtia appelletur: aut cur, cũ tot sint similia Patri, solus hic sit Imago? cum etiam hac ratione complures inter homines Patri similes reperiantur. Multi enim Martyres extitere, & ante Martyres Apostoli, & Prophetæ, & ante Apostolos & Prophetas, Patriarchæ, plurimique etiamnũ sunt, qui seruant præcepta Patris, misericordes videlicet, qualis est Pater cælestis, & qui hoc ipsum morib. præstãt, Estote imitatores Dei, vt Filii dilecti, & ambulate in dilectione sicuti Christus dilexit vos: nec pauci sunt qui se præbent imitatores Pauli eodem modo, quo ille fuit Christi: quorũ nemo tamen neq; Verbũ, neque Sapiẽtia, neque vnigenitus Filius, neque Imago fuerit. Neq; quisquam eorum ausus est dicere, *Ego & Pater vnum sumus*: aut, *Ego in Patre, & pater in me*: sed ab omnibus dicitur, *Quis similis tibi inter deos Domine? aut quis æquabitur Domino inter filios Dei?* Nam quominus ille solus sit Imago vera & genuinus

Patris

εἰ δὲ εἰς ἀπόδειξιν παρ' μὴ εἶναι αὐτὸν ἔκτισεν· μὴ δὲ πρὸ αὐτοῦ τινα· ἀλλ' αὐτὸν εἶναι τῶν πάντων ἀρχὴν καὶ ἄκτισον· καὶ εἰς αἵρεσιν τῶν παρ' Ἕλλησι μυθῶν εἴρηκεν, ἐγὼ πρῶτος, δηλονότι καὶ τὸ λέγεσθαι τὸν ἡνὸν πρωτότοκον, καὶ ἀφ' τοῦ συναριθμῆσαι αὐτὸν τῇ κλίσει λέγει πρωτότοκος· ἀλλ' εἰς ἀπόδειξιν τοῦ τῶν πάντων ἀφ' οὗ ἡ δημιουργίας καὶ ἀποποιήσεως· καὶ γὰρ ὥσπερ ὁ πατὴρ πρῶτός ἐστιν, ὅτως καὶ αὐτὸς πρῶτος μέν ἐστιν, ὡς εἰκὼν δὲ πρώτου, καὶ ἐν αὐτῷ ὄντος δὲ πρώτου, γνώρισμα δὲ ἐκ δὲ πατρὸς· καὶ ἐν αὐτῷ πᾶσα ἡ κτίσις κτίζεται καὶ ἀποποιεῖται· ἀλλὰ πρὸς ταῦτα πάλιν ἐπιχειροῦσι Φιλονεικεῖν ταῖς ἰδίαις μυθολαλίαις· λέγοντες, μὴ ὅτως εἶναι τὸν υἱὸν καὶ τὸν πατέρα ἓν μηδὲ ὅμοιον ὡς ἐκκλησία κηρύττει· ἀλλ' ὡς αὐτοὶ θέλουσι· φασὶ γὰρ ἐπεὶ ἃ θέλει ὁ πατὴρ ταῦτα θέλει καὶ ὁ υἱός· ἔτε τῆς νοήμασιν οὔτε τῆς κελεύσεσιν αὐτοῦ ἀντίκειται· ἀλλ' ἐν πᾶσίν ἐστι σύμφωνος αὐτῷ, καὶ τὰ τῆς πίστεως δογμάτων, καὶ τὰ ἀκόλουθον καὶ σωμητημένον, τῇ δὲ πατρὸς διδασκαλίᾳ ἀποδιδοὺς λόγον, ἀφ' οὗ τὰ αὐτὸς καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· τοῦτο γὰρ ἀ μόνον εἰπεῖν, ἀλλὰ καὶ γεγράψαι τινὲς ἐξ αὐτῶν τετολμήκασι· τίνου δὲ τι ἂν τις ἀπρεπώτερον, ἢ ἀλογώτερον εἴποι; εἰ γὰρ ἀφ' οὗ τὰ ἕν ἐσμεν ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱός, καὶ οὕτως ὅμοιός ἐστιν ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ, ὥρα καὶ τοὺς ἀγγέλους, καὶ τὰ ἄλλα ἡμῶν τὰ ὑπερκείμενα, ἀρχάς τε καὶ ἐξουσίας, καὶ θρόνους καὶ κυριότητας, καὶ τὰ φαινόμενα, ἥλιόν τε καὶ σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας, εἶναι καὶ αὐτοὺς ὡς, καὶ τὸν υἱὸν, υἱοὺς, λέγεσθαί τε καὶ περὶ τούτων, ὅτι καὶ αὐτοὶ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· καὶ ἕκαστος εἰκὼν καὶ λόγος ἐστὶ τοῦ πατρός· ἃ γὰρ θέλει ὁ θεὸς, ταῦτα θέλουσι καὶ αὐτοί· καὶ οὔτε τοῖς δόγμασιν, οὔτε τοῖς κελεύσμασι διαφωνοῦσιν· ἀλλ' ἐν πᾶσιν εἰσὶν ὑπήκοοι τῷ πεποιηκότι· οὐκ αὐ γὰρ ἔμεινεν ἐν τῇ ἰδίᾳ δόξῃ, εἰ μὴ ἅπερ ἤθελεν ὁ πατὴρ, ταῦτα καὶ αὐτοὶ ἐβούλοντο· οὐκ ἂν μὴ μείνας ἀλλὰ ταῦτα φρονήσας ἤκουσε, πῶς ἐξέπεσεν οὐκ ἀπ' οὐρανοῦ ὁ ἑωσφόρος, ὁ πρωὶ ἀνατέλλων; πῶς οὖν ὄντων τούτων ὅτως, μόνος ὅτος ὁ υἱὸς, μόνον γνώρισμα καὶ λόγος καὶ σοφία ἐστὶν; ἢ πῶς τοσούτων ὄντων ὁμοίων τῷ πατρὶ, μόνος ὅτος εἰκὼν ἐστι; καὶ γὰρ ἐν ἀνθρώποις, εὑρεθήσονται ὅμοιοι τῷ πατρὶ ἄφθιτοι μὲν μάρτυρες γνώμενοι· καὶ πρὸ αὐτῶν οἱ προφῆται καὶ οἱ ἀποστόλοι· καὶ πάλιν πρὸ τούτων, οἱ πατριάρχαι· πολλοί τε καὶ ἄλλοι, ἐφύλαξαν τὴν δὲ σωτῆρος ἐντολὴν, γνώμενοι οἰκτίρμονες ὡς ὁ πατὴρ ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ τηρήσαντες τὸ, γίνεσθε ἓν μιμηταί μου ὡς τέκνα ἀγαπητὰ· καὶ περιπατεῖτε ἐν ἀγάπῃ· καὶ καθὼς καὶ ὁ χριστὸς ἠγάπησεν ὑμᾶς· μιμηταὶ δὲ γεγόναμεν καὶ δὲ παῦλε πολλοὶ ὡς κἀκεῖνος τοῦ χριστοῦ· καὶ ὅμως ὐδεὶς τούτων, οὔτε σοφία, οὔτε μονογενὴς υἱός, οὔτε εἰκὼν ἐστιν· οὔτε τις τούτων ἀπετόλμησεν εἰπεῖν, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, ἢ ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ· ἀλλὰ πρὸς μὲν πάντων ἐρεῖ τις ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς κύριε, ἢ τίς ὁμοιωθήσεταί σοι ἐν υἱοῖς θεοῦ, περὶ ᾧ αὐτὸς, ὁλόμονος εἰκὼν ἀληθινὴ καὶ φύσει δὲ πατρός ἐστιν· εἰ γὰρ

εἰ γὰρ καὶ κατ' εἰκόνα γεγόναμεν· καὶ εἰκὼν καὶ δόξα θεοῦ ἐχρηματίσαμεν, ἀλλ' οὐ δι' ἑαυτοὺς πάλιν διὰ δὲ τὸν ἐνοικήσαντα ἡμῖν εἰκόνα καὶ ἀληθῆ δόξαν τοῦ θεοῦ, ἥτις ἐστὶν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ, ὁ δι' ἡμᾶς ὕστερον γενόμενος σὰρξ, τοῦτο τῆς τῆς κλήσεως ἔχομεν τὴν χάριν· ἀπεπτῶς δὴ οὖν καὶ ἀλόγως καὶ τῆς τοιαύτης φρονήσεως ἐκείνων φαινομένης, ἀνάγκη τὸ ὁμοίωσιν καὶ τὸν ἑνοποιὸν ἐπ' αὐτὸν τὸν οὐσίαν τοῦ υἱοῦ φέρειν· εἰ γὰρ μὴ οὕτως τις λέγοι, οὔτε πλέον τι τῶν γενητῶν ἔχων φανήσεται, ὡς περ εἴρηται, οὔτε τοῦ πατρὸς ὅμοιος ἔσται, ἀλλὰ τοῦ πατρὸς ὅμοιος ἔσται δογμάτων· καὶ ὁ πατὴρ διαφέρει· ὅτι ὁ μὲν πατὴρ, πατήρ ἐστι· τὰ δὲ δόγματα ἡ διδασκαλία, τοῦ πατρός ἐστι· εἰ τοίνυν καὶ τὰ δόγματα καὶ τὴν διδασκαλίαν ὅμοιός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ πατρός, ὁ μὲν πατὴρ κατ' αὐτὸν, ὀνόματι πατήρ ἐστιν ὁ δὲ υἱὸς, οὐκ ἀποβαλλάκτης εἰκών· μᾶλλον δὲ καὶ ὅλως ἰδιότητα ἢ ὁμοίωσίν τινα τοῦ πατρὸς ἔχων φανήσεται· ποία γὰρ ὁμοίωσις καὶ ἰδιότης λοιπὸν παρεξαλλαγμένῳ πρὸς τοῦ πατρὸς καὶ γὰρ ὁ παῦλος ὅμοια τῷ σωτῆρι διδάσκων, οὐκ ἴσα κατ' οὐσίαν ὅμοιος αὐτῷ· ἐκεῖνοι μὲν οὖν τοιαῦτα φρονοῦντες, ψεύδονται· ὁ δὲ υἱὸς καὶ ὁ πατὴρ ἕνὸς εἰσὶν ἕν, καθάπερ εἴρηται, καὶ ἕνὸς ἐστὶν ὁ υἱὸς ὅμοιος καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς, ὡς ἔστιν ἰδεῖν καὶ νοεῖν υἱὸν πρὸς πατέρα, καὶ ὡς ἔστιν ἰδεῖν ἀπαύγασμα πρὸς τὸν ἥλιον· διὰ γὰρ τὸ ἕνὸς εἶναι τὸν υἱὸν, ἐρχομένου τοῦ υἱοῦ, ὁ πατὴρ ἐστιν ἐρχόμενος· καὶ ἐρχομένου τοῦ υἱοῦ πρὸς τοὺς ἁγίους, ὁ πατήρ ἐστιν ὁ ἐρχόμενος· ἐν τῷ υἱῷ· ὡς αὐτὸς ἐπηγγείλατο λέγων· ἐλεύσομεθα ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ, καὶ μονὴν πρὸς αὐτὸν ποιήσομεθα· ἐν γὰρ τῇ εἰκόνι, θεωρεῖται ὁ πατὴρ· καὶ ἐν τῷ ἀπαυγάσματι, ἔστι τὸ φῶς· διὰ τοῦτο, καθάπερ μικρῷ πρόσθεν εἴπομεν, διδόντος τοῦ πατρὸς χάριν καὶ εἰρήνην, παύλου ὁ υἱὸς δίδωσιν· ὡς ὁ παῦλος ἐπισημαίνεται διὰ πάσης ἐπιστολῆς γράφων· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ. μία γὰρ καὶ ἡ αὐτὴ χάρις ἐστὶ τοῦ πατρὸς ἐν υἱῷ, ὡς ἔστιν ἓν τὸ φῶς τοῦ ἡλίου καὶ τὸ ἀπαύγασμα γίνεται. ἔστω γὰρ πάλιν ἐπεύχόμενος θεσσαλονικεῦσι καὶ λέγων· αὐτὸς δὲ ὁ θεὸς ἡμῶν καὶ ὁ κύριος ἡμῶν ἰησοῦς χριστὸς, κατευθύναι τὴν ὁδὸν ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς, τὴν ἑνότητα δὲ παρὰ τοῦ υἱοῦ φυλάττειν· ἃ γὰρ εἶπε καλῶς θυώδιον· ὡς τοῦ δύο διδομένης, τοῦτο καὶ τοῦτο διπλῆς χάριτος, ἀλλὰ κατευθύναι· ἵνα δείξῃ ὅτι ὁ πατὴρ διὰ τοῦ υἱοῦ δίδωσι ταύτην ἐξ ὧν καὶ ἐρυθριῶσιν οἱ ἀσεβεῖς ὀφείλοντες καὶ δωρούμενοι βάλλονται· εἰ γὰρ καὶ μὴ λόγου ἑνότης καὶ ἴδιον τῆς πατρὸς οὐσίας γέννημα ὁ λόγος· ὡς τὸ ἀπαύγασμα τοῦ φωτός· ἀλλὰ διεσηκὲ τῇ φύσει ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς, ἤρκει τὸν πατέρα δοῦναι μόνον· οὐδενὸς τῶν γενητῶν δυνηθέντος πρὸς τὸ ποιητὸν κατὰ τοῖς διδομένοις· νῦν δὲ ἡ τοιαύτη δόσις δείκνυσι τὴν ἑνότητα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ· οὐκ ἂν γοῦν εὔξαιτο τις λαβεῖν παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ τῶν ἀγγέλων· ἢ παρά τινος τῶν ἄλλων κτισμάτων, ἀλλ' οὐδέποτε τις, δώῃ σοι ὁ θεὸς καὶ ἄγγελος· ἀλλὰ παρὰ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, διὰ τὸ ἑνοποιὸν δόσιν διὰ

Patris sui, nihil inde obstaculi nascitur, quod & nos ad imaginem Dei creati recitemur, & quod gloria & imago Dei, nuncupati sumus, cum id non ex nostra indole fiat, sed ob Imaginem Dei, & veram eius gloriam in nobis habitãtem, quæ quidem ipsa est Ratio siue Verbum Dei, quod nostri gratia postmodum caro factum est, inde enim datum est, vt hoc nomine dignati simus. Cùm igitur tam indecora & absurda sit eorum sententia, necessum est similitudinem hanc & vnitatem solummodo ad naturam Filii referri: A Nam si ita hæc verba non tractes, nihil quicquam supra cõditionem creaturarum habebit Filius, neque Patri suo, sed dogmatibus Patris similis erit: patrisque dissimilis, eo quod Pater, Pater sit, dogmata vero præcepta Patris sint. Si igitur, quantum ad dogmata & doctrinam, similis est Patri Filius, pater ergo pro eorum opinione nomine duntaxat Pater erit, neque Filius fuerit vndiquaque indifferens Imago Patris, imo prorsus nihil proprium cum Patre, nullam omnino similitudinem habebit. Quid B enim similitudinis aut proprietatis mutabili cum Patre? Atqui Paulus similia cũ Christo docens, non est, quantum ad substantiam attinet, Christo similis. Isti igitur qui talia sentiunt, inẽtiuntur: Filius autem & Pater ea ratione vnum sunt, qua antea declarauimus, atque ita similis est Patri, & ex Patre, & vt ad Patrem comparatus Filius, mutuo relatu inde spectetur & agnoscatur, non aliter quam splendor ad rationem solis æstimatus: ac proinde cum res ita se habeat, operante Filio, Pater operati intelligitur, & C veniente Filio ad Sanctos, pater is est, qui in Filio venit, quemadmodum ipse in suis promissis ostendit: *Veniemus ego & pater meus, & mansionem apud eum faciemus*: quoniã in imagine conspicitur pater, & in Splendore Lux consistit, atque ideo dante Patre gratiam & pacem, eãdem ipsam Filius est qui donat: vt Paulus subindicat in epistolis, *Gratia* (inquiens) *vobis & pax à Deo patre nostro, & Iesu Christo*. Vna enim atque eadem gratia est Patris in Filio, sicuti vna Lux est solis in iubare, cum illuminandi vis à sole per radios proficiscatur. Idem rursus bene precatus D Thessalonicensibus, *Ipse autem*, inquit, *Deus & pater noster, & Dominus Iesus Christus dirigat viam nostram ad vos*: vbi vnitatem patris & filii conseruauit. Non enim dixit, dirigant, quasi à duobus id donaretur, duplexque gratia esset, sed *dirigat*, inquit, vt ostenderet patrem per filium eam gratiam dilargiri: Fieret omnino, vt hinc impii erubescerent, nisi obstaret frontis voluntatisque contumacia. Nam si vnitas non esset, nec proprius substantiæ paternæ partus esset, vt iubar solis, sed discreparet natura à Patre, sufficeret patrem ista solum dare, nulla ex E creaturis in ratione dandi in societatem admissa: nunc ipse donandi modus clare demonstrat vnitatem patris & filii: Nunquam enim quispiam precaretur accipere à Deo, & ab Angelis, aut ab vllis rebus creatis. Neque quispiam hanc verborum formam concepit, det tibi Deus & Angelus, sed contrà, à Patre & filio propter vnitatem, vniformemque rationem dandi.

Siquidem per Filium dantur ea quæ in dationem veniunt: Nihil autem est omnium, quod non per Filium efficiat Pater: ita enim qui accipit, tutam & certam gratiam adipiscitur. Iam si Iacob in benedicendis nepotibus Ephraim & Manasse ad istum modum locutus est: *Deus aluit me à pueritia mea vsque in hunc diem, Angelus qui liberauit me ex omnibus malis, benedicat pueros istos*: non tunc aliquem Angelorum creatorum & qui natura Angeli erant, in vnum copulauit cum creatore Deo, neque omisso nutritio suo Deo ab Angelo benedictionem suis nepotibus postulauit: sed quia diserte locutus est de Angelo qui illum ab omnibus malis liberauerat, satis præ se tulit, non ex creatitiis Angelis aliquem sed Filium fuisse Patris, quem Patri in suis precibus consociauit, per quem Deus liberat quos vult. Hunc enim magni consilii Patris Angelum nouerat, nec alium, nisi illum ipsum qui benedicit & liberat ex malis, suis verbis expressit. Non enim ille sibi à Deo, nepotibus autem ab Angelo benedictionem dari voluisset, sed eundem illum quem interpellabat, *Non dimittam te* (inquiens) *nisi benedixeris mihi.* Is enim erat Deus, vt verba Iacobi clare testantur: *Vidi Deum facie ad faciem*, illum ipsum (inquam) precatus est, vt nepotibus beneficeret. Angeli enim proprium est, Dei mandatis inseruire, ac proinde aliquando progreditur, vt eiiciat Amorrhæos aliquando amãdatur vt tueatur populum in itinere. Cæterum, illud ipsum quod fit, non est opus eius, sed Dei, qui imperat & emittit eum: eiusdem quoque est, vt liberet quos voluit liberari. Non igitur alius quàm ipse Dominus Deus fuerit, qui ei apparens ita locutus est: *Ecce ego tecum sum, conseruans te in via, quacunque ieris, & non alius.* Idem denuo apparens repressit insidias Laban, interdicens Labani, ne cum Iacobo verbis asperioribus ageret: neque Iacob quenquam præter Deum inuocabat: *Eripe me* (inquiens) *Domine è manibus fratris mei Esau*: Idem cum vxoribus verba conferens, locutus est: *Non datum est Labani à Deo, vt malefaceret.* Dauid quoque nullum alium, quàm Deum pro sui liberatione inuocabat: *Ad te Domine in tribulatione mea clamaui, & exaudisti me: Domine libera animam meam à labiis iniquis & a lingua dolosa.* Huic quoque hoc beneficium acceptum ferens, loquutus est verba odæ suæ in decimoseptimo Psalmo, In die qua liberauit eum Dominus ex manibus omnium inimicorum suorum, & è manibus Saul. Et dixit, *Diligam te Domine fortitudo mea & corroboratio mea, & refugium meum, & liberator meus.* Postremo Paulus, *Dominus me ex omnibus liberauit, & liberaturus est, in quem speraui.* Porro, non alius fuit quàm Deus, qui benedixit Abrahã, & Isaac, & Iacob. Isaac quoque Iacobo in hæc verba bene precatus est: *Deus meus benedicat te, & augeat te, & multiplicet te, & eris in cœtu populorum, & dabit tibi benedictionem Abraha Patris mei.* Vides non alterius quam Dei esse benedicere, aut liberare: Neque alius fuit qui liberauit Iacob, quàm Dominus: libera-

Omnia quæ habet Pater, mea sunt: & mea, sunt Patris. Si enim quæ Patris sunt, ad Filium pertinẽt, & semper illa pater habet: certum est Filiũ semper habere ea, quæ sunt Patris: quippe, qui semper in eo sit. Quocirca, non ideo quòd aliquando non habuerit, istiusmodi locutus est: sed quę possidet vt Deus, ea postulat vt Filius. Nam quæ habet, à Patre habet: Sed ne quis videns Filium habere omnia quæcunque pater habet, ex indiscreta similitudine eorum quæ habentur, Sabelliano more deceptus impie sẽtiat: existimetque Filium etiam Patrem esse: ea de causa hoc Verbum prolatum est, Datum est mihi, & accepi: & traditum est mihi: nulla alia de causa, quã vt ostenderet se Patrem nõ esse, sed Patris Verbum, & æternum Filium: qui quidem ob similitudinem Patris, quæcunque habet, perpetuo ab eo habet. Verum, quia Filius est, ideo perpetuo ex Patre habet, quæcũque habet. Quod autem hæ voces, *datum est*, & item, *traditũ est*, aliaque similia, non diminuant Deitatem Filii, sed potius ostendant eum plane Filium, possis vel ex ipsis verbis intelligere: Si enim omnia illa tradita sunt, primum quidem alius est, diuersusque ab illis quæ accepit. Quum enim omnium sit hæres, intelligendum est solum illum esse filium, Patrique suum ac proprium ratione substantiæ. Si enim vnus esset ex numero vniuersitatis, nequaquam vniuersitatis fuisset hæres: sed & quisque accepisset pro libito, & pater dedisset. Nunc, cum ipse omnia accipiat, alius est diuersusque ab omnibus, & solus proprius sui Patris. Quod autem illæ voces (datum est,) & traditum est) nusquam ostendant illum aliquando non possediſſe, licitum est ex simili dicto in vniuersum hoc ipsum prospicere. Ait enim Saluator, *Quemadmodum Pater habet vitam in semetipso: ita quoque Filio dedit vitam habere in semetipso.* Nam ex hac voce, dedit, indicat sese Patrẽ non esse: ex isto autem dicto, ita, Filii similitudinem proprietatemque cum Patre significat. Si igitur aliquando fuisset, quum Pater non haberet: certum est etiam fuisse, quum Filius nõ haberet: vt enim Pater, ita quoque & Filius habet. Quod si illud impium dictu est, pium autẽ illud, Patrem semper habuisse, quì, quæso, nõ absurdum, dicente Filio, vt Pater habet, ita & Filium habere, istos dicere, nõ ita ipsum habere, sed aliter? Sincerior igitur, ac maioris fidei sermo Verbi est, quo dicit se ea accepisse, quæ semper habet, quia à Patre habeat. Et Pater quidẽ à nemine, Filius autẽ à Patre habet. Vt. n. si ipsum iubar loquatur, omnia mihi donauit lux vt illustrarẽ, & ex me ipso lucẽ nõ præbeo, sed vt lux voluit: ea (si diceret) non indicaret se aliquando nõ habere, sed lucis se quiddam esse proprium, luciſq; omnia sua esse: ita id quoq; multo magis in Filio intelligẽdum est: nã omnia Pater dedit Filio: & rursum, Omnia Pater in Filio possidet: Filioq, possidente, Pater vicissim ea retinet. Vt. n. Filii Diuinitas Patris diuinitas est: ita Pater in Filio vniuersitati rerum prouidẽtia consulit. Horum igitur verborũ istiusmodi intellectus est. Cæterum, ea quæ humanitus de Saluatore referũtur, illa quoque piam sententiã in se complectũtur.

Ea enim

πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ ἐμά ἐστι· καὶ τὰ ἐμὰ πᾶ
πατρός ἐστιν· εἰ γὰρ τὰ τοῦ πατρὸς τοῦ υἱοῦ ἐστιν· ἀεὶ γὰ
ταῦτα ἔχει ὁ πατὴρ, δῆλονότι ἃ ἔχει ὁ υἱός, ταῦτα αὐ-
τὰ τοῦ πατρός, ἀεί ἐστιν ἐν αὐτῷ· ὃ ἄρα τοτε ἐχρημέ-
νατο οὐ ποτε, ταῦτα ἔλεγε· ἀλλ' ὅτι ἔχων αἰωνίως ὁ
υἱὸς ἃ ἔχει· ὥρα δὲ πάλιν ἔχει. ἵνα οὐ μήτις βλε-
πων τὸν υἱὸν ἔχοντα πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ· ἐκ τοῦ μὴ
ὡς ἀλλ' ἀκριβῆ ὁμοιότητος ὢν ταυτότητος ὢν ἔχει, πλα
νηθεὶς, ἀσεβήσῃ· νομισας αὐτὸν εἶναι τὸν
A πατέρα, ἄρα τοτε, τὸ, ἐδόθη μοι, καὶ τὸ, ἔλαβεν· καὶ πα-
ρεδόθη μοι εἴρηκεν, ὑπὲρ τοῦ μόνον δεῖξαι, ὅτι οὐκ ἔστιν
αὐτὸς ὁ πατὴρ, ἀλλὰ τοῦ πατρὸς ὁ λογος· καὶ ὁ αἴδιος
υἱός ἐστιν, ὁ ἄρα μὲν τῇ ὁμοιότητι τοῦ πατρὸς, ἔχων
αἰδίως ἅπερ ἔχει παρ' αὐτοῦ· ἄρα δὲ τὸ εἶναι τὸν υἱὸν
ἐκ τοῦ πατρὸς, ἔχει ἅπερ ἰδίως ἔχει ὅτι καὶ τὸ ἐδόθη·
καὶ τὸ παρεδόθη καὶ τὰ ὅμοια τούτοις, οὐκ ἐλαττοῖ
τὴν θεότητα τοῦ υἱοῦ· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον δείκνυσιν αὐτὸν
ἀληθῶς υἱον, ἔξεστι καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν ῥητῶν κα-
ταμαθεῖν· εἰ γὰρ πάντα αὐτῷ παρεδόθη, πρῶτον
B μὲν, ἄλλος ἐστὶ τῶν πάντων ὧν παρέλαβε· ἔπειτα,
πάντων ὧν κληρονόμος αὐτὸς ὁ υἱός, ἔστι καὶ ἴδιος
κατ' οὐσίαν τοῦ πατρός· εἰ γὰρ εἷς ἐστι τῶν πάντων, ἃ
πάντων ἐστὶν αὐτὸς κληρονόμος· ἀλλὰ καὶ ἕκαστος,
ἐλάμβανεν ὡς ἤθελε καὶ ἐδίδου ὁ πατὴρ· νυνὶ δὲ
πάντα λαμβάνων αὐτὸς, ἄλλος ἐστὶ τῶν πάν-
των καὶ μόνος ἴδιος τοῦ πατρός· ὅτι δὲ πάλιν τὸ ἐ-
δόθη καὶ παρεδόθη οὐ τοιοῦτον ἐστιν οἷον ἀπορεῖν ὅτι ποτὲ μὴ ἔχειν αὐτὸν δείκνυ-
σι· δυνατὸν ἐκ τῶν ὁμοίων ῥητῶν, καὶ ἐπὶ πάντων σκοπεῖν τὸ τοιοῦτον· φησὶ γὰρ αὐτὸς ὁ σωτὴρ ὥσπερ ὁ πα-
C τὴρ ζωὴν ἔχει ἐν ἑαυτῷ, οὕτως καὶ τῷ υἱῷ, δέδωκε
ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ· ἐκ μὲν γὰρ τοῦ λέγειν δεδωκε,
σημαίνει αὐτὸν μὴ εἶναι τὸν πατέρα· ἐν τῷ λέγειν,
οὕτως, δείκνυσι τὴν πρὸς τὸν πατέρα τοῦ υἱοῦ ἰδιότη-
τα φυσικὴν καὶ ὁμοιότητα· εἰ μὲν οὖν ἦν ποτε ὅτε
οὐκ εἶχεν ὁ πατὴρ, δῆλον ὅτι καὶ ὁ υἱὸς ἦν ὅτε
οὐκ εἶχεν· ὡς γὰρ ὁ πατὴρ, οὕτως καὶ ὁ υἱὸς ἔχει· εἰ δὲ
ἀσεβὲς μὲν τοῦτο λέγειν· εὐσεβὲς δὲ μᾶλλόν ἐστιν ἐν-
νοεῖν ὅτι ἀεὶ ἔχει ὁ πατὴρ, πῶς οὐκ ἄτοπον τὸν υἱοῦ
λέγειν τινὰς, ὅτι ὡς ὁ πατὴρ ἔχει οὕτως καὶ ὁ υἱὸς ἔ-
D χει; δίκαιος λέγειν μὴ οὕτως ἔχειν, ἀλλὰ ἄλλως ἔχειν·
μᾶλλον οὖν ὁ λόγος, πιστός ἐστι, καὶ πάντα ἃ λέγει εἰ-
ληφέναι ἀεὶ ἔχων, ταῦτα ἔχει ὥσπερ τοῦ πατρός·
καὶ ὁ μὲν πατὴρ, ἀγέννητος· ὁ δὲ υἱός, ὥσπερ παῖς
πατρὸς ἔχει· ὡς γὰρ καὶ ὅπερ ἀπαυγάσματος· εἰ
αὐτὸ τὸ ἀπαύγασμα λέγοι, πάντα τόπον δέδωκέ
μοι τοῦ φῶς φωτίζειν· καὶ οὐκ ἀπ' ἐμαυτοῦ φω-
τίζω· ἀλλ' ὡς τὸ φῶς βούλεται· τοῦτο δὲ λέγων,
οὐ τὸ ποτὲ μὴ ἔχειν ἑαυτῷ δείκνυσιν· ἀλλ' ὅτι τοῦ
φωτὸς ἴδιον εἰμὶ· καὶ τὰ σκεύη πάντα, ἐμά ἐ-
E στιν· οὕτως γὰρ ἄμεινον ὅπως τοῦ υἱοῦ, νοεῖν ἔχῃς· καὶ
γὰρ πάντα δεδωκὼς ὁ πατὴρ τῷ υἱῷ, πάντα πά-
λιν ὁ πατὴρ ταῦτα ἔχει· ἡ γὰρ τοῦ υἱοῦ θεότης,
τοῦ πατρὸς θεότης ἐστὶ· καὶ οὕτως ὁ πατὴρ ἐν
τῷ υἱῷ, τὴν τῶν πάντων φρόνησιν ποιεῖται·
τῶν μὲν οὖν τοιούτων ῥητῶν, τοιοῦτος ὁ νοῦς· περὶ δὲ
τῶν ἀνθρωπίνως λεγομένων περὶ τοῦ σωτῆρος, καὶ ταῦτα πάλιν, εὐσεβῆ τὴν διάνοιαν ἔχει·

ἄρα

Διατοῦτο γάρ, καὶ περιζητήσομεν τὰ τοιαῦτα· ἵνα ἐὰν ἀκούσωμεν ἐπερωτῶντος αὐτοῦ περὶ Λαζάρου κεῖται, καὶ ὅταν εἰς τὰ μέρη καισαρείας ἐλθὼν πυνθάνεται· πόσα λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι; καὶ πόσους ἄρτους ἔχετε; καὶ τί θέλετε ἵνα ποιήσω ὑμῖν; γινώσκωμεν ὅτι τῶν περιειργασμένων τὴν ὀρθὴν τῶν ῥητῶν διάνοιαν, καὶ μὴ σκανδαλιζώμεθα κατὰ τοὺς χειρομάχους δόλους· πρῶτον μὲν τίς ἀπεδοῦσι τοῦτο ῥητέον· πόθεν νομίζουσιν ἀγνοεῖν αὐτόν; ἐρωτῶν γὰρ ὁ ἐπερωτῶν, πάντως καὶ ἀγνοῶν ἐπερωτᾷ· ἀλλ' ἔξεστι τὸν εἰδότα καὶ ἐρωτᾶν περὶ ὧν ὁπόσα ζητεῖται· ἀμέλει ἰωάννης ἐπερωτῶντα τὸν χριστὸν πόσους ἄρτους ἔχετε, οἶδε μὴ ἀγνοοῦντα ἀλλὰ γινώσκοντα· φησὶ γὰρ· τοῦτο δὲ ἔλεγε, πειράζων τὸν φίλιππον· αὐτὸς γὰρ ἤδει, τί ἔμελλε ποιεῖν· εἰ δὲ ἤδει ὅπερ ἐποίει, οὐκ ἄρα ἀγνοῶν· ἀλλὰ γινώσκων ἐπερωτᾷ· ἀπὸ δὲ τούτου, καὶ τὰ ὅμοια νοεῖν ἔξεστιν· ὅτι ὅταν ἐρωτᾷ ὁ κύριος, οὐκ ἀγνοῶν πῶς λάζαρος κεῖται· οὐδὲ τίνα λέγουσιν αὐτὸν εἶναι οἱ ἄνθρωποι ἐπερωτᾷ· αὐτὸς εἰδὼς τί μέλλει ποιεῖν· καὶ ταχέως μὲν αὐτῶν οὕτω τὸ σοφὸν ἐκβάλλεται· ἂν δὲ καὶ φιλονεικῶσιν ἔτι πρὸς τὸ ἐπερωτᾶν, ἀκουέτωσαν· ὅτι ἐν μὲν τῇ θεότητι, οὐκ ἔστιν ἄγνοια, τῆς δὲ σαρκὸς, ἰδιόν ἐστι τὸ ἀγνοεῖν καθάπερ εἴρηται· καὶ ὅτι τοῦτο ἀληθές ἐστιν, ὅρα πῶς ὁ κύριος πυνθανόμενος τοῦ λάζαρος κεῖται, αὐτὸς εἰ μὴ παρὼν, ἀλλὰ μακρὰν ἀπὼν, λάζαρος ἀπέθανε, καὶ ποῦ ἀπέθανεν· ὁ γὰρ κατὰ τοὺς νομιζομένους ἀγνοεῖν, αὐτός ἐστιν ὁ τοὺς διαλογισμοὺς τῶν μαθητῶν προγινώσκων· ὁ εἰδὼς τὰ ἐν τῇ ἑκάστου καρδίᾳ, καὶ τί ἐστιν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ· καὶ τί μεμεῖζον, αὐτὸς μόνος γινώσκει τὸν πατέρα· καὶ λέγει, ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ πατὴρ ἐν ἐμοί· οὐκοῦν παντὶ τῷ δηλόν ἐστιν, ὅτι τῆς σαρκός ἐστι τὸ ἀγνοεῖν· αὐτὸς γὰρ ὁ λόγος, ἦν λόγος ἐστὶ, τὰ πάντα ὁ πρὶν γλυφέσεως γινώσκει· ὃς γὰρ ἐπιδὴ μήτηρ ἄνθρωπος, πέπαυται εἶναι θεός· ὅδε ἐπιδὴ θεός ἐστι, φθάνει τὸ ἀνθρώπινον μὴ γνῶσαι· ἀλλὰ μᾶλλον θεὸς ὢν, προσελάμβανε τὴν σάρκα· καὶ γὰρ ὥσπερ ἐν αὐτῇ ἐπωδύνατο, ὅτω καὶ ἐν αὐτῇ τὸ νεκρὸν ἤγαρε· ὁ πᾶσιν ἔδειξεν ὅτι ὁ νεκρὸς ζωοποιῶν ὁ τὴν ψυχὴν ἀνακαλέμενος, πολλῷ μᾶλλον τὰ κρυπτὰ πάντων ἐπιγινώσκει· καὶ ἐγίνωσκε πῶς λάζαρος κεῖται, ἀλλ' ἐπωδύνατο· ἐποίει δὲ τοῦτο ὁ πανάγιος ἵνα θεὸς λόγος ὁ πάντα δι' ἡμᾶς ὑπομένας, ἃ ὅτω τὴν ἄγνοιαν ἡμῶν βαστάξας, χαρίσηται γινώσκειν, τὸ μόνον ἀληθινὸν αὐτὸν πατέρα· ὁ αὐτὸν δι' ἡμᾶς ἐπὶ σωτηρίᾳ πάντων ὁποσαλέγων ἦς τις μείζων ἐκ ἂν γνοίη χάρις· ὅταν πίνων καὶ φαγὼν προφασίζηται ῥητῶν λέγειν ὁ σωτὴρ· ἐδόθη μοι ἐξουσία καὶ δόξασόν σου τὸν υἱὸν, λέγει πρὸς πέτρος· ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία, τῇ αὐτῇ διανοίᾳ ταῦτα πάντα γινώσκομεν, ὅτι ἀνθρωπίνως διὰ τὸ σῶμα ταῦτα πάντα λέγει· οὐ γὰρ χρείαν ἔχων ὅμως αὐτὸς ἀληθῶς λέγεται ἅπερ ἐλάμβανεν ἀνθρωπίνως·

Ea enim de causa iam prius illa excussimus, vt si audierimus eũ percunctanté de Lazaro, vbinã situs esset: & interroganté, *Quemnã me dicũt homines esse?* &, *Quot panes habetis?* &, *Quid vultis vt faciã vobis?* cognoscamus ex superiorib. dictis verã inibi esse sententiã, & non scandalizemur, quemadmodum Christi oppugnatores Ariani. Primũ igitur, iis ita impie sentientib. hoc ꝓponendum est, vndénã colligãt, eũ ea quæ percũctatur, ignorare? Non. n. quisquis interrogat, statim ignarus est eorũ, quæ interrogat: sed fit, vt de illis percunctetur, de quib. plenã sciẽtiam habet: certe Ioannes, qui inducit interroganté Dominũ, quot panes haberẽt, nouerat illũ earũ rerum ignarũ nõ esse, sed consciũ: ait enim, *Hoc autẽ loquutus est, vt tẽtaret Philippũ: ipse enim norat, quid facturus esset?* Si igitur norat id ꝙ faciũdum sibi erat, vtiq; ignoratione laborare non potuit, sed cũ scientia interrogationem fecit. Ex ista re, cætera quę similia sunt, intelligas, nimirũ, quòd cum percunctatur, vbi Lazarus iaceat: aut dum interrogat, quémnam ipsum homines dicant, non quasi ignarum, sed vt certum percontationes suas facere: quippe, qui sciret quid destinauerat facere: & celerrime eorum sophisma ita excluseris. Quòd si contentiosius premant istas interrogationes, audiãt, in Diuinitate ignorationem non esse, sed id propriũ esse carnis, vt iã superius dictũ est. Quod autẽ id verũ sit, vide (quæso) Dominũ interroganté vbi Lazarus iaceat, & quum inde adhuc procul ageret, dixisset Lazarũ esse mortuũ. Atque idẽ ille qui secundũ istos existimatur ignoratione laborare, is est, qui cogitationes discipulorũ præcognoscebat, certiorque erat quæ in cordib. singulorũ laterent, & quid in homine esset. Et quod magis est, ipse solus cognoscit Patrem, & dicit, *Ego in Patre, & Pater in me.* Cuius igitur manifestũ est ignotionẽ ad carnem pertinere: ipsum autẽ Verbũ, quatenus Verbũ est, & omnia antequã fiant, scientia præcognoscere. Non. n. ideo quia homo factus est, desiit esse Deus: neque quia Deus subsistit, abducit se ab eo ꝙ humanum est, absit: sed potius, quũ Deus erat, assumpsit carnẽ: & in carne existens, deificat carnem: & quemadmodum in ea interrogationes faciebat, ita quoq; & in ea mortuũ excitabat: omnibusq; ostendit, se, qui mortuos viuificaret, & animã reuocaret, multo facilius omniũ occulta sibi cognita habere, eiq; certum esse, vbi Lazarus iaceat, sed tamẽ interrogationib. insistere: faciebat enim & illud optimũ vndecũq; Verbũ Dei, quod omnia propter nos sustinuit, vt nostrã ignorationem baiulans, donaret nobis cognitionẽ veri sui ipsius Patris, sciremusq; ipsum propter nos ad salutẽ omniũ esse missum, quo dono nunquã quicquam fuerit maius. Cum igitur ista verba calumniantur: *Data est mihi potestas:* &, *Glorifica filium:* dictumque item Petri, *Data est illi potestas:* hoc intellectu ista omnia interpretemur, humanitus illum ob corpus suum ista omnia loqui, nõ quòd necessitate adigeretur: Sed tamen ipse sibi quasi data confitetur, quæ humanitus acceperat,

vt eo, qui Dominus erat, accipiente, & in ipso donatione istarum rerum residente, gratia ipsa firma permaneret. Nam quod merus homo accipit, id ei eripi potest, cuius rei specimen in Adam vidimus: quippe, qui illud, quod acceperat, perdidit. Vt autem gratia inademptibilis esset, firmaque hominibus custodiretur, ea de causa hanc donationem, vt propriam sibi arrogat, dicitque se potestatem accepisse, vt hominē, quā semper habet vt Deus: dicitq; , *Glorifica me*, qui alios glorificat, vt ostenderet carnem se habere istarum rerum indigam. Ac proinde carne suæ humanitatis hanc glorificationē accipiente, ita loquitur, quasi ipse eam accepisset. Si igitur, vt sæpius dictū est, Verbum homo nō est factum, agnoscamus has voces cōtra nos esse, quòd acceperit, quòd gloria indiguerit, quod ignotauerit. Sed cur de datore ita sentimus quasi non daret, sed acciperet, eumque qui aliis suppeditat, indigere arbitramur? & Verbum segregamus à Patre, quasi quod imperfectū sit, & quadam necessitate laboret? humanitatem autem donatitia illa gratia spoliamus. Si enim Verbū ipsum quatenus Verbum est, accipit, & glorificatum est, & secundum Deitatem suam sanctificatum est, & resurrexit, quę spes (obsecro) hominib. relinquitur? permanent enim quales erant, nudi, miseri, & mortui, nullum cōsortium habētes in eis, quæ data sunt Filio. Aut quid aduenit? aut cur Verbum caro factum? Si ideo factū est, vt ea sibi acciperet, quæ se accepisse dicit: carebat igitur istis prius, & gratiam potissimum debet corpori suo, eò quòd, quum in corpus venisset, tum demum illa acceperit à Patre quæ non habebat, antequam in carnem descēderet. Quippe, qui iam inde melioris felicioris que conditionis sit factus per corpus, quā corpus per ipsum: At illa Iudaica sententia est. Sin autem Verbum, vt liberaret hominum genus, descendit: hominesque sanctificaret, Deificaretque, caro factum est: quum ea de causa caro factum sit, cui iam quæso obscurum fuerit, eum quæ dicit se accepisse, tum demū accepisse, quū caro factum esset? neque sibi accepisse, sed carni? In qua enim erat, quū hoc diceret, huius illa dona æstimanda sunt, quę per ipsum à Patre cōferebantur. Quę autem postulauerit, videamus: aut qualia tandem sint, quæ sese accepisse dicebat, vt saltem vel inde illi ad pudorem deducātur. Gloriam igitur postulabat, & dixit: *Omnia mihi tradita sunt*: & post resurrectionē omnem potestatem sese accepisse dicit: sed tamen antequam diceret, *Omnia mihi tradita sunt*, omniū erat Dominus: siquidem omnia ipsius erant, soluisque Dominus erat, per quem omnia. Et quū gloriam peteret, etiam tum erat gloriæ Dominus, vt Paulus dicit: *Si enim cognouissent, nūquam Dominum gloria crucifixissent*. Habebat enim quæ postulabat, id quod ex his verbis apparet: *Glorifica me*, inquiēs, *gloria quam habebam apud te, antequam mundus fieret*: potestatem autem quam dicebat se post resurrectionem accepisse, eam habebat priusquam acciperet, etiam ante resurrectionem. Ipse enim per se increpabat Satanæ, dicens: *Facesse à me Satana*: suisque

ἵνα πάλιν ὡς ϗ κυρίᾳ λαβόντος· ϗ ὡς εἰς αὐτὴν ἀνα-
πωμένης τ δόσεως, βεβαία ἡ χάρις διαμένῃ·
ἄνθρωπ@ μὲν γὰρ μόνον λαμβάνων, δυνατὸν ἔχει
ϗ τ ἀφαιρεθῆναι· ὁ τοῦτο, ὅπερ τοῦ Ἀδὰμ ἐδείχθη· λαβὼν γὰρ, ἀπώλεσεν· ἵνα ᾖ ἀναφαίρετ@ ἡ χάρις γένηται καὶ βεβαία φυλαχθῇ τοῖς
ἀνθρώποις, διὰ τοῦτο αὐτὸς ἰδιοποιεῖται τὴν δόσιν
ϗ λέγει ἐξουσίαν ἐληφέναι ὡς ἄνθρωπ@ ὢν ἔ-
χει ἀεὶ ὡς θεὸς· ὁ λέγει δόξασόν με ὁ πάλους δο-
A ξάζων, ἵνα δείξῃ ὅτι σάρκα χρήζουσαν ἔχει τοῦτων·
διατοῦτο κἀκεινης λαβόντος· ἐπιδὴ ἠλαβοσαι ἐν
αὐτῷ ἐστι· ϗ προσλαβὼν αὐτὴν ἄνθρωπ@ γέ-
γονεν, ὡς αὐτὸς ἀληθῶς λέγει· εἰ μὲν γὰρ, ὡς πολ-
λάκις εἴρηται, ἐγένετο ἄνθρωπ@ ὁ λόγος, ἔστω
καθ' ὑμᾶς ϗ λόγου τὸ λαβεῖν, ϗ τὸ χρήζειν δόξης· ὁ
τὸ ἀγνοεῖν· διατί γὰρ τὸ δίδοται ὡς λαμβάνοντα νο-
μίζομεν, ὁ τὸ ἄλλοις χορηγοῦντα χρείαν ἔχειν ὑπο-
νοοῦμεν, ϗ τὸν μὲν λόγον διαιροῦμεν ἀπὸ τοῦ πατρὸς
ὡς ἀτελῆ ϗ χρείαν ἔχοντα, τὸ δὲ ἀνθρωπότητα τῆς
B χάριτ@ ἐρημοῦμεν; εἰ γὰρ αὐτὸς ὁ λόγος, ἢ λόγος
ἐστὶ, δι' ἑαυτὸν ἐστι λαμβάνων· ϗ δοξαθεὶς ἐκείνης
κατὰ τὴν θεότητά ἐστιν ὁ ἁγιασθεὶς καὶ ἀναστὰς,
ποία τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶν ἐλπὶς; μένουσι γὰρ ὥσπερ
ἦσαν γυμνοὶ ϗ δείλαιοι· ϗ νεκροὶ, οὐδὲν κοινὸν ἔχον-
τες πρὸς τὰ δοθέντα τῷ υἱῷ. τί δὲ ἐπεδήμει, καὶ
ἐγένετο σὰρξ ὁ λόγ@· εἰ μὲν ἵνα λάβῃ ταῦτα ἃ
λέγει ἐληφέναι, καὶ κἰνὸς ἕνεκα τούτων πρὸ τοῦ-
του, ἐξανάγκης δὲ καὶ χάριν ὁμολογήσομεν μᾶλ-
λον αὐτὸς τῷ σώματι, ὅτι ὅτε γέγονεν εἰς αὐτὸ, τό-
C τε λαμβάνει ταῦτα παρὰ τοῦ πατρὸς ἃ μὴ εἶχε
πρὸ τῆς εἰς τὴν σάρκα καθόδου· καὶ γὰρ ἐκ τούτου βελτιωθεὶς, φαίνεται μᾶλλον αὐτὸς διὰ τὸ
σῶμα, ἢ τὸ σῶμα βελτιωθὲν δι' αὐτόν· ἀλλὰ τοῦ-
το, ἰουδαϊκόν ἐστι φρόνημα· εἰ δὲ ἵνα λυτρωθῇ τὸ
γέν@ τὸ ἀνθρώπινον ἐπεδήμησεν ὁ λόγ@· καὶ
ἵνα αὐτοὺς ἁγιάσῃ καὶ θεοποιήσῃ γέγονεν ὁ
λόγ@ σὰρξ, τούτου χάριν καὶ γέγονεν, τίνι λοι-
πὸν οὐκ ἔστι φανερὸν ὅτι ταῦτα ἅπερ ἐληφέναι
λέγει ὅτε γέγονε σὰρξ, οὐ δι' ἑαυτὸν, ἀλλὰ
D διὰ τὴν σάρκα λέγει; ἐν ᾗ γὰρ ἐγὼ λέγων,
πάντης ἐγὼ καὶ τὰ δίδομενα χαρίσματα δι' αὐτὸ
πρὸς τοῦ πατρὸς· τίνα δὲ ἐγὼ ἃ ἠτεῖτο, ἰδω-
μεν· καὶ τίνα ἐγὼ ὅλως ἀπέλειψεν ἐληφέναι· ἵνα
κἂν οὕτως αἰσθέσθαι δυνηθῶσιν ἐκεῖνοι, δόξαν
τοίνυν ἠτεῖτο καὶ ἔλεγε πάντα μοι παρεδόθη· ,,
καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ἐξουσίαν πᾶσαν, φη-
σὶν, ἐληφέναι· ἀλλὰ καὶ πρὶν εἴπῃ, πάντα μοι ,,
παρεδόθη, πάντων ἢ κύρι@· πάντα γὰρ ,,
δι' αὐτὸ ἐγίνετο· καὶ εἰς κύρι@ ἐγὼ δι' οὗ τὰ
E πάντα καὶ δοξαν μὲν εἶχεν ἧς κύρι@ ἐγὼ καὶ ἐ-
στὶ· καὶ ὡς ὁ παῦλός φησιν, εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ,,
ἂν τὸν κύριον τῆς δοξης ἐσταύρωσαν· εἶχε γὰρ ἐγὼ ἠ- ,,
τεῖτο λέγων τὴν δόξην ἣ εἶχον πρὸ τὸ τὸν κόσμον εἶ- ,,
ναι παρὰ σοὶ· ϗ τὴν ἐξουσίαν ἣ ἐγὼ ἔλεγε μετὰ τὴν ,,
ἀνάστασιν ἐληφέναι, πῶς ἂν εἶχε πρὸ τοῦ λα-
βεῖν, καὶ πρὸ τῆς ἀναστάσεως· αὐτὸς μὲν γὰρ
ἐπετίμα δι' ἑαυτοῦ· λέγων ὕπαγε σατανᾶ· ,,

τοῖς

τοῖς δὲ μαθηταῖς ἐδίδου κατ' αὐτὸν τὴν ἐξουσίαν· ὅτε
» καὶ ὑπορρεψάντων αὐτῶν ἔλεγεν· ἐθεώρουν τὸν σα-
» τανᾶν ὡς ἀστραπὴν πεσόντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· ἀλλὰ καὶ
πάλιν ὅπερ ἔλεγον ἐληφέναι, τοῦτο ἦν καὶ δεικνὺς λα-
βεῖν ἔχων δεῖκνυσι· τύς τε γὰρ δαίμονας ἀπήλαυνε·
ἃ δὲ περ λῶ δῆσας ὁ σατανᾶς, ἔλυσεν αὐτὰς ὡς ὅτι
τὴν Ἀβραμιαίαν θυγατέρα ἐπίστα· καὶ ἁμαρτίας ἠφί
λέγων τῷ παραλυτικῷ· καὶ τῇ τοὺς πόδας ἀλείψά-
σῃ γυναικί, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι· ἃ νεκροὺς
μὲν ἤγειρε· τοῦ δὲ τυφλοῦ τὰ ὄμματα ἀπεκατέ- A
στησε· χαριζόμενος αὐτῷ τὸ βλέπειν· καὶ ταῦτα ἐποίει, ἃ
μένων ἕως λάβῃ· ἀλλ' ἐξουσιαστὴς ὢν· ὡς ἐκ τού-
των δῆλον εἶναι, ὅτι ἃ εἶχε λόγος ὢν, ταῦτα καὶ γι-
νόμενος ἄνθρωπος· καὶ μὴ πρὶν ἀνάστασιν, ἀν-
θρωπίνως ἐληφέναι λέγεται· ἵνα δι' αὐτὸν οἱ
ἄνθρωποι ὅτι μὲν τῆς γῆς ὡς κοινωνοὶ γινόμενοι
θείας φύσεως, λοιπὸν ἐξουσίας ἔχωσι κατὰ τῶν
δαιμόνων· ἐν δὲ τοῖς οὐρανοῖς ὡς ἐλευθερωθέντες
ἀπὸ τῆς φθορᾶς, αἰωνίως βασιλεύωσι· καθόλου γὰρ
χρὴ τοῦτο γινώσκειν, ὅτι ἁδὲν ὧν λέγει ἐληφέναι B
ὡς μὴ ἔχων ἔλαβεν· εἶχε γὰρ αὐτὰ ἀεὶ θεὸς ὢν ὁ λό-
γος· λέγεται δὲ νῦν ἀνθρωπίνως ὅτι ἔλαβεν,
ἵνα τῆς σαρκὸς ἐν αὐτῷ λαμβανούσης, λοιπὸν ἐξ
ἐκείνης, καὶ ἐφ' ἡμᾶς διαμένῃ βεβαίως· καὶ γὰρ τὸ
παρὰ τοῦ πατρὸς λεγόμενον· ὅτι ὁ λαβὼν παρὰ τοῦ
θεοῦ τιμὴν καὶ δόξαν· ὑποτασσόντων ἀγγέλων, τοι-
οῦτον ἔχει τὸν νοῦν· ὥσπερ γὰρ πασχόμενος ἀν- C
θρωπίνως· ἔκλαυσε θείκως τὸν λάζαρον, ἕτω τὸ
μὲν ἔλαβεν, ἀνθρωπίνως εἴρηται· ἡ δὲ τῶν ἀγγέ-
λων ὑποταγὴ, τὴν θεότητα τοῦ λόγου δείκνυσιν·
πρόσεσθε οὖν ὠθεσυγεῖς, καὶ μὴ καταισχύνετε τὸν λό-
γον· καὶ μὴ παραιρεῖσθε τὴν θεότητα αὐτοῦ, ἥτις
ἐστὶ τοῦ πατρὸς, ὡς δεομένου ἢ ἀγνοοῦντος· ἵνα μὴ
τὰ ἑαυτῶν ὑπερρίπτητε τῷ κυρίῳ· ὡς οἱ τότε λιθά-
ζοντες αὐτὸν ἐποίουν ἰουδαῖοι· ἃ γὰρ τοῦ λόγου, ἢ λό-
γος ἐστὶ, ταῦτα τυγχάνει ὄντα· ἀλλὰ τῶν ἀνθρω-
πίνων ἐστὶν ἴδια ταῦτα· καὶ ὥσπερ πτύσαντος αὐτοῦ
καὶ ἐκπίναντος χεῖρα· καὶ φωνήσαντος λά- D
ζαρον· οὐκ ἐλέγομεν ἀνθρώπινα εἶναι τὰ κα-
τορθώματα· εἰ καὶ διὰ τοῦ σώματος ἐγίνετο·
ἀλλὰ θεοῦ, οὕτως ἐὰν διὰ ἀνθρώπινα λέγηται περὶ
τοῦ σωτῆρος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, πάλιν εἰς τὴν φύ-
σιν τῶν λεγομένων ὁρῶντες· καὶ ὡς ἀλλότρια τοῦ θεοῦ
τυγχάνοντα, μὴ τῇ θεότητι τοῦ λόγου ταῦτα λογιζώ
μεθα· ἀλλὰ τῇ ἀνθρωπότητι αὐτοῦ· εἰ γὰρ καὶ ὁ λόγος
σὰρξ ἐγένετο, ἀλλὰ τὰ σαρκὸς ἴδια τὰ πάθη· καὶ εἰ ἡ
σὰρξ θεοφορεῖται ἐν τῷ λόγῳ, ἀλλ' ἡ χάρις καὶ ἡ δύ-
ναμις ἐστι τοῦ λόγου· τὸ γοῦν ἔργα τοῦ πατρὸς, διὰ τῆς
σαρκὸς ἐποίει· καὶ ἁδὲν ἧττον πάλιν τὰ πάθη τῆς σαρ
κὸς ἐδείκνυτο ἐν αὐτῷ· ὅτε ἐπιωθάνετο καὶ ἔγειρε λά- E
ζαρον· ἐπέπληττε τῇ μητρὶ λέγων, οὔπω ἦλθεν ἡ
ὥρα μου· καὶ ὕδωρ οἶνον ἐποίει· ἀληθινὸς γὰρ
ἦν θεὸς ἐν τῇ σαρκὶ· καὶ ἀληθὴς ἦν ἡ σὰρξ ἐν τῷ
λόγῳ· διαφυτῶν ἐκ μὲν τῶν ἔργων, ἐγνώριζεν
ἑαυτὸν υἱόν τε τοῦ θεοῦ καὶ τὸν ἑαυτοῦ πατέρα·
ἐκ δὲ τῶν τῆς σαρκὸς παθῶν, ἐδείκνυεν ὅτι ἀ-
ληθὲς ἐφόρει σῶμα· καὶ ἴδιον ἦν αὐτοῦ τοῦτο·
τούτων

suisque discipulis contra Satanam potestatem dedit, quum ipsis reuertentibus aiebat, *Videbam Satanam tanquam fulgur è cælo cadentem*. Quinimo, quod dixit se accepisse, hoc, priusquam acciperet, ipsum possedisse in demonstrato est: quippe, qui Dæmones expellebat, & quæ ligauerat Satanas, dissoluebat, vt in Abrahamica filia patet, & peccata remittebat paralytico, & mulieri, quæ pedes vnxerat, dixit: Dimittuntur vobis peccata vestra: & mortuos excitauit: & cæco oculos restituit, donans ei videndi facultatem: istaque faciebat, non supersedens donec acciperet potestatem: sed statim faciebat, vt qui iam tum potiretur ea potestate: adeo, vt inde clare innotesceret, eum quę habebat, vt Verbum, ea tum demum quum homo factus esset, & postquam resurrexerat, humanitus accepisse: vt per eum homines in terra quidem quasi consortes diuinæ naturæ potestatem haberent contra dæmones: in cælis vero vt liberati à corruptione, in æternum regnarent. In summa, id vbique animaduertendũ est, nihil eorũ quæ dicit se accepisse, ita se accepisse, quasi non habuisset: habebat enim illa, vtpote semper & Deus, & verbũ: Nunc autem dicit humanitus se accepisse, vt carne eius in ipso accipiente, in posterum ea ex carne illius in nos firmiter possidenda traderentur. Nam quod à Petro dictum est, accepisse illum à Deo gloriam & honorem, eò quod Angeli ipsi subiecti sint, talem in se mentem complectitur: Vt enim interrogabat humanitus, excitabat autem diuinitus Lazarum: ita quoque hoc vocabulum, *accepit*, humanitus intelligendum est: ipsa autem Angelorum subiectio, Deitatem Verbi demonstrat. Definite igitur, ô Deo odibiles, & ne humilietis Verbum, néue adimatis eius Diuinitatem quæ Patris est, tanquam illius, qui aliqua necessitate, vel ignorantia laboret, ne quæ vestra sunt, in Christum coniiciatis, vt tum Iudæi faciebant, qui illum lapidabant. Non enim Verbi quatenus Verbum est, ista sunt propria, sed hominum: & quemadmodum spuente illo, manumque extendente, & Lazarum euocante, non dicimus illa hominis esse miracula, etiamsi per corpus conficiebantur, sed Dei: ita quoque cum humana de Saluatore in Euangelio referuntur, perpensa cõsideratáque indole eius dicti, si aliena abhorrentiaque videbuntur, non diuinitati eius, sed humanitati attribuenda sunt. Si enim Verbum caro factum est, ergo carni & sua qualitas, diuersæque à Verbo affectiones sunt: rursum si caro in Verbo Deum gestat, gratiam inde commodaque percipit. Certe, quanquam opera Patris per carnem faciebat, nihilo tamen minus affectiones carnis in eo apparebant. Quale est, quod interrogabat, & excitabat Lazarum: increpuit Matri, *Nondum*, inquiens, *venit hora mea*: & statim aquã in vinum mutauit, quia Verus Deus erat in carne, & vera caro in Verbo: ideoque exoperibus quidem prodebat suam diuinitatem, ex carnis vero affectionibus declarabat se verum corpus gestare, quod illi suum ac proprium erat.

Cum igitur res ſeſe ita habeat, agite, dictũ illud de die, & hora quam nemo nouerat, ne Angeli quidem aut Filius excutiamus. Hic imprimis & magnopere ignari & cęcutientes, magnã exiſtimãt ſe in eo dicto habere ſuæ hæreſeos cauſam. Ego autẽ eos hoc ipſum cauſificãtes, & ſeſe inſtruẽtes veluti gigãtes, iterũ Deũ oppugnare cõſpicio. Dominũ.n. cæli & terræ, per quẽ omnia facta ſunt, reũ ignorãtiæ faciũt de die illa & hora: & Verbũ, ꝙ omnia nouit, condẽnatur ab eis, quaſi qui diẽ illũ ignorũ habeat: & Filius, qui cognoſcit Patrẽ, inceſſitur de inſcitia diei & horę: huic inſaniæ, quam (quæſo) patẽ inuenias? Per Verbũ omnia facta ſunt, & tẽpora & rerũ agendarũ articuli, nox itẽ & dies, & vniuerſa rerũ natura: & opifex ab iſtis fertur ſuũ opus nõ intelligere? Atqui ipſa ſeries lectionis oſtendit, Filium Dei illã diẽ & horã probe ſcire, etiãſi Ariani ſua inſcitia in præceps ruãt. Vbi.n. dicit, *ne Filius quidẽ*, ibi diſcipulis recẽſet ea, quæ diẽ illã antecedũt, dũ inquit, *iſta & iſta futura ſunt, ac tũ denig; finis*. Iã, qui ea, quæ diẽ illã antecedũt, eloquitur, omnino in cognitione ſua diẽ habet, quæ poſt res prænunciatas ſubſequutura eſt. Si.n. diẽ neſciret, nunquã ea, quæ diẽ anteueniũt, deſignaſſet: quippe, ignarus quando ea hora futura eſſet. Ac veluti, ſi quis domũ aut ciuitatẽ ignaro, certis ſignis deſcribere cupiẽs, ea quæ ante domũ vel ciuitatẽ cõſiſtunt, percenſeat: & poſt omnia deſignata loquatur, iã deinde in primo tibi eſt ciuitas aut domus, certe fieri nõ poteſt, vt is, qui ita rẽ demõſtratã tradit, incognitũ habeat, vbinã locorum domus aut ciuitas illa cõſiſtat: nã ſi id eũ lateret, profecto nunquã indicauerit ea quæ priorib. locis cõſiſtunt: quin potius per ignorãtiã auditores ſuos procul à recto diuerterit, aut inter loquendũ nõ animaduerterit ſe in re ſignificanda limites trãſmittere. Ita quoq; Dominus enarrãs ea, quæ pręuia ſunt ante illã diẽ & horã exacte nouerat, nequaquã ignarus quandónam illa hora & dies immineret. Cæterũ, qua de cauſa, quũ rẽ cognitã haberet, nõ diſerte eã dilucideq; diſcipulis expreſſerit, nefas quiddam arbitror in id arcanum curioſius inquirere, quod ipſe tacitum celatumque eſſe voluit. Quis enim norit mentem Domini? aut quis eius cõſiliarius fuerit? Sed tamẽ, quur ita ſermonem temperarit, ne Filium quidem hoc cognitũ habere, quũ hoc omnium optime cognoſceret, ne id quidẽ infidelibus obſcurum arbitror, eum hic per carnem hominis more, & ex perſona hominis locutũ eſſe. Neque eſt vt aliquid detrimenti Verbo Dei accidiſſe putes, quũ ignoratio iſta ad humanam naturam, cui id peculiare eſt, ſolũmodo pertineat. Et hoc ipſum eleganter deprehẽdas, ſi quo tempore id Dominus locutus eſt, cũ bona conſcientia expendas. Non enim in creando cælo, neque quum apud Patrem omnia diſponebat, neq; antequam homo fieret: ſed cum Verbum caro factum eſſet, hoc ſermone vſus eſt: Atque ideo quicquid poſt hominem ſumptum humanitus loquitur, ea omnia par eſt humanitati aſſcribi. Verbi enim proprium eſt cognoſcere quæ fecerit, horumque principium & finem non ignorare, quum eius ſint opera: norit-

τούτων οὕτως ἔντων, φέρε καὶ τὸ περὶ δὲ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν· οὐδὲ οἱ ἄγγελοι, οὐδὲ ὁ υἱός, διερωτήσωμεν· τοῦτο γὰρ μάλιστα μεγάλως ἀγνοήσαντες, καὶ ἐν τούτῳ σκοτοδινιῶντες, μεγάλῳ νομίζουσιν ἔχειν ἐν τούτῳ πρόφασιν αἱρέσεως αὐτῶν· ἐγὼ δὲ καὶ ἐν τούτῳ προφασιζομένους αὐτοὺς· καὶ ἐν τούτῳ βλασφημοῦντας τοὺς αἱρετικούς, ὡς τοὺς γίγαντας πάλιν θεομαχοῦντας αὐτοὺς ὁρῶ· ὁ γὰρ ἐρανὸς καὶ γῆς κύριος δι' οὗ τὰ
A πάντα γέγονε, κρίνεται πρὸ αὐτῶν πρὸ ἡμέρας καὶ ὥρας· ὁ πάντα γινώσκων λόγος, κατηγορεῖ πρὸ αὐτῶν ὡς ἀγνοῶν πρὸ ἡμέρας· ὁ γινώσκων υἱὸς τὸν πατέρα, λέγει ἀγνοεῖν ἡμέρας ὥραν· ὧν τὰ αἴτια ἀφορᾷ ἕτερον εἰπεῖν ἢ ὅτι οὐκ ἦν ἐξισώσαι μαναί; Διὰ τοῦ λόγου γέγονε τὰ πάντα· καὶ χρόνοι· καὶ καιροὶ καὶ νύξ· ὁ ἡμέρα· καὶ πᾶσα ἡ κτίσις, ὁ ἀγνοεῖν ὁ δημιουργὸς τὸ ποίημα λέγει· καὶ αὐτὸς
B μὲν οὖν ὁ ἑρμὸς τοῦ ἀναγνώσματος, δείκνυσιν εἰδέναι τὸν υἱὸν καὶ τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν, καὶ οἱ ἀρχάγγελοι τῇ ἀγνοίᾳ καταπλήσσουσιν. εἰρηκὼς γὰρ οὐδὲ ὁ υἱὸς, διηγεῖται τοῖς μαθηταῖς τὰ περὶ τῆς ἡμέρας· λέγων, πάδε ἔσται καὶ πάδε, εἶτα τὸ τέλος· ὁ δὲ τὰ περὶ τῆς ἡμέρας λέγων, οἶδε πάντας ὁ τὴν ἡμέραν· ἢ τις μετὰ τὰ προειρημένα φαινήσεται· εἰ δὲ μὴ ἤδει τὴν ὥραν, οὐκ ἂν τὰ περὶ αὐτῆς ἐσήμανεν· οὐκ εἰδὼς πότε ἔσται ἡ ὥρα. καὶ ὥσπερ ἄν τις οἰκίαν ἢ πόλιν τοῖς ἀγνοοῦσι σημαίνειν θέλων· τὰ μὲν περὶ τῆς οἰκίας καὶ τῆς πόλεως, διεξίοι· ἐπειδὰν δὲ πάντα σημαίνας· καὶ ὅπως
C ἐγγὺς ἡ πόλις καὶ ἡ οἰκία· οἶδε πάντως ὁ σημαίνων ὅπου τε ἡ πόλις καὶ ἡ οἰκία ἐστὶν· οὐκ ἂν γὰρ εἰ μὴ ἐγίνωσκεν, ἐσήμανε τὰ περὶ ἐκείνων· μή ποτε δι' ἄγνοιαν ἢ μακρὰν ἀποστήσει τοὺς ἀκούοντας· ἢ αὐτὸς λέγων, λάθῃ καὶ ὑπερβῇ τὸ σημαινόμενον, οὕτως λέγων ὁ κύριος τὰ περὶ τῆς ἡμέρας καὶ τῆς ὥρας, οἶδεν ἀκριβῶς καὶ οὐκ ἀγνοεῖ πότε ἡ ὥρα· τίνος μὲν οὖν ἕνεκα γινώσκων, οὐκ εἶπε φανερῶς τοῖς μαθηταῖς;
D οὐδενός ἐστι περιεργάσασθαι ἃ σεσιώπηκεν αὐτὸς· τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου; ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο; τίνος δὲ χάριν γινώσκων ἔλεγε ὅτι οὐδὲ ὁ υἱὸς οἶδεν, οὐδένα τῶν πιστῶν ἀγνοεῖν οἴομαι· ὅτι καὶ πάλαι οὐδὲν ἦν δι' αὐτὸ σάρκα ὡς ἄνθρωπος ἔλεγε· οὐ δὲ γὰρ τοῦτο ἐλάττωμά ἐστι τοῦ λόγου, ἀλλὰ τῆς ἀνθρωπίνης ἐστὶ φύσεως ἴδιον καὶ τὸ ἀγνοεῖν· καὶ πάλιν ἄν τις ἰδοι καλῶς, ἐὰν καὶ τὸν καιρὸν ἐξετάζῃ μετὰ σωφρονίσεως ἀγαθῆς, πότε
E καὶ πίσιν ἔλεγε ταῦτα· οὐ τοίνυν ὅτε ὁ εὐαγγελιστὴς δι' αὐτοῦ ἐγίνετο· οὐδὲ ὅτι ἐν σαρκὶ αὐτῷ ἁρμόζων τὰ πάντα· οὐ δὲ γὰρ περὶ τοῦ γενέσθαι ἄνθρωπος ἔλεγε ταῦτα· ἀλλ' ὅτε ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο· Διὰ τοῦτο καὶ πάντα ὅσα μετὰ τὸ γενέσθαι ἄνθρωπος λέγει, ταῦτα τῇ ἀνθρωπότητι δίκαιον ἀναθέναι· τοῦ μὲν γὰρ λόγου, ἰδιόν ἐστιν εἰδέναι τὰ πεποιημένα, καὶ πούτων ἀρχὴν καὶ τέλος μὴ ἀγνοεῖν· αὐτὸ γάρ ἐστιν ἔργα·

καὶ οἶδεν

καὶ οἶδεν ὁπόσοι, καὶ ἕως πινὸς τὴν σύστασιν αὐτῶν εἰργάσατο· εἰδὼς ἢ τὴν ἀρχὴν ἑκάστου, καὶ τὸ τέλος οἶδε πάντως· καὶ τὸ καθόλου ἓν κοινῇ πάντων τέλος· ἀμέλει λέγων ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· πεῖ δὲ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον αὐτό· πάτερ ἐλήλυθεν ἡ ὥρα· δόξασόν σου τὸν υἱόν, δῆλόν ἐστιν ὅτι καὶ τὴν δι' παντὸς τέλος ὥραν, ὡς μὲν λόγος, γινώσκει· ὡς δὲ ἄνθρωπος, ἀγνοεῖ· ἀνθρώπου γὰρ ἴδιον τὸ ἀγνοεῖν καὶ μάλιστα παῦτα, ἀλλὰ καὶ τοῦτο, τῆς φιλανθρωπίας ἴδιον δι' σωτῆρος· ἐπεὶ δὴ γὰρ γέγονεν ἄνθρωπος, ἐκ ἐπηρώτησε διὰ τὴν σάρκα τὴν ἀγνοοῦσαν εἰπεῖν ἐκ οἶδα· ἵνα δείξῃ ὅτι εἰδὼς ὡς θεὸς, ἀγνοεῖ σαρκικῶς· ἐκ εἴρηκε γ' οὖν οὐ δὲ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ἵνα μὴ ἡ θεότης ἀγνοοῦσα φαίνηται· ἀλλὰ ἁπλῶς οὐδὲ ὁ υἱός· ἵνα τοῦ ἐξ ἀνθρώπων γενομένου υἱοῦ, ἡ ἄγνοια ᾖ· διὰ τοῦτο καὶ πεῖ ἀγγέλων ἐκ εἴρηκεν ἐπαναβαίνων, ὅτι οὐδὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' ἐσιώπησε δεικνὺς τὰ δύο παῦτα· ὅτι εἰ τὸ πνεῦμα οἶδε, πολλῷ μᾶλλον ὁ λόγος οἶδε, ἢ λόγος ἐστίν. παρ' οὗ καὶ τὸ πνεῦμα λαμβάνει· καὶ ὅτι πεῖ τὸ πνεῦμα σιωπήσας, φανερὸν πεποίηκεν ὅτι περὶ τῆς ἀνθρωπίνης αὐτοῦ λειτουργείας ἔλεγεν, οὐδὲ ὁ υἱός· καὶ τοῦτο πικμήριον ὅτι ἀνθρωπίνως εἰρηκὼς οὐδὲ ὁ υἱὸς οἶδε, δείκνυσιν ὅμως θείκως ἑαυτὸν τὰ πάντα εἰδότα· ὃν γὰρ λέγουσιν υἱὸν μὴ εἰδέναι τὴν ἡμέραν· τοῦτον εἰδέναι λέγει τὸν πατέρα· οὐδεὶς γὰρ γινώσκει, φησὶ, τὸν πατέρα εἰ μὴ ὁ υἱός· πᾶς δὲ πλεῖ τῶν θρειανῶν συνομολογήσει· ὡς τὸν πατέρα γινώσκων, πολλῷ μᾶλλον οἶδε τὴν κτίσεως τὸ ὅλον· ἐν ᾗ τῷ ὅλῳ, καὶ τὸ τέλος πάντης· καὶ εἰ ὥρισεν ἡ ὥρα καὶ ἡ ἡμέρα παρὰ τοῦ πατρός, δῆλόν ἐστιν ὅτι διὰ τὸν υἱὸν ὥρισεν· καὶ οἶδεν αὐτὸς τὸ δι' αὐτοῦ ὁρισθέν· ὁδὲν γάρ ἐστιν ὃ μὴ διὰ υἱοῦ γέγονέ τε καὶ ὥρισεν· ἀκοπῶ αὐτὸς δημιουργὸς ὢν πᾶν παντὸς, οἶδεν ὁποῖον καὶ πόσον, καὶ ἕως τινος οὕτως αὐτὸ ἠθέλησε βούλῃ ὁ πατήρ· ἐν δὲ τῷ ποσῷ ἐστι καὶ μέχρι τινὸς ἡ τούτων ἀλλαγὴ· πάλιν τε εἰ πάντα τὰ τοῦ πατρὸς τοῦ υἱοῦ ἐστι· τοῦτο γὰρ αὐτὸς εἴρηκε· διὸ ᾗ πατρός ἐστι τὸ εἰδέναι τὴν ἡμέραν, δηλονότι ὁ υἱὸς οἶδεν, ἴδιον ἔχων τοῦτο ἐκ τοῦ πατρός· καὶ πάλιν· εἰ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ· οἶδε ᾗ ὁ πατὴρ τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν, φανερὸν ὅτι καὶ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρὶ ὢν, καὶ εἰδὼς τὰ ἐν τῷ πατρὶ, οἶδε καὶ αὐτὸς τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν· εἰ δὲ καὶ εἰκών ἐστιν ἀληθινὴ τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς, οἶδε ᾗ ὁ πατὴρ καὶ τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν, δῆλον ὅτι καὶ εἰδέναι παῦτα, τὴν ὁμοιότητα τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς ἔχει· καὶ οὐ θαυμαστὸν εἰ διὰ οὗ τὰ πάντα γέγονε· καὶ ἐν ᾧ συνέστηκε τὰ ὅλα, οἶδεν αὐτὸς τὰ γινόμενα, καὶ πότε τούτων ἑκάστου καὶ κοινῇ τὸ πλῆθος· ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ περιτεια, ἐκπέπουσα τῇ μανίᾳ τῶν ἀρειομανιτῶν· οὕτω εἰς τοσαύτην ἡμᾶς ἀπολογίαν ἠνάγκασεν ἐλθεῖν.

σωφρο-

noritque, quot & quam diuturna ea in cõdendo esse voluerit: quapropter si nec rerum singularum principia, nec terminos ignoret, omnino etiam nouerit vniuersalem & cõmunem omnium finem. Certe in Euangelio, vbi de se humano more loquitur, *Pater, (inquiens) venit hora, glorifica Filium tuum*: clare præ se tulit de vltima hora vniuersitatis eiusque fine, vt Verbum quidem, se cognitionem habere, vt hominem verò, in ignoratione versari. Siquidem hominis proprium est, ignorare, ac præcipue ea, quę sunt istius generis, & in eo ipso proprium, quiddam est beneuolẽtiæ Saluatoris nostri aduersus nos homines. Siquidẽ homo factus non erubuit propter carnem ex natura istarum rerũ inscium, se ignarum fateri, vt ostenderet se eius rei conscium, vt Deum, sed tamen carnaliter ignorare. Quapropter non dictum est ab eo, ne Filius quidem Dei, ne diuinitas ignorare videretur, sed simpliciter ne Filius: vt Filii hominis ista ignoratio remaneret. Atq; ea de causa, quũ de Angelis loquitur, non addidit altiorem gradum, vt diceret, *neque Spiritus Sanctus*, sed illud obticuit, duplici ratione rei fidem adstruẽs: nam si admittas Spiritum scire, multo magis Verbũ quatenus est verbũ, à quo etiam Spiritus accipit, id nõ incognitum habere admittas. Hic autem quum de spiritu taceat, manifesto prodit se de humano suo ministerio locutũ fuisse has voces (ne Filius quidem,) eaque res argumẽto est, eum humanitus istic loqui, cũ ait, *ne Filius quidem nouit*: æque tamen clare ostendit sese diuinitus omnia scire: quum enim dicit: Filium diẽ illam ignorare, hũc eodem tempore Patrẽ cognoscere affirmat: *Nemo enim*, inquit, *cognoscit Patrem, nisi Filius*: Nemo autem, non, præter Arianos, confiteretur, eum qui Patrem cognoscit multo magis cognoscere vniuersitatem rerum: in qua omnium finis & exitus continetur: quòd si iam definita est dies & hora à Patre, certũ est, eam destinationem definitionemque per filiũ decretã esse, nouitque ille ipse suum ipsius statutum, quum nihil sit omnium, quod nõ per filium & factum & definitũ sit. Quapropter ipse vt conditor vniuersitatis, cognitum habet, qualem, & quantam, & quàm diuturnam, & quousque eam Pater durare velit: & quousque status iste rerum in sua magnitudine & latitudine sese immobiliter sit habiturus. Rursũ, si omnia quæ Patris sunt, Filii sunt: Patris autẽ est cognoscere diem illam, vt in verbis Christi testatum videas: in manifesto est igitur & Filium cognoscere, quum id vt suum & proprium habeat ex Patre. Rursus, si Filius in Patre, & Pater in Filio, nouitque Pater diem & horam: clarum est, & Filium in Patre existentem, cognoscentemque ea quæ in Patre sunt, diem & horam non ignorare. Iam si Filius vera Imago est Patris, nouitque Pater diem & horam, cui dubium, quin istius scientiæ Paternæ Imaginem Filius quoq; possideat? Mirique nihil est, si, quum omnia per Filium creata sint, & in eo omnia consistant, norit ea quæ cõdita sunt, quando aut in singulis priuatim, aut publice in omnib. finis immineat. Cęterum, temeritas Arianorum cum summa absurditate coniuncta, nos ad hanc apologiam descendere coegit:

qui dum adnumerãt Filium Dei Verbũ æternũ rebus creatis, eò assuetudine blasphemandi ducũtur, vt etiam Patrem ipsum, minorem rerum vniuersitate videantur pronũciare. Si enim verum est, eum qui Patrem nouit, non nosse diem & horam, maior ergo (quod abominor) sublimiorque ea cognitio fuerit (quod rabiosi illi non abhorruerint dicere) qua non solum tota rerum natura, sed vel minima eius particula cognoscitur, quam qua Pater intelligitur. Verum, illi ita in Spiritum sanctum blasphemantes, certi sint, se nunquam huius impietatis remissione condonandos esse, prout Dominus locutus est: nos autem Christi amatores qui Christum gerimus, certum habemus, Verbum quatenus est Verbum non quòd ignoraret, ista dixisse, conscius enim erat omnium: sed vt hominis conditionem præ se ferret, in quam istiusmodi generatio competit. Et quia carnem induerat ignorationi obnoxiam, carnaliter locutus est, se nescium esse. Certe, is qui hic dicit, ne Filium quidem id scire, & ignorationem hominum tẽporibus Noe habitam pro exemplo adducit, statim subintulit: *Vigilate igitur, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit:* Et rursus, *Ea hora qua non putatis, Dominus vester veniet: propter vos enim ego factus sum, quales vos estis.* Atque inde est quod dixi neque Filiũ scire. Oportuit enim eum si diuinitus ignorabat, in hanc formã locutum esse: Vigilate igitur, quoniam non noui, & qua hora non expecto. Nunc autem, nequaquam in eum modum locutus est, sed dum ait, vos nescitis, & qua hora non expectatis, satis declarauit, hominum esse ignorare, in quorum gratiam ipse similem hominibus carnem gestans homoque iam factus, hæc verba protulit ne Filium quidem id scire: siquidẽ carne non nouerat, quamuis vt Deus, illam ipsam horam bene cognitam haberet: quin & exemplum de Noe allegatum, Christi perduellium impudẽtiam ostendit: nam & illic non ita locutus est, non noui, sed non nouerant, donec veniret diluuium. Homines quidem non norant, at ille qui illis superinducebat eluuiũ, Pater nouerat & diem & horam, in qua catarractas cæli adaperuit, & abyssos egurgitauit, Noeque dixit: *ingredere tu & filii tui in arcam.* Iam si ignorasset, non denunciasset Noe, *adhuc septem dies & ego immittam inundationem super terram.* Quod si ex similitudine de Noe mutuata, designat diem illam, ac norat tẽpus diluuii, nouerat ergo diẽ sui ipsius aduentus. Et in comparatione de septem virginibus clariùs indicauit, qui nam sint qui ignorarent diem & horam, inquiens: *Vigilate igitur, quia non scitis neque diem neque horam.* Qui paulò ante dixerat, *Nemo nouit, ne Filius quidem:* nunc, nõ inquit, *ego non noui: sed vos non nouistis.* Eadem igitur ratione percontantibus discipulis de fine mundi, recte tum tẽporis hæc verba prolocutus est, neque filium scire, idque carnaliter respectu sui corporis, vt palam fieret, se vt hominem ignorare, quia hominum est, ignoratione laborare. Nam si Verbum est, & ille ipse est qui venturus est, idemque & iudex & sponsus, latere eũ non potest, quando, & qua hora venturus sit, & quo tempore dicturus est:

σωαριθμουῦντες γὰρ τῆς γυναικὸς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν ἀΐδιον λόγον, κατ' ὀλίγον καὶ αὐτὸν τὸν πατέρα, ἐλάττονα τῆς κτίσεως μελετῶσι λέγειν· εἰ γὰρ ὁ τὸν πατέρα γινώσκων οὐκ οἶδε τῇ ἡμέρᾳ καὶ τῇ ὥρᾳ, φοβοῦμαι μὴ μείζων ἔσῃ, ὡς ἂν ἐκεῖνοι μαίνεσθαι εἴποιεν, ἢ περὶ τῆς κτίσεως· μᾶλλον δὲ ἡ περὶ τοῦ ἐλάττονος μέρους τῆς κτίσεως γνῶσις τῆς περὶ τοῦ πατρὸς γνώσεως· ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν οὕτως εἰς τὸ πνεῦμα βλασφημοῦσι, A
ὡς δὲ κατέσχεν μὴ λαμβάνειν παρὰ τῆς ἀσεβείας ταύτης ἄφεσιν ὡς ὁ κύριος εἴρηκεν· οἱ δὲ φιλόχριστοι καὶ χριστοφόροι, γινώσκομεν, ὡς ἀκαίρων ἦν ὁ λόγος ἐστὶν, ἔλεγεν, οὐκ οἶδα, οἶδε γάρ, ἀλλὰ τὸ ἀνθρώπινον δεικνὺς ὅτι τὸ ἀνθρώπων ἐστὶν ἴδιον τὸ ἀγνοεῖν, καὶ σάρκα ἀγνοοῦσαν ἐνεδύσατο· ἐν ᾗ ὢν, σαρκικῶς ἔλεγεν οὐκ οἶδα· τότε γ' οὖν εἰρηκὼς οὐδὲ ὁ υἱὸς οἶδε· καὶ τῶν κατὰ νῶε ἀνθρώπων τὴν ἄγνοιαν ὡραϊσθείς, ὃν τρόπον ἐπῆγαγε, χρηγορεῖτε οὖν, ὅτι οὐκ οἶδατε οὐδὲ ὑμεῖς ποίᾳ ὥρᾳ ὁ κύριος B
ὑμῶν ἔρχεται· καὶ πάλιν, ᾗ οὐ δοκεῖτε ὥρᾳ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται· δι' ὑμᾶς γὰρ κἀγὼ γινόμενος ὡς ὑμεῖς, εἶπον οὐδὲ ὁ υἱὸς· ἔδει δὲ ὅπερ ἐν ἀγνοίᾳ θεϊκῶς, εἰπεῖν χρηγορεῖτε οὖν ὅτι οὐκ οἶδα· καὶ ᾗ οὐ δοκῶ ὥρᾳ· νυνὶ δὲ, τοῦτο μὲν οὐκ εἶπεν· εἰρηκὼς δὲ ὅτι οὐκ οἴδατε ὑμεῖς· καὶ ᾗ οὐ δοκεῖτε, ἔδειξεν ὅτι τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ τὸ ἀγνοεῖν· δι' οὓς C
αὐτὸς τὸ ὁμοίαν αὐτῶν ἔχων σάρκα· καὶ ἄνθρωπος γινόμενος, ἔλεγεν, οὐδὲ ὁ υἱὸς οἶδεν· οὐκ οἶδε γὰρ σαρκὶ· καίπερ ὡς λόγος γινώσκων· καὶ τὸ κατὰ νῶε δὲ ὑπόδειγμα πάλιν ἐλέγχει τὴν ἀναίδειαν τῶν χριστομάχων· καὶ γὰρ κἀκεῖ, οὐκ εἶπεν οὐκ ἔγνων· ἀλλ' οὐκ ἔγνωσαν ἕως ἦλθεν ὁ κατακλυσμὸς· οἱ μὲν γὰρ ἄνθρωποι, οὐκ ἐγίνωσκον· ὁ δὲ τὸν κατακλυσμὸν ἐπάγων· αὐτὸς δὲ ὧν ὁ σωτὴρ, ἐγίνωσκεν τῇ ἡμέρᾳ καὶ τῇ ὥρᾳ, ἐν ᾗ καὶ τοὺς καταῤῥάκτας ὠῴγει τοῦ οὐρανοῦ καὶ τὰς ἀβύσσους ἐῤῥήγνυε· καὶ τῷ D
νῶε εἴρηκεν, εἴσελθε σὺ καὶ οἱ υἱοί σου εἰς τὴν κιβωτὸν· εἰ γὰρ ὢν ἀγνοῶν, οὐκ ἂν προσέλεγε τῷ νῶε. Ἔτι γὰρ ἡμερῶν ἑπτὰ, ἐγὼ ἐπάγω ὑετὸν ἔτι τὴν γῆν· εἰ δὲ ὁ κύριος τῆς εἰκόνος τῆς κατὰ νῶε σημαίνει· ὅτι ἤδει τὴν ἡμέραν τοῦ κατακλυσμοῦ, οἶδεν ἄρα καὶ τὴν κατὰ τὰς παρθένους δὲ ὁμοίωσιν εἰρηκὼς, φανερώτερον πάλιν ἔδειξε, τίνες εἰσὶν οἱ ἀγνοοῦντες τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν· λέγων, χρηγορεῖτε οὖν ὅτι οὐκ οἴδατε τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν· οὕτως ἄρα E
πωθανομένων τῶν μαθητῶν περὶ τέλους, καλῶς εἶπε τότε, οὐδὲ ὁ υἱὸς, ἀπὸ τοῦ σώματος· ἵνα δείξῃ ὅτι ὡς ἄνθρωπος, οὐκ οἶδεν· ἀνθρώπων γὰρ ἴδιον, τὸ ἀγνοεῖν· ἡ μέν τοι λόγος ἐστὶ· καὶ αὐτός ἐστιν ὁ ἐρχόμενος· καὶ αὐτὸς κριτὴς· καὶ αὐτὸς νυμφίος, οἶδε ποτὲ καὶ ποίᾳ ὥρᾳ ἔρχεται· καὶ ποτὲ μέλλει λέγειν,

ἔγειραι

Excitare

ἔγειραι ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ χριστός· ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπος γινόμενος μετὰ ἀνθρώπων πάντα, καὶ ὑπέχει, ἕτως μετὰ μὲν ἀνθρώπων, ὡς ἄνθρωπος οὐκ οἶδε, θεϊκῶς δὲ ὢν ἐν τῷ πατρὶ, ὡς λόγος καὶ σοφία, οἶδε· καὶ οὐδέν ἐστιν ὃ ἀγνοεῖ· ἕτως καὶ ὧδε Λαζάρου πάλιν ἀνθρωπίνως πυνθάνεται· ὁ ἀπελθὼν ἐγεῖραι αὐτόν· καὶ εἰδὼς πόθεν ἀνακαλέσεται τὸν Λαζάρου ψυχήν· μεῖζον δὲ τὸ εἰδέναι πῦ ἡ ψυχὴ, πῦ εἰδέναι πᾶ ἔκειτο σῶμα· ἀλλ' ἀνθρωπίνως ἐπερωτᾷ, ἵνα θεϊκῶς ἀνεγείρῃ· ἕτω καὶ τῶν μαθητῶν πυνθάνεται ἐλθὼν εἰς τὰ μέρη καισαρείας, καίπερ εἰδὼς καὶ πρὶν ἀποκαλυφθῆναι τὸν πέτρον· εἰ γὰρ ὁ πατὴρ ἀπεκάλυψε πέτρῳ· ὡδὶ ὢν ὁ κύριος ἐπυνθάνετο, δῆλόν ἐστιν ὅτι Λαζάρου ἡ ἀποκάλυψις· οὐδεὶς γὰρ οἶδε τὸν υἱὸν εἰ μὴ ὁ πατὴρ· καὶ τὸν πατέρα εἰ μὴ ὁ υἱός· καὶ ᾧ ἐὰν θέλῃ ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι· εἰ δὲ δι' υἱοῦ ἥτε τοῦ πατρὸς ἡ τοῦ υἱοῦ γνῶσις ἀποκαλύπτει, οὐκ ἀμφίβολον ὡς αὐτὸς ὁ πυνθανόμενος κύριος πρότερον ἀποκαλύψας τῷ πέτρῳ τὰ τοῦ πατρὸς· ὕστερον ἀνθρωπίνως ἐπυνθάνετο· ἵνα καὶ τοῦτο δείξῃ ὅτι σαρκικῶς πυνθανόμενος, ἤδει θεϊκῶς ἃ μέλλει λέγειν ὁ πέτρος· οἶδεν ἄρα ὁ υἱὸς γινώσκων τὸν ἑαυτοῦ πατέρα· ἧς γνώσεως, ἅτε μείζον, οὔτε πλειότερον ἄν τι γένοιτο· ἱκανὰ μὲν οὖν ταῦτα πρὸς ἔλεγχον αὐτῶν· ἐβουλόμην δὲ αὖ ἐρωτῆσαι· ἵνα καὶ ἕτω μᾶλλον ἐχθροὶ τῆς ἀληθείας δειχθήσονται καὶ χριστομάχοι· ὁ ἀπόστολος ἐν τῇ δευτέρᾳ πρὸς κορινθίους ἐπιστολῇ γράφων, φησὶν, οἶδα ἄνθρωπον ἐν χριστῷ πρὸ ἐτῶν δεκατεσσάρων εἴτε ἐν σώματι, οὐκ οἶδα· εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος οὐκ οἶδα· ὁ θεὸς οἶδε· τί γέγονε φασὶ· οἶδεν ὁ ἀπόστολος ὃ πέπονθεν ἐν τῇ ὀπτασίᾳ καὶ λέγῃ οὐκ οἶδα, ἢ οὐκ οἶδεν· εἰ μὲν οὖν οὐκ οἶδεν· σκοπεῖτε, μὴ μανθάνοντες πίπτητε, πείσητε καὶ εἰς τὴν φρυγῶν ἀφροσύνην τῶν λεγόντων μὴ εἰδέναι τοὺς προφήτας· μὴ δὲ τοὺς ἄλλους τοὺς διακονήσαντας τὸν λόγον· μήτε ἀποδοσι· μή τι δεῖ τίνων ἀπαγορεύουσιν· εἰ δὲ οἶδε λέγων οὐκ οἶδα· εἶχε γὰρ ἐν αὐτῷ τὸν χριστὸν τὰ ἀποκαλύπτοντα αὐτῷ τὰ πάντα, πῶς οὐκ ἀληθῶς ἐξεραμμένη τῶν χριστομάχων, καὶ αὐτοκαλάκριτός ἐστιν αὐτῶν ἡ καρδία, τὸν μὲν ἀπόστολον λέγοντα οὐκ οἶδα, λέγουσιν εἰδέναι· τὸν δὲ κύριον λέγοντα οὐκ οἶδα λέγουσι μὴ εἰδέναι; εἰ γὰρ ἐπὶ χριστοῦ ἐν αὐτῷ· οἶδεν ὁ πᾶς ὅπερ λέγει οὐκ οἶδα, πῶς ἀχὶ μᾶλλον αὐτὸ ὁ χριστὸς οἶδε, κἂν λέγῃ οὐκ οἶδα· ὁ μὲν οὖν ἀπόστολος ἀποκαλύπτοντος αὐτῷ τοῦ υἱοῦ, οἶδεν ὃ πέπονθεν· διὰ τοῦτο γάρ φησιν· οἶδα ἄνθρωπον ἐν χριστῷ· εἰδὼς ἦ τὸ ἄνθρωπον, οἶδε καὶ πῶς ὁ ἄνθρωπος ἁρπάγη· ὁ γοῦν ἐλισσαῖος βλέπων τὴν ἡλίαν, οἶδε δὲ πῶς ἀνελήφθη· ἀλλὰ καίπερ γινώσκων, ὅμως τῶν υἱῶν τῶν προφητῶν νομιζόντων τὸν ἡλίαν εἰς ἕν τῶν ὀρέων ἐμπεπτωκέναι· ἀπορίφθαι· αὐτὸς μὲν τῇ ἀρχῇ γινώσκων ὃ ἐώρακεν, ἔπειθε τοὺς ἄνδρας· βια-

Excitare qui dormis & resurge ex mortuis, & illustrabit te Christus. Nam sicuti vt homo cum hominibus esurit, & sitit, & patitur, ita cum hominibus, vt homo, non nouit. Cæterum, quatenus in Patre diuinitus existit, vt Verbum & Sapientia; eatenus certe eum non subterfugit, nec est quippiam omnium, quod illi in occulto sit: ita vicissim humanitus de Lazaro quærit, quo cum accessisset, eũ excitat, non ignorum habens, vnde & ex quibus locis eius animam reuocari oporteret. Maius certe grauiusque scire, vbi anima erat, quam vbi corpus situm esset, sed humanitus percõtatur, vt diuinitus excitaret: ita quoque à discipulis, vbi in partes Cæsareæ progressus esset, percontatur, quamuis id sciret, priusquam à Petro responderetur. Si enim Pater reuelauit Petro de quibus Dominus percontabatur, res manifestaria est per ipsum Dominum hanc reuelationem Petro contigisse: siquidem ipse dicit, *Nemo nouit Filium, nisi Pater: vel Patrem, nisi Filius, & cuicunque Filius reuelauerit.* Iam, si per Filium, Patris Filiique cognitio reuelatur, in ambiguo non est, quin ipse Dominus, qui percontatur, cum prius reuelasset Petro, ea quæ ex Patre cognouerat, postea humanitus ista interroget, vt & illud ostẽderet, quòd quæ carnaliter sciscitabatur, ea quum Petrus dicturus esset, diuinitus cognosceret. Nouerat igitur istud Filius, qui nouit omnia, & Patrem suum cognitum habet: qua cognitione nec maius, nec perfectius quicquam fuerit. Hæc quidem sufficiũt ad eorum refutationem: mihi tamen libido est, vicissim interrogare, quò veritatis hostes, Christique perduelles magis appareant. Apostolus in secunda ad Corinthios epistola in hunc modum scribit, *Noui hominem in Christo ante annos quatuordecim, siue in corpore, nescio, siue extra corpus, nescio: Deus autem scit.* Quid igitur dicitis? nescitne Apostolus, quid sibi acciderat in visione? quantumcunque dicat se nescisse: quòd si illum affirmetis nescisse, videte ne qui non assueti estis cadere, in Phrygum iniquitatem decidatis, qui asseuerant nescisse Prophetas, Verbique ministros, quid facerẽt, aut de quibus renunciarent. Contrà, si pronuncietis Apostolum dicentem se nescisse, nulla isthic ignorãtia laborasse, quum haberet in se Christum sibi omnia reuelãtem, qui (quæso) non fueritis peruersissimo & reprobissimo animo quum asseueretis Apostolum dicentem se ignorare, scire: & Dominum itidem dicentem se ignorare, nescire? Nam si ideo quia Filius Dei in Paulo erat, nouerat Paulus, quæ dicit se ignorare: quur non multo magis ipse Christus norit, quantumcunque dicat sese ignorare? Apostolus igitur reuelante Domino norat, quid sibi acciderat: nam ideo locutus est, *Noui hominem in Christo*, & quum nouisset hominem, nouerat quomodo ille raptus esset. Certe Helizæus nouerat quomodo Elias assumptus esset, verum quamuis rem certam haberet, tamen discipulis Prophetarum existimantibus Eliam in aliquem montium abiectum esse, principio quidem conscius eorum, quæ viderat, operam dabat, vt persuaderet id quod res esset

sed:

sed vbi illi actius instarent, silentium tenuit, siuitque eos ad inuestigationem digredi. Quid igitur? an quia tacuit, rem incognitam habebat? minime gentium, sed tamen quasi ignarus id illis concessit, vt ita negocii fide percepta & rebus exploratis, nihil vlterius ambigerēt de Eliæ assumptione. Igitur multo magis Paulus, qui ipse raptus fuit, nouerat quomodo raptus fuerit: siquidem & Elias idem cognitum habebat: à quo, si interrogatus fuisset, dixisset forsitan qua ratione assumptus esset: sed tamen se nō nouisse, Paulus dicit, duabus, vt ego existimo, de causis: quarum alteram ipse elocutus est, ne propter excellus reuelationum alium quis eum arbitraretur præ eo quem videbat: altera deinde causa, ne, quum Saluator se nescire dicat, si ipse se scire fateretur, seruus supra Dominum suum & discipulus supra Magistrum esse videretur. Igitur qui Paulo dederat, vt sciret, multo magis ipse scientia instructus fuit. Nam cum diceret ea quæ diem illam præcedebant, nouerat vtique quando dies illa & hora ventura esset: eius tamen rei quum conscius esset, inquit: ne filius quidem nouit. Qua gratia igitur dixit per id tempus se nescire, quod ipse, vt Dominus in sua potestate & cognitione habebat? Ego rem peruestigans, quatenus per coniecturam licet, existimo nostræ vtilitatis causa id ab illo factum esse, sed vtinam præbeat ille nostræ intentioni intellectum veritatis: pro mea ergo opinione, vtrobique Seruator id quod nobis vtile erat, procurauit: quippe, qui omnia quæ finē antecederent, præindicarit, ne, vt ipse quoque verbis suis præmonuit, ad prodigia illa obstupescerēmus, aut turbati percelleremur, sed ex illis finem qui subsequeretur, expectaremus. De die vero & hora, quum diuinitus omnia sciret, carnaliter tamē ob carnem ignorationi obnoxiam, dixit, se eius rei ignarum esse, ne percōtantes discipulos, si nulla responsione dignati essent, molestia afficeret, aut reddito responso, contra illorum nostrorumque omnium vtilitatem id faceret. Illud plane pro nobis est, quòd propter nos caro factus, dixerit, ne Filium quidem id scire. Nec enim in eius verbis falsi quicquam fuerat, pro hominis enim ratione loquebatur, *Non noui*: neque reliquit discipulis occasionem, qua se ad dicendum premerent. Eo enim quòd dicebat se ignorare, refrenauit illorū curiositates. Certe in Actis Apostolorum scriptum habetur, quando vehebatur ab Angelis, hominum more adscendens efferensque in cælum quam gestabat carnem quo tempore discipuli hoc intuentes, rursum percontabantur quando finis futura esset, & quando eius aduentus expectandus, diserte illis & expresse locutus est: *non est vestrum cognoscere tempora & rerum agendarum articulos, quos Pater collocatos habet in sua potestate*, neque per id tempus dixit, ne Filium quidem scire, quemadmodum antea humanitus dixerat, *sed non est vestrum scire*: iam enim quum caro illius resurrexerat, deposueratque mortalitatem, ac Deificata esset, non decuit eum carnaliter respondere, vtpote iam in cælum ascendentem, sed

διαζομένων δὲ ἐκείνων, σεσιώπηκε καὶ σωιεχώρησεν
ὁ μὲν γὰρ πατὴρ ἀποκαλύπτων ἀπ' ἀρχῆς τὸν ἑαυτοῦ λόγον, ἐδείκνυεν, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός· καὶ Δαβὶδ μὲν τοῦτο δαβὶδ ἔλεγεν, ἐξηρεύσατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν· τῷ δὲ ἰωάννῃ ἁπάντων ἐνετείλατο, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος· καὶ ὁ δαβὶδ δὲ ψάλλων, φησίν· ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς· ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς· ὅπου ὁ ἀπόστολος γράφει· ὃς ἐστὶν ἀπαύγασμα τῆς δόξης· καὶ πάλιν, ὃς ἐστὶν εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου· πανταχοῦ τὸ εἶναι τοῦ λόγου πάντες καὶ ἀπὸ παντὸς ἐκ βουλήσεως αὐτὸν, οὐ δὲ ὅλως πεποιῆσθαι λέγουσιν· αὐτοὶ δὲ, πῶς ἄρα βούλησιν ἢ θέλησιν προηγουμένην εὗρον τοῦ λόγου τοῦ θεοῦ, εἰ μὴ ἄρα τὰς γραφὰς ἀφέντες, συγκεκλόνται καὶ τοῦτο βαλεντίνου κακόνοιαν; πτολεμαῖος γὰρ ὁ βαλεντίνου, ἔφη· δύο ζυγὸς ἔχειν τινα γλώσσαν, ἔννοιαν καὶ θέλησιν. καὶ πρῶτον ἐνενόησεν, εἶτα ἠθέλησε· καὶ ἅπερ ἐνενόει, οὐκ ἠδύνατο προβαλεῖν, εἰ μὴ ὅτι καὶ ἡ τοῦ θελήματος δυνάμις ἐγένετο. ὅθεν οἱ βρεταννοὶ μαθόντες, θέλημα καὶ βούλησιν προηγεῖσθαι θέλοντος τοῦ λόγου. ἐκεῖνοι μὲν οὖν, τὰ βαλεντίνου ζηλοῦτωσαν· ἡμεῖς δὲ ἐντυγχάνοντες τοῖς θείοις λόγοις, ὅπερ μὲν τοῦ υἱοῦ, τοῦτο εὑρομεν· καὶ αὐτὸν μονογενῆ ἠκούσαμεν ἐν τῷ πατρὶ, καὶ εἰκόνα τοῦ πατρὸς· ὅπερ ἦν μόνων τῶν γνωστῶν, ἐπεὶ καὶ τῇ φύσει οὐκ ἦν ποτε πότε, ἀλλ' ὅπερ γέγονε, προηγουμένου βούλησιν καὶ θέλησιν αἰεὶ γνωμεν. ὃ μὲν δαβὶδ ψάλλοντος ἐν τῷ ἑκατοστῷ τριακοστῷ δεκάτῳ ψαλμῷ, ὅτως ὁ θεὸς ἡμῶν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ ὅσα ἠθέλησεν ἐποίησε· ἐν δὲ τῷ ἑκατοστῷ δεκάτῳ, μεγάλα τὰ ἔργα κυρίου· ἐξεζητημένα εἰς πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ· καὶ πάλιν ἐν τῷ ἑκατοστῷ τριακοστῷ πέμπτῳ, πάντα ὅσα ἠθέλησεν ὁ κύριος ἐποίησεν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ, καὶ ἐν τοῖς θαλάσσαις, καὶ ἐν πάσαις ἀβύσσοις· εἰ μὲν οὖν ἔργον ἐστὶ ποίημα καὶ εἰς τῶν πάντων ἐστὶν, λεγέσθω καὶ αὐτὸς βουλήσει γινόμενος· ὅτω γὰρ ἔδειξεν ἡ γραφὴ τὰ ποιήματα γίνεσθαι· καὶ ἀσεβεῖ ὁ συνηγορῶν τῇ αἱρέσεως τούτῳ συνιθέμενος, ὅτως γράφει· εἴτε γὰρ ἀνάξιον δημιουργοῦ, τὸ θέλοντα ποιεῖν, ὅπερ πάντων ὁμοίως αἰτήσθω τὸ θέλειν· ἵνα ἀκέραιον αὐτῷ σώζηται τὸ ἀξίωμα· εἴτε προσῆκον τῷ θεῷ τὸ βούλεσθαι καὶ ὅπερ τῷ πρώτῳ γεννήματος ὑπαρχέτω τὸ κρεῖττον· ἀμφοτέροις γὰρ δὴ δυνατὸν ἑνί τε καὶ τῷ αὐτῷ θεῷ· τὸ θέλειν ὅπερ τῶν πεφυκότων ἁμάρτειν, καὶ τὸ μὴ βούλεσθαι προσῆκεν· πλείω δὲ ὅσα ἀσέβειαν ἐν τοῖς ῥήμασιν αὐτοῦ συνθεὶς ὁ σοφιστὴς· ὅπερ τε τὸ ποίημα καὶ τὸ γέννημα ταὐτόν ἐστι· καὶ εἷς ἐκ πάντων τῶν γεννημάτων ἐστὶν ὁ υἱός· τοσοῦτον συνέκλεισεν ὅπερ τὰ ποιήματα βουλήμασι καὶ θελήμασι προσήκει λέγειν· οὐκοῦν εἰ ἄλλο ἐστὶ τῶν πάντων ὥσπερ οὖν ἐν τοῖς πρὸ τούτων ἐδείχθη· καὶ μᾶλλον τὰ ἔργα δι' αὐτοῦ γέγονε, μὴ λεγέσθω βεβουλῆσθαι ἵνα μὴ καὶ αὐτὸς ὅτως γένηται, ὥσπερ καὶ τὰ δι' αὐτοῦ γινόμενα σώζεται· καὶ γὰρ ὁ μὲν παῦλος οὐκ ὢν πρότερον, ὕστερον ὅμως κατὰ θελήματος θεοῦ ἀπόστολος γέγονεν· ἡ δὲ κλῆσις ἡμῶν· ὡς ποτὲ

Pater enim cælitus suum Verbum reuelans, his vocibus eum notum esse voluit, *Hic est Filius meus dilectus:* per Dauidem quoque locutus est, *Eructauit cor meum Verbum bonum,* per Ioannem item, *In principio erat Verbum* rursusque per Dauidem, *Quoniam apud te fons est vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* Paulus quoque ad istum modum dixit, *Qui est imago inuisibilis Dei,* Omnes denique omnibus in locis Verbum esse, existereque deprædicant, neque ex voluntate aut alia vlla ratione factum esse referunt. Isti vero, vbinam voluntatem priorem Verbo Dei anterioremque inuenerunt? nisi fortasse omissis Scripturis dissimulanter adhibent Valentini errorem? Ptolomæus enim ille discipulus Valentini author est, increatum habere biiugum quiddam, cogitationem videlicet & voluntatem, vt qui primum cogitarit, deinde voluerit, & quæ cogitabat non potuit producere, nisi cum voluntatis efficacia superueniisset, inde mutuati hanc doctrinam Ariani, voluntatem arbitratumque Verbo priorem esse volunt: Illi igitur Valentiniana sectantur: nos autem legentes diuina eloquia de Verbo quidem, quod erat, inuenimus, eumque solum audiuimus in Patre esse, Imaginemque Patris existere. Verum de rebus creatis quæ quia natura aliquando non fuere, sed postmodum superuenerunt, præcessisse voluntatem decretumque animi diuini cognouimus, Dauide in centesimo decimo tertio Psalmo ita loquente, *Deus noster in cælo & in terra, omnia quæ voluit fecit:* & in centesimo decimo: *Magna opera Domini, requisita ad omnia voluntates eius:* & in centesimo trigesimo quarto: *Omnia quæ voluit Dominus, fecit, in cælo & in terra, & in mari, & in omnibus abyssis.* Si igitur opus, aut aliquid quod factum est, aut vnus ex rerum vniuersitate est, age dicatur & ipse voluntate creatus esse: ita enim scriptura ea quæ creata sunt, fieri docuit. Asterius autem aduocatus hæreseos his adstipulatus, ita scripsit: Si indignum indecorumque est rerum opifici, vt volens faciat, vndecunque ex omnibus tollatur eius voluntas, vt ita integrius illi sua dignitas conseruetur: Sin autem congruum est Deo velle, etiam in primo genito recipiatur id, quod melius est. Non enim possibile est vni eidemque Deo in rebus faciendis congruere, vt velit & nolit. Immane est, quantum impietatis suis verbis implicuit hic sophista, cui γέννημα & ποίημα idem, cuique vnus ex cæteris gennematis est Filius, ita rem concludens: par esse scilicet, vt opera siue ποιήματα voluntate placitoque animi dicantur facta. Sed contra, si aliud est diuersumque à cæteris operibus Filius vt in superioribus demonstratum est, & potius opera per ipsum facta sunt, ne dicatur voluntate extitisse, vt non & ipse ita factus habeatur, quemadmodum cætera quæ per ipsum facta sunt. Nam & Paulus, quum antea non esset, postmodum tamen voluntate Dei Apostolus factus est, eodemque modo nostri vocatio,

vt quæ aliquando non erat, postmodum autem superuenerit, antecedentem voluntatem habet: vt ipse Paulus ostendit, qui pro placito voluntatis eius factus est Apostolus. Iam, quod per Mosen dicitur, *fiat lux*, & *producat terra*, & *faciamus hominem*, superius demonstratum est, eas voces voluntatem facientis præ se ferre. Nam quæ aliquando non fuere, sed postmodum aliunde fiunt, in illis, vt fiant, opifex rerum voluntatem faciendi habet: suum autem Verbum ex natura gignens, & non prædeliberat, quum Pater in verbo reliqua omnia, quæ voluntate decernit, & faciat & condat. Quemadmodum Iacobus Apostolus docuit, *volens progenuit nos* (inquiens) *Verbo veritatis*. Ergo de omnibus regeneratis, atque adeo, semel condendo generatis Dei voluntas in verbo consistit, in quo, quæ illi placuere, facit & regenerat, quod ipsum à Paulo Thessalonicensibus scribitur: *Hec est enim voluntas Dei in Christi Iesu erga nos*. Quod si in eo, per quem facit, voluntas ipsius est constituta, & in Christo est voluntas Patris: quomodo potest ipse per voluntatem aut animi destinationem fieri? Si enim ille ipse nostro more voluntate factus est, necessum est, voluntatem de eo conceptam in alio Verbo sedem habuisse, per quod & ipse factus sit: quum demonstratum sit, voluntatem Dei non in creatis consistere, sed in eo, per quem, & in quo fiunt creata. Iam quia idem ex voluntate extitisse, & fuit quando non erat, contenti sint suis istis solennibus verbis, fuit quando non erat, vt pudore confusi, quoniam iis verbis tempora significantur, cognoscant se quum de voluntate mentionem faciunt, tempora, quæ filium anteceſſerint, constituere. Nam in illis, quæ ipsa aliquando non fuere, voluntas præcedit, vt in omnibus rebus conditis videas. Iam si Verbum rerum conditor simul est cum Patre, eique semper coexistit, Quæ potest sempiternè existentem, veluti non existentem, antecedere voluntas? nam si prior est voluntas, quomodo per eum omnia? ita enim Filius vnus eorum fuerit, quæ voluntate facta sunt, quemadmodum & nos verbo veritatis facti sumus Filii, nihilque iam inde superest, nisi vt quæramus aliud verbum, per quod & iste cum reliquis omnibus quæ voluit Deus, sit conditus. Si igitur est aliud Verbum Dei, sit hoc Verbum eo Verbo creatum: sin autem aliud non est, vt omnino non est: nam omnia per eum facta sunt, quæ Pater voluit: qui (quæso) non clare videas istorum multicipitem calliditatem? qui quum vereantur illum opus esse dicere, aut factũ quippiam, aut hanc sententiam proferre, non erat Verbum priusquam nasceretur, alias formulas loquendi concipiunt, eum videlicet voluntate extitisse, ac proinde nisi voluntate extiterit, colligi necessario, quod pater nolens, Filium adeptus sit. At à quónam Deo necessitas asscribitur, ô sceleratissimi, qui omnia ad hæresim vestram trahitis? Id enim quod oppositum est voluntati, animaduerterunt: id autem quod maius est altiusque, non conspexerunt.

Vt enim

ὡς ποτὲ καὶ αὐτὴ μὴ οὖσα· νῦν ἡ ἐπιγνωμένη
προηγουμένως ἔχει βούλησιν· καὶ ὡς αὐτὸς
ὁ παῦλος πάλιν φησί, κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ
θελήματος αὐτοῦ γέγονε· τί, τι δὲ μωϋσέως λε-
γόμενον γενηθήτω φῶς· καὶ ἐξαγαγέτω ἡ γῆ· καὶ
ποιήσωμεν ἄνθρωπον, ἡγεῖται, καθὰ ἐν τοῖς ἔμ-
προσθεν εἴρηται, τῆς βουλήσεως τοῦ ποιοῦντος
εἶναι τοῦτο σημαντικόν. τὰ μὲν γὰρ μὴ ὄντα ποιεῖ,
ἀλλ' ἔξωθεν ἐπιγινόμενα, ὁ δημιουργὸς βούλεται
ποιῆσαι· τὸν δὲ ἴδιον λόγον ἐξ αὐτοῦ φύσει γε-
νῶν, οὐ προβουλεύεται· ἐν τούτῳ γὰρ ὁ πατὴρ
τὰ ἄλλα ὅσα βούλεται, ποιεῖ· καὶ δημιουργεῖ ἐν
τούτῳ. καθὼς καὶ ἰάκωβος ὁ ἀπόστολος δι-
δάσκων ἔλεγε· βουληθεὶς ἀπεκύησεν ἡμᾶς λόγῳ
ἀληθείας· οὐκοῦν ἡ περὶ πάντων τῶν τε ἀνα-
γινωμένων καὶ τῶν ἅπαξ γινομένων, τοῦ θεοῦ
βούλησις ἐν τῷ λόγῳ ἐστὶν, ἐν ᾧ καὶ τὰ δόξαντα
ποιεῖ καὶ ἀναγινᾷ· καὶ τοῦτο πάλιν ὁ ἀπόστολος
σημαίνει γράφων εἰς θεσσαλονίκεις· τοῦτο γὰρ θέ-
λημα θεοῦ ἐν χριστῷ ἰησοῦ εἰς ὑμᾶς· εἰ δὲ ἐν ᾧ ποιεῖ
ἐν αὐτῷ καὶ ἡ βούλησις ἐστὶν, ἐν χριστῷ ἐστὶ τὸ θέλη-
μα τοῦ πατρὸς, πῶς δυνάται καὶ αὐτὸς ἐν θελήσει
καὶ βουλήματι γενέσθαι; εἰ γὰρ αὐτὸς ἐν βουλήμα-
τι καθ' ὑμᾶς γέγονεν, ἀνάγκη καὶ τὴν περὶ αὐτοῦ
βούλησιν ἐν ἑτέρῳ τινὶ λόγῳ σωίζεσθαι, δι' οὗ καὶ
αὐτὸς γίγνεται· δέδεικται γὰρ ἡ τοῦ θεοῦ βούλησις·
οὐκ ἐν τοῖς γιγνομένοις ὅσα, ἀλλ' ἐν τῷ, δι' οὗ καὶ
ἐν ᾧ γίγνεται τὰ ποιήματα πάντα· ἔπεται ἐπειδὴ
πάντ' ἔνεστιν εἰπεῖν βουλήσει· καὶ ἵνα ποτε ὅτε οὐκ
ἦν, ἀρκείσθωσαν τῷ λέγειν, ἦν ποτε ὅτε οὐκ
ἦν· ἵνα αἰσχυνόμενοι διὰ τὸ ἐκ τοῦ χρόνου ση-
μαίνεσθαι, γνῶσιν· ὅτι βουλήσει λέγοντες, χρό-
νους πρὸ υἱοῦ σημαίνουσιν· τῶν γάρ ποτε μὴ ὄντων,
προηγεῖται τὸ βούλεσθαι ὡς ἐπὶ πάντων τῶν κτι-
σμάτων· εἰ δὲ ὁ λόγος τῶν μὲν κτισμάτων ἐστὶ
δημιουργός· αὐτὸς δὲ σωυπάρχει τῷ πατρὶ, πῶς
διώλαβε τὸ ἀϊδίως ὄντος, ὡς μὴ ὄντος προηγεῖ-
σθαι τὸ βούλεσθαι; εἰ γὰρ προηγεῖται βουλή,
πῶς δι' αὐτοῦ τὰ πάντα; μᾶλλον γὰρ εἷς τῶν ἁ-
πάντων ἐστὶ βουλήσει καὶ αὐτὸς δοκιμηθεὶς ὁ υἱὸς,
ὥσπερ καὶ ἡμεῖς λόγῳ ἀληθείας γεγόναμεν υἱοί· εἰ
λοιπὸν ἡμᾶς ἀνάγκη ζητεῖν, ὥσπερ εἴρηται, ἄλλον
λόγον δι' ὃν καὶ ὅτε γέγονε, καὶ ἀπεκυήθη μετὰ πάν-
των ὧν ἠθέλησεν ὁ θεός· εἰ μὲν οὖν ἔστιν ἕτερος τοῦ
θεοῦ λόγος, ἕτερος καὶ ὅτε λόγῳ γεγονὼς· εἰ δὲ μὴ
ἔστιν ἄλλος, οὐκέτι γὰρ, ἀλλὰ πάντα δι' αὐτοῦ γέ-
γονεν, ἅπερ ὁ πατὴρ βεβούληται, πῶς οὐ δείκνυ-
ται τούτων ἡ πολυκέφαλος παιδεία; ὅτι κα-
ταισχυνθέντες ἐπὶ τῷ λέγειν ποίημα καὶ κτίσμα,
καὶ οὐκ ἦν πρὶν γένηται ὁ τοῦ θεοῦ λόγος· ἄλλως πάλιν
κτίσμα λέγουσιν αὐτὸν εἶναι, βούλησιν προβαλλό-
μενοι καὶ λέγοντες, εἰ μὴ βουλήσει γέγονεν· οὐκοῦν
ἀνάγκη καὶ μὴ θέλων, ἔχειν ὁ θεὸς υἱόν· καὶ τίς ὁ
τὴν ἀνάγκην ἐπιβαλὼν αὐτῷ; πονηρότατοι καὶ
πάντα πρὸς τὴν αἵρεσιν ἑαυτῶν ἐλκύοντες· τὸ μὲν
γὰρ ἀντικείμενον τῇ βουλήσει, εὑρήκασι· τὸ
δὲ μεῖζον καὶ ὑπερκείμενον, οὐ πεθεωρήκασιν·

ὅπερ

ὥσπερ γὰρ αὐτικεῖται τῇ βουλήσει τὸ παρὰ γνώμην, ἕτως ὑπέρκειται καὶ προηγεῖται τῆς βουλήσεως, τὸ κατὰ φύσιν· οἰκίας γὰρ οὐ τις βουλόμενος καταskεύαζει· υἱὸν δὲ γεννᾷ κατὰ φύσιν· καὶ τὸ μὲν βουλήσει καταskευαζόμενον, ἤρξατο γίνεσθαι· ὃ δὲ ἐξ ωὐσίας ἐστὶ τοιοῦτος· ὁ δὲ υἱὸς, ἴδιον ἐστι τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς γέννημα· καὶ οὐκ ἔστιν ἔξωθεν αὐτοῦ· διὸ οὐ βουλεύεται περὶ αὐτοῦ, ἵνα μηδὲ περὶ ἑαυτοῦ δοκῇ βουλεύεσθαι. ὅσῳ οὖν τῆς κτίσματος ὁ υἱὸς ὑπέρκειται, τοσούτῳ καὶ τῆς βουλήσεως τὸ κατὰ φύσιν· καὶ ἔδει αὐτοὺς ἀκόντως ὑπὸ βουλήσει λογίζεσθαι τὸ κατὰ φύσιν· οἱ δὲ παραπλανώμενοι ὅτι περὶ μὲν ἀκόσμους, τολμῶσιν ἀνθρωπίνας ἀντιθέσεις λέγειν ὅτι θεῷ ἀνάγκη καὶ παρὰ γνώμην, ἵνα τὸ εἶναι υἱὸν ἀληθινὸν χρήσωνται τῷ θεῷ· ἐπεὶ ἐπάτησαν ἡμῖν αὐτοὶ τὸ ἀγαθὸν εἶναι καὶ οἰκτίρμονα τὸν θεὸν, ἐκ βουλήσεως περίεστιν αὐτῷ, ἢ ὄ; εἰ μὲν ἦν ἐκ βουλήσεως, σκοπεῖν δεῖ, ὅτι ἤρξατο μὲν εἶναι ἀγαθὸς· καὶ τὸ μὴ εἶναι ἦν αὐτὸν ἀγαθὸν, ἐνδεχομένου ἐστί· τὸ γὰρ βούλεσθαι καὶ προαιρεῖσθαι εἰς ἑκάτερα τὸν ῥοπὴν ἔχει· καὶ λογικῆς φύσεώς ἐστι τὸ πάθος τοῦτο· εἰ δὲ διὰ τὸ ἐκ τούτων ἄτοπον, οὐκ ἐκ βουλήσεως οἰκτίρμων καὶ ἀγαθός ἐστιν, ἀκουσάτωσαν ἅπερ εἰρήκασιν αὐτοί· οὐκοῦν ἀνάγκη καὶ μὴ θέλων ἀγαθός ἐστι· καὶ τίς ὁ τῷ ἀνάγκην ἐπιβαλὼν αὐτῷ· εἰ ἦν ἄλογον ἐστι λέγειν ὅτι θεοῦ ἀνάγκη· καὶ διατοῦτο φύσει ἀγαθός ἐστιν, εἴη ἂν πολλῷ μᾶλλον καὶ ἀληθέστερον τοῦ υἱοῦ φύσει, καὶ οὐκ ἐκ βουλήσεως πατήρ· εἰ πάτησαν δὲ ἡμῖν, καὶ τοῦτο πάλιν· πρὸς γὰρ τὴν αἱρετικὴν αὐτῶν ἐρώτησιν αὐτοῖς ἐπάγειν ἔτι βούλομαι· τολμηροτέραν μὲν, βλέπουσαν δὲ ὅμως εἰς εὐσέβειαν· ἱλάσθητι δέσποτα· ὁ πατὴρ αὐτὸς βουλευσάμενος πρότερον, εἶτα θελήσας οὕτως ὑπάρχειν, ἢ καὶ πρὸ τοῦ βουλεύσασθαι; χρὴ γὰρ καὶ περὶ τοῦ λόγου τοιαῦτα τολμῶντας αὐτοὺς, τοιαῦτα καὶ ἀκούειν, ἵνα γνῶσιν ὅτι ἡ τοιαύτη αὐτῶν προπετεία, καὶ εἰς αὐτὸν τὸν πατέρα φθάνει· ἐὰν μὲν οὖν εἴπωσιν ἅπαξ βουλευσάμενοι περὶ βουλήσεως· ὅτι καὶ αὐτὸς ἐκ βουλήσεως, τί ἦν πρὸ τοῦ βουλεύσασθαι; ἢ τί πλέον ἔσχεν, ὡς ὑμεῖς λέγετε, μετὰ τὸ βουλεύσασθαι; εἰ δὲ ἄτοπον καὶ ἀσύστατός ἐστιν ἡ τοιαύτη ἐρώτησις· καὶ οὐ χρὴ ὅλως τοιαῦτα λέγειν, ἀρκεῖ γὰρ καὶ μόνον ἀκούσαντας ἡμᾶς περὶ θεοῦ εἰδέναι καὶ νοεῖν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ὤν· πῶς οὖν οὐκ ἄλογον ἂν εἴη καὶ περὶ τοῦ λόγου τοῦ θεοῦ τοιαῦτα ἐνθυμεῖσθαι, καὶ βούλησιν καὶ θέλησιν προβάλλεσθαι; ἀρκεῖ γὰρ καὶ μόνον ἀκούοντας ἡμᾶς καὶ περὶ τοῦ λόγου εἰδέναι καὶ νοεῖν, ὅτι ὁ μὴ ἐκ βουλήσεως ὑπάρχων θεὸς οὐ βουλήσει, ἀλλὰ φύσει τὸν ἴδιον ἔχει λόγον· πῶς δὲ οὐχ ὑπερβάλλει πᾶσαν μανίαν, τὸ καὶ μόνον ἐνθυμεῖσθαι, ὅτι αὐτὸς ὁ θεὸς βούλεται καὶ σκέπτεται καὶ προαιρεῖται, καὶ θέλειν ἑαυτὸν προτρέπεται, ἵνα μὴ ἄλογος καὶ ἄσοφος ᾖ· ἀλλὰ λόγον καὶ σοφίαν ἔχῃ· περὶ

A

B

C

D

E

Vt enim opponitur voluntati id, quod est præter animi sententiam: ita altius est priusque voluntate, id quod secundum naturam est. Domum enim volens quis ædificat. Filium vero gignit secundum naturam: & quod voluntate conficitur, fieri incepit, & aliunde est quàm ex illo, qui facit: Filius autem proprium Germen substantiæ Patris, non aliunde est, sed à Patre, ideoque de illo non deliberatur, ne & de se ipso deliberare videatur: quanto igitur re condita Filius est altior, tanto etiam voluntate id quod ex natura gignitur, præstantius est. Atqui par erat eos in iis quæ genitura & natura exsistunt, nihil de voluntate cogitare. Illi vero obliti de Filio Dei sese audire non verentur humanas contrarietates Deo superinducere, necessitatem scilicet, & præter animi sententiam, vt inficientur eum esse verbum Filium Dei. Alioquin dicant nobis ipsi, quod bonus est, & misericors Deus ex voluntate ne hoc illi adest, an non? Si ex voluntate, ergo ante oculos patet eum incepisse bonum esse, ac fieri posse vt non sit bonus. Nam deliberare deligereque in vtramque partem momenta sua habet, & ea affectio in naturam rationalem cadit. Quod si propter illa absurda, concedi non debet, vt ex voluntate bonus aut misericors habeatur, audiant ipsi ergo, quorsum illorum ratiocinationes tendant: sequitur enim, vt ex necessitate inituisque bonus sit. At quis est qui illi hanc necessitatem impoluerit? Quod si absurdum est dicere in Deo esse necessitatem, ac propterea illum natura bonum esse, multo magis veriusque Filii sui Pater natura extiterit, & non voluntate. Iam rursum nobis dicant (nam aduersus eorum improbam argutationem ipse aliam superinducere volo, audaciorem quidē, sed tamen quæ ad pietatem spectet, Tu mihi autē Domine propitius sis.) Paterne ipse post deliberationem, ac vbi iam hoc destinato voluisset, talis factus est, qualis nunc est? an etiam antequam deliberaret? necessum est enim, quum talia ausint de verbo constituere, vt has voces audiant, quo cognoscant suam temeritatem etiam ad ipsum Patrem pertingere. Si igitur dixerint, semel recepta ista voluntate, & quam sibi excuti non patiantur, etiam ipsum voluntate extitisse, qui igitur esse potuit antequam voluit? aut quid plus sui habuit ex quo voluit? Quod si istiusmodi argutatio minime consistit, & plane absurda est, nec fas est, vlla ratione talia proferri (satis enim est, si vel semel audiamus cognoscamusque Deum esse, qui est) qui, quæso, non irrationabile fuerit de verbo Dei istiusmodi cogitare, voluntatemque & cupidinem in eius natura constituenda caussificari? Sufficit enim vel solum audientes, de verbo cognoscere intelligereque Deum, qui non voluntate sua factus est, Verbum habere sibi non ex volūtate factum, sed ex natura genitum. An non exuperet omnem insaniam vel solum id in cogitatū admittere, quod Deus velit, consideret, eligat, & se, vt velit, esse instiget & cohortetur, ne irrationalis sit & insipiens: sed vt rationem siue Verbum & Sapientiā habeat,

eam-

eumque de sua essentia cogitationem concipere, velletne esse an non? Iam, quum plurimum abominabilis sit istiusmodi opinio, rite ac pie dici potest, creaturas placito & voluntate creatas esse, filium autem non voluntate conditum esse quemadmodum cæteras creaturas, sed naturaliter Paternæ substantiæ propriam ac legitimam Sobolem esse. Nam cum ipse sit propria patris Ratio, fieri non potuit, vt ante ipsum vlla voluntas ratiocinata sit: quippe, qui ipse si viua voluntas patris, ac potestas, architectusque eorum quæ patri videntur, & placent, quod ipse in Prouerbiis testatum facit, *Mea est (inquiens) voluntas & cautio, mea prudentia est, meumque item robur.* Verum vt ipse est prudentia in qua cælos præparauit expediuitque: ipse item robur & potestas: Christus enim Dei Potentia, nunc nonnihil inflexa mutataque ratione dicendi, mea, inquit, prudentia, & Dei sapientia, & meum robur: ita cum ait, mea voluntas, ipse quoque viua voluntas fuerit: Quemadmodum à propheta didicimus, illum esse magni consilii Angelum & voluntatem patris appellatum. Ita enim necesse est, vt redarguamus eos, qui humana de Deo cogitant. Ergo si opera, voluntate, placitoque emerserunt, vniuersaque rerum natura cupidine, qua cupiit hoc Deus, condita est, cumque Paulus per voluntatem Dei Apostolus sit vocatus, ipsaque vocatio nostri placito voluntateque conciliata sit, omniaque per verbum facta sint: sequitur ergo vt ipse exemptus sit è numero eorum, quæ per voluntatem condita sunt, illumque potius esse viuam sui Patris voluntatem, in qua omnia sunt facta, vt Dauid in gratiis agendis dicit: Tenuisti dextrã meam & in voluntate tua deduxisti me. Qui igitur potest verbum, quum sit voluntas expetitioque Patris voluntate & expetitione, vt cætera fieri, nisi denuo, vt prædixi, insanientes dicant, ipsum vel per se factum esse, vel per alium quempiã? At quis est igitur iste per quem Verbum factũ est? fingant aliud verbum, & Valentiniana æmulantes, aliũ Christũ nominent: Nihil enim de ea re in scripturis: veruntamen si fingant, semper etiã ille Christus per aliquem alium creatus fuerit, atque deinde nobis ita in ratiocinando pergentibus excutiẽdaq; rerũ veritate, deprehendas istã hæresim impiorũ multicipitẽ, & ad multos Deos, & in immanẽ insaniã vergere, in qua cũ creaturã, & ex nihilo cõditũ Filiũ esse volũt, aliter hoc ipsũ significãt sub prætextu volũtatis et placiti, quæ probe in rebus creatis & conditis suũ locũ habent. Quì igitur non impiũ quũ ea quæ sunt rerũ conditarũ, ad opificẽ rerũ cõuertãt? aut qui quæso nõ blasphemãt, qui dicunt voluntatem ante Verbum in patre fuisse? Si enim eum voluntas in Patre præcedit, mentitur filius, quum dicit: Ego in patre. Quod si ipse quoque in patre sit, posterior certe & secundus in patre esse deputabitur. Nec conueniebat illi vt diceret, Ego in patre: quum ante eum voluntas in patre fuisset per quem omnia sunt facta, ipseque propter nos sit conditus. Nam tametsi gloria excellat, nihilo tamen minus vnus quoque eorum est, qui ex voluntate creati sunt. Vt autem superius admonuimus, si res

ωθὲι αὐτὸ γὰρ δοκεῖ σκέπεσθαι· ὁ ωθὲι ἴδιε τῆς οὐσίας ἑαυτὸ βουλόμενο. πολλῆς τοίνυν δυσφημίας οὔσης ἐν τῇ τοιαύτῃ φρονήσει, δίκαιος ἂν λεχθείη· ὅτι τὰ μὲν γίνεσθαι, δόξαι καὶ βουλήσει γέγονεν· ὁ δὲ υἱός, οὐ θελήματός ἐστι τὸ δημιούργημα ὥσπερ γονὸς, καθάπερ ἡ κτίσις, ἀλλὰ φύσει τῆς οὐσίας ἴδιον γέννημα· καὶ γὰρ ἴδι ὢν ὁ λόγο τοῦ πατρὸς, οὐκ ἐᾷ ωθὲ αὐτὸ λογίσασθαί τινα βούλησιν, αὐτὸς ὢν βουλὴ ζῶσα τοῦ πατρὸς, καὶ δύναμις δημιουργὸς, τῶν δοκούντων τῷ πατρὶ· καὶ ταῦτα αὐτὸς ἐν τοῖς παροιμίαις ωθὶ ἑαυτοῦ φησιν· ἐμὴ βουλὴ καὶ ἀσφάλεια· ἐμὴ φρόνησις, ἐμὴ δὲ ἰσχύς· ὡς γὰρ αὐτὸς ὢν ἡ φρόνησις ἐν ᾗ τοὺς οὐρανοὺς ἐποίησε, καὶ αὐτὸς ὢν ἰσχὺς καὶ δύναμις· χριστὸς γὰρ θεοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία· νῦν ωθλαγκλίνων εἶπε· ἐμὴ φρόνησις καὶ ἐμὴ ἰσχύς· οὕτω λέγων, ἐμὴ βουλὴ, αὐτὸς ἂν εἴη ἡ τοῦ πατρὸς ζῶσα βουλὴ· καθὼς καὶ ωθλαγὰ τοῦ ωθοφήτου μεμαθήκαμεν· ὅτι αὐτὸς ὁ τῆς μεγάλης βουλῆς ἄγγελο γίνεται, καὶ θέλημα τοῦ πατρὸς αὐτὸς ὀκλήθη· χρὴ γὰρ ὕστερος διελέγχειν αὐτοὺς, ἀνθρώπινα ωθὲι τοῦ θεοῦ διανοουμένους· οὐκοῦν εἰ τὰ ποιήματα βουλήσει καὶ δόξαι ὑπέστη, καὶ ἡ κτίσις πᾶσα θελήματι γέγονε· πάντα γὰρ διὰ λόγου γέγονεν, ὅπερ ἐστὶν οὕτω τῶν βουλήσει γεγονότων· ὃ μᾶλλον αὐτός ἐστιν ἡ ζῶσα βουλὴ τοῦ πατρὸς, ἐν ᾗ ταῦτα πάντα γέγονεν· ἐν ᾗ ὁ ἁγιο δαβὶδ ἐν χαρισῶν ἔλεγε, ἐν τῷ ἑβδομηκοστῷ δευτέρῳ ψαλμῷ, ὅπερ ἅπτησας τὴν χεῖρα τὴν δεξιάς μου· καὶ ἐν τῇ βουλῇ σου ὡδήγησάς με· ὡς οὖν βουλὴ καὶ θέλημα τοῦ πατρὸς ὑπάρχων ὁ λόγο, δύναται γίνεσθαι καὶ αὐτὸς βουλήματι καὶ θελήσει; ὅπερ εἰ μὴ, καθὰ ωθρόσθεν, μανέντες πάλιν ἔφασαν αὐτὸν δι' ἑαυτὸ γεγονέναι, ἢ δι' ἑτέρου τινός· πῶς οὖν ἐστι δι' οὗ γέγονε; πλασάσθωσαν ἕτερον λόγον· καὶ τὰ ἀλεντίνου ζηλώσαντες, κρεῖττον ἕτερον ὀνομασάτωσαν· ἃ γὰρ γέγραπται· ἀλλὰ κἂν πλάσωσιν, πάντως κἀκεῖνο διάπτωμά γίνεται· καὶ λοιπὸν οὕτως ἐπιλογιζομένων, ἡμῶν καὶ ἀνακρινόντων τὸ ἀληθείαν, δείσκεται τῶν ἀθέων ἡ πολυκέφαλο αἵρεσις· εἰς πολυθεότητα πίπτουσα καὶ ἄμετρον μανίαν, ἐν ᾗ κτίσμα καὶ ἐξ ὀκόντων θέλοντες εἶναι τὸν υἱὸν, ἑτέρως τὰ αὐτὰ σημαίνουσι· βούλησιν καὶ θέλησιν ωθοβαλλόμενοι, ἃ μάλιστα ἐπὶ τῶν γνητῶν καὶ κτιστῶν ταῦτα δίκαιος ἂν γένοιτο. πῶς οὖν οὐκ ἀσεβὲς τὰ τῶν γνητῶν ἐπὶ τὸν δημιουργὸν μεταφέρειν; ἢ πῶς οὐ βλάσφημον λέγειν βούλησιν ωθὸ τοῦ λόγου εἶναι ἐν θεῷ πατρὶ; εἰ γὰρ ωθοηγεῖτο βούλησις ἐν τῷ πατρὶ, ἐκ ἀληθὲς λέγων ὁ υἱός, ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ· ἢ εἰ μὴ αὐτὸς ἐν τῷ πατρί ἐστιν ἀλλὰ δεύτερος νομοθήσε· ᾗ ἐκ ἔφεπε λέγειν αὐτὸ ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ· οὔσης βουλήσεως ωθὸ αὐτοῦ ἐν ᾗ πάντα γέγονε· ὃ αὐτὸς ὑπέστη καθ' ὑμᾶς· κἂν γὰρ τῇ δόξῃ διαφέρῃ, ἀλλ' οὐδὲν ἧττόν ἐστιν εἷς τῶν ἐκ βουλήσεως γινομένων· ὡς δὲ ἐντεῦθεν ἐρήκαμεν·

εἰ οὕτως

ἐστὶν οὕτως ἐστὶν, πῶς ὁ μὲν κύριος, ἢ ὃ δῶλα τυγχάνει; πάντως δὲ κύριος οὕτως, ὅτι τῇ τοῦ πατρὸς κυριότητι ὑπῆρξε· καὶ πάντων ἡ κτίσις δούλη, ἐπεὶ ὅτε τῆς τοῦ πατρὸς ἑνότητος ἐστὶ καὶ οὐκ οὐσά ποτε ὑπῆρχεν· ἔδοξε δὲ αὐτοῖς λέγουσιν βουλήσει τὸν υἱὸν, εἰπεῖν ὅτι καὶ φρονήσει γέγονε· τὸν γὰρ ἡγεμονικὸν φρόνησιν καὶ βουλὴν εἶναι· ὁ γὰρ βουλόμενος πάντως φρονεῖ, τοῦτο καὶ φρονεῖ· καὶ ὁ φρονεῖ, τοῦτο καὶ βούλεται· αὐτὸς οὖν ὁ σωτὴρ· ὡς ἀδελφὰ ταῦτα, σοφίαν ἔμα λέγων· ἐμὴ βουλὴ καὶ ἀσφάλεια, ἐμὴ φρόνησις, ἐμὴ δὲ ἰσχύς· ὡς γὰρ ἰσχὺς καὶ ἀσφάλεια ταυτόν ἐστιν, ἡ αὐτὰ γὰρ δυνάμις ἐστιν, ἕτως ταυτόν ἐστιν εἰπεῖν τὴν φρόνησιν καὶ τὴν βούλησιν εἶναι, ἅπερ ἐστὶν ὁ κύριος· ἀλλ' οἱ ἀσεβεῖς, οὐ θέλουσι μὲν λόγον καὶ βουλὴν ζῶσαν εἶναι τὸν υἱόν· φεύγουσι δὲ τὸν θεὸν, φρόνησιν καὶ βούλησιν καὶ σοφίαν· ὡς ἔξιν συμβαίνουσαν καὶ ἀποσυμβαίνουσαν ἀνθρωπίνως γίνεσθαι μυθολογοῦσι καὶ πάντα κινοῦσι· καὶ τὴν οὐαλεντίνου ἔννοιαν καὶ θέλησιν προβάλλονται· ἵνα μόνον διαζήσωσι τὸν υἱὸν ἀπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ μὴ εἴπωσιν ἴδιον αὐτὸν τοῦ πατρὸς εἶναι λόγον ἀλλὰ κτίσμα, ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἀκουέτωσαν ὡς σίμων ὁ μάγος ἤκουσεν· ἡ ἀσέβεια οὐαλεντίνου σὺν ὑμῖν εἴη εἰς ἀπώλειαν· ἕκαστος δὲ σολομῶνι πειθέσθω μᾶλλον λέγοντι, αὐτὸν εἶναι σοφίαν καὶ φρόνησιν, τὸν λόγον· φησὶ γάρ, ὁ θεὸς τῇ σοφίᾳ ἐθεμελίωσε τὴν γῆν· ἡτοίμασε δὲ οὐρανοὺς ἐν φρονήσει· οὕτως ἐν ψαλμοῖς, τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν· οὕτω, πάντα ὅσα ἐθέλησεν ὁ κύριος ἐποίησε· καὶ ὡς ὁ ἀπόστολος γράφει θεσσαλονικεῦσι· τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, ἐν χριστῷ ἰησοῦ ἐστιν· ὁ ἄρα τοῦ θεοῦ υἱός, αὐτός ἐστιν ὁ λόγος, καὶ ἡ σοφία· αὐτὸς ἡ φρονησις καὶ ἡ ζῶσα βουλὴ· καὶ ἐν αὐτῷ τὸ θέλημα τοῦ πατρός ἐστιν· αὐτὸς ἀλήθεια καὶ φῶς καὶ δυνάμις τοῦ πατρός ἐστιν· εἰ δὲ ἡ βούλησις τοῦ θεοῦ ἡ σοφία ἐστὶ καὶ ἡ φρονησις· ὁ δὲ υἱός ἐστιν ἡ σοφία, ὅρα μὴ ὁ λέγων βουλὴν τὸν υἱὸν, ἴσον λέγῃ τῇ σοφίαν ἐν σοφίᾳ γεγονέναι, καὶ τὸν υἱὸν, ἐν υἱῷ πεποιῆσθαι, καὶ διὰ τοῦ λόγου, τὸν λόγον ἐκτίσθαι· τοῦτο γὰρ τῷ θεῷ μάχεται, καὶ πᾶσι παρ' αὐτῷ γραφαῖς ἐναντίον ἐστί· καὶ γὰρ ὁ ἀπόστολος, οὐ βουλήσεως· ἀλλ' αὐτῆς τῆς οὐσίας τῆς πατρικῆς, ἴδιον ἀπαύγασμα καὶ χαρακτῆρα τὸν υἱὸν κηρύττει· λέγων, ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ· εἰ δὲ ὡς πρόσκειται, οὐ βουλήσεως ἐστιν ἡ πατρικὴ οὐσία καὶ ὑπόστασις, εὔδηλον, ἐκ βουλήσεως ἂν εἴη οἵα γὰρ ἐστὶν, καὶ ἕως ἂν ᾖ ἡ μακαρία ἐκείνη ὑπόστασις, τοιοῦτον καὶ οὕτως εἶναι τὸ ἐξ αὐτῆς ἴδιον γέννημα δεῖ· καὶ αὐτὸς γ' οὖν ὁ πατὴρ, οὐκ εἶπεν οὗτός ἐστι ὁ βουλήσει μου γεγονὼς υἱός· οὐ δὲ ὃν κατ' εὐδοκίαν ἔχω υἱὸν, ἀλλ' ἁπλῶς ὁ υἱός μου, καὶ μᾶλλον ἐν ᾧ εὐδόκησα· δεικνὺς ἐκ τούτων, ὅτι φύσει μὲν, οὗτός ἐστιν υἱός· ἐν αὐτῷ δὲ τῶν ἐμοὶ δοκούντων ἡ βούλησις κεῖται· ἆρα

sit res ita se habet, cur ille Dominus est, & cætera seruua mancipiaque existunt? ipse enim omnium Dominus, eò quod Patris Dominatui coniunctus adunitusque sit. Siquidem omnis creatura ideo famula & ancilla habeatur, quod extra Patris vnitatem consistat, & cum aliquando non esset, esse inceperit. Oportebat certe eos, dum aiunt Filium voluntate extitisse, id quoque adiicere, eum cogitatu factum esse. Idem enim cogitatum, animique sensum & voluntatem arbitror. Quod enim quis vult, hoc omnino sentit & cogitat: & quod sentit, hoc ipsum & vult. Ipse igitur Saluator hæc, vt germana inter se mutuaque ratione coniuncta, recensendo copulauit sub his verbis: *Mea voluntas & cautio, meus sensus siue prudentia, mea fortitudo.* Vt enim fortitudo & tutatio idem cum potẽtia est, eandemque rem significat: ita quoque idem est prudentia & volũtas, quod ipsum est Dominus. Sed impii nõ admittunt Verbum & viuam voluntatem Filium esse, & de Dei sensu & voluntate humano more, quasi quæ nunc adsit, nunc absit, fabulantur: Omniaque commouent, & Valentini excogitationem voluntatemque prætendunt, duntaxat in hoc vt Filium disiungant à Patre, illumque negent Patris sui Verbum esse, sed potius creaturam. Illi igitur audiant, vt Simon Magus audiit, Impietas Valentini sit vobiscum in perditionem. Et quisque potius Salomoni credat, dicenti, ipsum Verbum esse Sapientiam & prudentiam: Ait enim: *Deus Sapientia fundauit terram, & præparauit cælos in prudentia.* Vt autem hic in prudentia, ita & in Psalmis: *Verbo Domini cæli firmati sunt: omnia quæ voluit Dominus fecit.* Et vt Apostolus scribit Thessalonicensibus, *Voluntas Dei in Christo Iesu est* Est ergo Filius Dei ipsum Verbum & sapientia, & prudentia, & viua voluntas, & in eo desiderium Patris, idemque Veritas & Lux, & potentia Patris est. Quod si sapientia & prudentia est voluntas Dei, & Filius est illa ipsa sapientia, sequitur ergo, vt qui dicat, Filium voluntate Patris ad essentiam venisse, tantundem dicere, ac si affirmaret Sapientiam in sapientia factam esse, Filiumque in Filio conditum esse, & Verbum per Verbum procreatum esse. Cæterum illud cum Deo pugnat, illiusque scripturis aduersatur. Siquidem Apostolus non voluntaris, sed ipsius Paternæ sententiæ proprium splendorem & sigillum Filium deprædicat his verbis: *Qui cum esset splendor gloriæ, & forma substantiæ eius.* Quod si igitur, vt prædiximus ex voluntate, Paterna substantia & essentia nõ exsistit, clarum quoque est, neque proprium illud & quod Paternæ essentiæ suum est, ex voluntate ortum habere. Qualiscunque enim fuerit beata illa essentia, talem quoque esse oportet propriam illius Sobolem. Certe, ipse Pater non dixit, iste est filius, voluntate genitus neque quem ex placito, quod ita mihi videretur, obtinui: sed simpliciter, *Hic est Filius meus*: & quod magis, *In quo mihi complacui*: clare demonstrans, hoc genere verborum, istum natura sibi Filium esse, & in eo voluntatem eorum, quæ sibi placerent, repositam esse.

Ergo,

Ergo, cum ex natura & non voluntate Filius ei sit, sequitur iam vt præter voluntatem, patrique inuito ac nolenti Filius sit. Nequaquam id verum est. Siquidem ille à Patre mittitur, & vt ipse loquitur, *Pater diligit filium, & omnia Filio suo ostendit*. Vt enim bonus esse, non ex voluntate incepit, cum tamen non inuitus nolensque bonus sit: nam hoc ipsum quod est, cum voluntate sua est: ita quoque quod Filius ille sit, etsi non ex voluntate principium ductum est, non tamen inuito illi, & præter sententiam Filius extitit. Sicut enim volens cupitorque est suæ essentiæ: ita quoque Filius qui illi ex substantia proprius est, non est illi inuito superductus. Diligatur igitur Filius à Patre, sitque is, quem Pater velit: atque ita velle & non velle in Deo cum pietate constituendum est. Nam & Filius, voluntate qua vult illum Pater, ea & ipse diligit & vult & honorat Patrem: estque vna eademque voluntas illa quæ Patris est in Filio, vt etiam inde spectetur Filius in Patre, & Pater in Filio. Neque quis igitur secundum Valentinum antecedentem voluntatem introducat, néue quis medium seipsum intrudat inter vnicum Patrem, Patrisque vnicum Verbum sub titulo volendi aut consultandi. Insanierit enim, si quis inter Patrem & Filium, voluntatem aut considerationem constituat. Aliud enim est, si dicas eum voluntate esse factum: aliud autem si dicas, quod eum qui iam ex natura est Filius, diligat ac velit. Nam si dicas eum ex voluntate esse factum primum, eum aliquando non fuisse significas: deinde rem vtroque paribus momentis librari & vrgere, adeo vt liceat cogitare de Patre quod posset non velle sibi Filium esse, & de Filio vicissim, quod & is potuisset non esse. Impia ista audacia est, quæ pertingit vsque ad Patris substantiam. Simile enim est ac si dicas, poterat enim Pater non esse bonus, sed quemadmodum bonus semper natura: ita semper genitabilis natura Pater. Cæterum, illud dictum, Pater vult Filium, & Filius Patrem vult, non voluntatem antecedere, & priorem tempore esse significat, sed naturæ qualitatem denunciat: nihil enim nisi ingenuitatem proprietatemque substantiæ hæc verba præ se ferunt. Vt enim de Splendore ac luce dixeris, splendorem in sui ortu non habere priorem se, & tempore præuiam voluntatem, sed esse ipsum fœtum germenque voluntarium lucis, non voluntatis respectu, aut vi, sed natura & veritate: ita quoque de Patre & Filio recte dixeris, Patrem diligere Filium & velle, non tamen vt Filius opus effectumque voluntatis pronuncietur, ne Valentiniana hæresis se immittat in Ecclesiam, sed vt in confesso sit, viuam illum voluntatem & vere naturalem Filium esse, quasi lucis splendorem. Ita enim ille dixit: *Eructauit cor meum verbum bonum*. Filius quoque congruenter locutus est: *Ego in Patre, & Pater in me*: si autem Verbum est in corde, vbi deliberatio? & si Filius est in Patre, vbi voluntas? & si ipse voluntas est, quomodo voluntas in voluntate fuerit? ablurdum id quippe, ne scili-

ἐρῶ οὖν, ἐπεὶ φύσει καὶ μὴ ἐκ βουλήσεώς ἐστιν ὁ υἱός, ἤδη καὶ ἀθέλητός ἐστι τῷ πατρὶ, ἢ μὴ βουλομένου τοῦ πατρός ἐστιν ὁ υἱός; οὐμενοῦν· ἀλλὰ καὶ στελλόμενός ἐστιν ὁ υἱὸς παρὰ τοῦ πατρὸς· καὶ ὡς αὐτὸς φησιν, ὁ πατὴρ φιλεῖ τὸν υἱόν· καὶ πάντα δείκνυσιν αὐτῷ· ὡς γὰρ τὸ εἶναι ἀγαθὸς οὐκ βουλήσεως μὲν ἤρξατο· οὐ μὴν ἀβούλητος ἢ ἀθέλητός ἐστιν ἀγαθός· ὁ γάρ ἐστι, τοῦτο καὶ θελητὸν αὐτῷ ἐστιν· οὕτω καὶ τὸ εἶναι τὸν υἱὸν, εἰ καὶ μὴ ἐκ βουλήσεως ἤρξατο, ἀλλ' οὐκ ἀθέλητον, οὐδὲ παρὰ γνώμην ἐστὶν αὐτῷ· ὥσπερ γὰρ τῆς ἰδίας ὑποστάσεώς ἐστι θελητὴς, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς ἴδιος ὢν τῆς αὐτοῦ οὐσίας, οὐκ ἀθέλητός ἐστιν αὐτῷ· θελέσθω πίνειν καὶ φιλείσθω ὁ υἱὸς παρὰ τοῦ πατρός· καὶ οὕτω τὸ θέλειν καὶ τὸ μὴ βούλεσθαι τὸν θεοῦ τις ἀσεβῶς λογιζέσθω· καὶ γὰρ ὁ υἱὸς, τῇ θελήσει ἢ θέλει παρὰ τοῦ πατρὸς, ταύτῃ καὶ αὐτὸς ἀγαπᾷ· καὶ θέλει καὶ τιμᾷ τὸν πατέρα· καὶ ἔν ἐστι θέλημα τὸ ἐκ πατρὸς ἐν υἱῷ, ὡς καὶ ἐκ τούτου θεωρεῖσθαι τὸν υἱὸν ἐν τῷ πατρὶ, καὶ τὸν πατέρα ἐν τῷ υἱῷ· μὴ μέντοι κατὰ βαλεντῖνον, προηγουμένως βούλησιν ἐπισαγέτω· μὴ δὲ μέσον ἑαυτὸν ὠθείτω τοῦ μόνου πατρὸς, πρὸς τὸ μόνον λόγον, προφάσει τοῦ βούλεσθαι· μαίνοιτο γὰρ ἄν τις μεταξὺ τιθεὶς πατρὸς καὶ υἱοῦ βούλησιν καὶ σκέψιν· καὶ γὰρ ἔτερόν ἐστι λέγειν βουλήσει γέγονεν, ἕτερον δὲ, ὅτι ἴδιον ὄντα φύσει τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἀγαπᾷ καὶ θέλει αὐτόν· τὸ μὲν γὰρ λέγειν, ἐκ βουλήσεως γέγονε πρῶτον μὲν τὸ μὴ εἶναί ποτε τοῦτον σημαίνει· ἔπειτα δὲ, καὶ τὸν ἐπ' ἀμφοτέρωθεν ἔχει, καθάπερ ἔφημεν· ὥστε δυνάσθαι τινὰ νοεῖν, ὅτι ἠδυνάτο καὶ μὴ βέλεσθαι τὸν υἱόν· ὅπερ υἱοῦ σὲ λέγειν ἠδυνάτο καὶ μὴ εἶναι. δυσσεβές ἐστι καὶ φθόνου ἀπὸ τοῦ πατρὸς οὐσίαν τὸ πλήμμελημα· εἴπερ τὸ ἴδιον αὐτῆς λέγοιτο, ἠδυνατεῖ μὴ εἶναι ἀγαθὸς ὁ πατήρ· ἀλλ' ὥσπερ ἀγαθὸς ἀεὶ καὶ τῇ φύσει γεννητικὸς ὁ πατήρ· τὸ δὲ, ὁ πατὴρ θέλει τὸν υἱόν· καὶ ὁ λόγος θέλει τὸν πατέρα, οὐ βούλησιν προηγουμένως δείκνυσιν· ἀλλὰ φύσεως γνησιότητα, καὶ οὐσίας ἰδιότητα, καὶ ὁμοίωσιν γνωρίζει· ὥσπερ ὅπερ τοῦ ἀπαυγάσματος ἄν τις εἴποι ἐκ τοῦ φωτός· ὅτι τὸ ἀπαύγασμα οὐκ ἔχει μὲν βούλησιν προηγουμένως ἐν τῷ φωτὶ· ἔστι δὲ φύσει αὐτοῦ γέννημα θελόμενον παρὰ τοῦ φωτὸς τοῦ γεννήσαντος αὐτό· οὐκ ἐν σκέψει βουλήσεως ἀλλὰ φύσει καὶ ἀληθείᾳ· οὕτω καὶ ὅπερ τοῦ πατρὸς καὶ ὅπερ τοῦ υἱοῦ, ὀρθῶς ἄν τις εἴποι τοῦτο, ὅτι ὁ πατὴρ ἀγαπᾷ καὶ θέλει τὸν υἱόν, καὶ ὁ υἱὸς ἀγαπᾷ καὶ θέλει τὸν πατέρα· οὐκοῦν μὴ λεγέσθω θελήματος δημιούργημα ὁ υἱός· μὴ δὲ τὸ οὐαλεντίνου ἐπεισαγέσθω τῇ ἐκκλησίᾳ ἀλλὰ βουλὴ ζῶσα· καὶ ἀληθῶς φύσει γέννημα, ὡς τοῦ φωτὸς τὸ ἀπαύγασμα· οὕτω γὰρ καὶ ὁ μὲν πατὴρ εἴρηκεν, ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν· ὁ δὲ υἱὸς ἀνθυπέθετο, ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί· εἰ γὰρ λόγος ἐν καρδίᾳ, πῶς ἡ βούλησις; καὶ εἰ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρὶ, πῶς ἡ θέλησις; καὶ εἰ ἡ βούλησις αὐτοῦ, πῶς ἐν βουλήσει ἡ βουλή; ἄτοπον γὰρ· ἵνα

ἵνα μὴ καὶ ἐν λόγῳ ὁ λόγος, καὶ ὁ υἱὸς ἐν υἱῷ, καὶ ἡ σοφία ἐν σοφίᾳ γένηται, καθάπερ πολλάκις εἴρηται· πάντα γάρ ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ πατρός· καὶ οὐδὲν ἐν τῷ πατρὶ πρὸ τοῦ λόγου· ἀλλ' ἐν τῷ λόγῳ, καὶ ἡ βούλησις· διὰ δὲ αὐτοῦ τὰ τοῦ βουλήματος εἰς ἔργον τελειοῦται, ὡς ἐδίδαξαν αἱ θεῖαι γραφαί· εὔχομαι τοὺς ἀσεβεῖς οὕτως εἰς ἀλογίαν πεπτωκότας, καὶ πρὸ βουλήσεως σκεπτομένους νῦν ἐρωτᾶν μηκέτι τὰς τικτούσας αὐτῶν γυναῖκας ἃς ἔτι πρότερον ἠρώτων λέγοντες, εἰ εἶχες υἱὸν πρὶν γένησις· ἀλλὰ τοὺς πατέρας, καὶ εἰπεῖν αὐτοῖς· πότερον βουλόμενοι γίνεσθε πατέρες, ἢ κατὰ φύσιν τοῦ ὑμῶν βουλήσεως, ἢ τῆς ὑμῶν φύσεως καὶ οὐσίας ἐστὶν ὅμοια τὰ τέκνα. ἵνα κἂν πρὸς τῶν γονέων ἐντραπῶσι, πρὸς ὧν τὸ λῆμμα τοῦ γένεσθαι ἀπῄτησαν, καὶ παρ' ὧν ἤλπισαν πίστιν γνῶσιν ἔχειν· ἀποκρίνασθαι γὰρ αὐτοῖς· ἃ γεννῶμεν, οὐ βουλήματος ἡμῶν ἐστιν ὅμοια· οὐ δὲ προβουλευσάμενοι, γινόμεθα γονεῖς· ἀλλὰ τῆς φύσεως. ἴδιόν ἐστι τὸ γεννᾶν· ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς τῶν τέκνων ἐσμὲν εἰκόνες· ἡ τίνων καταγινωσκέτωσαν ἑαυτῶν καὶ παυσάσθωσαν πειρώμενοι γυναικῶν περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, ἢ μανθανέτωσαν καὶ παρ' αὐτῶν, ὅτι οὐ βουλήσει γεννᾶται ὁ υἱός, ἀλλὰ φύσει καὶ ἀληθείᾳ· πρέπων ἦ πύτις καὶ ἁρμόζων ὁ ἐξ ἀνθρώπων ἔλεγχος, ἐπειδὴ καὶ ἀνθρώπινα περὶ τῆς θεότητος διαλογίζονται οἱ κακόφρονες· τί πίνων ἔτι μαίνονται οἱ χελιδονομάχοι· καὶ τοῦτο γὰρ αὐτῶν ὥσπερ οἷμαι καὶ τὰ ἄλλα πεπλήμμελεται καὶ ἠλέγχθη φαντασία· καὶ μυθοπλασία μόνον ὄντα· καὶ διαπτοῦσι φεύγουσι κἂν ὀψέποτε θεωρήσαντες, εἰς ὅσον ἀφροσύνης πεπώκασι κρημνόν, ἀναδύσαι καὶ φεύγειν ἀπὸ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος, νουθετούμενοι παρ' ἡμῶν· φιλάνθρωπος γὰρ ἡ ἀλήθεια κεκράζουσα διαπαντὸς, κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε διὰ τὸ σῶμα, τοῖς ἔργοις πιστεύσατε· ἵνα γνῶτε ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ· καὶ ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· καὶ ὁ ἑωρακώς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα· ἀλλ' ὁ μὲν κύριος, σωφρόνως φιλανθρωπεύεται· καὶ θέλει πάντας ἀνορθοῦσθαι τοὺς καταπραγμένους, ὡς ἡ αἴνεσις λέγει τοῦ Δαβίδ· οἱ δὲ ἀσεβεῖς οὐ θέλοντες ἀκούειν κυριακῆς φωνῆς, οὐ φέροντες ὁρᾶν τὸν χειρὸν ὑπὸ πάντων ὁμολογούμενον θεὸν καὶ θεοῦ υἱὸν, περιέρχονται οἱ ἄθλιοι ὡς κάνθαροι μετὰ τοῦ πατρὸς αὐτῶν τοῦ διαβόλου προφάσεις εἰς ἀσέβειαν ζητοῦντες· ποίας οὖν ἆρα μετὰ ταῦτα πάλιν, ἢ πόθεν εὑρεῖν δυνήσονται, εἰ μὴ ἄρα παρὰ Ἰουδαίων καὶ τοῦ καϊάφα δανείσονται τὰς δυσφημίας, παρὰ Ἑλλήνων δὲ λάβωσι τὴν ἀθεότητα· αἱ γὰρ θεῖαι γραφαί, πύτις ἐκλείσθησαν· καὶ πανταχόθεν, ἐξ αὐτῶν ἠλέγχθησαν ἄφρονες καὶ χελιδονομάχοι.

ne scilicet etiam Verbum in Verbo, & Filius in Filio, & Sapientia in Sapientia dicatur facta esse: quemadmodum sæpius iam diximus: Omnia enim est Filius Patris, & nihil in Patre ante Verbum, sed in Verbo siue Ratione voluntas, & per Rationem ea quæ sunt voluntatis opere consummantur, quemadmodum docuerunt sacræ scripturæ. Vellem ego quidem impios in hanc absurditatem delapsos, & de voluntate disceptantes, non quidem ex suis vxoribus grauidis quærere, quas ita interrogare solebãt, an habetes Filium, antequam gigneres? sed à Patribus quærere, Volendo ne Patres facti sunt, an secũdum naturam suæ voluntatis? & an liberi ipsorum ipsis natura & substantia similes sint, vt saltem à parentibus in confusionem dẽtur, à quibus responsum de voluntate in gignẽdo postularunt, ea spe vt inde aliquid probationis rebus suis adiungerent. Respõdebitur enim illis à parentibus: Quos genuimus, non voluntatis sunt, sed nostri liberi specie nobis similitudineque congruentes, neque prædeliberando parentes efficimur, sed naturæ vi, ad quam proprie spectat opificium gignendi: ex qua fit, vt liberi parentum imagines similitudine referant. Aut igitur damnent sese sui erroris, & desinant vxoribus quæstiones proponere de Filio Dei: aut discant ab ipsis non voluntate generari Filium, sed natura & veritate: cõgrua enim ista competensque aduersum hos homines ex hominibus mutuata refutatio est: qui non verentur, vt sunt vesani, humana de diuinitate ratiocinari. Quid igitur est, cur vlterius insaniant Christi perduelles? quum videant istam suam quæstionem, vt cætera omnia quę obiiciunt, manifesto apparere nihil aliud esse, nisi merum fucum & imposturam, ideoque deberent vel sero tãdem conspicientes in quantum vesaniæ præcipitium delapsi sint, referre sese & refugere à Diaboli laqueo, nostris super ea re verbis admoniti. Mitis enim & clemens veritas est, quæ vbique ita clamat, *Si mihi non creditis ob amictum corporis mei saltem operibus credite, vt cognoscatis quod ego in Patre, & Pater in me: quodque ego & Pater vnum sumus: & quod, qui viderit me, viderit Patrem.* Dominus quidem solito suo more clemẽter agit, cupitque omnes à lapsibus suis erigi, vt Dauidis modulis decantatur: impii tamen refugi ab audienda Dominica voce, quibus ægrè est, & visu triste, Dominum ab omnibus haberi Deum & Dei Filium, circumeunt, vt scarabæi, cum Patre suo Diabolo causas iniquitatis vndecunque aucupantes, sed frustra: quas enim vlterius aut vnde poterint calumnias istiusmodi conquirere, nisi à Iudæis, & à Caipha blasphemias mutuentur, & ab Ethnicis desumant Deitatis abnegationem? Nam sacræ scripturæ istis planè clausæ sunt eosque vndiquaque ostendunt, & stolidos & Christi perduelles esse.

S. Patris noſtri

ATHANASII
ARCHIEPISCOPI
Alexandrini

Contra Arianos oratio quinta.

EX Deo Deus eſt Verbum, & Deus erat Verbum, itidemq; rurſus quorum Patres, ex quibus Chriſtus qui eſt Deus ſuper omnia, benedictus in ſecula, Amen. Cęterum quia Chriſtus ex Deo Deus, & Ratio Dei, & Sapientia, & potentia, & Filius, ideo vnus Deus in ſactis ſcripturis renunciatur. Quum enim ratio ſit vnius Dei, ideo Filius in eum refertur, cuius eſt Filius: ita vt duo quidem ſint, Pater & Filius, ſed tamen vnitas Deitatis remaneat: eaque & indiuiſibilis & minime diſciſſa. Poterit autem & ad iſtum modum dici, vnum eſſe principium Deitatis, non duo: vnde proprie monarchia vnius dominatus haberi debet. Ex ipſo deinde principio, per naturam exiſtit Filius, qui eſt verbum, non quaſi alterum principium ſeorſum ſubſiſtens, neque aliunde genitus, ne ratione ſecundi duo principia pluriumque principatus oriantur: ſed vnius Principii ſuus propriuſque Filius, propria Sapientia, proprium Verbum, ex ipſo principio ortum habens. Nam ſecundum Ioannẽ in hoc principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum. Deus enim principium eſt, & quia ex principio Verbum eſt, ideo quoque Verbum erat Deus. Quemadmodum autem vnum principium, & pro eo principio vnus Deus, ita plane ac re vera vna eſt eſſentia & hypoſtaſis, quæ dicit: *Ego ſum qui ſum*, & non duplex, ne duo ſint principia, ex vna porro natura verus eſt Filius & Verbum, quod ipſum eſt ſapientia & virtus ipſius eſſentiæ propria, atque inde inſeparabilis eaque vt alia non eſt, ne duo ſint initia: ita quoque Verbum quod ex vno eſt, non fluxibiliter & caducè aut ſimpliciter vox ſignificatiua eſt, ſed ſubſtantiale quiddam eſt, & ſubſtantialis Sapientia, quæ quidem re vera eſt Filius Dei. Nam ſi ſubſtantialis non ſit, ſequetur Deum in aërem Verbum ſuum profundere, Verbumque corpus habere, nihilque eximium vltra humanam ſortem poſſidere. Cæterum, quia Deus homo non eſt, fieri non poteſt, vt Verbum eius quicquam commune habeat cum hominum imbecillitate. Sicuti enim vnum principium & vna eſt ſubſtantia, ita quoque huius vnum eſt ſubſtantiale ſubſiſtenſque Verbum & Sapiẽtia.

Τῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ
ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ
Ἀλεξανδρίας

Κατὰ Ἀρειανῶν λόγος ε΄.

Κ θεῦ θεός ἐστιν ὁ λόγος, & θεὸς ἦν λεῖ ὁ λόγος· καὶ πάλιν, ὧν οἱ πατέρες, & ἐξ ὧν ὁ χρις ὸς, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς, εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν. ϗ ἐπεὶ δὲ κ θεῦ θεός ἐστι, & τῦ θεῦ λόγος, σοφία, ὑὸς καὶ δύναμις ἐστιν ὁ χρις ὸς, διὰ τοῦτο εἷς θεὸς ἐν πάσαις θείαις γραφαῖς κατηγγέλλεται. ἑνὸς γὰρ θεῦ υἱὸς ὢν ὁ λόγος· εἰς αὐτὸν, ϗ καὶ ἔστιν, ἀναφέρεται· ὥστε δύο μὲν εἶναι πατέρα καὶ υἱὸν, μονὰς δὲ θεότητος ἀδιαίρετον καὶ ἄχιστον· λεχθείη δ' ἂν καὶ οὕτως μία ἀρχὴ θεότητος καὶ οὐ δυο ἀρχαί· ὅθεν κυρίως ϗ μοναρχία ἐστίν· ἐξ αὐτῆς δὲ τῆς ἀρχῆς ἐστι φύσει υἱὸς ὁ λόγος, ἔχων ἀρχὴ ἑτέραν καθ' ἑαυτὸν ὑφεστῶς, οὐδ' ἔξωθεν πως τῆς γενικῆς, ἵνα μὴ τῇ ἑτερότητι δυαρχία καὶ πολυαρχία γένηται, ἀλλὰ τῆς μιᾶς ἀρχῆς υἱὸς ἴδιος υἱὸς ἰδία σοφία ἴδιος λόγος ἐξ αὐτῆς ὑπάρχων· καπὲ γὰρ τὸν ἰωάννην, ἐν ταύτῃ τῇ ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν, θεὸς γάρ ἐστιν ἡ ἀρχὴ, καὶ ἐπειδὴ ἐξ αὐτῆς ἐστι, διὰ τοῦτο καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος· ὥσπερ ἡ μία ἀρχὴ καὶ κατὰ τοῦτο εἷς θεὸς, οὕτως ἡ τῷ ὄντι καὶ ἀληθῶς καὶ ὄντως οὖσα οὐσία καὶ ὑπόστασις μία ἐστὶν ἡ λέγουσα, ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, καὶ οὐ δύο· ἵνα μὴ δύο ἀρχαί· ἐκ δὲ τῆς μιᾶς φύσει καὶ ἀληθῶς υἱὸς, ὁ λόγος, ἡ σοφία, ἡ δύναμις, ἰδία ὑπάρχουσα αὐτῆς, καὶ ἐξ αὐτῆς ἀχώριστος. ὥσπερ δὲ σὰρξ ἄλλη, ἵνα μὴ δύο ἀρχαὶ, οὕτως ὁ ἐκ τῆς μιᾶς λόγος, οὐ διαλελυμένως ἢ ἁπλῶς φωνὴ σημαντικὴ, ἀλλ' οὐσιώδης λόγος ϗ ἐνσιώδης σοφία, ἥτις ἐστὶν ὁ υἱὸς ἀληθῶς. εἰ γὰρ δὴ μὴ οὐσιώδης εἴη, ἔσται ὁ θεὸς λαλῶν εἰς ἀέρα, & σῶμα, ἐδὲν πλέον ἔχων τῶν ἀνθρώπων. ἐπεὶ δὴ δὲ σὰρξ ἐστιν ἄνθρωπος, οὐκ ἂν εἴη ἐδὲ ὁ λόγος αὐτὸς, κατὰ τοῦτο τῶν ἀνθρώπων ἀσθένεια. ὥσπερ γὰρ μία οὐσία ἡ ἀρχὴ, ὕτως εἷς οὐσιώδης καὶ ὑφεστὼς ὁ παῦτης λόγος καὶ ἡ σοφία.

ὡς γὰρ

Quemad-

ὡς γαρ ἐκ θεοῦ θεός ἐστι, καὶ ἐκ σοφοῦ σοφία, καὶ ἐκ λογικοῦ λόγος, καὶ ἐκ πατρὸς υἱός· οὕτως ἐξ ὑποστάσεως ὑπόστατος, καὶ ἐξ οὐσίας οὐσιώδης καὶ ἐνέργος, καὶ ἐξ ὄντος ὤν. ἐπεὶ εἰ μὴ οὐσιώδης σοφία, καὶ ἐνέργος λόγος καὶ ὢν υἱός, ἀλλ' ἁπλῶς σοφία καὶ λόγος καὶ υἱὸς ἐν τῷ πατρὶ, εἴη ἂν αὐτὸς ὁ πατὴρ συνθετος ἐκ σοφίας καὶ λόγου· εἰ δὲ τοῦτο ἀνοσιωθήσεται, τὰ προειρημένα ἄτοπα, ἕξει δὲ καὶ αὐτὸς ἑαυτοῦ πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς αὐτὸς ἑαυτὸν γεννῶν, καὶ γεννώμενος ὑφ' ἑαυτοῦ, ἡ ὄνομα μόνον ἐστὶ λόγος καὶ σοφία καὶ υἱὸς, οὐκ ὑφέστηκε δὲ, καθ' οὗ λέγεται ταῦτα, μᾶλλον δ' ὃς ἐστι παῦλα. εἰ σωὶ οὐκ ὑφέστηκεν· ἀρχὰ ἂν εἴη καὶ κενὰ τὰ ὀνόματα, ἐκτὸς εἰ μή τις εἴποι, αὐτοσοφίαν εἶναι καὶ αὐτολόγον τὸν θεόν· ἀλλ' εἰ τοῦτο, εἴη ἂν αὐτὸς ἑαυτοῦ πατὴρ καὶ υἱός· πατὴρ μὲν, ὅτι σοφὸς, υἱὸς δὲ, ὅτι σοφία, ἀλλὰ μὴ ὡς ποιότης τις ταῦτα ἐν τῷ θεῷ· ἄτοπα, ἀπεπὲς τοῦτο· δύρεθήσεται γὰρ συνθετος ὁ θεὸς, ἔκ τε οὐσίας καὶ ποιότητος, πᾶσα γὰρ ποιότης ἐν οὐσίᾳ ἐστὶ· κατὰ τοῦτο δὲ ἡ θεία μονὰς διαιρετὸς ἔσται συνθετος φανήσεται, τεμνομένη εἰς οὐσίαν καὶ συμβεβηκός. πευστέον οὖν τῶν προπετῶν, ὁ υἱὸς σοφία καὶ λόγος ἐκηρύχθη τοῦ θεοῦ· πῶς τοίνυν ἐστίν; εἰ μὲν ὡς ποιότης, ἐδείχθη τὸ ἄτοπον, εἰ δ' αὐτοσοφία ὁ θεὸς, καὶ τὸ ἐκ τούτου ἄτοπον εἴρηται πολλάκις συνελὼν· ὅτι οὖν ὡς γέννημα κυρίως ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς, κατὰ τὸ τοῦ φωτὸς πρὸς ἀπαύγασμα δείγμα. ὡς γὰρ ἀπὸ πυρὸς φῶς, οὕτως ἐκ θεοῦ λόγος, καὶ σοφία ἐκ πατρὸς υἱός. ταύτῃ γὰρ καὶ ἡ μονὰς διαιρετὸς ἔσται ὁλόκληρος μένει, καὶ ὁ παύτης υἱὸς λόγος οὐκ ἀνέσει, δὲ ἐχ ὑφεσὼς, ἀλλ' οὐσιώδης ἀληθῶς, ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, εἴη ἂν πάντα ἃ λέγεται κατ' ἐπίνοιαν καὶ ἁπλῶς λεγόμενα· εἰ δὲ φθαρτὸν τὸ ἐκ τῆς ἐπινοίας ἄτοπον, ἄρα ἀληθὴς λόγος οὐσιώδης ἐστὶν, ὥσπερ γὰρ ἀληθῶς πατὴρ, ἔστως ἀληθῶς σοφία· κατὰ τοῦτο σωὶ δύο μέν, ὅτι μὴ κατὰ συμβέλλιον ὁ αὐτὸς πατὴρ καὶ υἱός, ἀλλὰ ὁ πατὴρ πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς υἱὸς· ἓν δὲ, ὅτι υἱὸς τῆς οὐσίας τοῦ πατρός ἐστι φύσει, ἰδίως ὑπάρχων λόγος αὐτοῦ, τοῦτο ὁ κύριος ἔλεγεν, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, ὅτε γὰρ ὁ λόγος κεχώρισται τοῦ πατρὸς, ὅθ' ὁ πατὴρ ἄλογος πώποτ' ἦν, ἦ ἐστι· καὶ ὁ λόγος σωὶ θεὸς καὶ ὁ πατὴρ οὐκ ἄλογος, Διὰ τοῦτο ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ εἴρηκε· καὶ πάλιν ὁ χριστὸς λόγος τοῦ θεοῦ ἐστι. πόθεν οὖν ἀφ' ἑαυτοῦ ὑπέστη, καὶ ὑποστὰς προσκεκόλληται τῷ πατρὶ, ἢ ὁ θεὸς αὐτὸν πεποίηκε καὶ ὠνόμασεν ἑαυτοῦ λόγον; εἰ μὲν οὖν τὸ πρῶτον, λέγω δὴ τῷ ἑαυτῷ ὑφέστηκε καὶ θεός ἐστι, δύο ἂν εἴπεν ἀρχὰς, ἐκ ἔστιν οἷς ἐκ τοῦτο· διὸ δὲ τοῦ πατρὸς ἴδιος· διὰ τὸ μὴ αὐτὸ πατρὸς, ἀλλ' ἑαυτοῦ εἶναι. εἰ δὲ

Quemadmodum enim ex Deo Deus est, & ex sapiente sapientia, & ex rationali Ratio siue Verbum, ex patre Filius: sic ex subsistentia subsistens, & ex essentia essentialis, & ex existente existens. Nam si simpliciter & vulgaris sapientia aut ratio Filius esset, ac non potius substantialis Sapientia, Verbum essentiale & Filius exsistens in Patre, Pater ipse compositus fuerit ex Sapientia & ratione, siue quod idem est, verbo. Iam si ad istam rem absurda ea sequantur, de quibus dictum est: erit ipse sui ipsius Pater, ipseque se ipsum gignens, genitusque à seipso: aut id sequetur vt mera sint nomina, verbum, Sapientia & Filius, nec quicquam sit in iis solidum, de quibus ista prædicantur, imo quæcunque ipse est, inanitatem habebunt. Qui, si non subsistat, ociosa fuerint ista & vana vocabula, nisi quis dicat, Patrem esse, eam quæ ex se est, Sapientiam & ipsam ex se rationem. Quod si iam admittamus, consequens erit vt ipse fuerit sui ipsius, & Pater & Filius, Pater quidem cum sapiés, Filius vero cum sapientia nominabitur: sed non sunt ista vt qualitas aliqua in Deo, apage, indecorum enim hoc ipsum: sic enim reperietur Deus cõpositus ex substantia & qualitate. Siquidem omnis qualitas in substantia est, ac proinde isto modo diuina vnitas, cum sit indiuisibilis, composita apparebit, eò quod sectilis sit in substantiam, & accidens. Quærendum igitur ex temerariis istis hominibus quum contestatum sit, Filium esse Sapientiam & Verbum Dei, quanam ratione illum esse velint, anne vt qualitatem: atqui demonstratum est, quanta inde absurditas sequatur: anne vt Sapientiam ex Patre, quæ ipsa Pater sit: cæterum quid ex ea re absurditatis emergat, in iis, quæ aduersus Sabellium edidimus, scriptis comprehensum est. Superest igitur eum esse proprie vt Germen ex ipso Patre ad similitudinem & speciem lucis. Vt enim ex igne lux, ita ex Deo verbum, & ex sapiente sapientia, & ex Patre Filius. Hoc modo enim vnitas integra & impatibilis manet, huiusque Filius Verbum scilicet non inane quiddam sine substantia constituitur, sed quod solidum sit ac verum & substantiale. Nisi enim res ita se habeat, omnia fuerint, quæ de eo feruntur, per subintellectionem cogitata & meræ voces, non re subsistentia: quod si euitãda est subintellectionis absurditas, ergo verus & substantialis Filius extiterit, non animi imaginatione intellectuq; formatus. Vt enim verus est Pater, ita quoque vere est Sapientia: atque ita fit vt duo sint, non autem secundum Sabellium idem Pater & Filius: sed Pater, Pater est: & Filius, Filius est: inde autem vnum sunt, quia Filius naturaliter substantiæ Patris est, eiusque proprium Verbum, quemadmodum Dominus loquutus est: *Ego & Pater vnum sumus*. Neque enim ratio segregata à Deo Patre est, neque Pater vnquam irrationalis aut est, aut fuit: Est igitur Ratio Dei, neque Pater vnquam sine Ratione, ac proinde ab illo dictum est: *Ego in Patre, & Pater in me*. Et rursum alibi Christus Ratio Dei est. Vtrum igitur per se extiterit, & vbi extiterat, coagglutinatus sit Patri: an Deus illum fecerit, suumque Verbum & rationem appellarit? Quod si ex duob. istis, quod prius est, cõcesseris, vt videlicet ipse sibi subsistat, & Deus sit, duo ergo fuerint principia, neq; iure censebitur Patris sui proprius, eo ꝙ nõ sit Patris, sed sui ipsius.

ἀλλὰ ἐν σκότει διαπροΰοντες· μανθανέτωσαν τοίνυν τῆς σῆς εὐλαβείας, ὡς ἡ τοιαύτη αὐτῶν κακόνοια οὐαλεντίνου καὶ μαρκίωνος καὶ μανιχαίου ἐστίν, ὧν οἱ μὲν ἀπὸ ἀληθείας δόκησιν εἰσηγήσαντο· οἱ δὲ διαιροῦντες τὸ ἀδιαίρετον, ἠρνήσαντο τὸ, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. Διατί οὖν τινες τούτων φρονοῦντες, οὐχὶ καὶ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν γίνονται κληρονόμοι; εὔλογον γὰρ ὧν τὴν κακοδοξίαν ἔχουσι, τούτων ἔχειν καὶ τὰ ὀνόματα, ἵνα λοιπὸν οὐαλεντινιανοὶ καὶ μαρκιωνιστὴ καλῶνται. τάχα κἂν οὕτως διὰ τὴν τῶν ὀνομάτων δυσωδίαν αἰσχυνόμενοι κατανοήσωσι δυνηθῶσιν, εἰς ὅσον βάθος ἀσεβείας πεπώκασι. καὶ ἐμοὶ μὲν δίκαιον, μηκέτι τούτοις ἐπικεῖναθαι, κατὰ τὴν ἀποστολικὴν, αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ, εἰδὼς ὅτι ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος, καὶ ἁμαρτάνει ὢν αὐτοκατάκριτος· μᾶλλον ὅτι καὶ ὁ προφήτης περὶ τῶν τοιούτων φησίν, ὁ μωρὸς μωρὰ λαλήσει, καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ μάταια νοήσει. ἐπειδὴ κατὰ τὸν ἡγούμενον αὐτῶν περιέρχονται καὶ αὐτοὶ, ὡς λέοντες, ζητοῦντες τίνα καταπίωσι τῶν ἀκεραίων· τοῦτο ἕνεκεν ἀναγκαῖον γέγονεν ἡμῖν τῇ σῇ εὐλαβείᾳ ἀντιγράψαι· ἵνα πάλιν διὰ τῆς νουθεσίας μαθόντες οἱ ἀδελφοὶ, καταγινώσκωσιν ἔτι πλεῖον τῆς ἐκείνων ματαιολογίας· οὐ κτίσμα προσκυνοῦμεν, μὴ γένοιτο, ἐθνικῶν γὰρ καὶ ἀρειανῶν ἡ τοιαύτη πλάνη, ἀλλὰ τὸν κύριον τῆς κτίσεως σαρκωθέντα τὸν τοῦ θεοῦ λόγον προσκυνοῦμεν. ἡ γὰρ καὶ σὰρξ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν μέρος ἐστὶ τῶν κτισμάτων, ἀλλὰ θεοῦ γέγονε σῶμα, καὶ οὔτε τὸ τοιοῦτον σῶμα καθ' ἑαυτὸ διαιροῦντες διὰ τοῦ λόγου προσκυνοῦμεν, οὔτε τὸν λόγον προσκυνῆσαι θέλοντες μακρύνομεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς σαρκὸς, ἀλλ' εἰδότες καθὰ προέφημεν τὸ, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, τοῦτον καὶ ἐν σαρκὶ γενόμενον ἐπιγινώσκομεν θεόν· τίς τοιγαροῦν οὕτως ἄφρων ἐστὶν, ὡς λέγων τῷ κυρίῳ, ἀπόστα ἀπὸ τοῦ σώματός σου, ἵνα σε προσκυνήσω; ἢ τίς οὕτως ἀσεβής ἐστιν, ὡς μετὰ τῶν ἰουδαίων λέγειν αὐτῷ, διατί σὺ ἄνθρωπος ὢν ποιεῖς σεαυτὸν θεόν; ἀλλ' οὐ τοιοῦτος ὁ λεπρός· προσεκύνει γὰρ θεὸν ἐν σώματι ὄντα, καὶ ἐγίνωσκεν ὅτι θεὸς ἦν, λέγων, κύριε, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι, καὶ οὔτε διὰ τὴν σάρκα ἐνόμισε κτίσμα τὸν τοῦ θεοῦ λόγον, οὔτε διὰ τὸ εἶναι τὸν λόγον δημιουργὸν πάσης κτίσεως, ἐξουθένει τὴν σάρκα ἣν ἐνεδύσατο ἦν, ἀλλ' ὡς ἐν κλιτῷ ναῷ τὸν κτίσαντα τοῦ παντὸς προσεκύνει, καὶ ἐκαθαρίζετο. οὕτω καὶ ἡ αἱμορροοῦσα γυνὴ πιστεύσασα καὶ μόνον ἁψαμένη τοῦ κρασπέδου ἰάθη, καὶ ἡ μὲν θάλασσα ἐπαφρίζουσα τοῖς κύμασιν ἤκουσε τοῦ σαρκωθέντος λόγου καὶ πέπαυται τοῦ χειμῶνος, ὁ δὲ ἐκ γενετῆς τυφλὸς, πύσμασι τῆς σαρκὸς ἐθεραπεύθη διὰ τὸ λόγος, καὶ τὸ μεῖζον καὶ παραδοξότερον, ἴσως

sed in tenebris ambulant, discant saltem à tua pietate suam, qua vtuntur, insaniam Valentini, Marcionis, & Manichæi esse. Ex quorum grege, isti pro veritate & rerum fide inane simulachrum introduxerunt: illi diuidentes, quod indiuisibile est, inficiati sunt Verbum carnem esse factum, & habitasse in nobis. Cur igitur, quum ita sentiant, non sese etiam eorundem nominum successores hæredesque profitentur? Par enim est, vt quorum prauam opinionem receperunt, eorum quoque vocabula & titulos accipiant, vt iam deinceps Valentiniani & Marcionistæ & Manichæi appellentur. Forsitan ex putore graueolentiaque istorum nominum fieri potest, vt pudore commoniti tandem intelligant, in quantam voraginem impietatis delapsi sint. Erat certè satis ex decoro, si nihil illis responsi daretur, idque iuxta Apostolicum præceptum, *Hæreticum post vnam atque alteram admonitionem deuita, vtpote de quo iam certum habeatur, ipsum in reprobum sensum esse datum, atque ita peccare, vt qui ex seipso condemnatus sit*, præsertim quum Propheta de huiusmodi hominibus dicat, *Stultus stulta loquetur, & illius cor vana cogitat*. Cæterum, quoniam isti veluti pro moribus sui imperatoris diaboli circumambulant, quærentes quem ex simplicioribus deuorent. Necessarium nobis visum est, tibi rescribere, vt denuo ex hac admonitione instructi fratres, rectius in posterum eorum præsentiant vanitatem. Non enim creaturam adoramus, absit. In Ethnicos & Arianos istiusmodi delirium competit: sed Dominum rerum creatarum, incarnatum Verbum Dei adoramus. Nam tametsi caro ipsa per se pars sit rerum creatarum, attamen Dei corpus effecta est, neque istiusmodi corpus seorsum discriminatum à Verbo adoratione prosequimur, neque Verbum adoraturi verbũ à carne longè seponimus, sedcùm sciamus, vt dictum est, Verbum carnem esse factum, illud iam in carne situm Deum agnoscimus. Quis igitur tã vecors est, vt Domino ita loquatur, abssiste à corpore, vt te adorem? aut quis ita impius est, vt cum Iudæis propter corpus dicat ei; *Cur tu cum homo sis, Deum te facis?* Atqui non istiusmodi moribus leprosus erat: adorabat enim Dominum in corpore, eumque Deum esse persentiebat his verbis vtens, *Domine si vis, potes me mundare*. Neque ob carnem arbitratus est esse creaturam Dei Verbum, neque quia Verbum erat opifex rerum, carnem pro nihilo habuit, quam indutus erat: sed vt in re creata, creatorem subsistentem adorabat; ideoque mundatus est. Mulier item quæ sanguinis fluxu laborabat, solius fimbriæ attactu sanata fuit. Et mare fluctibus spumosum, vbi audierat Verbi incarnati vocem, à tempestatibus conquieuit. Itidem & is qui à natiuitate cæcus erat, saliua carnis curatus est à Verbo, Et quod maius est & admirabilius

(nam fortasse hoc ipsum impiissimos scandalo offenderit) etiam in ipsa cruce pendente Domino cum eius ibi corpus esset, & in corpore Verbum, sol obtenebratus est, terra intremuit, petræ scissæ sunt, velum templi disruptum est, & multa corpora Sanctorum qui dormierant, resurrexerunt. Hæc facta sunt, & nihil omnium ex rebus creatis pro ea audacia quæ nunc est in Arianis, cogitauit, num incarnato Verbo credendũ esset: sed quamuis eum hominem esse intuerentur, rerum tamen conditorem eundem agnoscebant: & quamuis humanam vocem audirent, non tamen ideo eum creaturam autumabant, imò maiorem in modum inhorrescebant, nihiloque minus eum sic agnoscebant, quasi è templo suo sancto vocem edidisset. Cur igitur impii isti non reuerentur & timent, ne quemadmodum non probauerunt eum habere in cognitione, ita tradantur in reprobum sensum, vt faciant ea, quæ non decent? Non enim rem creatam, rerum natura adorabat, neque ob carnem eius recusauit dominum adorationibus prosequi, sed ideo adorauit, quia vidit suum opificem architectumque in carne consistere. Et in nomine Iesu omne genu flectebatur, & in posterum flectetur, cœlestium simul & terrestrium & infernorum, & omnis lingua confitebitur (licet id ipsum Arianis non videatur) Dominum Iesum Christum esse in gloria Patris. Non enim caro ignominiam attulit Verbo Dei, absit. Sed potius caro per Verbum Dei glorificata est. Neque ideo, quia seruilem formam assumpsit filius, qui in forma Dei est, quicquam diminutus est in sua deitate, sed potius vniuersæ carnis rerumque creatarum inde liberator & vindex effectus est. Neque si Deus emisit Filium suum genitum ex fœmina, ex ea re nobis aliquid probri, sed potius honesta gloria & magna gratia obuenit. Factus est enim homo, vt nos in seipso deificaret, genitusque à fœmina est, & procreatus à Virgine, vt nostri errabũdam procreationem in se transferret, ac in posterum efficeremur genus sanctum, ac participes diuinæ naturæ redderemur, vt ait sanctus Petrus Apostolus. Et imbecillitatem legis, qua langueſcebat propter carnem, misso Deus filio suo sub similitudine carnis peccati, de peccato cõdemnaret peccatũ in carne. Carnem igitur à Verbo assumptam esse vides, ad omnium hominum libertatem, & ad cunctorum hominum excitationem è mortuis, & redemptionem à peccatis. Quî igitur fieri potest, vt qui carnem eius rem nihili cõtemptibilemq; esse volunt, atq; ea de causa obtrectant Filio Dei, vt rei factitiæ aut conditæ, non ingratissimi appareant, & omni prorsus odio digni? quippe qui propemodum ad Deum loquantur, Ne mittas Filium tuum vnigenitum in carne, ne feceris eum ex Virgine assumere carnem, ne nos à peccato & morte eripiat, nolumus eum in carne nasci, ne pro nobis mortem excipiat: nõ cupimus Verbum carnẽ fieri, ne hic noster mediator & interpres fiat in adeundo & orando Deo, quo cœlestia domicilia inhabitemus.

Claudantur

ἴσως γὰρ τοῦτο καὶ τοὺς ἀσεβεστάτους ἐσκανδάλισε καὶ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ σταυροῦ κρεμαμένου τοῦ κυρίου· αὐτοῦ γὰρ ἦν τὸ σῶμα καὶ ἐν αὐτῷ ἦν ὁ λόγος. ὁ μὲν ἥλιος ἐσκοτώθη, ἡ δὲ γῆ ἐτρόμαξεν, αἱ πέτραι ἐρράγησαν, καὶ τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐρράγη, καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἀνέστη. ταῦτα δὲ γέγονε, καὶ οὐδεὶς, ὥσπερ οἱ ἀρειανοὶ νῦν πολμῶσι, διελογίσατο, εἰ δεῖ σαρκωθέντι τῷ λόγῳ πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπον
A βλέποντες ἐπεγίνωσκον αὐτὸν ὄντα δημιουργὸν αὐτῶν, καὶ ἀνθρωπίνης φύσεως ἀκούοντες, οὐ διὰ τὸ ἀνθρώπινον ἔλεγον, ὅτι ὁ λόγος κτίσμα ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἔτρεμον, καὶ ἀδὲν ἧττον ἐγίνωσκον, ἢ ὅτι σκεύους ἁγίου ἐφθέγγετο. πῶς τοίνυν οἱ ἀσεβεῖς οὐ φοβοῦνται μὴ καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, παραδοθῶσιν εἰς ἀδόκιμον νοῦν ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα; οὐ γὰρ κτίσμα ἡ κτίσις προσκυνεῖ, οὐδὲ πάλιν διὰ τὴν σάρκα παρητεῖτο τὸν κύριον ἑαυτῆς προσκυνεῖν, ἀλλὰ τὸν ἑαυτῆς δημιουργὸν ἔ-
B βλεπεν ἐν σώματι, καὶ ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ κεκλῖσθαι πᾶν γόνυ ἔκαμπτε, καὶ κάμψει δὲ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, κἂν τοῖς Ἀρειανοῖς μὴ δοκῇ, ὅτι κύριος Ἰησοῦς εἰς δόξαν θεοῦ πατρός· ἡ γὰρ ἀδοξία οὐκ ἐγένετο ἡ σὰρξ τῷ λόγῳ, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ μᾶλλον αὐτὴ δεδόξασται παρ' αὐτοῦ, ὅθεν ἐπειδὴ δοῦλον μορφὴν ἀνέλαβεν ὁ ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων ὑπὸς, ἠλαττώθη τῆς θεότητος, ἀλλὰ
C μᾶλλον αὐτὸς ἐλεύθερωτὴς πάσης σαρκὸς καὶ πάσης κτίσεως γέγονε. καὶ εἰ ὁ θεὸς δὲ ἀπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ γνωόμενον ἐκ γυναικὸς οὐκ αἰσχύνῃ ἡμῖν ἐπάγει τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ μᾶλλον δόξαν ἐμεγάλυνε χαρίν. γίνεται γὰρ ἄνθρωπος ἵνα ἡμᾶς ἐν ἑαυτῷ θεοποιήσῃ, καὶ γέγονεν ἐκ γυναικὸς, καὶ γεγέννηται ἐκ παρθένου, ἵνα τὸ ἡμῶν πλασθὲν ἐν γόνησιν εἰς ἑαυτὸν μεταβάλῃ, καὶ γενώμεθα λοιπὸν γένος ἅγιον, καὶ κοινωνοὶ θείας φύσεως ὡς ἔγραψεν ὁ μακάριος πέτρος. καὶ τὸ ἀδύνατον
D δὲ τοῦ νόμου ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς ὁ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας καὶ περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκὶ. τὴν τοίνυν προσληφθεῖσαν ὑπὸ τοῦ λόγου σάρκα, ὅτι τῷ πάντας ἀνθρώπους ἐλευθερῶσαι, καὶ πάντας ἐκ νεκρῶν ἀναστῆσαι, καὶ ἁμαρτίας λυτρώσασθαι πῶς οἱ πιστὴν ἐξουδενοῦντες, ἢ οἱ διὰ ταύτην κατηγοροῦντες τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ ὡς
E ποιήματος, οὐκ ἀχάριστοι φαίνονται, καὶ παντὸς εἰσὶ μισοῦς ἄξιοι; μόνον γὰρ ἐκ βοῶσι τῷ θεῷ λέγοντες, μὴ πέμψῃς σου τὸν υἱὸν τὸν μονογενῆ ἐν σαρκὶ, μὴ ποιήσῃς αὐτὸν ἐκ παρθένου σάρκα λαβεῖν, ἵνα μὴ λυτρώσηται ἡμᾶς τοῦ θανάτου καὶ τῆς ἁμαρτίας, οὐ θέλομεν αὐτὸν ἐν σώματι γενέσθαι, ἵνα μὴ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀναδέξηται θάνατον, οὐ βουλόμεθα τὸν λόγον σάρκα γενέσθαι, ἵνα μὴ ἐνταῦθα μεσίτης ἡμῶν γένηται τῆς πρὸς τὸν πρόσοδον καὶ τὰς ἐν οὐρανοῖς οἰκήσεις μονάς.

κλειθή-

κλεισθήτωσαν αἱ πύλαι τ οὐρανῶν, ἵνα μὴ διὰ τοῦ καταπετάσματος τ σαρκὸς αὐτοῦ, τ ἐν οὐρανοῖς ἡμῖν ὁδὸν ἐγκαινισηι ὁ λόγος. αὗται μὲν αἱ ἐκείνων φωναὶ μετὰ διαβολικῆς τ λύμης εἰσὶ προφερόμεναι, δι' ἧς ἐπενόησαν ἑαυτοῖς κακοήθειας. οἱ γὰρ μὴ θέλοντες σάρκα γνόμενον τ λόγον προσκυνεῖν, ἀχαριστοῦσι τῇ ἐναι θρωπήσει αὐτοῦ, & οἱ διαιροῦντες τ λόγον ἀπὸ τ σαρκὸς, ἀ γὰ μιαν λύτρωσιν τ ἁμαρτίας γνοέασ ἀδε καθάλυσιν & θανάτου νομίζουσι. πᾶς γὰ ὅλως οἱ ἀσεβεῖς, κὴ καθ' ἑαυτοὺ ἀρνησάσι τ σάρκα ἣν ἔλαβεν ὁ σωτὴρ; ἵνα κὴ τολμῶσι λέγειν, προσκυνοῦμεν ἡμεῖς τ κύριον μετὰ τ σαρκὸς, ἀλλὰ διαιροῦμεν τὸ σῶμα, κὴ μόνῳ τούτῳ λατρεύομεν· ὁ μὲν γὰ μακάριος στέφανος ἐν οὐρανοῖς εἶδε τ κύριον ἐκ δεξιῶν ἑστῶτα· οἱ γὰ ἄγγελοι ἔλεγον τοῖς μαθηταῖς, ὕτως ἐλεύσεται ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τ οὐρανόν, κὴ αὐτὸς γὰ ὁ κύριος εἶπε πρὸς φωνῶν τῷ πατρὶ, θέλω ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ἵνα κὴ αὐτοὶ πάντοτε μετ' ἐμοῦ ὦσι, κὴ ὅλως εἰ ἀναμάρτητος ἐστιν ἡ σαρξ ἀπὸ τοῦ λόγου· πῶς οὐκ ἀνάγκη τούτους ἀποθέσθαι τὴν πλάνην; καὶ προσκυνεῖν λοιπὸν τὸν πατέρα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, ἢ μὴ προσκυνοῦντας μὴ δύνασθαι λατρείας τῷ ἐν σαρκὶ γνομένῳ λόγῳ παντελῶς ἐκβαλλεσθαι, καὶ μηκέτι χριστιανοὺς, ἀλλ' ἢ ἐθνικοὺς, ἢ μηδὲ τ ἰουδαίων σωματίζεσθαι; ἐκείνων μὲν οὖν, καθὰ προφέρομεν, ἡ τοιαύτη μανία κὴ τόλμα. ἡμῶν δὲ ἡ πίστις ἐστὶν ἡ ὀρθὴ, κὴ ἐκ διδασκαλίας ἀποστόλων ὁρμωμένη καὶ ὡσαδώπως τῶν πατέρων βεβαιωμένη ἔκ τε νέας & παλαιᾶς διαθήκης. τῶν μὲν προφητῶν λεγόντων· ἀπόστειλον τ λόγον σου, καὶ τὸν ἀλήθειάν σου, κὴ ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει κὴ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐμμανουήλ, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον μεθ' ἡμῶν ὁ θεός. τί δὲ τοῦτό ἐστιν, ἢ θεὸν ἐν σαρκὶ γενηθῆναι. ἢ δὲ ἀπὸστολων ὡσαύτως διδασκαλία, τοῦ μὲν πέτρου λεγούσης, χριστοῦ παθόντος σαρκί· τοῦ δὲ παύλου γεγράφοντος, προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα κὴ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ· ὃς ἔδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἵνα λυτρώσηται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀνομίας, καὶ καθαρίσῃ ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον, ζηλωτὴν καλῶν ἔργων. τοῦτο οὖν δέδωκεν αὐτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, εἰ μὴ σάρκα φορέσας ἦν. τοῦτο γὰ προσενέγκας ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν δέδωκεν, ἵν' ἐν ἐκείνῃ τ θανατον ἀναδεξάμενος, καταργήσῃ τ τὸ κράτος ἔχοντα & θανάτου διάβολον, διὸ κὴ πάντοτε εὐχαριστοῦμεν ἐν τῷ ὀνόματι ἰησοῦ χριστοῦ. & οὐκ ἀθετοῦμεν τ δι' αὐτὸ γνομένην χάριν εἰς ἡμᾶς. ἡ γὰ ἔνσαρκος παρουσία & σωτῆρος θανάτου λύτρον κὴ κλήσεως πάσης σωτηρία γέγονεν. ὥστε ἀγαπητὴ κὴ ποθητότατοι μὲν ἀγαπῶντες τὸν κύριον, ὑπομιμνησκέσθωσαν ἐκ τούτων οἱ τ ἰδιον τρόπον μιμησάμενοι & καταλιπόντες τὸν κύριον, ἵνα μεταλάβωσι καὶ ἀφανισμοῦ, μεταμελούμενοι ἐν τούτοις, ἐὰν ἄρα θελήσωσιν, ἐὰν ἄρα αἰσχυνθῶσι, καὶ γινωσκέτωσαν ὅτι τὸν κύριον ἐν σαρκὶ προσκυνοῦντες οὐ κτίσμασι προσκυνοῦμεν, ἀλλὰ τὸν κτίσαντα ἐνδυσάμενον τ κτιστὸν σῶμα, καθὰ προέφαμεν· ἀβλά-

Claudantur portæ cælorum, ne Verbum Dei per velamen carnis suæ nobis renouet iter ad cælos. Hæ sunt eorum voces, quas diabolica audacia proferũt, & cuius instinctu hæc insana comminiscuntur. Nam qui Verbum carnem factũ adorare nolunt, ingratos se exhibent eius humanitati: qui verò distrahunt Verbum à sua carne, nullam omnino redemptionem peccati, aut mortis euastationem existimant. Vbi (quæso) tandem nefarij seorsum per se inueniunt illam carnem quam Saluator noster Iesus A Christus assumpsit, vt audeant dicere, non adoramus Dominum cum carne, sed disiungimus corpus, illique soli cultu inseruimus? Beatus certe Stephanus in cælis vidit Dominum à dextris stantem: Angeli item dixerunt discipulis, *ita veniet quemadmodũ vidistis eum in cælum proficiscentem*. Quin & ipse Dominus dixit alloquens Patrem, *Volo, vbi ego sum, vt ipsi vbique nobiscum sint*. Iam si omnino indiuisibilis est caro à Verbo, par est istos vel errore depositò adorare Patrem in nomine Domini Saluatoris nostri Iesu Christi, vel si non adorent, B aut cultu prosequantur Verbum in carne genitum, vndecunque ab omnibus exturbari, neque vlterius pro Christianis, sed pro Ethnicis haberi, & Iudæis adnumerari. Illorum enim (vt prædixi) istiusmodi insania est ac improbitas: nostra contrà fides recta est, & ex doctrina Apostolica & traditione Patrum confirmata, & nouo & veteri testamento, cùm & Prophetæ clamant, *Mitte Verbum tuum & veritatem tuam*: & *Ecce, Virgo in vtero concipiet & pariet Filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod est, nobiscum Deus*: quid id aliud indicat, quam Deum in carne existere? Et Apostolica traditio commonstret, Petro referente C Christum in carne passum esse, Paulo item loquente: *Expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri, Domini nostri Iesu Christi, qui dedit seipsum pro nobis, vt nos liberaret ab omni peccato, purificaretque sibi populum peculiarem, æmulatorem bonorum operum*. Quî igitur, quæso, seipsum tradere pro D nobis potuisset, nisi carnem gestasset? Hanc enim cum gestaret, seipsum pro nobis tradidit, vt mortem recipiendo vinceret, demoliretúrque eum, qui vim imperiúmque mortis habebat diabolum: ideo vbique gratias agimus in nomine Iesu Christi, neque ipsius in nos gratiam reprobamus. Aduentus enim Saluatoris in carnẽ mortis liberatio est, & vniuersæ creaturæ salus. Quapropter dilecte, qui diligunt Dominum, istiusmodi admonitione instruantur: qui verò Iudæ mores imitantur, Dominúque relinquunt, vt Caiphæ adhæreant, id age, E vt per ista dedoceantur, si modò dedoceri velint, aut queant erubescere: ac tandem cognoscant nos, qui Dominum in carne adoramus, nõ creaturam adorare, sed creatorem corpore creato indutum, quemadmodum prædiximus.

βλά-

Vellem porro tuam impietatem exquirere ab illis: cum Israëlitis edicebatur, vt adscenderent Hierosolymam, Dominum in templo adoraturi, vbi erat Arca & super Arcam Cherubini, gloriæ propiciatorium inumbrantes, recténe fecerint, an contrà. Si malè fecerunt, eò quod legi obtemperauerint, cur qui legem contemnunt, pœnis subiiciuntur? Scriptum est enim, quod, qui contempserit, & nõ ascenderit, exterminandũ sit à populo. Sin verò rectè fecerunt, atque ea re Domino placuerunt, qui, quæso, non digni sint qui sæpius pereant, isti, inquam, nefarii deterrimæ hæreseos Ariani, qui prisci illius populi reuerentiam erga templum laudant, Dominum in carne, vt in templo suo, adorare recusant? Atqui, priscum illud templum lapidibus & auro constructum fuit, vtpote figura, quod superueniente veritate exolescit, cuius secundum Saluatoris vocem, ne lapis quidem super lapidem mansit, qui non sit disturbatus. Non tamen illi, qui templum videbant lapideum esse, arbitrati sunt, Dominum in eo oracula edentem, lapideum aut creaturam esse, neque templum vilipendebant procul inde adoratum abeuntes, sed illud ingressi, rité ac legitimè Deum è templo oracula sua edentem, coluerunt. Quod quum ita se habeat, qui fieri posset, vt corpus Domini vndiquaq; sanctissimum, ab Archangelo euangelizatum, à Spiritu sancto formatum, amiculúmque Verbi Dei, non sit adorabile, cum Verbum manum suam corporalem exporrigens, sanauerit febricitantem: & vocem humanam edens, excitauerit Lazarum: manibúsque in cruce protensis, principem potestatis aëris, qui agit in filiis incredulitatis, prostrauerit: & viam ad cælum puram nobis constituerit. Nonne igitur qui templum vilipendit, vilipendit & Dominum qui in templo est? & qui disgregat Verbum à corpore suo, reprobat gratiam in eo nobis datam? Quapropter impientissimi Ariani, ne ideo, quia corpus res creatitia est, verbum quoque rem creatitiam esse censeatis: néue ideo, quia verbum res creatitia non est corpori eius obtrectetis. Neq; fieri potest, q[uin] admireris eorum animi prauitatem, qui omnia & miscent & turbant, cauillationésque excogitant non in aliud, quàm vt conditorem vnà cum re condita, vnius ordinis esse, gregalésque persuadeant. Sed audiant obsecro. Si res creatitia fuit Verbum, fateor, id non assumpsisse corpus creatitium, vt illud viuificaret, Quid enim istiusmodi subsidii rei creatæ à rebus creatis, quum ipsæ salutis inopes alienam opem requirant? sin contra, Verbum Dei conditor erat, ὀpifexque rerum creatarum, vt fuit, ideo scilicet factum oportuit, vt in consummatione seculorum, id quod creabile erat, ipse indueret, quò illud iterum, vt conditor, instaurare & recuperare posset. Siquidem, quod creatum est, à creato seruari nequisset, non magis quàm creaturæ à creatutis creari. Nihil igitur earum rerum fieri potuisset, nisi Verbum Dei non creatura, sed creator fuisset.

Qua-

ἐβλόμεθα δὲ τὼ σὼ ἀλάβειαν πυθέσθαι πρὸς αὐτῶν τοῦτο, διὰ τί ὁ Ισραὴλ ἐκελεύετο ἀνέρχεσθαι εἰς τὼ ἱερουσαλὴμ προσκυνεῖν ἐν τῷ ναῷ κυρίου ἔνθα ἡ κιβωτὸς καὶ ὑπεράνω τοῦ ἱλαστηρίου τὰ χερουβὶμ τῆς δόξης καταskιάζοντα τὸ ἱλαστήριον, καλῶς ἐποίουν ἢ πωὼαυτίον; εἰ μὲν οὖν φαύλως ἔπραττον· πῶς οἱ τοῦ νόμου τούτου καταλιγωροῦντες, ὑπὸ ζημίαν ἐγίνοντο; γέγραπται γὰρ ὡς ἐὰν ἐξουθενήσῃ καὶ μὴ ἀναβῇ, ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ· εἰ δὲ καλῶς ἔπραττον καὶ ἐν τούτῳ ἤρεσκον τῷ θεῷ ἐγίνοντο, πῶς οὐκ ἀποπλανῶνται πολλάκις εἰσὶν ἄξιοι οἱ μιαροὶ καὶ πάσης αἱρέσεως ἄρχοντες Αρειανοὶ, ὅτι τὸν πάλαι λαὸν ἀποδεχόμενοι διὰ τὼ πρὸς τ ναὸν τιμὼ, οὐ βούλονται τ κύριον ἐν σαρκὶ, ὡς ἐν ναῷ ὄντα, προσκυνεῖν; καί τοι ὁ πάλαι ναὸς ἐκ λίθων ὢν ἐ χρυσῷ καταskευασθεὶς ὡς σκιά· ἐλήλυθεν ἡ τῆς ἀληθείας πίπαπα λοιπὸν τύπ, ἐ οὐκ ἔμεινε, κατὰ τὼ κυριακὼ φωνὼ, λίθος ὅτι λίθον ἐν αὐτῷ, ὃς ἀ καταλύθη. καὶ ἔτι τ ναὸν βλέποντες ἐκ λίθων ἐνόμιζον καὶ τ ἐν αὐτῷ ναῷ λαλοῦντα κύριον εἶναι κτίσμα, οὔτε τ ναὸν ἐξουθενοῦντες, ἀπερχόμενοι μακρὰν προσκυνοῦσιν, ἀλλ' εἰς αὐτὸν ἐρχόμενοι νομίμως ἐλάτρευον τῷ θεῷ διὰ τ ναὸ χρηματίζοντα. τότε ἡ ὅτας γινομένης, πῶς τὸ σῶμα τ κυρίου τὸ πανάγιον ἐ πάνσεπτον ἀληθῶς. ὑπὸ μὲν γ δεχαγγέλου εὐηγγελίσθην, ὑπὸ ἡ τ ἁγίου πνεύματος πλασθὲν, καὶ γ λόγου γεγονὸς ἔνδυμα ἀ προσκυνητὸν; χεῖρας γοῦν σωματικὼ ἐκτείνας ὁ λόγ, ἤγειρε τ πυρέσσουσαν, καὶ φωνὼ ἀνθρωπίνῃ ἀφεὶς ἤγειρε τ λάζαρον. πᾶς ἡ χεῖρας ἐκτείνας ὅτι σῶσε τ ἄρχοντα τ ἐξουσίας τ ἀέρ τ νῦν ἐνεργοῦντ ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας κατέβαλε. καὶ τὼ ὁδὸν ἡμῖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς καθαρὰν ἐποίει· ἐκ οὖν τ ναὸν ἀτιμάζων, ἀτιμάζει τ ἐν τῷ ναῷ κύριον· καὶ ὁ διαιρῶν τ λόγον ἀπὸ γ σώματ, ἀθετεῖ τὼ χάριν τὼ δοθεῖσαν ἡμῖν ἐν αὐτῷ. καὶ ἀσεβέστατοι ἡ Αρειομανῖται, μὴ ἐπειδὴ τ σῶμα κτιστόν ἐστι, νομιζέτωσαν καὶ τὸν λόγον εἶναι κτίσμα, μηδὲ διὰ τὸ μὴ εἶναι τὸν λόγον κτίσμα, διαβαλλέτωσαν τὸ σῶμα αὐτ. θαυμάσαι γάρ ἐστιν αὐτῶν τὼ κακόνοιαν, ὅτι καὶ πάντα κυκῶσι καὶ φύρουσι, καὶ προφάσεις ἐφευρίσκουσιν, ἵνα μόνον τὸν κτίσαντα τοῖς κτίσμασι συναριθμήσωσιν. ἀλλ' ἀκουέτωσαν. εἰ κτίσμα ὢν ὁ λόγ οὐ προσελάμβανε τὸ κτιστὸν σῶμα· ἵνα αὐτὸ ζωοποιήσῃ· ποία γὰρ τοῖς κτίσμασι διὰ κτίσματ ἔσῃ βοήθεια; δεομένου καὶ αὐτὸ σωτηρίας, ἀλλ' ἐπειδὴ κτίσης ὢν ὁ λόγ, αὐτὸς δημιουργὸς γέγονε τῶν κτισμάτων, διὰ τοῦτο καὶ ὅτι σωτηρία τῶν αἰώνων, τὸ κτιστὸν αὐτὸς ἐνεδύσατο, ἵνα πάλιν αὐτὸς, ὡς κτίσης, ἀνακαινίσῃ, καὶ ἀνακτήσῃ τοῦτο δυνηθῇ, κτίσμα δὲ ὑπὸ κτίσματ ὐκ ἄν ποτε σωθῇ. ὥσπερ οὐδὲ ὑπὸ κτίσματ ἐκτίσθησαν τὰ κτίσματα, εἰ μὴ κτίσης ὢν ὁ λόγος.

ὅθεν

ὅθεν μὴ καταψευδέσθωσαν τῶν θείων γραφῶν. μηδὲ σκανδαλιζέτωσαν τοὺς ἀκεραίους τῶν ἀδελφῶν, ἀλλ' εἰ μὲν βούλωνται, μεταγινωσκέτωσαν καὶ αὐτοὶ, καὶ μηκέτι τῇ κτίσει λατρεύέτωσαν παρὰ τὸν κτίσαντα τὰ πάντα θεόν· ἐὰν δὲ τῆς ἀσεβείας αὐτῶν ἐμμένειν ἐθέλωσι· μόνοι τούτων ἐμφορείσθωσαν καὶ τρεζέτωσαν τοὺς ὀδόντας κατὰ τὸν πατέρα αὐτῶν διάβολον. ὅπου ἡ πίστις τῆς καθόλου ἐκκλησίας, κτίσιν οἶδε τὸν τοῦ θεοῦ λόγον καὶ δημιουργὸν τῶν ἁπάντων. καὶ οἴδαμεν ὅτι ἐν ἀρχῇ μὲν ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν. γινόμενον δὲ αὐτὸν ἄνθρωπον διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν προσκυνοῦμεν, ἐχ ὡς ἴσον ἐν ἴσῳ γινόμενον τῷ σώματι, ἀλλ' ὡς δεσπότην τὴν προσλαβόντα τὴν ἐδέλου μορφὴν, ἵνα δημιουργὸν καὶ κτίσιν ἐν κτίσματι γινόμενον, ἵν' ἐν αὐτῷ τὰ πάντα ἐλευθερώσας τὸν κόσμον, προσαγάγῃ τῷ πατρὶ καὶ εἰρηνοποιήσῃ τὰ πάντα τὰ ἐπὶ γῆς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς. ἵνα γὰρ καὶ τὴν τοῦ πατρικὴν αὐτοῦ θεότητα ἐπιγινώσκομεν, καὶ τὴν ἔνσαρκον αὐτοῦ παρουσίαν προσκυνοῦμεν, κἂν ἀρξόμενοί τις διαῤῥηγνύωσιν ἑαυτούς. προσευχόμεθα πάντας τοὺς ἀγαπῶντας τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. ἐῤῥωσθαί σε καὶ μνημονεύειν ἡμῶν τῷ κυρίῳ ἐυχόμεθα ἀγαπητὲ καὶ ὡς ἀληθῶς ποθεινότατε, ἐὰν χρεία ᾖ ἀναγνωσθῆναι ταῦτα ἱερωτάτῳ πρεσβυτέρῳ.

A

B

Quapropter mendacia non instituant contra scripturas, neque simpliciores fratres scandalis offendant; sed potiùs, si velint, ipsi sententiam mutent, neq; rei creatæ, citra Deum qui creauit omnia, cultu inseruiant. Sin verò in suis impietatibus perseuerare volunt, soli illis impleantur, & dētibus suis frendeant, vti ipsorum pater diabolus. Quoniam Fides Catholicæ Ecclesiæ, Verbum Dei conditorem & opificem rerum omnium agnoscit: & pro certo & indubitato ponitur, In principio Verbum fuisse, apud Deum, illúdque ipsum Verbum, hominem factum nostræ salutis gratia, adoramus: Non, vt parem in pari corpore, sed vt Dominum, in seruili schemate: & opificem conditorémque in re condita constitutum, vt in eo omnia in libertatem vindicans, mundum Patri reconciliaret, omniáque pacificaret, quæ in cælis, & quæ in terris sunt. Ita enim & Deitatem eius ex patre oriundam cognoscimus, & aduentum & præsentiam eius incarne adoramus. Rumpantur igitur & pereant stultissimi. Salutate omnes qui diligunt Dominum nostrũ Iesum Christum. Valete & memores nostri apud Dominum sitis. Optamus dilecte & verè desideratissime, vt si necesse sit, ista recitentur Hieracæ presbytero.

Τῷ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

Ἀλεξανδρίας

ΠΡΟΣ ΜΑΞΙΜΟΝ ΦΙΛΟΣΟΦΟΝ.

C

Τῷ ἀγαπητῷ καὶ ἀληθῶς ποθεινοτάτῳ υἱῷ Μαξίμῳ φιλοσόφῳ, Ἀθανάσιος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

S. Patris nostri

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI

Alexandrini

AD MAXIMVM PHILOSOPHVM

Oratio de Diuinitate Christi.

Dilecto & verè desideratissimo filio Maximo Philosopho Athanasius in Domino salutem.

ΕΝτυχὼν τοῖς ὑπὸ σοῦ γραφεῖσι λόγοις, τὴν μὲν σὴν εὐλάβειαν ἐδεξάμην, τὴν περὶ τῶν νοούντων, μήτε ἀλέγουσι μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦται, ὅτι πολὺ θαυμάσας, ἐβουλευσάμην ἀληθῶς σιωπῆσαι, τὸ γὰρ ὅτι τοῖς οὕτω φανεροῖς καὶ πλέον φωτὸς λαμπρυσιν ἀποκρίνασθαι, οὐδέν ἕτερόν ἐστιν, ἢ τοῖς φάσκουσιν ἀναισχυντίας τοῖς ὅτω πορισμὸν παρέχειν. ἐπεὶ δὲ πολλοὶ τὸν σωτῆρα μεμαθήκαμεν νιψαμένῳ τῷ πιλάτῳ καὶ καταλαλουμένῳ τὴν συκοφαντίαν, τῶν τότε ἰουδαίων, οὐκέτι ἀπεκρίνατο αὐτῷ ὁ κύριος, ἀλλὰ μᾶλλον ἐχρημάτιζε τῇ τούτου γυναικὶ, ἵνα μὴ ἐν λόγῳ, ἀλλὰ ἐν δυνάμει πιστεύηται ὁ κηρυσσόμενος εἶναι θεός. τῷ δὲ καὶ ἄφα μὴ ἀποκρινόμενος πρὸς τὴν φλυαρίαν αὐτοὺς τῇ ἐπαγγελίᾳ τοὺς πάντας εἰς γνῶσιν μετήγαγεν. ὅπου γοῦν ὑπερπηδήσας ὁ ἐρῶν τὴν τῶν ἀναιδευομένων λογομαχίαν μόλις ἠδέσθη τὸν σὸν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ζῆλον, καὶ

D

E

INcidens in ea quæ à te scripta sunt tuã quidem pietatẽ amplectebar, eorũ autem temeritatem, qui nõ intelligunt, neq; quid ipsi loquantur neq; de qua asseuerationes faciant, diu multúmq; admiratus sum. Statueram verò penitus silentium tenere: de rebus enim ita apertis, ac sole lucidioribus respondere, nihil aliud est, quàm hominibus tam prauè agentibus, causam improbitatis impudentiæque suggerere. Atque idipsum à Saluatore nostro didicimus: Lauanti siquidẽ manus suas Pilato ac Iudæorum calumnias recipienti, nullum vlterius verbum fecit. Sed potius vxori oraculum edidit: vt qui tum inter reos habebatur, non ex verbis, sed ex viribus suis, Dominus esse crederetur. Cæterum, ad cauillationes Caiphæ respondens, professione ipsã, quis esset, indicauit, omnésque ad sui cognitionem traduxit. Diu igitur, multúmque supersedens, intuénsque impudentiam istorum hominum, vitilitigationésque verborum, vix tandem me pudore cõmouit tuus, p veritate zelus;

vt mea

vt mea quoque verba subiungerem: sed tamen, vt nihil tuis scriptis adiicerem, quo aduersarius suis verbis, quibus in contradicendo vsus est, reuictus de sententia sua decedat, & recepta fide compescat linguam suam à malo, & labra sua ne loquantur dolum: idque tandem ab illis obtineatur, vt desinant in posterum exprobrare cum prætereuntibus Iudæis suspenso in ligno, inquientes, Si Filius Dei est seruet seipsum. Quod si ne sic quidem cohiberi queant, tu tamen memor sis Apostolici præcepti, Hæreticum hominem post vnam atque alteram admonitionem deuita, cùm certum habeas, illum peruersum esse & peccare suo ipsius iudicio condemnatum. Certe aut Ethnici sunt, aut ex numero Iudaizantium qui talia audent, iidemque, vel, vt Iudæi, scandalum, vel, vt Ethnici, stultitiam autumant crucem domini. Quòd si se Christianos videri velint, discent tandē Christum patibulo affixum, Dominum esse gloriæ, & potentiā Dei, & Dei Sapientiam. Quòd si hic addubitāt, num Deus sit, ad Thomā cum pudore oculos reiiciāt, palpantem crucifixum, illumque & Dominum & Deum confitentem: & metuant Dominum, qui post lotos discipulorum pedes, ita loquitur: *Vos appellatis me Dominum & Magistrum vestrum, & recte dicitis, sum etenim.* Cæterum, quo corpore eluit pedes, in eodem peccata nostra extulit in lignum: eundémque ex testimoniis constat, rerum ac naturæ esse architectum, contrahente sole radios suos, terra contremiscente, dissilientibus saxis, carnificibusque agnoscentibus illum, qui ita in cruce pendebat, esse vere Filium Dei. Non enim corpus quod oculis patebat, hominis tantùm erat, sed & Dei: in quo etiam, tum, cùm crucifigeretur, mortuos excitauit. Quapropter neq; illorum audacia bona est, qui dicunt ad eum qui iam homo erat, factum esse Verbum Dei: idem enim actitatum est, & in singulis Prophetis, & in reliquis Sanctis, ne totiens verbum quotiens ad illos factum dicitur, natum esse, & mortuum esse existimetur. Non est ita, absit, sed semel in consummatione seculorū, ad exautorandum irritúmque reddendum peccatum, caro factum est, & ex Maria virgine prodiit homo ad similitudinem nostram, vt & ad Iudæos dixit, *Quæritis occidere me hominem, qui veritatem vobis locutus sum:* quippe, qui non ex participatu corporis humani, sed Verbi communione dij efficimur. Quinimo & hoc admiratus sum, quomodo vel cogitare ausi sint, eum naturæ ordine hominem esse factum. Si enim ita esset, superflua esset Mariæ commemoratio: siquidē non agnoscit natura virginē citra virū parturientē. Quapropter ille, in quo pater ipse sibi cōplacuit, Deus verus, & ex natura Verbū & Sapientia Patris, homo ob nostrā salutem corporaliter est factus, vt haberet φ offerret ρ nobis seruatétq; nos oēs, quotquot formidine mortis per omnē vitā obnoxii eramus seruituti, Nō. n. homo quispiā semetipsū pro nobis dedit, quādoquidē oēs homines rei erāt mortis iuxta illud verbū, *Terra es, & in terrā abibis:* neque

καὶ ὑπηγόρευσα ἀδὲν πλέον τῶν ἁγίων γεγραφότων. ἐν οἷς αἰτιᾶται ὁ σωτὴρ, τάχις λοιπὸν παιθεὶς παύσῃ τὴν γλῶσσαν αὐτὰ ἀπὸ κακοῦ, καὶ χείλη αὐτὰ τὰ μὴ λαλήσαι δόλον. καὶ γνοίτω μὲν τοὺς πιούτους μηκέτι ὀνειδίσαι μετὰ τὰ παροδεύοντα τὸν ἰουδαίων τὸ κρεμάμενον ἐπὶ ξύλα, εἰ υἱός ἐστι θεοῦ σώσῃ αὐτόν· ἐὰν ᾖ ἄρα μηδὲ ὅτως καταδύων), ἀλλὰ σὺ τὸ ἀποστολικῆς μνημονεύων παραγγελίας, αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ, εἰδὼς ὅτι ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος, καὶ ἁμαρτάνει ὢν αὐτοκατάκριτος. εἰ μὲν γὰρ ἔλλειψις ἡ τῶν ἰουδαϊζόντων εἰσὶν οἱ τὰ τοιαῦτα τολμῶντες, ὡς μὲν ἰουδαίοις σκάνδαλον, ὡς δὲ ἔλλειψις μωρίαν νομιζέτωσαν τὸν σταυρὸν τοῦ χριστοῦ. εἰ δὲ ὑποκείνονται ὡς χριστιανοί, μαθέτωσαν τὸν σταυρωθέντα χριστὸν, κύριον μὲν τῆς δόξης, δυνάμιν δὲ θεοῦ καὶ θεοῦ σοφίαν αὐτὸν εἶναι· εἰ δὲ ἀμφιβάλλουσιν ὅτι καὶ θεός ἐστιν, αἰδεσθήσονται τὸν θωμᾶν τὸν ψηλαφήσαντα τὸν ἐσταυρωμένον, καὶ λέγοντα κύριον αὐτὸν εἶναι καὶ θεὸν, καὶ φοβέσθωσαν αὐτὸν τὸν κύριον, τὸν μετὰ τὸ νίψαι τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν λέγοντα, ὑμεῖς φωνεῖτέ με, ὁ κύριος καὶ ὁ διδάσκαλος, καὶ καλῶς λέγετε, εἰμὶ γάρ. ἐν ᾧ δὲ σώματι τυγχάνων ἔνιψε τοὺς πόδας, ἐν τούτῳ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀνέφερεν ἐπὶ τὸ ξύλον. ἐμαρτυρεῖ πότε θεαπότης τῆς κτίσεως, συστείλαντος μὲν τοῦ ἡλίου τὰς ἀκτῖνας καὶ τῆς γῆς τρεμούσης, καὶ τῶν πετρῶν σχιζομένων, καὶ τῶν θηρίων ὑπαγόντων ὅτι ἀληθῶς θεοῦ υἱός ἐστιν ὁ σταυρωθείς· οὐ γὰρ ἀνθρώπου τινὸς τὸ βλεπόμενον σῶμα, ἀλλὰ θεοῦ, ἐν ᾧ τυγχάνων, καὶ ὅτι ἐσταυρώθη ἤγειρε νεκρούς, διὸ οὐδὲ ἐκείνων αὐτῶν καλὸν τὸ λῆμμα, τὸ λέγον, ὅτι εἰς ἄνθρωπόν τινα ἅγιον, ἐγένετο ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, τοῦτο γὰρ ἐν ἑκάστῳ ἐγένετο τῶν προφητῶν καὶ τῶν ἄλλων ἁγίων· ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον γινώμενος καὶ πάλιν ἀποθνήσκων φαίνηται. οὐκ ἔστι δὲ οὕτως, μὴ γένοιτο. ἀλλ' ἅπαξ ἐπὶ συμπλεία τῶν αἰώνων εἰς ἀθέτησιν τοῦ ἁμαρτίας αὐτὸς ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐκ μαρίας τῆς παρθένου προῆλθεν ἄνθρωπος καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν· ὃς καὶ πρὸς ἰουδαίους ἔφη, τί ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα, ὃν οὐκ ἄνθρωπός τινος μετέχοντος σώματος, ἀλλ' αὐτοῦ λόγου σῶμα λαμβάνοντες, θεοποιούμεθα, ἀμέλει καὶ κεῖνο τὸ θαυμαστὸν πῶς ὅλως καὶ ἐννοῆσαι τετολμήκασιν, ὅτι φύσεως ἀνθρωπίνης γεγένηται ἄνθρωπος. εἰ γὰρ ὅτως ἦν, περιττὴ τὸ μαρίας ἡ μνήμη. οὐδὲ γὰρ οἶδεν ἡ φύσις παρθένον χωρὶς ἀνδρὸς τεκεῖν, ὅθεν εὐδοκίᾳ τοῦ πατρὸς θεὸς ὢν ἀληθινὸς, καὶ φύσει λόγος, καὶ σοφία τοῦ πατρὸς, γέγονε σωματικῶς ἄνθρωπος, διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἵν' ἔχων ὃ προσενέγκῃ ὑπὲρ ἡμῶν, σώσῃ πάντας ἡμᾶς, ὅσοι φόβῳ θανάτου διὰ παντὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας. ὁ γὰρ ἄνθρωπός τις ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν δέδωκεν, ἐπεὶ πᾶς ἄνθρωπος ὑπόδικός ἐστι θανάτῳ, κατὰ τὴν εἰ, καὶ εἰς γῆν ἀποβλεπτέον.

ἐν τῷ

ἐν τῷ Ἀδὰμ ἐρημένον πρὸς πάντας ἀλλ' οὐδὲ ἕτερόν τι τῶν κτισμάτων, ἐπεὶ πᾶσα κτίσις, ὑποπλόος ἐστὶ τροπῆς, ἀλλ' αὐτὸς ὁ λόγος τὸ ἴδιον σῶμα προσλώβησεν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα μὴ εἰς ἄνθρωπον ἡ πίστις καὶ ἡ ἐλπὶς, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν θεὸν λόγον πίστιν ἔχωμεν. ἀμέλει καὶ ἀνθρώπου γινομένου αὐτοῦ θεωροῦμεν τὴν δόξαν αὐτοῦ δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. ἀλλὰ καὶ τὰ σώματος ὑπέμεινε, πῶς παιδὸς θεὸς ἐμεγαλύνθη, καὶ ἐπείνα μὲν σαρκὶ, θεϊκῶς δὲ τοὺς πεινῶντας ἐχόρτασε. Εἰ δέ σκανδαλίζεταί τις ἐπὶ τοῖς σωματικοῖς, πιστευέτω ἐφ' οἷς ὁ θεὸς ἐργάζεται. πωλύεται γὰρ ἀνθρωπίνως πρὸς λάζαρον κεῖται, ἐγείρει δὲ τοῦτον θεϊκῶς. ὅθεν μηδὲ γελάτω τις λέγων, παιδίον καὶ ἡλικίαν ὀνομάζον καὶ αὔξησιν, καὶ φαγεῖν, καὶ πεῖν, καὶ παθεῖν, ἵνα μὴ τὰ τοῦ σώματος ἐνέργειαν, ἐνέργειαν τέλειον καὶ τὸ δι' ἡμᾶς ἐπιδημίαν αὐτοῦ, καὶ ὥσπερ οὐκ ἀκολουθία φύσεως ἄνθρωπον γεγονέναι, οὕτως ἀκόλουθον ἦν σῶμα λαβόντα αὐτὸν δεικνύναι τὰ ἴδια τούτου, ἵνα μὴ ἡ φαντασία τοῦ μανιχαίου κενὴ ᾖ. ἀκόλουθον δὲ πάλιν ἦν σωματικῶς αὐτὸν χρηματίζοντα, μὴ κρύψαι τὸ θεότητος, ἵνα μὴ σαμοσατεὺς πρόφασιν εὕρῃ, ἄνθρωπον αὐτὸν λέγων, ὡς ἄλλον ὄντα παρὰ τὸν θεὸν λόγον. ταῦτα τοίνυν καταμανθανέτω ὁ ἄπιστος, μαθέτω ὅτι βρέφος μὲν ἦν ἐπὶ φάτνης, τοὺς δὲ μάγους ἐτάραξε προσκυνήσοντας αὐτῷ, καὶ παιδίον μὲν εἰς Αἴγυπτον κατῆλθε, τὰ δὲ χειροποίητα τῆς εἰδωλολατρείας κατήργησε, καὶ ἐσταυρωμένος σαρκὶ νεκροὺς ἐκ πολλοῦ χρόνου ἤγειρε, καὶ δέδωκε πᾶσιν, ὅτι οὐ δι' ἑαυτὸν, ἀλλὰ δι' ἡμᾶς ἐτέρωσε πάντα, ἵν' ὑμεῖς τοῖς ἐκείνου παθήμασιν ἀπάθειαν καὶ ἀφθαρσίαν ἐνδυσάμενοι, διαμείνωμεν εἰς ζωὴν αἰώνιον. ταῦτα δέ σοι σωτήρως ἐκ τῶν σῶν, καθὼς προεῖπον, δεξάμενος, ἐπηνώρθωσα, οὐδὲν πλέον ἐξεργασάμενος, ἀλλὰ μόνον τὸ θεῖον σταυροῦ μνημονεύσας, ἵνα ἐν οἷς ἐσκανδαλίσθησαν οἱ ὀλίγωροι, ἐν τούτοις μεταπαιδευθέντες προσκυνήσωσι τὸν ἐσταυρωμένον. σὺ δὲ γνησίως τοὺς ἀπίστους πεῖθε. τάχα πως ἐξ ἀγνωσίας εἰς ἐπίγνωσιν ἔλθωσι, καὶ πιστεύσωσι καλῶς, καὶ εἰ μὴ αὐτάρκη αὐτὰ ἅπαντα σοὶ χαρίζεται, ὅμως ὑπομνήσεως ἕνεκεν πρὸς τοὺς φιλονείκους προσθεῖναι καὶ ταῦτα καλόν· ἵνα μὴ ὡς ἐλεγχόμενοι, ἐξ ὧν τετολμήκασιν, αἰσχυνθῶσιν, ἀλλ' ὡς ὑπομιμνησκόμενοι μὴ ἐπιλάθωνται τῆς ἀληθείας. κρατείτω γὰρ τὰ ἐν Νικαίᾳ πρὸς αὐτῶν πατέρων ὁμολογηθέντα. ὀρθὴ γάρ ἐστι καὶ ἱκανὰ πᾶσαν ἀπελάσαι τὴν αἵρεσιν ἀνατρέψαι καὶ μάλιστα τὴν ἀρειανὴν, τὴν εἰς τὸν λόγον θεὸν δυσφημοῦσαν, καὶ ἐξανάγκης, εἰς τὸ πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον δυσσεβοῦσαν. προσαγορεύω πάντας τοὺς ὀρθῶς φρονοῦντας.

προσαγορεύουσί σε πάντες
οἱ σὺν ἐμοί.

τῷ

neque id fieri potuit per vllam rem creatam, quia omnis creatura de mutabilitate suspecta est: sed ipsum Verbum suum corpus pro nobis obtulit, ne in hominem spe aut fiducia moueremur, sed in ipso Deo Verbo fiduciam nostrã constitutam haberemus. Cæterum, eo homine facto videmus gloriam eius vt gloriam vnigeniti ex Patre, pleni gratia & veritate. Quæ enim per corpus sustinuit, ea vt Deus magnificauit, & carne quidem esuriit, diuinitus tamen esurientes satiauit. Quod si quis offenditur rebus eius corporalibus, fidem tamen constituat in illis, quæ vt Deus, operatur. Percunctatur enim humanitus, vbi Lazarus sit situs, sed tamẽ excitat eum prorsus diuinitus. Quapropter ne quis irrideat verba, dum audit puerum ætatem, incrementum, edere, libere pati: ne si quæ peculiaria sunt corporit, abnegauerit, abnegat etiam plane eius ad nos aduentum. Et quemadmodum non naturæ ordine homo factus est, ita tamen ex ordine erat, vbi corpus assumpserat, vt ea in se ostenderet, quæ propria erant corporis, ne phantasia Manichæi inualesceret, rursumque ex ordine erat, corporaliter sese gerentem, non ocultare ea quæ sunt diuinitatis, ne Samosatensis causſam sui erroris reperiret, hominem eum dicens, & diuersum à Verbo Deo. Hæc secum expendens infidelis homo, addiscat, eum quidem, vt puerum, in præsepio iacentem, magos tamen adducere, vt sese adorarent: ac, vt puerum quidem, in Ægyptum descendere, manuaria tamen opera idololatriæ demoliri: & carne crucifixum, mortuos tamen iam olim in vitam reuocare. Commonstratumque omnibus est quòd nõ sui causa, sed nostri gratia sustinuerit hæc omnia: vt nos illius passione incorruptibilitatem & impatibilitatem amicti, perduraremus in vitam æternam. Hæc breuiter ex tuis, quẽadmodum dixi, mutuatus sum, & nihil ad ea de meo adiectum volens, solummodo diuinæ crucis mentionẽ feci, vt quibus scandalizati sunt fastuosi, istis ipsis in diuersum instituti, crucifixum adorarent. Tu porro ingenue infideles ad Fidẽ admonẽdo reuoca: forsitam breui ex insciti, ad scientiã profecerint: & à peruersa, ad rectam Fidem peruenerint. Quòd si, quæ tu scripsisti, non sufficiũt, saltem pro admonitione aduersus peruicaces rectum fuerit & ista opponi: vt non quasi de aũsis suis reprehensi erubescant, sed quasi admonitione expergefacti non obliuiscantur veritatis. Vincant autem & robur suum habeant, quę Niceæ patrum confessionibus constituta sunt: recta enim Fides est, quæ sufficiat, exterere omnes impias hæreses, & præcipue Arianam, quæ in Verbum Dei blasphemias dicit. Saluta omnes rectè sentientes. Salutant te omnes mei.

Ff S. Patris

S. Patris noſtri

ATHANASII
ARCHIEPISCOPI
Alexandrini

Epiſtola ad Serapionem Epiſcopum, contra eos, qui dicunt filium creaturam eſſe.

EGO quidem arbitrabar etiam vel ita pauca ſcripſiſſe, meamq; imbecillitatem accuſabam, qui non tantum potuerim ſcribere, quantum aliis permiſſum eſt dicere, idque contra eos, qui impiè ſentiunt de Spiritu ſancto. Cæterum, quia, vt ſcribis nonnulli fratrum poſtulauerunt, vt iſta concideremin compendium, quo in promptu eſſet, quibus paucis reſponderent eis, qui interrogãt de Fide noſtra, & vt refutarent impie ſentientes: feci illud audacter bona conſcientia, & ea ſpe nixus, vt ſi quid in iſtis omiſſum eſſet, tu adimpleres. Ariani ſiquidem in ſe conuerſi, & in vnum coacti, quod perinde eſt ac ſi foris verſarentur, more Saducæorum humanis ratiocinationibus Diuinam ſcripturam excipiunt & cauillantur. Audientes enim ſapientiam, & ſplendorem, & Verbum Filium Patris exiſtere, pro conſuetudine ſua dicunt, Quomodo hoc poterit eſſe? Quaſi eſſe nõ poterit, quod ipſi neque unt intelligere. Reſtat igitur, vt ſimili modo de vniuerſitate diſceptent: Ecquónam modo potuit rerum natura, cum aliquando non exiſteret, extitiſſe? Aut quomodo poteſt puluis terræ deformari in rationalem hominem? aut quomodo poteſt, quod corruptibile eſt, incorruptibile fieri? Aut quomodo terra ſuper mare fundata eſt? aut quomodo eam ſuper flumina præparauit Deus? Reſtátq; vt addant tandem, ſibiq; ita loquantur: Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Vt ſcilicet, ipſis corruptis, vnà corrumpatur inſania hæreſeos Arianæ. Eſt igitur letalis peſtilénsq; iſtiuſmodi ſententia. Veritatis contra ſermo, de quo illos decuit cogitare, ad iſtum modum ſe habet. Si fons, & Lux, & Pater eſt Deus, nefarium dictu eſt, Fontem exaruiſſe, lucem ſine ſplendore, Deum ſine Verbo, aut Ratione fuiſſe, ne Deus inſipiens, aut irrationalis, aut lucis expers habeatur. Cum igitur æternus ſit Pater, neceſſum eſt, & Filium æternum eſſe. Quæ enim in Patre intelligimus, ea in filio eſſe dubitandũ non eſt, loquente ipſo Domino: *Omnia quæcunq; habet Pater, mea ſunt, & omnia mea ſunt Patris.* Æuiternus igitur Pater eſt, æuiternus eſt filius: per eũ n. æuum & ſecula condita ſunt, qui eſt Deus in omnib. benedictus in ſecula, Amen, vt inquit Paulus.

Τῶ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ
ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ
Αλεξανδρίας

Ἐπιστολὴ πρὸς Σεραπίωνα τ̀ ἐπίσκοπον κ̀ τῶν λεγόντων, ὅτι ὁ ὑὸς κτίσμα ἐστιν.

A ΕΓὼ μὲν ἐνόμιζον οὕτως ὀλίγα γεγραφηκέναι· καὶ κατηγόρουν ἐμαυτ̀ πολλῆς ἀσθενείας· ὡς μὴ δυνηθέντ@ ποσῶς γεγράφειν, ὅσον αὐθρώπις ἔξεστι λέγειν κατὰ τ̀ ἀσεβούντων εἰς τ̀ πνεῦμα τ̀ ἅγιον· ἐπειδὴ γ̀, ὡς γεγράφεις, τινὲς τῶν ἀδελφῶν ἠξίωσαν Ἑ ταῦτα ὑπ' ἐμοῦ ἵνα ἔχωσιν ἐξ ἑτοίμου Ἑ δι' ὀλίγων ἀπολογεῖσθαι μὲν πρὸς ἐρωτῶσι περὶ τ̀ ἐν ἡμῖν πίστως, διελέγχειν δ̀ τοὺς ἀσεβοῦντας· ἐποίησα καὶ τοῦτο, θαρρῶν ὅτι συνειδήσιν ἔχων ἀγαθὴν, εἴπερ καί ἐν τούτοις τ̀ σκοπὸν ἐλλείπω, ἀλλ' ἀναπληρώσεις· οἱ αἱρετικοὶ εἰς ἑαυτοὺς στραφέντες κ̀ μηδὲν πλέον ἢ ἐξωθεν ἑαυτῶν νοοῦντες κατὰ τὰς παραδόσεις, ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς διεδέξαντο· θεόπνευστον γεγραφὴν ἀκούοντες γ̀ οὖν σοφίαν, κ̀ ἀπαύγασμα, Ἑ λόγον εἶναι ἴδιον πατρὸς τ̀ υἱὸν, εἰώθασιν ὅπ λέγειν· πῶς δύνα) τοῦτο εἶν; ὥσπερ ἃ δυνάμενα εἶν ὁ μὴ δύναι) αὐτὰ νοεῖν; ὥρα γὰρ αὐτοὺς κ̀ περὶ τοῦ πατρὸς τοιαῦτα διανοεῖσθαι. πῶς δύναται ἡ κτίσις μὴ οὖσά ποτε γενέσθαι; ἢ πῶς δύναται χοῦς γῆς πλασθῆναι ἄνθρωπ@ λογικὸς; ἢ πῶς τὸ φθαρτὸν ἄφθαρτον γένεσθαι; ἢ πῶς ἡ γῆ ὑπὲρ θαλασσῶν τεθεμελίωται, καὶ ὑπὲρ ποταμῶν ἡτοίμασεν αὐτὴν ὁ θεὸς; κ̀ λοιπὸν ὑπολέγειν αὐτοὺς ἑαυτοῖς, Φάγωμεν κ̀ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν. ἵνα δῆλον αὖ εἴη, ὅτι φθειρομένων αὐτῶν, συμφθαρήσεται Ἑ ἡ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν μανία. Τῶν μὲν οὖν ἀρειανῶν θνητὸν καὶ φθαρτὸν τ̀ νοῦν φρόνημα· ὁ δὲ τῆς ἀληθείας λόγ@, ὃν περ ἔπεσε κ̀ αὐτοὺς διανοεῖσθαι, τοιοῦτός ἐστιν· εἰ πηγὴ κ̀ φῶς καὶ πατὴρ ἐστιν ὁ θεὸς, οὐ θέμις εἰπεῖν οὔτε πηγὴν ξηρὰν, οὔτε τὸ φῶς χωρὶς αὐτῆς, οὔτε τ̀ θεὸν χωρὶς λόγου ἵνα μὴ ἄσοφος Ἑ ἀφεγγὴς ᾖ ὁ θεὸς. ἀϊδίου τοιγαροῦν ὄντ@ τοῦ πατρὸς, ἀνάγκη καὶ τ̀ ὑὸν ἀΐδιον εἶναι· ἀ γὰρ ἂν ἐν τῷ πατρὶ νοήσωμεν, ταῦτα Ἑ ἐν τῷ υἱῷ εἶναι, οὐκ ἀμφίβολον· λέγοντος αὐτ̀ τοῦ κυρίου. πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατήρ, ἐμά ἐστιν· αἰώνι@ γοῦν ἐστιν ὁ πατὴρ, αἰώνιος ἐστι κ̀ ὁ υἱός· δι' αὐτ̀ γὰρ οἱ αἰῶνες γεγόνασιν. ὧν ἐστιν ὁ πατὴρ, ἀνάγκη κ̀ ὁ υἱός· ὁ ὢν ὑπὲρ πάντων θεὸς Ἑ λογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν, ὡς εἶπεν ὁ ἀπόστολ@.

ἀπε-

οὐθέμις οὐδὲ εἰπεῖν ὅπι πατρὸς, οὐδὲ ὅπι υἱοῦ, ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν· παντοκράτωρ ἐστὶν ὁ πατὴρ, παντοκράτωρ ἐστὶ καὶ ὁ υἱός, λέγοντ᾽ τοῦ ἰωάννου, τόδε λέγει ὁ ὢν, ὁ ἦν, ὁ ἐρχόμεν᾽, ὁ παντοκράτωρ. φῶς ἐστιν ὁ πατὴρ, ἀπαύγασμα ὁ υἱὸς καὶ φῶς ἀληθινόν· ἀληθινὸς θεὸς ὁ πατὴρ, ἀληθινὸς θεὸς ὁ υἱός· οὕτω γὰρ ὁ ἰωάννης ἔγραψεν, ἐσμὲν ἐν τῷ ἀληθινῷ ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ ἰησοῦ χριστῷ· οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς θεὸς, καὶ ζωὴ ἡ αἰώνι᾽· καὶ ὅλως οὐδέν ἐστιν ὧν ἔχει ὁ πατὴρ, ὃ μὴ τοῦ υἱοῦ ἐστι. Δέδεικται γὰρ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ, ἐπειδὴ τὰ τοῦ πατρὸς, πάντα ἐν τῷ υἱῷ ἐστι. καὶ πάλιν ταῦτα ἐν τῷ πατρὶ νοεῖται· οὕτω νοεῖται τε, ἐγὼ γὰρ ὁ πατὴρ ἓν ἐσμεν, ἐπειδὴ οὐκ ἄλλα ἐν τούτῳ καὶ ἄλλα ἐν τῷ υἱῷ, ἀλλὰ τὰ ἐν τῷ πατρὶ, ταῦτα ἐν τῷ υἱῷ ἐστι. καὶ ἃ βλέπεις ἐν τῷ πατρὶ, βλέπεις ἐν τῷ υἱῷ· καὶ νοεῖται καλῶς τε, ὁ ἐμὲ ἑωρακὼς ἑώρακε τὸν πατέρα. τούτων δὲ οὕτω δεικνυμένων, ἀσεβής ἐστιν ὁ λέγων κτίσμα εἶναι τὸν υἱόν· ἀναγκαθήσεται γὰρ εἰπεῖν κτίσμα καὶ τὴν πηγὴν βρύουσαν, κτίσμα τὴν σοφίαν, τὸν λόγον, ἐν ᾧ ἐστι τὰ πάντα τοῦ πατρὸς· ἄλλως τε καὶ ἀπὸ τούτων μάλιστα ἴδοι τις σαθρὸν τῆς αἱρέσεως τῶν ἀρειομανιτῶν, ὧν ἐσμὲν ὅμοιοι, καὶ τὴν ταυτότητα ἔχομεν τούτων, καὶ ἐμούσιοι ἐσμὲν· ἄνθρωποι γὰρ οἱ ὅμοιοι καὶ τὴν ταυτότητα ἔχοντες, ὁμοούσιοι ἐσμὲν ἀλλήλων. τὸ αὐτὸ γὰρ πᾶσι. τὸ θνητὸν· τὸ φθαρτὸν· τὸ τρεπτὸν· τὸ οὐκ μὴ ὄντων· καὶ ἀγγέλοις δὲ πρὸς ἑαυτοὺς· καὶ τὰ ἄλλα δὲ πάντα ὡσαύτως ὁμοφυῆ ἐστιν ἀλλήλων. οὐκοῦν, ἐρευνάτωσαν οἱ περίεργοι, εἰ ἔστι τις ὁμοιότης πρὸς τὸν υἱὸν τοῖς κτίσμασιν· ἢ τὰ ἐν τῷ υἱῷ δύανται εὑρεῖν ἐν τοῖς γνωτοῖς, ἵνα καὶ κτίσμα τολμήσωσιν εἰπεῖν τὸν τοῦ θεοῦ λόγον. ἀλλ᾽ οὐκ ἂν εὕροιεν οἱ πάντα περιπετεῖς καὶ πλανώμενοι περὶ τὴν εὐσέβειαν· ἐν μὲν γὰρ τοῖς κτίσμασι, οὐδέν ἐστι παντοκράτωρ· καὶ οὐδὲν πρὸς τοῦ ἑτέρου κρατεῖται· ἕκαστον γάρ, αὐτοῦ ἐστι τοῦ θεοῦ· οἱ μὲν γὰρ οὐρανοὶ, διηγοῦνται δόξαν θεοῦ· ἡ δὲ γῆ, τοῦ κυρίου ἐστὶ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς· ἡ θάλασσα εἶδε καὶ ἔφυγε· καὶ τὰ πάντα δοῦλα τοῦ ποιήσαντ᾽ ἐστὶ· ποιοῦντα τὸν λόγον αὐτοῦ· καὶ ὑπακούοντα τῷ προστάγματι αὐτοῦ· ὁ δὲ υἱὸς, παντοκράτωρ ἐστὶν ὡς ὁ πατὴρ· καὶ τοῦτο γέγραπται καὶ δέδεικται· πάλιν ἐν τοῖς κτίσμασιν, οὐδέν ἐστιν ἄτρεπτον τῇ φύσει· τῶν γὰρ ἀγγέλων τινὲς, οὐκ ἐτήρησαν τὴν ἰδίαν τάξιν· καὶ ἄτρεπτα, ἃ καθαρὰ ἐνώπιον αὐτοῦ· καὶ ὁ μὲν διάβολ᾽, ἔπεσεν ἀπ᾽ οὐρανοῦ· ὁ δὲ ἀδὰμ, παρέβη. καὶ πάντα, ἀλλοιούμενά ἐστιν· ὁ δὲ υἱὸς, ἄτρεπτός ἐστι καὶ ἀναλλοίωτ᾽ ὁ πατὴρ· καὶ τοῦτο παῦλ᾽, ὑπέμνησεν οὐκ τοῦ ἑκατοστοῦ καὶ πρώτου ψαλμοῦ· λέγων, σὺ κατ᾽ ἀρχὰς κύριε τὴν γῆν ἐθεμελίωσας· καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοὶ· αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις· καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς καὶ ἀλλαγήσονται· σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι.

Neutiquam fas est dicere de Patre, neque de Filio, fuit quando non erat. Omnipotens Pater est, omnipotens Filius est, attestante Ioanne: *Qui est, qui erat, qui venturus est, qui omnipotens est*. Lux est Pater, iubar radiúsque Filius, & lux vera: verus Deus Pater, verus Deus Filius. Ita enim à Ioanne scriptum est: *Sumus in vero Filio Iesu Christo. Hic est verus Deus & vita aeterna*, & in summa, nihil est ex eis, quæ habet Pater, quod non sit Filij. Ideóque Filius in Patre, & Parer in Filio: quia quæ Patris sunt, eadem sunt in Filio, ac vice versa, ea quæ in Patre intelligũtur, Filij sunt. Ita interpretandum est dictum illud: *Ego & Pater vnum sumus*: quandoquidem non alia in hoc, alia in illo, sed quæ in Patre sunt, eadem sunt in Filio. Et quæ vides in Patre, eadem vides in Filio. Probéque intelligitur & illud: *Qui me vidit, vidit Patrem*. Rebus igitur ita demonstratis, impius sermo est, creaturam esse Filium. Cogetur enim idem ille dicere, fontem ipsum scaturire sapientiam, quæ creatura sit, & Verbum esse creatitium, in quo tamen omnia sunt Patris, alioqui etiam vel hinc deprehendas quàm sit friuola & nugax hæresis Arianorum, quibus similes existimus, siquidem iidem identitate naturæ conuenimus, & homusij sumus. Certe, homines qui similes inter se sunt, quum sint eadem natura coniuncti, homusij, hoc est, eiusdem substantiæ cẽseri debent. Eadem enim in hominibus mutabilitas, mortalitas, eadem origo, qua ex nihilo prodierunt. Angeli quoque inter se generis ratione, & cætera omnia cognata sunt, & eiusdem naturæ. Quapropter, si interrogent curiosi isti, an sit Filio aliqua similitudo cum rebus creatis, aut ea quæ in Filio sunt, reperiri queant in rebus conditis, quo occasionem habeant calúniandi Filium Dei creaturam esse. Cæterum, nihil tale vnquam inuenerint isti ad omnia temerarij, & in omni religione errabundi. Inter creata nihil est omnipotens, & nihil sub alterius potentia detinetur: Quippe quũ singula ipsius sint. Cęli enim enarrant gloriam Dei, terra autẽ Domini est, & plenitudo eius. Maria vidit & fugit, omniaq; sunt mancipia conditoris sui, facientia verbum eius & obedientia mandato eius. Filius contra omnipotens est, vt Pater, & hoc ipsum scriptum est & demonstratum. Rursum in creatis nihil est immutabile natura, quippe cum Angeli quidem non seruauerint suum ordinem, & stellæ non habeantur puræ coram eo, & diabolus ceciderit é cælo: Adam autem præuaricatus sit, omniáque alterentur. Filius contra, inalterabilis est & immutabilis vt Pater, & hoc Paulus subindicauit, verba Dauidis in hoc ipsum mutuatus, *Tu Domine in initio terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli: Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes quasi vestimentum veterascent: & quasi amictum conuoluis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient*. Et iterum dicit,

Iesus Christus heri & hodie idem in secula. Ediuerso, omnia creata quum non essent, creata sunt: Terra quum nulla esset, condita est. Et ab eo ea quæ non sunt, tanquam quæ sunt, vocantur. Et quia opera sunt creaturæ, ideo initium existendi oriuntur. *Initio enim fecit Deus cœlum & terram, & omnia quæ in eis sunt*. Et, *Manus mea fecit hæc omnia*, filius autē, quia ipsa essentia est, super omnia Deus est: non aliter quàm Pater, & hoc ipsum ita esse demonstratum est: Eundémque non factum esse, sed facere: non creatum, sed creare, & Patris sui opera operari. Per cũ. n. secula condita sunt, & omnia per eum facta sunt, & sine eo factum est nihil. Vt autem Apostolus demonstrat: *Ipse in principio fundauit terram: & opera manuum eius sunt cœli*. Ac rursum, nihil creaturarũ ex natura Deus est: sed vnumquodque ex rebus conditis, hoc ipsum quod factum est, nomine suo appellatur, hoc enim, cœlũ dicitur, ista, terra: illa luminaria, hæ stellæ, maria, abyssus, quadrupedia, homo, & ante homines Angeli, Archangeli, Cherubin, Seraphin, Potestates, Principes, Virtutes, Dominationes, Paradisus, & ita singula in suo ordine & vocabulo permanent. Quòd si ex istis nõnulli dii appellati sunt, id non factum ratione naturæ ipsorum, sed ex communicatione Verbi. Ita enim ipse locutus est: *Si illos Deos appellauit ad quos sermo Dei factus est*: Atque inde est, quòd, quum natura Dij non sint, vbi sese in peius mutarunt, hæc opprobria & conuitia audiant, *Ego dixi dii estis, & filii Altissimi: vos omnes tamen vt homines peritis*. Talis & ille fuit, qui audiit: Tu homo & non Deus. Filius contra, verus est, vt pater. In patre enim est, & pater in ipso: & Ioannes quidem, vt docuimus, scripsit. Dauid item: *Thronus tuus Deus in secula seculorum, virga rectitudinis, virga regni tui*. Et Esaias: *Laborauit Aegyptus & mercatus Aethiopum, & oriundi ex Saba, viri alti ad te transibunt, & sequentur te à tergo vincti manicis, adorabunt te, quoniã in te Deus. Tu enim es Deus Israel & ignorauimus*. Quis autem est hic Deus, in quo est Deus nisi filius ipse? qui de se inquit: *Ego in patre & pater in me*. Quis igitur, rebus ita constitutis, & ad eum modum descriptis, non perspicit in rebus creatis nihil simile habere filium? Omnia autem Patris ad filium spectant, quia ille consubstantialis est patri. Vt enim, si cum rebus creatis haberet aliquam cognationem, consubstantialis illis fuerit: ita alienus à creatis per substantiam remanẽs, proprium fuerit Verbum Patris, & alius diuersusque ab illis: Cæterum, quia omnia patris illi propria sunt, consubstantialis esse Patri merito reputabitur. Ita enim Patres rem intelligẽtes, confessi sunt in Nicæna Synodo coessentialẽ, & ex substãtia patris filiũ esse. Satis. n. perspiciebãt, creatã substãtiã nũquã sibi posse arrogare hoc dictum, *Omnia quæ Pater habet, mea sunt*. Quo. n. quæ initium existendi sortita sunt haberẽt in se illud, qui est, & qui erat in ęternũ? Ideoq; quũ filius habeat hęc omnia, & quę Patris sunt, necessum est, Filij naturã nõ creatam,

eum vnius substantiæ, non consubstantialem, eo ipso tollentes Filium: neq; patibile corpus, quod Filius gestauit, pro vniuersi mundi salute, Patri attribuimus, neque tres substantias seorsum distinctas, vt corporaliter in hominibus fit, cogitamus, ne deorum pluralitatem ad instar gentium sapere videamur: sed veluti ex fonte fluuius exortus non diuiditur, tametsi duæ sint species, duo sint numina. Neque enim Pater filius est, neque filius Pater: nam & pater Filij Pater est, & Filius Patris Filius est: vt enim fons, fluuius non est: neq; e contrario fluuius, fons est: vterque tamen vna & eadem aqua, quæ ex fonte in flumen propagatur: ita quoque ex Patre in Filium Deitas perenniter & indiuisim continuatur. Ait enim Dominus, *Ex Patre egressus sum & venio*: apud Patrem tamen semper existit, qui est in sinu Patris: nunquam autem exinanitus est, Filij Deitate, Patris sinus. Ait enim: *Ego eram apud eum, moderans omnia*. Cæterum, absit, vt opinemur conditum aliquid esse aut creatum, aut ex nihilo prodiisse creatorem omnium Deum, eundémque Dei Filium existentem ab existente: & vnicum ex vnico, cui vt ab æterno ex Patre genito, par gloria & potestas: Quisquis enim vidit Filium, vidit & Patrem. Liquet igitur omnia à Filio creata esse, sed Filium nequaquam creaturam esse, vt Paulus de Domino locutus est: In eo scilicet creata esse omnia, eumque esse ante omnia. Vbi non dixit eum ante omnia creatum fuisse, sed eum ante omnia existere. Verbum certe creationis de omnibus dictum est: esse autem ante omnia, soli Filio congruit, & adaptabile est. Genitum igitur quiddam secundum naturam, & perfectus ex perfecto existit, ante colles natus, hoc est, ante omnem substantiam rationalem & intellectualem, vt & alibi dicitur, Primogenitus est omnis creaturæ. Verùm illum Primogenitum non creaturam dicit, sed fœnum Patris: peregrinum enim est & alienum à Trinitate, si dicatur creatura, quoniam omnia creata sunt à patre per eum, & solus Filius è Patre genitus est, ideoque primogenitus est omnis creaturæ Deus Verbum, incommutabilis ex incommutabili. Ipsum autē corpus quod propter nos gestauit, creatura censendum est, de quo loquitur Hieremias secundum septuaginta traditionem: *Dominus nobis creauit ad plantationem salutem nouam, in qua salute venient homines*: secundum Aquilam vero illud dictum ita se habet, *creauit Dominus nouum in fœmina*. Porrò, quæ creata est nobis in plantationem Iesus est, salus noua & non vetusta, qui pro salute nostra factus est homo, vt interpretatio nominis præ se fert: aliquatenus execratio, aliquatenus Saluator. Est autem ex Saluatore salus, quēadmodum ex lumine illuminatio. Salus igitur ex Saluatore increato noua (quemadmodum inquit Hieremias) nouam nobis salutē creauit: & vt Aquila ait, *Creauit Dominus nouū in fœmina*, hoc est, in Maria. Nihil enim conditum est nouum in fœmina, nisi quod ex Maria Virgine editum est sine commercio Veneris Dominicum corpus, vt in Prouerbiis ex persona Filij dictū est,

Deus

Deus creauit me in principio viarum suarum, ad opera manuum ipsius: non autem dicit ante opera creauit me, ne quis ad deitatem Verbi, illud dictum desumat. Vtraque igitur ea, quæ de creatione dicta sunt, corporaliter ad Iesum referuntur. Dominicus enim homo, quem ad salutem nostram exhibuit, conditus est vt esset initium viarum: per hunc enim ad Patrem accessum habemus, quoniam ipse est via quæ ad Patrem nos ducit: via nimirum, corporeum quiddam est, quod visui subiacet, quæ est ipse Dominus homo. Omnia igitur creauit Dei Verbum, ipsum tamen creatura non est, sed genitum quiddam: Nihil enim creaturarum quicquam condidit æquale aut simile sibiipsi. Patris autem proprium est gignere: artificis verò, condere. Corpus igitur quod nostri causa gestauit Dominus, opus est & creatura, idq; genitum est nobis, vt inquit Paulus, *Ex Deo sapientia & Sanctificatio, & iustitia, & redemptio*: Atqui ante nos & omnes res creatas, Verbum Sapientia Patris erat, & est: Cæterum, Spiritus sanctus progressio Patris, semper est in manibus Patris, qui eum mittit, & in manibus Filii, qui eum gestat, per quem omnia repleuit. Pater continens in se essendi facultatem, genuit Filium, non condidit, quasi fluuium quendam ex fonte & germen ex radice, & radium è lumine, quas res ipsa natura agnoscit indiscretas esse, per quem Patri gloria, & imperium in secula seculorum, Amen.

κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ· λέγει δὲ πρὸ ἔργων ἔκτισέ με, ἵνα μή τις εἰς τὸν θεότητα τοῦ λόγου ἐκλάβοι τὸ ῥητόν· ἑκάτερα οὖν τὰ περὶ τῆς κτίσεως ῥητὰ, σωματικῶς εἰς τὸν Ἰησοῦν λέγεσθαι· ἀρχὴ γὰρ ὁδῶν ἐκτίσθη ὁ κύριος ἄνθρωπος, ὃν εἰς σωτηρίαν ἡμῖν ἐφανέρωσε· διὰ τούτου γὰρ τὸν πρὸς τὸν πατέρα ἔχομεν προσαγωγήν· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ ὁδὸς, καθὼς λέγει, ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς ἡ πρὸς τὸν πατέρα ἀνάγουσα ὑμᾶς· ὁδὸς δὲ, σωματικόν τι ἐστὶ θέαμα· ἥτις ἐστὶν, ὁ κύριος ἄνθρωπος· τὰ πάντα γοῦν ἔκτισεν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος οὐκ ὢν κτίσμα· ἀλλὰ γέννημα· ἓν δὲν τῶν κτισμάτων ἔκτισέ πω ἴσον ἢ ὅμοιον ἑαυτῷ· πατρὶ γὰρ ἔοικε τὸ γεννᾶν· τεχνίτῃ γὰρ τὸ κτίζειν· πλὴν γοῦν ἐστι καὶ κτίσμα, ὃ δὲ ἡμᾶς ἐφόρεσε σῶμα ὁ κύριος· ὃ ἐγεννήθη ἡμῖν, ὡς φησὶν ὁ παῦλος, ἀπὸ θεοῦ, σοφία· καὶ ἁγιασμὸς, καὶ δικαιοσύνη, καὶ ἀπολύτρωσις· καθάπερ περὶ ἡμῶν καὶ πάσης κτίσεως, σοφία ἐστὶ πατρὸς ἴδιος ὁ λόγος· καὶ ἔστι, τὸ μὲν ἅγιον πνεῦμα ἐκπόρευμα ὂν τοῦ πατρὸς, ἀεί ἐστιν ἐν ταῖς χερσὶ πέμποντος πατρός· ἐστὶ φέροντος· ἐν ᾧ δὲ ἐπληρώσεται πάντα· ὁ πατὴρ, συνέχων ἐξ ἑαυτοῦ τὸ εἶναι, ἐγέννησε τὸν υἱὸν ὡς ἔφαμεν· καὶ οὐκ ἔκτισεν· ὡς ποταμὸν ἀπὸ πηγῆς· καὶ ὡς βλαστὸν ἀπὸ ῥίζης· καὶ ὡς ἀπαύγασμα ἀπὸ φωτός· ἃ οἶδεν ἡ φύσις ἀδιαίρετα· διὸ καὶ τῷ πατρὶ δόξα, κράτος, μεγαλωσύνη πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, καὶ εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας τῶν αἰώνων ἀμήν.

LIBERII ROMANI EPISTOLA AD EVNDEM ATHANASIVM, *Deum Verbum, perfectum hominem assumpsisse.*

EST igitur nostra confessio, optatissime Athanasi, Verbum Dei Filium, secundum naturam, ex Deo eodemque Patre suo genitum esse, non creatum, semper in imperio collegam Deo & Patri, & indesinenter regnum obtinere in infinita secula, Amen. Spiritum quoque sanctum vere ex Deo naturaliter Deum, indiuisibilem à Deo, secundum diuinas scripturas: vt sit vere Pater, vere Filius, & vere Spiritus sanctus, neque transferri debere vnumquodque nomen à suo significato, cui assignatum est, quò vera sit Trinitas sub vna Deitate, sub vna potestate, & vna substantia. Non enim dispertitur Filius aut Spiritus sanctus à Patria substantia, quæ implet cœlum & terram. Est igitur, vt dixi: Trinitas in vna substantia non diuisa: sed per essentiam vna: Deitate vna: Potentia vna & regno vna: vna quoque gloriâ: vna item imagine: vna denique Spiritu: Spiritus enim non diuiditur. Anathema igitur dices Sabellij & Arij dogmata, & supra annotatas hæreses, ad æternam pœnam, secũdum Saluatoris vocem. Huic

ΛΙΒΕΡΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΡΩΜΗΣ ἐπιστολὴ πρὸς τὸν αὐτὸν Ἀθανάσιον, ὅτι τέλειον ἄνθρωπον ἔλαβεν ὁ θεὸς λόγος.

ΕΣΤΙΝ οὖν ἡμῖν ὁμολογία, ὅπερ ποθητόν μοι Ἀθανάσιε, λόγος θεοῦ υἱὸς κατὰ φύσιν, ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς γεννηθεὶς, οὐ κτισθεὶς ἀλλ' ἀεὶ ὢν σὺν ἀνάρχῳ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, καὶ ἀκαταπαύστως τὸ βασίλειον ἔχων εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας, ἀμήν. καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀληθῶς ἐκ θεοῦ καὶ φύσιν τῇ φύσει θεὸν ἀμέριστον ἐκ θεοῦ κατὰ τὰς ἁγίας γραφὰς, εἶναι ἀληθῶς τὸν πατέρα, καὶ εἶναι ἀληθῶς τὸν υἱὸν, καὶ εἶναι ἀληθῶς τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἕκαστον ὄνομα μὴ μεταβαλλόμενον ἀπὸ ἀναθέματι ἐκ τῆς οἰκείας ἐπονομασίας τοῦ εἶναι τὴν τριάδα ἀληθῶς τριάδα ἐν μιᾷ θεότητι καὶ μιᾷ δυνάμει, καὶ μιᾷ οὐσίᾳ, καὶ μιᾷ ὑποστάσει· οὐ γὰρ μερίζεται ὁ υἱὸς ἐκ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως, οὐδὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τῆς πληρώσης τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. ἔστιν ἕν, καθὼς προεῖπον, ἡ τριὰς ἐν μιᾷ ὑποστάσει μὴ μεριζομένη, ἐν τῇ οὐσίᾳ ἓν, καὶ τῇ θεότητι ἓν, καὶ τῇ δυνάμει ἓν, καὶ τῇ βασιλείᾳ ἓν, ἐν τῇ δοξολογίᾳ ἓν, καὶ τῇ εἰκόνι ἓν, καὶ τῷ πνεύματι ἓν· πνεῦμα γὰρ οὐ μερίζεται. ἀνάθεμα οὖν λέγω σαβελλίου τὸ δόγμα καὶ ἀρείου, καὶ τὰς προαπηγορευμένας αἱρέσεις, εἰς αἰωνίαν κόλασιν κατὰ τὴν τοῦ σωτῆρος φωνήν.

παύτη

ταύτῃ οὖν τῇ ὁμολογίᾳ, ἀδελφὲ ἀθανάσιε, τῇ οὔσῃ μόνῃ ἀληθῶς πίστει ἐν τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ, εἰ ὁμοφρονεῖς μοι ὡς ἐπὶ κρίσει θεοῦ καὶ χριστοῦ, χάιρων μοι εἰ οὕτω φρονεῖς καθὰ καὶ ἡμεῖς, καὶ πεῖσον ἐν τῇ ἀληθινῇ πίστει· ἵνα κἀγὼ πεποιθὼς ὦ ἀδιακρίτως περὶ ὧν ἀξιοῖς κελεύειν μοι· καὶ τοῦτο δέσε χρὴ εἰδέναι ἀγαπητέ, ὅτι οἱ μὲν τῆς ἀληθείας, ἀπαθῆ πεῖν θεότητα ὁμολογοῦσι καὶ τὴν ἔνσαρκον ἐπιδημίαν τοῦ λόγου καὶ θεοῦ, ὅτι τέλειον ἄνθρωπον ἀνέλαβεν χωρὶς ἁμαρτίας, τὸν γεννηθέντα ἐκ πατρὸς ἁγίου καὶ μαρίας τῆς παρθένου, καὶ πὰ τὰ εὐαγγέλια, ἐν χριστῷ ἰησοῦ ἀμήν.

A

Huic igitur confessioni frater Athanási, quæ vera Fides in Sancta Catholica & Apostolica Ecclesia censetur, si mecum sentis coram iudice Deo & Christo (quæso) subscribas: quò certiores reddamur, num eiusdem nobiscum suffragij sis, eademque statuas de vera Fide, vt & ego securior efficiar: tuaque mandata inhæsitanter obeam. Id tibi quoque cognitum velim charissime, filios veritatis confiteri impatibilem esse Deitatem: & de aduentu Verbi & Dei in carne ita sentire: Verbum scilicet genitum ex Patre Deo, hominem perfectum absq; peccato assumpsisse ex Maria Virgine secundum Euangelia, in Christo Iesu: Amen.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

Αλεξανδρίας

Ἀνάγραμμα πρὸς Λιβέριον ἐπίσκοπον ῥώμης ὅτι τέλειον ἄνθρωπον ἀνέλαβεν ὁ θεὸς λόγος ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας.

S. Patris nostri

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI

Alexandrini

Rescriptum ad Liberium Episcopum Romanum, quod perfectum hominem assumpserit Deus verbum.

B

ΕΙΣ θεὸς ἀθάνατος, ἄοραστος, ἀψηλάφητος· πνεῦμα γὰρ ὁ θεὸς, ἐστὶν ἀχώρητος, μὴ ἔχων τόπον ὅπου ἐστὶν, ὁ τοῦτο λόγος ἀθάνατος σοφία, ἄφθαρτος, ἀόρατος, υἱὸς πρωτότοκος, συνεργὸς, ἄναρχος, ἀψηλάφητος, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν ἔχων, μήτε τέλος ζωῆς προσδοκῶν. Διὰ τοῦτο ἐγένετο τὰ πάντα καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, αὐτὸς ὁ πλάσας τὸν ἄνθρωπον ἐστὶν ὁ τὴν κιβωτὸν δείξας πῶς ἵνα σωθῇται, ἐστὶν ὁ τὴν ἐπαγγελίαν δοὺς τῷ ἀβραάμ, ἐστὶν ὁ καταβὰς ἐπὶ τὸν σώσαι τὸν λαὸν, ὁ μωϋσῇ τὸν νόμον δοὺς, ἐστὶν ὁ θεὸς ἀβραὰμ καὶ ἰσαὰκ καὶ ἰακώβ, ὁ ἐν προφήταις λαλήσας, ὁ διαθέμενος τὴν παλαιὰν καὶ καινὴν διαθήκην, ὁ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν σάρκα ἐκ παρθένου λαβὼν θνητὴν, ἵνα αὐτὸς ὢν θνητὸς ἀθανὴς, ᾖ καὶ αὐτὸς ἀθανὴς· ὁ φθόνου μένων θανάτῳ, ἵνα αὐτὸς ὁ φθόνου μένος ὁρατὸς ἵνα αὐτὸς ὁρατὸς· αὐτὴ σκορπίσθη, ἵνα αὐτὸς· αὐτὴ ἐπάφῃ ἵνα αὐτὸς· αὐτὴ πάντα τὰ ἀνθρώπινα παθὴ ὡς ἄνθρωπος ὑπέμεινεν, οὐκ αὐτὸς· ἐκεῖνος δὲ δυνάμις θεοῦ, τουτέστι θεὸς, ὁ τὰ ἄλυτα τοῦ ἅδου λύσας, καὶ τὸ κράτος τοῦ διαβόλου καταργήσας ἀνέβη ὅθεν καὶ κατέβη. ἐγείρας ἐκεῖνο τὸ παθὲν, προσλαβόμενος τῷ πατρὶ, ἐλευθερώσας ἃ ἐκράτει τὸ θνητόν. ἐν τούτῳ τὸν πατέρα νοοῦμεν, ἐν ᾧ καὶ τοῦτο τῇ θεότητι, τῇ δυνάμει, τῇ οὐσίᾳ, τῇ ὑποστάσει, τῇ δόξῃ, τῷ ὀνόματι τοῦ θεοῦ, καὶ αὐτὸν τὸν υἱὸν ἐν τῷ πατρί· οὗτος ὁ μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν σάρκα ἰησοῦς κληθεὶς καθότι καὶ ἄνθρωπος· τουτέστιν ἀνέλαβεν ἄνθρωπον ἐν ἑαυτῷ, ἐν ᾧ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος οἰκεῖ σωματικῶς. τοῦτον

C

D

E

NVS Deus, immortalis, inuisibilis, intactilis, eó quòd Deus sit Spiritus, idemque loco incomprehensibilis, neque vspiam est regio vbi non existet. Huius Verbum, immortalis Sapientia est incorruptibilis, inuisibilis, idemque Filius Primogenitus, operum socius, principio carens, impalpabilis, cui nullum ætatis aut initium aut finis, per quem omnia facta sunt: & sine quo factum est nihil. Hic est qui finxit hominem: hic est qui rationem fabricandæ arcæ ostendit, hic est qui pollicitationes Abrahæ fecit, hic est qui descendit vt populum seruaret, qui Mosi legem dedit, hic est Deus Abrahæ, Isaac & Iacob, qui in Prophetis loquutus est, hic est qui composuit nouum & vetus Testamentum, qui in vltimis diebus carnem ex Virgine mortalem assumpsit, cum ipse interim immortalis esset: eandemque imbecillem, ipse minime imbecillis: obnoxiã mortui, ipse nulli obnoxius: visibilem, ipse inuisibilis. Illa, inquam, caro suspensa est in cruce, non ipse: in illa omnes humanas passiones, vt homo sustinuit, non ipse. Ipse enim est Dei virtus, hoc est, Deus, qui infernum expugnauit; & imperium diaboli demolitus est, qui Deus in descendendo, Deus in ascendendo, corpus suum à morte excitatum Patri, repræsentauit, ac vindicauit à morte, sub cuius imperio renebatur. In Filio Patrem intelligimus, cùm vnus cum eo sit, Deitate potentia, essentia, substantia, gloria, Dei appellatione, & in Patre, Filium quoque agnoscimus. Hic est, qui, vbi assumpserat carnem, Iesus vocatus est, quatenus homo fuit, hoc est, assumpsit hominẽ in se ipso, in quo omnis plenitudo deitatis inhabitat corporaliter.

Hunc existimamus non segregatũ à Patre aut sancto Spiritu, neque tamen ita, vt dicamus Patrem descendisse, & in homine fuisse. Ita vnus Deus Pater omnipotens à nobis creditur: ideoque Fides nostra est, in vnum Deum Patrem omnipotentem, & in Filium eius Dominum nostrum, & in Spiritum sanctum, eosque ex vnitate vna, potentia vna, substantia vna, essentia vna, gloria vna, dominatione vna, regno vno, imagine Trinitatis vna, consubstantiales esse credimus, per quẽ omnia facta sunt. Ita quoque in carnis resurrectionẽ credimus, hoc est, corpus nostrum secundum sacras scripturas ex corruptibili mortalique, in incorruptibilitatem & immortalitatem à Deo mutandam esse, Amen.

τᾶτον ἔχομεν ἀδιακεχωρισμένον ἀπὸ τ πατρὸς ἢ τ ἁγίου πνεύματος· ἀδὲ τ πατέρα λέγοντες, καταβεβηκέναι ἐν ἀνθρώπῳ γνήσιος· ὅτως εἷς θεὸς πατὴρ παντοκράτωρ πρὸ πάντων πιστεύεται, διὰ τ τὴν πίστιν ἡμῶν εἶναι. εἷς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, καὶ εἰς τ μόνον αὐτοῦ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν καὶ εἰς τ ἅγιον πνεῦμα. ταῦτα γὰρ ἐξ ἑνότητος μιᾶς, δυνάμεως μιᾶς, ὑποστάσεως μιᾶς, οὐσίας μιᾶς, δοξολογίας μιᾶς, κυριότητος μιᾶς, βασιλείας μιᾶς· εἰκὼν δὲ τῆς τριάδος ὁμοούσιον. διὸ καὶ πάντα ἐγένετο, ὅτως καὶ σαρκὸς ἀνάστασιν πιστεύομεν, τουτέστι, τ σώματος ἡμῶν κατὰ τὰς ἁγίας γραφὰς τ φθαρτὸν καὶ θνητὸν αὐτοῦ μεταβαλλόμενον εἰς ἀφθαρσίαν καὶ ἀθανασίαν ὑπὸ τ θεοῦ, ἡμεῖς.

S. Patris nostri

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI

Alexandrini

Ad Iouinianum de fide, Epistola.

DEcora & eximia res est in Principe, mens discendi auida, & rerum cælestium cupido: inde enim fit, vt vere cor tuum sit in manu Dei. Quum igitur pietas tua cupiat è nobis cognoscere Ecclesiæ Catholicæ Fidem, Deo super ea re gratiis habitis nihil nobis consultius visum, quàm vt fidem à Patribus Niceæ confessam, tuo religioso animo recitaremus. Huius enim fidei aspernatores & mihi multifariam insidiati sunt, eo quòd non obtemperaremus Arianorũ sectæ, & hæreses & schismata in Catholicam Ecclesiam introduxêre, quum tamen vera & pia in Christum fides ex sacris literis & liqueat, & agnoscatur. Hac enim sancti viri initiati martyrium subierunt, & nunc resoluti à corpore cum Domino agunt. Mansisset hæc fides illæsa perpetuo, nisi malitia quorundam hęreticorum eam deprauare ausa fuisset. Arius enim, & socij, illam vitiare conati sunt, & eius loco hæresim introducere, dicentes Filium Dei ex non entibus extitisse, & creaturam facturamque, & mutabilem esse. Multosque his verbis deceperũt, adeo vt qui aliquid esse viderentur, illorũ blasphemia seducti sint: quapropter patres quam primum Niceæ in concilium venientes, eius verba anathemate condemnârunt, & Catholicæ fidei confessionem scripto tradiderunt, vt eius vbique promulgatione incendium hæreseos per sectarios excitatum restingueretur. Ea igitur syncerìter vbique per omnes Ecclesias & legebatur & prædicabatur, quum quidam Arianam hæresim renouare cupientes, hanc à Patribus Niceæ confessam fidem incepêre contemnere, præ se ferentes quasi ab ea non dissentiant, cùm interim reuera eam inficientur male interpretantes consubstantialitatem:

τ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

Ἀλεξανδρίας

Πρὸς Ἰωβιανὸν, περὶ πίστεως.

ΠΡΕΠΟΥΣΑ θεοφιλεῖ βασιλεῖ, περαίρεσις, καὶ πόθος τῶν ἐφανίων· ὅτω γὰρ ἀληθῶς καὶ τελεία καρδία ἔξεις ἐν χειρὶ θεοῦ. θελησάσης σήμερον τ σῆς εὐσεβείας μαθεῖν παρ' ἡμῶν τὴν τ καθολικῆς ἐκκλησίας πίστιν, ἀρκέσησαντες ὑπὲρ τούτοις τῷ κυρίῳ ἐβουλόμεθα μᾶλλον πάντων τ ῥηθέντων πατέρων ἐν νικαίᾳ ὁμολογηθεῖσαν πίστιν ὑπομνῆσαι τὴν σὴν εὐσέβειαν· ταύτην γὰρ ἀθετήσαντές τινες, ἡμῖν μὲν ποικίλως ἐπεβούλευσαν ὅπως μὴ ἐπιδώμεθα τῇ ἀφανεῖ αἱρέσει· αὐτοὶ δὲ γεγόνασιν αἱρετικοὶ καὶ σχισμάτων τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. ἡ μὲν γὰρ ἀληθὴς καὶ εὐσεβὴς εἰς τ κύριον πίστις, φανερὰ πᾶσι καθέστηκεν ἐκ τῶν θείων γραφῶν γινωσκομένη τε καὶ ἀναγινωσκομένη· ἐν ταύτῃ γὰρ καὶ οἱ ἅγιοι πλειωθέντες ἐμαρτύρησαν. καὶ νῦν ἀναλύσαντες εἰσὶν ἐν κυρίῳ· καὶ ἔμεινεν ἀνὴ πίστις ἀβλαβὴς διὰ παντὸς, εἰ μὴ πονηρία τινῶν αἱρετικῶν ἐπεποίησε ταύτην ἐπλύμηνον. ἁρπαγὴ γάρ τις καὶ οἱ σὺν αὐτῷ διαφθεῖραι ταύτην, καὶ ἀσέβειαν καλ' αὐτὴν ἐπισυναγεῖν ἐπεχείρησαν φάσκοντες· ἐξ ἀκόντων, καὶ κτίσμα καὶ ποίημα. καὶ τρεπτὸν εἶναι τ υἱὸν τ θεοῦ· πολλοὺς ἢ τούτοις ἠπάτησαν τοὺς λόγους. ὥστε καὶ ἴσως δοκεῖν ἔξω τι ἓν ἁπαχθῆναι αὐτῶν τῇ βλασφημίᾳ· καὶ τοι φάσαντες οἱ ἅγιοι πατέρες ἡμῶν συνελθόντες, ὡς προεθέμεθα, καὶ τ ἐν νικαίᾳ σύνοδον, ἀνεθεμάτισαν. τ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πίστιν ὡμολόγησαν ἐγγράφως· ὥστε ταύτης παντεχοῦ κηρυττομένης, ἀποσοβεῖσθαι τὴν ἀναφθεῖσαν αἵρεσιν τῶν τ αἱρετικῶν. ἣν μὲν οὖν αὕτη πανταχοῦ καὶ πᾶσαν ἐκκλησίαν ἀδόλως γινωσκομένη τε καὶ κηρυττομένη· ἀλλ' ἐπιδῆναι τ ὀφθαλμὸν αἵρεσιν

ἀνανεῶσαι βουλόμενοί τινες ταύτην μὲν τὴν ἐν νικαίᾳ τῶν τ πατέρων ὁμολογηθεῖσαν πίστιν ἐτίμησαν ἀθετῆσαι, καὶ σχηματίζουσι μὲν ὁμολογεῖν, τ δὲ ἀληθείας ξενοῦνται παρερμηνεύοντες τὸ ὁμοούσιον· καὶ αὐτοὶ

καὶ αὐτοὶ βλασφημοῦντες εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐν τῷ φάσκειν αὐτὸ, κτίσμα εἶναι αὐτὸ, καὶ ποίημα ἀλλὰ τὸ ὑοῦ γεγονέναι, ἀναγκαίως θεωρήσαντες τὴν ἐκ τοιαύτης βλασφημίας βλάβην γεγενημένην καθ' ὑμῶν τῶν λαῶν, ἐπιδοῦναι τῇ σῇ εὐλαβείᾳ τὴν ἐννικαίᾳ ὁμολογηθεῖσαν πίστιν, ἐσπουδάσαμεν. ἵνα γνῶσιν ἡ θεοσέβειά σου, ἃ μετὰ πάσης ἀκριβείας γέγραπται· καὶ ὅσων ἁπτόμενοι, οἱ τοιοῦτοι γινώσκοντες· γινώσκει γὰρ θεοφιλέστατε αὔγουστε· ὅτι τῶν μὲν ἐξ αἰῶνος ἐστι κηρυττόμενα· τούτων οἱ ἐννικαίᾳ συνελθόντες ὡμολόγησαν πατέρες· καὶ πάντες σύμψηφοι τυγχάνουσι πᾶσιν αἱ πανταχοῦ τοῦ τόπου ἐκκλησίαι, ὥστε καὶ τὴν ἀπασίαν καὶ βρεταννίαν καὶ γαλλίας, καὶ τὴν ἰταλίας πάσης καὶ δαλματίας, δακίας τε καὶ μυσίας, μακεδονίας καὶ πάσης τῆς ἑλλάδος, καὶ τοῦ ἀφρικοῦ πάσων καὶ σαρδανίαν, καὶ κύπρου καὶ κρήτης, παμφυλίαν τε καὶ λυκίαν καὶ ἰσαυρείαν, καὶ αἰγύπτου καὶ τῆς λιβύας, καὶ πόντου καὶ καππαδοκίαν, καὶ αἱ τῶν νήσων ἡμῶν, καὶ τὰς τοῦ ἀνατολικοῦ ἐκκλησίας πάρεξ ὀλίγων τῶν ἀρειανιζόντων ἀπάντων γὰρ τῶν ἀσεβησάντων, καὶ πεῖρα ἐγνώκαμεν τὴν ὠμότητα καὶ χαρακτῆρα ἔχομεν· καὶ οἴδας ὦ θεοφιλέστατε αὔγουστε. ὅτι καὶν ὀλίγοι τινὲς ἀντιλέγωσι τούτῃ τῇ πίστει· ἀλλ' οὐδὲν ἀποκρῖναι ποιεῖν πάσης οἰκουμένης τὴν ἀποστολικοῦ πίστιν κρατούσης. ἐκεῖνοι γὰρ πολλῷ χρόνῳ βλαβέντες ὑπὸ τῆς ἀρειανῆς αἱρέσεως φιλονεικοῦσι προσθεῖναι τῇ θεοσεβείᾳ· καὶ ὑπὲρ ὃ γινώσκει· τὸ σέβεσθαι· καίτοι γινώσκουσιν ὅμως ἐσπουδάσαμεν τὴν ἐννικαίᾳ πίστιν ὁμολογηθεῖσαν ὑπὸ τῶν ἐπισκόπων, ὑποτάξαι. ἔστι μὲν οὖν ἡ παρὰ τῶν πατέρων ὁμολογηθεῖσα πίστις ἐννικαίᾳ αὕτη·

Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν. καὶ εἰς τὸν ἕνα κύριον ἰησοῦν χριστὸν τὸν ὑὸν τοῦ θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς μονογενῆ, τοῦτ' ἔστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός· θεὸν ἐκ θεοῦ· φῶς ἐκ φωτός· θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα οὐ ποιηθέντα· ὁμοούσιον τῷ πατρί· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα· ἐνανθρωπήσαντα· παθόντα καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς, ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· τοὺς δὲ λέγοντας, ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν· καὶ πρὶν γεννηθῆναι, οὐκ ἦν· καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο· ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι· ἢ κτιστὸν ἢ τρεπτὸν ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, τούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία. Ταύτῃ τῇ πίστει αὔγουστε, πάντας δεῖ μένειν ἀναγκαῖον, ὡς θεία καὶ ἀποστολικὴ, καὶ μηδένα μεταγενεῖν αὐτὴν πανουργίαις καὶ λογομαχίαις. ὅπερ πεποιήκασιν οἱ ἀρειομανῖται. ἐξ οὐκ ὄντων τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ λέγοντες καὶ ὅτι ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν· καὶ κτιστὸς καὶ ποιητὸς καὶ τρεπτός ἐστι. διατοῦτο γὰρ καθὼς προείπομεν καὶ ἡ ἐννικαία συνοδος ἀνεθεμάτισε τὴν τοιαύτην αἵρεσιν, τὴν τῆς ἀληθείας πίστιν ὡμολόγησεν· ὃ γὰρ ἁπλῶς ὅμοιον εὑρήκασι τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ, ἵνα μὴ ἁπλῶς ὅμοιος θεῷ ἀλλ' ἐκ θεοῦ θεὸς ἀληθινὸς

& blasphemias dicentes in Spiritum Sanctum quem creaturam, & à Filio conditum asseuerant. Nos igitur conspectis istius blasphemiæ, in populum Dei calamitatibus, necessario tibi fidem Niceæ patrum confessionibus confirmatam porrigere studuimus, vt tua pietas & ea, quæ ibi exactissime scripta, & quantum errent illi, qui aliter sentiunt, intelligeret. Cognosce igitur religiosissime Auguste hanc esse, quæ à condito æuo prædicata fuit, & quam Niceæ patres congregati agnouerunt, eiusq; suffragatrices esse omnes omnibus in locis Ecclesias, siue in Hispania sint, siue Britânia, Gallia, Italia vniuersa, Dalmatia, Dacia, Mysia, Macedonia, siue vniuersa Græcia, vniuersa Aphrica, Sardinia, Cypro, Creta, Pamphylia, Lycia, Isauria, Ægypto, Lybia, Ponto, Cappadocia. Itidem quotquot nobis vicinę sunt, necnon & Orientis Ecclesias, paucis admodum exceptis, quę Arianicæ opinionis sunt. Omniũ enim istorum, & adhuc longinquiorum animos experimentis cognouimus, & scripta habemus. Nec te latet, piissime Imperator, quod tametsi pauci sint qui huc fidei derogẽt, eos tamen, quum vniuersus orbis Catholicam fidem sequatur, & ipsi iampridem Ariana hæresi infecti fuerint, & nunc acerrime pietati obsistãt, eos tamen præiudicium facere non posse. Nobis autem, vt tua pietas cognosceret, rem alioqui sibi cognitam, operæ precium visum est, fidem Nicenam Episcoporum confessionibus approbatam subnectere. Est igitur fides à patribus confessa istiusmodi.

Credimus in Deum Patrem omnipotẽtem, omnium visibilium, & inuisibiliũ, creatorem. Et in Dominum Iesum Christum, Filium Dei, natum ex Patre, & vnigenitum, hoc est, ex substantia Patris, Deum ex Deo, Lumen de Lumine, Deum verum ex Deo vero, genitum, non factum, & consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, tam in cælis, quàm in terra: qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus est, passus est, & resurrexit tertia die, & adscendit in cælos, venturus inde ad iudicandum viuos & mortuos. Et in Spiritum Sanctum. Eos autem qui dicunt, erat, quando non erat: & antequam fieret, non erat: aut ex non entibus extitit ex alia substantia, subsistentiáque: aut creatum, aut conuertibilem, aut alterabilem dicentes Filium Dei, hos anathemate ferit Catholica & Apostolica fides.

In hac fide Auguste, omnes oportet manere, neque quidquam inde transmutare artificiis contentionibúsq; verborum quod faciunt Ariomanitæ, qui ex non entibus Filium Dei extitisse eumq; non fuisse, antequàm fieret, eum denique creatum, factum, & mutabilem esse dicunt. Ideo enim, quemadmodum prædiximus Synodus Nicena anathematizauit istiusmodi hæresim, & veritatis fidem confessionibus approbauit, neque leui aut simplici ratione Filium Patri simile esse asseuerauit, eũque, ne ex leui re Deo similis, sed verus Deus ex Deo

haberetur cõsubstantialẽ esse scripto tradidit, quod proprium est genuini & veri Filij, veri & naturalis Patris: sed nec alienauit Spiritum sanctum à Patre & Filio, sed eum vnà glorificauit cum Patre & Filio, & in vna sanctæ Trinitatis fide, eò quòd vna sit in Sancta Trinitate Deitas.

ἀληθινὸς πιστεύηται· ἀλλ' ἐμέσῳ καὶ ἔτι ἐρεῖ, ἐπιρρόδιον ἦν γνησίως καὶ ἀληθινῶς υἱὸν ἀληθινὸν καὶ φύσει τοῦ πατρὸς· ἀλλ' ὧδε ἀπηλλοτριώσαντο πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπὸ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, ἀλλὰ μᾶλλον συνεδόξασαν αὐτὸ, τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ ἐν τῇ μιᾷ τῆς ἁγίας τριάδος πίστει· διὰ τὸ μίαν εἶναι ἐν τῇ ἁγίᾳ τριάδι θεότητα·

S. Patris nostri

ATHANASII
ARCHIEPISCOPI
Alexandrini

Quod Nicena Synodus animaduersa Eusebij calliditate, congruis & piis verbis decreta sua super Ariana hæresi exposuerit,

EPISTOLA.

RECTE à te factum est, quòd mihi tuam cum legatis disputationem declaraueris, inter quos erant tum nonnulli Eusebij sodales, tum quam plurimi fratres Ecclesiasticæ fidei. Ego igitur vt tuã Christianam vigilantiam eximiam impiæ hæreseos refutatricem gratam, acceptamque habeo, ita illorum impudentiam admiror, quod rationibus Arianicis friuolis inanibusque deprehẽsis, ipsique adeo de erroribus omnigenis, ab omnibus condemnati, etiam nunc quoque more Iudæorum obmurmurare ausint, expostulantes scilicet cur patres, qui Niceæ conuenerant, has voces, essentiam & consubstantialitatem nusquam in sacris literis repertas, vsurparint: tu contra vt virum eruditum oportuit, illos ipsos ostendisti ad istum modum cauillantes, nulto magis nouas & inauditas voces in vsu habere. Veruntamen illi in comminiscendis vitilitigationibus nihil alienum à prauitate suæ indolis faciunt, neque id mirum, quum tam vario sint & versipelli animo quam Chamæleontes sunt in mutandis coloribus, quippe qubus tantisper pudor adsit, dum refutantur: inopia hæsitationeque respondendi, sed mox tamen resumpta audacia ad causificationes fingendas recurrant: quos si denuò conuincas, fatiscunt illi quidem, verum non diutius, quàm vt denuo ea, quæ nusquam sunt, mendaciis fingant, & vt in psalmis est, inania cogitent, non alia de causa, quàm vt in sua hæresi perdurent. Atquì in istiusmodi conatibus, nihil æquè produnt, ac demẽtiam suam & imitationem Iudaicæ prauitatis. Nam illi refutati à veritate, neque audentes contra eam oculos attollere, ad istas causificationes perfugiebãt:

Τῶ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ
ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ
Ἀλεξανδρίας

Ὅτι ἡ ἐν Νικαίᾳ Σύνοδος ἐωρακυῖα τὴν πανουργίαν τοῦ Εὐσεβίου, ἐξέθετο πρεπόντως καὶ εὐσεβῶς κατὰ τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως τὰ ὁρισθέντα,

ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

ΚΑΛΩΣ ἐποίησας δηλώσας μοι τὸν ἡμερήσιον παρὰ σοῦ ζήτησιν πρὸς τοὺς τὰ Ἀρείας πρεσβεύοντας· ἐν οἷς ἦσαν καὶ τῶν εὐσεβούντων τινὲς ἑταίρων· καὶ πλεῖστοι δὲ τῶν τὰ τῆς ἐκκλησίας φρονούντων ἀδελφῶν. τὸν μὲν οὖν σὸν φιλόχριστον ζῆλον, ἀποδέχομαι· καλῶς διελέγξασαν τὴν τῆς αἱρέσεως ἀσέβειαν· τὴν δὲ ἐκείνων αἰσχρωτίαν, τὰ θρύμματα· ὅτι καί τι τῶν ἀρειανῶν λογισμῶν διεχθέντων σαθρῶν τε καὶ ματαίων· ἀλλὰ καὶ πᾶσι πάντων αἰτίοι καταγιαθέντες ὅτι πᾶσι κακοφρονοῦσι, ὅμως καὶ μετὰ ταῦτα διαγογγύζουσι κατὰ τὰς ἰουδαίας, λέγοντες· Διατί οἱ ἐν τῇ νικαίᾳ συνελθόντες ἔγραψαν ἀγράφους λέξεις· τὸ ἐκ τῆς οὐσίας· καὶ τὸ ὁμοούσιον· σὺ μὲν ὡς λέγω ἀνὴρ καὶ ἔτοιμος αὐτὰς σχηματιζομένους, ἔδειξας ἀπαιδεύτους κενολογοῦντας· ἐκεῖνοι δὲ οὐδὲν ξένον τὸ ἑαυτῶν κακοήθεια πράττουσι, πλατόμενοι προφάσεις· εἰσὶ γὰρ ποικίλοι καὶ παλίμβολοι τὰς γνώμας· ὡς οἱ χαμαιλέοντες ἐν τοῖς χρώμασι· καὶ ἐλεγχόμενοι μὲν ἐρυθριῶσιν· ἀναισχυντοῦσι δὲ ἀποδύσασθαι· λοιπὸν δὲ αὐθαδιάζοντες προφασίζονται. ἂν δέ τις αὐτοὺς καὶ ἐν τούτοις διελέγξῃ, κἀμοὶ ἔσται ἕως ἂν σπουδάσωσι τὰ μὴ ὄντα καὶ τὸ γεγραμμένον, λογίσωνται ματαία, ἵνα μόνον διαμείνωσιν ἀσεβοῦντες· τὸ δὲ τοιοῦτον σπούδασμα οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ γνώρισμα μὲν ἀντικρὺς τῆς ἀλογίας αὐτῶν· μίμησις δὲ καὶ πρόπον, τῆς ἰουδαϊκῆς κακοηθείας· καὶ γὰρ ἐλεγχόμενοι κἀκεῖνοι πρὸς τὴν ἀλήθειαν· καὶ μὴ δυνάμενοι πρὸς αὐτὴν ἀντιβλέπειν, ἐπροφασίζοντο λέγοντες·

τὴ ποιεῖς

„ τί ποιεῖς σὺ σημεῖον ἵνα ἰδωμεν καὶ πιστεύσωμέν σοι;
„ τί ἐργάζῃ; καί τι σημείων τοιούτων γινομένων· ὥστε
„ λεγειν καὶ αὐτούς· τί ποιοῦμεν; ὅτι οὗτος ὁ ἄν-
„ θρωπος πολλὰ ποιεῖ σημεῖα· νεκροὶ γὰρ ἠγείροντο· χωλοὶ περιεπάτουν· τυφλοὶ ἀνέβλεπον· λεπροὶ ἐκαθαρίζοντο· καὶ τὸ ὕδωρ, οἶνος ἐγίνετο· καὶ ὀπτὰ πέντε ἄρτων ἐχορτάσθησαν πεντακισχίλιοι· καὶ οἱ μὲν ἄλλοι ἐθαύμαζον καὶ προσεκύνουν τὸν κύριον· ὁμολογουμένης ἐν αὐτῷ πληροῦσθαι τὰς προφητείας· καὶ αὐτὸν εἶναι θεὸν. τὸ θεῖον τὸ ὄν, μόνοι δὲ οἱ Φαρισαῖοι· εἰ καὶ λαμπρότερα ἡλίου φαινόμενα ἐώρων τὰ σημεῖα, ὅμως πάλιν ἐγόγγυζον ὡς ἀμαθεῖς καὶ ἔλεγον· Διατί σὺ ἄνθρωπος ὢν, ποιεῖς σεαυτὸν θεόν; ἄφρονες δὲ τῷ ὄντι τυφλοὶ τὴν διάνοιαν· δέον τὸ ἔμπαλιν αὐτοὺς λέγειν· Διατί σὺ θεὸς ὢν, ἄνθρωπος γέγονας; τὰ γὰρ ἔργα, θεὸν αὐτὸν ἐδείκνυεν· ἵνα τὴν μὲν ἀγαθότητα τοῦ πατρὸς προσκυνήσωσι· τὴν δὲ δι' ἡμᾶς αὐτοῦ οἰκονομίαν θαυμάσωσι. τοῦτο μὲν οὔτε ἔλεγον· ἀλλ' οὔτε τὰ γινόμενα βλέπειν ἐβούλοντο. ἢ ἔβλεπον μὲν, ἐξ ἀνάγκης γὰρ ὁρᾶν αὐτά, πάλιν ἐγόγγυζον μεταβαλλόμενοι· Διατί ἐν τῷ σαββάτῳ θεραπεύεις τὸ παραλυτικόν; καὶ τὸν ἐκ γενετῆς τυφλὸν, τί ποιεῖς ἀναβλέπειν· τοῦτο δὲ πρόφασις πάλιν ἦν, καὶ μόνον γογγυσμός· καὶ γὰρ ἐν ταῖς ἄλλαις ἡμέραις θεραπεύοντος τὸ κυρίου πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν, ἐκεῖνοι σωφρόνως ἐμέμφοντο· καὶ μᾶλλον ἤθελον ἀθεότητος ἔχειν ὀνείδισμα τὴν Βεελζεβοὺλ ὀνομάζοντες· ἢ ἀρνήσασθαι τὴν ἰδίαν πονηρίαν· ἀλλὰ γὰρ τοῦ σωτῆρος πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως δεικνύοντος αὐτοῦ τὴν θεότητα, καὶ εὐαγγελιζομένου πᾶσι πατέρα, ὐδὲν ἦττον ὥσπερ εἰς κέντρα λακτίζοντες, ἀντέλεγον ἐκεῖνοι μωρολογοῦντες· ἵνα μόνον κατὰ τὴν θείαν παροιμίαν προφάσεις ἐφευρίσκοντες χωρίσωσιν ἑαυτοὺς ἀπὸ τῆς ἀληθείας· ἰουδαῖοι μὲν γὰρ οἱ τότε τοιαῦτα πονηρευόμενοι καὶ ἀρνούμενοι τὸν κύριον, εἰκότως τῶν τε νόμων καὶ τῆς πρὸς τοὺς πατέρας ἐπαγγελίας ἔξω γεγόνασι· καὶ ἀρειανοὶ δὲ νῦν ἰουδαΐζοντες, παθεῖν μοι δοκοῦσι πάσχειν τῷ καϊάφα καὶ τοῖς τότε Φαρισαίοις· οὐδὲν γὰρ ὁρῶντες εὔλογον ἔχουσιν ἑαυτῶν τὴν αἵρεσιν, προφάσεις ἐπινοοῦσι, Διατί τοῦτο γέγραπται; καὶ μή τοι θαυμάσῃς, εἰ τοιαῦτα νῦν μηχανῶνται· μετ' ὀλίγον γὰρ καὶ εἰς ὕβρεις ἐκτραπήσονται, καὶ μετὰ ταῦτα, τὴν πεῖραν καὶ τὸν χιλίαρχον ἀπειλήσουσιν· ἐν τούτοις γάρ ἐστιν αὐτῶν ἡ δοκοῦσα σύγχυσις τῆς κακοδοξίας· τὸν γὰρ τοῦ θεοῦ λόγον ἀρνούμενοι, εἰκότως καὶ λόγῳ παντὸς εἰσὶν ἔρημοι. ταῦτα γοῦν εἰδὼς, ὐδὲν ἀπεκρινάμην ἐρωτῶσιν ἐκείνοις· ἐπειδὴ δὲ ἡ σὴ Διάθεσις ἀπήτησε γνῶναι τὰ ἐν τῇ συνόδῳ πραχθέντα, οὐχ ὑπερεθέμην· ἀλλ' ὡς τότε γέγονε δεδήλωκα. δείξας δ' ὀλίγων, ὅσον ὑσεβοῦς φρονήσεως ἡ ἀρειανὴ αἵρεσις ἐστέρηται, καὶ μόνον προφάσεις πλάττοντας·

σκόπει

Quod signum facis, vt videamus & credamus tibi? & quid operaris? quum interim tot signa ederentur vt & illi ipsi dicerent: *Quid facimus? quia hic homo multa signa facit*: nam & mortui resuscitabantur, claudi ambulabãt, cæci visum recuperabant, leprosi mundabantur, aqua vinum fiebat, & quinque panibus saturabantur quinque milia hominum: quapropter cæteri admiratione percellebantur, ac Dominum adorabant, confitentes in eo compleri Prophetias, ipsumque esse Deum Dei filium. Pharisæi contra, & si sole clariora signa erant, nihilominus tamen obmurmurabant, vt insciti & indociles: & *Cur*, inquiunt, *homo cum sis temetipsum Deum facis?* stulti & prorsus animo obcæcati, quippe quos oporteret inuertere sermones, in hunc modum, Cur tu cum Deus esses, homo factus es? nam opera eum Deum esse declarabant, vt & bonitatem Patris adorarent, eiusque propter nos œconomiam admirarentur. Sed hoc neque dicebant, neque quæ fierent, inspicere volebant, aut si conspicerent, quum ea ipsa eorum oculis ingererentur, sub alio tamen prætextu obtrectationes faciebant, Cur tu (inquientes) in sabbato paralyticum sanas? & cæco à natiuitate visum restituis? Hæc iam eorum secunda cauillatio, & nihil aliud nisi mera calumnia, cum aliis diebus Domino omnem morbum & omnem languorem sanante, æquè in suis querimoniis & criminationibus persisterent, malebantque se potius impios haberi, dum Beelzebulem operum Christi authorem volunt, quàm repudiare suam ipsorum malitiam. Quapropter Saluatori nostro multifariam, multiplicitérque deitatem suam demonstranti, & Patrem omnibus euangelizanti, nihilominus stultiloquiis suis veluti in stimulos calcitrantes, calumnias faciebant, non alia de causa, quam vt (iuxta prouerbium) tergiuersationes comminiscentes, se se separarent à veritate. Iudæi igitur eius temporis hac prauitate animi Deum abnegantes, merito foras à lege & promissione patrum reiecti sunt. Ariani vero nostro tempore Iudaizãtes, idem mihi videntur cum Caipha & Pharisæis pati, qui quoniam nihil in sua hæresi consentaneum vident, tergiuersationes comminiscuntur, cur hoc scilicet, & non illud potius scriptum sit. Sed id tibi admirationi esse non debet, si nunc talia machinantur, qui primum ad contumelias faciendas excurrẽt, postea cohortes, & Tribunos inter minas iactaturi. In istiusmodi rebus illorum conspiratio, ad errores suos defendendos consistere videtur. Recte igitur, omni ratione destituũtur, qui Dei Verbum, Rationémque inficiantur: Hæc quũ mihi explorata essent, nihil quidem illis quæstionem mouentibus respondere volebam: tibi vero ea quæ in Concilio acta essent sciscitanti nullam mihi morã interponendam putaui, quin statim vti res gesta esset, perscriberem, quo statim intelligeres, quàm prorsus pio sensu hæresis Ariana destitueretur, & quàm nihil nisi cauillationes captarẽt.

Tu autem vir omnium chariſſime diſpicias velim, numnám ita ſeſe res habeat. Nam ſi malis ſuis inuentionibus, quibus diabolus errorem aſſeminauit, bene confidunt, age purgent ſe prius de illis criminibus, ob quæ hæretici pronunciati ſunt, & tum denique ſi poterint, accuſent decreta contra ipſos facta. Non enim homicidæ aut adultero poſt iudicium datum locus conceditur, vt ſententiam Iudicis crimi-
netur, quòd non hac, ſed illa formula concepta ſit: Ea enim tergiuerſatio damnatum non
A liberat, ſed potius dãnati crimen ob eius proteruitatem audaciámque exaggerat. Quare & iſti quoque oſtendant ſententiam ſuam piam eſſe, de qua in iudicio conuicti ſunt, quo tempore nihil iſtiuſmodi conquerebantur. Æquũ enim eſt reos nihil aliud conari, quàm ſui purgationem, aut ſi conſcientiam habeant ſordidatam, & ſe ſentiant impiè egiſſe, ne verba damnationis culpent, alioqui duplex vitium ſimul, crimen ſcilicet impietatis, & culpam imperitiæ relaturi, ſed potius in id ſtudio incumbant, vt cognitis iis, quorum prius
B ignari fuere, impias aures ſuas lauacro veritatis, & pietatis dogmatibus abluant: ita enim in Nicæna Synodo cum Euſebio eiusque gregalibus actum eſt, quum principio in hæreſi ſua contumaces in Deum bella pugnasq; meditarentur. Nam quæ ab illis proferebantur, hæreſis impietate ſcatebant. Epiſcopi contra, qui conuenerant (erant autem illi plus minus trecenti) placide & humaniter poſtulabant, vt ſuorum dictorum rationes redderent, séque non impios eſſe demonſtrarent: illi autem vix inceperant hiſcere quum iam & improbarentur, & ipſi quo-
C que inter ſeſe depugnarent, agnitáque ſuæ hæreſeos perplexitate, muti prorſus reddebantur, ipſoque ſilentio ſuæ opinionis vitia flagitiáque prodebant. Epiſcopi igitur ſublatis Euſebianorum vocabulis iſtam formulam ſanæ fidei conceperunt, omnibúſque ſubſcribentibus ſubſcripſerunt & ipſi Euſebiani iis verbis quæ nunc culpant. Loquor autem de vocabulis ſubſtantia, & conſubſtãtialitate ap-
D probantes Dei Filium nullo modo facturam aut creaturam eſſe, ſed fœtum Verbumque ex Patris ſubſtantia. Quódque maioris admirationis eſt, Euſebius ex Cæſaria Palæſtines, quum pridie abnegaſſet, in eandem ſententiam tamen poſtridie ſubſcripſit quam etiam Eccleſiæ legendam miſit, dicens eam eſſe Eccleſiæ fidem, & patrum traditionem, omnibusque manifeſto apparuit, eum prius & temere erraſſe, & fruſtra contra veritatem pugnaſſe. Nam tametſi eum puduit ſcriptis errorem fateri, & vt potuit ſe Eccleſiæ excuſauit
E in epiſtola tamen in qua Dei Filium conſubſtantialem & ex ſubſtantia Patris exiſtere non inficiatur, clare ſe in errore fuiſſe demonſtrat, miſérque prorſus in eo fuit, quod vt ſe purgaret, coactus ſit Arianos accuſare, quòd

σκόπει δὲ καὶ σὺ ἀγαπητὲ εἰ μὴ οὕτως ἔχει· εἰ θαῤῥοῦσιν οἷς ἐφεῦρον αὐτοὶ κακοῖς, ὑπαντιάσαντες αὐτοῖς τοῦ Διαβόλου τῷ κακοφρονεῖν, ἀπολογείσθωσαν περὶ ὧν ἐγκληθέντες, ἀπεδείχθησαν αἱρετικοί. καὶ τότε λοιπὸν αἰτιάσθωσαν εἰ δοκοῦσιν, τὰ κατ' αὐτῶν ὁρισθέντα· οὐδεὶς γὰρ ἐλεγχθεὶς ὑπὸ φόνου καὶ μοιχείας μὴ τῷ δίκῃ, χώραν ἔχει τῷ ἀποφάσιν δικάσαντι καὶ αἰτιᾶσθαι, διατί μὴ οὕτως, ἀλλ' ἐκείνως ἐλάλησε; τότε
A γὰρ οὐκ ἐλαττοῖ τὸν κριθέντα· ἀλλὰ μᾶλλον αὐτὸ τὸ ἔγκλημα διὰ τῆς παῤῥησίας καὶ τῆς τόλμης ἐπαυξάνει· σὺ οὖν καὶ οὗτοι ἡ δεικνύτωσαν τὸ φρόνημα ἑαυτῶν δύσεβες, κατηγορηθέντες γὰρ ἠλέγχθησαν. ὑμεμψάμενοι πρότερον· καὶ δικαιόν ἐστι τοὺς αἰτιαθέντας μηδὲν ἕτερον ποιεῖν ἢ ἀπολογεῖσθαι· ἢ εἰ τὸ συνειδὸς ἔχουσι ῥυπαρὸν, καὶ σωφρονοῦσιν ἑαυτοὺς ἀπεδοκιμάτας, μὴ αἰτιάσθωσαν ἃ ἀγνοοῦσιν· ἵνα μὴ καὶ διπλοῦν κακὸν ἀπεδείας ἔγκλημα, καὶ ἀπαιδευσίας ἀ-
B πενέγκωνται μέμψιν· ἐξεταζέτωσαν δὲ μᾶλλον φιλομαθῶς· ἵν' ὑπιγνόντες ἃ πρότερον ἠγνόουν, ἀπονίψωνται τὰς ἑαυτῶν ἀσεβεῖς ἀκοὰς τῷ τῆς ἀληθείας νάματι· καὶ τῆς τῆς δυσεβείας δόγμασιν· οὕτω γὰρ καὶ ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ γέγονε τῆς περὶ εὐσεβίου· ὡς ἐφιλονείκουν ἀσεβοῦντες· καὶ διαμάχεσθαι ἐπεχείρουν· τὰ μὲν λεγόμενα παρ' αὐτῶν, ἀσεβείας ἦν μεστά· οἱ δὲ συνελθόντες ἐπίσκοποι· ἦσαν δὲ πλέον ἢ ἕλασσον τριακόσιοι, πρᾴως καὶ φιλανθρώπως ἀπῄτουν αὐτοὺς περὶ ὧν ἔλεγον δοῦναι λόγον καὶ ἀποδεῖξαι δύσεβῆ· ὡς δὲ
C καὶ μόνον φθεγγόμενοι κατεγινώσκοντο· καὶ πρὸς ἑαυτοὺς διεμάχοντο· πολλοῦ ἐρῶντες τῆς ἑαυτῶν αἱρέσεως τῷ ἀπρεπείᾳ, ἀχανεῖς μὲν ἔμενον· εὐθὺς καὶ διὰ τῆς σιωπῆς ὁμολόγουν τῷ ὀρθῇ τῇ καινοδοξίᾳ αὐτῶν αἰσχύνῃ· οἱ τοίνυν ἐπίσκοποι λοιπὸν αἰτιάσαντες τὰ παρ' αὐτῶν ὑπονοηθέντα ῥήματα, οὕτως ἐξέθεντο κατ' αὐτῶν τῷ ὑγιαίνουσαν καὶ ἐκκλησιαστικὴν πί-
D στιν· πάντων τε ὑπογραψάντων, ὑπέγραψαν καὶ οἱ περὶ Εὐσέβιον τούτοις τοῖς ῥήμασιν εἰς αἰτιῶνται νυνὶ οὗτοι· λέγω δὴ τῷ ἐκ τῆς οὐσίας· καὶ τῷ ὁμοουσίῳ· καὶ ὅτι μήτε κτίσμα ἢ ποίημα, μήτε τῶν γενητῶν ἐστιν ὁ τοῦ θεοῦ υἱός· ἀλλὰ γνήσιον καὶ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας ἐστὶν ὁ λόγος· καὶ τόγε παράδοξον, Εὐσέβιος ὁ ἀπὸ καισαρείας τῆς παλαιστίνης καί τοι περὶ μιᾶς ἀρνούμενος, ὅμως ὕστερον ὑπογεγράφας, ἐπέστειλε τῇ ἐκκλησίᾳ ἑαυτοῦ λέγων εἶναι τῆς ἐκ-
E κλησίας τῆς πίστιν· καὶ τῶν πατέρων τῆς παραδόσιν· πᾶσί τε φανερῶς ἔδειξεν, ὅτι πρότερον ἐσφάλλοιτο· καὶ μάτην ἐφιλονείκησε περὶ τῆς ἀληθείας· εἰ γὰρ καὶ ἠχρεώθη ποτὲ ταύτας τὰς λίξεις γράψαι· καὶ ὡς ἠθέλησεν αὐτὸς ἀπελογήσατο τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀλλὰ

γε διὰ τῆς ὑπογολῆς, τὸ ὁμοούσιον καὶ τὸ ἐκ τῆς ὐσίας μὴ ἀρνησάμενος, φανερῶς τοῦτο σημᾶναι βουλεται, καὶ πόνῃ τι δεινόν· ὡς γὰρ ἀπολογούμενος κατηγόρησε λοιπὸν τῶν ἀρειανῶν.

ὅτι χρὴ

ὅπ γεγράψαντες οὐκ ἦν ὁ υἱὸς πρὶν γεννηθῇ, οὐκ ἤθελον αὐτὴν εἶναι ἀδὲ πρὸ τῆς κατὰ σάρκα γεννέσεως· καὶ τοῦτο οἶδε καὶ Ἀκάκιος· ἂν μὴ καὶ αὐτὸς φοβηθεὶς νῦν ἀρὶ τὸν καιρὸν ὑποκρίνηται καὶ ἀρνήσηται τὴν ἀλήθειαν· ὑπέταξε γοῦν ἐν τῷ τέλει τὴν ὑπογολὴν Εὐσεβίου· ἵνα ὁπὸ τῆς γνώσεως τῶν τε χρισομάχων καὶ κατὰ πρόνοιαν τὴν ἀκακίου πρὸς τοὺς ἑαυτῶν διδασκάλους ἀγνωμοσύνην· πῶς τοίνυν οὐκ ἀδικηθῶσιν οὗτοι κἂν ὑφυμούμενοι αὐτὴν λέγειν τῇ τοσαύτῃ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ; πῶς οὐ δικαίως τολμῶντες αὐτιβλέπειν τοῖς καλῶς ὀρθωθεῖσι κατὰ τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως, καὶ μαρτυρουμένοις ὑπὸ τῶν αὐτὸς πρότερον ἀσεβῆν διδαξάντων; εἰ δὲ καὶ μετὰ τὴν ὑπογραφὴν μετεβάλοντο οἱ περὶ Εὐσέβιον, καὶ ὡς κύνες εἰς τὸ ἴδιον ἐξέραμα τῆς ἀσεβείας ἐπέστρεψαν, πῶς οὐχὶ καὶ μᾶλλον ἄξιοι μίσους, οἱ νῦν ἀντιλέγοντες ὅπ τὴν ἀλήθειαν τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς ἄλλοις προτίνοντες, τούτους καὶ καθηγεμόνας τῆς αἱρέσεως ἔχειν ἐθέλουσιν. ἀνθρώπους ὡς εἶπεν ἀκώλους, διψύχους καὶ ἀκαταστάτους ὄντας ἐν πάσῃς ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν· οὐ μὴ μίαν μὲν ἔχοντας γνώμην ἄλλοτε ἢ ἄλλας μεταβαλλομένους· καὶ νῦν μὲν ἐπαινοῦντας ὃ λέγουσι· μετ' ὀλίγον δὲ ψέγοντας ὅπερ εἰρήκασι· καὶ πάλιν ἐπαινοῦντας, ὅπερ πρὸ μικροῦ διέβαλλον· τοῦτο δὲ ὡς ὁ ποιμὴν ἔφηκεν, ἔκγονόν ἐστι Διαβόλου· καὶ καπήλων δὲ μᾶλλον καὶ οὐ διδασκάλων ἐστὶ γνώρισμα· ἔστι γὰρ ὡς οἱ πατέρες παραδεδώκασιν ὄντως διδασκαλία· καὶ διδασκάλων ἀληθῶς, τοῦτο τεκμήριον, τὸ τὰ αὐτὰ ἀλλήλοις ὁμολογεῖν, καὶ μὴ ἀμφισβητεῖν, μήτε πρὸς ἑαυτοὺς, μήτε πρὸς τοὺς ἑαυτῶν πατέρας· οἱ γὰρ μὴ τοῦτον διακείμενοι τὸν τρόπον, μοχθηροὶ μᾶλλον καὶ οὐκ ἀληθῶς καλοῦντο διδάσκαλοι· ἕλλιπες γοῦν οὐχ ὁμολογοῦντες τὰ αὐτὰ· ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητοῦντες, οὐκ ἀληθῆ τὴν διδασκαλίαν ἔχουσιν· οἱ δὲ ἅγιοι καὶ τῷ ὄντι τῆς ἀληθείας κήρυκες, ἀλλήλοις τε συμφωνοῦσι· καὶ οὐ διαφέρονται πρὸς ἑαυτούς· εἰ γὰρ καὶ διαφόροις χρόνοις γεγόνασιν, ἀλλ' εἰς τὸν αὐτὸν ἀλλήλοις ὁρμῶσιν· ἑνὸς ὄντες τοῦ θεοῦ προφῆται· καὶ τὴν αὐτὴν συμφώνως διαγγελίζομενοι λόγον· ἃ γοῦν μωσῆς ἐδίδασκε, ταῦθ' Ἀβραὰμ ἐφύλαττεν· ἃ δὲ Ἀβραὰμ ἐφύλαττε, ταῦτα νῶε· καὶ ἐνὼχ ἐγίνωσκον· διακρίνοντες καθαρὰ καὶ ἀκάθαρτα· καὶ εὐάρεστοι γινόμενοι τῷ θεῷ· καὶ γὰρ καὶ ἄβελ οὕτως ἐμαρτύρησεν· ὑπισχνεῖται ταῦτα ἅπερ οὖν μαθὼν ἀπὸ τοῦ ἀδαμ, τοῦ καὶ αὐτὸς μαθόντος ἀπὸ κυρίου· ὃς καὶ ὑπὸ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἐλθὼν εἰς ἀθέτησιν τῆς ἁμαρτίας, ἔλεγε· οὐκ ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν· ἀλλ' ἐντολὴν παλαιὰν ἣν ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς· διατοῦτο καὶ ὁ πρὸς αὐτὸν μαθὼν μακάριος ἀπόστολος παῦλος· τὰ μὲν ὁπλισπαστικὰ διατυπῶν, ἀδὲ διακόνους ἠθέλησεν εἶναι διλόγους· μήτοιγε ὑπισχνουμένους ἢ γαλάταις ὑπισχνεῖσθαι, ἐπιφλύαρε καθ' ὅλου λέγων· εἴπις ὑμᾶς διαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω.

quòd illi ſcriptum reliquiſſent, non fuiſſe Filium, antequam gigneretur, indéque ratiocinari vellent, eum ne ante carnis quidem natiuitatem extitiſſe. Et hoc ipſum ſcit Acatius, niſi & ille quoq; nunc metu temporum id diſſimulandum putet, veritatémque inficiari velit. Certe & is in fine ſubiunxit epiſtolam Euſebij, vnde eos & Chriſti perduelles videas, & in primis Acatij aduerſus præceptores ſuos ſtoliditatem deprehendas. Qui igitur fieri poteſt, vt non ſcelerati habendi ſint, ſi tanto, & tam œcumenico concilio vel cõtradicere cogitẽt? aut non pro legirupis exiſtimandi, ſi malignis oculis non vereantur à decretis illis rite contra Arianicam hæreſim factis obtrectare? quibus illorum antea in hac impietate magiſtri ſua manu ſubſcripſerunt, licet poſtmodũ Euſebiani mutato animo, tanquam canes ad vomitum regreſſi ſint: vel potius quomodo non odio digni ſunt, qui nunc tandẽ contradicunt eosque quos prodiderunt, duces ſuæ hæreſeos habere volunt: homines nimirum tales quales Diuus Iacobus duplices corde, & inſtabiles in omnibus ſuis viis appellat, nunquam vnam eandemque ſententiam, ſed aliâs aliam fouentes, dictáque ſua nunc laude, nunc vituperio proſequuntur, vt quod iam probarint eueſtigio damnent. Hi ſunt vt Paſtor dixit, Progenies diaboli, quique ſpecimen potius cauponũ, quàm magiſtrorum præ ſe ferant. Eſt enim ibi vt patres tradiderunt, veræ diſciplinæ & magiſterii argumentum, vbi eadem confitentur, nec à ſe inuicem, nec à maioribus diſſentiunt. Qui igitur hoc animo non ſunt, mali potius quam veri præceptores appellari debent. Certe Ethnici, quum nec eadem profiteantur, ſed inter ſe diſcrepent, veram diſciplinam non habent. Sancti contra, ſynceræ ſunt veritatis præcones, eò quod inter ſe ſententiis conueniunt, & nullo diſſidio laborant. Qui tametſi diuerſis temporibus vixerint, æque tamen ſimul eodem tendunt, vt vniús Dei Prophetæ & eiuſdem ſermonis interpretes. Quæ enim Moſes docuit, eadem ab Abrahamo obſeruata ſunt, quæ porro Abraham obſeruauit, eadem Noe & Enoch agnouerunt, diſtinguentes munda & immunda, & gratioſi apud Deum fuerunt. Abel quoque huius rei teſtis habendus eſt, qui ea quæ ab Adam perceperat, Deo obtulit. Adam autem magiſterio Dei inſtructus fuit. Idem igitur Deus, quum ſub conſummatione ſeculorum veniſſet ad reprobationem peccati, dixit: *Non præceptum nouum dedi vobis, ſed præceptum vetus, quod audiſtis ab initio*, ideoque qui eo ipſo magiſtro vſus eſt, Apoſtolus Paulus in præſcribenda Eccleſiaſticæ vitæ forma, ne Diaconos quidem voluit bilingues, nedum Epiſcopos eſſe voluit, & Galatas obiurgans, in vniuerſum ſimul omnia complexus eſt, his verbis: *Si quis vobis Euangelizauerit præter hoc quod accepiſtis, anathema ſit, quemad-*

quẽadmodum prædixi, & rursum dico, imò si Angelus vobis è cælo Euangelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit. Quum igitur Apostolus ita dicat, aut isti Eusebium cũ suis sibi non constantem, alia diuersãq; ab iis, quæ suspicione approbat, dicentem, pro anathemate habeant, aut si putant cũ recte subscripsisse, ne obmurmurent tanto consilio. Quod si neq; hoc, neq; illud faciant, certũ est eos omni vẽto, & fluctu circũferri, neque suis, sed alienis sententiis duci. Quapropter qui tales sint, in suis istis caussificationibus, indigni sunt, quibus fides habeatur. Desinant igitur ea culpare, quæ non intelligũt, aut potius quę distinguere nequeunt. Nã prorsus φ malum est, bonum, quódq; bonum est, malum esse pronunciant, & quod amarum est, dulce, & quod dulce est, amarum esse dictitant. Certe quæ reprobata sunt, & pro malis dãnata, obtinere volunt, quæ autẽ recte definita sunt, calũniãtur. Oportuit igitur nos, neq; vllam omnino defensionem istarum rerum instituere, aut ad vanas illorũ cauillationes respõdere neque illos contẽtiosius agere, sed approbare ea, quibus duces suæ hæreseos subscripserũt, quũ non ignari sint reuocationem subscriptionis malitiosam, suspectamque videri. Nam quod subscripserũt, quum illis liceret, saltem aliquid pro defensione dicere, id reuera, quàm impia sit eorum hæresis, declarat, siquidẽ subscriptionem non subiissent, nisi eam hæresim damnassent, nec antea damnauerunt, quàm omnis rationis inopes præ pudore defecissent, quapropter ex reuocatione subscriptionis, nihil nisi pertinaciã impietatis defendẽdę colligas. Quãobrem vti dixi, oportebat illos quiescere, verum quandoquidem tam vehementer audaces sunt, & fortasse arbitrantur se magis quàm illi hanc diabolicam impietatem propugnare posse: age tametsi superiori Epistola ad te scripta, cumulatiore eos refutatione aggressus sim, nunc tamen denuo istos, quemadmodum antea & illos, in singulis ipsorum verbis profligemus. Liquebit enim æque nunc vt antea, eorũ hæresim non sanam, sed dæmoniacam esse. Aiunt igitur isti, vt etiam illi placebat, magna cũ temeritate, non semper filius quoniam non erat filius priusquam existeret, quin ex nõ entibus, & ipse quoque extitit, quapropter Deus non semper fuit filio suo pater, sed tum demũ pater factus est, vbi filius esse incepisset, & creatus esset: ab illo enim tempore Deus Pater nominatus est. Creatura siquidẽ & factura est Verbum, externum, dissimiléque Patri, quantum ad ipsius substantiam pertinet. Neque enim Verbũ naturalis & verus filius Patris, neq; sola & vera Sapientia Patris est, sed res condita, & vnum ex numero creaturarum, quique abusiue nuncupatur Verbum & Sapientia: eadem enim ratione in Deo fuit, qua cætera omnia, ac proinde verus filius haberi non debet. Mihi autem ante omnia libet ex istis scisciari, quidnam

καθὼς προείρηκα, καὶ πάλιν λέγω· ἀλλὰ κἂν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίσηται ὑμᾶς παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω· τὰ πάντως ἀποστόλου πῶς λέγοντος, ἢ καὶ ἐπὶ τοὺς θεοῦ εὐσεβοῦς μεταβαλλομένους καὶ λέγοντας ἕτερα παρ' ἃ παρέλαβον ἀνάθεμα πεποίηκεν, ἢ οἱ γινώσκουσιν αὐτοὺς καλῶς ὑπογεγράφασιν, μὴ ζηλούτωσαν κατὰ τῆς τηλικαύτης συνόδου. εἰ δὲ μήτε τοῦτο μήτε ἐκεῖνο πείθουσι, δῆλοί εἰσι καὶ αὐτοὶ πάντι ἀνέμῳ καὶ κλύδωνι φερόμενοι, καὶ μὴ τῆς ἰδίας, ἀλλ' ἀλλοτρίαις ἐλκόμενοι γνώμαις· τοιοῦτοι δὲ ὄντες, οὐδενὸς πιστοὺς προβαλλόμενοι προφάσεις ἀξιόπιστοί εἰσιν· ἀλλὰ καὶ παυσάσθωσαν αἰτιώμενοι ἃ μὴ γινώσκουσι· πάχα δὲ οὐδὲ διακρίνειν εἰδότες, ἀνωλοῦς τὸ μὲν πονηρὸν, λέγουσι καλόν· τὸ δὲ καλὸν, πονηρόν· καὶ νομίζουσι τὸ μὲν πικρὸν, εἶναι γλυκύ· τὸ δὲ γλυκὺ, πικρόν· ἀμέλει τὰ μὲν κριθέντα κακὰ καὶ ἀποδοκιμασθέντα, κρατεῖν ἐθέλουσι· τὰ δὲ καλῶς ὁρισθέντα, βιάζονται διαβάλλειν· ἔδει οὖν μήθ' ἡμᾶς ἔτι περὶ τούτων λόγον ποιεῖσθαι, καὶ τοὺς ματαίους αὐτῶν φάσεις ἀποκρίνεσθαι, μήτ' ἐκείνους ἔτι φιλονεικεῖν· ἀλλὰ σωπᾶσθαι οἷς ὑπέγραψαν οἱ ἡγεμόνες τῆς αἱρέσεως αὐτῶν· εἰδότας ὡς ἡ μὲν μὴ πᾶσα μεταβολὴ τῶν περὶ θεοῦ εὐσέβιον, ὑποπτός ἐστι καὶ κακοήθης· τὸ δὲ ὑπογεγράφθαι μετὰ τὸ δυνηθῆναι καὶ τὸ βραχύτατον ἀπολογήσασθαι, τοῦτο δείκνυσιν ἀληθῶς ἀπεθῆ τῷ ἀρειανῷ αἵρεσιν· καὶ γὰρ πρότερον ὑπέγραψαν, εἰ μὴ κατέγνωσαν αὐτῆς· καὶ οὐ πρότερον κατέγνωσαν, εἰ μὴ πανταχόθεν ἀπορήσαντες ἠχρεώθησαν· ὥστε τὸ μεταβάλλεσθαι, τῆς εἰς ἀσέβειαν φιλονεικίας ἔλεγχός ἐστι· διὸ ἔδει μὲν καθάπερ ἤρξαντο, καὶ παύεσθαι ἠρεμεῖν· ἐπειδὴ δὲ δεινοὶ πρὸς αἰσχροκερδίαν εἰσὶ, καὶ νομίζουσιν ἴσως αὐτοὶ μᾶλλον ἐκείνων δυνήσεσθαι πρὸς τὴν διαβολικὴν ταύτης ἀπάτην. εἰ γὰρ φθάσας διὰ τῆς πρώτης ἐπιστολῆς τῆς πρὸς σὲ γραφείσης πλατυτέρῳ τῷ κατ' αὐτῶν ἐλέγχῳ κεχρημένος, ὅμως φέρε καὶ νῦν τούτους ὥσπερ ἐκείνους· καθ' ἕκαστον τῶν ὑπ' αὐτῶν λεγομένων ἐξετάσωμεν· δειχθήσεται γὰρ οὐδὲν ἧττον καὶ νῦν οὐχ ὑγιὴς, ἀλλά τις δαιμονιώδης αὐτῶν ἡ αἵρεσις· φασὶ πάντως ὥσπερ κἀκείνοις ἐδόκει καὶ παλαμῆσαι λέγειν· οὐκ ἀεὶ πατήρ· οὐκ ἀεὶ υἱός· οὐκ ἦν γὰρ ὁ υἱὸς πρὶν γεννηθῇ· ἀλλ' ἐξ οὐκ ὄντων γέγονε καὶ αὐτός· διὸ καὶ οὐκ ἀεὶ πατὴρ γέγονεν ὁ θεὸς τοῦ υἱοῦ. ἀλλ' ὅτε γέγονε καὶ ἐκτίσθη ὁ υἱὸς, τότε καὶ ὁ θεὸς ἐκλήθη πατὴρ αὐτοῦ· κτίσμα γάρ ἐστι καὶ ποίημα ὁ λόγος. καὶ ξένος καὶ ἀνόμοιος κατ' οὐσίαν τοῦ πατρός ἐστιν· οὔτε δὲ φύσει καὶ ἀληθινὸς λόγος τοῦ πατρός ἐστιν ὁ υἱός· οὔτε ἡ μόνη καὶ ἀληθινὴ σοφία αὐτοῦ ἐστιν· ἀλλὰ κτίσμα καὶ εἷς τῶν ποιημάτων ὢν, καταχρηστικῶς λέγεται λόγος καὶ σοφία· λέγω γὰρ τῷ ὅτι ἐν τῷ θεῷ γέγονε καὶ αὐτός· ὡς-

ὡς καὶ τὰ πάντα. διὸ οὐδὲ ἀληθινός ἐστιν ὁ υἱός. ἐγὼ δὲ τοῦτ' πρῶτον καὶ πάντας ἐρωτῆσαι βούλομαι·

τί ἐστιν

τί ἐστιν ὅλως υἱός ; καὶ τίν᾽ ἐστὶ τὸ ὄνομα τοῦτ᾽ σημαντικόν ; ἵν᾽ οὕτως αὐτοῖ τὰ λεγόμενα παρ᾽ αὐτῶν κἂν οὕτως νοῆσαι δυνηθῶσιν · ἡ μὲν γὰρ θεία γραφὴ, διαλεῖπω τὰλλ᾽ ἐκ τοῦ ὀνόματ᾽ τὸ τοῦ Μωϋσέως ἡμῖν σημαίνει μίαν μὲν, περὶ ὧν μωϋσῆς ἐν τῷ νόμῳ φησὶν · ἐὰν εἰσακούσητε τῆς φωνῆς κυρίου τοῦ θεοῦ ὑμῶν φυλάσσειν πάσας τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ · ὅσα ἐγὼ ἐντέλλομαί σοι σήμερον ποιεῖν τὸ καλὸν καὶ ἀρεστὸν ἐνώπιον κυρίου τοῦ θεοῦ σου, υἱοὶ ἐστε κυρίου τοῦ θεοῦ ἡμῶν. καθὼς καὶ ἐν τῷ A
εὐαγγελίῳ φησὶν ὁ ἰωαννης · ὅσοι δ᾽ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι · ἑτέραν δὲ Μαρκίωνα, καθ᾽ ὃν ἰσραὴλ & ἀβραάμ ἐστιν υἱός, καὶ ὁ ἰακὼβ & ἰσαάκ, καὶ οἱ πατριάρχαι τοῦ ἰακώβ. αὐτοὶ δὲ κατὰ ποίαν ἄρα τούτων εἶναι νομίσαντες τὸν τοῦ θεοῦ υἱόν · τοιαῦτα περὶ αὐτοῦ μυθολογοῦσιν · εἰς γὰρ τὴν αὐτὴν ἀσέβειαν εὖ οἶδ᾽ ὅτι συνδραμοῦνται τοῖς περὶ Εὐσέβιον · εἰ μὲν οὖν κατὰ τὴν πρώτην · οἷοί εἰσι καὶ οἱ ἐκ βελτιώσεως τρόπων ἐπικτώμενοι τὴν τοῦ ὀνόματ᾽ χάριν · καὶ B
λαμβάνουσι ἐξουσίαν ἵνα υἱοὶ θεοῦ γένωνται · τοῦτο γὰρ ἔλεγον κἀκεῖνοι μηδὲν διαφέρειν ἡμῶν δόξειεν · οὐδὲ μνησθῆς ἂν εἴη · ἐξ ἀρετῆς καὶ αὐτὸς ἐσχηκὼς τὴν τοῦ υἱὸς προσηγορίαν · κἂν γὰρ ὡς φασὶ, προγνωσθεὶς ἔσεσθαι τοιοῦτ᾽, προλαμβάνῃ καὶ ἅμα τῷ γένεσθαι δέχηται, τὸ, τὸ ὄνομα καὶ τὴν τοῦ ὀνόματ᾽ δόξαν, ἀλλ᾽ οὐδὲν διοίσει τῶν μετὰ τὰς πράξεις λαμβανόντων τὸ ὄνομα · ἕως ἔτι καὶ αὐτὸς υἱὸς εἶναι μεμαρτύρηται · καὶ γὰρ ἀδὰμ προλαμβάνων τὴν χάριν · καὶ C
ἅμα τῷ γένεσθαι πρὸς ἐν τῷ παραδείσῳ, οὐδὲν διέλειπεν οὔτε τοῦ ἐνὼχ ὃς μετὰ χρόνον τῆς γενέσεως & ἀρεσθῆσας μετῆλθε, οὔτε τοῦ ἀποστόλου & αὐτὸς μετὰ τὰς πράξεις ἁρπαγέντ᾽ εἰς τὸν παράδεισον · ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῦ τότε ληστοῦ · ὃς μετὰ τὴν ὁμολογίαν, ἐπαγγελίαν ἔλαβεν ἀφὶς εἰς τὸν παράδεισον ἔσεσθαι. ἀλλ᾽ ἐν τούτοις διωκόμενοι, λέξουσιν ἴσως ὁ πολλάκις λέγοντες ἠρωτήσαμεν · ἕτως νομίζομεν τὸν υἱὸν πλέον ἔχειν παρὰ τὰ ἄλλα. καὶ μετοῦτο μονογενῆ λέγεσθαι, ὅτι μόν᾽ D
μὲν αὐτὸς ὑπὸ μόνου τοῦ θεοῦ γέγονε · τὰ δ᾽ ἄλλα πάντα, παρὰ τοῦ θεοῦ διὰ τοῦ υἱοῦ ἐπλάσθη. τίς ἄρα τοιοῦτον ὑμῖν τὸν μωρὸν καὶ καινὸν ἐπήνεσεν ἐπέβαλεν · ἵνα εἴπητε · τὸν μὲν υἱὸν μόνον μόν᾽ ὁ πατὴρ αὐτούργησε · τὰ δ᾽ ἄλλα πάντα διὰ τοῦ υἱοῦ γέγονεν, ὡς δι᾽ ὑπουργοῦ · ἃ μὲν γὰρ διὰ τὸ κάμνειν ἠρκέσθη μόνον αὐτουργῆσαι τὸν υἱὸν ὁ θεός · τὰ δ᾽ ἄλλα οὐκέτι, ἀσθενὲς τοιαῦτα περὶ τοῦ θεοῦ λογίζεσθαι · μᾶλλον τοὺς ἀκούοντας ἡσυχῇ λέγοντ᾽ E
θεὸς αἰώνι᾽, θεὸς ὁ κατασκευάσας τὰ ἄκρα τῆς γῆς, οὐ πεινάσει, οὐδὲ ἔστιν ἐξεύρεσις τῆς φρονήσεως αὐτοῦ · καὶ γὰρ μᾶλλον αὐτὸς τοῖς πτωσὶ δίδωσιν ἰσχύν · καὶ διὰ τὸ λόγου αὐτοῦ τὰς κάμνουσας ἀναπαύει · εἰ δὲ ὡς ταπεινὸν ἀπηξίωσεν αὐτὸς τὰ μὲν τὸν υἱὸν αὐτουργῆσαι, καὶ τοῦτο μὲν ἀσεβές. οὐκ ἔστι γὰρ τύφος ἐν τῷ θεῷ · ὃς γε μετὰ τοῦ ἰακὼβ εἰς αἴγυπτον κατέρχεται · καὶ διὰ μὲν τὸν ἀβραὰμ

quidnam sit filius & cuius rei significationem id nomen afferat, vt saltem vel ita suamet dicta intelligant. Nam sacræ scripturæ duplicem eo nomine significationem innuunt: vnam quidem cuius mentionem Moses in lege facit, *Si audieritis vocem Domini Dei vestri, vt seruetis præcepta eius, quæcunq; ego hodie mando vobis, vt faciatis quod bonum est, & acceptum coram eo, filii eritis Domini Dei.* Quemadmodum & in Euangelio Ioannes dixit, *Quotquot illum receperunt, dedit illis potestatem filios Dei fieri.* Altera significatio est, qua Isaac Abrahæ filius, & Iacob Isaaci, ac deinceps Patriarchæ Iacobi filij appellantur. Ipsi autem ad quam (quæso) filij significationem alludentes talia de Filio Dei garriunt? Decurrent (satis scio) ad eandem cum Eusebio impietatem. Nam eum filium esse volunt secundum priorem significationem vocabuli, quales illi qui ex melioratione profectúmq; morum adipiscuntur huius nominis gratiam, eáque accepta, potestatem obtinet, vt Filij Dei efficiantur, id enim illi dixere. Quod si ita est nihil diuersum à nobis habuerit Christus, etiam si vnigenitus sit, quum ita quoque nomen filij prærogatiua virtutis obtineat. Nam tametsi (vt aiunt) eò quod præcognitum prædestinatúmque fuerit, eum talem euasurum, anticipauerit statim cum exortu suo nomen filii, eiusque gloriam occupant, nihil tamen ab illis differet, qui post virtutis profectum eandem appellationem consecuti sunt, quoadusq; censebitur eodem modo, quo illi hoc nomen accepisse. Siquidem & Adam anticipans gratiam, & statim vbi natus esset, in paradiso collocatus, nihil quicquã differentiæ habuit ab Enoch, qui post tẽpora natiuitatis suæ quum Deo placuisset, in paradisum translatus est, neq; item quicquam diuersum ab Apostolo, qui post facta sua raptus est in paradisum, imo ne à latrone quidem, cui ob confessionem promissum est, ipsum statim in paradiso futurum. Sed hic conuicti & refutati fortassis dicent, quod iam sæpe per summam impudentiam dixerunt, se ad istum modũ putare, filium prærogatiuam præ aliis habere, vnigenitúmq; appellari, eò quòd vnus ille à solo deo conditus sit: cætera vero omnia à deo per ipsum creata sint. Quis (quæso) vestris animis nouam istam & stultam cogitationem subiecit, vt affirmetis Patrem suamet opera filium solũ duntaxat condidisse, cætera autem non item? Impium est talia de Deo cogitare, maxime si audiant Esaiam ita loquentem: *Deus æternus, Deus qui construxit summa terrarum, non esuriet, nec delassabitur, neque est inuestigabilis prudentia eius, quin potius ipse esurientibus robur largitur, & per Verbum suum fatigatos refocillat.* Quòd si, postquam filium condidit, cætera vt indigna quæ sua opera creentur, cõtemnit, etiam illa vestra opinio impietate non caret. Nõ enim est fastus in Deo, qui cum Iacob in Ægyptum descendit, & propter Abrahamum castigat

διορθοῦται

castigat Abimeleh, idque in gratiam Saræ: cum Mose vero, quamuis homine, ore ad os loquitur. Et in montem Sinai descendit, & populo latenter sua gratia contra Amalechũ auxilium præstat. Ergo & illi mentiuntur, qui dicunt, Ipse nos fecit, & non ipsi nos. Ipse est qui per Verbum suum omnia & magna & parua facit, neque hac parte res creatæ distinguẽdæ sunt, vt dicas has esse creaturas Patris, illas filij: quum omnia sint vnius Dei Verbo suo, quasi manu propria vtentis & in eo omnia facientis. Et hoc ita esse ipse Deus declarauit, dicens: *Manus mea fecit hæc omnia*, & Paulus hoc ipsum quod didicerat, edocuit, quum inquit, *Vnus Deus, ex quo omnia*. Et *vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia*. Ipse certe vt semper ita, & nũc quoq; imperat soli, & exoritur: nubi b. præcipit, & aliquam partẽ terrarum irrigant, vbinon irrigãt, ibi fit exsiccatio: & terrã iubet fructus profere, & Hieremiã in vtero format. Quòd si ista ipsemet facit, non est ambiguum, eum neà principio quidẽ dedignatum fuisse, omnia per Verbum suum cõstituere, nam & istæ quoque partes sunt vniuersitatis. Sin autem ideo filius Dei duntaxat creatus est, quia cætera indomitam vim manus Dei in fingendo perferre nequiuerant, vt ea à filio, quasi succenturiato subministróque crearentur: id enim Asterius Sacrificator idolorum scripsit, & Arius transscriptum suis tradidit, quam sententiolam deinde cæteri quasi calamum confractum vsurpant, non agnoscentes stulti, quàm ea sit friuola, & nullius momenti: Si enim impossibile erat, vt res creandæ manum Dei ingeniti perferrent, filiusque eius pro opinione eorum creatura est: quomodo ille tandem solus potuit vim diuinæ manus, dum ipse crearetur, perferre: Iam si vt creaturæ existerent, opus fuit mediatore, & creatura quoque est filius, secundum eorum sententiam, oportuit etiam ante ipsum filium, mediatorem aliquem interceſisse, vt filius in rerum naturam venire posset. Huic rursum mediatori vtpote creaturæ, alius mediator adhibendus fuit, vt & ipse quoque procrearetur, quòd si huic etiam mediatorem adhibeas, necessum erit, vt etiam illi mediatorem excogites, adeo vt mediatorum series in infinitum abeat. Atque ita dum semper requiritur mediator, non poterit rerum natura in essentiam produci, eò quòd nulla creaturarum, vt vos dicitis, indomitam ingeniti Dei manum perferre queat. Sed hic intelligentes, quàm hoc absurdum sit, illud nouum initium sermonis desumitis filium tametsi creaturam, idoneum tamen fuisse, qui ab ingenito crearetur. Verum hoc si concedas, necessario sequitur omnes creaturas ab ipsomet ingenito condi potuisse, quum & ipse Filius pro vestra opinione æque res creata sit, ac cæteræ creaturæ, ac proinde vana ac frustratoria est Verbi generatio, secundum impiam & stolidam vestrã sententiam, quũ Deus sufficiat per se ad omnia creanda, omnesque creaturæ indomitã omnipotentis Dei manũ perferre valeãt.

Verum

διορθοῦται τὸν ἀβιμέλεχ, χάριν τῆς σάρρας· τῷ δὲ μωϋσῆ αὐθρώπῳ ὄντι, στόμα κατὰ στόμα λαλεῖ· καὶ εἰς μὲν τὸ σινᾶ ὄρος κατέρχεται· τῷ δὲ λαῷ πανοπλίαν πολεμικὴν κρυφαίαν χάριν τὴν ἀμαλήκ. ψεύδεσθε δὲ ὅμως καὶ τοῦτο λέγοντες. αὐτὸς γὰρ ἐποίησεν ἡμᾶς καὶ οὐχ ἡμεῖς· αὐτός ἐστιν, ὁ διὰ τοῦ λόγου αὐτοῦ τὰ πάντα πάντη μικρὰ καὶ τὰ μεγάλα ποιήσας. καὶ οὐκ ἔστι διελεῖν τὴν κτίσιν· ὥστε εἰπεῖν, τοῦτο μὲν τοῦ πατρός· τοῦτο δὲ τοῦ υἱοῦ· ἀλλ' ἑνός ἐστι θεοῦ· ὡς χειρὶ χρωμένου τῷ ἰδίῳ λόγῳ καὶ ἐν αὐτῷ ποιοῦντος τὰ πάντα· καὶ τοῦτ' αὐτὸς μὲν ὁ θεὸς δεικνὺς ἔλεγεν· ἡ χείρ μου ἐποίησε ταῦτα πάντα· ὁ δὲ παῦλος τοῦτο μαθὼν, ἐδίδαξεν· εἷς θεὸς ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἷς κύριος ἰησοῦς χριστὸς δι' οὗ τὰ πάντα· αὐτὸς γοῦν ἀεὶ καὶ νῦν λέγει τῷ μὲν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ· πᾶσι δὲ νεφέλαις ἐπίλεται, καὶ βρέχει ὅπου μέλλει· ἐφ' ᾧ δὲ οὐ βρέχει, ξηραίνεται· καὶ τῷ μὲν γῇ κελεύει τοὺς καρποὺς ἀποδιδόναι· τὸν δὲ ἱερεμίαν, ἐν τῇ κοιλίᾳ πλάττει· ἐν ᾗ πᾶσιν αὐτὸς ποιεῖ, οὐκ ἔστιν ἀμφίβολον ὅτι καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν οὐκ ἀπεξιωσεν αὐτὸς τὰ πάντα διὰ τοῦ λόγου ποιῆσαι· μέρη γὰρ τῶν ὅλων ἐστὶ ταῦτα· εἰ δὲ ὅτι μὴ ἐδυνατο τὰ λοιπὰ κτίσματα τῆς ἀκεράτου χειρὸς τοῦ ἀγεννήτου τὴν ἐργασίαν βαστάξαι, μόνος ὁ υἱὸς ὑπὸ μόνου τοῦ θεοῦ γέγονε, τὰ δ' ἄλλα ὡς διὰ ὑπουργοῦ καὶ βοηθοῦ τοῦ υἱοῦ γέγονε· καὶ τοῦτο γὰρ ἀσέβημα ὁ ἰούδας ἔγραψεν· ὁ δὲ ἄρειος μεταγράψας, ἔδωκε τοῖς ἰδίοις· καὶ λοιπὸν ὡς καλαμῳ πεθραυσμένῳ χρῶνται τῷ ῥήματι τούτῳ, ἀγνοοῦντες τὸ ἐν αὐτῷ σαθρὸν οἱ ἄφρονες· εἰ γὰρ ἀδυνατεν ἦν τὰ γενητὰ βαστάξαι τὴν χεῖρα τοῦ θεοῦ· ἔστι δὲ καθ' ὑμᾶς ὁ υἱὸς εἷς τῶν γενητῶν, πῶς αὐτὸς ἠδυνήθη γενέσθαι πρὸ μόνου τοῦ θεοῦ· καὶ εἰ ἵνα τὰ γενητὰ γένηται μεσίτου γέγονε χρεία· γενητὸς δὲ καθ' ὑμᾶς ἐστιν ὁ υἱός, ἔδει καὶ πρὸ αὐτοῦ μέσον τινὰ εἶναι ἵνα γένηται· πρὸ δὲ μεσίτου πάλιν καὶ αὐτὸ κτίσμα τυγχάνοντος, ἄρχειν ἐπὶ καὶ ἐδέετο μεσίτου ἑτέρου πρὸς τὴν ἰδίαν σύστασιν· κἂν τις ἄλλον ἐπινοήσῃ, προεπινοήσει τὸν ἐκείνου μεσίτην· ὥστε καὶ εἰς ἄπειρον ἐκπεσεῖν· οὕτω δὲ ἀεὶ τοῦ μεσίτου ζητουμένου· οὐδὲ ἡ κτίσις συστῆναι δυνήσεται· διὰ τὸ μὴ δυνασθαι ὡς λέγειν μηδένα τῶν γενητῶν βαστάξαι τὴν ἄκρατον χεῖρα τοῦ ἀγεννήτου· εἰ δὲ τὸ ἄτοπον τοῦτο συνορῶντες· ἄρχεσθε λέγειν ὅτι ὁ υἱὸς κτίσμα ὢν, ἀκαιρος γέγονεν, ὥστε ὑπὸ τοῦ ἀγεννήτου γενέσθαι, ἐξ ἀνάγκης καὶ τὰ ἄλλα πάντα γενητὰ ὄντα, δυνατὰ ἦν διὰ τοῦ ἀγεννήτου αὐτουργηθῆναι· κτίσμα γὰρ καθ' ὑμᾶς κἀκεῖνο ὥσπερ οὖν καὶ τοῦτο πάντα ἐστὶ· καὶ πρεπὴ λοιπὸν τοῦ λόγου ἡ γένεσις κατὰ τὴν ἀπόφασιν ὑμῶν ὑπόνοιαν· αὐτάρκης ὄντος τοῦ θεοῦ τὰ πάντα αὐτουργεῖν· πάντων γὰρ τῶν γενητῶν δυναμένων, τὴν ἄκρατον χεῖρα βαστάξαι τοῦ θεοῦ·

αὐόητα

ἀνοήτῳ δὴ οὔσης αὐτῶν τῆς τοιαύτης φρενοβλαβείας, ἰδωμεν εἰ μὴ καὶ τὸ λεγόμενον τοῦτο τῶν ἀπεδῶν τὸ σόφισμα, πολὺ τῶν ἄλλων αὐτῶν ἀλογώτερον ἀναφανείη· ἀδὰμ μὲν γὰρ ὑπὸ μόνου τοῦ θεοῦ διὰ τοῦ λόγου γέγονεν· ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ πάλιν τὸ ἀδὰμ πολὺ πῶν τῶν ἄντων ἀνθρώπων ἔχειν· ἢ διαφέρειν τῶν μετ' αὐτὸν ἄντις φήσειεν· εἰ μὲν γὰρ αὐτὸς ὑπὸ μόνου τοῦ θεοῦ πεποίηται καὶ πέπλασται· ἡμεῖς δὲ πάντες οὐκ τοῦ ἀδὰμ γεγόνεμεν· καὶ κατὰ διαδοχὴν τοῦ γένους σωιζόμεθα· ἕως μόνον καὶ αὐτὸς οὐκ γῆς ἐπλάσθη· καὶ μὴ ὢν πρότερον, ὕστερον γέγονεν· εἰ δὲ καὶ πλέον τις τῷ πρωτοπλάστῳ δοίη διὰ τὸ κατηξιῶσθαι τῆς τοῦ θεοῦ χειρὸς αὐτὸν, ἀλλ' ἐν ὑμῖν καὶ μὴ τῇ φύσει τὸ πλέον εἰς αὐτὸν ὁ τοιοῦτος λογιζέσθω· οὐκ γῆς γὰρ γέγονεν ὥσπερ καὶ πάντες· καὶ ἡ χεὶρ δὲ ἡ πλάσασα τὸν τὸν ἀδὰμ, καὶ αὐτὴ καινὸν καὶ ἀεὶ τοὺς μετ' ἐκεῖνον πάλιν πλάττει καὶ διαπλάσσει· καὶ τοῦτο ὁ θεὸς αὐτὸς τῷ μὲν ἱερεμίᾳ ὡς πρόσθεν εἶπον φησίν· πρὸ τοῦ με πλάσαι σε ἐν κοιλίᾳ ἐπίσταμαί σε· πρὸ δὲ τῶν πάντων ἔλεγεν, ἡ χεὶρ μου ἐποίησε τὰ πάντα· καὶ πάλιν διὰ ἡσαΐου φησίν· οὕτως λέγει κύριος ὁ λυτρούμενός σε καὶ πλάσας σε ἐν κοιλίᾳ· ἐγὼ κύριος ὁ ποιῶν πάντα, ἐξέτεινα τὸν οὐρανὸν μόνος, καὶ ἐστερέωσα τὴν γῆν· ὁ δὲ δαβὶδ τοῦτο γινώσκων, ἔψαλλεν· αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με καὶ ἔπλασάν με· καὶ ὁ ἐν τῷ ἡσαΐᾳ λέγων· οὕτως λέγει κύριος ὁ πλάστας με ἐκ κοιλίας δοῦλον ἑαυτῷ, τοῦτο σημαίνει· οὐκ οὖν κατὰ τὴν φύσιν ἓν ἡμῶν διαφέρει καὶ προάγῃ τῷ χρόνῳ, ἕως καὶ τῇ αὐτῇ χρείᾳ σωιζόμεθα καὶ καλούμεθα πάντες· εἰ τοίνυν ὅτως ὠφέλησαν καὶ πρὸς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ φρονεῖ πόσῳ μᾶλλον καὶ αὐτὸς ὑπέρ ἡμῶν γέγονεν, ἓν καθ' ὑμᾶς τῶν ἄλλων κατὰ τὴν φύσιν διοίσει, ἕως καὶ αὐτὸς οὐκ ἦν καὶ γέγονε· καὶ ἐξ ἀρετῆς καὶ αὐτῷ συνεκτήθη τὸ ὄνομα τοῦ πατρός· εἷς γὰρ ἐστι καὶ αὐτὸς ἀφ' ὧν λέγεται, πρὸ ὧν ἐν ψαλμοῖς τὸ πνεῦμα φησίν· αὐτὸς εἶπε καὶ ἐγενήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο καὶ ἐκτίσθησαν· τίς τοίνυν ἐστὶν ᾧ ὁ θεὸς ἐνετείλατο ἵνα καὶ ὅτου κληθῇ εἶναι γὰρ δεῖ λόγον ᾧ ἐντέλλεται ὁ θεὸς· καὶ ἐν ᾧ τὰ ποιήματα κτίζεται· ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοιτε δεῖξαι ἕτερον πρὸ τοῦ τὸν γεγενῆσθε λόγον· εἰ μὴ ἄρα πάλιν ἔννοιαν ἐπινοήσητε· ναὶ γὰρ φήσουσιν εὕρομεν· ἰδοὺ ποτὲ λεγόντων καὶ τῶν πρὸ δυσεβίου ἤκουσα· διὰ τοῦτο πλέον τῶν ἄλλων ἔχειν τὸ τοῦ θεοῦ υἱόν· καὶ λέγεσθαι μονογενῆ τοῦτον νομίζομεν· ἐπειδὴ μόνος μὲν αὐτὸς μετέχει τοῦ πατρός· τὰ δὲ ἄλλα πάντα τοῦ υἱοῦ μετέχει κεκμήκασι μὲν οὖν ἤδη μεταβαλλόμενοι καὶ μεταλλάσσοντες τὰ ῥήματα ὡς τὰ χρώματα· δόξητε γὰρ ὅμως καὶ ὅτως εἰκῆ γῆς κενολογοῦντες· καὶ κυλιόμενοι ὡς ἐν βορβόρῳ ταῖς ἰδίαις ἐννοίαις· εἰ μὲν γὰρ ἐκεῖνο μὲν τοῦ θεοῦ υἱός· ἡμεῖς δὲ τοῦ υἱοῦ υἱοὶ καλόμεθα, πρόσθεν ἂν αὐτῷ τὸ πλάσμα· εἰ γὰρ τοῦ θεοῦ καὶ ἡμεῖς υἱοὶ λεγόμεθα οὐ καὶ αὐτός ἐστιν υἱός· δηλονότι

Verùm quia satis constat, quantopere animo, mentéque capti sint, age videamus, nũ istud ipsorum impium commentum lõge quàm reliqua, absurdius videri debeat. Adam solus à solo Deo per Verbum eius factus est, non tamen ideo plus eum habere, quàm cæteros homines, aut distare à posteris eo nomine dixeris, quòd ille quidem à solo Deo conditus sit, & configuratus, nos autem ex ipso progeniti, & successione generis propagati simus, quamdiu verum erit ipsum quoq; Adamum è terra formatum esse, & quum non esset, postmodum extitisse. Quòd si aliquam prærogatiuam protoplasto dare libeat, eò quòd dignus habitus sit qui manu Dei fingeretur, esto: sed ita, vt scias eam prærogatiuam excellẽtiorem honorem, non differentiam naturæ adferre. Ex terra enim factus est, quemadmodum cæteri, manusque illa, quæ tum Adamum formauit, eadem nunc quoq; omnes eius posteros format, ac constituit. Et hoc ita esse ex verbis Dei ad Hieremiam liqueat. Antequam te formarem in vtero noueram te. De cæteris verò omnibus ita sermocinatus est, *Mea manus fecit hæc omnia*, Idémque rursus per Esaiam ita dicit: *Dominus est, qui liberauit te, & formauit te in vtero, Ego Dominus consummans omnia, solus ego extendi cælum, & stabiliui terram*, idque Dauid agnoscens, ita cecinit, *Manus tuæ fecerunt me, & formauerunt me.* Et in Esaia loquens, ita inquit: *Dominus, qui formauit me ex vtero seruum sibi*: quib. verbis idẽ significatũ vides. Quapropter nihil à nobis respectu naturæ differt, nec obstat, φ tẽpore prior est, quandiu certum indubitatumq; habetur, nos oẽs eadem manu Dei conditos & creatos esse. Si igitur Ariani eodem modo de Filio sentitis, quòd eadem ratione creatus sit & cœperit subsistere, nihil certe ei, quod quidem ad naturam attinet, eximium à cæteris rebus tribuetis, quum & ipse quoque aliquando non fuerit, & iam sit, atque ex virtute filii nomen, donumque eius appellationis obtinuerit. Quandoquidem vnus eorum haberi debet, pro vestra sententia, de quibus in Psalmis Spiritus loquitur, *Ipse dixit & facta sunt, ipse mãdauit & creata sunt.* Quis igitur ille est, cui Deus mandauit, vt Filius crearet quum in eo opera omnia condantur? Atqui aliud Verbum non poteritis ostendere, præter illud quod abnegatis, nisi nouũ iterum sophisma excogitetis: quin iam (inquiunt) excogitatum habemus, id videlicet quod olim aliquando Eusebiani dixerunt, ideo Christum prærogatiuas præ aliis habere, Deique filium, & vnigenitum appellari, eò quòd ipse solus sit particeps Patris: cętera verò de ipso participẽt. Mire igitur sese fatigant, sua versipellitate, dum verba sua non aliter, quàm colores mutant, sed proficiunt nihil, declarabitur enim eos etiã ita veluti è terra inaniter blaterare, & in suis sentẽtiolis quasi in cœno volutari. Nam si nos eodem modo filij eius appellaremur, quo ipse est Filius Dei, consentaneum quiddam illorum figmenta possiderent: Quòd si contra, & nos quoq; eiusdem Dei, cuius ille, filij appellamur,

certum

certum est nos quoque eiusdem Patris consortes esse, quum ita loquatur, *Filios genui, & exaltaui*. Nam si eius participes non essemus, nunquam gignendi vocabulo vsus fuisset: quod ille si nos genuit, nemo alius, sed ipse Pater noster habendus est, neque differentiam addit, quod ille plus adeptus sit, & prius sit genitus, nos autem minus, & serius simus in lucem editi, quamdiu eiusdem Dei participes censebimur & eiusdem Patris Filii nuncupabimur. Plus enim & minus naturæ diuersitatem non inferunt. Hoc etenim singulis sua virtus conciliat. Et hic quidem quinque ciuitatibus, ille decem præficitur, alii sedent super duodecim Thronos iudicantes duodecim tribus Israel, alii audiunt *Venite benedicti Patris mei*, &, *euge serue bone, & fidelis*. Quum igitur illi tam male sentiant, non mirum est eos talem Filium imaginari, vt eius Patrem existimēt semper fuisse, ipsum autem non semper, sed ex non entibus in essentiam emersisse, & conditum esse, nec prius fuisse quàm conderetur. Verum qui talis est, alius & diuersus est à vero Filio Dei. Quum igitur talia loqui fas non sit, ea enim potius Saducæorum & Samosatensis opinio est, restat igitur, vt vocabulum filii in alium intellectum interpretemur, & quemadmodum Isaac Abrahæ filius intelligitur, ita quoque Christum filium Dei intelligamus, Quod enim naturaliter ex aliquo nascitur, neque aliunde adoptatur, id pro filio agnoscit natura, & eam vim significationis id vocabulum præ se fert. Quid igitur? humanone more generatio Filii intelligenda est? certe id Eusebiani præ inscitia, secundum dogmata Arianorum libenter receperint: sed dicendum est, neutiquam Deum vt hominem esse, quum homo non sit vt Deus. Homo enim ex materia, eáque patibili creatus est. Deus contra, immateriatus, incorporeus existit. Nam tametsi eædem dictiones de Deo & hominibus in sacris Scripturis habeantur, hominum tamen perspicacium est, vt Paulus præcepit, lectioni attendere, vt rem cum iudicio discernant, & pro natura rerum, quæ ibi scribuntur, vocabula accipiant, sine intellectus confusione, ne quæ Dei sunt, humano more fieri intelligas, neque in rebus humanis tanquàm de diuinis cogites. Id enim est vinum aqua miscere, & alienum ignem altari inferre: siquidem & Deus & homines condere dicuntur, & Deus & homines esse perhibentur, eò quòd hoc ipsum à Deo mutuo accipiant. Quid igitur? itáne Deus condit vt homo? aut eodem modo esse dicitur? Absit: aliter enim de Deo vocabula accipimus, aliter de hominibus eadem illa interpretamur. Deus enim creat, quum euocat ea quæ nō sunt, in essentiam, sine vllius rei aut ope aut opera: homines autem primum optāt, vt sit quod tractare statuunt, deinde rem vbi adepti sunt, & sibi subiectā habent, tum demū exercent, operámque suam & artem in ea explicant, scientiámque agēdi ab eo Architecto mutuantur, qui omnia per Verbum suum siue Rationem operatur. Rursus homines quū nequeant per se esse, certis locis continentur, & in

δηλονότι καὶ ἡμεῖς τοῦ πατρὸς μετέχομεν. τοῦ λέγοντος. υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα. εἰ μὴ γὰρ μετέχομεν αὐτοῦ, οὐκ ἔλεγεν ἐγέννησα· εἰ δὲ αὐτὸς ἐγέννησεν, οὐκ ἔστιν ἄλλος αὐτὸς ἡμῶν ἐστι πατὴρ καὶ ὁ Δαθὰν πάλιν καὶ παλαιὸν σκεῦος ἔχει καὶ πρῶτον γέγονεν· ἡμεῖς δὲ καὶ ἔλαττον καὶ ὕστερον γεγόναμεν, ἕως τοῦ αὐτοῦ πάντες μετέχομεν· καὶ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς υἱοὶ λεγόμεθα· τὸ γὰρ πλέον καὶ ἔλαττον, οὐ τῇ φύσει ἄλλο δήκνυσιν· ἑκάστου γὰρ τῆς ὑφεστῶσης πράξεως τοῦτο σημεῖόν ἐστι· καὶ ὁ μὲν, ὅτι δέκα πόλεων· ὁ δὲ ὅτι πέντε καθίσει· καὶ οἱ μὲν καθίζονται ὅτι δώδεκα θρόνους κρίνοντες ταῖς δώδεκα φυλαῖς τοῦ Ἰσραήλ· οἱ δὲ, ἀκούουσι· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, καὶ, εὖ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστέ· ταῦτα μὲν οὖν ἐκεῖνοι φρονοῦσιν, ἐκ τούτων φαντάζονται τοιοῦτον υἱὸν μὴ εἶναι τὸν θεὸν πατέρα· μή ποτε τοιοῦτον υἱὸν ἀεὶ εἶναι· ἀλλ' ἐξ οὐκ ὄντων κτίσμα γεγονέναι, καὶ μὴ εἶναι πρὶν γεννηθῇ· ἄλλο γάρ ἐστιν ὄντως ὡσαὐτὸ τὸ ἀληθινὸν τοῦ θεοῦ υἱόν· ἐπειδὴ δὲ ταῦτα λέγειν ἐπὶ τούτους οὐκ ἔστιν ἀδεές· μᾶλλον γὰρ σαδδουκαϊκὸν καὶ τὸ σαμοσατέως ἐστὶ τοῦτο τὸ φρόνημα, λείπει ἄρα κατὰ τὴν ἑτέραν Δάνοιαν· καθ' ἣν ἴσασιν τοῦ ἀνθρώπου ἐστὶν υἱός, λέγειν εἶναι καὶ τὸν τοῦ θεοῦ υἱόν· τὸ γὰρ ἔκ τινος φύσει γινώμενον καὶ μὴ ἔξωθεν ἐπικτώμενον, υἱὸν οἶδεν ἡ φύσις· καὶ τοῦτο τοῦ ὀνόματός ἐστι τὸ σημαινόμενον. ἆρ' οὖν ἀνθρωποπαθὴς ἡ τοῦ υἱοῦ γέννησις; τοῦτο γὰρ ἴσως κατ' ἐκείνους καὶ αὐτοὶ θελήσουσιν ἀντιθεῖναι μὴ γινώσκοντες, ὐδαμῶς. οὐ γὰρ ὡς ἄνθρωπος ὁ θεός· ἐπεὶ μὴ καὶ οἱ ἄνθρωποι ὡς ὁ θεός· οἱ μὲν γὰρ ἐξ ὕλης καὶ ταύτης ὕσης παθητικῆς ἐκτίσθησαν. ὁ δὲ θεὸς ἄϋλος καὶ ἀσώματος· εἰ δὲ καὶ αὐτὸ λέξεις ὅτι θεὸς καὶ ἀνθρώπων ἐν ταῖς θείαις πού κεῖνται γραφαῖς, ἀλλ' ἀνθρώπων ἐστὶ διορατικῶν, ὡς παρήγγειλεν ὁ παῦλος προσέχειν τῇ ἀναγνώσει καὶ οὕτω Δακρίνειν· καὶ κατὰ τὴν ἑκάστων σημαινομένων φύσιν. τὰ γεγραμμένα Δαγινώσκειν, καὶ μὴ συγχέειν τὴν Δάνοιαν ὥστε τὰ τοῦ θεοῦ μὴ ἀνθρωπίνως νοεῖν, μὴ δὲ τὰ τῶν ἀνθρώπων ὡς περὶ θεοῦ ποτε λογίζεσθαι. τοῦτο γάρ ἐστι τὸν οἶνον ὕδατι μίξαι. καὶ πῦρ ἀλλότριον ἐπιβάλλειν ὅπου τὸ θυσιαστήριον, τῷ θείῳ πυρί· καὶ γὰρ καὶ ὁ θεὸς κτίζει· καὶ ἐπ' ἀνθρώπων δὲ τὸ κτίζειν εἴρηται. καὶ ὁ μὲν θεὸς, ὧν ἐστι· λέγονται δὲ καὶ οἱ ἄνθρωποι εἶναι, παρὰ θεοῦ καὶ τοῦτο λαβόντες ἔχειν. ἆρ' οὖν οὕτως ὁ θεὸς κτίζει ὡς ἄνθρωποι; ἢ οὕτως ὢν ἐστιν ὡς ἄνθρωπος; μὴ γένοιτο· ἄλλως ὅτι θεοῦ πᾶς λέξεις λαμβάνομεν. καὶ ἑτέρως ὅτι τῶν ἀνθρώπων ταύτας Δανοούμεθα· ὁ μὲν γὰρ θεὸς κτίζει καλῶν τὰ μὴ ὄντα εἰς τὸ εἶναι· οὐδενὸς ὑπιδεόμενος· οἱ δὲ ἄνθρωποι, τῷ ὑποκειμένῳ ὕλῃ ἐρχάζονται· εὐξάμενοι πρότερον· καὶ τῷ ὑπισήμῳ τὸ ποιεῖν λαβόντες παρὰ τοῦ πάντα δημιουργήσαντος θεοῦ Δὰ τοῦ ἰδίου λόγου· πάλιν τοὶ μὲν ἄνθρωποι οὐ δυνάμενοι καθ' ἑαυτοὺς εἶναι, ἐν τόπῳ τυγχάνοντες ἵνα περιεχόμενοι· καὶ σωε-

καὶ σωιεςῶτες ἐν τῷ τοῦ θεοῦ λόγῳ· ὁ δὲ θεὸς ὢν ἐστι καθ' ἑαυτὸν περιέχων τὰ πάντα. καὶ ὡς οὐδενὸς περιεχόμενος· καὶ ἐν πᾶσι μέν ἐστι κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ἀγαθότητα καὶ δύναμιν· ἔξω δὲ τῶν πάντων πάλιν ἐστὶ κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν· ὥσπερ οὖν οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον οἱ ἄνθρωποι κτίζουσιν, ὃν περ τρόπον ὁ θεὸς κτίζει· οὐδ' οὕτως εἰσὶν οἱ ἄνθρωποι ὥσπερ ἐστὶν ὁ θεός· οὕτως ἀλλως ἐστὶν ἡ τῶν ἀνθρώπων γένεσις· καὶ ἄλλως ἐστὶν ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρός· τῶν μὲν γὰρ ἀνθρώπων τὰ γενήματα, μέρη πως τῶν γεννώντων εἰσίν· ἐπὶ καὶ αὐτὴ τῶν σωμάτων ἡ φύσις, οὐχ ἁπλῆ τίς ἐστιν· ἀλλὰ ῥύσει· καὶ ἐκ μερῶν ἔχει τὴν σύστασιν· ἀπορρέουσί τε ἄνθρωποι γεννῶντες· καὶ πάλιν ἀπορρεῖ τὰ ἐκ τῶν τροφῶν εἰς αὐτοὺς εἰσαγόμενα· διὰ ταῦτα, καὶ πολλῶν κατὰ καιρὸν τέκνων γίνονται πατέρες οἱ ἄνθρωποι· ὁ δὲ θεὸς ἀμερὴς ὤν, ἀμερίστως ἐστὶ καὶ ἀπαθὴς τοῦ ἰδίου πατήρ· οὔτε γὰρ ἀπορροή τις τοῦ σώματός ἐστιν, οὔτ' ἀπορροή τις εἰς αὐτὸν γίνεται ὡς ἐπ' ἀνθρώπων· ἁπλοῦς δὲ ὢν τὴν φύσιν, ἑνὸς καὶ μόνου τοῦ ἰδίου πατήρ ἐστι· Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ μονογενής ἐστι. καὶ μόνος ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρός ἐστι· μόνον τε αὐτὸν ἐξ ἑαυτοῦ δείκνυσιν ὁ πατὴρ λέγων· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ ἠυδόκησα· λόγος δέ ἐστιν οὕτως τοῦ πατρός· ἐν ᾧ τὸ ἀπαθὲς καὶ ἀμερὲς τοῦ πατρὸς νοεῖν δυνατόν· λόγος γὰρ οὐδὲ ὁ τῶν ἀνθρώπων κατὰ πάθος καὶ μέρος γένηται· μὴ γένοιτο τοῦ θεοῦ· διὸ καὶ καθέζεται μὲν αὐτὸς ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς ὡς λόγος· ἔστι γὰρ ἐστὶν ὁ πατήρ, ἐκεῖ καὶ ὁ τούτου λόγος ἐστίν· ἡμεῖς δὲ ἥκομεν κεκμηκότες πρὸς αὐτὸ ὡς ποιήματα· καὶ προσκυνεῖται μὲν αὐτὸς Διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν υἱὸν τοῦ προσκυνητοῦ πατρός· ἡμεῖς δὲ προσκυνοῦμεν κύριον καὶ θεὸν ὁμολογοῦντες, Διὰ τὸ εἶναι ἡμᾶς κτίσματα· καὶ ἄλλους πρὸς ἐκεῖνον· τούτων δὲ οὕτως ὄντων, σκοπείτω λοιπὸν ὁ βουλόμενος αὐτῶν· καὶ γενέσθω τις αὐτὸς ἐντός· ἐπὶ τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ ἴδιον αὐτοῦ γένημα, θέμις εἰπεῖν ἐξ οὐκ ὄντων, ἢ λόγον ἔχει κἂν εἰς ἐνθύμησίν τινος ὅλως ἐλθεῖν ὅτι τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ, ἀπισμοῦ ἔγνεκεν αὐτοῦ· ἵνα καὶ τολμήσας εἴπῃ, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀεὶ ὁ υἱός. καὶ γὰρ ἐν τούτῳ πάλιν ἴσως ἀνθρώπων ἐννοίας ὑπερεξῆλθε καὶ ὑπερεχαλέπηνεν ἡ τοῦ υἱοῦ γέννησις· ἡμεῖς μὲν γὰρ τῶν ἰδίων τέκνων, ἐν χρόνῳ γινόμεθα πατέρες· ἐπεὶ καὶ αὐτοὶ οὐκ ὄντες πρότερον, ὕστερον γεγόναμεν· ὁ δὲ θεὸς ἀεὶ ὢν, ἀεὶ τοῦ υἱοῦ πατήρ ἐστι· καὶ τὸ μὲν ἡ γένεσις, ἐκ τῶν ὁμοίως ὄντων ἔχει τὴν πίστιν· ἐπειδὴ οἱ ἄνθρωποι οἴδασι τὸν υἱὸν ἐὰν μὴ ὁ πατὴρ· οὐδὲ τὸν πατέρα τις ἐπιγινώσκει εἰ μὴ ὁ υἱός· καὶ ᾧ ἂν ὁ υἱὸς ἀποκαλύψῃ, Διὰ τοῦτο οἱ ἅγιοι οἷς ἀπεκάλυψεν ὁ υἱός, εἰκόνα τινὰ δεδώκασιν ὑμῖν ἐκ τῶν ὁρωμένων, λέγοντες· ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης· καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ· καὶ πάλιν· ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς· ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς· ὅτε καὶ μεμφόμενος τὸν Ισραὴλ ὁ λόγος φησὶν· ἐγκατέλιπες τὴν πηγὴν τῆς σοφίας· αὕτη

& in Dei Verbo conſiſtunt. Deus autem per ſe exiſtit, omniaque in ſe continet, & à nullo continetur. Et in omnibus eſt ſecundum ſuam bonitatem & poteſtatem, idémq; extra omnia eſt, ſecũdum ſuam propriam naturam. Quemadmodum igitur non eadem ratione homines, qua Deus, neque Deus, qua homines, liberos creat, ita quoque aliter ſe habet hominum, aliter filij generatio ex Patre: hominum enim progenies partes ſunt quodammodo gignentium, quum iis corporum natura non ſimplex, ſed fluxa ſit, & ex particulis coaleſcat. Effluunt enim homines quum gignunt, & viciſſim cùm aluntur, cibi potúſque in eos influunt, ac proinde decurſu temporis multorum liberorum parentes efficiuntur. Deus contrà impartilis & impatibiliter Filii ſui Pater exiſtit. Non enim effluxio eſt ab re incorporea, aut in eam vlla influxio, vt hominibus contingit, ſed quia ſimplex eſt, vnius duntaxat Filii Pater eſt. Ideo enim Filius & vnigenitus eſt, & ſolus duntaxat in ſinu Patris, eumque ſolum ex ſe genitum eſſe Pater declarat, quum inquit, *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complaceo*. Idem ille Ratio & Verbum Patris ſui eſt, in quo eandem illam impatibilitatem, & impartilitatem quæ in patre eſt, intelligere debemus: ſua enim hominibus ratio nec per paſſionem, nec diuiſionem naſcitur, tantum abeſt vt Dei Rationem ita natam eſſe arbitreris Ideóque & ipſe ſedet ad dextram Patris vt Verbum illius & Ratio. Vbi enim eſt Pater, ibi & eius Ratio, nos autem ab eo iudicamur, vt res creatæ & infinitis modis inferiores: ille adoratur, & adorandi Dei Filius: nos contrà, adoramus eum Deũ, & dominum confitemur, vt creaturæ, & ab illo diuerſiſſimi. Rebus igitur ad iſtum modum comparatis, conſideret mihi aliquis ex eo grege, eósque confundat, quærátque ex iis, an quod ex Deo vt propria ipſius ſoboles naſcitur, fas ſit nominare ex non entibus exiſtere, an rationi hoc conſentaneum ſit? an omnino in cogitationem alicuius venire debeat, an ex Deo eſſe, pro re accidentaria deo imputari par ſit, vt tandem pro ſua audacia affirment non ſemper fuiſſe Dei Filium? Cæterum in hoc rurſus vim humani intellectus ſuperat & tranſcendit Dei generatio, quòd quum nos noſtrorum liberorum temporis decurſu parentes efficiamur, eò quòd antea nulli, poſtmodum in rerum natura eſſe inceperimus: Deus vero contrà, quum nunquam non fuerit, ab æterno ſui Filij Pater exiſtit. Natalium porro fides maxime in ea ſimilitudine, quæ parentibus cum liberis eſt, conſtituitur. Verùm quia nemo Filium nouit niſi Pater: neque Patrem quiſquam niſi Filius, ideo ſancti viri, quibus id reuelatum eſt à Filio, exemplum & ſimilitudinem ex rebus viſibilibus nobis reliquerũt, eo quod dixerint eum ſplendorem gloriæ & formam ſubſtantiæ Patris eſſe, nec non quòd ita ſubſcripſerint: *Quoniam apud te fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen*, ſimileque quiddam deprehendas vbi Verbum expoſtulat cum Iſraëlitis: *Dereliquiſtis fontem Sapientiæ:*

fontem eum nimirum, qui de se ipso dicit, *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ*. Est quidem ista comparatio tenuis, & admodum obscura, ad id quod quæritur, sed tamen istiusmodi, vt ex ea amplius quiddam, & quod supra humanam naturam sit, intelligas, & vnde colligas, nequaquam parem esse cum nostra natiuitate Filij Dei generationem. Quis enim vel cogitare poterit, non fuisse aliquando Splendorem soli, vt ausit dicere non semper fuisse Filium, nec antea fuisse, quàm nasceretur: aut quis splendorem à sole segregabit? aut fontem affirmabit destitutum esse vitæ perennitate, vt ausit loqui vt furiosum decet, Dominum qui de se sermonem facit, *Ego sum vita*, ex non entibus extitisse? aut alienũ à Patris substantia esse, nec retrahatur à sua opinione, quum audit Filiũ loquentem, *Qui vidit me, vidit & Patrem meum*. Quum igitur Sancti nos ita sentire vellent, hæc genera comparationum ediderunt. Estque absurdum, & magnopere impium, quum istas similitudines habeat Sacra Scripura: nos ex aliis mutuari velle cogitationes, intellectusque de Domino nostro, quæ neque scriptæ sunt, neq; citra offensam pietatis in mentem hominis admitti possunt: quapropter desinant mihi talia dicere. Verum vnde ista (quæso) didicere? vt talia de Saluatore cogitare cœperint? fortasse respondebunt: Nos legimus in Prouerbiis, *Dominus creauit me, initium viarum suarum*, nam & Eusebiani, cum suis tale mihi quiddam fabulari videntur, & tu in literis tuis significasti, illos quum iam magnis, multisque documentis prostrati essent, dictum Salomonis vltro citróque pro se iactitasse, quasi Filius à Salomone creatura nominetur, & in censum creaturarum referatur, neque id mirum, quum illud prouerbium non bene intelligant, quod quidem pium & rectum sensum habet, quem si ipsi percepissent, nunquam dominum gloriæ blasphemassent. Committant igitur ea quæ prius recitata fuere cum hoc prouerbio, & videbunt quantum in illis sit differentiæ. Quis enim non videt ibi istam, quæ recta & proba est, sententiam, omnia, quæ creantur, & conficiuntur, aliunde quàm ex natura creatoris, authorisque existere? Filium contra, vt superiùs demonstratum est, non aliunde quàm ex patre generante originem trahere. Siquidem & homo domum ædificare, filium autem gignere dicitur: nemo igitur inuerso ordine sententiarum istarum dixerit, domum & nauem ab architecto gigni, Filium verò à genitore ædificari, & confici: aut vicissim domum esse imaginem ædificatoris, Filium contra, dissidere à Patris imagine, & specie, quin contra, Filium imaginem Patris, domum verò artis esse opificium confitebitur, nisi quis animo laboret, & commotæ mentis sit. Sacra autem scriptura peritissima cuiúsque naturæ, de rebus conditis, sub Mosis persona ita loquitur, *In principio creauit Deus cælum & terram*, de Filio vero non alium quempiã, sed Patrem ipsum loquẽtem inducit, *Ex vtero ante luciferum genuite*

Et rur-

αὐτη δέ ἐστιν ἡ πηγὴ ἡ λέγουσα· ἐμὲ ἐγκατέλιπον ὁ πηγὴν ὕδατος ζῶντος. καὶ μικρὸν μέν ἐστι τὸ παράδειγμα καὶ λίαν ἀμυδρὸν πρὸς τὸ προτεινόμενον· δυνατὸν δὲ ὅμως ἐξ αὐτοῦ πλέον τῆς ἀνθρώπου φύσεως καταυοεῖν· καὶ μὴ νομίζειν ἴσως τὴν ἡμῶν εἶναι καὶ τὴν τοῦ υἱοῦ γέννησιν· τίς γὰρ δύναται κἂν λογίσασθαι μὴ εἶναί ποτε τὸ ἀπαύγασμα· ἵνα καὶ τολμήσειε εἰπεῖν μὴ εἶναι ἀεὶ τὸν υἱόν; ἢ ὅτι οὐκ ἦν ὁ υἱὸς πρὶν γεννηθῇ; ἢ τίς ἱκανὸς διελεῖν ἀπὸ τοῦ ἡλίου τὸ ἀπαύγασμα; ἢ τὴν πηγὴν ὀλιγωρῆσαί ποτε τῆς ζωῆς ἔρημον· ἵνα καὶ μανεὶς εἴπῃ· ἐξ οὐκ ὄντων ἐστὶν ὁ υἱός· ὁ λέγων ἐγὼ εἰμὶ ἡ ζωή; ἢ ἀλλότριος τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας, ὁ λέγων· ὁ ἐμὲ ἑωρακὼς ἑώρακε τὸν πατέρα; οὕτω γὰρ ἡμᾶς οἱ ἅγιοι βλόμενοι νοεῖν, τοιαῦτα καὶ παραδείγματα δεδώκασι· καὶ ἔστιν ἄτοπα καὶ λίαν ἀσεβῆ, τοιούτης ἐχούσης τῆς γραφῆς τὰς εἰκόνας, ἐξ ἄλλων ἡμᾶς περὶ τοῦ κυρίου διανοεῖσθαι. τῶν μήπω γεγραμμένων· μήπω τινὰ διάνοιαν εἰς ἀσέβειαν ἐχόντων· οὐκ οὖν λοιπὸν λεγέτωσαν· πόθεν ἄρα καὶ οὗτοι μαθόντες, τοιαῦτα περὶ τοῦ σωτῆρος νοεῖν ἤρξαντο; αὐτίγνωμεν φήσουσιν ἐν ταῖς παροιμίαις· κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ· καὶ γὰρ καὶ οἱ περὶ Εὐσέβιον, τοῦτο λέγειν ἐδόκησαν. καὶ σὺ δὲ γεγράφων ἐδήλωσας· ὅτι διὰ πολλῶν μὲν ἀποδείξεων αἱρετιζόμενοι καὶ οὔπω κατηγνώσκεντο· τοῦτο δὲ ὅμως αὐτοῖς τὸ ῥητὸν ἄνω καὶ κάτω περιφέροντες, ἐν τῶν κτισμάτων τὸν υἱὸν εἶναι ἔλεγον· καὶ τοῖς γνησίοις αὐτὸν συνηριθμουν· ἀλλὰ καὶ τοῦτο δοκοῦσί μοι μὴ γενικῶς καλῶς· ἔχει γὰρ τὴν διάνοιαν εὐσεβῆ καὶ λίαν ὀρθήν· εἰ καὶ αὐτοὶ γενοήκεισαν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐβλασφήμησαν· τὰ γὰρ προφερόμενα, εἰς τὸ ῥητὸν τοῦτο συμβαλέτωσαν· καὶ ὄψονται πολλὴν ἐν αὐτοῖς οὖσαν τὴν διαφοράν· τίς γὰρ οὐ συνορᾷ διάνοιαν ἔχων ὀρθήν; ὅτι τὰ μὲν κτιζόμενα καὶ ποιούμενα, ἔξωθεν τοῦ ποιοῦντος· ὁ δὲ υἱὸς ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἔδειξεν ὁ λόγος, οὐκ ἔξωθεν· ἀλλ' ἐκ τοῦ γεννῶντος πατρός ἐστι· καὶ γὰρ ἄνθρωπος κτίζει μὲν οἰκίαν· γεννᾷ δὲ υἱόν· καὶ οὐκ ἄν τις ἀναστρέφων εἴποι· τὴν μὲν οἰκίαν καὶ τὴν ναῦν γεννᾶσθαι πρὸ τοῦ κατασκευάζοντος· τὸν δὲ υἱὸν κτίζεσθαι καὶ ποιεῖσθαι πρὸ τοῦ αὐτοῦ· οὐδὲ πάλιν τὴν μὲν οἰκίαν, εἰκόνα τοῦ κτίζοντος· τὸν δὲ υἱὸν, ἀνόμοιον τοῦ γεννῶντος· ἀλλὰ μᾶλλον μὲν υἱὸν, εἰκόνα τε πατρὸς ὁμολογήσει· τὴν δὲ οἰκίαν, τέχνης εἶναι δημιούργημα· εἰ μή τις ἄρα τὴν διάνοιαν νοσεῖ καὶ τὰς φρένας παρεξεσηκὼς τυγχάνει· ἀμέλει παντῶν μᾶλλον ἡ θεία γραφὴ γινώσκεται τὴν ἑκάστου φύσιν. πρὸ μὲν τῶν κτιζομένων, διὰ Μωϋσέως φησίν· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. πρὸ δὲ τοῦ υἱοῦ ἕτερον· ἀλλ' αὐτὸν τὸν πατέρα, σημαίνει λέγοντα· ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε·

ἐκ πάλιν,

καὶ πάλιν, υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· αὐτός τοι φησὶ ἑαυτοῦ ὁ κύριος ἐν παροιμίαις λέγει· πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με· καὶ φησὶ μὲν τῶν γενητῶν καὶ κτισμάτων ὁ Ἰωάννης φησὶ· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο· φησὶ δὲ ὁ κύριος διαγγελίζομενος λέγει· ὁ μονογενὴς υἱός, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο· εἰ τοίνυν υἱός, οὐ κτίσμα· εἰ δὲ κτίσμα, οὐχ υἱός· πολλὴ γὰρ ἐν αὐτοῖς ἡ διαφορά· καὶ ἐκ μιᾶς ὕλης αὐτοῖς υἱὸς καὶ κτίσμα· ἵνα μὴ καὶ ἐκ τοῦ θεοῦ, καὶ ἔξωθεν τοῦ θεοῦ ἡ οὐσία αὐτοῦ νομίζηται· ἆρ' οὖν μάτην γεγραπται τοῦτο τὸ ῥητόν; τοῦτο γὰρ πάλιν ἐκεῖνοι φοβοῦμαι μὴ ὡς ἀγέλη κωνώπων. ἐχί γε· οὐ μάτην γέγραπται· ἀλλὰ καὶ μάλα ἀναγκαίως· καὶ γὰρ καὶ κτίζεσθαι λέγεται· ἀλλ' ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος ὁ ἄνθρωπος τοῦτο ἴδιον τοῦτο· τὸ δὲ διάνοιαν τούτου δύνασαι καλῶς ἐν τοῖς λοιποῖς κειμένοις, ὁ μὴ πάρεργον ἡγούμενος τὸ ἀνάγνωσιν· ἀλλὰ καὶ τὸν καιρὸν καὶ τὰ πρόσωπα· καὶ τὸ χρείαν τῶν γεγραμμένων ἐρώνων· καὶ οὕτω τὰ ἀναγνώσματα διακρίνων καὶ διανοούμενος. τὸν μὲν οὖν καιρὸν ἔρητε δύνασαι γνώσεσθαι ὅτι ἀεὶ ὢν ὁ κύριος, ὕστερον δὲ πολλαπλασίων τῶν αἰώνων γέγονεν ἄνθρωπος καὶ υἱὸς ὢν τοῦ θεοῦ, γέγονε καὶ υἱὸς ἀνθρώπου· τὸ δὲ χρείαν νοήσεν, ὅτι τὸν ἡμῶν θάνατον καταργῆσαι θέλων, ἔλαβεν ἑαυτῷ σῶμα ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας· ἵνα τοῦτο προσενέγκας θυσίαν ὑπὲρ πάντων τῷ πατρὶ ἀπαλλάξῃ πάντας ἡμᾶς, ὅσοι φόβῳ θανάτου, διὰ παντὸς τοῦ ζῆν, ἔνοχοι ἦμεν δουλείας· τὸ δὲ πρόσωπον, τοῦ μὲν σωτῆρός ἐστι. τότε δὲ λέγεται, ὅτε λοιπὸν λαβὼν τὸ σῶμα λέγει κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ. ὡς γὰρ ἐγὼ θεοῦ ὄντι, ἁρμόζει καλῶς τὸ ἀϊδίως εἶναι, καὶ ἐν κόλπῳ εἶναι τοῦ πατρός· οὕτως καὶ ἀνθρώπῳ γενομένῳ, πρέπει αὐτῷ φωνὴν τε, κύριος ἔκτισέ με· τότε γὰρ λέγεται πρὸς αὐτοῦ, καὶ ἐστέναξε· καὶ ἐδίψησε· καὶ ἐπιστάμενος τὸν λάζαρον κεῖται· καὶ πέπονθε καὶ ἀνέστη· καὶ ὥσπερ ἀκούοντες αὐτὸν κύριον καὶ θεὸν καὶ φῶς ἀληθινόν, νοοῦμεν αὐτὸν ὅτι ἐκ τοῦ πατρός, οὕτως δίκαιόν ἐστιν ἀκούοντας τὸ ἔκτισε καὶ τὸ δοῦλον, καὶ τὸ πέπονθε, μὴ τῇ θεότητι λογίζεσθαι· ἀνοίκειον γὰρ· ἀλλὰ τῇ σαρκὶ ταῦτα μετρεῖν ἃ δι' ἡμᾶς ἐφόρεσε· ταύτης γὰρ ἴδια ταῦτα· καὶ αὐτὴ ἡ σὰρξ, οὐχ ἑτέρου, ἀλλὰ τοῦ λόγου ἐστίν· εἰ δὲ καὶ τὸ ἐκ τούτου χρήσιμον ἐθέλοις τις μαθεῖν, εὑρήσει καὶ τοῦτο· ὁ γὰρ λόγος σὰρξ ἐγένετο· ἵνα καὶ προσενέγκῃ τοῦτο ὑπὲρ πάντων, καὶ ἡμεῖς ἐκ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ μεταλαβόντες, θεοποιηθῆναι δωρηθῶμεν· ἄλλως οὐκ ἂν τούτου τυχόντες, εἰ μὴ τὸ κτιστὸν ἡμῶν αὐτὸς ἐνεδύσατο σῶμα· οὕτω γὰρ καὶ ἄνθρωποι θεοῦ λοιπὸν καὶ ἐν χριστῷ ἄνθρωποι χρηματίζειν ἠρξάμεθα· ἀλλ' ὥσπερ ἡμεῖς τὸ πνεῦμα λαμβάνοντες, οὐκ ἀπολλύμεν τὸ ἰδίαν ἑαυτῶν οὐσίαν, οὕτως ὁ κύριος ἐνδύμενος δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος καὶ σῶμα φορέσας, οὐδὲν ἧττον ἦν θεός· οὐ γὰρ ἠλαττώθη τῇ προσλήψει σώματος· ἀλλὰ μᾶλλον ἐθεοποιεῖτο τοῦτο καὶ ἀθά-

Et rursum, *Filius meus es tu, ego hodie genui te* Ipse autē Dominus de se in Prouerbiis loquitur, *Ante omnes colles gignit me.* De rebus autem creatis factisque ita Ioannes loquitur. *Omnia per eum facta sunt*, de Christo autem euangelizans dicit, *Vnigenitus Filius qui est in sinu Patris, ille nobis enarrauit*: igitur si Christus est Filius, creatura certe nunquam fuerit, ne simul & ex Deo & ex alio illius substantia comparata esse intelligatur: quid ergo? in vanúmne & frustra hoc prouerbium scriptum est? tale quid enim illi veluti muscæ libenter obmurmurant. Non (inquam) hoc frustra, sed perquam necessario scriptum est: vox enim illa creari de Christo dicitur, sed de homine iam facto, quū id proprium sit hominis. Et rem ita se habere animaduertet, quisquis non perfunctorie Scripturam perlegerit, obseruatis temporib. personis, vsúque Scripturarum, & quæ ita legerit, cum iudicio examinet. Tempora igitur huius dicti locum suum, opportunitatemq; habuisse cognoscet, quum Dominus, qui semper est, in consummatione seculorum, hominem seipsum fecisset, & quū esset Filius Dei, filius hominis fieri non recusasset. Vtum aūt, vtilitatēque ex eo animaduertas, quòd tum, quum nostram mortem demoliri vellet, corpus sibi sumpserit ex Maria virgine, vt illud pro omnibus in victimam offerens, in vniuersum nos omnes reconciliaret, qui metu mortis, per omnem vitam seruituti obnoxij detinebamur. Persona quidem quæ loquitur, Saluatoris est, sed tum demū hæc eū loqui intelligēdum est, quum corpus assumeret, *Dominus creauit me in initio viarum suarum ad opera sua.* Vt enim Filio Dei probe conuenit perpetuo esse, & in sinu Patris esse, ita quoque homini facto probe conueniebat ea vox, *Dominus creauit me.* Tunc enim de eo hoc congruenter dicitur, vtpote, qui tunc quoq; & esuriebat, & sitiebat, & percunctabatur, vbi Lazarus situs esset, & passus est, & resurrexit. Quemadmodū ergo dum audimus eum dominum & Deū & Lumen verum esse, intelligimus eū ex patre esse: ita quoque æquum est, dum audimus de eo hanc vocem, creauit me, & quod seruus factus sit, & passus sit, ea ipsa non imputari Diuinitati, quū id minime conueniat, sed carni admetiri, quā propter nos gestauit. Hæc enim propria sunt carnis, eáque ipsa caro non alterius cuiuspiam est, sed Verbi Dei. Quòd si istius quoque rei vsum condiscere cupias, id quoque reperire licebit. Verbum enim caro factum ideo est, vt carnem offerret pro omnibus. Atque ita vti nos Spiritus ipsius participatu Diuinitatis consortes redderemur, qui alioquī hoc ipsum nunquam adepti fuissemus, nisi creatitium nostrum istud corpus ille ipse sibi induisset. Inde enim factum est, vt non simpliciter homines, sed homines Dei, in Christo cœperimus appellari. Sed quemadmodum nos Spiritum dei accipientes, non deperdimus propriam nostram substantiā: ita quoq; Dominus propter nos homo factus est, & corpus gestans, nihilominus manebat Deus: nō enim diminuebatur amictu corporis, sed potius illud deificabat,

& immortale reddebat. Et hæc quidem abunde sufficiunt ad hæresim istam Arianorum traducendã. Ex rationibus enim quas mihi dominus suppeditauit, impietas eorum satis liquet. Age ergo & nos proponamus quæstiones, & responsum ab iis postulemus: opportunum siquidem est, quum ipsi perplexi hæreant, vt nos ab illis scisciscemur, quid scis, an si ita cõfusi pudefactiq; videant, quo malorũ reciderint? Filium ergo Dei didicimus ex sacris Scripturis, quẽadmodum prædictum est, esse Rationẽ siue Verbum, & Sapientiam Patris, quum Apostolus dicat, *Christus Dei Virtus, & Dei Sapientia.* Ioannes quoque quum dixisset, *Verbum caro factum est*, statim subintulit, *Et vidimus gloriam eius, sicuti gloriam Vnigeniti ex Patre plenum gratiâ & veritate:* vt intelligas hoc Verbũ esse Vnigenitum Filium Dei, & in Verbo & in hac Sapientia conditum esse cælum & terrã & omnia quæ in eis sunt: & huius Sapientiæ fontem esse Deum, in Propheta Baruch didicimus, increpante Israelem, quòd dereliquisset fontem Sapientiæ. Quòd si istum abnegant & repudiant, quid aliud faciunt, quàm quòd hoc ipso se alienos à nomine Christianismi ostẽdunt, dignosque qui iure peculiari vocabulo impij Christique perduelles, quod nomen sibiipsis imposuerunt, vocitentur? Sin autem cõfiteantur numinis afflatu voces Sacræ scripturæ pronũciatas, audeant propalam dicere, quòd iam diu clam & occultim mussitant irrationalem & insipientem aliquando fuisse Deum, pergántque inde vt sunt insani, & dicant, Erat, quando nõ erat: Et antequã nasceretur, Christus non fuit. Rursúsque pro dogmate definiant: Fontem non ex se genuisse Sapientiam, sed quasi quæ cisterna esset, aliunde eã accepisse, vt & eò quoque impudentiæ erumpant, vt dicant ex non entibus extitisse Filium Id enim Deum nequaquam fontem esse declarauit, sed cisternam aliunde aquas accipientem, & titulotenus tantummodo fontem, non ex natura fontem appellari. Quanta igitur illud impietate scateat, neminem, cui vel pauxillum mentis sit, dubitare existimo. Sed tamen quia Rationem & sapientiam, non nisi mera nomina Filij Dei esse obgrunniunt, necessum est, vt ab iis ad istum modum quæras: Si ista duntaxat nomina sunt Filij, igitur ille diuersus fuerit à significatu horum vocabulorum. Quapropter si maior est quã ista nomina, nefaria res est, eum qui maior sit minoribus vocabulis designari, Sin autem inferior est istis nominibus prorsus non abest in verbis culpa quum excellentiori nomenclatura, quàm par est, appelletur. Quòd si progressu profectúque virtutis impleuerit mensuram nominis sui, in eo ipso non minor, quàm in superioribus impietas Nam illum qui in patre est, & in quo vicissim Pater est & qui de se dicit, *Ego & Pater vnum sumus:* &, *qui vidit me, Patrem meum*, illum inquam dicere aliqua re extranea maiorem fieri, profectúsq; capere omnẽ insaniam furorémq; transcendit. Cæterũ hinc quoq; deiecti, & quẽadmodũ Eusebius, in opes consilii, perplexiq; id solum prætendunt, quod

καὶ ἀθάνατον ἀπεπίλει· ἱκανὰ μὲν οὖν ταῦτα πρὸς τὴν τῶν αἱρετικῶν αἵρεσιν ἀρκοῦντα· καὶ γὰρ ὡς ὁ κύριος ἐδίδωκεν, ἐξ ὧν ἔλεγον αὐτοὶ διηλέγχθησαν ἀσεβοῦντες. Φέρε δὴ καὶ ἡμεῖς προτείνωμεν καὶ ἀπαιτήσωμεν καὶ αὐτοὺς ἀποκρίνασθαι· καιρὸς γάρ ἐστιν ἀπορήσαντας αὐτοὺς ἐν τοῖς ἰδίοις, ἐρωτᾶσθαι λοιπὸν ὑφ' ἡμῶν· πάσχα κἂν ὕπνος ἐντραπέντες, ἀναβλέψωσιν ὅθεν κατέπεσαν οἱ κακόφρονες· τὸν μὲν οὖν τοῦ θεοῦ μεμαθήκαμεν ἐκ τῶν θείων γραφῶν ὡς προείπομεν, αὐτὸν εἶναι τὸν λόγον καὶ τὴν σοφίαν τοῦ πατρός· ὁ μὲν γὰρ ἀπόστολος φησι· χριστὸς θεοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία· ὁ δὲ ἰωάννης εὐηγγελικῶς καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἐπήγαγε δὲ· καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός· πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας· ὡς τοῦ λόγου ὄντος μονογενοῦς υἱοῦ· ἔνεστι τούτῳ τῷ λόγῳ καὶ τῇ σοφίᾳ γεγενῆσθαι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς· καὶ ταύτης τῆς σοφίας πηγὴν εἶναι τὸν θεὸν, ἐν τῷ βαρουχ μεμαθήκαμεν· αἰτιαθέντος τοῦ ἰσραὴλ ὅτι ἐγκατέλιπε τὴν πηγὴν τῆς σοφίας· εἰ μὲν οὖν ἀρνοῦνται τὰ γεγραμμένα, αὐτόθεν ἀλλότριοι καὶ τοῦ ὀνόματος ὄντες, οἰκείως ἂν καλοῖντο καὶ ὄντως ἄθεοι καὶ θεομάχοι· οὕτω γὰρ ἑαυτοὺς ἐπονόμασαν καὶ αὐτοί· εἰ δὲ συνομολογοῦσιν ἡμῖν εἶναι θεόπνευστα τὰ τῆς γραφῆς ῥήματα, τολμησάτωσαν φανερῶς εἰπεῖν ἃ κεκρυμμένως φρενοῦσιν· ὅτι ἄλογος καὶ λύπη ὁ θεὸς ποτε· καὶ μανέντες εἰπάτωσαν λύπην ὅτι οὐκ ἦν λύπη· καὶ πρὶν γενηθῆναι οὐκ ἦν ὀχλησός· πάλιν τε ἀποφηνάσθωσαν τὴν πηγὴν μὴ ἐξ ἑαυτῆς γεγεννηκέναι τὴν σοφίαν· ἀλλ' ἔξωθεν ἑαυτῆς κεκτῆσθαι ταύτην· ἵνα καὶ τολμήσωσιν εἰπεῖν, ἐξ οὐκ ὄντων γέγονεν ὁ υἱός· τοῦτο γὰρ οὐκ ἔστι πηγὴν ταύτην δείκνυσιν· ἀλλά τινα λάκκον ὥσπερ ἔξωθεν ὕδωρ λαβόντα, κεχρημένον τῷ ὀνόματι τῆς πηγῆς· ὅσης μὲν οὖν ἀσεβείας ἐστὶ τοῦτο μεστὸν, οὐδενὰ τῶν κἂν βραχεῖαν αἴσθησιν ἐχόντων ἀμφιβαλλειν ἡγοῦμαι· ἐπειδὴ δὲ τοῦ θορύζοντες λέγουσιν ὀνόματα μόνον εἶναι τοῦ υἱοῦ λόγον καὶ σοφίαν, ἀναγκαῖον ἐρωτῆσαι τούτους. εἰ ὀνόματα μόνον ἐστὶ ταῦτα τοῦ υἱοῦ, ἄλλον ἂν αὐτὸς εἶη παρὰ ταῦτα· καὶ εἰ μὲν βελτίων ἐστὶ τῶν ὀνομάτων, τύχ' ὅσον ἐκ τῶν ἐλαττόνων τὸν βελτίονα σημαίνεσθαι· εἰ δὲ ἐλάττων ἐστὶ τῶν ὀνομάτων, πάντως ἔχει καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ὑπὸ τὸ κάλλιον προσηγορίας· τοῦτο δὲ πάλιν, προσκοπὼ αὐτὸ σημαίνει· καὶ οὐ μείων ἐστὶ τῶν προτέρων καὶ τοῦτο τὸ ἀσέβημα· πῶν γὰρ ἐν τῷ πατρὶ ὄντα ἐν ᾧ καὶ ὁ πατήρ ἐστι τὸν λέγοντα· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· ὃν καὶ ὁ ἑωρακὼς ἑώρακε τὸν πατέρα· ὀνομάζειν ὑπό τινος ἔξωθεν βελτίονος, πᾶσαν ὑπερβάλλει μανίαν· ἀλλ' ἀπὸ τούτων ἐκπίπτοντες. καὶ κατὰ τὴν περὶ θεσβίου ὑπὸ πολλῆς συνεχόμενοι ἀπορίας, ἐκεῖνο λοιπὸν ἔχουσιν ὑπολαμβανόμενον,

ὃ καὶ

ὁ καὶ ἐν ἀσματίοις ἄρειος καὶ ἐν τῇ ἑαυτοῦ θαλίᾳ
ὡς ἐπαπορῶν μυθολογεῖ· πολλοὺς λαλεῖ λόγους
ὁ θεός· ποῖον αὐτῶν ἆρα λέγομεν ἡμεῖς ἰδίον καὶ
λόγον μονογενῆ τοῦ πατρός; ἀνόητοι· καὶ πάν-
τα μᾶλλον, ἢ χριστιανοί· πρῶτον μὲν γὰρ τοι κἂν
λαλοῦντες περὶ θεοῦ, μικρὸν δεῖν ἄνθρωπον τὸν
θεὸν ὑπολαμβάνουσιν, οὕτω λαλοῦντα καὶ
τῷ δοκεῖν μείζονα τοὺς πρώτους τοῖς δευτέροις λό-
γοις· ὥσπερ οὐκ ἀρκοῦντος ἑνὸς τοῦ ἐκ τοῦ θεοῦ
λόγου, πᾶσαν τὴν ἐκ τοῦ βουλήματος τοῦ πατρὸς A
δημιουργίαν, καὶ τὴν τούτου πρόνοιαν πληροῦσαν· τὸ
μὲν γὰρ πολλοὺς αὐτὸν λαλεῖν λόγους, ἀσθενείας
τῶν πάντων ἐστίν· ἑκάστου λειπομένου τοῦ ἑτέρου
χρείας· τὸ δὲ ἑνὶ κεχρῆσθαι λόγῳ τὸν θεὸν ὡς καὶ ἔστιν
ἀληθῶς, τοῦτο καὶ τοῦ θεοῦ τὴν δυναμικὴν δείκνυσι, καὶ
τοῦ ἐξ αὐτοῦ λόγου τὴν τελειότητα· καὶ τῶν οὕτω
φρονούντων, τὴν ἀπέχθειάν ἐστιν· εἴθε δὲ καὶ ἔτοι
κἂν ἐξ ὧν λέγουσι νοῦν, ἐθελήσουσιν ὁμολογεῖν τὴν
ἀλήθειαν· εἰ γὰρ ἅπαξ διδόασι τὸν θεὸν φέροντα
λόγους, ἴσασιν ὅλως αὐτὸν πατέρα· τοῦτο δὲ γι- B
νώσκοντες, σκοπείτωσαν ὅπως μὴ θέλοντες ἕνα δι-
δόναι τοῦ θεοῦ λόγον, πολλῶν αὐτὸν ἔχειν πατέρα φαν-
τάζονται· καὶ τὸ μὲν ὅλως εἶναι τοῦ θεοῦ λόγον, οὐ
θέλουσιν ἀρνεῖσθαι· τὸ δὲ εἶναι τοῦτον τοῦ θεοῦ υἱόν, ἀχ
ὁμολογοῦσιν· ἔστι δὲ τοῦτο τῆς ἀληθείας ἀγνωσία·
καὶ τῶν θείων γραφῶν ἀπειρία· εἰ γὰρ ὅλως
ὁ θεὸς πατήρ ἐστι λόγου, ἆρα τί μὴ καὶ ὁ γεννώμε-
νος υἱός ἐστιν; υἱὸς δὲ πάλιν τοῦ θεοῦ πῶς ἂν εἴη, ἢ ὁ
λόγος αὐτοῦ; καὶ γὰρ οὐ πολλοὶ λόγοι· ἵνα μὴ C
ἕκαστος ἕνδεής ᾖ, ἀλλ' εἷς ὁ λόγος· ἵνα τέλειος
μόνος αὐτὸς καὶ ὅτι ἑνὸς ὄντος τοῦ θεοῦ, μίαν ἔδει
καὶ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ εἶναι· ἥτις ἐστὶν ὁ υἱός· καὶ γὰρ
ὁ τοῦ θεοῦ υἱὸς ὡς ἐξ αὐτῶν τῶν λογίων ἐστὶ μαθεῖν,
αὐτός ἐστιν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος· καὶ ἡ σοφία·
καὶ ἡ εἰκὼν· καὶ ἡ χείρ· καὶ ἡ δύναμις· ἔνι γάρ
ἐστι τοῦ θεοῦ γνώρισμα· καὶ ταῦτα, τῆς ἐκ τοῦ πα-
τρὸς γεννήσεως εἰσὶ γνωρίσματα· ἄντε γὰρ τὸν
υἱὸν εἴπῃς, τὸ ἐξ αὐτοῦ φύσει δεδήλωκας· ἄντε
τὸν λόγον ἐνθυμηθῇς, τὸ ἐξ αὐτοῦ πάλιν καὶ τὸ ἀ- D
διαίρετον αὐτοῦ λογίζῃ· καὶ τὴν σοφίαν δὲ λέ-
γων, οὐδὲν ἧττον τὸ μὴ ἔξωθεν, ἀλλὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ
καὶ ἐν αὐτῷ πάλιν φρονεῖς· ἂν δὲ καὶ τὴν δύνα-
μιν καὶ τὴν χεῖρα ὀνομάσῃς, τὸ ἴδιον πάλιν τῆς
οὐσίας λέγεις· καὶ τὴν εἰκόνα δὲ λέγων, τὸν
υἱὸν σημαίνεις· τί γὰρ ἂν εἴη ὅμοιον τῷ θεῷ, ἢ τὸ
ἐξ αὐτοῦ γέννημα; ἀμέλει ὅπερ διὰ τοῦ λόγου
γέγονε, ταῦτα τῇ σοφίᾳ τεθεμελίωται· καὶ
ἃ ἐν τῇ σοφίᾳ τεθεμελίωται, ταῦτα πάντα
ἐν τῇ χειρὶ πεποίηται· καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ γέ- E
γονε· καὶ τούτων οὐκ ἔξωθεν ἡμῖν· ἀλλ' ἐκ
τῶν γραφῶν ἔχομεν τὴν πίστιν· ὁ μὲν γὰρ θεὸς
αὐτὸς διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου λέγει· ἡ χείρ μου ἐ-
θεμελίωσε τὴν γῆν· καὶ ἡ δεξιά μου ἐστερέωσε
τὸν οὐρανόν· καὶ πάλιν· ὑπὸ τὴν σκιὰν τῆς χειρός μου
σκεπάσω σε· ἐν ᾗ ἔκτισα τὸν οὐρανόν, καὶ ἐθεμελίω-
σα τὴν γῆν. ὁ δὲ Δαβὶδ τοῦτο μαθών· καὶ εἰδὼς
τὴν χεῖρα αὐτοῦ οὖσαν τὴν σοφίαν, ἔψαλλε·
πάντα

quod & Arius in ſuis cantiunculis, & Cõuiualium libro per ſpeciẽ ſubdubitandi fabulatur. Multa (inquiens) verba profert Deus: quòdnã igitur ex iſtis verbis Filium & Verbũ vnigenitũ Patris eſſe recipiemus? ſtulti & quiduis potius quam Chriſtiani: non longe enim abſunt dum talia de Deo fabulantur, vt Deum hominẽ eſſe ſuſpicẽtur, vt pote quẽ ita inducunt loquentẽ, quaſi qui priora verba poſterioribus mutet, & quaſi vnum ex Deo Verbũ non ſufficiat, quod vniuerſam mundi ex voluntate Patris creationem, curámq; & prouidentiã ſuſtineat. Si enim Deus multa verba loquitur, hoc ipſum in iudicio eſt, in omnibus eius verbis eſſe quandã imbecillitatem: ac proinde ſingula quæq; ab eo repudiari, & aliud ſemper nouũ requiri. Contra autem, ſi vno verbo vtatur vt reuera vtitur, id & eius potentiam, & verbi ex eo nati perfectitudinem declarat, & contrà ſentientiũ impietatem coarguit. Vtinã iſti vel de ſuis dictis veritatẽ colligant & agnoſcant. Nã ſi conceſſerint Deum non niſi ſemel Verbũ proferre, fieri non poteſt, quin agnoſcant, eum ita loquentẽ verbi ſui Patrem eſſe. Iam mihi videant, quæſo, ꝙ dum nolunt concedere, vnum eſſe Dei Verbum, multorum verborũ Patrem Deum eſſe mentiantur. At illi porro quin ſit Dei verbum non inficiantur, ſed id pro filio Dei non agnoſcunt. Atqui ea ipſa eſt veritatis ignoratio, & ſacratũ literarũ imperitia. Si enim omnino Deus Pater Verbi eſt, cur non ꝙ gignitur Filius, haberi debeat? Porro Filius Dei quiſnã fuerit, niſi Verbum eius? Non enim multa verba ſunt, ne vnumquodq; eorum inſufficiens habeatur, ſed vnum verbum, vt illud ſolum perfectũ eſſe intelligatur. Et quãdoquidem vnus eſt Deus, neceſſarium eſt quoq; vnam eſſe Dei imaginem, quæ ipſius eſt Filius: Siquidem Filius Dei, vt ex ipſis Scripturis patet, ipſe eſt Dei Verbum, & Sapientia, & imago, & Manus, & Virtus: vnica enim eſt Dei progenies. Atq; iſtę appellationes, indicia, argumẽtáq; ſunt eius ex Patre generationis. Siue enim Filiam dixeris, eo ipſo naturaliter eum ex patre declaraueris: ſiue eum Rationem ſiue Verbum Dei eſſe cogites, rurſum eum ex illo eſſe ſine vlla differentia cogitaueris: ita quoq; dum eum Sapientiam dicis, æque ac tantumdem eum non aliunde eſſe, ſed ex Patre & in Patre, animo intellexeris. Iam ſi eum Potentiam Dei, aut manum appelles, iterum denuo proprietatem ſubſtantiæ eius ſignificaueris: quòd ſi eum imaginem nomines, filium hoc ipſo eum eſſe indicaueris. Quid enim ſimile Deo, niſi ſua ipſius Progenies? Certe quæ per Verbum facta ſunt, ea quoque per ſapientiã fundata ſunt. Et quę in Sapientia fundata ſũt, ea omnia, Manu Dei, & per Filium creata ſunt. Atque eius rei fidem non aliunde, quàm ex ſacris literis condiſcimus. Deus enim ipſe per Eſaiam Prophetam ita loquitur, *Manus mea fundauit terram, & dextra mea firmauit cælum.* Rurſumq; *Et ſub vmbra manus mea tegam te, in qua ego cõſtituí cælũ, & fundaui terrã.* Dauid quoq; eius rei non ignarus, quum ſciret ipſam manum eſſe Sapientiam, ita cantauit,

Omnia in sapientia fecisti, impleta est terra creatione tua. Quemadmodum quoque & Salomon id à Deo acceptum, locutus est: Deus in sapientia fundauit terram, Ioannes item, qui cognosceret, manum & Sapientiam esse Verbum, ad istum modum Euangelicè prædicauit: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, hoc in principio apud Deum erat: omnia per ipsum facta, & sine eo factum est nihil.* Apostolus itidem conspiciens Manum, Sapientiam, & Verbum esse ipsum Filium Dei, *Multifarie*, inquit, *& multis modis olim Deus, quum locutus esset Patribus nostris, in fine dierum istorum locutus est nobis in filio, quem statuit heredem omnium per quem fecit & secula*: & rursum, *Vnus Dominus Iesus Christus per quem omnia, & nos per eum.* Idem certum habens, Verbum, Sapientiam, & Filium esse imaginem ipsam Patris: ita dicit in epistola ad Colossenses, *Gratias agentes Deo & Patri, qui idoneos nos fecit in partem sortis sanctorum in luce, qui extraxit nos ex potestate tenebrarum, & transtulit nos in regnum Filii dilectionis sue, in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum, qui est imago Dei inuisibilis, Primogenitus omnis creature. Quoniam in eo condita sunt omnia, tam ea quæ in cœlis sunt, quàm ea quæ in terris sunt, sine sint Throni, sive Dominationes, sive principatus, sive Potestates, omnia per eum & in eo sunt condita, & ipse est ante omnia, & omnia in eo consistunt.* Vt enim per Verbum, ita in illo per imaginem ipsius condita sunt omnia. Ad istum modum si quis de Domino cogitet, non impinget in lapidem offensionis, sed potius ad splendorem procedet, pergétque in luce veritatis. Hic enim omnino est sensus veritatis, etiam si rumpantur isti vitilitigatores, neque Deum reuerentes, neque conuicti argumentis pudescentes. Eusebiani igitur ita explorati pertentatique à multis, semetipsos condemnantes, quemadmodum iam dixi, catholicorum sententiis subscripserunt, & mutatis suis opinionibus amplexi quietem recesserunt. Cæterum, quia isti in suis impietatibus ferociunt, & circa veritatem vertigine cæcutiunt, nihilque aliud studio habent, quàm vt Synodum lædant, dicant mihi, quæso, ex quibusnam Scripturis addidicere, aut ex quonam sanctorum audierunt voculas istas quæ sibi congesserunt: *Ex non entibus*, &, *Non erat priusquam gigneretur*, &, *Erat aliquando, quando non erat*, &, *illud conuertibile*, &, *præxistere*, &, *voluntate*, quibus ludis aduersus Dominum cauillantur, cùm beatus Paulus in epistola ad Hebræos dicat, *Per fidem intelligimus Dei Verbo perfecta esse secula*, vt ex non apparentibus visibilia exorirentur, sed tamen nihil est Verbo commune cum seculis, ipsum enim est quod ante secula præxistit, per quod & ipsa secula condita sunt. In Pastore quoque scriptum habetur: nam & inde etiam, quanquam is liber ex canone non sit, allegationes faciunt,

πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας· ἐπληρώθη ἡ γῆ τῆς κτίσεώς σου· ὡς καὶ Σαλομὼν ὡσαύτως θεοῦ λαβὼν, ἔλεγεν· ὁ θεὸς τῇ σοφίᾳ ἐθεμελίωσε τὴν γῆν· ἰωάννης τε γινώσκων τὴν χεῖρα καὶ τὴν σοφίαν εἶναι τὸν λόγον, & ἠγγελίζετο· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος· καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν· καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος· οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο· καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδέν· ὁ δὲ ἀπόστολος βλέπων τὴν χεῖρα· τὴν σοφίαν· τὸν λόγον αὐτὸν ὄντα τὸν υἱόν, φησι· πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν ταῖς προφήταις· ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν τούτων, ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ· ὃν ἔθηκεν κληρονόμον πάντων· δι' οὗ καὶ ἐποίησε τοὺς αἰῶνας· καὶ πάλιν, εἰς κύριον Ἰησοῦν χριστὸν δι' οὗ τὰ πάντα καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ· εἰδὼς ὢν πάλιν τὸν λόγον· τὴν σοφίαν· τὸν υἱόν· αὐτὸν ὄντα τὸν εἰκόνα τοῦ πατρός, φησὶν ἐν τῇ πρὸς κολασσαεῖς ἐπιστολῇ· εὐχαριστοῦντες τῷ θεῷ καὶ πατρὶ· τῷ ἱκανώσαντι ἡμᾶς εἰς τὸν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτὶ ὃς ἐρρύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους· & μετέστησεν εἰς βασιλείαν τοῦ υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ· ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν· τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν· ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου· πρωτότοκος πάσης κτίσεως· ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα· τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα· εἴτε θρόνοι· εἴτε κυριότητες· εἴτε ἀρχαί· εἴτε ἐξουσίαι, τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται· καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων· καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκεν· ὡς γὰρ διὰ τοῦ λόγου, οὕτως εἰκὼν τοῦ λόγου, ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα· οὕτως δεῖ τὸν κύριον διανοούμενον, καὶ προσκόψει τῷ λίθῳ τοῦ προσκόμματος· ἀλλὰ μᾶλλον πορεύσεται πρὸς τὸν λαμπτῆνα τοῦ φωτὸς τῆς ἀληθείας· τοῦτο γὰρ ὄντως ἐστὶ τῆς ἀληθείας τὸ φρόνημα κἂν διαῤῥαγῶσιν αἱ φιλονεικοῦντες· μήτε τὸν θεὸν αἰδόμενοι, μήτε τοὺς ἐκ τῶν ἀποδείξεων ἐλέγχους ἐντρεπόμενοι· οἱ μὲν οὖν δεῖ δ' εἰδέναι ὅτως ἐξεταζόμενοι τὸ διὰ πολλῶν· καὶ καταγνόντες ἑαυτῶν καθὰ προεῖπον, ὑπέγραψαν, καὶ μεταγνόντες ἠρέμησαν καὶ ἀνεχώρησαν. ἐπειδὴ δὲ οὗτοι νεανιεύονται τῇ ἀσεβείᾳ καὶ σκοτοδινιῶντες περὶ τὴν ἀλήθειαν· οὐδὲν ἕτερον ἢ κατηγορεῖν τοῦ σωτῆρος ἐπιχειροῦσιν, εἰπάτωσαν ἡμῖν ἐκ ποίων αὐτοῖς γεγραφῶν μαθόντες, ἢ ἀκούσαντες τίνων ἁγίων ἀνδρῶν, συμπεφορήκασιν ἑαυτοῖς ῥήματα. τὸ, ἐξ ὄντων· & οὐκ ὄντων· & οὐκ ἦν πρὶν γεννηθῇ· & ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν· καὶ τὸ τρεπτόν· καὶ τὸ προκοπὴν ἔχειν· καὶ τὸ θελήματι· ἐν οἷς καὶ τὸ κύριον παίζοντες μυθολογοῦσιν· ὁ μὲν δὲ μακάριος παῦλος ἐν τῇ πρὸς ἑβραίους φησίν· πίστει νοοῦμεν κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας ῥήματι θεοῦ εἰς τὸ μὴ φαινομένων, τὸ βλεπόμενον γεγονέναι· ἀλλ' οὐδὲν κοινὸν τῷ λόγῳ πρὸς τοὺς αἰῶνας· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ προϋπάρχων τοῦ τῶν αἰώνων· δι' οὗ καὶ οἱ αἰῶνες γεγόνασιν· ἐν δὲ τῷ ποιμένι γέγραπται· ἐπειδὴ καὶ τοῦτο καί τι μὴ ὂν ἐκ τοῦ κτίσαντος, προφέρουσι·

πρῶτον πάντων πίστευσον ὅτι εἷς ἐστιν ὁ θεὸς ὁ τὰ
πάντα κτίσας· καὶ κατάρτισας· καὶ ποιήσας ἐκ
τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα· ἀλλὰ καὶ τοῦτ
πάλιν οὐδὲν πρὸς τὸν υἱόν ἐστι· περὶ γὰρ τῶν πάντων
λέγει τῶν δι' αὐτοῦ γινομένων· ὧν καὶ ἄλλο ἐστὶν
αὐτός· οὐ γὰρ οἷόν τε τὰ δημιουργούμενα πρὸς τὸν
αὐτὸν γινομένοις συγκαταριθμεῖν· εἰ μὴ καὶ τὸν
ἀρχιτέκτονα τοῖς ὑπ' αὐτοῦ γινομένοις οἰκοδομή-
μασι τὸν αὐτὸν αὖ τις φῇ φρονῶν λέγοι· Διατί
τίνων ἀγεώφους αὐτὶ λέξεις πρὸς ἀσέβειαν ἐ- A
φευρόντες, αἰτιῶνται τοὺς ἀγεώφοις λέξεσιν εὐ-
σεβοῦντας; τὸ μὲν γὰρ ἀσεβεῖν, πάντελῶς κε-
κώλυται· κἂν ποικίλοις ῥήμασι καὶ πιθανοῖς σο-
φίσμασι, πρόβαλλειν αὐτὸ τις ὑπάρχῃ τὸ εὐ-
σεβεῖν, ὅσιον πᾶσιν ὁμολογούμενον· κἂν ξενίζω-
σαις λέξεσί τις χρήσηται· ἕως μόνον ὁ λέγων εὐσε-
βες ἔχοι τὸ φρόνημα· καὶ δι' αὐτῶν ὃ νενόηκεν, εὐσε-
βῶς βούλεται σημαίνειν· τὰ μὲν οὖν πρότερον εἰρημένα
τῶν χρεσομάχων χαμαίζηλα ῥήματα, πρόδηλον ἀπέδειξεν ὁ λόγος καὶ τότε καὶ νῦν, πάσης ἀσεβείας B
ὄντα μεστά· τὰ δὲ πρόσφατα γραφέντα καὶ
ὁρισθέντα κατ' αὐτῶν· ἐὰν ἐρευνήσῃ τις ἀκριβῶς, εὑρήσει πάντως ἐν αὐτοῖς τὴν τῆς ἀληθείας
νοῦν πρόδηλον ἐχόμενον· ἂν μάλιστα καὶ τῷ πρόσφατον
τῶν πιστῶν λέξεων ἔχειν τὸ εὔλογον, φιλομα-
θῶς ἐρωτήσας ἀκούσῃ· ἔστι γὰρ αὐτὴ τῆς συνόδου
βουλομένης τὰς μὲν τῶν ἀρειανῶν τῆς ἀσεβείας λέ-
ξεις αἱρεῖν· τὰς δὲ τῶν γραφῶν ὁμολογουμένας
φωνὰς γράψαι, ὅτι τε υἱός ἐστιν οὐκ ἐξ οὐκ ὄντων·
ἀλλ' ἐκ τοῦ θεοῦ· καὶ λόγος ἐστὶ καὶ σοφία· ἀλλ' C
ἐκτίσματι ὡδὲ ποιήματι· ἴδιον δὲ ἐκ τοῦ πατρὸς γνώ-
ρισμα, οἱ πρὸ εὐσεβίου ὑπὸ τοῦ πολυχρονίου κακοδο-
ξίας ἑαυτῶν ἐλκόμενοι, ἐβούλοντο τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ, κοι-
νὸν εἶναι πρὸς ἡμᾶς· καὶ τὸν τοῦ θεοῦ λόγον· μηδέν τε ἐν
τούτῳ διαφέρειν ἡμῶν αὐτόν· διὰ τὸ γεγράφθαι,
εἷς θεὸς ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ πάλιν· τὰ ἀρχαῖα παρ-
ῆλθεν· ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά· τὰ δὲ πάντα
ἐκ τοῦ θεοῦ· ἀλλ' οἱ πατέρες θεωρήσαντες ἐκεί-
νων τὴν πανουργίαν, καὶ τὴν τῆς ἀσεβείας κακοτε-
χνίαν, ἠναγκάσθησαν λοιπὸν λυκώτερον εἰπεῖν D
τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ· καὶ γράψαι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ θεοῦ εἶ-
ναι τὸν υἱόν· ὥσπερ τὸ μὴ τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ κοινὸν ἴ-
σον τοῦ τε υἱοῦ καὶ τῶν γνητῶν νομίζεσθαι· ἀλλὰ τὰ
μὲν ἄλλα πάντα, κτίσμα, τὸν δὲ λόγον μόνον ἐκ τοῦ
πατρὸς πιστεύεσθαι· κἂν γὰρ ἐκ τοῦ θεοῦ τὰ πάντα
λέγεται, ἀλλ' ἄλλως ἢ ὡς ἔστιν ὁ υἱός, εἴρηται τὰ μὲν
γὰρ κτίσματα, διὰ τὸ μὴ εἶναι εἰκῆ καὶ ἐκ παπ-
πάππου· μὴ δὲ κατὰ τύχην ἔχειν τὴν γένεσιν· κα-
τὰ τοὺς λέγοντας ἐξ ἀτόμων συμπλοκῆς καὶ ὁμοιο-
μερῶν· ἢ ὡς τινες τῶν αἱρετικῶν, ἄλλον δημιουργὸν E
λέγουσιν, ἢ ὡς πάλιν ἄλλοι, ὑπό τινων ἀγγέ-
λων λέγουσιν εἶναι τὴν τῶν πάντων σύστασιν· ἀλλ'
ὅτι τοῦ θεοῦ ὄντος, τὰ πάντα ἦν διὰ αὐτοῦ διὰ τοῦ
λόγου οὐκ ὄντα πρότερον· εἰς τὸ εἶναι ἐγένετο, διὰ
τοῦτο εἴρηται τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ· ὁ δὲ λόγος ἐπεὶ κτίσμα ἐστὶν, εἴρηται καὶ ἐπὶ μόνου ἐκ τοῦ πατρός· οὐδενὶ γὰρ τῶν γνητῶν ὑπάρχει τοῦτ
ἀμέλει

Ante omnia crede, quòd vnus sit Deus, qui omnia creauit & absoluit, & qui fecit ex non ente vt essent omnia: sed id rursus nihil ad filium spectat: loquitur enim liber de omnibus per filium creatis, à quibus ipse alius ac diuersus est: non enim licet creatorem cum rebus ab ipso creatis cõnumerare, nisi scilicet architectum eundem cum ædificiis ab ipso architectatis per delirium dicas. Cur igitur ipsi vocabula in Scripturis non vsurpata, ad impietatem excogitãtes, illos accusant, qui verba non scripta ad pietatem producunt? Impie enim agere, quoque modo id agas, prohibitũ est, etiam si versicoloribus verbis, & persuasibilibus sophismatibus cultum ornatúmque addas: pie autem agere, fas & sanctum apud omnes habetur: etiam si quis peregrinis ad id vocibus vtatur, modo pium sensum contineant, & per eas id quod animo concepit, pie indicare studeat. Verba igitur Christo rebellium Arianorum, terrestria, inquam, ista & humum sapientia, vt antea, ita etiam nunc omnem præ se impietatem ferunt. Quæ autem à Synodo sunt scripta & statuta contra eos, si quis diligenter excutiat, inueniet in iis absolutissimè sensum veritatis contineri: & causam vtendi istiusmodi vocabulis recta ratione niti, si diligẽter audiantur. Causa autem huiusmodi fuit, Quum Synodus in hoc esset, vt Arianorum impia vocabula tolleret, & voces adhibere vellet, quæ sine controuersia Sacrarum literarum essent, nimirum eum filium esse, & nequaquam ex non entibus esse, sed ex Deo: eúmque & Verbum esse, & Sapientiam, & nequaquam creaturam aut facturam, sed germen proprium sui patris, Eusebiani pro inueterata sua & praua opinione volebant illud ex Deo esse, cõmune esse, & ad homines quoque pertinere, neque quicquam Christum eo nomine à nobis differre, eò quod scriptum esset: *Vnus Deus ex quo omnia*, & rursum, *Vetera transierunt, ecce noua facta sunt omnia*: omnia verò ex Deo esse. Ibi patres animaduersa illorum fraude & impietatis vafricie, coacti sunt clarioribus verbis exponere, quid sit ex Deo esse, & scribere Filium ex substantia Dei esse, ne ex Deo esse, & commune, & æque ad filium & creaturas pertinere existimaretur: cætera igitur omnia creaturas dixere, excepto Verbo, quod solum ex Patre genitum esse crediderunt & cætera quoque ex Deo esse, verùm nõ eadem ratione qua Filius. Creaturæ enim ideo ex Deo esse prædicantur, ne temere & sponte extitisse videantur aut fortuitam habuisse generationem, secundum illos, qui ex atomorum & similarium partium connexu, rerum procreationem constituunt: aut ne creaturarum author alius quã Deus secũdum quosdam hæreticos putaretur, aut Angeli secundum alios, creatores rerum existimarẽtur, sed vt Deus omnia per Verbum quum prius non essent, ad essentiam produxisse intelligeretur. Verbum autem quum creatura non sit, verè ex Deo & est & esse prædicandum est. Istius rei intellectus iis vocibus concipitur, quibus dicitur eum ex substantia Patris esse: id enim nulli creaturarum datum:

Certe quum Paulus omnia dixisset ex Deo esse, statim subintulit, *Et vnus dominus Iesus Christus per quē omnia*: vt omnibus ostenderet Filiū esse alium à cæteris rebus Deo creatis. Quæ enim à Deo facta sunt, per filium facta sunt, nec alia de causa ita locutus est, quàm vt Deum creationis authorē esse demonstraret, non quòd intelligi vellet, ita omnia ex Deo esse, vt filius ex Patre: Neq; enim omnia talia, qualis Filius, neq; Verbum est ex vulgo omnium, quum sit omniū & Dominus & conditor. Ideo enim sacrosancta Synodus liquidius dixit eum ex substantia Patris esse, vt alius à natura rerum conditarū crederetur, quum solus reuera ex Deo, & vt nulla deinceps occasio hominbus impiis ad fraudem relinqueretur. Hæc igitur ratio est cur Filium ex substantia Patris scriptum esse voluerint. Episcopis rursum affirmantibus & hoc quoque scribi debere, eum veram esse Potentiā & Imaginem Patris, & similem patri, & indemutabilem per omnia, & inconuertibilem, & æternū, & indiuisum in Patre subsistere. Nunquam enim non erat, sed semper erat, subsistebatque perpetuo apud Patrem, vt splendor lucis. Ista quidē eatenus sustinebant Eusebiani, nihil ausi contradicere, ob probrum qnod in dictis suis refutatis passi erant, sed ita tamen, vt deprehēderentur inter sese mussitare, nutus conferre, oculisq; sibi inuicem applaudere, quasi illud simile esse, & in eo esse, & eius Potentiam esse, cōmunia filio nobiscum essent, neque obstare quicquam, quo minus nobis ea ipsa quoq; adoptarentur, eò quod de similitudine nostra cum Deo scriptum habeatur, hominem esse & imaginem & gloriā Dei: Quòd vero spectaret ad hanc particulam (semper) in scripturis reperiri has voces, de hominibus, nos semper, qui viuimus, sumus: iam quod ad illud dictum pertineret, quo filius in eo, hoc est, in Deo esse dicitur, scriptum esse, quòd & nos in eo & viuimus & mouemur. Itidem quoque quòd incōuertibilis dicatur, ne id quidem ab hominibus alienum esse, quum scriptum reperiatur, *Nihil nos separabit à charitate Dei*. Porro quòd potētia Dei appelletur, & id quoq; commune esse, quum eruca & bruchus etiam potētiæ Dei appellentur, & quod plus est, magnæ potentiæ. Quin & de populo sæpe scriptum est, egressam esse omnem potentiam domini ex Ægypto, atque adeo etiam quasdam cælestes potētias virtutésq; existere: *Dominus enim*, inquit, *virtutum nobiscum, ereptor noster Deus Iacob*: Talia enim Asterius ab ipsis sophista nominatus scripsit, talia quoque ante eum Arius, vt iam diximus. Cęterum episcopi considerata illorū hypocrisi & vafricie, prout scriptura dicit, dolus in cordibus architectantium mala, ipsi quoq; necessitate coacti sunt sententiam earum rerū ex scripturis colligere & quæ prius dixerant, apertioribus verbis repetere, & scribere filium consubstātialem esse Patri, vt non solum similem similitudine, sed eundē ea voce qua ex patre esse dicitur, significarent: atq; aliā filij similitudinem & incōuertibilitatem declararēt, diuersamq; ab ea, quæ in nobis est, imitationem, quam

ἀμέλει τὰ πάντα λέγων ὁ παῦλος ἐκ τοῦ θεοῦ, ἐκ θεοῦ ἐπήγαγε· καὶ εἷς κύριος ἰησοῦς χριστὸς δι' οὗ τὰ πάντα, ἵνα δείξῃ πᾶσιν, ὅτι ἄλλος μέν ἐστιν ὁ υἱός, τῶν πάντων τῶν ἐκ τοῦ θεοῦ γινομένων· τὰ γὰρ ἐκ τοῦ θεοῦ γινόμενα, διὰ τοῦ υἱοῦ γέγονε· τῆς δημιουργίας χάριν τῆς παρὰ θεοῦ γινομένης, ταῦτ' εἴρηκε· καὶ διὰ τοῦτ' εἶναι καὶ τὰ πάντα· ὡς ἔστιν ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρός· οὔτε γὰρ τὰ πάντα ὡς ὁ υἱός, οὔτε ὁ λόγος εἷς τῶν πάντων ἐστί. τῶν γὰρ πάντων κύριος καὶ δημιουργός ἐστι· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἡ ἁγία συνόδος λελάληκεν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτὸν εἶναι τοῦ πατρός· ἵνα καὶ ἄλλος παρὰ τὰ λοιπὰ τῶν γενητῶν φύσιν, ὁ λόγος εἶναι πιστεύθῃ· μόνως οὖν ἀληθῶς ἐκ τοῦ θεοῦ, καὶ μηκέτι προφάσεις πρὸς ἀπάτην ὑπολειφθήσονται τοῖς ἀσεβοῦσι· τοῦτο μὲν οὖν τὸ γεγράφθαι ἐκ τῆς ὑσίας, ἡ πρόφασις αὕτη· τῶν δὲ ἐπισκόπων πάλιν λεγόντων· δεῖν γραφεῖαι δυνάμιν ἀληθινήν· καὶ εἰκόνα τοῦ πατρὸς τὸν λόγον, ὅμοιόν τι καὶ ἀπαράλλακτον αὐτὸν κατὰ πάντα τῷ πατρὶ, καὶ ἄτρεπτον καὶ ἀεί, καὶ ἐν αὐτῷ εἶναι ἀδιαιρέτως· ἀδέσποτον γὰρ οὐκ ἰδίᾳ· ἀλλὰ ἰδίᾳ ὁ λόγος ἀεί, ὑπάρχων ἀϊδίως παρὰ τῷ πατρὶ ὡς ἀπαύγασμα φωτὸς, οἱ μὲν εὐσεβὲς ἠνείχοντο μὴ τολμῶντες ἀντιλέγειν, διὰ τὴν αἰσχύνην ἣν εἶχον ἐφ' οἷς ἠλέγχθησαν· κατηλήφθησαν δὲ πάλιν πρὸς ἑαυτοὺς συνομνύοντες καὶ διανεύοντες τοῖς ὀφθαλμοῖς· ὅτι καὶ τὸ ὅμοιον καὶ τὸ ἀεί, καὶ τὸ τῆς δυνάμεως ὄνομα, καὶ τὸ, ἐν αὐτῷ, κοινὰ πάλιν ἐστὶ πρὸς ἡμᾶς καὶ τὸν υἱόν· καὶ οὐδὲν λυπεῖ τούτοις ἡμᾶς σωθῆναι· τὸ μὲν ὅμοιον, ὅτι καὶ περὶ ἡμῶν ἐγράφη· εἰκὼν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, καὶ δόξα θεοῦ ὑπάρχει· τὸ δὲ ἀεί, ὅτι γέγραπται ἀεὶ γὰρ ἡμεῖς οἱ ζῶντες, τὸ, δὲ ἐν αὐτῷ, ὅτι ἐν αὐτῷ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν· καὶ τὸ ἄτρεπτον δὲ, ὅτι γέγραπται· οὐδὲν ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ χριστοῦ· περὶ δὲ τῆς δυνάμεως, ὅτι καὶ ἡ κάμπη καὶ ὁ βροῦχος μέν, λέγονται δυνάμις· καὶ δυνάμις μεγάλη· πολλάκις δὲ καὶ περὶ τοῦ λαοῦ γέγραπται· ὥσπερ ἐξῆλθε πᾶσα ἡ δυνάμις κυρίου ἐκ γῆς αἰγύπτου· καὶ ἄλλαι δὲ οὐρανίαι δυνάμεις εἰσί· κύριος γάρ φησι τῶν δυνάμεων μεθ' ἡμῶν· ἀντιλήπτωρ ἡμῶν ὁ θεὸς ἰακώβ· τοιαῦτα γὰρ καὶ ἀστέριος ὁ λεγόμενος σοφιστὴς παρ' αὐτῶν μαθὼν ἔγραψε· καὶ περὶ αὐτοῦ δὲ ἄρειος μαθὼν ὥσπερ εἴρηται· ἀλλ' οἱ ἐπίσκοποι ἐν τούτῳ θεωρήσαντες τὴν ὑπόκρισιν ἐκείνων, καὶ ὅτι κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἐν καρδίαις τῶν ἀσεβῶν δόλος ἐστὶ τεκταινομένων κακὰ, ἠναγκάσθησαν καὶ αὐτοὶ αὖθις συναγαγεῖν ἐκ τῶν γραφῶν τὴν διάνοιαν· καὶ ἅπερ πρότερον ἔλεγον, ταῦτα πάλιν λαβόντες ἐπῶν καὶ γράψαι, ὁμοούσιον εἶναι τῷ πατρὶ τὸν υἱόν· ἵνα μὴ μόνον ὅμοιον τὸν υἱὸν, ἀλλὰ ταυτὸν τῇ ὁμοιώσει ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι σημήνωσι· καὶ ἄλλως οὖσαν τὴν τοῦ υἱοῦ ὁμοίωσιν καὶ ἀτρεψίαν δείξωσι, παρὰ τὴν ἐν ἡμῖν λεγομένην μίμησιν,

ὡν

ἢν ἐξ ἀρετῆς διὰ τὴν τῶν ἐντολῶν τήρησιν, ἡμεῖς
προσλαμβάνομεν· ὧν μὲν γὰρ τῶν σωμάτων ὅμοια
πρὸς ἑαυτὰ τυγχάνομεν, δυνατόν πως διίστασθαι
καὶ μακρὰν ἀπ' ἀλλήλων γίνεσθαι. οἷοί εἰσιν οἱ τῶν
ἀνθρώπων υἱοὶ πρὸς τοὺς γεννήσαντας· ὡς γέγρα-
πται περὶ τοῦ Ἀδὰμ καὶ τοῦ ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντος καὶ σήθ,
ὡς ἦν ὅμοιος καὶ αὐτῷ κατὰ τὴν ἰδέαν αὐτοῦ. ἐπειδὴ
δὲ ἡ ἐκ πατρὸς τοῦ ἰδίου γέννησις ἄλλη πώς ἐστιν ἀν-
θρώπων φύσιν ἐστὶ καὶ ὁ μόνον ὅμοιος· ἀλλὰ καὶ ἀ-
διαίρετός ἐστι τοῦ πατρὸς οὐσίας καὶ ἓν μέν εἰσιν αὐ-
τὸς καὶ ὁ πατὴρ ὡς αὐτὸς εἴρηκεν· ἀεὶ δὲ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρί
ἐστιν ὁ λόγος. καὶ ὁ πατὴρ ἐν τῷ λόγῳ· ὡς ἔστι τὸ ἀπαύγασμα πρὸς τὸ φῶς, τοῦτο γὰρ καὶ ἡ λέξις σημαίνει, διατοῦτο ἡ συνόδος τοῦτο νοήσασα, καλῶς ὁμοούσιον ἔγραψεν ἵνα τοὺς τῶν αἱρετικῶν κακοήθειαν
ἀνατρέψωσι καὶ δείξωσιν ἄλλον εἶναι τῶν γεννητῶν
τὸν λόγον καὶ γὰρ τοῦτο γράψαντες, εὐθὺς ἐπήγαγον·
τοὺς δὲ λέγοντας ἐξ οὐκ ὄντων τὸν υἱὸν ἢ θεὸν, ἢ κτίσμα ἢ
ποίημα· ἢ ἐξ ἑτέρας οὐσίας, τούτους ἀναθεματίζει ἡ ἁγία καὶ καθολικὴ ἐκκλησία· ταῦτα δὲ εἰρηκότες, ἐδήλωσαν φανερῶς ὅτι τὸ ἐκ τῆς οὐσίας καὶ τὸ ὁμοούσιον, ἀναιρετικά τῆς ἀσεβείας λογαρίων εἰσίν· ἄπερ ἐστὶ, κτίσμα· καὶ ποίημα· καὶ γεννητόν· καὶ τρεπτόν· καὶ οὐκ ὢν πρὶν γεννηθῇ·
ὁ γὰρ ταῦτα φρονῶν, ἀντιλέγει τῇ συνόδῳ· ὁ δὲ τὰ δέοντος μὴ φρονῶν, ἐξ ἀνάγκης τὰ τῆς συνόδου ταῦτα φρονεῖ καὶ διανοεῖται. καλῶς αὐτὰ βλέπων. ὅπως ἐστὶ τὸ ἀπαύγασμα πρὸς τὸ φῶς· καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦτο ἐκεῖνα τῆς ἀληθείας λαμβάνων· οὐκ οὖν εἰ τὰ ῥήματα καὶ οὗπερ ὡς ξένα προφασίζονται, φρονείτωσαν τοῦτο διάνοιαν καθ' ἣν ἡ συνόδος οὕτως ἔγραψεν· ἀναθεματίζοντες, ἅπερ ἀνεθεμάτισεν ἡ συνόδος· καὶ λοιπὸν εἰ δοκοῦσι, μεμφέσθωσαν τὰς λέξεις· εὖ δὲ οἶδα ὅτι φρονήσαντες τοῦτο διάνοιαν τῆς συνόδου, καὶ τὰ ῥήματα τῆς διανοίας πάντως ἀποδέξονται· ἂν δὲ καὶ τούτοις αἰτιάσθαι θελήσωσι, δῆλοι πᾶσίν εἰσι, μάτην καὶ περὶ ἐκείνων λέγοντες· καὶ μόνον ἀφορμὰς ἑαυτοῖς εἰς ἀσέβειαν ζητοῦντες· ἡ μὲν οὖν προφασις τῶν τοιούτων λέξεων, αὕτη· εἰσὶ ὅτι καὶ μὴ ἔγγραφοί εἰσι πάλιν γογγύζουσιν, αὐτόθεν μὲν αὐτὰ ἐκβαλλέσθωσαν ὡς κενολογοῦντες καὶ τὸν νοῦν οὐχ ὑγιαίνοντες· ἑαυτοὺς δὲ καὶ ἐκ τούτου αἰτιάσθωσαν· ὅτι πρῶτοι διδάσκοντες τοῦτο τοιαύτῃ προφάσει, ἐξ ἀγράφων θεομαχεῖν ἤρξαντο· γινωσκέτω δὲ ὅμως εἴ τις ἐστὶ φιλομαθὴς ὅτι εἰ καὶ μὴ οὕτως ἐν ταῖς γραφαῖς εἰσιν αἱ λέξεις, ἀλλὰ καθάπερ εἰρηται πρότερον, τοῦ ἐκ τῶν γραφῶν διάνοιαν ἔχουσι· καὶ τούτου ἐκφωνούμεναι σημαίνουσι τοῖς ἔχουσιν εἰς εὐσέβειαν τοῦ ἀκοῦσαι ὀλόκληρον· σκοπεῖν δὲ τοῦτο μὲν ἔξεστι· ἐκείνους δὲ κατηγορεῖν τοὺς ἀπαιδεύτους· δεδεικται ἐν τοῖς ἔμπροσθεν· καὶ τοῦτ' ἐστὶν ἀληθές, πιστεύειν τὸν λόγον ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι καὶ μόνον ἴδιον αὐτοῦ καὶ φύσει γέννημα· πόθεν

quam ex virtute per obseruationem mandatorum consequimur. Siquidem corpora interim similia distare possunt, & longe à se inuicem disiungi, quales sunt liberi qui similitudine parentes referunt, quemadmodum scriptum est de Adamo, & ex genito Seth, quòd fuerit illi specie similis. Ceterum quandoquidem illa ex patre filij generatio, alia est à natura hominum, filiúsque non solum similis, sed indisseparabilis est à patris substantia, & quia ambo vnum sint, vt ab ipso dictum A est, sempérque in patre est, & pater in eo, & quia splendor est respectu lucis: hoc enim vox illa significat, ideo Synodus re perpensa, recte eum consubstantialem esse tradidit, vt & hæreticorem subuerteret malitiam, & ostenderet eum alium esse à rebus creatis: quippe quæ statim post decretum illud quoque addidit: Illos autem, qui dicunt Filium Dei ex non entibus extitisse, aut creatum esse, aut vertibilem esse, aut opus esse aliquod conditum, aut ex alia substantia prodisse, eos anathemate percutit Sancta & Catholica Ecclesia, B In his verbis, ex patre esse, & consubstantialem esse, vim peremptoriam Patres voluere contineri, ad elidendas has argutiolas, Filium creatum, aut factum, aut mutabilem esse, aut non fuisse antequam nasceretur. Qui enim ita sentit, contradicit Synodo: contra, qui cum Ario non sapit, debet necessario ea quæ sunt Synodi, sapere, & cogitare modo recte quomodo se habeat lux ad splendorem, intueatur, atque ita inde veritatis imaginem concipere. Quapropter si isti hæc vocabula exotica cauillantur, respiciant sensum iuxta C quem Synodus ea in decretis suis adhiberi voluit, & pro anathemate habeant, quæ Synodus pro anathemate haberi voluit, & tum demum si possint culpent: Sed ego satis compertum habeo, eos, si pro Synodi sententia hac in parte sentiant, verba, quibus ea sententia concepta est, non improbaturos esse. Quòd si ipsam sententiam vituperare studeant, omnibus patebit eos frustra de verbis expostulare, & tantummodo occasionem aliquam suæ impietati captare. Causa igitur cur D istiusmodi verbis vsi sint patres, talis est. Quòd si rursus, quia voces istæ in Scripturis solennes non sint, obmurmurationes faciant, æquum profecto est, vt ea de causa ipsi potissimum reiiciantur, vtpote logodædali nouorum vocabulorum, & quod magis est, sanis sententiis non vtentes, séque ipsi in hoc negocio incusant, quòd primi huius rei occasionem præbuerunt, dum ex non scriptis vocibus Deo bellum comparant. Sed tamẽ cognoscet, quisquis est studiosioris animi, has voces tãmetsi in scripturis non reperiantur, habere tamen eas eam sententiam quam scripturæ volunt, & ob ipsum eas sonare apud illos, quibus aures ad pietatem sunt integræ, & minime vitiatæ: hoc ita esse facile animaduertas: istósque vt homines insciros indoctósque veritati refragari iam antea à nobis demonstratum est. Et hoc vere est credere Verbum Patris esse patrique proprium, vnicum, & naturalẽ fœtum.

Vnde

Vnde enim alioqui Filium intelligas esse sapientiam & Verbum in quo omnia sunt condita, nisi per has voces quibus dicitur ex Deo esse? rē certe ita se habere, ex scripturis liquet, quum pater ita per Dauidem loquatur, *Eructauit cor meum Verbum bonū: Et: Ex utero ante luciferum genui te:* & Filius hoc de se Iudæis ostendit, *Si Deus Pater vester esset, diligeretis utique me, Ego enim ex Patre egressus sum.* Ac rursum, *Non quòd Patrem quis viderit, nisi is, qui est à Deo: hic enim Patrem vidit.* Iam & illud, *Ego & Pater vnum sumus, & Pater in me est, & ego in Patre*, idem est ac si dicas, Ego ex patre sum, & indiuisibilis ab illo. Itidem & illud Ioannis, *Vnigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit*, quum hæc quæ enarrabat, à Patre didicisset. Quid illud in sinu esse aliud significat, quàm veram & genuinam Filij ex patre natiuitatem? Si quis igitur ita Deum coalescere cū Filio, vti substantiam cum accidente existimat, aut aliunde veluti indumentum accipere & vestiri, aut aliquid circa eum versari, quod eius substantiam adimpleat, vt sub nomine Dei aut Patris, non ipsam inuisibilem & incomprehensibilem substantiam, sed aliquid quod circa eum sit, intelligi velint: age incusет ille consilium Patrum, quod scriptis tradiderunt ex substantia Dei Filium esse, sed tamen animaduertāt, se omnibus modis blasphemias dicere, tum quòd corporalem aliquem Deum inducunt, tum quòd de Filio mentiantur eum non Patris Filium, sed aliquid rerum earum quę sunt circa Patrē. Si ergo simplex est Deus, vt reuera est, certum est, quum dicimus Deum & nominamus Patrem, nihil nos eorum quæ circa eum sunt, sed ipsius substātiam significare. Nam tametsi comprehendere, quænam sit illius substantia, nequeas, tamen de substantia illius, hoc est, de ipso Deo sentis & cogitas, quum pro Scripturæ nominibus Deus & Pater & dominus appellatur. Quum igitur dicit *Ego sum, qui sum, &, ego sum Dominus Deus*, & vbicunque dicit scriptura, Deus, nos qui hoc vocabulum audimus, nihil aliud nisi ipsam incōprehensibilem substantiam indicari intelligimus, & quòd ille ipse est, qui vocabulo Dei significatur. Quapropter quum quis audit Filium Dei esse ex substantia Dei, ne admiratione ducatur, sed potius approbet, recipiatq; patres, qui rei intellectum purius tradidere, & liquidius verbis paribus & idem pollentibus, id dictum (ex Deo esse) per has voces, ex substantia Dei esse, expresserunt. Idem enim arbitrati sunt ex deo esse, & Dei substantia esse. Si igitur non ita ex Deo est Verbum, vt genuinus ex Patre Filius dici mereatur, sed pari ratione cum cæteris, quæ à Deo creatæ ex Deo perhibeantur, neque alio modo Verbum ex patre esse intelligi debeat, tum certe necessariò sequitur, vt neque sit ex substantia Patris, neque secundum substantiam Patri sit Filius, sed tan-

πόθεν γαρ ἄλλοθεν νοήσειέ τις τὸν υἱὸν, ὃς ἐστιν ἡ σοφία καὶ ὁ λόγος ἐν ᾧ τὰ πάντα γέγονεν. ἢ ἐξ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ; ὅμως ἢ πῶς, καὶ ὡδὶ τῶν γεγραφῶν μεμαθήκαμεν. τὰ μὲν πατρὸς διὰ τοῦ Δαβὶδ λέγοντος· ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν· καὶ, ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε· τὰ δ' υἱοῦ· εἰ ὁ θεὸς πατὴρ ὑμῶν ἦν, ἠγαπᾶτε ἂν ἐμέ· ἐγὼ γὰρ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθον καὶ πάλιν· ἑώρακεν οὐχ ὅτι πατέρα τις εἶδεν, εἰ μὴ ὁ ὢν παρὰ τοῦ θεοῦ, οὗτος ἑώρακε τὸν πατέρα· καὶ μοῦ καὶ τὸ ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· καὶ ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί, ἰσάζει τῷ λέγειν· ἐγὼ ἐκ τοῦ πατρός εἰμι καὶ ἀδελφὸς αὐτός· καὶ ὁ ἰωάννης δὲ λέγων· μονογενὴς υἱὸς ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο, μαθὼν ταῦτα παρὰ τοῦ πατρὸς εἴρηκε· τί γαρ ἄλλο τὸ ἐν κόλποις σημαίνει, ἢ τὴν γνησίαν ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ υἱοῦ γέννησιν· εἰ μὲν οὖν τὸν θεὸν ἡγεῖταί τις εἶναι σωματικὸν, ὡς ἐν τῇ οὐσίᾳ τὰ συμβεβηκότα· ἢ ἔξωθέν τινα περιβολὴν ἔχειν καὶ καλύπτεσθαι· ἢ εἶναί τινα περὶ αὐτὸν τὰ συμπληροῦντα τὴν οὐσίαν αὐτοῦ· ὥστε λέγοντας ἡμᾶς θεὸν, ἢ νομάζοντας πατέρα, μὴ αὐτὸν τὸν ἀόρατον αὐτοῦ καὶ ἀκατάληπτον οὐσίαν σημαίνειν· ἀλλά τι τῶν περὶ αὐτὸν· μεμφέσθωσαν μὲν τὴν συνοδον γεγράψασαν ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τοῦ θεοῦ, τὸν υἱόν· καταισχύνεσθαι δὲ ὅτι δύο πάντα βλασφημοῦσιν οὕτω διανοούμενοι· τόν τε γὰρ θεὸν σωματικήν τινα διαιροῦσι· καὶ τὸν κύριον, οὐκ αὐτοῦ τοῦ πατρός· ἀλλὰ τῶν περὶ αὐτὸν εἶναι υἱὸν καταψεύδονται. εἰ δὲ ἀπλοῦν τί ἐστιν ὁ θεὸς, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστι, δῆλον ὅτι λέγοντες τὸν θεὸν καὶ ὀνομάζοντες τὸν πατέρα, οὐδέν τι ὡς περὶ αὐτὸν ὀνομάζομεν· ἀλλ' αὐτὸν τὴν οὐσίαν αὐτοῦ σημαίνομεν· κἂν γὰρ καταλαβεῖν ὅπ ποτέ ἐστιν, ἡ τοῦ θεοῦ οὐσία μὴ ἢ δυνατὸν, ἀλλὰ μόνον νοοῦντες εἶναι τὸν θεὸν· καὶ τῆς γραφῆς ἐν τούτοις αὐτὸν σημαινούσης οὐκ ἄλλον τινὰ καὶ ἡμεῖς ἢ αὐτὸν σημαίνειν θέλοντες, λέγομεν θεὸν καὶ πατέρα καὶ κύριον· ὃ-" ταν γοῦν λέγῃ· ἐγὼ εἰμὶ ὁ ὤν· καὶ τ', ἐγὼ " εἰμὶ κύριος ὁ θεός· καὶ ὅπερ ποτὲ λέγει ἡ γραφὴ, ὁ θεὸς, ἡμᾶς αἰσχυνόμενος, οὐδὲν ἕτερον ἢ αὐτὸν τὸν ἀκατάληπτον αὐτοῦ οὐσίαν σημαινόμενον νοοῦμεν· καὶ ὅτι ἐστὶν ὅπερ λέγουσιν. οὐκοῦν μὴ ξενιζέσθω τις ἀκούων ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ θεοῦ εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἀποδεχέσθω τοὺς πατέρας διακαθάραντας τὸν νοῦν. καὶ λελυπήκασιν ὡς οὐκ ἀλλήλους τε, οὐκ ἐκ τοῦ θεοῦ γεγράψαντας· τὸ ἐκ τῆς οὐσίας· πῶς γὰρ ἠμέλησαν λέγειν ἐκ τοῦ θεοῦ, καὶ τὸ λέγειν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ θεοῦ εἶναι τὸν λόγον· ἐπεὶ καὶ τὸ θεὸς κατὰ μετοχὴν ὂν, οὐδὲν ἕτερον ἢ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ τοῦ ὄντος σημαίνει· εἰ μὲν οὖν μὴ ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστιν ὁ λόγος· ὡς ἂν εἴη υἱὸς

φύσει γνήσιος ἐκ πατρός· ἀλλ' ὡς τὰ κτίσματα διὰ τὸ δεδημιουργῆσθαι λέγεται καὶ αὐτὸς· ὡς καὶ πάντα ἐκ τοῦ θεοῦ, οὕτω ἐκ τῆς οὐσίας ἐστὶ τοῦ πατρὸς, οὕτω αὐτὸς ὁ υἱὸς, κατ' οὐσίαν ἐστὶν υἱὸς· ἀλλ' ἐξ

ἀλλ' ἐξ ἀρετῆς ὡς ἡμεῖς οἱ κατὰ χάριν καλούμενοι υἱοί· εἰ δὲ ὁ υἱὸς ἐστι μόνος ὡς υἱὸς καὶ λόγος καὶ σοφία δείγματα τοῦ φωτὸς καὶ τοῦ ἀπαυγάσματος, τοιοῦτον ἔχει τὸν νοῦν. ὁ γὰρ κατὰ τὸ ἐξαπόμενον ἐκ τῆς θέρμης τοῦ ἡλίου πῦρ ὅπερ καὶ συγγενὲς ἐστι πάλιν εἴωθεν, ἐρήκασιν οἱ ἅγιοι εἶναι τὸν λόγον πρὸς τὸν θεόν· τοῦτο γὰρ ἔργον ἔξωθεν καὶ κτίσμα τοῦ ποιοῦντος ἐστί· ἀλλὰ ἀπαύγασμα αὐτὸν εὐαγγελίσαντο πάντες ἵνα τὸ ἐκ τῆς οὐσίας ἴδιον καὶ ἀμέριστον καὶ τέλειον πρὸς τὸν πατέρα ἐνότητα δηλώσωσι· καὶ γὰρ ἔτω καὶ τὸ ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον αὐτὸν ἀληθῶς εἶναι σωθήσεται· πῶς γὰρ ἄλλως ἔσται τοιοῦτος, εἰ μὴ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας ἴδιόν ἐστι γέννημα. ἀνάγκη γὰρ καὶ ἐν τούτῳ τέλειον πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα σώζειν ἔτω δὴ τὸ λόγου φανερὸν εὐσεβὲς ἀκόλουθον ἂν εἴη μηδὲ ὅπωσοῦν τῷ ὁμοουσίῳ ξενίζεσθαι τοὺς χριστομάχους. ἐχέσης καὶ τῆς λέξεως ταύτης, ὑγιὲς τέλειον ἀφόβου καὶ τέλειον ἀπόδειξιν· εἰ γὰρ δὴ φαμὲν ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τοῦ θεοῦ τὸν λόγον, λοιπὸν καὶ ἡ λέξις ὁμολογεῖσθω καὶ πρὸς αὐτῶν· τί ἂν εἴη τοῦτο· ἢ τὸ ἀληθῶς καὶ ἀΐδιον τῆς οὐσίας ἐξ ἧς καὶ γεγέννηται; καὶ γὰρ ἑτεροφυὲς ἵνα μὴ ξένον καὶ ἀνόμοιον τῇ οὐσίᾳ τοῦ πατρὸς ὑπονοήσωσι· εἰ δὲ ἔξωθεν ἀπλῶς ὅμοιον, ἵνα μὴ καθ' ἕτερον ἢ ὅλως ἑτερούσιον φαίνηται· ὥσπερ χαλκὸς σίλβων ἢ χρυσός· καὶ ἄργυρος καὶ κασσίτερος· ταῦτα γὰρ ξένα καὶ ἑτεροφυῆ ἀλλήλων, καὶ ἀπεχοινισμένα τῇ φύσει καὶ τῇ δυνάμει τυγχάνουσι· καὶ οὔτε ὁ χαλκὸς ἴδιον ἢ χρυσοῦ· οὔτε ἡ φάσσα ἐκ τῆς περιστερᾶς· ἀλλὰ ὅμοια μὲν νομίζεται εἶναι· ἑτερούσια δὲ ἀλλήλων ἐστίν· εἰ μὲν οὖν καὶ υἱὸς οὕτως ἐστίν, ἔξω κτίσμα ὥσπερ καὶ ἡμεῖς· καὶ μὴ ὁμοούσιος· εἰ δὲ υἱός ἐστι· λόγος· σοφία· εἰκὼν τοῦ πατρός· ἀπαύγασμα. εἰκότως ὁμοούσιος ἂν εἴη· εἰ γὰρ τὸ μὴ ἐκ τοῦ θεοῦ, ἀλλ' ὡς ὄργανον ἑτεροφυὲς καὶ ἑτερούσιον δέδεικνυται, καλῶς ἄρα ἡ σωσὼ ἐχαλψε καὶ γενόηκεν ὀρθῶς. ἐξηρήσθω δὴ πάλιν ἐν τούτοις πως λογισμὸς σωματικὸς· φαντασίαν τε πάσης αἰσθήσεως ὑπερβάντες, καθαρᾷ τῇ νοήσει καὶ μόνῳ τῷ νῷ νοῶμεν υἱὸν πρὸς πατέρα τὸ γνήσιον. καὶ λόγον τοῦ πρὸς τὸν θεὸν ἰδιότητα· καὶ τὸν ἀπαράλλακτον ὁμοιότητα τοῦ ἀπαυγάσματος πρὸς τὸ φῶς· ὡς γὰρ τὸ γέννημα καὶ τὸ υἱός, οὐκ ἀνθρώπινον· ἀλλ' ὡς θεῷ πρέπον ἐστὶν εἰρῆσθαί τε καὶ ἐστι, τὸν αὐτὸν τρόπον τοῦ ὁμοουσίου ἀκούοντες, μὴ εἰς τὰς ἀνθρωπίνας αἰσθήσεις πίπτοντες, μερισμοὺς καὶ διαιρέσεις τῆς θεότητος λογιζώμεθα· ἀλλ' ὡς ἐπὶ ἀσωμάτων φρονοῦμενοι, τέλειον ἑνότητα τῆς φύσεως· καὶ τέλειον ταυτότητα τοῦ φωτός, μὴ διαιρῶμεν· τοῦτο γὰρ ἴδιον υἱοῦ πρὸς πατέρα. καὶ τοῦτο δείκνυσι τὸν θεὸν ἀληθῶς ὄντα πατέρα τοῦ λόγου· πάλιν

A

B

C

D

E

sed tãtummodo per virtutem adoptius filius, quemadmodum & nos, quibus dono & gratiâ id concessum, vt filij dei appellemur. Sin autẽ ille solus ex Deo, vt genuinus & naturalis fœtus (vt vere est) merito censeri debet Filius Dei, & ex substantia Dei esse. Certe illa comparatio lucis cum splendore, huiusmodi intellectum in se continet. Verum non pro natura ignis primum ex calore solis inardescentis, deinde, vti fieri solet, euanescentis, Verbum sese ad Patrem suum habet: id enim longissime abest à sententia Patrum quũ ex huiusmodi comparatione opus aliquod, creaturaq;, quæ alienæ sit naturæ à conditore suo intelligeretur. Sed splendorem eum ideo omnes nominarũt, vt proprium illud innueretur, quod colligitur ex eo, quum dicimus ex substantia esse, & vt indiuisibilis eius cum patre vnitas significaretur: ita enim fit, vt eius inalterabilitatem, & immutabilitatem non lædas, alioqui si non Patris substantiæ proprius fœtus esset, alterabilis, mutabilisque vtique haberetur: Congruum enim est, vt in hac quoque parte eius identitatem cum patre suo tueamur. Quum igitur iste sermo religiosus & pius apparet, nõ debebant Christo rebelles insolẽtia vocabuli consubstantialis offendi: quum illud & sanũ intellectum, & certam rationem, demonstrationémque habeat. Si enim ex substantia Dei, Verbum Dei esse sentimus, supereſt, vt vox illa, quæ hoc ipsum signat, ab illis agnoscatur. Quidnam autem ex eo aliud intelligas, quàm veritatem & æternitatem substantiæ, ex quæ genitus est Filius? Non enim diuersus specie est, ne externum quippiam, & dissimile Patris substantiæ admisceatur, neque rursus leuiter & quouis modo ex re aliena Patri est similis, ne secundum aliud quippiã ea similitudo proueniat, aut alterius substantiæ esse appareat, qualia sunt inter se, æs, aurum, argentum stãnum, quæ quidem splendore similia, natura & substantia distant. Neque enim æs ex auro est, neque turtur columbæ fœtus. Est quidẽ in rebus istis similitudo aliqua: natura vero substãtiaque diuersissima. Si ergo eodem modo se Filius habet, esto habeatur & ipse quoque creatura, quemadmodum nos sumus, & non consubstantialis Patri. Si autem verè Filius est, & Verbũ, & Sapientia, & Splendor, & imago Patris, recte ergo dictũ fuerit, eũ consubstantialẽ esse, nisi cõtra scilicet rationibus demõstretur, eum non ex Deo, sed à Deo, pro instrumẽto quod alterius sit naturæ quàm suus author, conditum esse: probe igitur consilium scripsit, & recte rem ipsam intellexit. Cæterum isthic rursus tolli velim omnem corporalem cogitationem, vt altius & supra imaginationem sensuum euecti, puro intellectu & sola mente intelligamus Filij ad Patrem legitimam illam & naturalem genuitatem, & Verbi ad Deum proprietatem, & indemutabilem similitudinem splendoris ad lucem. Vt enim quum audimus eum Filium, & Germen esse, non humano more, sed prout Deo conuenit, intelligimus. Ita quoque quum audimus eum consubstantialem esse, nequaquam delabentes ad humanos sensus, partitiones & diuisiones Deitatis cogitemus, sed tanquam de incorporalibus agitantem, vnitatem naturæ, & identitatem lucis non diuidamus. Id enim proprium est Filij ad Patrem, & id declarat Deum reuera Patrẽ esse Verbi.

Hic denuo

Hic denuo necessaria est comparatio illa lucis & splendoris. Quis enim ibi ausus fuerit dicere splendorem externum quiddam esse à sole, eiq; dissimile? aut quis nō potius simul intuēs splendorem cum sole, & eandem in vtroq; lucem non audacter loquatur, lucem & splendorem vnum esse? & hunc illa repræsentari, & splendorem ita solem esse, vt qui hunc videat, etiam illum intueatur? Hanc igitur identitatem & naturalem proprietatem, ita animaduersam & creditam, quonam quæso alio nomine quàm consubstantialem progeniem appellaueris, aut quidnam inde intellexeris proprie & congruenter, nisi Verbum Sapientiam, & potestatem, quam neque externam esse à Patre fas est dicere, neque imaginari licitū est eam non æternaliter apud Patrem esse? in hac enim Sobole sua omnia fecit Pater, & per hanc in omnia inserta sua prouidentia pietatem suam, humanitatémque exercet. Atque eo modo Filius & Pater vnum sunt sicut iam dixi. Nisi rursum scilicet resumpta audacia vecordes isti dicant, aliam rem esse Verbi substantiam, & aliam esse illam ex patre lucem, quæ est in Verbo, lucémque illam, quæ est in Filio, vnum esse cum patre: ipsum autem Filium externum quiddam & forinsecum ab eo haberi debere, & quendam ex genere creaturarū: sed ea prorsus Caiphæ & Samosatensis opinio est, quam Ecclesia quidem repudiauit, isti autem tuentur, ac proinde etiam ipsi vt lapsi à veritate, hæretici declarati sunt. Si enim omnino verū est, Filium esse participem lucis Patris sui, cur non potius is ille habeatur, de quo lucis communicatio sumitur, quam alius quispiam, ne quid tertium inter Patrem & Filium constituatur? alioqui non liquebit per Filium, sed potius per eum cuius communicatu hanc participationē lucis adeptus est, omnia condita esse. Sin autem ille est Verbum & sapientia Patris, per quam Pater reuelatur, & cognoscitur, & creat, & sine quo Pater nihil omniū facit, nimirum sequitur vt ille sit is ipsius, qui ex Patre est: de ipso enim omnia creata participant, quū consortes filii spiritus efficiūtur. Talis igitur cum sit, ne quaquam ex non entibus emerserit, neque vlla ratione creatura fuerit, sed potius Patri suo proprius fœtus. Hoc igitur intellectu patres qui Niceæ conuenerunt, istas voces vsurpare voluerunt, ipsos porro non ex se, quod aduersarij obiiciunt, hæc vocabula finxisse, sed ab aliis olim accepisse, age in præsentia declaremus, ne ea eis cauillatio integra relinquatur. Discite igitur nunc Christo rebelles Ariani, Theognostum virum disertum, non abhorruisse à vocabulo substantiæ, scribens enim de Filio in secūdo Hypotyposeon, ita locutus est: Nō forinsecus aut ex rebus extraneis Filij substantia constat, neque ex non entibus producitur, sed ex Patris substātia ita progenitus est, vt à luce, iubar: vt ex aqua, vapor: neque enim vapor id ipsum est, quod aqua: neque iubar id ipsum, quod sol, sed non alienum tamen, verum vt profluentem eum esse dicas Patris substantiæ, idque ita vt interim substantia illa Patris, diuisionem non patiatur.

Quemad-

πάλιν γὰρ τὸ ἀπαύγασμα τῆς φωτὸς καὶ ἡ ἀπαύγασμα καὶ αἰανγκαῖον εἰς τοῦτο. πῶς τολμήσει λέγειν τὸ ἀπαύγασμα ξένον καὶ ἀνόμοιον εἶναι τοῦ ἡλίου; ἢ πῶς μᾶλλον ἑνορῶν ἄτως τὸ ἀπαύγασμα πρὸς τὸν ἥλιον, καὶ τὸν τῶν πάντα τὰ φῶτα, οὐκ ἂν εἴποι θαῤῥήσας, ὄντως τὸ φῶς καὶ τὸ ἀπαύγασμα ἕν εἰσι, καὶ τοῦτο ἐν ἐκείνῳ δείκνυται, καὶ τὸ ἀπαύγασμα ἐν τῷ ἡλίῳ τυγχάνει ὄν; ὥστε τὸν ὁρῶντα τοῦτο, βλέπειν κἀκεῖνο· τὸν δὲ τοιαύτην ἑνότητα καὶ φυσικὴν ἰδιότητα, πῶς ἂν οἱ πιστεύοντες καὶ βλέποντες ὀρθῶς καλέσειεν· ἢ ὁμοούσιον γέννημα; τὸ δὲ τοῦ θεοῦ γέννημα, τί ἄν τις εἰκότως καὶ πρεπόντως νοήσειεν, ἢ λόγον καὶ σοφίαν καὶ δύναμιν; ἵν οὔτε τοῦ πατρὸς λέγειν ξένον ὅσιόν ἐστιν, οὔτε μὴ ἀιδίως εἶναι πρὸ τοῦ πατρὶ κἂν φαντάζεσθαι θέμις ἐστί· τούτῳ γὰρ τῷ γεννήματι, τὰ πάντα πεποίηκεν ὁ πατήρ· καὶ τὴν εἰς πάντα πρόνοιαν ἐκτείνων δι' αὐτοῦ φιλανθρωπεύεται· καὶ ἔστως ἐν αὐτῷ ἐστὶν ὁ πατήρ εἰσιν ὥσπερ εἴρηται· εἰ μὴ ἄρα οἱ κακόφρονες τολμήσαντες πάλιν, ἕτερον ἄλλο εἶναι τοῦ λόγου φασὶν καὶ ἄλλο τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐν αὐτῷ φῶς· ἵν' ᾖ τὸ μὲν ἐν τῷ υἱῷ φῶς ἓν πρὸς τὸν πατέρα· αὐτὸς δὲ ξένον κατ' οὐσίαν ὡς κτίσμα· ἀλλὰ τοῦτο τοῦ κακοφανοῦς καὶ τοῦ σαμοσατέως ἀπηχῶς ἐστὶ τὸ φρόνημα· ὅπερ ἡ μὲν ἐκκλησία ἐξέβαλεν· οἵτοι δὲ νῦν ὑποκρίνονται· διὸ καὶ αὐτοὶ τῆς ἀληθείας ἐκπεσόντες, ἀπεδείχθησαν αἱρετικοί· εἰ γὰρ ὅλως μετέχει τοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς φωτὸς, δῆλον μὴ μᾶλλον αὐτὸς ἐστὶ τὸ μετεχόμενον· ἵνα μὴ μέσον αὐτοῦ πῇ τοῦ πατρὸς ζητῆται· εἰ γὰρ μὴ οὕτως ἐστὶν, οὐκέτι δείκνυται δι' οὗ τὰ πάντα γεγένηται τὰ πάντα· ἀλλὰ δι' ἐκείνου καὶ αὐτὸς μετέχει· εἰ γὰρ οὗτός ἐστιν ὁ λόγος καὶ σοφία τοῦ πατρὸς· ἐν ᾧ ὁ πατὴρ ἐποικαλύπτεται καὶ γινώσκεται καὶ δημιουργεῖ· καὶ οὐ ἄνευ οὐδὲν ὁ πατὴρ ποιεῖ, δηλονότι αὐτὸς ἐστὶ τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς· αὐτὸς γὰρ καὶ πάντα τὰ γενητὰ μετέχει· μετέχοντα τοῦ ἁγίου πνεύματος· οὕτω γὰρ ὤν, οὐκ ἔστιν ἐξ οὐκ ὄντων· ὅτε ὅλως κτίσμα ἀλλὰ μᾶλλον ἐκ τοῦ πατρὸς ἴδιον γέννημα· ὡς ἐκ φωτὸς τὸ ἀπαύγασμα· οἱ μὲν οὖν ἐν τῇ νικαίᾳ συνελθόντες· τοιαύτην ἔχοντες τὴν διάνοιαν, τοιαύτας καὶ τὰς λέξεις ἔγραψαν ὅπερ ἦν ἐξ ἑαυτοῖς τολάπαντες ἐπενόησαν ταύτας· ἐπειδὴ καὶ τοῦτο προφασίζονται· ἀλλ' ἄνωθεν πρὸ τῶν περὶ αὐτῶν προβαλόμενοι εἰρήκασι, φέρε καὶ τοῦτο διελέγξωμεν· ἵνα μὴ δὲ αὐτῇ αὐτοῖς ἡ πρόφασις περιλείπηται· μάθετε τοίνυν ὦ χριστομάχοι ἀρειανοὶ, ὅτι θεόγνωστος μὲν, ἀνὴρ λογιώτατος, οὐ παρητήσατο τὸ ἐκ τῆς οὐσίας εἰπεῖν· γράφων γὰρ περὶ υἱοῦ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ὑποτυπώσεων, οὕτως εἴρηκεν· οὐκ ἔξωθέν τις ἐστὶν ἐφυρεθεῖσα ἡ τοῦ υἱοῦ οὐσία· οὐδὲ ἐξ μὴ ὄντων ἐπεισήχθη· ἀλλὰ ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας ἔφυ· ὡς τὸ φῶς, τὸ ἀπαύγασμα· ὡς ὕδατος ἀτμίς· οὔτε γὰρ τὸ ἀπαύγασμα, οὔτε ἡ ἀτμὶς, αὐτὸ τὸ ὕδωρ ἐστίν, ἢ αὐτὸς ὁ ἥλιος· οὔτε ἄλλότριον· ἀλλὰ διόῤῥοια τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας· ἀμερισμὸν ὑπομενούσης τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας· ὡς

ὡς γὰρ μένων ὁ ἥλιος ὁ αὐτὸς ἀ μειοῦται τῆς ἐκχεομένας ἀπ' αὐτοῦ αὐγῆς, οὕτως οὐδὲ ἡ οὐσία τοῦ πατρὸς ἀλλοίωσιν ὑπέμεινεν· εἰκόνα ἑαυτῆς ἔχουσι τὸν υἱόν; ὁ μὲν οὖν θεόγνωστος τὰ πρόπερσι ὡς ἐν γυμνασίᾳ ἐξετάσας· ὕστερον τὴν ἑαυτοῦ δόξαν ὑπέθηκε, οὕτως εἰρηκεν· διονύσιος ὁ γενόμενος ἐπίσκοπος τῆς ἀλεξανδρείας κατὰ σαβελλίου γράφων· τὴν τε κατὰ σάρκα οἰκονομίαν τοῦ σωτῆρος ἀθετοῦντας ἐξηγούμενος· ἐξ αὐτῆς διελεγχων τοὺς σαβελλίζοντας· ὅτι μὴ ὁ πατὴρ ἐστιν ὁ γιόμενος σάρξ· ἀλλ' ὁ πύτυ λόγος ὡς εἶπεν ὁ ἰωάννης· ἐπιδὴ ὑπενοήθη ὡς ποίημα καὶ γλυπτὸν λέγων τὸν υἱόν· ἐμὴ ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, γράφει πρὸς τὸν ὁμώνυμον αὐτῷ διονύσιον τὸν ἐπίσκοπον ῥώμης ἀπολογούμενος συκοφαντίαν εἶναι τοῦτο κατ' αὐτοῦ· μήτε γὰρ πεποιηκέναι τὸν υἱόν· ἀλλὰ καὶ ὁμοούσιον αὐτὸν ὁμολογεῖν διεβεβαιώσατο· ἔχει δὲ αὐτοῦ ἡ λέξις, οὕτως· καὶ δι' ἄλλης ἐπιστολῆς ἔγραψα ἐν οἷς ἤλεγξα καὶ ὃ προφέρουσιν ἔγκλημα κατ' ἐμοῦ ψευδόμενον. ὡς ἀ λέγουσι τὸν χριστὸν ὁμοούσιον εἶναι τῷ θεῷ· εἰ γὰρ καὶ τὸ ὄνομα τοῦτο φημὶ μὴ δεδηλῶσθαι παρὰ τῶν ἁγίων γραφῶν, ἀλλά γε τὰ ἐπιχειρήματά μου τὰ ἐξῆς ἀσεσιωπήκασι, τῆς διανοίας ταύτης οὐκ ἀπαδεῖ· καὶ γὰρ ἀνθρωπίνῳ γονεῖ παρεβαλον. δῆλον ὡς ἔσαν ὁμογνῶ· φήσας πάντως τοὺς γονεῖς μὴ ὁ ἑτέρους εἶναι τῶν τέκνων· ὅτι μὴ αὐτοὶ εἶεν τὰ τέκνα ἢ μήτε γονεῖς ἀναγκαῖον ἀπάρχον εἶναι μήτε τέκνα· καὶ τὴν μὲν ἐπιστολὴν ὡς παρόν, διὰ τὰς παρεισάσεις οὐκ ἔχω παρακομίσαι· εἰσὶ γὰρ αὐτόθι τὰ τότε ῥήματα· μᾶλλον δὲ καὶ πᾶσιν ἂν ἔπεμψα τὸ αὐτόγραφον· ὅπερ εἰ δύνοιτο, ποιήσω. οἶδα δὲ κἀμὲ μεμνημένον πλείονα παρόντα τῶν συγγενῶν ὁμοιώματα· καὶ γὰρ κἀφυτὸν εἶπον ἀπὸ σπέρματος ἢ ἀπὸ ῥιζης ἀνελθὸν, ἕτερον εἶναι τῷ ὅθεν ἐβλάστησε· καὶ πάντως ἐκείνῳ καθέστηκεν ὁμοφυές· καὶ ποταμὸν εἶπον ἀπὸ πηγῆς ῥέοντα, ἕτερον ὄνομα μετειληφέναι· μήτε γὰρ τὴν πηγὴν ποταμὸν· μήτε τὸν ποταμὸν πηγὴν λέγεσθαι καὶ ἀμφότερα ὑπάρχειν· καὶ τὸν ποταμὸν εἶναι, τὸ ἐκ τῆς πηγῆς ὕδωρ. ὅτι δὲ ὁ ποίημα ἀδὲ κτίσμα ὁ τοῦ θεοῦ λόγος· ἀλλὰ ἴδιον τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας γέννημα ἀδιαίρετόν ἐστιν ὡς ἔγραψεν ἡ μεγάλη σύνοδος, ἰδοὺ καὶ ὁ τῆς ῥώμης ἐπίσκοπος διονύσιος γράφων κατὰ τῶν τὰ τοῦ σαβελλίου φρονούντων, σχετλιάζει κατὰ τῶν ταῦτα τολμώντων λέγειν· καὶ φησὶν οὕτως· ἐξῆς δ' ἂν εἰκότως λέγοιμι καὶ πρὸς διαιροῦντας καὶ κατατέμνοντας, καὶ ἀναιροῦντας τὸ σεμνότατον κήρυγμα τῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ· τὴν μοναρχίαν εἰς τρεῖς δυνάμεις τινὰς καὶ μεμερισμένας ὑποστάσεις· καὶ θεότητας τρεῖς· πέπυσμαι γὰρ εἶναί τινας τῶν παρ' ὑμῖν κατηχούντων καὶ διδασκόντων τὸν θεῖον λόγον, ἑαυτῆς ὑφηγητὰς τῆς φρονήσεως· οἱ κατὰ διάμετρον ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀντίκεινται τῇ σαβελλίου γνώμῃ· ὁ μὲν γὰρ βλασφημεῖ αὐτὸν τὸν υἱὸν εἶναι λέγων τὸν πατέρα· καὶ ἔμπαλιν· οἱ δὲ τρεῖς θεοὺς τροπόν τινα κηρύττουσιν,

Quemadmodum enim sol non diminuitur
suis ex se profluentibus radiis, ita nec substantia
Patris diminutionem sustinet, imaginem
sui Filium progignens. Theognostus igitur
post disputationem superiorem, istam tãdem
sententiam sub his verbis subiecit: Dionysius
porro Episcopus Alexandriæ contra Sabellii
scribens & Saluatoris ministerium in carne
pluribus verbis exponens, iisque conuincens
Sabellianos, refellensque Patrem non fuisse
carnem factum, sed Verbum eius fuisse quod
carnem induerat, quemadmodum à Ioanne
dictum fuit, & in suspicionem raptus, quòd
Filium creaturam nominasset, eúmq; factum
esse, & cõsubstantialem Patri dixisset: ad Dionysium Episcopum Romanum eiusdem secũ
nominis pro defensione criminis ita scribit, se
non dixisse Filium esse factum, quem Patri cõsubstantialem confiteatur. Illius autem forma
loquendi talis est: Et in alia epistola scripsi,
qua demonstraui falsum esse crimen quod mihi obiiciunt, quasi dixissem, Christum non
esse consubstantialem Deo. Et si hoc nomen
consubstantialitatis dixerim non inueniri vspiam in sacris literis, tamen argumenta mea,
quæ ipsi tacita omiserunt, à re ipsa significationéque vocabuli non abludunt. Nam & humanam procreationem in comparationẽ adduxi, vt congenerem: eóque solo esse parentes
diuersos à liberis, quòd ipsi sui liberi non essent, neque vicissim liberi sui ipsorum parentes: ipsam vero epistolam hoc quidem tempore ob certos casus nequeo proferre. Verũ quia
tibi præsentis negotij verba mitto, facile inde
colligere poteris, multo me libentius ipsum
autographum missurũ fuisse, quod & faciam,
vbi id primum adeptus fuero. Scio autem &
memini me plures ex congeneribus rebus addidisse similitudines. Nam & plantam dixi siue
à semine, siue à radice procreata sit, diuersam
quidem eam esse ab eo vnde progerminata sit,
sed tamen cum eo omnino natura conuenire:
fluuiumque dixi à fonte profluentem, aliud
quidem nomen sortiri: neque enim fontem,
fluuium, neq; fluuium fontẽ dici, sed tamen vtrunque simul existere, & fluuium esse aquam
ex fonte. Cæterum neque opus aliquod esse,
neque creaturam Verbum Dei, sed proprium
Paternæ substantiæ germen: idque indiuisibile, vt scripsit magna Synodus. En tibi rursum
alterum Dionysium Romanum Episcopum,
ita in scriptis suis contra Sabellianos, cósque
qui talia dicunt, ex postulantem. Merito deinceps dixere in diuisores, sectorésque, & peremptores reuerendissimæ Ecclesiæ de Deo
præconij, qui monarchiam in ternas potentias, ternásque substantias, & ternas Deitates
carpunt. Audio enim quosdam apud vos diuini verbi magistros huius sentẽtiæ professores,
qui ex diametro, vt sic dicam, pugnant cum
placitis Sabellij. Ille enim cum blasphemia dicit Filium esse Patrem, Patrémque Filium: isti
autem quodammodo tres Deos constituunt,

dum intres substantias alienigenas, & inter se omnino segregatas sanctam vnitatem dispartiũtur: Vniri enim necessum est omnium Deo Dei Verbum, & in eodem hærere, versarique Spiritum sanctam, & sanctam Trinitatem in vnum omnium rerum Deum, omnipotentemque, veluti in verticem principémque cõsummari & coalescere. Marcionis enim vaniloqui doctrina sectionem diuisionemque monarchiæ in tres principatus instituit. Sed ea diabolica institutio est, non autem verorũ Christi discipulorum, & acquiescentium Saluatoris præceptis: Illi enim vt Trinitatem prædicari à Sacris literis plane sciunt, ita tres esse deos à veteri aut à nouo Testamẽto vspiam induci nequaquam agnoscunt. Cæterum non minus culpaueris eos, qui filium Dei opus credunt, & factum esse Dominum opinantur, quum Sacra eloquia generationem ei congruentem & decentem, non autem formationem & creationem testimoniis suis attribuant. Blasphemia igitur illa non vulgaris, sed maxima habenda est, si Dominum dicas manufactum. Si enim factus est Filius, erat igitur, quum ille non erat: atqui ille semper erat. Sin autem in Patre est, vt ipse dicit, idemque Ratio, & Sapientia, & Virtus Dei est (hoc enim esse diuinæ Scripturæ prædicant) Ratióq; rursum, Sapientia, & Virtus Dei facultates existimandæ sunt, sequitur omnino, vt nunquam factus sit: aut si factus perhibeatur, fuisse aliquando tempus, quum istæ facultates nõdum cessent, eratque nimirum tum temporis Deus infœlix & miser, quum virtute, sapiẽtia, ratione careret: Id autem absurdissimum. Sed quid ego vlterius de ea re verba facio apud viros Spiritu S. afflatos & plane cognoscentes, quæ absurditates nascantur ex eo, si Filius opus aliquod & factitium quiddam nominetur, quas nimirum videntur animaduertere, qui hac opinione dicuntur? Ac propterea certo quodam modo à veritate aberrant, qui aliter accipiunt has voces, *dominus creauit me in initio viarum suarum*, quàm sacræ & Propheticæ Scripturæ intelligunt. Non enim simplex est & vna significatio, vt scitis huius verbi ἔκτισε. Hic enim ἔκτισε intelligendum non profecit, sed præfecit operibus suis, sed tamen per Filium conficiendis. Neutiquam enim illud ἔκτισε ita accipias tanquam si dixisset, fecit me. Differunt enim facere & κτίσαι. Hinc illud, *nonne ipse pater tuus possedit te, & creauit te?* in Deuteronomio magnifico carmine Moses dixit. Ad quod ita quis meritò dixerit, ô præcipiti temeritate homines: opusne est primogenitus omnis creaturæ, qui ex vtero ante luciferum genitus est? qui dixit vt in Sapientiæ libro habetur, *Ante omnes colles genuit me* Et frequẽter in Sacris literis inueneris eum genitum narrari, non autẽ factum, vnde clare reuincũtur, qui falsa de Filii natiuitate suspicantes, eius diuinam & ineffabilem generationem, creationem, factionemve non verentur appellare. Nõ igitur diuidenda est in tres deitates admirabilis & diuina vnitas, neque sub nomine creationis minuẽda est dignitas & immẽsa domini maiestas, sed

sed filium pro nobis hominem esse genitum, rudibus illis & insciris hominibus Patrem non esse Filium persuaderet, & paulatim ad veram Filij deitatẽ credendam, & patris cognitionem euehere possit. Hic nimirum scopus est eius epistolæ, quæ ad retundendam eorum peruicaciam, qui veritatem fidei mutare volebant, scripta est. Quid igitur simile habet Arij hæresis & Dionysij sententia? aut quid est cur Dionysius, vt Arianus nominari debeat, in tanto inter vtrumque discrimine, quum hic sit Catholicæ Ecclesiæ magister, ille autem nouæ hæreseos inuentor, ac deprauati animi index, hæresimque Thaleia effœminatis ridiculisque numeris, ad similitudinem Ægyptij Sosatæ conscripta in lucem promulgarit. Hic autem aliis Epistolis conscriptis purgata suspitione, recte se sentire edocuerit. Qui si secum in scripturis suis dissidet, non debet in ea parte qua fidem non meretur, ad commilitium ab illis trahi. Rursus si idem de se Epistola sua ad Ammonium, vnde suspicio nata est, adhibito remedio excusarit, neque post excusationem de sententia orthodoxa decessit, certum est eum, ea quæ suspecta fuere, ex vsu rerum pro negocij conditione conscripsisse, neque istiusmodi scripta quæ negotiis attemperata sunt, oportuit maligne odioséque interpretari, aut ad cuiuslibet libidinem studiúmque torqueri. Medicus subinde ea remedia, quæ aliis inter se congruere non videntur, pro sua peritia vulneribus adhibet, non alio tamen quàm ad curationem mali respiciens. Probi itidem præceptoris est, omnia in erudiendo ad mores discipulorum dispensare, donec eos ad profectum absolutæ eruditionis euehat. Quòd si beatum virum ob hoc scripti genus in culpa ponunt, nulla alia re ipsis ad criminationes suppetẽte, quid faciant de beatis & magnis Apostolis, quorum Petrus in Actis hęc verba facit, *Viri Israelitæ, audite sermones istos; Iesum Nazarenum hominem vobis à Deo virtutibus & miraculis & signis declaratũ, quæ fecit Deus per eum in medio vestri, quẽadmodum scitis. Hũc definito consilio & præsentia Dei, deditum per manus iniquorum, cruci affigentes sustulistis.* Et rursum, *In nomine Iesu Christi Nazareni à vobis crucifixi, quem Deus excitauit ex mortuis, hic corã vobis sanus consistit.* Paulus vero Antiochiæ quæ in Pisidia est, in enarrãda historia de Saul amoto, & in locum eius Dauide rege suffecto, sub verbis Patris ita loquitur, *Inueni Dauidẽ Iessæ filium, virum secundum cor meum, qui faciet voluntates meas.* Deus autem ex huius semine excitauit Israel secundum repromissiones Seruatorem. Idẽ rursus apud Athenienses dixit, *Deus igitur temporibus amentiæ conteptis, in præsentia vbiq; omnibus pœnitentiam mandat, pro die illa in qua iudicaturus est orbem in iustitia, per virũ ad id muneris constitutum, atq; id ita esse, fidem omnibus faciens, eò quòd illum e mortuis susciterit:* aut

aut quid denique faciant, si Stephanum illum magnum martyrem ita audiant loquentem? *Ecce video cælos apertos, & filium hominis a dextris Dei consistentem.* Iam nimirum ferocient, affirmabuntque (nihil enim illis inausum) etiam ipsos Apostolos cum Ario sensisse, quum Christum hominem è Nazareth oriundum & passibilem esse prædicent. An quia ita isti calúniantur, suspicandum est apostolos his verbis vtentes Christum tántummodo hominem esse existimauisse, neque quicquam sublimius de eo cogitasse? absit, vt hoc quicquam in mẽtem veniat, illi vt architectones periti, & dispensatores misteriorum Dei, non sine iusta ratione, rem ita temperarunt: Iudæi enim eius temporis, partim ipsi erãtes, partim Ethnicos in errorem abducentes, Iesum nudum, & merum duntaxat hominẽ, ex semine Dauidis prodiisse credebant, eo modo quo cætera illius posteritas, neq; eum Deum, aut Verbum esse carnem factum opinabantur. Hac de caussa beati Apostoli prudenter admodum humana Saluatori primum Iudæis attulere, vt eos iam Christum venisse ex signis miraculisque persuasos paulatim ad credendam eius diuinitatem producerent, demóstrãtes certissimis rationibus, istiusmodi opera non hominis, sed Dei esse. Certe Petrus quũ diceret hominem passibilẽ Christum, statim adiunxit, *Hic author vitæ est.* Idemque & in Euangelio fatetur, dum inquit, *Tu es Christus Filius Dei viuentis:* & in epistola, eum Episcopum animarũ & dominum suum & angelorum & potestatum pronunciat. Ita quoq; & Paulus, qui dicit Christum virum ex semine Dauidis oriundũ esse, in epistola ad Hebræos vocat eum splendorem gloriæ & sigillum substãtiæ eius. Philippensibus vero eius ita scribit, *Qui in forma Dei existens, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo.* Iam hæc dicta, authorem vitæ & Filium Dei, & splendorem, & Sigillum, & parem esse Deo, & dominum & Episcopũ, quid aliud sibi volunt, quàm verbũ Dei in corpore esse, per quod ómnia facta sunt, eúmq; indiuisibilem esse à Patre, quemadmodum splendor à luce? Idem igitur Dionysius ab Apostolis edoctus fecit, coactus ob Sabellij hæresim, quæ iam irrepserat, istiusmodi Epistolam scribere, verbáque illis, quæ humanitus & humiliter de seruatore sonant, obiicere, vt rebus humanitatis eius intersepirẽtur, quo minus Filium Patrem esse dicerent, faciliorem illis viam ad credendam filii diuinitatẽ strueret in illis epistolis, vbi ex sacris scripturis Verbum eum esse sapientiam, virtutem, vaporem splẽdoremq; Patris esse demonstrat. Certe in scriptis suæ apologiæ propalam & ingenue piam fidem in Christum confitetur. Vt igitur Apostoli ob humana de Christo verba homine facto culpandi non sunt, sed potius ob doctrinã pro tẽpore dispensatã admirationi esse debent, ita Dionysius

ἢ στέφανος τοῦ μεγαλομάρτυρος, ὅταν λέγῃ· ἰδοὺ θεωρῶ τοὺς οὐρανοὺς διηνοιγμένους, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐκ δεξιῶν ἑστῶτα τοῦ θεοῦ; ὥρα γὰρ λοιπὸν αὐτοὺς ἀποθρασύνεσθαι καὶ λέγειν· ἁδεὲς γὰρ αὐτῆς ἀτόλμητον ὅτι καὶ αὐτοὶ οἱ ἀπόστολοι, τὰ ἀρεστὰ ἐφρόνουν· ἄνθρωπον γὰρ αὐτὸν ἀπὸ ναζαρὲτ καὶ παθητὸν τὸ χειρὸν ἀπαγγέλλουσιν ἐκείνων τινὰ τιαῦτα φανταζομένων, ἆρ' ἐπειδὴ τοῖς ῥήμασι τούτοις, ἐχρήσαντο· μόνον ἄνθρωπον ἠθέλησαν τὸ χεῖρον οἱ ἀπόστολοι καὶ τὸ λοιπὸν ἁδές; μὴ γένοιτο· οὐκ ἔστιν ἁδὲ εἷς νοῦν ποτὲ τοῦτο λαβεῖν· ἀλλὰ καὶ τότε ὡς ἀρχιτέκτονες σοφοὶ καὶ οἰκονόμοι μυστηρίων θεοῦ πεπείκασι· καὶ τὴν αἰτίαν ἔχουσιν εὔλογον· ἐπειδὴ γὰρ οἱ τότε ἰουδαῖοι, πλανηθέντες τε καὶ πλανήσαντες ἕλληνες ἐνόμιζον τὸν χειρὸν ψιλὸν ἄνθρωπον μόνον ἐκ σπέρματος δαβὶδ ἔρχεσθαι· καθ' ὁμοιότητα τῶν ἐκ τοῦ δαβὶδ ἄλλων γεγομένων τέκνων· οὔτε ὃ θεὸν αὐτὸν· ἁδὲ ὅτι λόγος σὰρξ ἐγένετο ἐπίστευον, τότε ἕνεκα μὴ πολλῆς τοῦ σωτῆρος οἰκονομίας οἱ μακάριοι ἀπόστολοι, τὰ ἀνθρώπινα τοῦ σωτῆρος ἐξηγοῦντο πρῶτον τοῖς ἰουδαίοις· ἵν' ὅλως πείσαντες αὐτοὺς ἐκ τῶν φαινομένων καὶ γεγομένων σημείων ἐληλυθέναι τὸν χειρὸν, λοιπὸν καὶ εἰς τὸ θεῖον τοῦ θεότητος αὐτὸ πίστιν αὐτοὺς ἀναγάγωσι· δεικνύοντες ὅτι τὰ γεγόμενα ἔργα, οὐκ ἔστιν ἀνθρώπου, ἀλλὰ θεοῦ· ἀμέλει πέτρος ὁ λέγων αὐδρεα παθητὸν τὸν χειρὸν, ἀλλὰ ζωῆς ἐστιν· ἐν ᾗ τῷ διαγελίῳ ὁμολογεῖ· σὺ εἶ ὁ χειρὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ζῶντος· ἐν ᾗ τῇ ἐπιστολῇ, φησὶν αὐτὸν ἐπίσκοπον ψυχῶν· καὶ κύριον ἑαυτοῦ τε καὶ ἀγγέλων καὶ δυνάμεων εἶναι· πάλιν τε παῦλος ὁ λέγων ἄνδρα ἐκ σπέρματος δαβὶδ εἶναι τὸ χειρὸν, ὅτε ἐπέστελλεν ἑβραίοις μέν, ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δοξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ· φιλιππησίοις δὲ, ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ· τὴν δὲ λέγειν ἀρχὴν ζωῆς· καὶ υἱὸν τοῦ θεοῦ· καὶ ἀπαύγασμα· καὶ χαρακτῆρα· καὶ ἴσα θεῷ. καὶ κύριον· καὶ ἐπίσκοπον ψυχῶν, τί ἂν εἴη ἕτερον· ἢ ὅτι ἐν σώματι λόγος ἦν θεοῦ· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο· καὶ ἔστιν ἀδιαίρετος τοῦ πατρὸς, ὡς ἔστι τὸ ἀπαύγασμα πρὸς τὸ φῶς; καὶ διονύσιος πίνυ τοιαῦτα τοῦτο μαθὼν πεπείκει· ἐπειδὴ γὰρ εἵρπεν ἡ σαβελλίου αἵρεσις, ἀναγκαίως ἦν τοιαύτῃ καθ' ὁτιοῦν ἐπιστολῇ γράψαι· καὶ τὰ ἀνθρώπινα καὶ ἀτελῶς πρὸς τὸ σωτῆρος εἰρημένα, ῥῆσαι κατ' αὐτῶν· ἵνα τούτοις ἀποχωνίσας ἀπὸ τὰ ἀνθρώπινα τοῦ μὴ λέγειν μόνον εἶναι τὸν πατέρα, ἀκωλύτερον αὐτῆς καθασκάσῃ τὴν πρὸς τὴν θεότητος τοῦ υἱοῦ διδασκαλίαν, ὅταν αὐτὸ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπιστολαῖς ἀπὸ τῶν γραφῶν λέγῃ, λόγον, σοφίαν, δύναμιν, ἀτμίδα, καὶ ἀπαύγασμα τοῦ πατρός· ἐν μιᾷ ταύτῃ ἐπιστολῇ τῆς ἀπολογίας τοιαῦτα λέγων, παῤῥησιάζεται ἐν τῇ πίστει· καὶ τὴν εἰς χειρὸν εὐσέβειαν· ὥστε οὐ κατηγορητέοι οἱ ἀπόστολοι διὰ τὰ ἀνθρώπινα ῥήματα τοῦ κυρίου, καὶ γὰρ ἄνθρωπος γέγονεν ὁ κύριος· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον θαυμαστέοι διὰ τὴν οἰκονομίαν τὴν ἐν καιρῷ διδασκαλίαν,

ὅτως

ἔτως οὐκ ἀρέσκως ὁ Διονύσιος, διὰ τὴν πρὸς Εὐφράνορα καὶ Ἀμμώνιον κατὰ Σαβελλίου ἐπιστολήν· εἰ γὰρ καὶ τοῖς ταπεινοῖς ἐχρήσατο λόγοις καὶ παραδείγμασιν, ἀλλ' ἐκ τῶν εὐαγγελίων ἐστὶ καὶ ταῦτα· καὶ πρὸς φασιν ἔχει τούτων, τὴν τοῦ σωτῆρος ἔνσαρκον παρουσίαν· δι' ἣν καὶ ταῦτα καὶ τὰ ὅμοια γέγραπται· καὶ γὰρ ὥσπερ λόγος ἐστὶ τοῦ θεοῦ, ἔτως μετὰ ταῦτα ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο· καὶ ἐν ἀρχῇ μὲν ἦν ὁ λόγος· ἡ δὲ παρθένος ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἐν μέρει ἔσχε· καὶ γέγονεν ὁ κύριος ἄνθρωπος· καὶ εἷς μέν ἐστιν ὁ ἐξ ἀμφοτέρων σημαινόμενος· ὁ γὰρ λόγος σὰρξ ἐγένετο· τὰ δὲ πρὸς τῆς θεότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως εἰρημένα ῥήματα, ἰδίαν καὶ καταλληλον ἔχει πρὸς ἕκαστον τῶν λεγομένων τὴν ἑρμηνείαν· καὶ ὁ τὰ ἀνθρώπινα τοῦ λόγου γεγράφων, οἶδε καὶ τὰ πρὸς τῆς θεότητος αὐτοῦ· καὶ ὁ πρὸς τῆς θεότητος ἐξηγούμενος, οὐκ ἀγνοεῖ τὰ ἴδια τῆς ἐν σαρκὶ παρουσίας αὐτοῦ· ἀλλ' ἕκαστον ὡς ἔπισήμων καὶ δόκιμος τραπεζίτης διακρίνων, κατ' ὀρθὸν τῆς εὐσεβείας βαδίζει πάτον· Ὅτε γοῦν αὐτὸν κλαίοντα λέγει, οἶδεν ὅτι ἄνθρωπος γινόμενος ὁ κύριος, δείκνυσι τὸ μὲν κλαίειν τὸ ἀνθρώπινον· ἐγείρει δὲ Λάζαρον ὡς θεός· καὶ πιόντα μὲν αὐτὸν καὶ διψῶντα οἶδε σωματικῶς, θείκως δὲ χορτάζοντα ἀπὸ πέντε ἄρτων πεντακισχιλίους· καὶ κείμενον μὲν οἶδεν ἐν μνημείῳ σῶμα ἀνθρώπινον· ἐγειρόμενον δὲ ὡς θεοῦ σῶμα παρ' αὐτοῦ τοῦ λόγου· ταῦτα καὶ Διονύσιος διδάσκων· ἐν μὲν τῇ πρὸς Εὐφράνορα καὶ Ἀμμώνιον ἐπιστολῇ, περὶ τῶν ἀνθρωπίνως εἰρημένων περὶ τοῦ σωτῆρος διὰ Σαβέλλιον ἔγραψεν· ἀνθρωπίνως γὰρ ἐστιν εἰρημένα περὶ αὐτοῦ, τὸ, ἐγὼ ἡ ἄμπελος· ὁ πατήρ ὁ γεωργός· καὶ τὸ, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν· καὶ τὸ, ἕλκυσε, καὶ, τοσούτῳ κρείττων γινόμενος τῶν ἀγγέλων· οὐκ ἠγνόει δὲ τὸ, ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί· καὶ τὸ, ὁ ἐμὲ ἑωρακὼς, ἑώρακε τὸν πατέρα· ταῦτα γὰρ αὐτὸν ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπιστολαῖς ἔγνωμεν γράψαντα· καὶ γὰρ κἀκεῖ ταῦτα γράφων, ἐμνημόνευσε τοῦ ἀνθρωπίνου τοῦ κυρίου· ὥσπερ γὰρ ἐν μορφῇ θεοῦ ὤν, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ· ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών· καὶ πλούσιος ὢν ἐπτώχευσε δι' ἡμᾶς; ἔτως ὄντων ὑψηλῶν καὶ πλουσίων τῶν περὶ τὸ θεότητος αὐτοῦ λόγων, εἰσὶ καὶ αἱ περὶ τὸ ἐνσάρκου παρουσίας αὐτοῦ, ταπειναὶ καὶ πτωχαὶ διαλέξεις· ὅτι ἡ ἀνθρωπίνως εἰρηται περὶ τοῦ σωτῆρος, σκοπὸν ἐντεῦθεν προτίθεται· ὁ μὲν γεωργὸς, ξένος κατ' οὐσίαν ἐστὶ τῆς ἀμπέλου· τὰ δὲ κλήματα, ὁμοούσια καὶ συγγενῆ· καὶ ἀδιαίρετος τῆς ἀμπέλου τυγχάνει ὄντα· καὶ μίαν ἔχει καὶ τὴν αὐτὴν φύσιν πρός τε καὶ ἡ ἄμπελος· ἔστι δὲ, ὡς εἶπεν ὁ κύριος, αὐτὸς ἡ ἄμπελος· ἡμεῖς τὰ κλήματα· εἰ μὲν οὖν ὁμοούσιός ἐστιν ἡμῖν ὁ υἱὸς, καὶ τὴν αὐτὴν ἡμῖν ἔχει φύσιν, ἔστω κατὰ τοῦτο ὁ υἱὸς ἀλλότριος κατ' οὐσίαν τοῦ πατρὸς, ὥσπερ ἡ ἄμπελος τοῦ γεωργοῦ· εἰ δὲ ἄλλος ἐστὶν ὁ υἱὸς παρ' ὃ ἐσμεν ἡμεῖς· καὶ κτίσμα μὲν, λόγος τοῦ πατρός· ἡμεῖς δὲ διὰ τῆς γενόμεθα. καὶ τοῦ ἀδελφοὶ ἐσμὲν ἔκγονοι,

ita Dionysius quoque ob epistolam Euphranori & Ammonio contra Sabellium scriptam, culpandus non est Quod enim verbis humilibus & exemplis vsus est, id Euangelio, vnde illa mutuata sunt, debet, simulque eius rei causam præbuit, Saluatoris in carnem aduentus. Nam vt verbum Dei, ita postmodum quoque caro factus est. Et vt in principio verbum erat, ita quoque eum virgo in consummatione seculorum in vtero gestauit, & homo factus est, atque ita vtraque pars dictorum, ad vnum eundemque referuntur, eò quòd ille qui verbum erat, caro sit factus, sed tamen quæ de illius diuinitate & incarnatione recensentur, suo peculiari & mutuo sensu cõstant, adeo vt qui res humanas de Verbo scribat, eius quoque interim diuinitatem agnoscat, idemque quum de diuinitate mentionem facit, animo cõplectatur, quæ ad illius in carnem aduẽtum spectent. Interim tamen vnum quodq; vt peritus & probus trapezita distinguens rectà ad pietatem cõtendit. Quũ igitur eum lachrymãtem dicit, sentit Dominum hominem factum lachrymis id voluisse ostendere, quod hominis esset, eundemque rursus Lazarum vt Deum resuscitare, commemorat nunc esurire & sitire corporaliter, nunc diuinitus quinque panibus satiare quinque millia & quidẽ corpus humanum in monumento iacuisse, sed tamen illud ipsum à Verbo vti Dei corpus excitatum fuisse. Eadem ratione docendi in epistola sua Dionysius ad Euphranorem & Ammonium vsus est, quum ea quæ humanitatis de Seruatore dicuntur, ob Sabellium scriberet, qualia sunt ista, quæ humano more de eo referuntur, Ego vitis, & pater meus agricola. Quale & illud, Fidelem ei, qui fecit ipsum, nec non & illud, Qui creauit me, &, tanto præstantior Angelis factus: nec tamen interim illud de eo in contrarium dictum ignorat, Ego & in Patre, & Pater in me: &, Qui videt me, videt & Patrem meum. Hæc enim eum in aliis epistolis allegasse videmus, nihilo tamen minus etiam inter eas citationes humanorum domini meminit. Vt enim ista de eo elogia sublimia sunt, & magnifica, & diuinitatem eius sapiunt. Qui quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed seipsum exinaniuit, formam serui accipiens: & diues quum esset, inops propter nos factus est Ita rursus humiles, vilesque sententiæ sunt, quæ de aduentu eius in carnem mentionem faciunt. Ea autem de humanitate Seruatoris dicta, vel hic sentiri animaduertique licet, quandoquidem Agricola, quantum ad substantiam vitis pertinet, natura ab ea externus, & alienigena censeri debet, palmites contrà, congeneres cum vite, indiuisumq; cohærentes, & ipsi interim eandem naturam & parem cum vite possident. Si igitur filium eiusdem nobiscum substantię esse velitis, eandemq; naturam possidere, si igitur eatenus alienus à substantia Patris, eo modo, quo vitis ab Agricola. Sin autẽ filius aliud est, & diuersum à nobis, nimirum verbum, ratioque Patris, nos cõtra, nil nisi terrigenæ & posteri Adę:

certum est illud dictum de vite & agricola, non referri ad deitatem verbi, sed ad eius humanitatem, quum ad istum modum dominus sua verba temperarit, Ego sum vitis, & vos palmites, Pater vero meus agricola est. Nos enim respectu corporis nostri Domini cognati sumus, ac proinde ab illo dictum est, Annunciabo nomen tuum fratribus meis. Et vt palmites ex vite sunt, eique consubstantiales habentur, ita & nos cognata cum Domino corpora sortiti incrementum ex eius plenitudine accipimus, eiusque radice ad resurrectionem & salutem nitimur. Pater vero agricolæ nomen meretur, eò quod ipse per Verbum, vitem, quæ est humanitas Saluatoris, condiderit, atque ideo nemo ad Dominum venire potest, nisi Pater eò illum traxerit. Cum igitur iste sit huius sententiæ intellectus, oportunissime ea de hac vite scribuntur, fidelem eum fuisse illi, qui iptum fecerat, & tanto præstantiorem Angelis factum: necnon & illud, Dominus creauit me. Quo enim tempore illud acceperat, quod pro nobis oblaturus erat, corpus scilicet suum sacrosanctum ex Maria virgine natum, eo nimirum tempore de illo scriptum oportuit, ipsum conditum & creatum fuisse, siquidem huiusmodi dicta hominibus congruunt, & attemperata sunt, neque post corpus assumptum Angelis præstantior factus est, ne antea minor illis aut par fuisse videatur: ac proinde Paulus in Epistola ad Hebræos, eius humanum ministerium, cum Mosis ministerio in comparationem mittens, ad istum modum locutus est, Tanto præstantior Angelis factus, quum certum sit, per angelos legem promulgatam, quam Moses induxit: gratiam autem per Iesum Christum Patre iuppeditante donatam esse. Atqui ne tunc quidem lex à Dan vsque ad Bersabeam prorogata fuit, quum iam in omnem terram exierit sonus eorum, & gentes Christum adorent, & per eum patrem cognoscant. Eo modo scilicet & non alio illa ipsa de Saluatore scripta sunt. Quid ergo, num quemadmodum Christi perduelles iactitant, Dionysius humana de filio scribens, quódque creatus esset recensens, eum hominem arbitratus est? aut quum diceret Verbum non esse proprium substantiæ Patris existimauit illud vnius nobiscum substantiæ esse? Certe in aliis epistolis ita non scripsit, vbi & recte sentire intelligitur, ac iure his verbis contra hæreticos occlamauerit. Non sum vobiscum eiusdem opinionis, ô Christi rebelles, neque nostra scripta Ario occasionem dedere suæ impietatis. In scriptis ad Euphranorem & Ammonium propter Sabellianos mentionem de Agricola & vite feci, aliisque istiusmodi generis exemplis, vt humanis domini ob oculos positis, persuaderem iis vt abstinerent dicere, Patrem esse hominem factum. Vt enim agricola in vite non est, ita non pater, sed Ver-

οὐκ ὀφείλει τὸ ῥητὸν εἰς τὴν θεότητα αὐτοῦ φέρεσθαι τοῦ λόγου· ἀλλὰ λοιπὸν, εἰς τὴν ἀνθρωπίνην αὐτοῦ παρρησίαν. ἐπεὶ καὶ οὕτως εἴρηκεν ὁ σωτὴρ· ἐγώ εἰμι ἄμπελος, ὑμεῖς τὰ κλήματα, ὁ πατήρ μου γεωργός· ἡμεῖς γὰρ τοῦ κυρίου κατὰ τὸ σῶμα συγγενεῖς ἐσμεν· καὶ αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ εἶπεν· ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου· καὶ ὥσπερ ἐστὶ τὰ κλήματα ὁμοούσια τῆς ἀμπέλου καὶ ἐξ αὐτῆς, οὕτως καὶ ἡμεῖς ὁμοιούμεθα τὰ σώματα ἔχοντες τῷ σώματι τοῦ κυρίου, ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ λαμβάνομεν· καὶ εἰς αὐτὸν ῥίζαν ἔχομεν εἰς τὴν ἀνάστασιν καὶ τὴν σωτηρίαν· ὁ δὲ πατὴρ εἴρηται ὁ γεωργός· αὐτὸς γὰρ ἀρχέστορ ἀφ' ἑαυτοῦ τοῦ λόγου τὴν εἰς βασιλείαν ὁδὸν ἡμῖν ἡτοίμασε· καὶ οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν κύριον, ἐὰν μὴ ὁ πατὴρ αὐτὸν ἑλκύσῃ πρὸς αὐτόν· ταῦτα δὲ πολλὰ ῥητὰ τὴν ἑρμηνείαν ἔχοντα, ἀνάγκη περὶ τῆς οὕτως λεγομένης ἀμπέλου γεγράφθαι, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν· καὶ τοσούτῳ κρείττονα γινόμενον τῶν ἀγγέλων· καὶ τὸ, ἔκτισεν· ὅτι γὰρ ἔλαβεν ὅπερ εἶχε προσενεγκεῖν ὑπὲρ ἡμῶν· ἐν δὲ τούτῳ τὸ ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου σῶμα, πάντα καὶ ἐκτίσθαι· καὶ ποιηθῆναι· καὶ γεγονέναι περὶ αὐτοῦ γεγράφθαι· ἀνθρώπους γὰρ ἁρμόζουσιν αἱ τοιαῦται, λέξεις· ἄλλως τε οὐ μετὰ τὸ σῶμα γέγονε κρείττων τῶν ἀγγέλων· ἵνα μὴ τὸ πρὶν ἐλάττων ἢ ἴσος αὐτῶν φαίνηται· ἀλλὰ πρὸς ἰουδαίους γεγράφων· καὶ τὴν ἀνθρωπίνην τοῦ κυρίου οἰκονομίαν συγκρίνων τῇ μωσέως, ἔφησε· τοσούτῳ κρείττων γινόμενος τῶν ἀγγέλων· ἁρμόζει γὰρ ἀγγέλων ὁ νόμος ἐλαληθῆ· διὸ μὲν νόμος, ἁρμόσας ἐδόθη· ἡ δὲ χάρις, διὰ ἰησοῦ χριστοῦ ἐγένετο, καὶ τοῦ πατρὸς ἡ χορηγία· καὶ τότε μὲν δὴ καὶ μέχρι βερσαβεὲ ὁ νόμος κατηγγέλλετο· νυνὶ δὲ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν· καὶ τὰ ἔθνη τὸν χριστὸν προσκυνοῦσι· καὶ δι' αὐτοῦ τὸν πατέρα γινώσκουσι· ἀνθρωπίνως ἄρα περὶ τοῦ σωτῆρος ἐκεῖνα γεγράφθαι· καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλως· ἆρα οὖν, ὡς οἱ χριστομάχοι θρυλλοῦσι, διαιροῦσι τὰ ἀνθρώπινα τοῦ υἱοῦ γεγράφων· καὶ λέγων οὕτως ποίημα αὐτὸν ἵνα τῶν ἀνθρώπων ἐλέγξῃ αὐτὸν εἶναι; ἢ λέγων μὴ εἶναι τὸν λόγον ἴδιον τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας, ἐφρόνει τοῦτον ὁμοούσιον ἡμῶν εἶναι τῶν ἀνθρώπων; καὶ μὴν οὐκ οὕτως ἔγραψεν ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπιστολαῖς· ἀλλὰ καὶ ὀρθῶς φρονῶν ἐν αὐταῖς φαίνεται· καὶ δύναται δι' αὐτῶν βοηθῆσαι κατὰ τούτων· λέγων· οὐκ εἰμὶ τῆς αὐτῆς ὑμῖν δόξης ὦ θρασύμαχοι· ἃ γὰρ τὰ ἡμέτερα πρόφασιν λοιπὸν παρέχειν εἰς ἀσέβειαν· ἀλλὰ πρὸς ἄμμωνα καὶ εὐφράνορα ἁρπάζοντας γράφων, ἐμνήσθην τοῦ γεωργοῦ καὶ τῆς ἀμπέλου· καὶ τῶν τοιούτων ἄλλων ῥητῶν· ἵνα τὰ ἀνθρώπινα τοῦ κυρίου δείξας, πείσω μὴ λέγειν ἐκείνους, ὅτι ὁ πατὴρ ἐστιν ὁ γινόμενος ἄνθρωπος· ὡς γὰρ ὁ γεωργὸς· οὐκ ἔστιν ἄμπελος· οὕτως οὐκ ἔστιν ὁ ἐν τῷ σώματι γινόμενος, ὁ πατήρ· ἀλλ'

ἀλλ' ὁ λόγ@ δὲ ἐν τῇ ἀμπέλῳ γιόμεν@ ἄμπελ@ ἐκλήθη, διὰ τὸ πρὸς τὰ κλήματα ἄπερ ἐσμὲν ἡμεῖς, σωματικὴν συγγένειαν· πρὸς τοῦτο μὲν οὖν τῇ Διονυσίᾳ, τὸν πρὸς Δφρανορα καὶ ἀμμώνιον ἔγραψα· πρὸς δὲ τὰς ὑμῶν αἰτιάσεις, τὰς ἑτέρας ἐπιστολὰς τὰς παρ' ἐμοῦ γραφείσας αἰτήσατε, ἵνα γνῶσιν οἱ φρόνιμοι, τὸν ἐν αὐταῖς λόγον, καὶ τῆς ἐν χριστῷ πίστεως τὸν ὀρθὸν μου φρόνησιν. εἴθε μὲν οὖν καὶ τοὺς ἀρειανοὺς εἶπερ εἶχον ὑγιαίνοντα τὸν νοῦν, τοιαῦτα λογίζεσθαι καὶ φρονεῖν περὶ τοῦ ἐπισκόπου· πάντα γὰρ ἐνώπια τοῖς σωιζομένοις ἐστὶ, καὶ ὀρθὰ τοῖς εὑρίσκουσι γνῶσιν· ἐπειδὴ δὲ μὴ μαθόντες πίστιν τὴν καθολικῆς ἐκκλησίας· πεπλώκασιν εἰς ἀπέθειαν· καὶ λοιπὸν τὸν νοῦν πεπηρωμένοι, νομίζουσιν εἶναι καὶ τὰ ὀρθὰ στρεβλὰ, καὶ λέγουσι τὸ μὲν φῶς, σκότος· τὸ δὲ σκότος νομίζουσιν εἶναι φῶς, ἀναγκαῖον καὶ τὰς ἐκ τῶν ἄλλων ἐπιστολῶν διανοησίας, προσλαβέσθαι· καὶ τὸ αἴτιον αὐτῶν, περὶ πλείονα κατάγνωσιν τῶν αἱρετικῶν. ἐξ αὐτῶν γὰρ καὶ ἡμεῖς μαθόντες, οὕτω περὶ τοῦ ἀνδρὸς φρονοῦμεν καὶ γράφομεν.

A

B

Ἡ δὲ πρόφασις δι' ἣν ἔγραψε τὰς ἄλλας ἐπιστολὰς, ἔστιν αὕτη.

Διονυσίῳ τῷ ἐπισκόπῳ μαθόντ@ περὶ τῶν ἐν πενταπόλει, καὶ ζήλῳ τῆς θεοσεβείας γράψαντ@ καθὰ πρόσθεν, κατὰ τὴν αἵρεσιν σαβελλίου, τὸν πρὸς Δφρανορα καὶ ἀμμώνιον ἐπιστολὴν, πινὲς τῶν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἀδελφῶν, φρονοῦντες μὲν ὀρθῶς, μὴ ἐρωτήσαντες δὲ αὐτὸν ἵνα πρὸς αὐτοὺς μάθωσι πῶς ἔγραψεν, ἐνῆλθον πρὸς τὸν ῥώμης καὶ κατεμήνυσαν αὐτῷ, περὶ τῶ ὁμωνύμῳ αὐτοῦ διονυσίῳ τῷ ἐπισκόπῳ ῥώμης. κακεῖν@ ἀνθύσας, ἔγραψεν ὁμοῦ κατά τε τῶν τὰ σαβελλίου δοξαζόντων, καὶ κατὰ τῶν φρονούντων παῦτα, ἅπερ καὶ ἄρει@ λέγων, ἐξεβλήθη τῆς ἐκκλησίας· ἴσως καὶ καὶ Δφράμετρον ἀσέβειαν λέγων εἶναι, τὸν τε σαβελλίου, καὶ τὸν τῶν λεγόντων κτίσμα καὶ ποίημα καὶ γλυπτὸν εἶναι τὸν θεὸν λόγον· ἐπέσταλε δὲ καὶ διονυσίῳ δηλῶσαι περὶ ὧν ἐμήνασι κατ' αὐτοῦ· καὶ ἀντέγραψεν Δθῦς αὖθις· καὶ ἐπέγραψε τὰ βιβλία ἐλέγχου καὶ ἀπολογίας· ἐν παῦταις τὸ μυσαρὸν ἐργασήριον τῶν θεομάχων κατανοῦς· καὶ πῶς αὐτὸ καθ' ἑαυτῶν τὸν αἰχμάλωτον ἐκίνησαν· διονυσίου γὰρ τοῦ ἐπισκόπου ῥώμης γράψαντ@ καὶ κατὰ τῶν λεγόντων κτίσμα καὶ ποίημα τὸν ὑὸν τοῦ θεοῦ, δείκνυται μηνυτὴρ πρῶτον· ἀλλ' ἔκπαλαι πάντων ἀναθεματισθέντα τῶν χριστομάχων ἀρχηγὸν ἡ αἵρεσις· ἔπειτα διονυσίου τοῦ ἐπισκόπου τὸν ἀλεξανδρείας ἀπολογουμένου πρὸς ἣν ἔγραψεν ἐπιστολὴν, φαίνεται καὶ αὐτὸς μήτε ἄτως φρονήσας ὡς αὐτοὶ λέγουσι, μήτε τὸν ἀρείου ὅλως κακοδοξίαν ἐσχηκώς· καὶ ἀρκεῖ μὲν εἰς πλείαν κατάγνωσιν τῶν ἀρειανῶν· καὶ εἰς ἀπόδειξιν τῆς συνθρανίας αὐτῶν τὸν καὶ μόνον ἀπολογήσασθαι τὸν διονύσιον, καὶ πρὸ ὧν ἅτοι πεθρυλλήκασιν. ὁ γὰρ ὡς φιλονεικῶν αὐτὸν ἔγραψεν· ἀλλ' ἀπολογούμεν@ πρὸ ὧν ὑπωπτεύθη· ὃ δὲ ἀπολογούμεν@ πρὸ ὧν κατηγορήθη, τί ἕτερον ποιεῖ,

sed Verbum in carne fuit, & quia Verbum in vite erat, ob corporalem cum palmitibus, hoc est, nobiscum cognationem, vitis nominatus est. Hoc quidem animo ad Ammonium & Euphranorem scripsi, aduersus vestram autem improbitatem alias meas epistolas oppono, vt agnoscant sapientes meam inibi defensionem, & rectam fidei in Christo sententiam. Oportuit igitur Arianos, si modo habeant sanam mentem, istiusmodi cogitare & sentire de Episcopo: omnia enim clara sunt intelligentibus, & rectam scientiam inuenientibus. Postquam autem non percepta fide Catholicæ Ecclesiæ, delapsi sunt ad impietatem, animo mẽteque occæcati, arbitrantur ea quæ recta sunt, praua: & lucem, tenebras, & tenebras lucem esse, necessum est, vt alia ex epistolis Dionysij adhibeamus, & caussam earum rerum, ad maiorem hæreticorum confutationem subiiciamus. Ea enim res nos induxit, vt ita de viro illo & sentiamus & scribendum putemus.

A

CAVSA CVR ALIAS EPISTOLAS SCRIPSERIT, *hæc est.*

B

QVum igitur Dionysius Episcopus certior factus de Pentapolitanis, zelo religionis epistolam hanc quemadmodum dixi, contra hæresim Sabellij ad Ammonium & Euphranorem scripsisset, quidã ex Ecclesia recte quidem sentientes, sed tamen ignari eius caussæ, cur ita ab eo scriptum esset, Romam ascenderunt, ibique eum apud Dionysium eiusdem nominis Romanum Præsulem accusauerunt: re comperta Alexandrinus simul & contra Sabellij sectatores, & Arij dogmata, propter quę ab Ecclesia eiectus fuit, volumen composuit, vbi æquales, sed tamen contrarias hæreses esse docet in Sabellij dogmatis, & blasphemiis eorum, qui dicunt Dei Verbum opus aut creaturam esse, postulauitq; à Romano præsule, vt obiecta sibi indicarent, quibus acceptis opus edidit sub nomine elenchi & apologiæ, vbi sceleratam officinam Christi rebelliũ redarguit, & quo pacto hanc infamiam contra ipsum excitarint, demonstrat. Porro ex Dionysij Romani Episcopi voluminibus contra eos qui filium Dei opus aut creaturam asseuerant scriptis clare ostenditur, hæresim Christo rebelliũ Arianorum nõ iam primũ, sed olim ab omnibus damnatam fuisse. Quod autem ad p æsulẽ Alexandrinũ Dionysium attinet, ex apologia eius satis apparet, eũ non illius sententiæ, cuius isti dicunt, fuisse, aut quicquam prauarum opinionũ Arij recepisse: imo potius scripta illius efficaciter demonstrant, calũnias esse, quibus vulgo impetitus sit. Non enim rixandi animo, sed sui purgandi apologiam scripsit. Certe qui suã innocẽtiam purgat, quid aliud facit, quam

C

D

E

quã quod crimen diluit, & Arianos sycophantas ostendit? Cæterum vt ea ipsa innocentissimi viri apologia grauius cõfundantur, appareatq; & ipsos malicioſos, Dionysiũ vero liberum ab eorũ erroribus: operam dabo, vt ipsius verba in mediũ proponãtur. Principio epistolæ suæ, nomẽ refutationis & excusationis inditũ voluit, vt intelligas eum & mentientes refellere, & sese de suis scriptis excusare, nec eadem mente, qua Arius eum suspicatur scripsisse, sed in recẽsendo dicta quæ humanitatem Saluatoris sapiunt, non ignorasse Christum verbum & Sapiẽtiam esse miniméque à patre diuisum. Et quod magis est, conqueritur de obtrectatoribus suis, quod non integrè ipsius scripta, sed truncatim adducant, neque bona conscientia, aut syncereiter, sed pro libidine rem tractent, illosque similes pronunciat beati Apostoli obtrectatoribus. Ista nimirum expostulatio eum ab omni suspicione liberat. Si enim Pauli calumniatores suis calumniatoribus pares arbitratur, nihil aliud præ se fert, quã se pro Pauli opinione sua conscripsisse. Certe ad singula acculatorum verba occurens, omnibus quæ ab illis proferũtur, remedium opponit, & Sabellium subruit, vnde satis liquere videtur, quòd fuerit religiosæ fidei. Vide mihi igitur, quid ad hanc calumniam responderit, qua dicunt eũ sonsisse Deum non vsquequaque Patrem, nec Filium vsquequaq; dum nondum genitus esset, filium fuisse, sed intercessisse tẽpus, quum ille nondum esset: neq; enim eũ æternũ fuisse, sed postmodũ extitisse. Sed nos maxima parte verborũ ob prolixitatem omissa, dum vel in disputando rem examinat, aut ratiocinando colligit, aut per scisscitandi instantias redarguit, sola ea quæ faciũt ad illius excusationem, in medium proferamus. Sunt autem ea quæ in primo volumine Elẽchi & apologiæ post cætera scripta reperias. Nunquam fuit, quando Deus non erat Pater, & in sequentibus agnoscit semper Christum Verbũ & Sapientiam & Virtutẽ fuisse: nihil enim horum quum Deus existeret, factum esse, neque posterius filium genuisse, filiumq; nõ ex se, sed ex patre essentiam nactum esse: Et paulò post ita de eodem dicit: Iam quia splendor est æternæ lucis omnibus modis ipse quoque æternus est. Luce enim semper existẽte, certũ est & splẽdorẽ semper existere, eo enim ipso lucem esse, quòd splendeat, intelligitur: non enim fieri potest, vt lux non luceat. Rursus ad comparationes exemplorum redeamus. Si sol est, est & splendor & dies, quòd si horũ nihil est, magnopere abest, vt sol possit dici adesse. Quòd si sol æternus esset, indesinenter & dies esset, nunc autem non est, incipiente igitur sole, incipit & dies, & desinente desinit. Deus autem æterna lux est, nec incipiens vnquam nec desinens. Igitur æternus cohæret illi & cõiunctus est splendor, qui sine principio genitus semper ab eo-

ἡ λύει μὲν πᾶν ἔγκλημα ὑποπλοκὴν κατ' αὐτὸ ἐλέγχει ἢ κ ἐν τούτῳ συκοφαντοῦντας τὸς ἀρειομανίτας; ἵνα ἢ ἐξ ὧν ἀπολογούμενος ἔγραψε πλέον αἰσχυνθῶσιν οὗτοι, φέρε σοι καὶ τὰς λέξεις αὐτοῦ παραθῶμαι· γνώσῃ γὰρ ἀπ' αὐτῶν, ὅτι οἱ μὲν ἀρειανοὶ κακόφρονές εἰσιν· ὁ δὲ Διονύσιος ἀλλότριος τ ἐκείνων ἐπροδοξίας ἐστί· πρῶτον μὲν οὖν ἐλέγχει κ ἀπολογίας ἔγραψεν ἑαυτὸν πρὸς Σπιρωλίδα· τοῦτο δέ ἐστιν, ἡ ὅτι τὸς μὲν ψευδομένους ἐλέγχει, ὡς εἰ ὧν ἔγραψεν ἀπολογεῖται· ὁρκικὸς, ὅτι μὴ, ὡς ἄρρος ὑπενόησεν, ἔγραψεν αὐτός· ἀλλ' ὅτι τῶν ἀνθρωπίνως εἰρημένων ὡς τὸ κυρίου μηθὲς, οὐκ ἠγνόει τὸν εἶναι λόγον καὶ σοφίαν ἀχώριστον τοῦ πατρός· ἔπειτα αἰτιᾶται τὸς κατηγοροῦντας αὐτοῦ· ὡς μὴ ὁλοκλήρους λέγοντας· ἀλλὰ πονηρεύεσθαι αὐτοῦ τὰς λέξεις· κ ὡς μὴ καλῶς πεπαιδεῦσθαι, ἀλλὰ πονηρᾶ λαλοῦντας ὡς φήσει· τέτευκε τὸ τέλος ἀφικάζει· τοῖς τὰς τοῦ μακαρίου ἀποστόλου ἀφαιρεῖσθαι βλασφημίας· ἡ ὃ τοιαύτη μέμψις αὐτοῦ, πάντως ἀπὸ φαύλης ὑποψίας αὐτὸν ἀπολύει· οὐ γὰρ τὸς παύλου κατηγοροῦντας, ἅτως ἡγεῖται ὡς τὸς αὐτοῦ κατηγοροῦντας, ἀδὲν ἕτερον δείκνυσιν ἢ ὅτι τὸ τοῦ παύλου φρονοῦν, ἅτως ἔγραψεν· ἀμέλει καὶ ὡς ἕκαστον τ ὑπὸ τ κατηγόρων εἰρημένων ἀπαντᾷ πάνυ σαφῶς πρὸς αὐτῶν ὡς φερόμενα θεραπεύει· κ σαφέστερον μὲν ἐν ἐκείνοις ἀναγέγραπται· ἐν ἰσότητι ἢ δείκνυσιν ὁλόκληρον ἑαυτοῦ τ εὐσεβῆ πίστιν· φασκόντων τοίνυν ἐκείνων φρονεῖν τ Διονύσιον, οὐκ ἀεὶ ἦν ὁ θεὸς πατήρ· οὐκ ἀεὶ ἦν ὁ υἱός· ἀλλ' ὁ μὲν θεὸς ἦν χωρὶς παντὸς λόγου· αὐτὸς δὲ ὁ υἱὸς οὐκ ἦν πρὶν γένηται· ἀλλ' ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν· ἀγαθὸς γάρ ἐστιν· ἀλλ' ὕστερον ὑπεμίγνετο, ὅρα πῶς ἀποκρίνεται· τὰ μὲν οὖν ἐκ τῶν αὐτοῦ ῥημάτων ἅπερ ἢ ζητῶν ἐξετάζει, ἢ συλλογιζόμενος σωρεύει, ἢ ἐρωτῶν ἐλέγχει, ἢ τοὺς κατειρηκότας αἰτιᾶται, ταῦτα παρεὶς διὰ τὸ μῆκος τῶν λόγων, μόνα τὰ πρὸς τὴν κατηγορίαν ἀναγκαῖα τίθημι· ἀπολογούμενος τοίνυν πρὸς ἐκεῖνα, γράφει τὰς λέξεσι ταύτας ἐν τῷ πρώτῳ τοῦ ὑπογεγραμμένου ἐλέγχου καὶ ἀπολογίας, μεθ' ἕτερα, οὕτως. Οὐ γὰρ ἦν ὅτε θεὸς οὐκ ἦν πατήρ· καὶ τοῦτο οἶδεν ἐν πᾶσι ἐξῆς, ἀεὶ τὸν χριστὸν λόγον ὄντα καὶ σοφίαν καὶ δύναμιν· ἀγαθὸς δὴ πάντων ἄγοι ὢν ὁ θεὸς, εἶτα ἐπαιδοποιήσατο· ἀλλ' ὅτι μὴ παρ ἑαυτοῦ ὁ υἱός· ἀλλ' ἐκ τοῦ πατρὸς ἔχει τ εἶναι· καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν φησὶ τοῦ αὐτοῦ φησιν· ἀπαύγασμα δὲ ὢν φωτὸς ἀϊδίου, πάντως καὶ αὐτὸς ἀΐδιός ἐστιν· ὄντος γὰρ ἀεὶ τοῦ φωτὸς, δῆλον ὡς ἔστιν ἀεὶ τὸ ἀπαύγασμα· πρὸς τοῦτο γὰρ καὶ ὅτι φῶς ἐστι, τῷ καταυγάζειν νοεῖται. καὶ φῶς οὐ δύναται μὴ φωτίζον εἶναι· πάλιν γὰρ ἐλθόμεν ἐπὶ τὰ προκείμενα· εἰ ἔστιν ὁ ἥλιος, ἔστιν αὐγή· ἔστιν ἡμέρα· εἰ τοιοῦτον μηδέν ἐστι παλύγε δεῖ καὶ παρεῖναι ἥλιον· εἰ μὲν οὖν ἀΐδιος ὁ ἥλιος, ἄπαυστος ἂν ἦν καὶ ἡ ἡμέρα· νῦν δὲ οὐ γάρ ἐστιν·

ἀρξαμένου τ, ἤρξατο· καὶ παυομένου, παύεται· ὁ δὲ γε θεὸς. αἰώνιός ἐστι φῶς, οὔτε ἀρξάμενον, οὔτε λῆξόν ποτε. οὐκ οὖν αἰώνιον πρόκειται· καὶ σύεστιν αὐτῷ τὸ ἀπαύγασμα ἄναρχον καὶ ἀειγενές·

προφαι-

προφαινόμενον αὐτοῦ ὅπερ ἐστὶν ἡ λέγουσα σοφία· ἐγὼ ἤμην ᾗ συνέχαιρε· καθημέραν δὲ ἐφραινόμην ἐν προσώπῳ αὐτοῦ ἐν παντὶ καιρῷ· καὶ ὡδὶς ἐπάγει μετ' ὀλίγα πάλιν τὰ αὐτὰ λέγων· οὕτω καὶ ἀϊδίως τοῦ πατρὸς καὶ ἀϊδίου ὁ υἱός ἐστι· φῶς ἐκ φωτὸς ὤν· ὄντος γὰρ γενέως, ἔστι καὶ τέκνον· εἰ δὲ μὴ τέκνον εἴη, πῶς καὶ πατὴρ εἶναι δύναται γονεύς; ἀλλ' εἰσὶν ἄμφω· καὶ εἰσὶν ἀεί· εἶτα πάλιν προστίθησι ταῦτα· φωτὸς μὲν οὖν ὄντος τοῦ θεοῦ, ὁ χαλκοῦς ἐστιν ἀπαύγασμα· πνεύματος δ' ὄντος· πνεῦμα γάρ φησιν ὁ θεὸς, ἀναλόγως πάλιν ὁ χαλκοῦς, ἀτμὶς λέγεται· ἀτμὶς γάρ φησιν ἐστὶ τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως· καὶ ὀλίγα τοῦ δευτέρου πάλιν φησί· μόνος δὲ ὁ υἱὸς ἀεὶ συνὼν τῷ πατρὶ, καὶ ὢν ὄντως πληρώμεως, καὶ αὐτὸς ἐστιν ὢν ἐκ τοῦ πατρός· ταῦτα εἰ μὲν ἀμφιβόλως εἴρηται, χρείαν ἔχει τοῦ ἑρμηνεύοντος· ἐπειδὴ δὲ λευκῶς καὶ πολλάκις ταῦτα τῶν αὐτῶν ἔγραψεν, ὁ μὲν ἄρειος, τηρείτω τοὺς ὀδόντας· ὁρῶν τὴν αἵρεσιν αὐτοῦ καταπεφρενωμένην ὑπὸ Διονυσίου· καὶ ἀκούων ἅπερ μὴ βούλεται, λέγοντος αὐτοῦ· ἀεὶ ὁ θεὸς πατὴρ ἦν· καὶ ὁ υἱὸς οὐχ ἁπλῶς ἀΐδιός ἐστιν· ἀλλὰ τοῦ πατρὸς ἀϊδίου ὄντος, ἀΐδιος ἂν εἴη καὶ ὁ υἱός· καὶ σύνεστιν αὐτῷ ὡς τῷ φωτὶ τὸ ἀπαύγασμα· οἱ δὲ κἂν μόνον ὑπονοήσαντες Διονύσιον τὰ ἀρείου φρονεῖν, καταγνώσονται τῶν περὶ αὐτοῦ τοιαύτην δυσφημίαν· ποία γὰρ κοινωνία τούτοις ἐστί; τοῦ μὲν ἀρείου λέγοντος· οὐκ ἦν ὁ υἱὸς πρὶν γεννηθῇ· ἀλλ' ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν· τοῦ δὲ Διονυσίου διδάσκοντος· ὁ δέ γε θεὸς αἰωνίου ἐστὶ φῶς· οὔτε ἀρξάμενον· οὔτε λῆξόν ποτε· οὐκ οὖν αἰώνιον πρόκειται. καὶ συνέστιν αὐτῷ τὸ ἀπαύγασμα· ἄναρχόν τε καὶ ἀειγενὲς προφαινόμενον αὐτοῦ· καὶ γὰρ καὶ πρὸς τὴν ἄλλην ὑπόψιαν τῶν λεγόντων ὅτι πατέρα λέγων ὁ Διονύσιος, οὐκ ὀνομάζει τὸν υἱόν· καὶ πάλιν υἱὸν λέγων, οὐκ ὀνομάζει τὸν πατέρα· ἀλλὰ διαιρεῖ καὶ μακρύνει, καὶ μερίζει τὸν υἱὸν ἀπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ δυσωπεῖ πύστις· λέγων ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ· τῶν ὑπ' ἐμοῦ λεχθέντων ὀνομάτων ἕκαστον, ἀχώριστόν ἐστι καὶ ἀδιαίρετον τοῦ πλησίον· πατέρα εἶπον· καὶ πρὶν ἐπαγάγω τὸν υἱὸν, ἐσήμανα καὶ τοῦτον ἐν τῷ πατρί· υἱὸν ἐπήγαγον· εἰ καὶ μὴ προειρήκειν τὸν πατέρα, πάντως ἂν ἐν τῷ υἱῷ προεῖλημπτο· ἄγνον πνεῦμα προστέθηκα, ἀλλ' ἅμα καὶ πόθεν, καὶ διὰ τίνος ἦκεν ἐφήρμοσα· οἱ δὲ οὐκ ἴασιν ὅτι μήτε ἀπηλλοτρίωται πατὴρ υἱοῦ, ἢ πατήρ· προκαθαρκτικὸν γάρ ἐστι τῆς σωφρείας τὸ ὄνομα· οὔτε υἱὸς ἀπώκισται τοῦ πατρός· ἡ γὰρ πατρὸς προσηγορία, δηλοῖ τὴν κοινωνίαν· ἔν τε ταῖς χερσὶν αὐτοῦ ἐστι τὸ πνεῦμα· μήτε τοῦ πέμποντος, μήτε τοῦ φέροντος δυνάμενον στερεῦσθαι· ὥσπερ οὖν οἱ τούτοις χρώμενοι τοῖς ὀνόμασι, μεμερίσθαι ταῦτα καὶ ἀφωρίσθαι παντελῶς ἀλλήλων οἴονται; καὶ μετ' ὀλίγα ἐπάγει λέγων· οὕτω μὲν ἡμεῖς εἴς τε τὴν τριάδα συγκεφαλαιούμεθα·

ab eodem promicat, hoc est, sapientia, cuius hæc sunt verba: *Ego eram cui gratulabatur, quotidie autem per omne tempus gestiebam coram eo.* Atque iterum Dionysius paulo post ista de eodem loquitur, Existente igitur æterno Patre exiſtit & æternus filius, lumen de lumine: nam si Pater est, necessario & filius est: si enim nullus filius genitus est, quomodo ipse pater, aut cuius tandem pater fuerit? Atqui ambo sunt, & ab æterno sunt, deinde hæc addit, Si Deum lucem voces filium splendorem esse dices: si spiritum (siquidem Deus spiritus quoque dicitur) filium vaporem appellabis. Est enim (vt inquit ille) vapor potentiæ Dei. Et mox hæc à Dionysio inferuntur, solus filius cũ patre semper coexistit, plenusque existentis est, & ipse ex patre exiſtit. Hæc si ambigue dicta fuissent, haberẽ interpretatione opus, nunc quia euidenter dicta sunt, & subinde ab eo repetita, est, cur Arius dentibus strideat quũ suam hæresim à Dionysio subrui videat, eúmque sibi, quod minime cupit, inclamantem audiat, semper Deus Pater erat; & filius nõ aliquo leui modo æternus censendus est, sed eo modo, quo pater æternus est, & ipse quoque æternus est, & pariter cum eo coexistit, vt splendor cum lumine. Illi vero vel sola duntaxat suspicione ducti quod putarent Dionysium Arianicè sentire hanc famosam calumniam de eo sparserũt. Sed quid communionis inter se habent, vtriusque sententię, quum Arius dicat, Erat, quando non erat Filius, & priusquam gigneretur, erat quando nõ erat. Dionysius contra Deum æternam lucem, nunquam inchoatam, & nunquam desinentem, ac proinde eum æternaliter cum Deo esse eiusque indissociabilem splendorem, sine principio, semper genitum & è patre promicantem referat. Porro de altera suspicione, qua eum in crimen vocabant, quod Patrem nominasset, & non ibidem nominasset filium, rursumque quod in mentione filij nomen patris reticuisset, ac proinde eum disiungere, elongare, ac diuidere filium à patre, redditis rationibus falsum ostendit, idque in secundo volumine, vbi hæc verba refert: Singula illa nomina, de quibus locutus sum, insegregabilia à se inuicem sunt, nec diuidi queunt. Patrem quum dico etiam sine mentione filij filium sub patris vocabulo indicatum volui, contra si in mentione Filij Patrem omisissem, tamen ille sub nomine filij intelligi debuit. Sancti spiritus mentionem feci, sed ita vt pariter adiungerem, vndenam ille, & perquem venerit, sed isti ignorant Patrem à filio alienari non posse, & sub Patris vocabulo primarium coniunctionis authorem contineri, & Filium à Patre quasi domicilio disgregatum nõ esse, eo quod patris vocabulum hanc communionem indicet, & in patris filiique manibus esse spiritum sanctum, sed ita vt neque à mittente, neque à ferente segregentur. Quî fieri igitur posset, vt cùm istis nominibus vtar, suspectus habear, quasi ista separari, diuidiq; existimauerim? Idem paulò pòst addit, Hoc scilicet pacto vnitatem, quæ indiuisibilis est, in Trinitatem dilatamus:

& Trinitatem, quæ diminui non potest, in vnitatem cõsummamus, & tamen scilicet accusamur, quasi qui dicamus filium vnum esse ex numero rerum factarum, & nequaquam patri suo consubstantialem. Idem rursus in primo libro, vbi talia dicentes coarguit: Veruntamẽ ego quum quædam creata, quædam facta intelligẽda esse dixissem, & rerum earum vt magni operę precij exempla obiter & in transcursu recensuissem, plãtam scilicet & Agricolam, nauem & nauis fabricatorem, in rebus seriis & negocio congruis moram traxi, plenius ea quę certioris fidei erant, exponens pluribus ad id excogitatis exemplis rem instruxi, quæ tibi in alia epistola descripsi, qua ostendo falsum esse crimen, quo mihi obiiciunt, quod Christum Deo consubstantialem esse negassem. Nam tametsi dico me id vocabuli in sacris literis, nec legisse, nec reperisse, veruntamẽ argumenta mea, quæ postmodum subiunxi, & ab illis tacita sunt, nonne prorsus ab hac sentẽtia discrepant? qui & humanã sobolem pro exemplo allegaui, de qua nihil dubium, quin sit cum genitore ejusdem generis, atq; eo solo parentes à liberis alios esse, quod ipsi liberi sui non sint. Ego autẽ eam epistolam ob tẽporum calamitates proferre nequeo, quod si tibi ipsa verba libens misi, multo libentius autographum misissem, missurus tamen, quandocunq; mihi eius copia fuerit. Bene autẽ memor sum me quã plurimas ex cognatis rebus similitudines congessisse. Nam & plantam ibi dixi siue ex seminio, siue ex radicẽ succrescẽtem, aliam quidem esse ab eo vnde pullulauerit, sed tamen, vt cum eo eiusdem naturæ maneat: & fluuium à fonte profluentẽ, aliam formã & nomen accipere, neque enim aut fontem fluuium, aut fluuium fontem dici, & ambos ita existere vt fontem quasi patrem esse, & flumen esse aquam ex fonte dicas. Cæterum hæc & istiusmodi à me scripta, quasi cæcutientes dissimulant se videre, sententiolisq; inconditis, veluti saxis, eminus me lapidare conãtur, ignari à rebus ignoratis, & quibus opus est tractatu, vt innotescãt, non solum aliena subinde, sed & subcontraria argumenta in quæstionibus adduci. In tertio deinde libro dicit, Vita ex vita genita est, & vt flumẽ à fonte defluxit, & à luce inextinguibili, splendida lux accensa est. Quis igitur hæc audiẽs eos suspicatores Dionysiũ Arianicę sentẽtiæ esse, non bono iure furoris insimulauerit? Ecce per hæc propalam omnem corũ hæresim rationibus veritatis conculcat. Nam illud, Nõ erat priusquam gigneretur: &, erat, quando nõ erat, tollitur ab ipso per splendoris comparationem, quum dicit Patrem nullo vnquã tempore fuisse orbum. Porro illud, quòd aiunt filium ex non entibus extitisse, subruitur ab eo per hanc cõparationem, qua dicit Verbũ quasi fluuiũ ex fonte, & germen ex radice, & sobolẽ ex parente, & lumen de lumine, & vitam ex vita esse. Diuisionẽ quoq; Arianicam qua verbũ à Deo seiũgunt, istiusmodi sermone reprehẽdit, indiuisibilem & indiminutã Trinitatem,

εἶπε γὰρ αἰτιωμένων αὐτὸν· ὡς ἕνα λεγόντων τὸ γένημα τῶν εἶναι τὸν λόγον καὶ μὴ ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, αὖθις πάλιν ἐν μὲν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ, τοὺς τοιούτους διελέγχει λέγων, πλὴν ἐγὼ γνητά τινα καὶ ποιητὰ ἵνα φήσας νοεῖσθαι, τῶν μὲν τοιούτων ὡς ἀχρείων· ἐξ ὑποδρομῆς εἶπεν ὡς παραδείγματα· ἐπεὶ μήτε τὸ φυτὸν ἐφίλω τῷ γεωργῷ· μήτε τῷ ναυπηγῷ τὸ σκάφος· εἶτα τοῖς ἐκνουμένοις καὶ περὶ φυτείρεις ἐνδιέτριψα· καὶ πλέον διεξῆλθον περὶ τῶν ἀληθεστέρων ποικίλα παρεξ ὑρῶν πικήρια· ἅπερ καὶ σὺ δι' ἄλλης ὑποστολῆς ἔγραψα· ἐν οἷς ἤλεγξα καὶ ὃ περιφέρουσιν ἔγκλημα κατ' ἐμοῦ ψευδῶς, ὡς δὴ λέγοντος τὸ χείρον ὁμοούσιον εἶναι τῷ θεῷ. εἰ γὰρ καὶ τὸ ὄνομα τοῦτο φημὶ μὴ δεδηλῶσθαι· μὴ δ' αἰσθάνεσθαι πάντων τῶν ἁγίων γραφῶν, ἀλλά γε τὰ ὑποχειρήματά μου παρίξης, ἀσυστόλως πάσασι, τῆς διανοίας παντὸς ἂν δόξει· καὶ γὰρ καὶ αὐθρωπείαν γονὴν παρεθέμην· δῆλον ὡς οὐσίαν ὁμολογῶν. φήσας πάντως τοὺς γονεῖς μόνους ἑτέρους εἶναι τῶν τέκνων ὅτι μὴ αὐτοὶ εἶεν τὰ τέκνα· καὶ πλὴν μὲν ὑποστολῆς ὡς εἰπὼν διὰ τὰς παρεισάσεις οὐκ ἔχω παρομοίωσιν· ἐπὶ δ' οὖν αὐτά σοι τὰ τοῦ ῥήματος· μᾶλλον δὲ καὶ πάσης ἂν ἔπεμψα τὴν αὐτόγραφον· ὅπερ αὖ ὑστερήσω, ποιήσω· οἶδα δὲ καὶ μέμνημαι, πλείονα παρεθέμην τῶν συγγενῶν ὁμοιώματα· καὶ γὰρ καὶ φυτὸν εἶπον ἀπὸ σπέρματος ἢ ἀπὸ ῥίζης αἰεθὲν, ἕτερον εἶναι τῆς ὕθεν ἐβλάστησε, καὶ πάντως οὐκεῖνο καθίστησιν ὁμοιοφυές· καὶ ποταμὸν ἀπὸ πηγῆς ῥέοντα, ἕτερον ὀχήματα καὶ ὀνόματα μετειληφέναι. μήτε γὰρ τὴν πηγὴν ποταμὸν, μήτε τὸν ποταμὸν πηγὴν λέγεσθαι· καὶ ἀμφότερα ὑπάρχειν· καὶ τὴν μὲν πηγὴν, οἱονεὶ τὸν πατέρα εἶναι, τὸ δὲ ποταμὸν εἶναι, τὸ ὀκ τῆς πηγῆς ὕδωρ· ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ τὰ τοῦ αὐτὰ μηδὲ ὁρᾶν γεγραμμένα· ἀλλ' οἱονεὶ τὸ φλῶθεν ὑπεκλίνοντας· τοῖς δυσὶ ῥήμασιν ἀσωμάτοις καθάπερ λίθοις, μακρόθεν ὑπαχειροῦσιν ἐμβάλλειν· ἀγνοοῦντες, ὡς τῶν ἀγνοουμένων καὶ παρεισαγωγῆς εἰς ὑπόνοιαν ἐρχομένων, καὶ μόνον ἀλλοίωσιν πολλάκις· ἀλλὰ καὶ ὑπεναντία πικήρια γίνεται τῶν ὑποζητουμένων δηλώματα· ἐν τῷ τρίτῳ βιβλίῳ φησίν· ζωὴ ὀκ ζωῆς ἐγεννήθη· καὶ ὥσπερ ποταμὸς ἀπὸ πηγῆς ἔρρυσε· καὶ ἀπὸ φωτὸς ἀσβέστου, λαμπρὸν φῶς αἰὴ φθῆ· τίς τούτων ἀκούων, οὐ μανίας λοιπὸν καταψηφίσεται τῶν ὑπεναντίων διονύσιον παρὰ φρονεῖν; ἰδοὺ γὰρ διὰ τούτων φανερῶς πᾶσαν αὐτὸ πατεῖ τὴν αἵρεσιν τοῖς τῆς ἀληθείας λογισμοῖς· τὸ μὲν γὰρ ὀκ ἦν πρὶν γένηθῆ, καὶ τὸ, ἦν ποτε ὅτε ὀκ ἦν· αἱρεῖ τῷ τὰ ἀπαύγασμα τοῦ λόγου· καὶ λέγων ὅτι τούτου ὁ πατὴρ, ὀκ ἦν ποτε ἄνευ τοῦ, οὐ δὲ ἐξ ὀκ ὄντων αὐτὸν, ἀναιρεῖ· ἐν τῷ λέγειν, τὸν λόγον εἶναι ὡς ποταμὸν ἀπὸ πηγῆς· καὶ βλαστὸν ἀπὸ ῥίζης· καὶ τέκνον ἀπὸ γονέως· καὶ φῶς ὀκ φωτός· καὶ ζωὴν ὀκ ζωῆς· καὶ τὸ μὲν ἀποχοινίζειν καὶ διαιρεῖν αὐτοὺς τὸν λόγον ἀπὸ τοῦ θεοῦ, ἀβασάλιστον λέγων αὐτὸς ἀδιαίρετον καὶ ἀμέτοχον τῶν τριάδα,

εἰς μονά-

ὡς μονάδα συγκεφαλαιῶσθαι· τὸ δὲ λέγειν αὐτοὺς ἀλλότριον εἶναι τὸν υἱὸν τῆς πατρὸς οὐσίας, ἀντικρυς πατεῖ· λέγων ὁμοούσιον εἶναι τὸν πατρὸς τὸν υἱόν· ἐφ' ᾧ καὶ θαυμάσειεν αὖ τις τὴν ἀναίδειαν τῶν δυσσεβῶν· πῶς διονυσίου λέγοντος ὁμόδοξον ἑαυτῶν εἶναι, λέγουσι ὁμοούσιον τὸν υἱόν, αὐτοὶ προερχόμενοι ὡς κώνωπες προβομβοῦντες ὡς οὐκ ὀρθῶς γεγραψάσης τῆς συνόδου τὸ ὁμοούσιον; εἰ γὰρ διονυσίου ἐστὶν αὐτοῖς φίλον, μὴ ἀρνείσθωσαν τὰ τοῦ ὁμοφρονος· εἰ δὲ νομίζουσι μὴ ὀρθῶς εἰρῆσθαι, πῶς τὰ τοῦτο λέγοντα διονύσιον θρυλλοῦσιν ὡς τὰ αὐτοῖς φρονοῦντα; μᾶλλον δὲ, ὅπου καὶ παρέργου ποιοῦμενοι λέγειν φαίνεται· ἀλλὰ πρότερον ἄλλας ἐπιστολὰς γεγράψας τοὺς μὲν οὐ κατειρηκότας αὐτοῦ ὡς μὴ λέγοντα ὁμοούσιον τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ, διελέγχει ψευδομένους· τοὺς δὲ νομίζοντας αὐτὸν λέγειν γλυπτὸν τὸν λόγον, διαβαλλόμενος· ὅπου μὴ οὕτως ὡς νομίζουσιν ἐφρόνησεν· ἀλλ' εἰ καὶ τὰς λέξεις εἴρηκε διαφυὴν φησιν εἰρηκέναι· πρὸς τὸ μόνον δεῖξαι ὅτι μὴ ὁ πατὴρ ἐστιν· ἀλλ' ὁ υἱὸς ὁ τὸ γλυπτὸν καὶ κλιστὸν καὶ πιστὸν ἐνδυσάμενος σῶμα· διὸ καὶ γεγλυφθαι καὶ πεποιῆσθαι καὶ κτίσθαι λέγεται ὁ υἱός· ἀμέλει ἐπειδὴ προελήφθη γεγράψαι τὰς τοιαύτας λέξεις, τοῖς μὲν ἀρειανοῖς, μακρὰν φέρεσθαι χαίρειν· παρὰ δὲ τῶν ἀκουόντων, συνείδησιν ἀγαθὴν ἀπαιτεῖ. τὸ δυσχερὲς ἢ τάχα καὶ τὸ ἀπερίληπτον τῶν ζητουμένων προβαλλόμενος· ἵνα μὴ τὰς λέξεις, ἀλλὰ τὴν διάνοιαν τῶν γεγραφότων κρίνωσι· καὶ μάλιστ' ὅταν τὰ πλεῖστα μαρτυρῇ τῇ τούτου φρονήσει· ἔφησε γοῦν καὶ αὐτὸς· ὅπου τῶν μὲν τοιούτων ὡς ἀχρειοτέρων, ἐξ ὑπερθέσεως εἶπον τὰ παραδείγματα· τὸ φυτὸν· καὶ τὸν γεωργόν· τοῖς δὲ προφυεστέροις ἐνδιέτριψα· καὶ πλέον διεξῆλθον περὶ τῶν ἀληθεστέρων· ὁ δὲ τοῦτο λέγων, δείκνυσιν ἀληθέστερον εἶναι τὸ λέγειν ἀίδιον καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς τὸν υἱόν, ἥπερ γλυπτόν· ἐκ τούτων μὲν γὰρ τὸ σωματικὸν τοῦ κυρίου σημαίνεται, ἐξ ἐκείνων δὲ, τὸ ἀίδιον τῆς θεότητος αὐτοῦ· ἐν τούτοις γοῦν καὶ ἠλέγχθαι προσέταξε αὐτοὺς ἐγκαλέσαντας, ὡς μὴ λέγοντα αὐτὸν ὁμοούσιον τοῦ πατρὸς διαβεβαιῶσθαι οὐχ ἁπλῶς. ἀλλὰ μετὰ φρονήσεως καὶ ἀποδείξεως ἀληθοῦς· λέγων· εἰ καὶ μὴ τοῦ λέξιν ταύτην εὗρον ἐν ταῖς γραφαῖς, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν τῶν γραφῶν τὴν νοῦν συναγαγὼν, ἔγνων ὅτι υἱὸς ὢν καὶ λόγος, ἀξίως ἂν εἴη τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς· ὅτι γὰρ οὐ κτίσμα οὐδὲ ποίημα φρονεῖ τὸν υἱὸν εἶναι· καὶ γὰρ καὶ ἐν τούτῳ τι θρυλήκασιν αὐτὸν, οὕτως ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ φησίν, ἐὰν δέ τις τῶν συκοφαντῶν· ἐπειδὴ τῶν ἁπάντων ποιητὴν τὸν θεὸν καὶ δημιουργὸν εἶπον, οἴηταί με καὶ τοῦ χείρονος λέγειν, ἀκουσάτω μου πρότερον πατέρα φήσαντος αὐτὸν· ἐν ᾧ καὶ ὁ υἱὸς προσγέγραπται· μετὰ γὰρ τὸ εἰπεῖν πατέρα ποιητὴν, ἐπάγω καὶ οὔτε πατὴρ ἐστιν ὢν ποιητὴς, εἰ κυρίως ὁ γεννήσας πατὴρ ἀκούοιτο· τὸν γὰρ αὐτὸν τρόπον καὶ τῆς τοῦ πατρὸς προσηγορίας ἐν τοῖς ἑξῆς ἐπιξηργασόμεθα, οὔτε ποιητὴς ὁ πατὴρ· ἐμοὶ δοκεῖ

in vnitatem consummari. Porro, quòd dicunt alienum filium esse à Patris substantia, prorsus subplodit, quum dicit consubstantialem Patri esse filium. Merito igitur hæreticorum improbitatem stupeas, quòd Dionysium dicentem filium esse Patri consubstantialem, secum affirment eiusdē esse sententiæ, & in orbem bombis circumstrepentes, veluti culices mussitant, non recte à Synodo consubstantialitatem inductam esse. Si enim illis Dionysius est amicus, ne negent sententiam sui gregalis, & si recte esse dictum putant, cur se de Dionysio eandem vocem vsurpante, quasi de suffragatore suæ sententiæ venditant? quum ille ista nonobiter tractet, sed scriptis in id iam antea epistolis tum eos qui eum notauerant, quasi patrifilium consubstantialem esse negasset, mendacij coarguit, tum illos qui eum suspicati fuerant, quasi Verbum esse conditum dixisset, à se excutit & profligat, docens se nequaquam, ita vt illi arbitrātur, sensisse, sed voces illas in eum vsum adhibuisse, vt ostenderet non Patrem esse, sed filium, qui creatum, conditum & factum corpus induerit, ac proinde eum creatum, conditum, & factum esse recenseri: certe quum hæc verba in prioribus scriptis vsurpasset, Arianis longum valere iussis, ab auditoribus suis rectam conscientiam, animique benignitatem exigit, difficultatem vel potius incōprehensibilitatem illarum quæstionum prętendens, oratq; ne verba sua sed mētem, quum pleraque ipsius verba eò tendant, explorādam diiudicandamque putent. Exempla enim de planta & Agricola, vt res non magnopere vtiles, se obiter & in transcursu attigisse: contra quæ grauiora erant, magisque accommodata, ibi se longiorem moram impendisse, & quæ veriora erant, pleniore tractatu executū fuisse. Iam qui ita verba sua modèratur, satis declarat se in ea sententia esse, verius dici Filium ex patre æternum, quàm creatum, eò quòd hac voce eius corporalitas, illa vero ipsius diuinitas significetur. Liquet certe ex istis dictis criminatores illius de negata Filii cum patre cōsubstantialitate, non leuibus, sed bonis rationibus documentisq; refutatos esse, quippe qui ita loquatur, tametsi meum dictum sit, quod non inuenerim hanc vocem consubstantialitatis in literis sacris, rem tamen ipsam inibi deprehendi, cognouique filium, qui verbum est, non alienum à patris substantia esse. Quòd autem idem ille non arbitrerur filium opus aut creaturam esse, quod de eo sparserunt inimici, ostēditur ex eius secundo volumine, vbi sic ait: Si quis igitur sycophantarum, eò quod Deum omnium creatorē & opificem dixerim, arbitretur à me eum quoque Christi creatorem dici, audiat, quæso, cur de creatore loquens, eum patrem appellarim, sub quo nomine etiā filius, quasi eodem scripto cōprehensus intelligitur. Postquam enim patrem rerum creatorē appellauerām, subintuli, neque pater eorum quæ genuit, creator haberi potest, si modò eum qui genuit, patrem voces: amplitudinē enim huius vocabuli, patris in sequētibus pertractabimus,

Neque rursum creator Pater, si modo de operis authore mentionem facias, certe apud Græcos id receptum est, vt docti suorum librorum factores & opifices nominẽtur. Quin & Apostolus dixit, *factor Legis*, itidem quoque eorum quæ ex corde proficiscuntur, virtutis aut vitij factores dicimur, prout locutus est Dominus, *Expectaui vt faceret iudicium, sed fecit iniquitatem*. Hæc quum audias, facile tibi in mentem venerit, diuinum illud oraculum, Quocunque se vertat impius, subruitur, quippe qui ne hic quidem vllam criminandi Dionysij causſam habeant: clare enim docet filium neque creaturam, neque rem conditam esse, atque eo nomine cum criminatoribus expostulat, calumniisque illis, quibus ipsum insimulabant, quòd Deum creatorem appellasset, remedium adhibet, obiiciens calumniatoribus suis, ipsos nihil considerare, quòd prius Deum Patrem nominasset, sub quo nomine Filius vnà intelligi debuit. Hoc quum dicat, ostendit Filium non esse in numero rerum factarũ neque Deum factorem Verbi sui, sed genitorem esse. Et quia malignè obiectum erat quòd Deum dixisset factorem Christi, multiplici ratione ad se defendendum vsus est: dicit ne ita quidem suum sermonem reprehendi debere: respectu enim carnis creatitiæ, quam Verbum assumpsit, Deum Christi factorem appellasse. Quòd si de verbo quispiam hoc dictum esse suspicetur, modo benigne audiat: intelliget me nequaquam sentire Verbum creaturam esse, quum Deum eius non cõditorem, sed patrem appellem. Nam tametsi obiter à me Deus Filij sui creator nominetur, tamen vel ita quoque res non caruerit sua defensione: Nam Græci sapientes sese suorum verborum quorum parentes genitoresque sint factores nuncupant. Quin etiam sacra scriptura motuum nostrorum ex nostro corde prodeuntium, factores nos appellat, factoresque item legis, iudicij & iustitiæ, adeo vt vndecunque appareat, magnum illum filium, nec creaturam, nec opus esse, ac proinde se alienum esse ab Arianica prauitate. Imo ne hic quidem quispiam Arianorum male de eo sentire debet, quum dicit ita vnà cum Patre Filium esse, vti ipsa nomina, quæ quum inuicem cohæreant, re tamen inter se plurimum distant, & non semper filium cum patre fuisse: ex quo enim genitus est filius ex eo Deum Patrem vocari, atque iam inde filium illi coaduesse, sicuti in hominibus euenire solet. Cæterum reminiscaris mihi velim superius dictorũ, & videbis Dionysij rectam fidem. Nam quum dicat, Non erat, quando non erat Deus Pater: ac rursum: Deus autem æterna lux est, quæ nunquam incipit, nec vnquam desinet, quapropter & æternus accubat illi & coadest splendor, nullo initio inchoatus, semper genitus & ex ipso promicãs. Atq; ideo par est vt nemo omniũ de ipso male suspicetur Nam exẽpla de fonte, fluuio, de radice, de germine, & de spiritu & vapore, pudefaciũt Christi hostes,

contrarios

εἰ μὴν ὁ χειροτέχνης ποιητὴς λέγοιτο· καὶ γὰρ ἔλληνες γὰρ ποιητὰ καὶ τῶν ἰδίων καλοῦσι λόγων, οἱ σοφοί· καὶ ποιητὴς ὁ ἀπόστολος εἶπε νόμου· καὶ τῶν ἐγκαρδίων γὰρ ἀρετῆς ἢ κακίας, ποιητὰ καθίστασθαι ὡς εἶπεν ὁ θεός· ἔμεινα τοῦ ποιῆσαι κρίσιν· ἐποίησε δὲ ἀνομίαν; ἔστιν ἀληθῶς ἀκούοντα ταῦτα, μηθὲν ἄτοπον τοῦ θείου λογίου λέγοντος· εὖ ἐὰν γραφῇ ὁ ἀσεβὴς, ἀφανίζεται· μὴ ἔχοντες μηδὲ εἰς τοῦτο προφάσιν πρὸ διονυσίου· φανερῶς μὲν γὰρ διδάσκει μὴ εἶναι ποίημα μὴ ὂν τὸν υἱόν· αἰτιᾶται δὲ κεκρατῶς λαβόλλοντας αὐτὸν, ὡς ἐποίησε ποιητὴν τὸν θεὸν, ὅτι μὴ σωπῶσιν ἐπὶ τῷ αὐτὸν πρότερον πατέρα τὸν θεὸν· ἐν ᾧ καὶ ὁ υἱὸς προσηγορεύθαι. τοῦτο δὲ λέγων, δείκνυσι μὴ εἶναι τῶν ποιημάτων τὸν υἱόν· μὴ δὲ ποιητὴν, ἀλλὰ πατέρα τοῦ ἰδίου λόγου, τὸν θεὸν εἶναι· καὶ ἐπειδὴ ἀσυνειδήτως τινὲς ἐπήγαγον αὐτῷ ὅτι ποιητὴν εἶπε τὸν θεὸν τοῦ χριστοῦ, λαβὼν πάλιν ποικίλως ἀπολογούμενος, φησὶν μηδ' οὕτως ὑπολήψιμον εἶναι τὸν λόγον· ἀφηκέναι γὰρ ποιητὴν φησὶ λαβὼν καὶ ἀπελαύνειν γνησίαν οὖσαν αὐτῷ ὁ λόγος· εἰ δὲ καὶ περὶ τοῦ λόγου τις ὑπονοήσοι τοῦτο λελέχθαι, καὶ οὕτως ἔστεσεν αὐτοὺς ἀφιλονείκως ἀκοῦσαι· ὡς γὰρ οὐ ποίημα φρονῶ τὸν λόγον, καὶ οὐ ποιητὴν, ἀλλὰ πατέρα τὸν θεὸν αὐτοῦ λέγω· κἂν ἐξ ὑπιδρομῆς εἴπω ποιητὴν τὸν θεὸν διηγούμενος περὶ τοῦ υἱοῦ, ἀλλὰ καὶ οὕτως ἀπολογήσασθαι δυνατόν· ποιητὰς γὰρ τῶν ἰδίων λόγων ἕλληνες μὲν οἱ σοφοί, φασι, καὶ πατέρας ἑαυτοὺς τῶν ἰδίων λόγων ὄντας· ἡ δὲ θεία γραφὴ καὶ τῶν ἀπὸ καρδίας κινημάτων, ποιητὰς ἡμᾶς ἀποφαίνει· ποιητὰς νόμου καὶ κρίσεως καὶ δικαιοσύνης λέγουσα· ὥστε παντοχόθεν τὸν μὲν υἱὸν, μὴ εἶναι κτίσμα μὴ δὲ ποίημα· ἑαυτὴν δὲ ἀλλότριον τῆς ἀρειανῆς κακοδοξίας ὑπιδείκνυσι. μὴ γὰρ δὴ ἦς ἀρειανὸς· μὴ δὲ ἐν τούτῳ ὑπονοείτω κατ' αὐτὸν ὡς οὕτω λέγοντος· σώζεται ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ· ὡς τὰ μὲν ὀνόματα, συνῆφθαι ἀλλήλοις· τὰ δὲ πράγματα, πολὺ εἶναι ἀλλήλων διεζεῦχθαι· καὶ μὴ ἀεὶ μὲν σώζεσθαι τὸν υἱὸν τῷ πατρί· ἀφ' οὗ δὲ γέγονεν ὁ υἱὸς ἐξ ἐκείνου καὶ πατέρα τὸν θεὸν εἰρῆσθαι· καὶ λοιπὸν αὐτὸ σώζεσθαι, ὥσπερ καὶ ἐπ' ἀνθρώπων τοῦτο γίνεται· ἀλλ' ἐνθυμείσθω καὶ μνημονεύετω τῶν προειρημένων, καὶ ὄψεται διονυσίου τὴν πίστιν ὀρθὴν· λέγων γὰρ οὐ γὰρ ἦν ὅτε ὁ θεὸς οὐκ ἦν πατήρ· καὶ πάλιν ὁ δὲ γε θεὸς αἰώνιόν ἐστι φῶς· οὔτε ἀρξάμενον, οὔτε λῆξόν ποτε· οὐκ οἶδ' αἰώνιον προσκεῖται· καὶ σώζεσθαι αὐτῷ τὸ ἀπαύγασμα ἄναρχον ἐπαγόμενον αὐτῷ, ἐχρῆν μηδεία τὸ σωζόλον ὑπονοεῖν ἵνα τι αὐτὸ κατ' αὐτοῦ· καὶ τὰ παραδείγματα δὲ τῆς πηγῆς καὶ τοῦ ποταμοῦ καὶ τῆς ῥίζης· καὶ τοῦ βλαστοῦ· καὶ τοῦ πνεύματος καὶ τοῦ ἀτμοῦ καταχώσει τοὺς χριστομάχους·

τοὺς ἀνα-

ταναντία θρυλοῦντας κατ' αὐτοῦ· ἐπειδὴ ἦ πρὸς
πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ κακοῖς ἄρειος καὶ τοῦτο συμπέφο-
ρηκεν ἑαυτῷ ῥημάτιον ὡς ἐκ κῆπείας· καὶ πρόσ-
θησιν· ὡς ἄρα ὁ λόγος οὐκ ἔστιν ἴδιος τοῦ πατρός·
ἀλλ' ἄλλος μέν ἐστιν ὁ ἐν τῷ θεῷ λόγος· ἴστω
δὲ ὁ κύριος ξένος μὲν καὶ ἀλλότριος ἐστι τῆς
τοῦ πατρὸς οὐσίας· κατ' ὄνησιν δὲ μόνον λέγε-
ται λόγος. καὶ οὐκ ἔστι μὲν κατὰ φύσιν καὶ ἀλη-
θινὸς τοῦ θεοῦ υἱός· κατὰ θέσιν δὲ λέγεται καὶ οὗ-
τος υἱός, ὡς κτίσμα· καὶ παιδεύτας λέγων, αὐχεῖ A
πρὸς τοῖς ἀγνοοῦσιν· ὡς καὶ ἐν τούτοις ἔχων ὁμόδο-
ξον τὸ δυνούσιον· ὅρα καὶ τίνι πρέπει τούτων πίστιν τοῦ
δυνουσίου· καὶ πῶς μάχεται τοῖς τοιούτοις δρείοις
κακονοίαις· γεγράφει γὰρ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ βι-
βλίῳ, ἔτως. πρόειρηται μὲν οὖν ὅτι πηγὴ τῶν ἀ-
γαθῶν ἁπάντων ἐστὶν ὁ θεός· ποταμὸς δὲ ὥσ' αὐτοῦ
πρεχόμενος, ὁ υἱὸς ἀναγέγραπται· ἀποῤῥοια
γὰρ νοῦ λόγος· καὶ ὡς ἐπ' ἀνθρώπων εἰπεῖν·
ἀπὸ καρδίας διὰ στόματος ἐξοχετεύεται· ἕτε-
ρος γινόμενος τοῦ ἐν καρδίᾳ λόγος, ὁ διὰ γλώσ-
σης νοὺς πρόπηδῶν· ὁ μὲν γὰρ ἔμεινε πρόσπεμ-
ψας· καὶ ἔστιν οἷος ἦν· ὁ δὲ ἐξέπτη προπεμφθείς, B
καὶ φέρεται παντοχῆ. ἦ ἔτως ἐστὶν ἑκάτερος ἐν
ἑκατέρῳ· ἕτερος ὢν πατὴρ καὶ ἕν εἰσιν, ὄντες δύο·
ἔτω δὲ καὶ ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱός, ἕν· καὶ ἐν ἀλλήλοις
ἐλέχθησαν εἶναι· ἐν δὲ τῷ βιβλίῳ, ἔτως λέγει· ὡς
γὰρ ὁ ἡμέτερος νοὺς ἐρεύγεται μὲν ἀφ' ἑαυτοῦ
τὸν λόγον ὡς εἶπεν ὁ προφήτης· ἐξηρεύξατο ἡ
καρδία μου λόγον ἀγαθόν· καὶ ἔστι μὲν ἑκάτε-
ρος, ἕτερος πατήρ· ἴδιον καὶ τὸ λοιπὸν κεχω-
ρισμένον εἰληχὼς τόπον· ὁ μὲν ἐν τῇ καρδίᾳ· ὁ C
δὲ ἀπὸ τῆς γλώττης καὶ τοῦ στόματος οἰκῶν τε καὶ κι-
νούμενος· οὐ μὴν διῄρηκασιν· οὐδὲ καθάπαξ
ἀλλήλων χέρονται· οὐδέ ἐστιν οὔτε ὁ νοῦς ἄλο-
γος· οὔτε αὖους ὁ λόγος· ἀλλ' ὅγε νοῦς ποιεῖ
τὸν λόγον ἐν αὐτῷ φανείς· καὶ ὁ λόγος δείκνυσι
τὸν νοῦν ἐν αὐτῷ γινόμενος· καὶ ὁ μὲν νοὺς ἐστιν,
οἷον λόγος ἐγκείμενος· ὁ δὲ λόγος νοῦς πρόπη-
δῶν· καὶ μεθίσταται μὲν ὁ νοῦς, εἰς τὸν λό-
γον· ὁ δὲ λόγος τὸν νοῦν εἰς τοὺς ἀκροατὰς D
ἐγκυκλεῖ· καὶ οὕτως ὁ νοῦς διὰ τοῦ λόγου,
τῆς τῶν ἀκουόντων ψυχῆς ἐνιδρύεται σωμα-
τικῶν τῷ λόγῳ· καὶ ἔστιν οἷον ὁ μὲν πατὴρ, ὁ νοῦς
τοῦ λόγου ὢν ἐφ' ἑαυτῷ· ὁ δὲ καθάπερ υἱός, ὁ
λόγος, τοῦ νοῦ· πρὸ ἐκείνου μὲν, ἀδιάτον·
ἀλλ' οὐδὲ ἔξωθέν πωθεν σὺν ἐκείνῳ γινόμενος·
βλαστήσας ἦ ἀπ' αὐτοῦ. οὕτως ὁ πατὴρ μέγας
καὶ καθόλου νοῦς, πρῶτον τὸν υἱὸν λόγον ἐρμηνέα
ἄγγελον ἑαυτῷ ἔχει· τούτων ἢ οὐκ ἤκουσε ποτε ἄρει-
ος, ἢ ἀκούσας οὐκ ἐνόησεν ὁ ἀμαθής. οὐκ ἂν
γὰρ, εἴπερ ἰῶν νοήσας, καλεψεύδετο τοσοῦτον κῆ ἐ-
πισκόπτε· ἀλλὰ πάντως κῆ αὐτὸν ὡς ἡμᾶς ἐλοιδό-
ρει διὰ τὸ πρὸς τὴν ἀλήθειαν μῖσος. χριστομάχος
γὰρ ὢν, ἐκ οἰκείας καὶ τοὺς τὰ χριστοῦ φρονοῦντας διώ-
κειν· ὡς αὐτὸς ὁ κύριος προείρηκεν· εἰ ἐμὲ ἐδίω-
ξαν, καὶ ὑμᾶς διώξουσιν· ἢ εἰ νομίζουσιν οἱ
πρῶται τῆς ἀσεβείας ὁμόφρονα τὸν διονύσιον,
ἑαυτοῖς

contrarios de illo rumusculos spargentes. Quandoquidem autem ad cætera mala sua, & hanc quoque sententiolã Arius veluti ex sterquilinio depromptam adiecit, Verbum non esse Patri suum ac proprium, sed alterum esse Verbum in Deo: hunc autem Dominum nostrum alienum esse à Patris substantia, imaginariumque Verbum dici, neque esse naturaliter verum filium Dei, sed adoptione hoc nomen obtinuisse, vtpote creaturam: Atque interim quum hæc dicat, iactat, venditatque se apud ignaros, quasi in hac sententia Dionysiũ suffragatorem habeat. Sed tu mihi vide quàm in hac parte syncera sit Dionysij fides, & quomodo cum tam prauis Arij opinionibus dimicet, idque in primo volumine, vbi scribit, Dictum est superius fontem omnium bonorum Deum esse, fluuiumque, quem inde exundantem reperimus in scripturis, filium esse. Si quidem Verbum promanationem mentis nominari conuenit, idemque vt quasi de hominibus loquamur, ex corde per os effunditur, diuersaque iam inde mens ea est, quæ ita per linguã prosilit, ab ea ratione siue verbo quod in corde est. Hoc enim post alterius emissionem remanet, & est, quale antea erat: illud autem in omnem partem fertur, atque ita, quanquam alterum ab altero diuersum est, vtrumque tamen in altero subsistit, & quũ duo sint, vnum tamen habenda sunt: Eodem modo Pater & Filius vnum sunt, & in se inuicem dicuntur esse. In secundo autem volumine ita dicit, Nostra enim mens eructat ex se Verbum quẽadmodum loquutus est Propheta, *Eructauit cor meum verbum bonum*, & vtrumque alterum ab altero suum proprium & distinctum locum possidet, quum hoc in corde, illud in lingua & ore commoretur, & motum suum habeat, sed non tamen vt distent, ac se inuicem careant, neque est mens irrationalis, hoc est, sine verbo & sine ratione, neque Verbum amẽs, hoc est, sine mente, sed mens Verbum facit, & in verbo apparet, & verbum mentem, quæ in ipso consistit, declarat, & mens est, quasi verbum quietum: verbum vero, quasi mens prosiliens, & transit mens in verbum, verbũ autẽ mentem in auditores insinuat, atque ita mens in auditorum animis collocatur, vnà cum verbo intrans, estq; mens, quia per se existit, verbi Pater, verbũ autem veluti filius mentis: quod, vt ante mentem extiterit, impossibile est, ita nequaquam sine ea, sed vnà cum ea extitit, & ab illa progerminatum est. Eodem quoq; modo Pater maximus, & in solidũ mẽs filiũ suum Verbum, interpretem & nuncium sui habet. Hęc vel nunquam audiuit Arius, vel si audiuit, non intellexit homo insciti: nam si ea intellexisset, non tot falsa de homine Episcopo finxisset, neque illum, vti & nos solet, conuitiis veritatis odio insectatus fuisset. Verùm quia Christi perduellis est, nusquam segnis est, aduersus eos, qui quæ Christi sunt, sapiunt, persequẽdos. Id. n. prędictũ est à Saluatore, *Sime persequuti sunt, & vos persequẽtur*. Aut igitur agnoscant eũ pro aduersario principes istius impietatis, aut si sibi suffragatorẽ Dionysiũ velint, scribant

ſcribant eadem, quæ ille ſcripſit, confiteantur eadem quæ ille confeſſus eſt, faciantque mentionem de vite & Agricola, de naue & nauis fabricatore, profiteanturq; eadem, quę iſte profeſſus eſt in defendenda conſubſtantialitate, & in aſſerenda filij natura, quem ex patris ſubſtãtia genitum, æternumque eſſe docuit, quum mentis & verbi, fontis & fluuij comparationẽ induceret, quo ſaltem ex ipſa verborũ diuerſitate intelligant, illa ab eo per œconomiã, & pro ratione temporis ſcripta eſſe, iſta autem, prout vſus ſacroſanctæ fidei exigebat, pronũciaſſe, iiſque perlectis, tollant ea quæ contra ipſum ſenſere. Quid enim habet Dionyſij fides, quod vel ex tantillo finitimum ſit Arij malis, quum Arius Dominum imaginarium, Dionyſius contra, verum & naturale Dei Verbum eſſe pronunciet: ille verbum alienet à patre, iſte autem indiuiſibilem & proprium eum ſubſtantiæ, Patris eſſe doceat, idque eadem rtione, qua Verbum ex mentis ſubſtantia, fluuiuſque è fonte promanat? Qui igitur Verbum à mente diuidere & alienare, fluuium à fonte dirimere ac fluuium alterius ſubſtantiæ eſſe quàm fontem & alienas inter ſe vtriusque aquas dicere auſit, & diſtrahere ſplendorem à luce, quaſi alienæ naturæ & non ex luce prodeuntem, iungat ille quiſquis eſt ſuas furias cũ Ario, quum ne ſenſum quidem communem habere videatur. Quòd ſi hæc indiuiſibilia eſſe natura agnoſcit, quodq; ab ipſis naſcitur ipſorum eſſe proprium, ne quæ Arij ſunt ſentiat, aut Dionyſium calumnietur, ſed potius in eo admiretur, & dictionis claritatem & fidei rectitudinem. Porro aduerſus illam Arij inſaniã, qua dicit aliud eſſe in Dei Verbũ, aliud de quo locutus eſt Ioannes Euangeliſta, dum diceret, *In principio erat Verbum*, & aliam ſapientiam eſſe, quæ eſt in Deo, & aliam de qua Apoſtolus mentionem facit ſub his vocibus, *Chriſtus Dei Virtus, & Dei Sapientia*: iterum prodeat in certamen Dionyſius, & redarguat iſtiuſmodi prauam opinionem, ac vide quid denuo de iſtis opinionibus in ſecundo ſuo volumine ſcribat, *In principio*, inquit, *erat Verbum*, ſed non erat aliud Verbum quod hoc Verbũ proferret: erat enim Verbum apud Deum: ſapientia eſt dominus, non tamen alia ſapientia erat, quæ hanc ſapiẽtiam produceret, *Ego*, inquit, *eram in qua oblectabatur*. Veritas eſt Chriſtus. Benedictus autem, vt in ſcripturis habetur, Deus veritatis, quibus dictis Sabellium cum Ario ſubuertit, & vtramque hæreſim æqualem inter ſe impietate oſtẽdit. Non enim verbum eſt Verbi pater: nec opus eſt Patris, quod ex Patre eſt, ſed ipſius fœtus. Rurſum non eſt pater Verbum quod procedit, neq; aliquod ex multis eſt iſtud Verbum, ſed vnicum & ſolũ Patris ſui filius verus & natura genuinus, qui erat in illo, & in æternum, & indiuiſibiliter ex eo eſt: Ita Sapientia & veritas eſt dominus, neque eſt ſecundus ab altera ſapientia, ſed ſolus ipſe eſt, per quẽ omnia fecit pater, & in eo multiplices rerum ſubſtantias cõdidit, & per eum innoteſcit, quibus vult,

A

B

C

D

E

ἑαυτῆς εἶναι, γεγράφασιν ταῦτα καὶ ὁμολογείτωσαν· γεγράφασιν τὸν ἄμπελον καὶ τὸν γεωργόν· τὸ σκάφος καὶ τὸν ναυπηγόν· καὶ ἅμα ὁμολογείτωσαν ἅπερ εἶπεν ἀπολογούμενος τὸ ὁμοούσιον· καὶ τὸν ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τὸν υἱόν· καὶ τὸ ἀΐδιον· καὶ τὸν νοῦν πρὸς τὸν λόγον· τὴν πηγὴν καὶ τὸν ποταμόν· καὶ τὰ ἄλλα· ἵνα κἂν ἐκ τῆς διαφορᾶς γνῶσιν πῶς ἐκεῖνα μὲν κατ' οἰκονομίαν, ταῦτα δὲ, ὡς τῆς ἀσεβοῦς πίστεως βούλεται λόγος, εἴρηκε· καὶ λοιπὸν ταῦτα λέγοντες ἀναιρῶσιν, ἅπερ κατ' αὐτῶν τούτων ἐφρόνησαν· τί γὰρ κἂν ἐγγὺς ἔχει τῶν ἀρείου κακῶν, ἡ διονυσίου πίστις; οὐχ ὁ μὲν Ἄρειος κατ' ὄπτασίαν λέγει τὸν λόγον· ὁ δὲ διονύσιος ἀληθινὸν καὶ φύσει λόγον τοῦ θεοῦ; καὶ ὁ μὲν, ἀποξενοῖ τὸν λόγον ἀπὸ τοῦ πατρός· ὁ δὲ ἴδιον καὶ ἀδιαίρετον τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας αὐτὸν εἶναι διδάσκει· ὡς ἔστιν ὁ λόγος πρὸς τὸν νοῦν, καὶ ποταμὸς πρὸς τὴν πηγήν; εἰ μὲν οὖν διαιρεῖν καὶ ἀποξενοῦν τὸν λόγον καὶ τὸν νοῦν πῆς δύναται, ἢ τὸν ποταμὸν καὶ τὴν πηγὴν μερίσαι· καὶ τειχίσας διελεῖν· ἢ τὸν ποταμὸν ἐπιρρύσιον εἶπεῖν πρὸς τὴν πηγήν· καὶ ξένον τὸ ὕδωρ δεῖξαι, ἢ τὸ ἀπαύγασμα ἅμα διελεῖν ἀπὸ τοῦ φωτός· μαινέσθω μετὰ ἀρείου. ὁ γὰρ πιστὸς μὴ δὲ νοῦν ἀνθρώπινον ἔχων φαίνηται· εἰ δὲ ἀδιαίρετα ταῦτα οἶδεν ἡ φύσις, καὶ τὸ τούτων γέννημα ἴδιον· μήτε τὰ ἀρείου τις ἔτι λοιπὸν φρονείτω, μήτε διονύσιον διαβαλλέτω· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐκ τούτου αὐτοῦ θαυμαζέτω, τήν τε τοῦ λόγου λαμπρότητα, καὶ τὴν τῆς πίστεως ὀρθότητα· ὅτι γὰρ πρὸς τὴν μανίαν ἀρείου λέγεντος ἄλλον εἶναι τὸν ἐν τῷ θεῷ λόγον. ἄλλον δὲ πρὸς οὗ φησιν ὁ ἰωάννης ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος· καὶ ἄλλον μὲν ἰδίαν σοφίαν εἶναι ἐν τῷ θεῷ· ἄλλον δὲ πρὸς ἣν φησιν ὁ ἀπόστολος· χριστὸν θεοῦ δύναμιν καὶ θεοῦ σοφία· πάλιν ὁ διονύσιος αἰσθάνεται καὶ διαβάλλει τὴν τοιαύτην κακοδοξίαν, ὅρα πάλιν πῶς ἐν τῷ δευτέρῳ γράφει περὶ τούτων, ἅτως· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος· ἀλλ' οὐκ ἦν λόγος ὁ τὸν λόγον τεκνούμενος. ἦν γὰρ ὁ λόγος πρὸς τὸν θεόν· σοφία γεγέννηται ὁ κύριος· οὐκ ἦν οὖν σοφία ὁ τὴν σοφίαν αἰείς· ἐγὼ γάρ ἤμην φησὶν ἡ προσέχαιρεν· ἀληθής ἐστιν ὁ χριστός· εὐλογητὸς δὲ φησιν ὁ θεὸς τῆς ἀληθείας· ἐνταῦθα καὶ σαβέλλιον καὶ ἄρειον αἱαιρέπει· καὶ ἀμφοτέρας τὰς αἱρέσεις, ἴσας ἐν ἀσεβείᾳ δείκνυσιν· οὔτε γὰρ λόγος ἐστὶν ὁ τοῦ λόγου πατήρ· οὔτε ποίημά ἐστι τὸ ἐκ τοῦ πατρός· ἀλλὰ ἴδιον τῆς οὐσίας αὐτοῦ γέννημα· πάλιν τὸ οὐκ ἔστι πατὴρ, ὁ προελθὼν λόγος· οὐδὲ πάλιν ἐκ πολλῶν εἷς ἐστιν οὗτος λόγος· ἀλλὰ μόνος ἐστὶ τοῦ πατρὸς υἱός· ἀληθινὸς καὶ φύσει γνήσιος· ὁ καὶ ἰδίως ὢν ἐν αὐτῷ· καὶ ἀϊδίως καὶ ἀδιαιρέτως ὢν ἐξ αὐτοῦ· οὕτω καὶ σοφία καὶ ἀλήθεια ἐστιν ὁ κύριος· καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλης σοφίας δεύτερος· ἀλλὰ μόνος οὗτός ἐστιν· δι' οὗ τὰ πάντα πεποίηκεν ὁ πατήρ, καὶ ἐν αὐτῷ συνεστήσατο τῶν γενητῶν τὰς ποικίλας οὐσίας, δι' αὐτοῦ τε γνωρίζεται οἷς ἂν ἐθέλῃ· καὶ ἐν

καὶ ἐν αὐτῷ τῷ τῶν πάντων ποιότητα καὶ ἐργάζεται· μόνον γὰρ τοῦτον εἶδε τὸν θεῖον λόγον καὶ διονύσιος· αὕτη τοῦ διονυσίου ἡ πίστις· ὀλίγα γὰρ ἐκ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ, συναγαγὼν ἔγραψα· δυνάμενα πρὸς ἀρχήν, σὺ μὲν ἀφορμὴν εἰς τὸ πλείονα προσθῆναι· τοῖς δ' ἀρειανοῖς, μείζω αἰσχύνην, πρὸς τὸν τοῦ ἐπισκόπου συκοφαντίαν· ἐν πᾶσι γὰρ καθ' ἕκαστον δι' ὧν ἔγραψε ἢ ἔλεγξεν αὐτῶν τὴν κακοφροσύνην· καὶ τὴν αἵρεσιν αὐτῶν ἐσηλίτευσεν· ὅθεν οὖν ἀπὸ τούτων δείκνυται καὶ ἡ πρὸς ἀφρόνοα καὶ ἀμμώνιον ἐπιστολή, ἀλλοτρία ἄλλη· κατ' οἰκονομίαν γεγραῦσα πρὸς αὐτόν· τοῦτο γὰρ καὶ ἡ ἀπολογία αὐτοῦ δείκνυσι· καὶ ἔστιν ἀληθῶς τύπος οὗτος πατρὸς πρὸς αἱρετικὸν τὸν σαβελλίου μανίας· ὥστε τὸ βουλόμενον ταχέως διελέγχειν τοιούτους, μὴ ἀπὸ τῶν σημαινόντων τὸν θεότητα τοῦ λόγου, πειθέσθαι τῷ ἀκριβεῖ ὅτι λόγος καὶ σοφία καὶ δύναμίς ἐστιν ὁ υἱός· καὶ ὅτι ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· ἵνα μὴ τὰ καλῶς εἰρημένα παρεξηγούμενοι ἐκεῖνοι, πρὸς φασιν τὴν αἱρετικὴν φιλονεικίας ἑαυτῶν, τὰ τοιαῦτα περίσωσιν· ἀκούοντες ὅτι ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· καὶ ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα· ἀλλὰ τὰ ἀνθρωπίνως εἰρημένα πρὸς τὸ σωτῆριον πρόβλημα· ὥσπερ αὐτὸς πεποίηκεν· οἷα ἐστὶ· τὸ πάσχειν· τὸ κοπιᾶν· καὶ ὅτι ἄμπελός καὶ ἤυχετο καὶ πόνου θεν· ἐσῶ γὰρ ταῦτα παπεινὰ λέγεται, τοσούτῳ δείκνυται μὴ ὁ πατὴρ γινόμενος ἄνθρωπος· ἀνάγκη γὰρ καὶ ἄμπελον λεγομένου τοῦ κυρίου, εἶναι καὶ γεωργόν· καὶ δεχομένου αὐτοῦ, εἶναι τὸν ἐπιτακτόν· καὶ αὐτοῦ αὐτόν, εἶναι τὸν διδόντα· τὰ δὲ τοιαῦτα, μᾶλλον ἐκκαλύπτει τὴν τῶν σαβελλιανῶν μανίαν δείκνυσιν· ὅτι ἕτερος ὁ δεχόμενος· ἕτερος ὁ ἐπιτακτός· καὶ ἄλλως ἡ ἄμπελος· καὶ ἄλλος ὁ γεωργός· ὅταν γὰρ ὡς ἀποξενοῦται τὸν υἱὸν ἀπὸ τοῦ πατρὸς λέγεται ῥητά· ταῦτα μὲν τὴν σάρκα, δι' ἡμᾶς ἐφόρεσε, λέγεται περὶ αὐτοῦ· ξένα γὰρ τὰ γενητὰ, καὶ φύσιν ἐστὶ τοῦ θεοῦ μὲν ἐπειδὴ τῆς σαρκὸς γενητῆς οὔσης γέγονεν ὡς ἰωάννης φησὶν ὁ λόγος σὰρξ, καί τοι κατὰ φύσιν ἴδιος καὶ ἀληθινὸς ὢν τοῦ πατρὸς, ἡμῶν δὲ αὐτὸν, λέγεται καὶ ὁ πατὴρ μακρὰν ἀπ' αὐτοῦ· τὰ γὰρ σαρκὸς ἴδια, αὐτὸς ἀνέχεται περὶ αὐτοῦ λέγεσθαι· ἵνα δειχθῇ ὅτι οὐκ ἄλλο· ἀλλ' αὐτοῦ ἰδίου τὸ σῶμα· τοιαύτης δὲ τῆς διανοίας οὔσης, ταχύτερον ἐλεγχθήσεται σαβέλλιος· ὅτι μὴ ἔστιν ὁ πατὴρ ὁ γενόμενος σὰρξ, ἀλλ' ὁ τούτου λόγος· ὁ καὶ παθὼν καὶ λυτρούμενος καὶ προσάγων τῷ πατρί· οὕτω δὲ διελέγξας καὶ πείσας λοιπὸν καὶ περὶ τῆς τοῦ λόγου θεότητος· ἑτοιμότερον διδάξει· ὅτι ὁ λόγος καὶ σοφία· υἱὸς καὶ δύναμις· ἀπαύγασμα καὶ χαρακτήρ· ἀνάγκη γὰρ καὶ ταῦτα πάλιν νοεῖν· ὅτι τοῦ λόγου ὄντος, εἶναι δεῖ καὶ τὸν πατέρα τοῦ λόγου· καὶ σοφίας οὔσης, εἶναι καὶ τὸν τούτης γένεα· καὶ ἀπαυγάσματος ὄντος, εἶναι καὶ τὸ φῶς· καὶ οὕτως εἶναι τὸν υἱὸν καὶ τὸν πατέρα ἕν· ταῦτα διονύσιος ἐσοφῶς ἔγραψε· καὶ ἐν ἐκείνοις μὲν σαβέλλιον ἐφίμωσεν· ἐν τούτοις δὲ τὸν ἀρειανὸν αἵρεσιν κατέσρεψε· καὶ γὰρ, ὥσπερ ἀναγκαῖον σαβέλλιον τὸν ἀνθρώπινα τοῦ σωτῆρος·

& in eo omnium rerum curam prouidentiamque & agit, & exercet. Hoc vnicum Verbum Dei agnoscebat Dionysius, eaq; Dionysij fides fuit. Pauca nimirũ, ex epistolis illius in vnum collata conscripsi, tibi quidem, vt haberes occasionem plura addendi, Arianis vero ad confusionem eius calumniæ, quam aduersus Episcopum instituerunt. Vbique enim in genere & seorsum in singulis scriptis stoliditatem eorum redarguit, & hæresim traducit. Quapropter Epistolam ad Euphranorem & Ammonium satis apparet, alia mente, & pro ratione negocij ab eo scriptam esse. Nam id eius Apologia præ se fert, & est reuera bona persuadendi forma, ad subruendum Sabellij furorem, vt qui velint quàm citissime conuincere istiusmodi homines, non initium faciant, ab iis quæ demonstrant Verbi diuinitatem nimirũ Verbum Sapientiam, & potentiam, & filium esse: Patremque cum eo vnum esse, ne illi recte dicta prauè interpretantes, inde sibi occasionem suppeditent improbe suæ contentionis quum audiant, *Ego & Pater vnum sumus*: &, *Qui videt me, videt & Patrem meũ*. Sed præmittãt ea, quæ de saluatore humanitus dicta sunt, quemadmodum Dionysius fecit, quale est, quòd esurierit, quòd delassatus fuerit, quòd vitis sit, & precatus sit, & passus: quanto enim ista humiliora sunt dictu, tanto magis ostenditur Patrem hominem non esse factum. Necessum enim, quũ dominus vitis appelletur, esse vinitorem: & quum precetur, esse qui donet. Hæc enim longe liquidius Sabellianorum furorem probant; quod alius sit qui precetur, alius qui audiat: alius vitis, alius agricola. Quæcunque enim verba filium alienum à Patre ostendunt, ea de illo ob carnem, quam propter nos gestauit, dicta fuere. Creaturæ enim alienæ peregrinæque sunt à natura Dei. Ideo enim quia caro ex genere eorum est, quæ facta sint: *Caro*, vt inquit Ioannes, *factus est*. Et quanquam pro ratione naturæ suæ proprius erat filius sui patris, & ab eo indiuisus, tamen ob carnem Pater ab eo lõginquus esse dicitur. Quæ enim carnis propria sunt, ipse sustinet de se dici, vt declaretur hoc corpus non alterius, sed suum ipsius esse. Iam quum hic istiusmodi sit intellectus, citius refutabitur Sabellius, non patrem, sed Patris Verbum carnem esse factum, quod & carnem redemit, quam patri obtulit. Deinde quum eum ita refutauerit, & persuaserit expeditius in posterũ de deitate Verbi demonstrationes faciet, eum Sapientiam, Filium & potentiam, Splendorem & sigillum esse. Nam necesse est vt hæc denuo cogites, quum Verbum sit, esse quoque eius Verbi Patrem: & quum Sapiẽtia sit, esse istius Sapientiæ parentem: & splendor quum sit, esse & lucem, atque ita patrem & filiũ vnum esse. Cum hac igitur consideratione Dionysius scripsit, & per illa Sabellij os obturauit, iisdemq; Arii hæresim euertit. Quemadmodũ n. humana Saluatoris Sabelliũ euertũt,

ita ad refutandos Ariomanitas documenta, non ex humanis, sed ex illis, qui verbi Deitatem declarant, mutuanda sunt: ne illi per ea quæ de Christo ob corpus referuntur, praue interpretantes, existiment tale esse Verbum Dei quales nos homines sumus, ac iam inde in suo furore permaneant, qui si doceantur de diuinitate Verbi, suummetipsi errorem improbabunt: faciliusq; vbi didicerint Verbum carnem esse factum, discriminabunt, tum quæ humana sunt, tum quę eius diuinitati congruunt. Quum igitur res ita se habeat, Dionysiusque ex suis scriptis pius & religiosus appareat, quid iam in posterum tentabunt facere Ariomanitæ, cuive hic conuicti mendacia sua allinent? fieri enim nequit, quin lapsi è fundamento Apostolorum ac proinde hallucinantes, caduca, nutantique mente rixas quærant, iisque non inuentis, mendacia de patrib. spargant. Sed nemo illis credet, etiam si summa vi calumniétur: ab omnibus enim improba scelerataq; eorum hæresis habetur, nec est, quem suffragatorem allegent, nisi diabolum, qui solus illis residuus esse possit adstipulator, vel potius pius hæreseos suppeditator. Quis igitur istos, quorum dux est diabolus, Christianos, ac non potius diabolicos putet, vt iam deinceps non Christo perduelles, sed etiam diabolici appellentur, nisi se immutent, & impietatem quam commenti sunt, abnegent, & veritatem agnoscant, quod & illis vtile fuerit, & nobis de eorum pro omnibus errantibus exoptare.

ἔτω γὰρ πρὸς τὰς αἱρεσομαιΐτας ἐκ δὲ τῶν ἀνθρωπίνων· ἀλλ' ἀπὸ τῶν σημαινόντων τὴν θεότητα τοῦ λόγου, ποιᾶσθαι χρὴ τὰς καθ' αὐτῶν ἐλέγχους· ἵνα μὴ ᾖ ὅτι τὰ διὰ τὸ σῶμα λεχθέντα περὶ τοῦ κυρίου παρεξηγούμενοι, νομίσωσι πιστὸν εἶναι τὸν λόγον, οἷοι ἐσμὲν ἡμεῖς οἱ ἄνθρωποι· καὶ λοιπὸν ὑπομένωσι τὴν ἑαυτῶν μανίαν· ἂν δὲ μάθωσιν ὅτι περὶ τὴν θεότητος, καταγνώσονται μὲν τὴν ἑαυτῶν κακνοίας· ὄκνηλότερον δὲ μαθόντες ὅτι ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἀφέμενοι λοιπὸν καὶ ὅτι τὰ ἀνθρώπινα καὶ τὰ τῆ θεότητι ἁρμόζοντα· τούτων δ' ὅτας ἐχόντων, καὶ Διονυσίου δὲ ὑπισχνουμένου ἐξ ὧν ἔγραψεν εὐσεβῆς τι ποιήσουσι λοιπὸν οἱ ἀρξόμενοι· τίνος ἄρα πάλιν ἐλεγχθέντες ἀπὸ τούτων καλαφθήσονται; ἀνάγκη γὰρ αὐτοὺς ἐκπεσόντας ἀπὸ τοῦ θεμελίου τῶν ἀποστόλων, καὶ σαλεύοντας ἔχοντας τὸν διάνοιαν, ζητεῖν ἔρισμα, καὶ μὴ εὑρίσκοντας, καταψηφίσασθαι λοιπὸν τῶν πατέρων· ἀλλ' οὐδεὶς αὐτοῖς ἔτι πιστεύσει· κἂν βιάσωνται συνιστάνειν· καταγνώσθη γὰρ ἡ αἵρεσις ἤδη παῖσιν· ἐὰ μὴ ἄρα περὶ τοῦ διαβόλου λοιπὸν φθέγξονται· αὐτὸς γὰρ μόνος ἐστὶν αὐτοῖς σύμφωνος· μᾶλλον δὲ αὐτός ἐστιν αὐτοῖς ὁ καὶ τὴν αἵρεσιν καταβάλλων· τίς οὖν ἔτι τούτους, ὧν ὁ διάβολός ἐστι καθηγεμών, χριστιανοὺς ὀνομάσει; καὶ μὴ μᾶλλον διαβολικοὺς; ἵνα μὴ μένοντες χριστιανοί, ἀλλὰ καὶ διαβολικοὶ καλῶνται· εἰ μὴ ἄρα μεταβάλωνται, καὶ ἦν μὲν ἐπιθήσωσιν ἀπέβειαν ἀρνήσονται, τὴν δὲ ἀληθειαν ὁμολογῶσι· τοῦτο γὰρ αὐτοὺς μὲν ὠφελεῖ· ἡμᾶς δὲ πρέπει περὶ πάντων τῶν πεπλανημένων ἔτως εὔχεσθαι.

S. Patris nostri

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI

Alexandrini

EPISTOLA CATHOLICA.

Athanasius cum suis coëpiscopis, ad omnes vbique per Aegyptum, Syriam, Phœniciam, & Arabiam fratres, fidem & Salutem amplexantes, Orthodoxos Episcopos in Domino Salutem.

QVotquot impietatē conspicitis insurgentem aduersus pietatem, nouis prorsus vocabulis, insidiosa hypocrisi, tumultibus, seditionib. atq; adeo verberibus, vulneribus, & cædibus subducere vos tanquam è tempestate in portum & conseruare debetis, non admiscentes vos impietati eorum, qui indignis modis tractant viam veramque Trinitatis deitatem, Filiumque à Patre abalienant Patremq; à Filio disiungunt,

Τῆ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

Ἀλεξανδρίας

ΚΑΘΟΛΙΚΗ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

Τοῖς κατὰ τόπον ἀδελφοῖς· ἀντιποιουμένοις πίστεως καὶ σωτηρίας καὶ τοῖς κατ' Αἴγυπτον Συρίαν, Κιλικίαν Φοινίκην Ἀραβίαν, ὀρθοδόξοις ἐπισκόποις, Ἀθανάσιος καὶ οἱ συνεπίσκοποι, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΟΣΟΙ τὴν ἀπέβειαν συνορᾶτε ἐπανισταμένην τῇ εὐσεβείᾳ ἀφ' ἁπάσης κενοφωνίας καὶ ὑποκρίσεων δολερῶν καὶ διαστάσεων καὶ ὁρίζοντων ἀπείρων· καὶ πληγῶν καὶ τραυμάτων· καὶ ὡς ἂν προσελθεῖν, καθάπερ ἀπὸ κλύδωνος καὶ σπιλους λιμένα καὶ σώζειν ἑαυτούς, ὀφείλετε μὴ τῇ ἀσεβείᾳ συμμιγνύμενοι τὴν ἀθεότητα τοῦ μιαν καὶ ἀληθῆ θεότητα τῆς ἁγίας τριάδος· καὶ ἀναλλοτρίωτον τὸν τὸν τοῦ πατρός· καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ ἁγίου χωρίζοντας, μήτε

μήτε τῆς συγχύσεσιν αὐτῶν καὶ μιαιφονίαις αἰσχυνόμενοι· ἕτω γὰρ ἡμᾶς ἑαυτοὺς βουλόμενοι σώζειν, καὶ τοὺς πειθομένους ἡμῖν. καὶ ἐκ πολλοῦ & ἤδη χρόνου, τὴν προφανῆ ἀσέβειαν τῶν Ἀρείων διελέγχομεν. καὶ τὴν ὑποκρισιν τῶν ὀπισθολάτρων ῥημάτων ὑπαγομένων τοὺς ἀφελεστέρους· χωριζόμεθα πάσης ἀταξίας αὐτῶν πενθοῦντες ἐφ' οἷς πράττουσιν, ὅτι τὸ ὄνομα τὸ ἀγαθὸν δυσφημεῖσθαι ποιοῦσι· καὶ βουλόμενοι διατηρηθῆναί πως ἐν ἡμῖν καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς, τὸν τῆς πίστεως καὶ τῆς ὑπομονῆς ἀναστροφῆς νόμον· ἐφ' ᾧ καὶ ὑμᾶς προσκαλούμεθα· ὅσοι τε ἤδη τῷ αὐτῷ ἐνεστήσασθε· καὶ ὅσοι μηδέπω πρὸς τὸ ζῆλον τοῦτον ἐξανέστητε· ἢ μηδὲ σωφρονεῖν καὶ κατανύεσθαι διὰ τὸ πίστωσιν χειρωνισμόν· καὶ ἀχήμαλι δουλείᾳ τὸ διάβολον καταπολεμοῦντα τῇ ἐκκλησίαν· καὶ ὥσπερ ναῦν κατασπαντίζοντα. εἰ γὰρ καὶ χρόφθην ἡμῖν καὶ ἀνακοινοῦσθαι περὶ τοιούτων βούλεσθε, χαίροντες δεξόμεθα τὴν ὁμοψυχίαν. καὶ σύμπνοιαν ὑμῶν ἀδελφοί· καὶ τὰς τῶν ψυχῶν κοινωνίας εἰ καὶ τῷ πόρρω διεζεύγμεν· γνωρίζοντες ὑμῖν, ὅτι εἰ καὶ πολλῷ ἤδη χρόνῳ πάντ' παραφθορᾶς ταύτης ὑπεπλάζθη, ἀλλ' οὐκ ἔστι καὶ ἐν τοῖς πλείστοις τῶν λαῶν διαμένει τὸ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἀγαθόν· καὶ ἐν τοῖς πλείστοις τῶν ὑπισχνουμένων. εἰ καὶ βίᾳ κατέχουσί τινες τὸν λαὸν, καὶ ἑτέροις ῥήμασιν ἀπατηλοῖς, καὶ ὑπικόοις πλήθουσι· τὰ μὲν δι' ὧν ἐν πόλεσιν ὑπεφανεστέραις, τὰ δὲ δι' αὐτοπείσεων δόξης· καὶ ἃ μὲν φρονοῦσιν, ἀποκρύπτουσιν· ἃ δὲ μὴ φρονοῦσιν, ὑποκρίνονται, ὡς εἰ γε μὴ τούτοις τοῖς πάθεσι πεπονημένοι εἰσὶ, καὶ μόνον ῥηθεῖσαν τὴν ἀλήθειαν ὀλίγοις ῥήμασιν, ὑπιγνώσκουσιν, ὅτι μήτε ποίημα θεοῦ θεὸς καὶ υἱὸς θεοῦ εἶναι δύναται, μήτε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ποιήμασιν ἐγκαταριθμεῖται. θεοῦ τε ὑπεφάνειαν ὑποδεξάμεθα· δι' ἣν καὶ θεοποιούμεθα καὶ θεοῦ ναοὶ καθιστάμεθα· τοῦτο γὰρ καὶ ἅπαξ βραχέως λεγόμενα, πάντα τὰ χειρωνικῶς κατάδηλα, ὡς τὴν ἐξ ἀρχῆς κηρυχθεῖσαν ἀλήθειαν σώζουσιν· ἐφ' ᾗ ἐμμένοντες, τὰς αἰωνίους ἐλπίδας ἐκδεχόμεθα· σύμβολον οὖν τῆς πίστεως ἡμῶν, ὁμολογοῦσι καὶ τριὰς θεὸς ἀληθινὸς, ἐκ μαρίας γεγονὼς ἄνθρωπος· ὁ μὴ συσταυρωθεὶς, ἀπαθὲς γὰρ τοῦτο· καὶ τὸ τῆς μεγάλης συνόδου τῆς ἐν Νικαίᾳ κεφάλαιον βούλεται, ὁμοούσιον εἶναι τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα, τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ συνδοξάζεσθαι· τὸν ἀληθινὸν τὸν υἱὸν θεοῦ σεσαρκῶσθαι πεπονθέναι, ἀνεστάναι εἰς οὐρανὸν, ἀπεληλυθέναι, ἥξειν πάλιν ζώντων καὶ νεκρῶν· οὗ ἡ δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν·

neque item admiſcentes vos tumultibus eorum, & homicidiis: ita enim à nobis, qui nos ipſos, eósque qui nobis obtemperant, ſaluos optamus, agitur. Et iam pridem manifeſtam Arij hæreſim, eorumque hypocriſim, qui fictis verbis ſimpliciores ſeducunt, refutamus, & ab eorum inſolentiis turbationibusque ſegregamur: Lugentes interim eorum facta, quibus cauſam præſtant, vt nomen bonum male audiat, atque id ſtudio habemus, vt & in nobis & noſtris ſeruetur fidei modeſtæque cõuerſationis diſciplina. Et ad ea ſtudia adhortamur, & vos quotquot iam iſtis hominibus obſiſtitis, & quotquot nondum ad hunc zelum exciti eſtis, aut nondum intellexiſtis ſolui Chriſtianiſmũ, & callide ſub alia ſpecie diabolum oppugnare Eccleſiam, & tanquam nauem in vndas deprimere. Quòd ſi nobis ſcribere, & ſuper ea re cõmunicare volueritis, libenter recipiemus veſtram concordiam, conſpirationem, & orationum conſortia: neque ei rei impedimento erit diſtantia locorum: indicamusque vobis, etſi iam longo tempore hæc peſtis incubuit, nihilominus tamen in pleriſque populis & Epiſcopis decus Apoſtolicæ fidei remanere, quanquam nonnulli vi, verbisque fallacibus populum detineant, & multi Epiſcoporum, tũ formidine illuſtrium virorum in vrbibus, tum gloriæ ambitu, ea quæ ſentiunt, diſſimulant, & quæ non ſentiunt, præ ſe ferunt. Qui ſi iſtis affectibus non terrerentur, ex paucis verbis veritatem agnoſcerent, fieri ſcilicet non poſſe, vt idem & Dei opus, & Filius Dei ſit, neque Spiritum ſanctum creaturis adnumerari debere, Deiq; aduentum non vt creaturæ aduẽtum exiſtimandum, neq; enim in ſerui aduentum credimus. Quin & deificam eſſe Spiritus gratiam approbamus, per quem fit vt dij efficiamur, & Dei templa reddamur: hæc tametſi paucis dicta cuilibet Chriſtiano ſatis manifeſta ſunt, quum ab initio prædicatam veritatem retineamus, in qua permanẽtes æternam ſpem ſuſcipimus: ſymbolum igitur, teſſeráque Fidei noſtræ eſt conſubſtantialis Trinitas, Deus verus, ex Maria genitus homo: qui autem iſtis non aſtipulatur, anathema eſto. Hæc enim ſcripta magni concilij Nicenſis volunt conſubſtantialem ſcilicet Patri Filium eſſe & Spiritum vnà cum Patre & Filio conglorificari: Deum verum filium Dei, incarnatum, paſſum eſſe, reſurrexiſſe, in cœlum aſcendiſſe, venturum eſſe iudicem viuorum & mortuorum, cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

S. Patris noſtri

ATHANASII
ARCHIEPISCOPI
Alexandrini

Refutatio contra hypocriſim Meletij, Euſebij & Pauli Samoſatenſis de conſubſtantialitate.

Τῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ
ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ
Αλεξανδρείας

Ἔλεγχος τῆς ὑποκρίσεως τ̃ περὶ Μελίτην καὶ Εὐσέβιον καὶ τ̃ σαμοσατέων τ̃ κακοδόξων, περὶ τ̃ ὁμοουσίου.

A

HOmo ad ſimilitudinem Dei factus eſt, nec tamen eſt homo, Deus: non enim quod alteri ſimile eſt, id idem eſt cum ipſo, cuius ſimilitudinē gerit. Nam ſimile eſt regnū cælorum ſagenæ & ſementi, nec tamen eſt quicquam horum Regnum cælorum. Simile item eſt regnum cælorum patrifamiliàs, qui doctus eſt in regno cælorū, ſed tamen nequaquā eſt paterfamiliàs, & alia huiuſmodi cōplura, quæ ſimilitudine cōiunguntur, vt in corporibus lupus cani ſimilis, ſed nō canis: & ſtannum argento, ſed nequaquam argentum: & æs auro, at neutiquā aurum: & coccus ſanguini, ſed nō ſanguis: & calix niui, ſed nō nix, vt quæ tantummodo talia appareant. Deo igitur non eſt ſimilis Filius, cum Deus ſit, ſed vnum cum eo, ſicut in ſcriptura proditur, Ego & Pater vnum ſumus, vbi deitatem per illud quod vnum dixit, interpretatus eſt, deitatem, inquam, non qualis eſt in deificatis, vt iſtā cum illa compares. Non enim Deus qualis homo, qui ſecundum ſimilitudinē Dei factus eſt, reſpectúque ſimilitudinis, non natura Deus nominatur: neque Filius Dei in hanc ſimilitudinem profectu virtutis euchitur, ſecundū quod de nobis dictum eſt, *Filii Dei ſumus, & ſi manifeſtatus fuerit, ſimiles illi erimus*: vbi autem ſubſtantia, ibi neq; in maius aut minus profectus eſt. Nam id quidem in homine locum habet, in Deo non habet, quū ſemper ſit idem, neq; iā minor, poſtea verò maior, vt pote Deus. Chriſtus enim haberi & hodiè, idem eſt in æternū. Qui igitur Filio adimit, ne ſit conſubſtantialis Patri, ſed ſimilem illum ſtatuit, Deum eum eſſe negat. Itidem neque, qui eum ideo conſubſtantialem vult, quod naturam ſimilem ſubſtantiæ diuinæ habeat, is aliam ſubſtantiā inducit, vt pote quæ non eadem, ſed ſimilis ſit diuinæ ſubſtantiæ: non igitur iſte, quidnam ſit natura Filius, decenter effert, quum non ſentiat eum ita conſubſtantialem Deo eſſe quemadmodum homo ex ſubſtantia humana homini ſimilis eſſe perhibetur: ſi aūt nō ita vt homo ex homine, ſecundum ſubſtantiam,

Α

ΑΝθρωπος, καθ' ὁμοίωσιν θεοῦ γέγονε· καὶ ἔστιν ὁ θεὸς ὁ ἄνθρωπος· τὸ γὰρ ὅμοιόν τινι, οὐκ ἔστιν αὐτὸ ἐκεῖνο ᾧ ὅμοιόν ἐστιν· ὡς καὶ τὸ, ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τ̃ οὐρανῶν σαγήνῃ καὶ σπέρματι, καὶ ὁμοιος ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὁ μαθητευθεὶς τῇ βασιλείᾳ τ̃ οὐρανῶν ἀλλ' οὐκ οἰκοδεσπότης ὤν· καὶ ἕτερα τοιαῦτα πολλὰ ὅμοια ἂν καὶ ἐν τοῖς σώμασι, λύκος κυνί· ἀλλ' οὐ κύων ἐστὶ· καὶ κασσίτερος ἀργύρῳ· ἀλλ' οὐκ ἄργυρος· καὶ χαλκὸς, χρυσῷ· ἀλλ' οὐ χρυσός· καὶ κόκκινον, αἵματι· ἀλλ' οὐκ αἷμα· καὶ γύψος, χιόνι· ἀλλ' οὐ χιών· καὶ ἄλλα δὲ διάφορα τοιαῦτα θεωρεῖται· θεῷ δὲ οὐκ ὅμοιος ὁ υἱὸς· θεὸς ὢν· ἀλλ' ἓν καὶ τοῦτο· ὡς γέγραπται· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· καὶ θεότητα ἡρμήνευσεν τὴν ἑνότητα, θεότητα· ἀλλ', οὐχ οἵαν τ̃ θεοπνεύστων· ἅτε δὴ αὐτὸν ἁπλῶς θεὸς αὐτὸν πρὸς ἑαυτὸν ὡς ἔχει τὸ λόγιον τ̃ κυρίου· θεὸς γάρ ἐστιν· οὐχ' ὡς ἄνθρωπος ὁ καθ' ὁμοίωσιν θεοῦ λεγόμενος· καὶ θεὸς ὀνομαζόμενος, τῇ ὁμοιώσει τῇ φύσει ὁμοιωμένου ἔχων θεὸν τ̃ οὐσίαν· ὃ δὴ καὶ πρόκειται ἐν τῇ ὁμοιότητι· καθ' ἣν ἤδη φησίν, ποιήσωμεν· καὶ εἰκὼν φαινέσθω, ὁμοίωσιν αὐτῶν ἐσόμεθα· ὅπερ ἦν ἡ οὐσία ἡ αὐτὴ, ἡ προκειμένη οὐσία εἰς τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον ἀλλὰ ἄνθρωπος μέν, ἔτους· ὁ δὲ κύριος, ὁ αὐτὸς ἀεί· καὶ ὁ πρὶν μὲν ἧττων, πρὶν ἢ μείζων, ὡς θεὸς ἰησοῦς, φησὶν, χθὲς καὶ σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας· ὁ πάντων αἱρέσεων τὸ εἶναι τὸν υἱὸν ὁμοούσιον τῷ πατρὶ λέγων ἢ ὅμοιον, αἱρεῖται εἶναι θεόν· ὡσαύτως ἢ ὁ ἐξηγούμενος τὸ ὁμοούσιον ὡς ὅμοιον τῇ οὐσίᾳ, ἑτέραν τινὰ οὐσίαν λέγει· θεῷ δὲ ὁμοιωμένῳ· οὐ πάντως οὐδὲ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι προστόντως λέγει μὴ φρονῶν ὁμοούσιον· ὡς ἄνθρωπος ἐκ τ̃ ἀνθρώπου οὐσίας· ἡ ἢ μὴ, ὡς ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπου κατ' οὐσίαν· οὐκ θεὸς ὁ υἱός· ἀλλ' ὡς ἂν ὁμοιώματι καθάπερ ἀνδριὰς ἀνθρώπῳ· ἢ ὡς ἄνθρωπος θεῷ, δῆλός ἐστιν ὁ πιστεύτως, ὁμοούσιον μὲν λέγων· ὁμοούσιον δὲ ὁ φρονῶν· ὁ γὰρ κατὰ τὴν σωτήριαν βέλεται τὸ ὁμοούσιον ἀκούειν· ὅπερ ἐστὶν, τοῦ μιᾶς καὶ τ̃ αὐτ̃ οὐσίας·

ἀλλὰ

Deo Filius par eſt natura, ſed ex ſimilitudine aliqua quaſi cōcolor habetur, veluti ſimulachrū quod cū homine lineamentis conuenit, aut vt homo Deo aliqua in re ſimilis eſſe cenſetur: certū eſt. n. qui ita opinatur, etiam ſi maximè iactitet conſubſtantialitatem, nihil tamen tale animo ſentire: non. n. vt in vſu eſt, conſubſtantialitatem intelligi cupit, quæ intelligenda eſt de vna atq; eadem ſubſtantia.

Sed

ἀλλὰ πρὸς τὸ συνῆθες· καὶ ἵνα διαβάλλῃ πιθανῶς, ἑλληνικῷ ῥήσει εἰρηκέναι, τὸ ὁμοούσιον ῥῆμα δὲ ἐν Ἕλλησιν ἔθος ἐπ' ἀδενὲς ἑτέρῳ κείμενον, ἢ ὅτι τῷ τὸ αὐτὸ φύσιν προσῆκαι ὅπερ δεῖ πιστεῦσαι ὅτι πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος· ἅμα τὸ οὖν τὸ ὁμοούσιον ἅτοπος ἐκτρέπει, καὶ τὸ τῆς οὐσίας νόθως ὀνομάζει ὡς ἔργον νοῶν ἀκ ὡς γέννημα· καὶ διατεῖνον τὸ ἀπαθῶς προσίδησι πιθανῶς· ἵνα πάθος ἀφέλῃ διαβολεύσῃ γὰρ καὶ λέγεσθαι πάθος; ἀλλ' ἵνα ποιητὸν ἐκ θεοῦ λέγῃ καὶ μὴ γεννητὸν ἐκ θεοῦ προελευθόζα· ὡς τοιαύτης προόδου παθητικῆς οὔσης· καθὰ δὴ λέγειν εἰώθασιν οἱ τὴν μὲν ἐκ τῆς οὐσίας πρόοδον, ὡς πάθος ἐκβάλλοντες· ἐὰν δὲ λέγωσιν ἐκ τῆς οὐσίας ποίησιν, ὡς ἀπαθῆ σωιζόντες· ὥσπερ εἰ καὶ τὴν ποίησεως· εἰ αὖθρωπίνως λαμβάνοιτο, κίνησιν ἐχούσης, καὶ τὴν ἐκ τῆς κινήσεως κάματον· ἅπερ ἀλλότρια δημιουργοῦντος θεοῦ· ὅμως γοῦν ὡς γέννησιν ἀπαθῆ διὰ τοιαύτης ἐξηγήσεως τιθέασιν οἱ μὴ νοοῦντες πρόοδον, τὸ πνεῦμα ἀλλοτριοῦσι πατρὸς καὶ υἱοῦ· ὅτι μὴ γεννήσει ἡ τότε πρόοδος, ἀλλὰ πνοὴ ὁμοίως διὰ τὸ μεταλαμβάνουσα ἀγιαζούσης. καθὰ δὴ λέγεται πνεῦμα· ἐὰν δὲ ἀδιάνοητον ἐν τῇ τριάδος δόξῃ τὸ πνεῦμα δοξάζεσθαι· μὴ προσηκόντως ὂν ἐκ θεοῦ διὰ ἰησοῦ· ἀλλὰ ποιητικῶς ἐκ θεοῦ γεγονὸς ὡς λέγουσιν· ἐγὼ σου δοξάζεται ποίημα ποιητῇ· ἀδὲ δοῦλος δεσπότῃ· ἀδὲ ἡ τῆς ἀλλοτρίας θεοῦ οὐσίας μέθεξις ἂν εἴη θεοῦ· ἐν τούτῳ γὰρ φησιν ὁ ἰωάννης γινώσκομεν, ὅτι ἐν ἡμῖν ἐστιν ἐκ τοῦ πνεύματος οὗ ἔδωκεν ἡμῖν;

Sed omnino præter vsum vocabulum vsurpat, & vt calumniari possit, vocem eam ethnicam dicit, quum tamen vox ea nunquam in alio significatu pro consuetudine ethnica ponatur, quàm vt eandem naturam designet, quod ipsum credendum est in Patre, Filio, & Spiritu sancto: simul igitur iste & vim vocabuli consubstãtialitatis subuertit, & naturam substantiæ adulterinæ denominat, cum eam opus velit, non sobolem: Quocirca satis credibiliter & scitè adiungit hanc dictionem impassibiliter, non vt calumniam passibilitatis detrahat. Quis enim Deum passibilem dicit? sed vt eum factum, creatumue à Deo non genitum, ex Deo processisse persuadeat, quasi istiusmodi progressus & enixus passionibus obnoxius sit: quemadmodum soliti sunt dicere, qui progressum naturalem, vt passionem repudiant, & quam ipsi dicunt substantiæ facturam, vt passionibus liberam, vacuam commendant, quanquam factura ipsa, si humanitus capiatur, & motum habeat, & ex motu laborẽ, quæ aliena sunt ab opifice Deo, tamen generationem impatibilem, per istiusmodi oppositionem, Filij progressum intelligentes, Spiritum alienum à Patre & Filio commonstrare nituntur, eò quòd eius progressus, nõ natiuitati, sed proflatui sese aliis impertienti, pro anhelitus similitudine ex ore prodeuntis, & recipientem se sanctificantis, similis habeatur, nimirũ pro voce sua qua Spiritus dicitur. Atqui impossibile in Trinitatis gloria Spiritum conglorificari, nisi ex Deo per Filium progrediendi modo, non autem fiendi ratione naturam habeat (vt ipsi aiunt) Non .n. factura cũ factore, neq; seruus cum Domino conglorificari debet: neque quod substantiam diuersam à natura Dei receperit, idem cum Dei natura fuerit, vt ait Ioannes *quoniam in nobis est, ex Spiritu quem dedit nobis.*

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΑΝΤΙΟΧΕΙΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

Τοῖς ἀγαπητοῖς καὶ ποθητοτάτοις συλλειτουργοῖς Εὐσεβίῳ, Λουκίφερι, Ἀστερίῳ, Κυματίῳ, καὶ Ἀνατολίῳ, Ἀθανασίῳ καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς ἐπίσκοποι, ἀπὸ τῆς Ἰταλίας καὶ Ἀραβίας, Αἰγύπτου καὶ Λιβύης, Εὐσέβιος, Ἀστέριος, Γαΐος, Ἄγαθος, Ἀμμώνιος, Ἀγαθοδαίμων, Δρακόντιος, Ἀδέλφιος, Ἑρμαίων, Μάρκις, Θεόδωρος, Ἀνδρέας, Παφνούτιος, Μάρκος, Ζώιλος, Γεώργιος, Λούκιος, Μακάριος, καὶ οἱ λοιποὶ ἐν χριστῷ, πλεῖστα χαίρειν.

Πεπείσμεθα μὲν ὅτι λειτουργοὶ θεοῦ καὶ οἰκονόμοι καλοὶ τυγχάνοντες· ἱκανοί ἐστε πρὸς ἅπαντα τὰ τῆς ἐκκλησίας ἁρμόζεσθαι. ἐπειδὴ δὲ καὶ εἰς ἡμᾶς ἦλθεν ὅτι πλεῖστοι πρόπαλαι διὰ φιλονεικίαν διαιρεθέντες ἀφ' ἡμῶν εἰρηνεύειν βούλονται, πολλοὶ δὲ καὶ τῆς πρὸς τοὺς Ἀρειομανίτας ἀχέτους ἀποστάντες ἀνυποστόλως τῆς πρὸς ἡμᾶς κοινωνίας, ἀναγκαῖον ἡγησάμεθα ταῦτ' ἅπερ ἐγεγράψαμεν ἡμεῖς τε καὶ οἱ ἀγαπητοὶ ἡμῶν Εὐσέβιός τε καὶ Ἀστέριος, γράψαι

EIVSDEM AD ANTIOCHENSES EPISTOLA.

Charissimis & optatissimis sacrorũ comministris Eusebio, Lucifero, Asterio, Cymatio & Anatolio, Athanasius cæteriq; Episcopi, qui iam Alexandriæ ex Italia, Arabia, Ægypto & Lybia hic adsunt, Eusebius, Asterius, Gaius, Agathus, Ammonius, Agathodæmon, Dracontius, Adelphius, Hermæon, Marcius, Andreas, Paphnutius, Marcus, Zoilus, Mynias, Georgius, Lucius, Macarius, reliquiq; deinceps in Christo, Salutem plurimam.

PErsuasum habemus, vos, cum sitis ministri Dei ac boni dispensatores, idoneos aptosq; esse ad Ecclesiæ negocia temperanda. Cæterùm quia ad nos allatũ est, plurimos superiore tempore per contentionẽ disgregatos à vobis, pacem iam optare, plurimos item à vecordi Arianorum secta deficientes, vobiscum communionem affectare, necessarium visum est, vt ea quæ à nobis nostrisq; dilectis scripta essent, Eusebio, Asterio,

vestræ bonitati insinuare, qui & ipsi estis dilecti, & verè nobis desideratissimi sacrorum comministri, nimirum lętos quidem nos esse de hac fama, sed tamen magnopere cupere, vt eos qui adhuc in schismate hærent, segregati à vobis, quique cum Arianis cœtus faciunt, resilire curetis ab istiusmodi insania, vt omnes omnibus in locis prædicent vnum Dominum, vnam Fidem. Quid enim ita pulchrum prout Psalmographus inquit, aut quid ita delectabile, quàm habitare fratres in vnum? Nam ita quoque fieri arbitramur, vt & Deus nobiscum habitet, cuius hæc verba sunt: Habitabo in eis, & versabor inter eos, & coloniam meam ibi habebo, quoniam elegi eam: Ita quoque quodammodo fit, vbi vna Fides & religio prædicatur. Vellemus equidem nos Ægyptij: vnà cum dilectis fratribus nostris Eusebio & Asterio multis de causis isthuc venire: ac imprimis eius rei gratia, vt vestros affectus amplecteremur, frueremurque in commune istiusmodi pace & concordia: verum, quia, vt in alia epistola indicauimus, & ex comministris nostris intelligere potestis, detinemur magnopere Ecclesiasticis necessitatibus, idque non sine dolore nostro: ideo voluimus comministros nostros in rebus sacris, Asterium & Eusebium, in vicem nostri isthic pergere, ac vos inuisere. Gratiam igitur ago eorum pietati, quòd, cùm ipsis liceret deproperare ad suas diœceses, istam tamen profectionem ad vos, omnibus rebus suis anteposuerunt, idque in vsum vrgentis Ecclesiastici negocij. Cum igitur istud inter nos decretum esset, memetipsum non parum cõsolatus sum, quasi illis isthic præsentibus, ego quoque vnà isthic præsens interessem. Omnes igitur qui vobiscum pacificè agere volunt: imprimis autem illos, qui in veteris Ecclesiæ communione fuerunt deinde qui ab Arianis redierunt, elicite ad vos, eósque vt patres, assumite: & vt magistri & tutores, recipite coaptantes vos interim dilecto nostro Paulino eiúsque sociis: nihilque amplius ab illis exigatis, quàm vt execrentur Arianorum hæresim, confiteanturq; Sanctorum Patrum in Nicæa fidem. Execranturque item eos, qui dicunt, Spiritum Sanctum esse creaturam, & diuisum ex substantia Christi. Id enim vere est resilire à scelerata factione Arianorum, si non diuidas Sanctam Trinitatem, nec dicas aliquid eius esse creatum. Nam qui simulanter sese iactitant de confessione Nicænæ Fidei, atq; interim audent blasphemias dicere contra Spiritum Sanctum, nihil aliud præstant, quàm quòd Arianam hæresim verbis inficientur, animo sensúque retineant. Anathemate quoque inuratur Sabellij & Pauli Samosatensis impietas, Valētini item & Basilidis insania, & Manichæorum stoliditas: quod si fit, omnis apud omnes suspicio debitur, & sola Catholicæ Ecclesiæ Fides pura apparebit. Quòd autē hanc fidē tenemus nos, & qui

χρείαν τι ὑμῶν χρηστέον, καὶ αὐτὸ ἀγαπητὸν καὶ ὡς ἀληθῶς ποθεινότατον συλλειτουργεῖ, χαίροντες μὲν ὅτι τῇ πίστει ἀκούομεν, δεόμεθα δὲ, ἵνα καὶ ὅπως ἔτι πλείστους μακρὰν ἀφ' ἡμῶν, καὶ ὅπως ἐπὶ τοῖς Ἀρειανοῖς συνερχόμενοι φαίνεται, οὕτως ἀποπηδήσῃ τῆς ἐκείνων μανίας, ὥστε πάντας πανταχοῦ λοιπὸν λέγειν εἰς κύριον, μία πίστις. τί γὰρ ἄν τι καλὸν ὡς ὁ ὑμνῳδὸς ἔφη, ἢ τί πρέπον ἀλλ' ἢ τὸ κατοικεῖν ἀδελφοὺς ὁμοῦ πάντας; οὕτω γὰρ πιστεύομεν καὶ τὸν κύριον μεθ' ἡμῶν κατοικήσειν λέγοντα, ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ὧδε κατοικήσω ὅτι ἡρετισάμην αὐτὸν, ὧδε δὲ πῶς; ἢ ἔνθα μία πίστις καὶ εὐσέβεια κηρύττεται. ἐβουλόμεθα μὲν οὖν ἀληθῶς καὶ ἡμᾶς οἱ ἀπὸ τῆς αἰγύπτου ἅμα τοῖς ἀγαπητοῖς ἡμῶν ἀδελφοῖς Εὐσεβίῳ καὶ Ἀστερίῳ διὰ πολλὰ μέν, μάλιστα δὲ τούτου χάριν ἐλθεῖν, ἵν' ἅμα τῷ ἡμετέραν συμπυνθανώμεθα διάθεσιν, καὶ κοινὴν τῆς τοιαύτης ἀποπλαύσωμεν εἰρήνης τε καὶ ὁμονοίας· ἐπειδὴ δὲ, καθὼς ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπιστολαῖς ἐδηλώσαμεν, καὶ δυσαθέμιτον εἶναι τῶν αὐτῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν, αἱ ἐκκλησιαστικαὶ χρεῖαι καταπείγουσιν ἡμᾶς, ἐλυπήθημεν μὲν, ὅμως δὲ ἠξιώσαμεν τοὺς αὐτοὺς συλλειτουργοὺς ἡμῶν Ἀστέριον καὶ Εὐσέβιον ἐλθεῖν αὐθ' ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς. καὶ χάρις αὐτῶν τῇ θεοσεβείᾳ, ὅτι καὶ περ αὐτοὶ δυνάμενοι πρὸ ὀλίγου εἰς τὰς παροικίας ἑαυτῶν προέρχεσθαι πάντων τὸ πρὸς ὑμᾶς ὁδοιπορεῖν ἕνεκα τῆς καταπείγούσης ἐκκλησιαστικῆς χρείας σὺν θεμένων οὕτω αὐτῶν παρεμυθησάμεθα ἑαυτὸς, ὅτι αὐτῶν τι καὶ ἡμῶν ἐκεῖ τυγχανόντων, πάντες ἑαυτοὺς ἡγούμεθα συνεῖναι ὑμῖν· πάντας οὖν τοὺς βουλομένους εἰρηνεύειν πρὸς ἡμᾶς μάλιστα τοὺς ἐν τῇ παλαιᾷ συναγεμένους, καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν Ἀρειανῶν προσκαλέσασθε πρὸς ἑαυτούς, καὶ ὡς μὲν πατέρες ὑμᾶς προσλάβεσθε, ὡς δὲ διδάσκαλοι καὶ παιδευταὶ ἀποδείξασθε καὶ συνάψαντες ἑαυτὸς τοῖς ἀγαπητοῖς ἡμῶν τοῖς σὺν Παυλίνῳ, μηδὲν πλεῖον ἀπαιτήσητε πρὸς αὐτῶν, ἢ ἀναθεματίζειν μὲν τὴν Ἀρειανὴν αἵρεσιν, ὁμολογεῖν δὲ τὴν παρ' αὐτῶν ἁγίων πατέρων ὁμολογηθεῖσαν ἐν Νικαίᾳ πίστιν, ἀναθεματίζειν δὲ καὶ τοὺς λέγοντας κτίσμα εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ διῃρημένον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ χριστοῦ· τοῦτο γάρ ἐστιν ἀληθῶς τὸ ἀποπηδᾶν ἀπὸ τῆς μυσαρᾶς αἱρέσεως τῶν Ἀρειανῶν, τὸ μὴ διαιρεῖν τὴν ἁγίαν τριάδα, καὶ λέγειν τι τούτων εἶναι κτίσμα. οἱ γὰρ προσποιούμενοι μὲν ὁμολογεῖν τὴν ὁμολογηθεῖσαν ἐν Νικαίᾳ πίστιν, τολμῶντες δὲ κατὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος βλασφημεῖν, οὐδὲν πλέον πιστοῦσιν. ἢ τὴν Ἀρειανὴν αἵρεσιν τοῖς μὲν ῥήμασιν ἀρνοῦνται, τῷ δὲ φρονήματι καὶ τῇ κατηχήσει. ἀναθεματιζέσθω ἢ πρὸ πάντων ἡ σαβελλίου καὶ παύλου τοῦ σαμοσατέως ἀσέβεια, καὶ βαλεντίνου καὶ βασιλείδου ἡ μανία, καὶ τῶν μανιχαίων ἡ πρὸ πάντων φρενοπάθεια. τούτων γὰρ ὄντων γινομένων, πᾶσα πρὸ πάντων ὑποψία, φανήσεται, καὶ μένη τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἡ πίστις καθαρὰ δειχθήσεται. ὅτι μὲν οὖν καὶ τὴν τοιαύτην πίστιν ἔχομεν, ἡμεῖς τε. καὶ οἱ

καὶ εἰ ἀεὶ μεθ' ἡμῶν τὴν κοινωνίαν ἐχήνωτες, οὐδένα, οὔτε ὑμᾶς οὔτ' ἕτερόν τινα ἀγνοεῖν ἡγώμεθα. ἐπειδὴ δὲ σωχαίρομεν τοῖς βουλομένοις σωαπλεῦσαι πᾶσι μὲν, ἐξαιρέτως δὲ τοῖς ἐν τῇ παλαιᾷ σωαγομένοις, καὶ μᾶλιστα τὸν κύριον ἐδοξάσαμεν ὡς ὅπι πᾶσι καὶ ὅπι τῇ ἀγαθῇ προθέσει τούτων, προσκαλοῦμεν ὑμᾶς ὅπι τούτοις γίνεσθαι τούτων τὴν ὁμόνοιαν καὶ μηδὲν πλέον τούτων καθὰ προείπομεν μὴ τε τοὺς ἐν τῇ παλαιᾷ σωαγόμενους ἀπαιτεῖσθαι παρ' ὑμῶν· μήτε τοὺς μετὰ παυλῖνον ἕτερόν τι μηδὲ πλέον τῶν ἐν νικαίᾳ προβάλλεσθαι καὶ τὸ θρυλληθὲν γοῦν παρ' τινων πιττάκιον· ὡς ἐν τῇ κατὰ σαρδικὴν σωόδου σωταχθὲν περὶ πίστεως, κωλύετε κἂν ὅλως ἀναγινώσκεσθαι ἢ προφέρεσθαι· οὐδὲν γὰρ τοιοῦτον ὤφελεν ἡ σωόδος. ἠξίωσαν μὲν γάρ τινες, ὡς ἐνδεῶς ἐχούσης τῆς κατὰ νικαιαν σωόδου γράψαι περὶ πίστεως, καὶ ἐπεχείρησάν γε προπετῶς, ἡ δὲ ἁγία σωόδος ἡ ἐν σαρδικῇ σωαχθεῖσα ἠγανάκτησε, καὶ ὥρισε μηδὲν ἔτι περὶ πίστεως γράφεσθαι, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι τῇ ἐν νικαίᾳ πρὸς ἁπάντων πατέρων ὁμολογηθείσῃ πίστει διὰ τὸ μηδὲν αὐτῇ λείπειν, ἀλλὰ πλήρη εὐσεβείας εἶναι, καὶ ὅτι μὴ δεῖν σκηπτεσθαι δευτέραν πίστιν, ἵνα μὴ ἐν νικαίᾳ γραφεῖσα, ὡς ἀτελὴς εὖσα νομισθῇ, καὶ πρόφασις δοθῇ τοῖς ἐθέλουσι πολλάκις γράφειν περὶ πίστεως. ὅθεν κἂν τοῦτό τις ἢ ἕτερον προβάλληται παύετε τοὺς τοιούτους καὶ μᾶλλον ἐρωτᾶν αὐτοὺς παίδετε. καὶ γὰρ οὐδὲν πλέον σωείδομεν ἐν τούτοις ἢ φιλονεικίαν μόνην· οὓς γάρ ἐμέμφοντό τινες ὡς τρεῖς λέγοντας ὑποστάσεις, διὰ τὸ ἀγράφους καὶ ὑποπίπτους εἰρῆσθαι εἶναι τὰς λέξεις, ἠξιοῦμεν μηδὲν πλέον ὅπι ζητεῖν τῆς κατὰ νικαιαν ὁμολογίας. ἀνακρίνειν δὲ ὅμως τούτους διὰ τὴν φιλονεικίαν μὴ ἄρ' ὡς Ἀριομανῖται λέγουσιν ἀπηλλοτριωμένας καὶ ἀπεξενωμένας, ἀλλοτρίουσίους τε ἀλλήλων, καὶ ἑκάστην καθ' ἑαυτὴν ὑπόστασιν διηρημένην, ὡς ἔστι τὰ τε ἄλλα κτίσματα, καὶ οἱ ἐξ ἀνθρώπων γινόμενοι· ἢ ὥσπερ διαφόρους οὐσίας, ὥσπερ ἐστὶ χρυσὸς ἢ ἀργυρος ἢ χαλκὸς οὕτω καὶ αὐτοὶ λέγουσιν, ἢ ὡς ἄλλοι αἱρετικοὶ τρεῖς ἀρχὰς καὶ τρεῖς θεοὺς λέγουσιν, οὕτω καὶ οὗτοι φρονοῦντες τρεῖς ὑποστάσεις λέγωσι; διεβεβαιώσαντο μήτε λέγειν, μήτε πεφρονηκέναι ποτὲ, οὕτως ἐρωτώντων ἢ ἡμῶν αὐτούς· πῶς οὖν ταῦτα λέγετε, ἢ διατί δὲ ὅλως τοιαύτας χρῆσθε λέξεσιν; ἀπεκρίναντο, διὰ τὸ εἰς ἁγίαν τριάδα πιστεύειν οὐκ ὀνόματι τριάδα μόνον, ἀλλ' ἀληθῶς οὖσαν καὶ ὑφεστῶσαν, πατέρα τε ἀληθῶς ὄντα καὶ ὑφεστῶτα, καὶ υἱὸν ἀληθῶς ἐνούσιον ὄντα καὶ ὑφεστῶτα, καὶ πνεῦμα ἅγιον ὑφεστὸς καὶ ὑπάρχον οἴδαμεν, μήτε ἢ εἰρηκέναι τρεῖς θεοὺς, τρεῖς ἀρχὰς, μήτ' ὅλως ἀνεχεσθῆναι ὅτου λεγόντων ἢ φρονούντων, ἀλλ' εἰδέναι ἁγίαν μὲν τριάδα, μίαν δὲ θεότητα,

& qui perpetuo nobiſcum cõmunionem vſurparunt, nec vos, nec alium quenquam latere arbitramur. Cæterum quia cum volentibus volupe eſt coniungi, vt quidem libenter cum omnibus, ita vero imprimis iis, qui inveteri Eccleſia conuentus agebant. Et quia potiſſimum Dominum glorificamus, cum de omnibus, tũ præcipuè de hoc eximio propoſito viſum eſt nobis vos cohortari, vt ſub iſtis conditionibus ineatur concordia, ita vt nihil vlterius quàm A prædictũ eſt, vel illi, qui ex veteri Eccleſia ſunt, à vobis flagitent: vel illi qui cum Paulino ſunt, aliud præterquam quod inter Nicæni concilij decreta reperitur, adiiciant: & tabellas, quas nonnulli iactant, quaſi in Sardinenſi ſynodo de Fide conſcriptas, ne legi quidem ſemel, aut proferri ſinatis. Nihil enim tale cõcilium definiuit. Quamuis enim certi homines nõnulla, quaſi quæ deeſſent Nicæno cõcilio, aſſcribere vellent, idque acriter contenderent, ſancta tamen ſynodus quæ Sardis conuenit, indigne id tulit, decretoque ſanciuit, ne quid vlterius de Fide ſcriberetur, & ſeſe contentos eſſe B Nicæna fide declarauerunt: vt cui nihil deeſſet, & in qua integra & ſolida pietas contineretur: neque edendam eſſe aliam profeſſionẽ Fidei, ne illa quæ Nicææ ſcripta eſt, ſuos numeros nõ habere videretur, néue illis, quibus libido eſt, ſemper noua ſtatuere, occaſio huiuſmodi ſuppeditaretur, vt iterum atq; iterum de Fide definiant. Quapropter, ſi quis hęc aut aliud quippiam cauillabitur, compeſcite illos, & ad ſtudium pacis inducite: nihil enim in iſtis agnoſcere poſſimus, niſi ſolam contentioſitatem: Illis enim, qui nonnullos incuſabant, vt trium hypoſtaſeon affirmatores, quũ huiuſmodi voces in ſcripturis non reperirentur, ac proinde ſuſpectę videri poſsẽt, authores fuimus ne amplius in Nicænam confeſſionem inquirerent. Sed tamẽ de iſtis ob peruicaciam rixandi quæſtio eſt habita, interrogatiq; ſunt, num pro Arianorum ſententia, alienas peregrinásque e, ac diuerſæ à ſe inuicem ſubſtantiæ, perſonas eſſe velint, & vnamquamque hypoſtaſin per ſe ac ſeorſum diuiſam eſſe pro ratione cæteratum D creaturarum, eorumque quiex hominibus naſcuntur exiſtiment: an hîc intelligant diuerſas res, quale eſt aurum, argentum, æs: an, vt alij hæretici, ſub iſtis vocibus tria principia & tres deos conſtituant. Cæterum illi affirmabant, ſe ita nec dixiſſe nec ſenſiſſe. Percunctãtibus autem nobis qua ratione igitur iſta dicerent, aut cur omnino iſtiuſmodi vocabulis vterentur, reſponſum dederunt, ſeſe in Trinitatem credere, non quæ nomine tenus Trinitas, ſed quæ verè Trinitas eſſet & ſubſiſteret: & E Patrem vt qui verè eſſet & ſubſiſteret: & Filium vt in exiſtentem & ſubſiſtentem: & Spiritum Sanctum, vt ſubſiſtentem & exiſtentem agnoſcere: non tamen ſe dixiſſe tres deos aut tria principia, imò ne toleraturos quidem ſi quis tale quippiam aut dicat aut ſentiat: ſed ſe ſcire eſſe ſanctam Trinitatẽ, vt tamen vna ſit Deitas:

& vnum principium, & Filium se agnoscere esse coæssentialem suo Patri, vt dixerunt Patres: & Spiritum sanctum non creaturam neque alienum, sed proprium & indisgregatum ab essentia Patris & Filij. Approbata igitur istiusmodi & interpretatione & excusatione, vicissim quoque & eos examinauimus qui ab istis in culpam deuocabantur, quasi qui dicerent, esse vnam hypostasim, sciscitantes ab illis, num pro Sabelliano dogmate ea mente loquerentur, vt sublatos vellent ex Trinitate Filium & Spiritum Sanctum, quasi Filius essentia careat, aut Spiritus Sanctus non subsisteret. Qui & ipsi quoque affirmarunt, neque se ita sensisse vnquam, sed ὑπόστασιν eos intelligere idem esse cum οὐσία vnam autem ideo se hypostasim intelligere, partim quia Filius ex essentia Patris sit, partim quia in tribus sit identitas naturæ: vnam enim se Deitatem, & vnã naturam credere, neque aliam Patris, aliam Filij, aut Spiritus sancti esse naturam. Quinimò & illi qui eo crimine postulati erant, quòd tres hypostases inducerent, cum istis in eãdem sententiam conuenerunt, vicissimque illi qui vnam hypostasim asseuerant, istorum interpretationi acquieuerunt, & ambæ factiones pariter Arium execratæ sunt vt Christi hostẽ, Sabelliumque & Paulum Samosatensem, vt impios: Valentinum item & Basilidem, vt alienos à veritate: Manichæumque, vt malorum machinatorem. Omnes denique Dei gratia post istiusmodi verborum interpretationem, optimam & exactissimam fidei esse, quæ Nicææ Patres instituissent, approbarunt, eiusque synodi verba sufficere, ac ante omniũ in vsum esse deducenda, constituerunt. Quinimo etiam de negocio dispẽsationeque carnis nostri Saluatoris, quum super ea re quoque nonnulli cum aliis contentionem mouerent, & hos & illos examinari subiecimus, & quod isti profitebantur, hoc & illi quoque suffragio assensuque prosequuti sunt: nempe, non ea ratione qua ad Prophetas factum est Verbum domini, factum esse Verbum & aduenisse in Christum sub finẽ seculorum: sed ipsum Verbum carnem esse factum: & cùm esset in forma Dei, formam serui assumpsisse, & ex Maria, quantùm ad carnem attinet, hominem esse genitum, hominum gratia: eoque modo solide & integrè humanum genus liberatum à peccatis in ipso, & viuificatum à morte, introduci in regnum cælorum. Et hoc quoque itidem confitebantur, quòd non corpus inanimatum, aut cogitationis aut mentis expers Saluator habuerit: non enim possibile erat, vt Domino propter nos homine facto, corpus eius sine mẽte existeret. Non enim corpori dũtaxat: sed & animæ quoque nostræ per ipsum Verbũ salus est conciliata: Idemque quũ vere esset Filius Dei, Filius hominis factus est, & quũ esset vnigenitus Dei Filius, factus est primogenitus in multis fratribus. Quapropter nõ alius erat ante Abraham, alius post Abraham, neque

μίαν ἀρχὴν, καὶ ἡγοῦν μὲν ὁμοούσιον τῷ πατρὶ ὡς εἶπον οἱ πατέρες, τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα, ἄκτισμα δὲ ξένον, ἀλλ' ἴδιον καὶ ἀδιαίρετον τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πατρός. ἀποδεξαμενοι δὲ τουτων τὴν ἑρμηνείαν τῶν λέξεων καὶ τὴν ἀπολογίαν αἰτιασάμεν τοὺς αἰτιαθέντας ἀφ' ἑαυτῶν ὡς λεγοντας μίαν ὑπόστασιν, μὴ ἄρα ὡς σαβέλλιος φρονεῖ, οὕτω καὶ οὗτοι λέγουσιν, ἐπὶ αἱρέσει τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἢ ὡς ἀνουσίου ὄντος τοῦ υἱοῦ, ἢ ἀνυποστάτου τοῦ ἁγίου πνεύματος; οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ διεβεβαιώσαντο· μήτε τοῦτο λέγειν, μήτε οὕτω παφρονηκέναι ποτέ, ἀλλ' ὑπόστασιν μὲν λέγεμεν, ἡγούμενοι ταυτὸν εἶναι ἐπεῖν ὑπόστασιν καὶ οὐσίαν. μίαν δὲ φρονοῦμεν διὰ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς εἶναι τὸν υἱὸν, καὶ διὰ τὴν ταυτότητα τῆς φύσεως. μίαν γὰρ θεότητα καὶ μίαν εἶναι τὴν ταύτης φύσιν πιστεύομεν, καὶ οὐκ ἄλλην μὲν τὴν τοῦ πατρὸς, ξένην δὲ πάντη τὴν τοῦ υἱοῦ καὶ τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἀμέλει καὶ οἱ αἰτιαθέντες ὡς εἰρηκότες τρεῖς ὑποστάσεις, συνετίθεντο τούτοις, καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ εἰρηκότες μίαν οὐσίαν τὰ ἐκείνων· ὥσπερ ἡρμήνευσαν καὶ ὡμολόγουν, καὶ αἱρεματίζετο ἀμφοτέρων τῶν μερῶν Ἄρειός τε ὡς χελιδόνιος, καὶ σαβέλλιος καὶ παῦλος ὁ σαμοσατεὺς ὡς ἀσεβεῖς, καὶ οὐαλεντῖνος καὶ βασιλείδης, ὡς ἀλλότριοι τῆς ἀληθείας. μανιχαῖος δὲ ὡς ἐφεύρετης κακῶν· πάντες τε τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι, καὶ μετὰ τὰς τοιαύτας ἑρμηνείας ὁμοῦ σωτήσεται τῶν τοιούτων λέξεων, βελτίονα καὶ ἀκριβεστέραν εἶναι τὴν συνήθειαν τῶν πατέρων ὁμολογηθεῖσαν πᾶσιν, καὶ τοῦ λοιποῦ τοῖς παίτης ἐκκλησίαις μᾶλλον καὶ χρῆσθαι ῥήμασιν· ἀλλὰ καὶ τὸ περὶ τῆς κατὰ σάρκα οἰκονομίας τοῦ σωτῆρος, ἐπειδὴ καὶ περὶ τούτου ἐδοκοῦσι φιλονεικεῖν τινες πρὸς ἀλλήλους, αἰτιασάμεν καὶ τούτους καθ' ἑκάτερα, καὶ ἅπερ ὡμολόγουν οὗτοι, συνετίθεντο κἀκεῖνοι ὅτι οὐχ ἁπλῶς περφῆτις ἐγένετο, ὁ λόγος κυρίου, οὕτω καὶ εἰς ἅγιον ἄνθρωπον ἐνεδήμησεν ὅπερ σωτηρία τῶν αἰώνων, ἀλλ' αὐτὸς ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο· καὶ ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων ἔλαβεν δούλου μορφὴν ἔκ τῆς μαρίας τὸ κατὰ σάρκα γεγένηται ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς, καὶ οὕτω πλείως, καὶ ὁλοκλήρως τ' ἀνθρώπινον γένος ἐλευθερούμενον ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας ἐν αὐτῷ καὶ ζωοποιούμενον ἐκ τῶν νεκρῶν εἰσάγεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. ὁμολόγουν γὰρ καὶ τοῦτο, ὅτι οὐ σῶμα ἄψυχον, οὐδ' αἰσθητὸν οὐδ' ἀνόητον εἶχεν ὁ σωτὴρ, οὐ γὰρ εἶναι τὸ κυρίου δι' ἡμᾶς ἀνθρώπου γενόμενον, ἀνόητον εἶναι τὸ σῶμα αὐτοῦ, οὐ γὰρ σῶμα μόνον, ἀλλὰ καὶ ψυχῆς ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ σωτηρία γέγονεν· ὅς τε ὢν ἀληθῶς υἱὸς θεοῦ, γέγονε καὶ υἱὸς ἀνθρώπου, καὶ μονογενὴς ὢν υἱὸς τοῦ θεοῦ, γέγονεν ὁ αὐτὸς καὶ πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς· διὸ οὐδ' ἕτερός ἐστιν μὲν ἦν ὁ πρὸ Ἀβραὰμ υἱὸς θεοῦ, ἕτερος δὲ ὁ μετ' Ἀβραὰμ ὁ θεὸς

ἀσὶ

οὐδὲ ἕτερος ἰδὼν τὸν Λάζαρον ἐγείρας, ἕτερος δὲ ὁ πυθανόμενος περὶ αὐτοῦ· ἀλλ' ὁ αὐτὸς ἰδών· ἀνθρωπίνως μὲν λέγων, ποῦ Λάζαρος κεῖται, θείκως δὲ τοῦτον ἀνεγείρων. ὁ αὐτὸς δὲ ἰδὼν σωματικῶς μὲν ὡς ἄνθρωπος πάσχων, πνευματικῶς δὲ, ὡς υἱὸς τοῦ θεοῦ, ἀνοίγων τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ ἐκγόνου τοῦ φυτοῦ καὶ σαρκὶ μὲν πάσχων, ὡς εἶπεν ὁ πέτρος. θείκως δὲ ἀνοίγων τὰ μνήματα, καὶ ἀναγείρων τοὺς νεκρούς. ἐξ ὧν καὶ πάντα τὰ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ οὕτω νοοῦντες τὸ αὐτὸ φρονεῖν περὶ τῆς σαρκώσεως καὶ ἀνθρωπήσεως τοῦ λόγου διεβεβαιώσαντο· τούτων τοίνυν οὕτως ὁμολογηθέντων, παρακαλοῦμεν ὑμᾶς τοὺς μὲν οὕτως ὁμολογοῦντας καὶ ἑρμηνεύοντας οὕτω· τοὺς λέξεις ἃς λέγουσι, μὴ κατακρίνετε περιττῶς μηδὲ ἀποβάλλετε, ἀλλὰ μᾶλλον εἰρηνεύοντας καὶ ἀπολογουμένους προσλαμβάνεσθε· τοὺς δὲ μὴ βουλομένους οὕτως ὁμολογεῖν καὶ διερμηνεύειν τὰς λέξεις, τούτους κωλύετε καὶ ἀντέχεσθε ὡς ἐπὶ πλοῦς τῷ φρονήματι· τούτων τε μὴ ἀνεχόμενοι συμβουλεύετε κἀκείνοις τοῖς ὀρθῶς ἑρμηνεύουσί τε καὶ φρονοῦσι· μηδὲν πλέον ἀλλήλους ἀνακρίνειν, μηδὲ λογομαχεῖν ἐπ' οὐδὲν χρήσιμον. μήτε περὶ τοιαύτας λέξεσι διαμάχεσθαι, ἀλλὰ τῷ φρονήματι τῆς εὐσεβείας συμφωνεῖν· οἱ γὰρ μὴ οὕτως διανοούμενοι, ἀλλὰ μόνον ἐπὶ τοῖς τοιούτοις λέξεσιν φιλονεικοῦντες, καὶ πρὸς τὰ ἐννοήματα γεγραμμένα ζητοῦντες· οὐδὲν ἕτερον ποιοῦσιν, ἢ ποιοῦσιν αἱρετοποιεῖν θολερὰν τὴν πλησίον, ὡς φθονοῦντες τῇ εἰρήνῃ καὶ ἀγαπῶντες τὰ σχίσματα. ἀλλ' ὑμεῖς ὡς ἀγαθοὶ ἄνθρωποι καὶ τοῖσι δοῦλοι καὶ οἰκονόμοι τοῦ κυρίου, τὰ μὲν σκανδαλίζοντα καὶ ξενίζοντα παύετε καὶ κωλύετε, πάντων δὲ μᾶλλον περικρίνετε τὴν τοιαύτην εἰρήνην. οὕτως ὑγιαινούσης πίστεως. ἴσως ὁ κύριος ἐλεήσει ἡμᾶς καὶ σώσει τὰ διεσπαρμένα, καὶ γενομένης μιᾶς ποίμνης πάλιν, πάντες ἕνα ἔχομεν καθηγεμόνα τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· ταῦτα ἡμεῖς μὲν, εἰ καὶ μηδὲν πλέον ἐδεῖ ζητεῖν τῆς ἐννοήματος σωτηρίας μηδὲ ἀνέχεσθαι τῶν ἐκ φιλονεικίας ῥημάτων, ἀλλά γε διὰ τὴν εἰρήνην καὶ ἕνεκα τοῦ μὴ ἀποβάλλειν τοὺς ὀρθῶς πιστεύειν ἐθέλοντας ἀνεκρίναμεν, καὶ ἅπερ ὡμολόγησαν, σωτηρίως κατηχηρεύσαμεν, οἱ συλλειτουργοῦντες ἡμῖν Ἀλεξανδρείᾳ κοινῇ μετὰ τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν Ἀστερίου καὶ Εὐσεβίου, οἱ πλεῖστοι ἐξ ἡμῶν ἀπεδήμησαν εἰς τὰς παροικίας ἑαυτῶν, ὑμεῖς δὲ πάλιν κοινῇ, ἔνθα καὶ εἰώθατε συνάγεσθαι, ἀναγνωτε ταῦτα, κἀκεῖ πάντας προσκαλέσασθαι καταξιώσατε. δίκαιον γὰρ ἐκεῖ πρῶτον τὴν ἐπιστολὴν ἀναγνωσθῆναι, καὶ ἐκεῖ τοὺς βουλομένους καὶ ἀντιποιουμένους τῆς εἰρήνης συνάπτεσθαι, καὶ λοιπὸν συναφθέντων αὐτῶν, ἔνθα ἂν ἀρέσῃ πᾶσι τοῖς λαοῖς, παρούσης τῆς ὑμετέρας χρηστότητος, ἐκεῖ τὰς συντάξεις ἐπιτελεῖσθαι, καὶ τὸν κύριον κοινῇ πάντων δοξάζεσθαι. προτρέπουσιν ὑμᾶς οἱ σὺν ἐμοὶ ἀδελφοί· ἐρρῶσθαι ὑμᾶς καὶ μνημονεύειν ἡμῶν τῷ κυρίῳ εὔχομαι.

A neque alius dum Lazarum excitaret, neque alius quum interrogaret de eo vbi situs esset, sed idem ille ipse erat: corporaliter quidem, vt homo expuens: diuinitus vero, vt Dei Filius oculos aperiens eius, qui à natiuitate cæcus fuerat. Et carne quidem patiens, vt Petrus dixit, diuinitus tamen, monumenta adaperiens & mortuos excitans. Ex quibus omnia, quæ in Euangelio sunt, ita intelligentes, affirmauerunt se idem sentire de incarnatione & humana natura à Dei Verbo assumpta. Cum igitur istiusmodi illorum fuerit confessio, adhortamur vos, ne eos, qui ita confitentur, talemque interpretationem suæ confessioni accommodant, temere condemnare aut reiicere velitis, sed potius, admissa illorum excusatione, recipiendos putetis. Eos contrà, qui talem confessionem non edunt, neque tali interpretatione in istis verbis vtũtur, arcere vos vellemus & auersari vt suspectæ mentis homines. Cæterùm, cum istos tolerandos non censebitis, consuletis illis qui recte interpretãtur & rectè sentiũt, ne vlterior vlla inter vos adhibeatur disquisitio, néue verborum pugnis studeatis ad nullam prorsus vtilitatem, sed sensus cogitationésque pietatis exhibere. Nam qui ita affecti non sunt, sed tantummodo super istiusmodi voculis contentiosè rixãtur, & aliud quippiam, præterquam quòd Nicææ scriptum est, requirunt, hi profectò nihil aliud agunt, quàm quòd proximis suis turbidam subuersionem propinant, vt inimici & discordiarum schismatumq; æmulatores. Sed vos, ô boni & fideles serui & dispẽsatores Domini, eos qui scandala & peregrina inferunt, compescite & arcete, & præ omnibus anteponite istiusmodi pacem quæ sanè Fidei est. Forsitan Dominus misertus nostri, coaptabit quæ sunt hiulca & diuisa, atque vnum ouile reformabit, quo vnum habeamus ducem Dominum nostrum Iesum Christum. Hæc quidem nos: tum quia nefas est, quicquam vltrà Nicænum concilium requirere, aut contentiosas sententias recipere: tum vel ob pacem solùm, & ne qui recte sentiunt pro reiiculis habeantur: ad istum modum censuimus, & eorum confessionem qualis fuerit, nos qui relicti sumus Alexandriæ, paucis indicauimus, idque in commune vnà cum reliquis comministris sacrorum Asterio & Eusebio: Nam reliqui ex nostris quisque in suas prouincias abierunt. Vos rursus in commune vbi soletis cõuentus agere ista iubebitis promulgari, eóque omnes euocare. Æquum enim est, vt eo in loco primùm epistola recitetur, ibidemque omnes qui pacem amant inter se concilientur, ac deinde vbi conciliati fuerint, vbicunque populis videbitur, præsente quoque vestra humanitate synaxis celebretur, & Dominus publicè ab omnibus glorificetur. Salutant vos fratres illi qui mecum hic agunt: bene valete, & nostri memoriã in Domino facite.

B

C

D

E

Ego

Ego Athanasius cæteríq; Episcopi, in hoc conuentu præsentes, epistolæ subscripsimus, idemque ab illis factum est, qui huc legati venerant, inter quos à Lucifero Sardiniæ insulæ Episcopo, diaconi duo Herēnius & Agapetus: à Paulino vero, Maximus & Calemerus, qui & ipsi diaconi sunt. Aderant & aliquot monachi Episcopi Apollinaris in hoc ipsum missi: Episcoporum nomina, ad quos epistola conscripta est, sunt hi, Eusebius Bergilælorū ciuitatis Galliæ, Lucifer Sardiniæ insulæ, Asterius petre Arabęorum, Cymatius Palti Cœlosyriæ, Anatolius Eubœæ. Cæterum, qui epistolam scripserunt, sunt isti: Papa Athanasius, & qui cum illo Alexandriæ fuerunt, ipse quoq; Eusebius inter eos est, Asterius item, reliqui Gaius ex Paratonio proximo Libyæ Agathus Phragonis, & partis alterius Elearchiæ Ægypti Ammonius Pachnemuneus, & ex reliqua Elearchia Ægypti Agathodęmō Schedię, & Menelaiti, Episcop. Dracontius paruæ Hermopolis, Adelphius Onuphios quę est Lichnorū, Hermiō Taneos, Marcus Zygrorum proximè ad Libyā, Theodorus Athribeos, Andreas Arsenoitæ, Paphnutius Saeos, Marchus philorum, Zoilus Andromenæ, Anthiphron. His etiā Eusebius latine subscripsit, quorum hæc interpretatio: Ego Eusebius Episcopus secundum exactam vestram vtriusque partis confessionem, qua in eadem sententiam inuicem conueniistis: quantum attinet ad hypostases, fateor me quoque idem statuere, neque id solum calculum meum addo, sed etiam in incarnationem Saluatoris nostri, consentio, eum videlicet cùm Filius Dei esset, hominem esse factum: & exēpto peccato, omnia, quæ veteris erant nostræ humanitatis, assumpsisse, idque prout habet epistolæ argumentum, meis suffragiis cōfirmo. Deinde quia fama apud exteros increbuit de tabella Sardiniani concilij, ne ea vltra Nicænam Fidem decreta esse putetur, meo suffragio denuncio, quò nihil luxamenti aut noxæ Nicænæ Fidei inde oboriatur, neque eam ea de causa proferendam censeo. Valere vos omnes in Christo exopto. Ego Asterius, superioribus scriptis adstipulor, & vos in Christo benè valere precor. Postquam autem volumen missum erat ex Alexandria, ita à viris, quorum superius mētio habita est subscriptum fuit. Post ea quoque & ipsi subscripserunt, Ego Paulinus ita sentio quemadmodū accepi à Patribus, esse & subsistere patrē perfectū & Filiū esse & subsistere perfectū: subsistere quoq; Spiritū S. eumq; perfectū esse. Quapropter approbo superiorem interpretationē de tribus hypostasibus & vna hypostasi, siue essentia: & eos qui ita censent, veros habeo, quum pium sit sentire & confiteri, Trinitatē in vna Deitate consistere, & de incarnatione Verbi Patris propter nos facta, ita decerno, quemadmodum scriptum est secūdum Ioannem, Verbum carnem esse factum, non autem, secundum impiissimos homines, mutationem sui Verbū passum esse, sed nostri gratia hominem esse factum, & ex Maria Virgine Spiritu Sancto genitum esse:

& ne-

Ἐγὼ π Ἀθανάσι⟨ος⟩ ὁμοίως κ̀ οἱ ἄλλοι ἐπίσκοποι οἱ συνελθόντες ὑπέγραψαν, κ̀ οἱ ἀποσταλέντες δὲ ὑπ' αὐτῶν μὲν λουκίφερ⟨ος⟩ τὸ ἐπισκόπου σαρδίας νήσου, Διάκονοι δύο, Ερέννι⟨ος⟩ κ̀ Ἀγαπητ⟨ος⟩, ὑπὸ δὲ παυλίνου μάξιμ⟨ος⟩ κ̀ καλήμερ⟨ος⟩, κ̀ αὐτοὶ Διάκονοι· παρῆσαν δ̀ κ̀ τινες ἀποτακτικοὶ τοῦ ἐπισκόπου μονάζοντες, ὑπ' αὐτὸ εἰς τοῦτο πεμφθέντες. ἔστι δὲ ἑκάς⟨τος⟩ τῶν προκειμένων ἐπισκόπων, ὑφ' οὓς ἡ ἐπιστολὴ ἐγράφη, Εὐσέβι⟨ος⟩ πόλεως Βιργίλλων τῆς γαλλίας. Λουκίφερ τῆς σαρδίας νήσου. Ἀστέρι⟨ος⟩ πετρῶν τῆς ἀραβίας, κυμάθι⟨ος⟩ παλτῆ κοίλης συρίας. Ἀνατόλι⟨ος⟩ Εὐβοίας, οἱ δὲ ἐπισκέλαντες, ὅ, τε πάπας Ἀθανάσι⟨ος⟩, κ̀ οἱ σὺν αὐτῷ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ· αὐτός τε Εὐσέβιος κ̀ Ἀστέριος κ̀ οἱ λοιποὶ, γάϊος ὑπὲρ τοπονίου τῆς ἔγγυς λιβύης. Ἀγαθὸς φραγώνεως κ̀ μέρους ἐλεαρχίας τῆς αἰγύπτου. Ἀμμώνιος παχνεμουσέως, κ̀ τοῦ λοιποῦ μέρους τῆς ἐλεαρχίας, Ἀγαθοδαίμων σχεδίας κ̀ μενελαΐτου. δρακόντι⟨ος⟩ ἑρμοπόλεως μικρᾶς, Ἀδέλφι⟨ος⟩ ὀνουφέως τῆς λύχνων, ἑρμίων Τάϊεως, Μάρκ⟨ος⟩ ζύγρων τῆς ἔγγιστα λιβύης, Θεόδωρ⟨ος⟩ Ἀθριβέως, Ἀνδρέας Ἀρσενοΐτ⟨ης⟩. Παφνούτι⟨ος⟩ Σάεως, Μάρκος, Φίλων. Ζωΐλ⟨ος⟩ Ἀνδρομιλιάς, Ἀντίφρω. τούτοις κ̀ εὐσέβι⟨ος⟩ ὑπέγραψε ῥωμαϊστί, ὧν ἡ ἑρμηνεία, ἐγὼ Εὐσέβι⟨ος⟩ ἐπίσκοπ⟨ος⟩ κ̀ τὴν ἀκρίβειαν ὑμῶν τὸ πρὸ ἑκατέρων τῶν μερῶν ὁμολογηθεῖσαν ἀλλήλοις συνιδόμενος περὶ τῆς ὑποστάσεως κ̀ αὐτὸς συγκατατίθεμαι, τὸ μὲν ἄλλα κ̀ περὶ τῆς σαρκώσεως δ̀ σωτῆρ⟨ος⟩ ἡμῶν, ὅτι ὁ δ̀ θεὸς υἱὸς κ̀ ἄνθρωπος γέγονεν. ἀναλαβὼν πάντα ἀνθ' ἁμαρτίας, οἷ⟨ος⟩ ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνέσηπε, κ̀ τ' τ̀ ἐπιστολῆς ὕφος ἐπισωρεύω κ̀ ἐπιδὴ ἔξωθεν λέγε⟨ται⟩ τ' τ̀ σαρδικῆς πιττάκιον ἕνεκε δ̀ μὴ ὑπὲρ τ̀ ἐν νικαίᾳ πίστιν δοκεῖν ἐκτίθεσθαι, κ̀ ἐγὼ συγκατατίθεμαι· ἵνα μὴ ἡ ἐν νικαίᾳ πίστις Διὰ τοῦτο ἐκκλείσθ δόξῃ, μήτ' εἶναι προκομιστέον. ἐρρῶσθαι ὑμᾶς ἐν κυρίῳ εὔχομαι. Ἐγὼ Ἀστέρι⟨ος⟩ συνδοκῶ τοῖς προγεγραμμένοις, κ̀ ἐρρῶσθαι ὑμᾶς ἐν κυρίῳ εὔχομαι, κ̀ μὴ τὸ ἀποσταλῶσαι ἀπὸ Ἀλεξανδρείας τ' τόμον τοῦτον, ἕως ὑπ' τῶν προφημένων ὑπογεγραμμένον, μὴ ταῦτα κ̀ αὐτοὶ ὑπέγραψαν, ἐγὼ παυλῖν⟨ος⟩ ἕως φρονῶ καθὼς παρέλαβον ὑπὸ τ̀ πατέρων, ὄντα κ̀ ὑφεστῶτα πατέρα τέλειον κ̀ ὑφεστῶτα υἱὸν τέλειον κ̀ ὑφεστὸς τὸ πνεῦμα τ' ἅγιον τέλειον· διὸ κ̀ ἀπευχόμαι τ̀ προγεγραμμένῳ ἑρμηνείαν περὶ τ̀ τριῶν ὑποστάσεων, κ̀ τ̀ μιᾶς ὑποστάσεως ἤτοι οὐσίας, κ̀ τὰς φρονούσας ἕως. Εὐσεβὲς γάρ ἐστι φρονεῖν κ̀ ὁμολογεῖν τ' ἁγίαν τριάδα ἐν μιᾷ θεότητι, κ̀ περὶ τ̀ ἐνανθρωπήσεως ὑπ' τ̀ δι' ἡμᾶς γνωμένης τοῦ λόγου τοῦ πατρὸς, ἕως φρονῶ καθὼς γέγραπται ὅτι κατὰ τὸν ἰωάννην, ὁ λόγ⟨ος⟩ σὰρξ ἐγένετο, οὐ κατὰ τοὺς ἀσεβεστάτους, τοὺς λέγοντας, μεταβεβλῆσθαι αὐτὸν πεπονθέναι, ἀλλ' ὅτι ἄνθρωπ⟨ος⟩ δι' ἡμᾶς γέγονεν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου μαρίας, κ̀ ἁγίου πνεύματ⟨ος⟩ γεννηθείς,

ἕως γὰ

οὔτε γὰρ ἄψυχον, οὔτε ἀναίσθητον, οὔτε ἀνόητον σῶμα εἶχεν ὁ σωτὴρ, οὔτε γὰρ οἷόν τ' ἦν τὸ κυρίου ἀνθρώπου δι' ἡμᾶς γενόμενον, ἀνόητον αὐτὸ εἶναι τὸ σῶμα· ὅθεν ἀναθεματίζω τοὺς τὴν νικαίαν ὁμολογηθεῖσαν πίστιν ἀθετοῦντας, καὶ μὴ λέγοντας ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, καὶ ὁμοούσιον εἶναι τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ· ἀναθεματίζω δὲ καὶ τοὺς λέγοντας τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κτίσμα δι' υἱοῦ γεγονός· ἔτι δὲ ἀναθεματίζω Σαβελλίου καὶ Φωτεινοῦ, καὶ πᾶσαν αἵρεσιν, τοιαύτην τῇ πίστει τῇ κατὰ νικαίαν τῇ πᾶσι τοῖς προγεγραμμένοις· ἐρρῶσθαι ὑμᾶς εὔχομαι ἐγὼ Καρτέριος.

A

& neguaquam inanimatum aut insensile, aut sine mente corpus Saluatorem nostrum habuisse: quippe, cùm impossibile sit Dominum propter nos hominem factum, corpus habere sine mente. Ideóque anathemate persequor eos, qui confessionem Fidei Nicænæ vilipendunt, & qui negant Filium ex substantia Patris, aut coëssentialem Patri existere. Execror item eos qui dicunt, Spiritum Sanctum propter Filium creaturam esse factum: præterea Sabellij, Photini, omnemque hæresim anathematizo, incedens secundum Nicænam Fidem, & secundum omnia superiùs scripta. Valere vos opto ego Carterius.

Τῶ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

Αλεξανδρείας

ΠΡΟΣ ΕΠΙΚΤΗΤΟΝ ΕΠΙΣΚΟΠΟΝ Κορίνθου, κατὰ τῶν αἱρετικῶν ἐπιστολή.

Τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ καὶ πολυποθήτῳ συλλειτουργῷ καὶ συμμύστῃ Ἐπικτήτῳ, Ἀθανάσιος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΕΓΩ μὲν ἐνόμιζον, πᾶσαν ματαιολογίαν πάντων, ὅσοι δήποτ' οὖν εἰσὶν αἱρετικοὶ, πεπαῦσθαι ἐκ τῆς γενομένης ἐν νικαίᾳ συνόδου· ἡ γὰρ ἐν αὐτῇ τοσαύτη τῶν πατέρων κατὰ τὰς θείας γραφὰς ὁμολογηθεῖσα πίστις, αὐτάρκης ἐστὶ πρὸς ἀνατροπὴν μὲν πάσης ἀσεβείας· σύστασιν δὲ τῆς εὐσεβοῦς ἐν χριστῷ πίστεως. Διαφόρων γοῦν καὶ πολλῶν γενομένων συνόδων, ἔν τε τῇ γαλλίᾳ καὶ ἱσπανίᾳ καὶ τῇ μεγάλῃ ῥώμῃ, πάντες οἱ συνελθόντες, τοὺς μὲν ἔτι κρυπτομένους φρονοῦντας τὰ ἀρείου, αὐξέντιον δηλέγω τὸν μεδιολανίου καὶ ἴρσακιον καὶ οὐαλεντα· καὶ γάϊον· ἀπὸ τῆς παννονίας πανυψηφεὶ, ὡς ἐφ' ἑνὸς πνεύματος κινήσαντες, ἀνεθεμάτισαν· ἔγραψαί τε πανταχοῦ διὰ τὸ τοὺς τοιούτους ὀφείλειν ἑαυτοὺς οἰκειοῦσθαι συνόδους, μηδεμίαν ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ σύνοδον ὀνομάζεσθαι, εἰ μὴ μόνην τὴν ἐν νικαίᾳ σύνοδον γενομένην· τερπτέον οὖσαν πίστεως μὲν αἱρέσεως, ἐξαιρέτως δὲ τῆς ἀρειανῆς, δι' ἣν μάλιστα καὶ ἡ σύνοδος τὸ πανηχθη-

τῶς

S. Patris nostri

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI

Alexandrini

AD EPICTETVM EPISCOPVM CORINTHIORVM EPISTOLA contra hæreticos.

Domino dilecto fratri & desideratissimo in sacris collegæ Epicteto, Athanasius in Domino S.

B

C

D

EGO arbitrabar, omnium (quotquot vnquam fuere) hæreticorum inanem garrulitatem, Nicæno concilio sedatam esse. Nam fides, quæ inibi à Patribus secundum sacras scripturas tradita, & confessionibus confirmata est, satis mihi idonea efficaxque videbatur ad omnem impietatem euertendam, & pietatem eius, quæ in Christo est fidei constituendam. Atque ideo diuersis conciliis per Galliam, & Hispanias, & Romæ celebratis, omnes, qui in eo conuentu fuere, istos lucifugas, qui sese etiamnum occultant, & quæ Arij sunt, sapiunt: Auxentium dico Mediolanēsem, Vrsatium, Valentem, & Gaium Pannonem communi calculo vnius spiritus incitatu anathemate percusserunt, eo quod isti sibi nomina vendicauerint Synodorum, quum nulla sit in Catholica ecclesia Synodus existimanda præter vnicam Nicænā, quæ omniū hæreseon profligatarum, ac in primis Arianę trophęū habenda est. Neque id mirum quū hius hæreseos refutandæ gratia illa Synodus potissimū coacta fuerit.

Qua

Qua igitur audacia fit, vt post tanti Concilij authoritatem, disceptationes aut quæstiones instituant? Quod si ex genere Arianorum sunt, nihil mirum, si quæ contra ipsos promulgata & scripta sint, calumniis oppugnent. Quemadmodum & Ethnici, quibus dum dicitur, Idola gentium aurum esse, & argentum opera manuum, doctrinam de diuina cruce, delirium existimant. Sin ex eorum numero sunt, qui, quum orthodoxorum speciem habeant, & amplecti videantur quæ à Patribus sunt edita, disputando tamen ea subuertere moliantur, nihil aliud faciunt, quàm proximum suum potant subuersione lutulenta, verborum pugnis digladiantes, non ad alicuius vtilitatem, sed ad ruinam hominum simpliciorum, Hæc tum demum mihi visum est scribere, postquam incidissem in commentarios à tua sanctitate compositos, qui vtinam nunquam scripti essent, quo prorsus nulla eorum apud posteros relinquatur memoria, Quis ista audiuit, quis docuit, aut didicit? *Ex Sion enim prodibit lex, & Verbum Domini de Hierusalem*. Hæc autem quando prodierunt? imo quis infernus ista eructauit? vt consubstantiale dicant corpus ex Maria genitum cum Verbi diuinitate: aut Verbum in carnem & ossa, costas, neruos, & prorsus in corpus commutatum esse, & à sua natura degenerasse? Quis ista in Ecclesia, aut à Christianis audiuit: fictionem non reuera, Deum Verbum corpus esse factum? Aut quis ita impius fuit, vt vel verbis diceret, vel animo cogitaret, ipsam Deitatem, quæ patri est consubstantialis, circunciſam fuisse, & ex perfecta, imperfectam esse redditam, & illud corpus quod in cruce pependit, non corpus humanum, sed ipsam opificem rerum Sapientiam fuisse? Quis item audiens, eum, non ex Maria, sed ex sua sibi natura corpus finxisse, talia loquentē pro Christiano habeat? Quis istam nefariam excogitauit impietatem, vt huiusmodi vel cogitatione conciperet, vel verbis exprimeret, vt asserant, eum, qui dicit ex Maria editum esse Dominicū corpus, non iam Trinitatem, sed quaternitatem in Deitate constituere, ac proinde eos qui ita sentiunt, eosdem & carnem dicere quam ex Maria induit Saluator, esse substantiæ Trinitatis? Vnde nobis nonnulli eructauerunt parem cum superiori impietatem, vt iactent non minoris esse ætatis corpus Deitatis Verbi, sed id ei coæternum perpetuò fuisse, eò quòd ex substantia sapientiæ conflatum sit. Quomodo ij qui nomine Christiano censentur, ambigere ausi sunt, sitne Dominus ex Maria editus substantia Deus & natura Filius Dei? corpore autem ex semine Dauidis, & ex carne Mariæ? Quinam vsque adeo audaces, vt negent eum, qui carne passus est, & crucifixus, Christum fuisse? Aut cur denique affectant Christiani hominis vocabulum qui dicunt Verbum ita in sanctum hominem, vt in aliquem ex Prophetis descendisse, ipsum tamen Verbum nequaquam hominem esse factum, desumpto ex Maria corpore, sed

πῶς οὖν μετὰ τοσοῦτα ἀμφισβητεῖν, ἢ ζητεῖν τινες ἐπιχειροῦσιν; εἰ μὲν οὖν ἐκ τῶν Ἀρειανῶν ἐστιν, οὐδὲν θαυμαστὸν, εἰ τὰ κατ' αὐτῶν γεγραμμένα βλασφημοῦσιν, ὥσπερ ἕλληνες ἀκούοντες τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων, μωρίαν ἡγοῦνται τὴν περὶ τοῦ θείου σταυροῦ διδασκαλίαν· εἰ δὲ τῶν δοκούντων ὀρθῶς πιστεύειν καὶ ἀκριβῶς τὰ δηλωθέντα παρὰ τῶν πατέρων, εἰσὶν οἱ διὰ τοῦ ζητεῖν αἱρετικὸν ἄζυμον θέλοντες· οὐδὲν ἕτερον ποιοῦσιν, ἢ κατὰ τὸ γεγραμμένον, τὸν μὲν πλησίον πτίζουσιν αἰκίᾳ τρόπην θηλειᾶν, λοιμομαχοῦσι δὲ ἐπ' ὀδενὶ χρησίμῳ, ἢ ὅπου καταφρονῆται τῶν ἀκεραίων· ταῦτα δὲ οὕτω γράφω, ἐντυχὼν τισὶ περὶ τῆς θεοσεβείας περιεργοτέροις ὑπομνήμασιν, ἃ μηδὲ γραφῆναι ὤφελον, ἵνα μηδὲ μνήμη τις τούτων τοῖς μὴ παροῦσι γένηται· τίς γὰρ ἤκουσε τοιαῦτα πώποτε; ἢ τίς ὁ διδάξας ἢ μαθών; ἐκ μὲν γὰρ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος· καὶ λόγος θεοῦ ἐξ Ἱερουσαλήμ· ταῦτα γάρ, πόθεν ἐξῆλθε; ποῖος ἅδης ἠρέξατο ὁμοίως εἰπεῖν τὸ ἐκ μαρίας σῶμα, τῇ τοῦ λόγου θεότητι; ἢ ὅτι ὁ λόγος σὰρκα καὶ ὀστέα καὶ τρίχας, καὶ ὅλον σῶμα μεταβέβληται καὶ ἠλλάγη τῆς ἰδίας φύσεως; τίς δὲ ἤκουσεν ἐν ἐκκλησίᾳ, ἢ ὅλως παρὰ χριστιανῶν, ὅτι θέσει καὶ οὐ φύσει σῶμα πεφόρηκεν ὁ κύριος; ἢ τίς ποσῶς ἠσέβησεν, ὥστε εἰπεῖν ἅμα καὶ φρονεῖν, ὅτι ἡ θεότης αὐτὴ ἡ ὁμοούσιος τῷ πατρὶ, μεθειτμήθη τραπέσα καὶ ἀπλῆς ἐκ πλείου γέγονεν· καὶ ὅτι τὸ ἐν ξύλῳ καθηλούμενον, οὐκ ἦν τὸ σῶμα, ἀλλ' αὐτὴ ἡ δημιουργὸς οὐσία τῆς σοφίας; τίς δὲ ἀκούων ὅτι οὐκ ἐκ μαρίας, ἀλλ' ἐκ τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας, μετεποίησεν ἑαυτῷ σῶμα παθητὸν ὁ λόγος· ἔπρεπε γὰρ χριστιανὸν τὸν λέγοντα ταῦτα; τίς δὲ τὴν ἀθεμιτον ταύτην ἐπενόησεν ἀσέβειαν, ὥστε κἂν εἰς ἐνθύμησιν ἐλθεῖν καὶ εἰπεῖν, ὅτι ὁ λέγων ἐκ μαρίας εἶναι τὸ κυριακὸν σῶμα, οὐκέτι τριάδα, ἀλλὰ τετράδα ἐν τῇ θεότητι φρονεῖ; ὡς ἀπολωλότας τοὺς οὕτως διακειμένους τῆς οὐσίας τῆς τριάδος εἶναι λέγειν τὴν σάρκα ἣν ἐνεδύσατο ἐκ μαρίας ὁ σωτήρ· πόθεν δὲ πάλιν ἠρέξαντο τινες ἴσην ἀσέβειαν τοῖς προειρημένοις, ὥστε εἰπεῖν μὴ νεώτερον εἶναι τὸ σῶμα τῆς τοῦ λόγου θεότητος, ἀλλὰ συναΐδιον αὐτῷ ἀπαπαπὲς γεγονέναι, ἐπειδὴ ἐκ τῆς οὐσίας τῆς σοφίας συνέστη; πῶς δὲ καὶ ἀμφιβάλλειν ἐπέλμησαν οἱ χριστιανοί, εἰ ὁ ἐκ μαρίας προελθὼν κύριος υἱὸς μὲν τῇ οὐσίᾳ καὶ φύσει τοῦ θεοῦ ἐστι· τὸ δὲ κατὰ σάρκα ἐκ σπέρματός ἐστι δαβίδ. σαρκὸς γὰρ τῆς ἁγίας μαρίας; πόθεν γὰρ ἄρα οὕτω τολμηροὶ γεγόνασιν, ὥστε εἰπεῖν τὸν χριστὸν τὸν σαρκὶ παθόντα καὶ ἐσταυρωμένον, μὴ εἶναι κύριον καὶ σωτῆρα καὶ θεὸν καὶ υἱὸν τοῦ πατρός; ἢ πῶς χριστιανοὶ θέλουσιν ὀνομάζεσθαι, οἱ λέγοντες εἰς ἄνθρωπον ἅγιον, ὡς ὅπου ἕνα τῶν προφητῶν ἐληλυθέναι τὸν λόγον, καὶ μὴ αὐτὸν γεγονέναι λαβόντα ἐκ μαρίας τὸ σῶμα,

ἀλλ'

ἀλλ' ἕτερον εἶναι τὸ χριστὸν, καὶ ἕτερον τὸ θεοῦ λόγον,
τὸ πρὸ μαρίας καὶ ἀπὸ αἰώνων ἦν ὄντα τοῦ πατρός.
ἢ πῶς εἶναι χριστιανοὶ δοκοῦσιν, οἱ λέγοντες ἄλλον
εἶναι τὸ χριστὸν, καὶ ἄλλον τὸν τοῦ θεοῦ λόγον; ταῦτα μὲν
ἐν τοῖς ὑπομνήμασι διαφόρως μὲν, εἰρημένα·
μίαν δὲ τὴν διάνοιαν, καὶ τὴν αὐτὴν ἔχοντα πρὸς ἀ-
σέβειαν ῥέπουσιν δοκοῦσιν· διὰ ταῦτα διενεχθέντες
καὶ διαμαχόμενοι πρὸς ἀλλήλους, οἱ αἰχοῦντες ὅτι τῇ
ὁμολογίᾳ τῶν πατέρων τῇ ἐν νικαίᾳ ἡδομένῃ ἐγὼ
δὲ, τὴν σὴν εὐσέβειαν ἀναχομένην· καὶ A
ὅτι μὴ τούτους ἔπαυσε μὲν ταῦτα λέγοντας· τῇ δὲ
εὐσεβεῖ πίστει παρέδηκεν αὐτοὺς· ἵνα ἢ ἀκούσαντες ἠρε-
μήσωσιν, ἢ αὐτὶ λέγοντες, ὡς αἱρετικοὶ νομισθῶσι·
τὰ γὰρ εἰρημένα οὔτε λεκτὰ, ὅτι ἀκουστὰ πᾶσι χρι-
στιανοῖς, ἀλλ' ἀλλότρια κατὰ πάντα τρόπον τῆς ἀπο-
στολικῆς διδασκαλίας· διατοῦτο γ' οὖν κἀγὼ τὰ
μὲν ἐκείνων, ὡς εἴρηται, ἐγγραφῶναι γυμνοῖς
πεποίηκα τοῖς ὀνόμασι, ἵνα μόνον ὁ ἀκούων, θεωρῇ
τὴν αὐτοῦ αἰσχύνην καὶ ἀσέβειαν· καὶ εἰ καὶ ἔδοξε μοι B
πολλάκις κατηγορεῖν καὶ διελέγχειν τὴν ἀφροσύνην
τῶν ταῦτα νοησάντων, ἀλλὰ καλὸν ἕως τούτων
εἶναι τὸν ὀνόματι, καὶ μηδὲν πλεῖον γράφειν τὰ
δὲ ὕστερα φανερῶς δεικνύμενα φαῦλα, γυμνάζειν
ὀνόματι πλεῖον καὶ διεξοδεύειν οὐ δεῖ· ἵνα μὴ τοῖς φι-
λονείκοις δόσιν ὡς ἀμφίβολα νομισθῇ· ἢ τάχα μόνον
ἀποκρίνασθαι πρὸς τὰ τοιαῦτα καὶ εἰπεῖν λέγει, ὅτι
οὐκ ἔστι ταῦτα τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, οὐδὲ ταῦτα
οἱ πατέρες ἐφρόνησαν· ἵνα δὲ μὴ ὀκνῶ τι πλέον σιω-
πῆς πρόφασιν αἰσχύνην ἑαυτοῖς οἱ τῶν κακῶν
ἐφευρεταὶ περίσωσαι, καλὸν ἐκ θείων γραφῶν C
ὀλίγα μνημονεῦσαι, τάχα κἂν ὕστερον αἰδεσθέντες,
παύσωνται ἀπὸ τῶν ῥυπαρῶν τούτων ὀνείδων·
πόθεν ὑμῖν ἐπῆλθεν εἰπεῖν ὡς οὗτοι, ὁμοούσιον εἶναι
τὸ σῶμα τῆς τοῦ λόγου θεότητος· ἀπὸ μὲν τούτου, καλ-
λόν ἐστιν ἄρξασθαι· ἵνα τούτου δεικνυμένου σαθροῦ, καὶ
πάντα τὰ ἄλλα, τοιαῦτα δειχθῇ. ἀπὸ μὲν οὖν τῶν
θείων γραφῶν, οὐκ ἔστιν εὑρεῖν· θεὸν μὲν γὰρ ἐν ἀνθρω-
πίνῳ σώματι λέγουσι γεγενέναι· ἀλλὰ καὶ οἱ πατέ-
ρες οἱ ἐν νικαίᾳ συνελθόντες, οὐ τὸ σῶμα, ἀλλ' αὐτὸν
τὸν ἐκ μαρίας ὁμολογήσαντα εἶναι πάλιν κατὰ τὰς γρα- D
φάς· ἢ τοίνυν δεῦτε σπεύσατε τὴν ἐν νικαίᾳ συνοδον καὶ
ὡς αἱρετικοὺς παραιτήσασθε ταῦτα, ἢ εἰ βούλεσθε
τίνα τῶν πατέρων εἶναι, μὴ φρονεῖτε παρ' ἐκεῖνα ἅπερ ἔγραψαν αὐτοί· καὶ γὰρ ἐκ τούτου, τὸ ἄτοπον θεωρεῖν ὑμᾶς ἔξεστιν· εἰ ὁμοούσιος ὁ λόγος τῷ σώματι ἐκ γῆς ἐχούσῃ τὴν φύσιν· ὁμοούσιος δὲ ὁ λόγος τῷ πατρὶ κατὰ τὴν τῶν πατέρων ὁμολογίαν, ὁμοούσιος ἔσται καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ τῷ σώματι τῷ ἐκ γῆς ἡμῶν· καὶ τί E
ἔτι μέμφεσθε τοῖς ἀρειανοῖς λέγουσι τὸν υἱὸν κτί-
σμα, λέγοντες αὐτοὶ καὶ τὸν πατέρα ὁμοούσιον τοῖς
κτίσμασι; καὶ εἰς ἑτέραν ἀσέβειαν μεταχωροῦ-
ντες, φάσκοντες εἰς σάρκα καὶ ὀστᾶ καὶ τρίχας καὶ
νεῦρα, καὶ ὅλον τὸ σῶμα μεταβεβλῆσθαι τὸν λόγον,
καὶ ἠλλάχθαι τῆς ἰδίας φύσεως. ὥρα γὰρ ὑ-
μᾶς ἤδη φανερῶς ἐκ γῆς αὐτὸν γεγονέναι·

ἐκ τῆς

sed alium esse Christum, alium Filium Dei,
qui ante Mariam & ante secula extiterat Filius
Patris? Aut qui (quæso) Christiano nomine
censeri debent, qui asserunt, alium esse Filium,
aliud esse Verbum Dei? & hæc quoque erant
in tuis commentariis, aliter quidem dicta, sed
tamen quæ & eandem sententiam, & eandem
vim ad impietatem haberent. Ob istáne disce-
ptabant, & decertabant, inter se, qui sese offe-
rebant de confessione Patrum in Nicæna Sy-
nodo? Ego autem demiratus sum tuam pieta-
tem hæc sustinuisse, quod non simul & istos
compescuerit, & piam fidem illis proposuerit,
vt iis auditis vel in quietem se darent, vel si in-
quieti contradicerent, hæretici homines iu-
dicarentur. Nam ista nec dictu, nec auditu
tolerabilia sunt apud Christianos, sed omni-
bus modis aliena ab Apostolica doctrina. Ideo
& ego, vt ab illis dicta fuere, nudis verbis in e-
pistola describi curaui, vt qui vel solum audiat
fœditatem illorum & impietatem, statim o-
culis animaduertat: etsi pluribus verbis eo-
rum stultitia, qui hoc malo laborant, exagi-
tari merebatur, plura tamen non addidi, quòd
epistolæ non conueniret vlterior prolixitas.
Quæ enim ita manifesto praua peruersáque
sunt, ea curiosius tractare non oportet, ne cõ-
tentiosis hominibus ambigua videantur, sed
tantummodo ad ea respondendum est, quod
ipsum per se sufficit, ea ortodoxæ Ecclesiæ
non esse, neque maiores nostros ita sensisse.
Cæterum, ne ex solido silentio occasionem
impudentiæ sibi malorum inuentores com-
parent, rectius est, si pauca ex sacris volumini-
bus recitemus. Quid enim, si ita pudefacti
sordidas istas comminiscentias abiiciant? Sed
heus tu, quibusnam rationibus consubstan-
tiale esse corpus cum Deitate Verbi asseueras?
Siquidem operæprecium est, hinc initium
disputandi deducere, vt dum hoc ostenderi-
mus infirmum & caducum, reliqua omnia ei-
usdem infirmitudinis habeantur. Nihil certe
tale in diuinis scripturis, quæ Deum in huma-
no corpore fuisse aiunt, reperias: & patres qui
Nicææ conuenerunt, non corpus, sed filium
ipsum Patri coæternum fuisse asseuerant, id-
que ex substantia patris: corpus vero rursum
ex Maria secundum diuinas scripturas ortum
traxisse confitentur. Aut repudiare igitur Ni-
cænum Concilium, & vt hæretici ista inferre:
aut si vultis filij patrum esse, non debetis sen-
tire diuersa ab iis, quæ patres ipsi conscripse-
runt. Vel inde, scilicet rei absurditatẽ spectes,
quod aiunt illud, quod ex terra originem ha-
bet, consubstantiale esse Verbo, cùm Verbum
Patri consubstantiale sit, iuxta patrum prote-
stationem: id si admittas, erit pater quoque
corpori terreno consubstantialis. Quid igitur
causæ est, quod Arianos insectemini, quum
aiunt Filium creaturam esse, quum vos Pa-
trem ratiocinemini consubstantialem esse re-
bus creatis? Quinimo etiam in aliam impie-
tatem transitum facitis, asserentes Verbum
in carnẽ, in ossa, in pilos, neruos; imò prorsus
in corpus, mutata priori natura, abiisse. Video
enim vos apertè dicere, ex terra eũ genitũ esse:

Ex terra

Ex terra enim ossium & totius corporis natura. Quur igitur stolidi libidinem sumitis cum illis depugnandi? Qui dum eiusdem substantiæ esse dicitis & Verbum & corpus Verbi, alterum ex altero, qualis naturæ sit, indicatis: & in eo, quòd eum in carnem abiisse dicitis, degenerationem suique immutationem in ipso Verbo imaginamini. Quis hæc vel loquentes sustineat? recidistis enim in impietatem omni hæresi grauiorem. Si enim consubstantiale est Verbum corpori, superfluum est, vt Mariæ vel mentio, vel vsus habeatur, cùm corpus illud ante Mariam ab æterno constiterit, quemadmodum & Verbum, si modo illud est coæternum corpori secundum vestram discipinam. Quorsum igitur necessarius fuit Verbi aduentus? an ideo scilicet, vt sibi consubstantiale corpus indueret, vel mutatus alienatúsque à sua ipsius natura, in corpus degeneraret? Non enim seipsum Deitas assumit, vt sibi, quod consubstantiale sit, induat, sed neque peccauit Verbum, quod aliorum peccata redimit, vt degenerans in corpus, ipsum pro seipso in sacrificium offerat, atque ita redimat. Apagesis, *Semen enim Abrahæ apprehendit* (vt inquit Apostolus) *vnde debuit per omnia fratribus assimilari*, & assumere corpus, quod nobis esset simile. Ideóque pro fundamento istius rei subiicitur Maria, vt ab ea hoc ipsum corpus mutuaretur, quod pro nobis offerret: Eandemque Mariam Esaias prophetando demonstrat: *Ecce* (inquiens) *Virgo concipiet, &c.* Gabriel porrò, ad illam ipsam legatur, neque simpliciter ad quamuis virginem, sed virginem desponsatam viro, vt ex sponso ostenderet Mariam verè hominem esse, & parientis meminit scriptura: atque eam fasciis obligasse, beatáque prædicantur vbera quæ suxerat, & quasi hostia offertur, quia vt primogenitus aperuerat vterum parentis. Hæc omnia erant argumenta parientis Virginis. Et Gabriel circunspectè & cum bona cautione euangelizauit, non simpliciter dicens, id quod natum fuerit in te, forinsecus introductum in eam corpus existimari possit, sed *quod ex te* (inquit) *nascetur*, quò ex eius natura, eum primogenitum esse agnoscere liceret, liquido hoc ipsum natura demonstrante, impossibile esse Virginem lac habere citra partum, impossibile item esse lacte nutriri corpus & fasciis constringi, quod non prius naturaliter editum esset? Eiusdem rationis est, quòd octauo die circũcisus est eiusdem quoque quòd Simeon eum invlnis susceperit, eiusdẽ quòd puer fuit, quod creauit, & ad trigesimum annũ peruenit. Non enim vt nõnulli suspicati sunt, substantia ipsa Verbi commutata, circuncisionem passa est, quum inalterabilis planè, & incõmutabilis sit illa, ipso teste Saluatore: *Videte*, inquit, *quòd ego idem sum*: Paulo quoq; id indicãte, *Iesus Christus heri & hodie idem in secula*. Sed neq; corpore circũcíso, gestato, vescente laborante, in palo affixo & passo quidquã eorũ sensit impatibile illud, & incorporeũ Verbũ Dei.

Corpus

ἐκ τ῀ γῆς γαρ, ἡ τῶν ὀστέων καὶ ὅλης τ῀ σώματος φύσις· τίς οὖν ἡ τοσαύτη ματαιοφροσύνη, ἵνα καὶ πρὸς ἑαυτοὺς διαμάχησθε; ὁμοούσιον μὲν γὰρ λέγοντες τ῀ λόγον τῷ σώματι, ἕτερον σημαίνετε· τὸ γὰρ ἐκ τινος μεταβεβλῆσθαι, αὐτὸ τὸ λόγου προσπαίζειν φαντάζεσθε. Εἰ τίς ἐστι λοιπὸν ὑμῶν ἀνέχεται πάντα καὶ μόνον φθεγγομένων; πάσης γὰρ αἱρέσεως πλέον εἰς ἀσέβειαν ἐξεκλίνατε. εἰ γὰρ ὁμοούσιον τῷ λόγου τῷ σώματι, πῶς ἐστὶν ἡ τῆς Μαρίας μνήμη· καὶ τίς ἡ χρεία δυναμένου σώματος εἶναι καὶ πρὸ μαρίας ἀϊδίως, ὥσπερ οὖν ἐστι καὶ αὐτὸς ὁ λόγος; εἰ γε καθ' ὑμᾶς ὁμοούσιός ἐστι τῷ σώματι; πῶς δὲ καὶ ἡ χρεία τ῀ς ἐπιδημίας τοῦ λόγου, ἵνα τὸ ἑαυτοῦ ὁμοούσιον ἐνδύσηται; ἢ τραπεῖσα, πρὸ τ῀ς ἰδίας φύσεως σῶμα γένηται; οὐ γὰρ ἑαυτ῀ς ἡ θεότης ἐπιλαμβάνεται, ἵνα καὶ τὸ ὁμοούσιον ἑαυτ῀ς ἐνδύσηται· ἀλλ' οὐδὲ ἥμαρτεν ὁ τὰς ἄλλων ἁμαρτίας λυτρούμενος λόγος, ἵνα τραπεὶς εἰς σάρκα ἑαυτὸν ὑπὲρ ἑαυτοῦ θυσίαν προσενέγκῃ, καὶ ἑαυτὸν λυτρώσηται· ἀλλ' οὐκ ἔστιν οὕτως, μὴ γένοιτο· σπέρματος γὰρ ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται, ὡς εἶπεν ὁ ἀπόστολος· ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι, καὶ λαβεῖν ὅμοιον ἡμῖν σῶμα· διὰ τοῦτο γοῦν καὶ ὑποκειται ἀληθῶς ἡ μαρία· ἵν' ἐξ αὐτ῀ς τοῦτο λάβῃ, καὶ ὡς ἴδιον ὑπὲρ ἡμῶν αὐτὸ προσενέγκῃ· καὶ τοῦτο μὲν ἡ σὰρξ ἡμῶν προφητεύων, ἐδείκνυε λέγων, ἰδοὺ ἡ παρθένος· ὁ δὲ γαβριὴλ, ἀπεστάλται πρὸς αὐτὴν· οὐχ' ἁπλῶς παρθένον, ἀλλὰ πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ ἵν' ἐκ τ῀ μνηστ῀ρος δείξῃ τὴν μαρίαν, ἀληθῶς ἄνθρωπον οὖσαν· διὸ καὶ τὸ τίκτειν μνημονεύει ἡ γραφὴ καὶ φησὶν ἐσπαργανώσε· καὶ ἐμακαρίζοντο μαστοὶ οὓς ἐθήλασε· καὶ προσηνέχθη θυσία, ὡς διανοίξαντος τὸ τεχθὲν τὴν μήτραν· πάντα γὰρ ἦν πάντα, πλὴν τ῀ς παρθένου γνωρίσματος· καὶ ὁ γαβριὴλ δὲ, ἀσφαλῶς διηγγελίζετο αὐτ῀· λέγων, οὐχ' ἁπλῶς τὸ γεννώμενον ἐν σοὶ· ἵνα μὴ ἔξωθεν ἐπεισαγόμενον αὐτ῀ σῶμα νομισθῇ, ἀλλ' ἐκ σοῦ· ἵν' ἐξ αὐτ῀ς φύσει τὸ γεννώμενον εἶναι πιστωθῇ φανερῶς· καὶ τοῦτο τ῀ς φύσεως δεικνυούσης, ὡς ἀδυνάτου παρθένου φέρειν γάλα μὴ τεκοῦσαν· καὶ ἀδυνάτου γάλακτι τρέφεσθαι σῶμα καὶ σπαργανωθῆναι, μὴ πρότερον φύσει τεχθὲν, τοῦτ' ἔστι τὸ πρωτοτόκιον ὀκταήμερον· τοῦτο συμεὼν εἰς τὰς ἀγκάλας ἐδέξατο· τοῦτο γέγονε παιδίον καὶ ἠύξησε, δωδεκαετὴς γενόμενον καὶ εἰς τεσσαρακοστὸν ἐνιαυτὸν ἦλθεν· οὐ γὰρ ὥς τινες ὑπενόησαν, ἡ οὐσία αὐτ῀ τοῦ λόγου τραπεῖσα μετεποιήθη ἀναλλοίωτος οὖσα καὶ ἄτρεπτος· λέγοντος μὲν αὐτοῦ τοῦ σωτ῀ρος, ἴδετε ἴδετε ὅτι ἐγώ εἰμι καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι· τοῦ δὲ παύλου γράφοντος, ἰησοῦς χθὲς καὶ σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀλλ' ἐν τῷ μετεποιήθη σώματι καὶ βαστάχθη, καὶ φαγόντι καὶ πόνῳ καὶ κοπάσαντι, καὶ ἐν ξύλῳ καθηλωθέντι, καὶ παθόντι ὡς ἀπαθὴς καὶ ἀσώματος τοῦ θεοῦ λόγος,

τοῦτο

τοῦτο ἦν τὸ ἐν μνημείῳ πεθεν, ὅτε αὐτὸς ἐπορεύθη μὴ χωρεσθεὶς αὐτὸ κηρύξαι καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασιν, ὡς εἶπεν ὁ πέτρος· ὃ μάλιστα δείκνυσι τὴν ἄνοιαν τῶν λεγόντων εἰς ὀστέα καὶ σάρκα τετράφθαι τὸν λόγον· εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἦν χρεία μνημείου· αὐτὸ γὰρ ἂν ἐπορεύθη δι' ἑαυτοῦ τὸ σῶμα κηρύξαι τοῖς ἐν τῷ ἅδῃ πνεύμασι. νῦν δὲ αὐτὸς μὲν ἐπορεύθη κηρύξαι· τὸ δὲ σῶμα εἰλίξας ὁ ἰωσὴφ ἐνεδύσατο, ἀπέθετο ἐν τῷ γολγοθᾷ· καὶ δέδεικται πᾶσιν, ὅτι μὴ τὸ σῶμα ἦν ὁ λόγος, ἀλλὰ σῶμα ἦν τοῦ λόγου· καὶ τοῦτο θωμᾶς ἀναψαύσας ἐκ νεκρῶν ἐψηλάφησε· καὶ εἶδεν ἐν αὐτῷ τοὺς τύπους τῶν ἥλων, οὓς ἐπέμεινεν αὐτοῖς ὁ λόγος ὁρῶν καθηλωμένους ἐν τῷ ἰδίῳ σώματι· καὶ δυνάμενος κωλύειν, οὐκ ἐκώλυσεν· ἀλλὰ καὶ ἰδιοποιεῖτο τὰ τοῦ σώματος ἴδια ὡς ἑαυτοῦ, ὁ λόγος ὁ ἀσώματος. Διατοῦτο τοῦ σώματος τυπτομένου ἐδοκεῖ τοῦ πάσχειν, ὡς αὐτὸς πάσχων, ἔλεγε· τί με δέρεις· καὶ ἅψαυστος ὢν τῇ φύσει, ἔλεγε, τὸν νῶτόν μου ἔδωκα εἰς μάστιγας· τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα· καὶ τὸ πρόσωπόν μου, οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων. ἀγαπᾷ γὰρ τὸ ἀνθρώπινον ἔπαχε τοῦ λόγου, πᾶν ὅπερ πέπονθεν αὐτὸ ὁ λόγος, εἰς ἑαυτὸν ἀνέφερεν, ἵνα τῆς τοῦ λόγου θεότητος μεταλαχεῖν δυνηθῶμεν· καὶ διὰ τοῦτο ἔνδοξον· ὅτι αὐτὸς διὰ τὸ πάσχων καὶ μὴ πάσχων· πάσχων μέν, ὅτι τὸ ἴδιον αὐτοῦ ἔπαχε σῶμα, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ πάσχοντι διὰ, μὴ πάσχων δέ, ὅτι τῇ φύσει θεὸς ὢν ὁ λόγος, ἀπαθής ἐστι· καὶ αὐτὸς μὲν ὁ ἀσώματος, διὰ ἐν τῷ παθητῷ σώματι· τὸ δὲ σῶμα εἶχεν ἐν ἑαυτῷ τὸν ἀπαθῆ λόγον, ἀφανίζοντα αὐτοῦ τοῦ σώματος τὰς ἀσθενείας· ἐποίει δὲ τοῦτο καὶ ἐγίνετο οὕτως, ἵνα τὰ ἡμῶν αὐτὸς δεχόμενος καὶ προσενεγκὼν εἰς θυσίαν, ἐξαφανίσῃ· καὶ λοιπὸν τοῖς ἑαυτοῦ περιβαλὼν ἡμᾶς, ποιήσῃ τὸν ἀπόστολον εἰπεῖν, δεῖ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν· οὐ θέσει δὲ πῶς ἐγίνετο, μὴ γένοιτο, ὡς ἵνες πάλιν ἐπέλαβον. ἀλλ' ὄντως ἀληθείᾳ ἀνθρώπου γενομένου τοῦ σωτῆρος, ὅλου τοῦ ἀνθρώπου σωτηρία ἐγίνετο· εἰ γὰρ θέσει ἦν ἐν τῷ σώματι ὁ λόγος κατ' ἐκείνους, τὸ θέσει λεγόμενον φαντασία ἐστὶν, ὑρέσκεται δοκήσει καὶ ἡ σωτηρία καὶ ἡ ἀνάστασις τῶν ἀνθρώπων λεγομένη, κατὰ τὸν ἀσεβέστατον μανιχαῖον· ἀλλὰ μὴν ἡ φαντασία ἡ σωτηρία ἡμῶν· οὐδὲ σώματος μόνου, ἀλλ' ὅλου ἀνθρώπου ψυχῆς καὶ σώματος ἀληθῶς, ἡ σωτηρία γέγονεν ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ. ἀνθρώπινον ἄρα φύσει τὸ ἐκ μαρίας κατὰ τὰς θείας γραφὰς, καὶ ἀληθινὸν ἦν τὸ σῶμα τοῦ σωτῆρος, ἀληθινὸν δὲ ἦν, ἐπεὶ ταὐτὸν ἦν τῷ ἡμετέρῳ. ἀδελφὴ γὰρ ἡμῶν ἡ μαρία· ἐπεὶ καὶ εἰ πάντες ἐκ τοῦ ἀδὰμ ἐσμέν· καὶ τοῦτο οὐκ ἄντικα ἀμφιβάλοι. μνησθεὶς ὧν ἔγραψεν ὁ λουκᾶς· μετὰ γὰρ τὸ ἀναστῆναι ἐκ τῶν νεκρῶν· δοκούντων τινῶν μὴ ἐν τῷ ἐκ μαρίας σώματι βλέπειν τὸν κύριον, ἀλλὰ

Corpus tum quippe in ſepulchro erat poſitũ, quum Verbum abiit, vt prædicaret ſpiritibus, qui in carcere tenebantur, vt dixit Sanctus Petrus: quæ res maxime declarat ſtultitiam eorũ qui dicunt Verbum in oſſa & carnem cõuerſum eſſe. Nam ſi hoc verum eſſet, quid opus fuiſſet monumento? Ipſum corpus per ſe profectum fuiſſet, vt prædicaret ſpiritibus in orco poſitis. Nunc autem ipſe profectus eſt ad prædicationem: corpus vero Ioſeph linteo inuolutum in Golgotha depoſuit, oſtenſumque eſt cunctis, Verbum corpus non fuiſſe: ſed corpus, Verbi corpus extitiſſe. Hoc Thomas è mortuis excitatum contrectauit, & in eo veſtigia clauorum conſpexit, quos aliquo modo Verbum ipſum ſuſtinuit, eò quod videns illos in ſuo corpore affixos incorporalis ille, quum prohibere poſſet, non prohibuit, ſed ſibi vendicauit, tãquam ſua ipſius, quæ propria erant corporis, nimirum, qui corpore vapulãte à miniſtro Pontificis, tanquam ipſe hoc pateretur, locutus eſt, ac dixit: *Quid me cædis?* Et cum intactile eſſet natura Verbum, tamen ita loquitur: *Dorſum meum dedi ad flagella, & maxillas meas ad depalmationem: faciem autem meam non auerti à contumelia inſpuentium.* Quod enim humanum patiebatur corpus, hæc eadem Verbum, quod corpori coniunctum erat, ad ſe referebat: vt nos liceret Deitatis Verbi participes fieri. Atque illud ipſum per quam mirum fuit, eundem fuiſſe & patientem, & nõ patiẽtem: patientem quidem, quatenus ipſius proprium corpus, in quo erat, patiebatur: non patientem, vero, quatenus ex natura Deus impatibilis erat, ipſéque incorporeus, in corpore patibili exiſtebat, corpuſque viciſsim Filium Dei impatibilem retinebat, abſumentem corporeas infirmitates. Ideo autem iſtud agebat, vt noſtra ſuſcipiens offerensque in ſacrificiũ, victimando abſumeret, ac deinde ſuis nos circumueſtiens, id efficeret, quod ab Apoſtolo dictum eſt, *Oportet hoc corruptibile induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem.* Non fictione iſta agebantur, abſit, quemadmodum nonnulli exiſtimauerunt, ſed vt verè & per verum Saluatorẽ hominem totius hominis ſalus conciliaretur. Nam ſi fictione & ſimulacrotenus Verbum in corpore fuit, ſecundum iſtorum opinionem, & ſi quod fictione agitur, imaginarium eſt, ſequitur omnino & apprehenſu facile eſt, hominum ſalutem ac reſurrectionem eſſe rem opinariam apparentémque, non veram ac ſolidam ſecundum impium Manichæum. Atqui non eſt inane ſpectrum & res imaginaria ſalus noſtra, neque corpori dũtaxat, ſed integro homini, corpori & animæ ſalus eſt comparata, verbóque ipſi verum corpus ex Maria ſecundum ſcripturas eſt genitum, verum, inquam, quia idem eſt cum corporibus noſtris: & quia Maria, vnde eſt genitum, ſoror noſtra eſt, eò quòd omnes liberi ſumus ex Adamo procreati. Nec eſt quod quiſquam de ea re dubitet, modò ſit memor verborum Domini. Nam poſtquam ſurrexit à mortuis, arbitrantibus nonnullis ſe corpus illud ex Maria genitum non obtueri,

ſed corporis eius ſpiritum, ita locutus eſt, *Videte manus meas & pedes meos, & veſtigia clauorum, quod ego ſim. Palpate & videte, quoniam ſpiritus carnem & oſſa non habet, quemadmodum me habere videtis: & una cum his verbis oſtendit manus & pedes.* Vnde redargui poſſunt, qui in diuerſum audent dicere, in carnem & oſſa mutatum eſſe Dominum. Non enim dixit, *Quemadmodum me videtis carnem & oſſa* exiſtere, ſed *habere*, inquit, ne ipſum Verbum in iſtiuſmodi res verſum eſſe crederetur: ſed ipſe in hæc veniſſe, & ante mortem & poſt mortem, idem eſſe agnoſceretur. Rebus ipſis igitur hæc argumẽta præ ſe ferentibus, ſuperfluum eſt aliaattingere, aut in iſtis laborioſiùs ſatagere: cùm & corpus, in quo erat verbum, non fuerit conſubſtantiale Deitati, ſed ex Maria vere genitũ, & verbum nõ fuit conuerſum in oſſa & in carnem ſed in carne extiterit. Id enim quod à Ioanne dicitur, *Verbum caro factum eſt*, hunc habet intellectum, quatenus ex re ſimili deprehendere licet ex verbis Pauli, *Chriſtus pro nobis factus eſt execratio*: non, quòd ex ſeipſo in execrationẽ tranſmutatus ſit, ſed quia pro nobis execrationẽ in ſe ſuſcepit. Inde eſt, quòd execratio appelletur. Ita quoque factus eſt caro, non conuerſus in carnem, ſed quòd carnem, pro nobis aſſumpſerit, & homo factus ſit; idque ſecundum verbum Ioëlis, *Effundam de ſpiritu meo in omnem carnem*: non vſque ad bruta pecora iſta ſeſe promiſſio extendit, ſed in ſolos duntaxat homines, quorum gratia Deus homo factus. Cum igitur dictum illud talem complectatur ſententiam, merito ſe ipſos dãnant, quicunque arbitrantur, ante Mariam illi aut carnem aut humanam animam fuiſſe, quæ ipſi ante aduentum ſuum ab æterno extiterit. Deſinant igitur quotquot aiunt carnem illius mortis capacem non fuiſſe, ſed eam fuiſſe immortalis conditionis. Si enim mortuus non eſt, cur Paulus tradidit Corinthiis quod & acceperat, Chriſtum eſſe mortuum pro peccatis noſtris ſecundum ſcripturas: aut qui factum, vt vel vlla ratione reſurrexerit, ſi mortuus non fuit? Sed ipſi ſui pudeſcerent, ſi vel ſemel cogitent, pro Trinitate quaternitatem induci poſſe, ſi negent corpus Chriſti ex Maria originem materiámque traxiſſe. Si enim corpus Chriſti ſtatuamus (nam ita ratiocinantur) eiuſdem cum verbo ſubſtantiæ eſſe, Trinitas nihil peregrini, vt ipſi aiunt, acceſſu verbi in ſeſe recipiet: contrà, ſi concedatur corpus Chriſti humanum eſſe, & ex Maria profatum, neceſſum eſt, cùm ſit alienum diuerſúmque à Deitate, & in eo ſit Verbum, quaternitatem pro Trinitate ob ſuperaduentum & additamentum corporis conſtitui. Hæc quũ loquuntur, non ſentiunt ipſos in ſe ipſos impingere. Nam tametſi ex Maria procreatum eſſe id corpus negent, verbóq; conſubſtantiale eſſe affiment, æque tamen quaternitatem, quam ſimulant ſeſe effugere velle, conſtituũt. Vt enim

ἀλλὰ αὐτὸ τύπυ πνεῦμα θεωρῶν, ἔλεγε, ἴδετε τὰς χεῖράς μυ καὶ τὰς πόδας καὶ τὰς τύπυς τῶν ἥλων, ὅτι αὐτὸς ἐγώ εἰμι· ψηλαφήσατέ με καὶ ἴδετε, ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρῆτε ἔχοντα· καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἐπέδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας· ἐξ ὧν καὶ διελέγχεσθαι δύναται πάλιν οἱ τολμήσαντες εἰπεῖν εἰς σάρκα καὶ ὀστέα ἠλλοιῶσθαι τὸν κύριον· οὐ γὰρ εἶπε, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε σάρκα καὶ ὀστᾶ ὄντα, ἀλλ' ἔχοντα· ἵνα μὴ αὐτὸς ὁ λόγος εἰς τοῦτο τραπεὶς νομισθῇ· ἀλλ' αὐτὸς ἔχων αὐτὰ καὶ μετὰ τὸ θανάτου μετὰ τὴν ἀνάστασιν εἰ ἀεὶ πιστεύθῃ· τούτων ἢ οὕτως ἐχόντων τὴν ἀπόδειξιν, σωφρον ἐπὶ τῶν ἄλλων ἄπιστεῖν καὶ γυμνάζειν ἑαυτὸν περὶ αὐτῶν· τοῦ σώματος ἐν ᾧ ἦν ὁ λόγος, μὴ ὄντος ὁμοουσίου τῇ θεότητι, ἀλλ' ἐκ μαρίας ἀληθῶς ληφθέντος· καὶ αὐτὸ ἢ τὸ λόγου μὴ τραπέντος εἰς ὀστέα καὶ σάρκα ἀλλ' ἐν σαρκὶ γνομένου· τὸ γὰρ ῥῆμα τῷ ἰωάννῃ λεγόμενον, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, παρὰ τὴν ἔχει τὴν Δάνειαν, καθὼς καὶ ἐκ τοῦ ὁμοίου τοῦτο δυνατὸν εὑρεῖν· γέγραπται γὰρ περὶ τοῦ παύλου, χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν γέγονε κατάρα· καθὼς οὐκ αὐτὸ τοῦτο γέγονε κατάρα· ἀλλ' ὅτι τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνεδέξατο κατάραν· γέγραπται γάρ, ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου· οὕτω καὶ σὰρξ γέγονεν ὁ τραπεὶς εἰς σάρκα, ἀλλ' ἐπὶ σάρκα ζώων ὑπὲρ ἡμῶν αἰσθάνεσθαι γέγονεν ἄνθρωπος· καὶ γὰρ τὸ εἰπεῖν, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἴσον πάλιν ἐστὶν εἰπεῖν, ὁ λόγος ἄνθρωπος γέγονεν· καθὸ τὸ ἐρημένον ἐν τῷ ἰωήλ, ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα· οὐ γὰρ ἕως τῶν ἀλόγων ἦλθε ἡ ἐπαγγελία· ἀλλ' εἰς ἀνθρώπους ἐστὶν, ὧν ἕνεκα καὶ ἄνθρωπος γέγονε κύριος· τοῦτο ἢ τὸ ῥητὸν παύλου ἔχοι τὴν ἔννοιαν, εἰκότως καταγνώσονται ἑαυτῶν πάντες οἱ νομίσαντες περὶ τῆς μαρίας εἶναι τὴν ἐξ αὐτῆς σάρκα, καὶ περὶ ταύτης ἵνα ἐχηκέναι ψυχὴν ἀνθρωπίνην τὸν λόγον, καὶ ἐν αὐτῇ περὶ τῆς ἐπιδημίας ἀεὶ γεγενῆσθαι. παύσονται ἢ καὶ οἱ εἰπόντες μὴ εἶναι δεκτικὸν θανάτου τὴν σάρκα, ἀλλὰ τῆς ἀθανασίας φύσεως εἶναι παύτην· εἰ γὰρ μὴ ἀπέθανε, πῶς ὁ παῦλος παρεδίδου φησὶν ὅτι καὶ παρέλαβεν, ὅτι χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν κατὰ τὰς γραφάς; πῶς δὲ καὶ ὅλως ἀνέστη, εἰ μὴ καὶ ἀπέθανεν; ἐλευθεράσωσι δὲ μεγάλως, εἰ ἢ ὅλως ἐνδυμηθέντες δυνάσθαι ἀντὶ τῆς τελάδος ῥιφῆναι πτερύδα, εἰ λέγοιτο ἐκ μαρίας εἶναι τὸ σῶμα· ὁμοίσιον γὰρ ἐὰν εἴπωμεν, φασὶ, τὸ σῶμα τῷ λόγῳ μένει ἡ τελὰς, οὐδὲν ξένον εἰς αὐτὴν ὑπιφερομένου τοῦ λόγου· ἐὰν δὲ ἀνθρώπινον εἴπωμεν τὸ ἐκ μαρίας σῶμα, ἀνάγκη ξένου ὄντος κατ' οὐσίαν τοῦ σώματος, καὶ ὄντος ἐν αὐτῷ τῷ λόγου, πτερὰς ἀντὶ τελάδος γίνεται· Δι' ὃ τὸν τοῦ σώματος προσῆκεν· ταῦτα οὕτω λέγοντες, ἀγνοοῦσιν ὅπως ἑαυτοῖς ἐμπίπτουσι· καὶ γὰρ κἂν μὴ ἐκ μαρίας λέγωσι τὸ σῶμα, ἀλλὰ ὁμοούσιον αὐτὸ τῷ λόγῳ, οὐδὲν ἧττον, ἢ ὅπερ ὑπεκρίναντο μὴ ἄρα ἄτοπον φρονοῦντες νομισθῶσι στοχάζεσθαι τὴν αὐτῶν ἔννοιαν δέχεσθαι λέγοντες πτερύδα·

ὡς γὰρ

ὡς γὰρ ὁ υἱὸς κατὰ τοὺς πατέρας ὁμοούσιος ὢν τῷ πατρὶ, οὐκ ἔστιν αὐτὸς ὁ πατήρ, ἀλλὰ υἱὸς πρὸς πατέρα λέγεται ὁμοούσιος, ὕτως τὸ ὁμοούσιον σῶμα τοῦ λόγου, οὐκ ἔστιν αὐτὸς ὁ λόγος· ἀλλ' ἕτερον πρὸς τὸ λόγον· ἑτέρως ὂν τοιοῦτος κατ' αὐτὸν ἔσται ἡ αὐτῶν τριάς, τετρὰς· γὰρ ἡ ἀληθινὴ καὶ ὄντως πλέιὰς καὶ ἀδιαίρετος τριὰς δέχεται προσθήκην, ἀλλ' ἡ πρὸ τούτων ὑπονενοημένη· καὶ πῶς ἔτι χριστιανοὶ, ἕτερον πρὸ τοῦ ὄντα θεὸν ὑπονοοῦντες; πάλιν γὰρ καὶ ἐν τῷ ἑτέρῳ αὐτῶν σοφίσματι, πολλῷ τῷ ἀφροπώλῳ ἔξεστιν ὁρᾶν, εἰ δεῖ τι εἶναι καὶ λέγεσθαι ἐν ταῖς γραφαῖς ἐκ μαρίας εἶναι καὶ ἀνθρώπινον τὸ σῶμα τοῦ σωτῆρος νομίζουσιν ἀντὶ τοῦ παθεῖν καὶ πτερδα λέγεσθαι ὡς προσθήκης γινομένης διὰ τὸ σῶμα. πολὺ θαυμαστὸν τὸ πίστευμα συνεξισοῦντες τῷ πιστῇ· καὶ ὑπονοοῦντες δύο θεότητα προσθήκην λαμβάνειν· καὶ ἠγνόησαν ὅτι διὰ προσθήκην θεότητος γέγονε σὰρξ ὁ λόγος, ἀλλ' ἵνα ἡ σὰρξ ἀναστῇ. διὰ ἵνα βελτιωθῇ ὁ λόγος, προσῆλθεν ἐκ μαρίας, ἀλλ' ἵνα τὸ ἀνθρώπων γένος λυτρώσηται. πῶς οὖν εἷς ἦν τὸ διὰ τὸ λόγου λυτρούμενον σῶμα καὶ ζωοποιηθέν, προσθήκην θεότητος τῷ λόγῳ τῷ ζωοποιήσαντι πιεῖν; μᾶλλον γὰρ αὐτῷ τῷ ἀνθρωπίνῳ σώματι προσθήκη μεγάλη γέγονεν ἐκ τοῦ λόγου πρὸς αὐτὸ κοινωνίας τε καὶ ἑνώσεως· ἀπὸ γὰρ θνητοῦ, γέγονεν ἀθάνατον· καὶ ψυχικὸν ὄν, γέγονε πνευματικὸν καὶ ἐκ γῆς γεγόμενον, τοὺς οὐρανίους διέβη πύλας· ἡ μὲν τριὰς καὶ λαβόντος ἐκ μαρίας σῶμα τοῦ λόγου, τριὰς ἐστὶν ἡ δεχομένη προσθήκην οὐδὲ ἀφαίρεσιν· ἀλλ' ἀεὶ πλέιὰς ἐστὶ· καὶ ἐν τελείᾳ μία θεότης γινώσκεται· καὶ ὅτως ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἷς θεὸς κηρύσσεται ὁ τοῦ λόγου πατήρ· ἐκ δὴ τούτου, σιωπήσωσι λοιπὸν καὶ οἱ ποτὲ εἰπόντες τὸ ἐκ μαρίας προελθόντα, μὴ εἶναι αὐτὸν τὸ κύριον, καὶ κύριον καὶ θεόν· εἰ γὰρ μὴ θεὸς ἦν ἐν τῷ σώματι, πῶς ἂν ὁ ἐκ μαρίας, ἐκλήθη Ἐμμανουήλ, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον μεθ' ἡμῶν ὁ θεός; πῶς δὲ καὶ ὁ παῦλος εἰ μὴ λόγος ἦν ἐν σαρκὶ ῥωμαίοις ἔγραφεν, ἐξ ὧν ὁ χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντα θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν; οὐκ οὖν ὁμολογήσωσιν, καὶ οἱ πρότερον δεχόμενοι τὸ ἐσταυρωμένον εἶναι θεὸν, ἐσφάλθαι, πειθόμενοι ταῖς θείαις γραφαῖς· μᾶλλον δὲ τῷ θωμᾷ, ὃς μὴ τὸ ἰδεῖν ἐν αὐτῷ τοὺς τῶν ἥλων τύπους, ἀνεβόησεν ὁ κύριός μου καὶ ὁ θεός μου· θεὸς γὰρ καὶ κύριος τῆς δόξης ὢν ὁ υἱὸς, ἐν τῷ ἀδόξως καθηλωμένῳ καὶ ἀλιμαζομένῳ σώματι· τὸ δὲ σῶμα τοῦ θεοῦ, ἔπαθε μὲν νυσσόμενον ἐν τῷ ξύλῳ· καὶ ἔρρεεν ἀπὸ τῆς τότε πλευρᾶς, αἷμα καὶ ὕδωρ· νᾶος δὲ τὸ λόγου τυγχάνων, πεπληρωμένος ἐν τῆς θεότητος· διατοῦτο γοῦν ὁ μὲν ἥλιος ὁρῶν τὸ δημιουργὸν ἑαυτοῦ ἐν τῷ ὑβριζομένῳ σώματι ἀνεχόμενον, τὰς ἀκτῖνας συνέσειλε καὶ ἐσκότισε τὸν γῆν. αὐτὸ δὲ τὸ σῶμα φύσιν ἔχον γηΐνην, ὑπὲρ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἀνέστη διὰ τὸν ἐν αὐτῷ λόγον· καὶ ἔπαυσε μὲν τῆς κατὰ φύσιν φθορᾶς· ἐνδυσάμενον δὲ τὸν ὑπὲρ ἄνθρωπον λόγον, γέγονεν

postea autem in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Cæterum, quando cum hominibus conuersatus est, nisi quum genitus est ex fœmina, & infantulus vnà cum aliis fuit? incrementáque & alimenta cum cæteris sumpsit? Rursum alibi, *Profundum cor eius super omnes, & homo est, & quis cognoscet eum?* Itidem quoque Esaias loquitur, *Puer natus est nobis, & Filius datus est nobis, cuius imperium super humeros ipsius, vocabiturq; nomen eius magni consilii Angelus, mirabilis, Deus, fortis consiliarius, potentatus, princeps pacis, Pater futuri seculi.* Et alibi: *Ecce, Virgo in vtero concipiet & pariet Filium, & vocabunt nomen eius Emanuel, quod est interpretatione, est nobiscum Deus.* Deus enim est is, qui genitus est ex Virgine & homo factus est ex Maria deipara. Et alibi, *Vidimus eum, & non habebat speciem neque pulchritudinem.* Viderat enim eum prius in diuina & superexcellenti forma sedentem in solio edito & sublimi, cùm Seraphini eum glorificabant, dicentes, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus.* Postea vidit eum forma serui indutum, & in similitudinem hominis effigiatum, ideo dicit, *Non habebat speciem, neque pulchritudinem, quippe cuius species contemptibilis esset, & subsidens infra omnes homines: homo in verberibus constitutus, & peritus in ferendis languoribus, quoniam auersa est facies eius, & reputatus non fuit. Hic languores nostros gestat, & pro nobis excruciatur, & nos existimauimus eum propter suum malum in verberibus & miseriis esse, quum ipse vulneratus sit ob peccata nostra, debilitatus sit ob iniquitates nostras.* Rursus alibi, *Ecce Deus noster iudicium reddit, & redditurus est, ipse veniet, & seruauit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & expedita erit lingua mutorum.* Rursum alibi, *Non nuncius, non legatus, sed ipse Dominus seruauit nos.* Et Dauid, *Mater Sion inquiet homo, & homo natus est in ea & ipse fundauit eam, qui altissimus est.* Et alio in loco, *Vt cognoscant, quòd nomen tibi Dominus, tu solus altissimus super omnem terram.* Hæc ex parte descripsimus, vt quemadmodum dixit Apostolus, non vlterius infantuli simus fluctuantes, & circumraptati omni vento doctrinæ per versutias hominum, & calliditatem quo impartiatur error. * Sed vt respõderemus interrogatis, quæ de Ecclesia dicta fuere. Ea enim cùm prius creata esset, postea tamen per gratiam ex Deo gignitur, ideóque in Prouerbiis primo loco expressum est, *Creauit me Dominus*: secundo loco illud alterum, Et genuit me. Et quum Christus ait, *Pater qui me misit, maior me est*: quatenus homo factus est, eatenus Patrem seipso maiorem dicit: quatenus autem est Verbum Patris, æqualitatem in se conseruat. *Ego enim*, inquit, *& Pater vnum sumus*: &, *Qui vidit me, vidit & Patrem*, neque ex raptu habet, quod sit æqualis Patri, sed per naturam æqualis est & consubstantialis Patri, quia ex paterna substantia genitus est.

μὴ ταῦτα ὅτι τ γῆς ὤφθη κ τῆς ἀνθρώπις συναναιρέφη· τότε δὲ συναναιρέφη τῆς ἀνθρώποις, εἰ μὴ ὅτι συνεγυμνήθη μετ' αὐτῶν ὡς γυναικὸς, καὶ συνεννήπιασε, καὶ συνηύξη καὶ συνέφαγες κ ἀλλαχῆ λέγ· Βαθεῖα ἡ καρδία πάντας· ἢ ἄνθρωπός ἐστι κ τίς γνώσε αὐτόν; ὁμοίως δ κ ἡσαΐας λέγ· ὅτι παιδίον ἐγεννήθη κ υἱὸς ἐδοθη ἡμῖν· οὗ ἡ ἀρχὴ ἐγεννήθη ὅτι τὸ ὄμα αὐτοῦ κ καλεῖ τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, θαυμαστὸς, σύμβουλος· θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης· πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. κ ἀλλαχῆ λέγ, ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξ, κ τέξε υἱὸν κ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐμμανουήλ, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον μεθ' ἡμῶν ὁ θεός· θεὸς οὗτός ἐστιν ὁ γεννηθεὶς ἐκ παρθένου, κ γενόμενος ἄνθρωπος. κ πάλιν ἀλλαχῆ λέγ, εἴδομεν αὐτὸν κ οὐκ εἶχεν εἶδος οὐδὲ κάλλος. ἰδοὺ γὰρ αὐτὸν τοιοῦτον θεωροῦσιν ἐν τῇ θείᾳ κ εὐδόξῳ αὐτοῦ μορφῇ καθήμενον ὅτι θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, ὅτε τὰ χερουβὶμ ἐδοξολόγουν αὐτὸν λέγοντες· ἅγιος ἅγιος ἅγιος κύριος σαβαὼθ, κ μὴ ταῦτα ὁρᾷ αὐτὸν δούλου μορφὴν λαβόντα. καὶ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου γινόμενον· διὰ τοῦτο λέγ εἴδομεν αὐτὸν καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος ἢ κάλλος· ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, καὶ ἐκλεῖπον παρὰ πάντας τοὺς υἱοὺς τ ἀνθρώπων. ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὢν. κ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν· ὅτι ἀπέστραπται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ ἠτιμάσθη καὶ οὐκ ἐλογίσθη, ὅτις τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρ κ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται· κ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν ἐν πόνῳ κ ἐν πληγῇ, κ ἐν κακώσ. αὐτὸς δ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν· κ ἀλλαχῆ λέγ περὶ αὐτοῦ· ἰδοὺ ὁ θεὸς ἡμῶν κρίσιν ἀνταποδίδωσι κ ἀνταποδώσ. αὐτὸς ἥξει κ σώσ ἡμᾶς. τότε ἀνοιχθήσονται ὀφθαλμοὶ τυφλῶν, καὶ ὦτα κωφῶν ἀκούσονται. τότε ἀλεῖται ὡς ἔλαφος χωλὸς· καὶ τραυλὴ ἔσται γλῶσσα μογιλάλων. κ πάλιν ἀλλαχῆ λέγ, οὐκ ἄγγελος οὐδὲ πρέσβυς· ἀλλ' αὐτὸς ὁ κύριος ἔσωσεν ἡμᾶς· καὶ διὰ τοῦτο λέγ· μητὴρ σιὼν ἐρεῖ ἄνθρωπος, κ ἄνθρωπος ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ κ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν αὐτὴν ὁ ὕψιστος. ἔστι γὰρ ὁ ἄνθρωπος ὁ γεννηθεὶς ἐν αὐτῇ, αὐτός ἐστιν ὁ ὕψιστος, καθὼς ἐν ἄλλῳ ψαλμῷ λέγ. καὶ γνώτωσαν ὅτι ὄνομά σοι κύριος· σὺ μόνος ὕψιστος ὅτι πᾶσαν τ γῆν. ταῦτα δ ὀλίγα μέρη ἐχράψαμεν, ἵνα καθὼς εἶπεν ὁ ἀπόστολος, μηκέτι ὦμεν νήπιοι κλυδωνιζόμενοι κ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ τ διδασκαλίας, ἐν τῇ κυβείᾳ τ ἀνθρώπων ἐν τῇ πανουργίᾳ πρὸς τ μέθοδον τῆς πλάνης.

* Πρὸς δ τὴν ἐρώτησιν ἐρρέθη τὰ ἐποπτευόμενα ἅπερ οὐκ ἀπὸ προσώπου λέγει τ ἐκκλησίας ἥτις πρότερον κληθεῖσα μὴ ταῦτα γονὰ δ κ χάρειν οὐκ ἔτι. διὰ τοῦτο πρῶτον κεῖ δ ἐν τῇ παροιμίᾳ τὸ ἔκτισέ με κύριος κ ὕστερον τ ἐγέννησέ με· κ ὅτι λέγ, ὁ πατήρ μου ὁ πέμψας με μείζων μου ἐστιν, ἐπειδὴ ἄνθρωπος γέγονε, μείζονα αὐτοῦ λέγ τ πατέρα. λόγος δ ὢν τ πατρὸς ἴσος ἐστιν αὐτῷ, ἐγὼ γὰρ φησι κ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, κ ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τ πατέρα, κ οὐκ ἀπὸ ἁρπαγῆς ἔχε τὸ εἶναι αὐτὸν ἴσον τῷ πατρὶ ἀλλὰ κ φύσιν ἴσος ἐστι κ ὁμοούσιος τῷ πατρὶ, διότι ἐκ πατρικῆς οὐσίας γεγέννηται.

τοῦ

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

Αλεξανδρείας

Περὶ σαρκώσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ Ἀπολιναρίου.

Ὁ μὲν τρόπος τοῦ ἀνδρὸς εὐσεβοῦς ὁ ἄκοπος πρὸς σωτῆρα σέβειν τὸν παῖδα, ἀγαπητικὸν, καὶ ἐν χαρίεσσι βοαῖς αἰνεῖν τὸν ἐργάτην θεὸν, κατὰ τὴν ῥῆσιν τοῦ γραφικοῦ λέγοντος. καθίσεται κατὰ μόνας καὶ σιωπήσεται· καὶ ἡσυχάζειν καὶ πράττειν τὰ ἴδια· τὸ δὲ κατὰ μόνας καὶ τὰ ἴδια τεθέν, τὴν ἰδίαν ἀναστροφὴν ἐν χριστῷ πιστεύειν, καὶ τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ ἐν φρονήσει. ἀλλ' ἐπειδὴ κόπῳ βαρυτάτῳ σωτηρίως ἐντῖς τὰ αὐτὰ λέγειν δοκοῦσιν, ἠρώτησας περὶ τῆς ἐν ἡμῖν πίστεως, ἐπὶ τίς ἡ αἰτίασις τοῦ ὀρθῶς φρονεῖν νομιζόντων, οἵτινες ἀμετρίᾳ πολλῇ ἄθεσμα φθεγγόμενοι, ἃ δεδοίκασιν· οἷς ἀπαχθέντες οἱ ἀσήμαντοι τῇ πίστει, πλανώμενοι οὐ σώζονται. εἰ γὰρ ἐσημειωμένοι ἐν τῇ πίστει ἐτύγχανον, οὐκ ἂν τοιούτοις ῥήμασι σωτηρίου ἐπείθησαν· σχολαζούσης δὲ αὐτῶν τῆς διανοίας, δεκτικοὶ γεγόνασι τῶν τοιούτων ὑποδοσέων· ἐξ ὧν ἀναβλαστάνει ἀμετρίας τύφος, καὶ κακίας πλῆθος· ἀβλεποῦντες δὲ καὶ μίσους, παραδέχονται τὸ θεοφθὲς μυστήριον, καὶ τὰ ἀποστόλων διδάγματα· καὶ τῶν πατέρων τὰ ὑποθέγματα, καὶ αὐτὰς δὴ τὰς ἀναποδείκτους δόσεις ὅτι φωνὰς οἷς ἐπάγειν καὶ δυνάμιν τοῦ ἐλέγχου ἐπάναγκες, ἵνα ἤτινες αὐτῶν ἀναισθήτως ἁμαρτάνουσιν, ἢ ἄλλως ἀπαλλάσσωσιν μὴ δυνάμενοι, κατὰ λῆψιν δὲ κρίνεσθαι τῷ θεῷ χρεὼν ὑπομένοντες, μὴ νοοῦντες ἃ λέγουσι, μήτε θεοῦ λόγων διαβεβαιοῦνται· οἱ μὲν γὰρ πατέρες εἰρήκασιν, ὁμοούσιον τὸν υἱὸν τῷ πατρί. καὶ θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ, καὶ πλέον ἐκ πλείω ἔπεσι καταλήγοντα διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, σαρκωθέντα, ἐνανθρωπήσαντα, εἶθ' ὕστερον παθόντα, καὶ ἀναστάντα· ἵνα μήτις πάθος καὶ ἀνάστασιν ἀκόων, ἀλλοιοῦσθαι τὸν θεὸν λόγον ἐννοοῖτο, τὸ ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον τοῦ υἱοῦ, μετὰ κέρματος διορίζονται· οὔτε δὲ, ἢ ἀλλοίωσιν τοῦ λόγου φαντάζονται, ἢ δόκησιν τὴν οἰκονομίαν τὸ πάθους ὑπολαμβάνουσι. ποτὲ μὲν, ἄκλινον καὶ ὑπερφάνιον λέγοντες τὸν τοῦ χριστοῦ σάρκα· ποτὲ δὲ, ὁμοούσιον τὸ θεότητος. εἶπα φασὶν· ἀντὶ δὲ ἔσωθεν ἐν ἡμῖν ἀνθρώπου, νῦς ὑπερφάνιος ἐν χριστῷ τῷ δὲ ὀργανικῷ κεχρῆσθαι σχήματι τῷ περιέχοντι. ἃ γὰρ οἴονται τὸν τέλειον αὐτὸν ἄνθρωπον γενέσθαι· ὅπερ

S. Patris noſtri

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI

Alexandrini

De Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti, contra Apolinarium.

A MOs pij hominis, & infatigabilis dilectio requirit, vt ſilētio veneremur omnia, & vocibus admodum gratulatoriis celebremus benefactorem Deū ſecūdum verba ſcripturæ ita loquentis, *Sedebit ſolitarie, & tacebit, & quietus futurus eſt, & ſuum negotium faciet.* Hoc eſt, ſuam conuerſationem in iudicio, & præceptum Dei curæ habebit. Sed ex quo tibi nō ignota fuit ingens defatigatio diſputantiū de iſtis rebus, percunctatus es me, & de fide, & de culpa eorū, qui ſibi recte ſapere videtur, qui multa immodeſtia, nefaria loqui non verētur, quibus abducti inſtabiles in fide ſeſe errare non agnoſcunt. Nā ſi ſtabiles in fide eſſent, non iſtiuſmodi verbis ſeducerentur, dum vacante per ocium animo, capaces ſe præbent huiuſmodi traditionum, ex quibus germinat inſolētia immodeſtiæ, & vecordiæ ferocitas, cæcutientes odio prætereūt Prophetarum indicia, & Apoſtolorum documenta, & Patrum mandata, ipſásq; irrefutabiles domini voces. Cōtra quos neceſſarium eſt, vt argumentis ad refellendum vtamur in hoc, vel vt reſipiſcētes perſpiciant, vel ne alios decipiant, dum cōprehenſionem facillimam pollicitantur de Chriſto, non intelligentes nec quid dicunt, neq; de quibus aſſeuerationes faciunt. Patres enim dixere conſubſtantialē Patri Filiū eſſe, ac Deum verū ex Deo vero, perfectum ex perfecto, ac deinde vbi deſcenderat propter noſtram ſalutem, incarnatum, hominemq; factum eſſe: poſtmodum autē vbi paſſus eſſet, reſurrexiſſe. Sed ne quis audita paſſione & reſurrectione, immutatū eſſe Deū Verbum cogitet, immutabilitatem naturamque Filij omni enarratione, alterationeque liberam cum iudicio definiunt. Ipſi contra vel alterationem imaginantur, vel commentitiam hiſtoriam paſſionis ſuſpicantur, interdum increatam ſuperceleſtemque domini carnē aſſerentes interdum eam deitate conſubſtantialem eſſe, deinde aiunt loco eius hominis, qui in nobis interior dicitur, mentem ſupercæleſtem in Chriſto fuiſſe: inſtar enim inſtrumēti, eū circūferentia corporis vſum fuiſſe, quippe fieri nō potuiſſe, vt homo perfectus exiſteret.

Vbi

Vbi enim perfectus homo, ibi & peccatum, duoque perfecta in vnum conflari non posse. Alioqui futuram in Christo, quæ in nobis est, pugnam peccati, nostroque more desideraturum purgationem, si id quod sentit intelligitque, & carnem agit in nobis, Christus quoque in seipso homo factus polleat. Sed illium inquit corpus sine mente, & ea vi quæ intelligit cogitatque, possediisse, vt mens esset in eo, & insciis sit vndiquaque peccati, tum ratione diuinitatis, tum ratione carnis, quæ cogitandi vim nullam habuit. Non enim peccat caro agentis carnem, hoc est, sapientis, intelligentisque, si non ante facinus peccati ab eo præcogitatum fuerit, neque operatur per corpus ad consummationem peccati, vnde carnis quidem nouitatem Christus ostendit, pro ratione similitudinis. Eius autem, qui in nobis sensu cogitandique vi præditus est, nouitatem, per imitationem & similitudinem, & abstinentiam peccati, vnusquisque in seipso ostendit, atque ita intelligitur Christus sine peccato. Hæc sunt illorum sophismata, euersionis inuenta. Hæc est vna illorum ratio: multa enim incredulitatis diuerticula humanis ratiocinationibus excogitata. Proponamus igitur diuini placiti voluntatem. *Iurauit enim* (inquit Dominus) *& non pœnitebit*: & verissimæ œconomiæ consummationem, & absolutissimi beneficii gratiam vicissim percunctantes istorum intellectus, an propheticis annunciationibus coastipulentur, an Apostolicas doctrinas sequantur, an in Patrum mandatis incedant, an irrefutabiles Domini voces non reiiciant, vt ex Propheticis indiciis, & Apostolicis doctrinis, & ab operibus à Domino designatis concilietur veritatis confessio, & erroris explicatio. Dicite igitur vos, vestri noui Euangelij repertores, cum non sit aliud Euangelium, quàm quod vobis est Euangelizatum, carnem Verbi creatam esse, vt vel deitatem Verbi recidisse, mutatámque esse, in carnem, imaginemini, vel institutionem passionis & mortis, & resurrectionem, opinationem meram arbitremini: sola enim Sancta illa deitatis Trinitas increata, æterna & incommutabilis est, & nullius variationis capax. Quum autem Christus secundum carnem ex hominibus originem habeat, vt vnus ex fratribus nostris sit, quemadmodum scriptum est: patibilisque sit & primogenitus ex resurrectione mortuorum, vt à lege præd.ctum fuit, quomodo à vobis, quod increatum est, patibile dicitur? aut quomodo id, quod patibile est, increatum existimatur? Nam qui & increatam substantiam Verbi patibilem dicunt, in diuinitatem blasphemant: & qui carnem, quæ patibilis est, & ossibus & sanguini, & animæ, & vniuerso corpori adaptata est, palpabilis & visibilis creata, increatã dicunt, duabus ruinis præcipitantur, præstigium quoddam apparentiámque meram specie tenus exhibitam, supplicium passionis suspicantes, secundum Manichæorum impietatem, aut talem statuitis increatæ diuinitatis essentiam:

Et quid

ὅπου γὰρ τέλειος ἄνθρωπος, ἐκεῖ καὶ ἁμαρτία καὶ οὐ δύο τέλεια, ἓν γενέσθαι οὐ δυνάμενα· ἐστὶ δ' ἐν ἡμῖν καὶ ἐν Χριστῷ ἡ ἐν ἡμῖν μάχη τῆς ἁμαρτίας, καὶ ἔστιν αὐτῷ χρεία τοῦ καθ' ἡμᾶς καθαρισμοῦ. εἰ τὸ φρονοῦν καὶ τὸ ἄγον ἐν ἡμῖν τὴν σάρκα· Χριστὸς ἐν ἑαυτῷ ἐπιδέδεικται γενόμενος ἄνθρωπος. ἀλλ' ἐλάβε φασὶ τὸ ἀνόητον· ἵν' αὐτοῦ ἡ νοῦς ἐν ἑαυτῷ χ' ἅγιος ἢ πάντη τῆς ἁμαρτίας κατά γε, τὸ θεῖον καὶ τὸ ἀνοσιον τῆς σαρκός· οὔτε γὰρ ἁμάρτοι ἂν ἡ σὰρξ τοῦ ἄγοντος τὴν σάρκα, τουτέστι τοῦ φρονοῦντος, μὴ προενθυμηθέντος τὴν πρᾶξιν τῆς ἁμαρτίας, καὶ ἐνεργήσαντος διὰ τοῦ σώματος εἰς ἐκπλήρωσιν τῆς ἁμαρτίας· ὅθεν σαρκὸς μὲν καινότητα Χριστὸς ἐπιδέδεικται κατ' ὁμοίωσιν· τοῦ δὲ φρονοῦντος ἐν ἡμῖν τὴν καινότητα, διὰ μιμήσεως καὶ ὁμοιώσεως καὶ ἀποχῆς τῆς ἁμαρτίας, τὸν ἕκαστον ἐν ἑαυτῷ ἐπιδείκνυται. Ἐκ οὕτω νοῆται Χριστὸς χωρὶς ἁμαρτίας· τοιοῦτά ἐστιν αὐτῶν τὰ σοφίσματα, καὶ τῆς ψευδογραφοπῆς τὰ νοήματα· καὶ οὐκ ἔστιν εἷς ὁ λόγος αὐτῶν. πολλαὶ γὰρ τῆς ἀπιστίας αἱ ψευδογραφοπαὶ· ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς ἐπινενοημέναι· προθῶμεν τοίνυν τούτοις, τῆς τοῦ θεοῦ βουλήσεως τὴν θέλησιν· ὥμοσε γάρ φησι κύριος καὶ οὐ μεταμεληθήσεται· καὶ τῆς ἀληθεστάτης οἰκονομίας τὴν συμπλήρωσιν. καὶ τὸ τελειοτάτης εὐεργεσίας τὴν χάριν ἀντιρρητέον τούτων τὰ νοήματα· εἰ τοῖς προφητικοῖς μυσταγωγοῦσι, εἰ τοῖς ἀποστολικοῖς διδάγμασιν ἀκολουθοῦσιν, εἰ τοῖς τῶν πατέρων παραγγέλμασι στοιχοῦσιν, εἰ τοῖς ἐναποδείκτοις τοῦ θεοῦ φωναῖς οὐκ ἀθετοῦσιν· ἵν' ἐκ τῶν προφητικῶν μυστηρίων, καὶ τῶν ἀποστολικῶν διδαγμάτων, καὶ τῶν ὑπὸ τοῦ κυρίου πληρωθέντων πραγμάτων γίγνηται τῆς ἀληθείας ἡ ὁμολογία καὶ τῆς πλάνης ἡ ἔλεγξις. εἰπάτω τοίνυν οἱ ἐφευρεταὶ τοῦ καινοῦ καθ' ὑμᾶς εὐαγγελίου· ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο, πόθεν ὑμῖν κατηγγέλη σάρκα ἄκλιτον λέγειν, ὥστε ἡ τοῦ θεότητος τοῦ λόγου, εἰς μετάπτωσιν σαρκὸς φαντάζεσθαι, ἢ τὴν οἰκονομίαν τοῦ πάθους καὶ τοῦ θανάτου καὶ τῆς ἀναστάσεως, ὡς δόκησιν νομίζειν. ἄκλιτος μὲν γὰρ πρέπει μόνη ἡ ἁγία τριὰς τῆς θεότητος, ἀίδιός τε καὶ ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος. χριστοῦ δὲ κατὰ σάρκα ἐξ ἀνθρώπου ἀνισταμένου ἐκ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν ὡς γέγραπται. καὶ παθητὸς καὶ πρωτότοκος ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, προκατηγγέλαντο τοῦ νόμου, πῶς τὸν ἄκλιτον, παθητὸν λέγετε; ἢ πῶς τὸ παθητὸν, ἄκλιτον ὀνομάζετε; καὶ γὰρ καὶ τὴν ἄκτιστον οὐσίαν τοῦ λόγου παθητὴν λέγοντες εἰς τὴν θεότητα βλασφημεῖτε· καὶ τὴν παθητὴν σάρκα, ὀστέοις τε καὶ αἵμασι καὶ ψυχῇ, καὶ ὅλῳ τῷ καθ' ἡμᾶς σώματος ἁρμοσθεῖσαν· ψηλαφητὴν τε καὶ ὁρατὴν γινομένην ἄκτιστον λέγοντες, δυσὶ πρόσωποις ἐπιπίπτετε πάθεσιν· ἢ φαντασίαν τὴν δεῖξιν καὶ τὴν ἀνοχὴν τοῦ πάθους ὑπολαμβάνοντες κατὰ τὴν τῶν μανιχαίων ἀσέβειαν, ἢ τοιαύτην ὑποτιθέμενοι τῆς ἀκτίστου θεότητος τὴν οὐσίαν.

καὶ τί ἔτι

Τί ἔτι μέμφεσθε τοῖς ἐν ἀνθρωπίνῃ μορφῇ τῇ κατὰ σάρκα τὸν θεὸν φανταζομένοις; ἀλλὰ λέγετε ὅτι ἄκλιτον γέγονεν ἐν τῇ ἑνώσει τῇ πρὸς τὸν ἄκλιτον. ἐντεῦθεν δὲ ὑμῶν ἡ πλάνη δειχθήσεται αὐτὴ λεγκος· ἡ γὰρ τῆς σαρκὸς ἕνωσις, πρὸς τὸν τοῦ λόγου θεότητα, ἐκ μήτρας γέγονεν. ἐντεῦθεν γὰρ αὐτὸν εἰσήσατο ὁ λόγος, ἐξ οὐρανῶν ἐπιδημήσας· οὐ προϋπαρξάσων τῆς τοῦ λόγου ἐπιδημίας, ἢ τῆς μαρίας μόνης ἐκ τοῦ ἀδὰμ καταγομένης, καὶ ἐκ τοῦ ἀβραὰμ καὶ τοῦ δαβὶδ γενεαλογουμένης, σὺν τῷ ἰωσὴφ τῷ μεμνηστευμένῳ αὐτὴν ὄντων ἑκατέρων εἰς σάρκα μίαν καθὼς γέγραπται, οὐ τῇ πρὸς ἀλλήλους συναφείᾳ, ἀλλὰ τῇ ἐξ ἑνὸς ὑπαρξει. ὅτι γὰρ ἀθιγεῖς διέμειναν, μεμαρτύρηται. ἐνταῦθα οὖν ὁ χριστὸς ἐν βηθλεὲμ τῆς ἰουδαίας, τὸν ἰωσὴφ πατέρα καλῶν, τὸν τῇ μαρίᾳ τυγχάνοντα τοῦ δαβίδ. ἐν σπαργάνοις ἀνακλιθείς, καὶ τῷ περὶ αὐτὸν σαρκὸς προσαγόμενος κατὰ τὸν νόμον, καὶ ὑπὸ τοῦ συμεῶνος ἐν τῷ ἱερῷ βασταχθείς, καὶ αὔξησιν ἡλικίας ποιούμενος· εἰ τοίνυν ἄκλιτος τῇ ἑνώσει γέγονεν, πῶς οὐκ αὐτέλεις ὤφθη; ἀλλὰ θελήσαντος τοῦ λόγου, ἡ τοῦ σώματος αὔξησις ἐγίνετο· ἀκτέον ἢ προσαύγειν αὔξησιν, ἀπεδές ἐστι. τὸ γὰρ ἄκλιτον, τῇ φύσει λέγεται ἄκλιτον, μήτε αὔξησιν, μήτε ἐλάττωσιν ὑπιδεχόμενον. τῷ ἢ ἀκτίστῳ κοινωνῆσαν ἡ ἕνωσις, ἴδιον μὲν τοῦ ἀκτίστου λέγεται, ἐμὲ μὴν αὐτὸ ἄκλιτον, ἵνα μὴ ὑπληθῇ τῆς ἑνώσεως ἡ εὐεργεσία, ᾖ καταργηθῇ τῆς εὐεργεσίας ἡ ὀφειλή, καὶ εἰς ἀνελπισίαν καταπέσῃ, ἡ ἐν ἀθενείᾳ ἐπιτυγχάνουσα ἀνθρωπότης, διδασκομένη καθ' ὑμᾶς μὴ ἔχειν πρὸς θεὸν οἰκειότητα, καὶ ἀμαυρωθῇ ἡ χάρις. τίς γὰρ ἀκούων ἄκλιτον τὸ τοῦ κυρίου σῶμα, ἐὰν τὸν ᾖ πεπιθένται καὶ κλωθέντα εἰδῶς, οὐκ ἐννοηθήσεται, ψευδεῖς μὲν εἶναι τὰς ἁγίας γραφὰς, ἑαυτὸν δὲ μὴ ἔχειν πρὸς τὸν χριστὸν κοινωνίαν; Εἰ ἄκτιστος, ἄκτιστον σῶμα ἀνελάβετο· κατήργηται οὖν ἡ πρώτη πλάσις· Ἀπόλωλεν ὁ ἀρχέτυπος ἀδάμ, οὗ ἡμεῖς μέχρι σήμερον ἀπόγονοι τυγχάνομεν, κατὰ τὴν τῆς σαρκὸς διαδοχήν· πῶς οὖν ἡμᾶς χριστὸς μετέχους αὐτοῦ κατεσκεύασε; πῶς ἢ καὶ ὁ ἀπόστολος λέγει, ὅτι γὰρ ἁγιάζων καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι ἐξ ἑνὸς πάντες; μήτις ἢ τολμάτω περὶ τῆς θεότητος τοῦ υἱοῦ ἐννοῆσαι, ὅτι ὥσπερ αὐτὸς ἐκ τοῦ θεοῦ, ὕτω καὶ ἡμεῖς, καθάπερ οἱ ἀσεβέστατοι ἀρειανοὶ λέγειν τολμῶσιν· ἢ πάντως, κατὰ τὴν τῆς σαρκὸς ὑπόδειξιν, καὶ κατὰ τὴν μορφὴν τοῦ δούλου, τουτέστι τοῦ πρωτοπλάστου ἀδάμ, ἣν ἔλαβεν ὁ ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων θεός· ὅλως μὲν οὖν ἐν τοῖς ποιήμασι τὸ λεγόμενον ἄκλιτον τὸ μηδέπω ὑπάρξαν λέγεται ὅτι μὴ γέγονεν· μήτι οὖν ἄρα μηδ' ὅλως γεγονέναι ἐν τῷ λόγῳ σάρκα ὑπολαμβάνοντες εὐφήμῳ λέξει ποιεῖσθαι τὴν ἄρνησιν ἐννοεῖτε· ἵνα μηδὲν ἐν τῷ ἀκτίστῳ ὁμολογῆται.

Et quid adhuc queramini de iis, quæ in humana forma secundum carnem Deum imaginantur, sed dicitis increatum eum fuisse, cò quòd vnitio facta sit cum increato. Iam hinc vobis vestra erratio, suiipsius refutatrix ostendetur. Nam carnis vnitio cum Verbi diuinitate, ex vtero originem traxit, ibi enim eam Verbum, cum è cælo aduenisset constituit quippe quæ non erat antequam cœlitus Verbum aduenirent, aut quàm deipara virgo Maria sola ex Adam deriuaretur, aut cum sponso suo Ioseph ex Abraham & Dauide stemma suum deduceret, quum duo essent in carne vna, quemadmodum scriptum est: verum non mutua inter seipsos coniunctione, sed quia ex vno ortum suum naturámque trahe rent. Nam eos intactos mansisse, testimoniis probatum est. Nascitur igitur Christus in Bethleem Iudæ, Iosephum patrem suum vocans, vnum eundémque cum Maria respectu Adæ, vnde ambo pariter originem ducebant; in cunis repositus, & à Simeone in templo gestatus, & circumcisioni carnis secundum legem adhibitus, gradúmque augmenti pro ætate faciens. Si igitur increatus ista vnitione factus est, qui factum, vt non absolutus statim perfectúsque sit visus, sed pro voluntate verbi incrementum sumpsit? quippe cum increato augmentum adiungere impium sit. Nam quod increatum est, sua natura increatum censetur, nec incrementi nec decrementi capax. Quod autem communionem habet cum increato, aut counitum est, pertinere ad increatum, proptiúmque eius dicitur, non tamen hoc ipsum increatum nominari poterit: ne benedictio vnionis, in obliuionem abeat, ignaua fiat condonationis vtilitas, pereat gratia, acin desperationem cõcidat humanitas nostra, etiam num in infirmitate constituta, si intelligat Deum nobiscum nullam necessitatẽ sanguinis aut cognationẽ habere. Quis enim increatum audiens Domini corpus, seque creatum conditumque agnoscens, intelligat falsas esse scripturas, seque cum Christo non habere communionem, si increatus increatum corpus assumpsit? Ociosa est igitur prima illa plasmatio, periit originarius primique exemplaris Adam, cuius nos vsque in hodiernum diem posteri sumus, stirpis successioniſque ratione. Quomodo igitur Christus nos suimet ipsius participes fecit? quomodo Apostolus dicit: *Qui sanctificat, & qui sanctificantur, ex vno omnes*? Cæterum, ne quis ausit de diuinitate filij sic cogitare, quòd quemadmodum nos ex Deo sumus, eodem modo & filium ex Deo esse, in quam sententiam impientissimi omnium Ariani loquuntur, aut certe secundum carnis specimen, aut formam serui, hoc est, protoplasti Adæ quam accepit, quum esset in forma Dei, Deus ipse subsistens. Prorsus inter res creatas increatum appellatur, quod nondum existit, quia in rerum naturã nondum prodiit. Ne igitur, quum neutiquam factam esse in verbo carnem suspicamini, sub speciosо vocabulo inficiationẽ adornetis, vt nihil in increato fateamini

Increata enim ſola deitatis ſubſiſtētia intelligitur, quapropter increatam naturam patibilem, aut patibilem increatam appellare, impium dictum eſt. Creatitiam enim hominis conditionem, non vnitione verbo propriam fieri, ſed coæternam Dei naturæ fuiſſe, exæquatam identitate naturæ, impium eſt cogitare. Carnis enim & ſanguinis, & oſſium ſpecimen exhibuit dominus, animi quoque dolentis, perturbati & anxij. Hæc nemo dixerit ex natura deitatis eſſe: propria autē Dei ſecundum naturam facta ſunt, quod Verbo placuit erigere humanam progeniem, eius que naturam peccato, corruptione, & morte diſſolutam, in ſeipſo conſolidare per imaginem nouitatis. Quapropter peccati quidem condemnationem in terra, piaculi ſiue execrationis abolitionem in ligno, corruptionis redemptionem in ſepulchro, mortis condemnationem in inferno peregit, omnia loca permeans, vt totius vndecunque hominis ſalutem perficeret in forma noſtræ imaginis quam induram habuit, ſeſe oſtendens. Et quia iam Deus erat, nihil illi opus fuit vt naſceretur ex fœmina, nihilque creatori ſeculorum neceſſarium, vt ab ea ætate incrementum ſumeret: aut cruce, ſepulchro, infernóve vteretur, quibus rebus obnoxij eramus, niſi nos ille requirere voluiſſet, nos per formam ad noſtri ſpeciem effigiatam viuificans, & ad ſimilitudinem imitationémque perfectæ imaginis prouocans. Imitatio autem quomodo ad perfectitudinem ſeſe effingat, niſi ſit abſolutum exemplar, liberumque ab omni vitio, iuxta verba Apoſtoli, *Exuti veterem hominem, ac induti nouum, qui ſecundum Deum creatus eſt, in ſanctitate, inſtitia & veritate?* vnde igitur hanc diſciplinam hauſiſtis: vt eum non vereamini increatum dicere? Si igitur natura ex transformatione increata redditur, ac proinde & inuiſibilis & immortalis, ne iam vlterius mortalis, ſed mortis incapax: quomodo igitur Dominus mori potuit, ſi is qui increatus erat, vt increatus ſeſe in terra geſſit: aut quomodo qui inuiſibilis erat, palpabilis eſt redditus? quemadmodum ſcriptum eſt: *Quem vidimus, & manus noſtræ palpauerunt*: Qui fit igitur, vt ea dicatis, quæ neque ſcripta ſunt, neque fas eſt cogitare? Suppeditabitis certe omnibus hæreticis ſecundū dogma Rhetorii, ſententiam longe impientiſſimam, cuius impietatem vel verbo enunciare horrendum. Aut igitur negate ſacras ſcripturas, aut eas agnoſcentes, abſtinete à verbis diuerſis à ſcriptura, quæ prorſus habent inſanabilem impoſturam: ſed reſpondetis, nos rem creatitiam non adoramus. O ſtulti, cur nō cogitatis, creatum domini corpus non offerre debere adorationem eius, qui increatus eſt? Et quia increati corpus factum eſt, ideo eius corpus dicitur, cuius factum eſt: ac proinde illi ſacra offertis, adhibetiſque veſtram adorationem, eáque de cauſa rite legitimaque ratione adoratur, & diuina adoratione colitur. deus enim Verbum eſt, cuius proprium eſt corpus,

Ideóq;

ἄκλινος γὰρ ὑπάρξις μένη ἡ τῆς θεότητος νοεῖται· ὥσε καὶ τὸ ἄκλινον παθητὸν λέγειν ἀσεβές, καὶ τὸ παθητὸν ἄκτιστον ὀνομάζειν. τὸ γὰρ πεπηθεῖσαν τῆς ἀνθρωπότητος φύσιν μὴ ἐνώσει τοῦ λόγου εἶναι ἰδίαν. ἀλλὰ πρωαίδιον. καὶ τῇ τοῦ θεοῦ φύσει ἐξισουμένῳ τῇ ταυτότητι τῆς φύσεως ἐννοεῖν, ἀσεβές· σαρκὸς γὰρ καὶ ὀστέων καὶ αἵματος ὑπόδειξιν ἐποιήσατο ὁ κύριος, καὶ ψυχῆς λυπουμένης καὶ ταραττομένης καὶ ἀδημονούσης. ταῦτα ἢ οὐκ ἄν τις εἴποι φύσιν εἶναι θεότητος· ἴδια ἢ θεὸς κατὰ φύσιν γέγονεν. ἐδοκήσαντος τοῦ λόγου αἰσχύνεσθαι ἡμέτερα αἰσθητὰ καὶ τῷ ἑαυτοῦ πίστιν τῷ ἐν ἁμαρτίᾳ καὶ φθορᾷ καὶ θανάτῳ διαχυθεῖσαν, ἐν αὐτῷ συνήσεσθαι ἐν ἐκείνῃ κοινότητος. διὸ, τὸ μὲν ἁμαρτίας τῷ κατακρίνειν, ἐπὶ γῆς ἐποίησατο· τῆς δὲ κατάρας τῷ ἀφαίρεσιν, ἐπὶ ξύλου τὸ τε φθορᾶς τὴ καθαίρεσιν, ἐν τῷ τάφῳ, καὶ τοῦ θανάτου τῷ κατάλυσιν, ἐν τῷ ἅδῃ· πάντα ἐπιβὰς τόπον, ἵνα τὸ σύμπαντος ἀνθρώπου τῷ σωτηρίαι κατεργάσηται μορφῇ τῆς ἡμετέρας εἰκόνος ἐν ἑαυτῷ ἐπιδεικνύμενος. ἐπεὶ τίς ἦν χρεία τῷ θεῷ γένεσιν τὴν ἐκ γυναικὸς αἰσχύνης, αὐξήσεώς τε ἡλικίας, καὶ ἐτῶν ἀριθμήσεως, τῷ πλήρει τῶν αἰώνων. ἢ πάλιν σαρκὸς, ἢ τάφου, ἢ ἅδου, οἷς ἡμᾶς ὑπεπεθήκαμεν; εἰ μὴ ἡμᾶς αἰτίζηται, διὰ τῆς καθ' ἡμᾶς μορφῆς ζωοποιῶν ἡμᾶς, καὶ εἰς ὁμοίωσιν καὶ μίμησιν τελείας εἰκόνος προσκαλέμενος. μίμησις δὲ, πῶς ἂν γένοιτο πρὸς τελειότητα, μὴ προϋπαρχούσης τῆς ἀνενδεοῦς τελειότητος; κατὰ τὸν λέγοντα ἀπόστολον, ἀπεκδυσάμενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν νέον τὸν κατὰ θεὸν κτισθέντα, ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ τῆς ἀληθείας. πόθεν οὖν διδαχθέντες, λέγετε ἄκλινον; ἐκ τίνων φύσις ἐκ μεταπτώσεως ἄπτος γίνεται, ἄρα καὶ ἀόρατος καὶ ἀθάνατος. οὐκ ἐκ θανάτου, ἀλλ' αἰωνίου ζωῆς. πῶς οὖν ἀπέθανεν ὁ κύριος, εἰ ὁ ἄκτιστος ἀκτίστῳ ἐπεδήμησεν ἐπὶ γῆς; ἢ πῶς ὁρατὸς καὶ ψηλαφητὸς γέγονεν; ὡς γέγραπται, ὃ ἑωράκαμεν, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν. πῶς οὖν λέγετε ἀκτίστου μὴ γεγράφθαι, μήτε θέμις ἐννοεῖν; δώσετε γὰρ πᾶσιν αἱρετικοῖς κατὰ τὸ τοῦ πατρὸς λεγομένου ῥητοῦ ἔννοιαν ἀσεβεστάτην, οὗ καὶ τὴν ἀσέβειαν ἐξετάσειν φοβερόν. ἢ πάντως ἀρνήσασθε τὰς θείας γραφὰς, ἢ παρ' ταύτας ὁμολογήσητε, μὴ ἕτερα τοῖς γεγραμμένα ὑπονοεῖτε λαλεῖν ῥήματα ἀπάτης ἀνιαρᾶ· ἀλλὰ πάλιν λέγετε ὅτι ἡμᾶς κτίσματα οὐ προσκυνοῦμεν· ὦ ἀνόητοι· διατί οὐ λογίζεσθε, ὅτι καὶ πεπηδὲν τὸ σῶμα τοῦ κυρίου, οὐ κτίσιν ἀποφέρεται τὴν προσκύνησιν; τοῦ γὰρ ἀκτίστου λόγου, γέγονε σῶμα. οὐ γὰρ σῶμα γέγονε, τούτῳ προσάγεται ἡ προσκύνησις· ἆρ' οὖν καὶ προσκαυεῖται ὀφειλομένως, καὶ θεικῶς προσκυνεῖται, θεὸς γάρ ἐστιν ὁ λόγος· εὖ τὸ σῶμα ἴδιον τυγχάνει,

ἐπεὶ

ἐπεὶ δ' ὅτε προσήεσαν αἱ γυναῖκες τῷ κυρίῳ, ἀφ-
λύων ἔλεγε, μή μου ἅπτου· οὔπω γὰρ ἀναβέβηκεν
πρὸς τὸν πατέρα, σημαίνων, ὅτι χρεία ἀναβάσεως,
ὅπου μία ἔσται ἡ ἀνάβασις· ὅμως προσελθούσαι,
ἐκράτησαν αὐτοῦ τὰς πόδας καὶ προσεκύνησαν· πό-
δας ἐκράτησαν, θεὸν προσεκύνησαν. πόδας, ὀ-
στέων καὶ σαρκὸς ἔχοντας ψηλαφήσιν· ἀλλὰ θεοῦ
ὄντας, προσεκύνησαν θεόν· καὶ ἀλλαχοῦ δέ, ὁ κύ-
ριος ἔλεγε· ψηλαφήσατέ με καὶ γνῶτε, ὅτι πνεῦμα
σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχον-
τα· καίτοι πνεῦμα ὢν αὐτός· πνεῦμα γὰρ ὁ θεός. καὶ λέ-
γων ἔχειν, καὶ ἐπιδείξιν ποιεῖται, τίνα ἔλεγεν, ὅ-
τι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ φη-
σὶν ἔχειν ὄντα, ἀλλ' ἔχοντα θεωρεῖτε; ἢ τοῦτο δι δά-
σκων, ὅτι ἡ τοῦ πνεύματος φύσις, ἄρρητός ἐστιν·
αὕτη γὰρ ἡ ψηλάφησις, σώματος τοῦ καθ' ἡμᾶς
ἐστιν. ὅπερ ἑαυτῷ προσεποιήσατο οὐκ παρθένου· οὐκ
ἐνεργείας τρόπῳ, ἀλλὰ φυσικῇ γεννήσει. ἵνα γὰρ κα-
τὰ φύσιν ᾖ τὸ σῶμα, καὶ ἀφαίρεσιν ᾖ τοῦ λόγου θεό-
τητος. οὕτω γὰρ ὁ θάνατος γέγονεν. τοῦ μὲν σώ-
ματος κατὰ φύσιν δεχομένου, οὗ ἦν λόγος κατὰ θέλησιν
αἰρουμένου, καὶ ἐξουσιαστικῶς πίδιον σῶμα εἰς θά-
νατον προϊεμένου, ἵνα καὶ πάθῃ φυσικῶς ὑπὲρ ἡ-
μῶν, καὶ ἀναστῇ θείκως ὑπὲρ ἡμῶν καὶ ὅλης τῆς φύ-
σεως καὶ τοῦ θανάτου ἡ πραγματεία, εἰς τὴν ἡμετέ-
ραν ζήτησιν καὶ ἀνάκτησιν θεωρῆται· τούτων δ' ὄντως
ἐχόντων· καὶ ὁμολογουμένων ἐν τῇ τοῦ θεοῦ καθολικῇ
ἐκκλησίᾳ, πῶς ὑμεῖς πάλιν λέγετε ἐξ ἁγίας τὸ
σῶμα, καὶ ἀπὸ τοῦ πεπόηκεν ὁ χριστός; εἴπατε· ἵνα
ἐξ οὐρανῶν ἀπὸ γῆς κατενέγκῃ σῶμα, καὶ τὸ ἀόρα-
τον ὁρατὸν ποιήσῃ, καὶ τὸ ἀνύβριστον ὕβρεως δεκτικόν,
καὶ τὸ ἀπαθὲς καὶ ἀθάνατον, θνητὸν καὶ παθητόν, καὶ τίς ἡ
ἐντεῦθεν εὐεργεσία ὦ μάταιοι; εἰ ταῦτα ἐν χριστῷ
οὐ γέγονεν, ἃ γέγονεν ἐν τῷ πεπλασμένῳ ἀδάμ, εἰ
μὴ τὸ τοῦ ἀδὰμ σύμπλασμα, εἰς ἀσύγκριτον ἀνα-
νέωσιν χριστὸς ἀνεσήσατο ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς
ἁμαρτίας ὀφθείς, καὶ καταγκρίνας τὴν ἁμαρ-
τίαν ἐν τῇ σαρκί, ὥστε σαρκὶ ἀπὸ γῆς πολιτεύ-
εσθαι. καὶ ἀνεπίδεκτον ἁμαρτίας δεῖξαι τὴν σάρ-
κα, ἣν οὐκ ἐν πρώτῃ πλάσει ἀδὰμ, ἐν
ᾗ οὐ καθάρσεως δεκτικὴ ἁ-
μαρτίας πεποίηκεν, καὶ εἰς ἀφθορὰν καὶ θάνατον
καταπέπωκε, πάλιν ἀνίσησι καὶ φύσιν ἀναμάρ-
τητον, ἵνα δείξῃ τὸ δημιουργὸν ἀναίτιον τῆς ἁμαρτίας,
καὶ κατὰ τὴν ἀρχέτυπον πλάσιν τῆς ἰδίας φύσεως
κατεσήσατο, ἵνα αὐτὸς ᾖ τῆς ἁμαρτίας ἡ ἀπόδει-
ξις· μάτην οὖν φαντάζονται οἱ ἀλόμενοι καὶ ἐξ οὐρα-
νοῦ λέγοντες τοῦ κυρίου τὸ σῶμα· καίτοι ὁ ἀδὰμ ἐξ οὐ-
ρανοῦ ἀπὸ τῆς γῆς κατενεύσχε, ἀναμάρτητον καὶ
ἀκαταδίκαστον εἰς φθορὰν καὶ καταδίκην θανάτου,
χριστὸς τοῦτο, ἄφθαρτον καὶ λυτήριον θανάτου ἀνέδη
ξεν, ὥστε ἔχειν ἐξουσίαν ἀπὸ γῆς ἐφ' ἑνὶ ἁμαρτίας,
ἐκ τοῦ φθορᾶς τὴν ἀφθαρσίαν ἀποδεικνύειν, καὶ ἐν ἀπο-
βάσει ἅδου λύειν θάνατον, καὶ εὐαγγελίσασθαι πᾶ-
σι τὴν ἀνάστασιν, ὅτι ἔκτισεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον
ἐπὶ ἀφθαρσίαν καὶ εἰκόνα τῆς ἰδίας ἀϊδιότητος ἐποίησεν αὐτόν. φθόνῳ δὲ διαβόλου, θάνατος εἰσῆλθεν
εἰς τὸν κόσμον· βασιλευόμενον δὲ ὑπὸ θανάτου εἰς διαφθοράν, ἐκ ὑπερεῖδεν αὐτὸς ὢν ἄνθρωπος,

ideóque cùm accesserant mulieres ad dominum, prohibitis iis, dixit, *Nolite me tangere, non enim ascendi ad Patrem meum*, indicans opus esse ascensione. Attamen accedētes tenuerūt pedes eius, atque adorauerunt. Pedes tenuerunt, Deum adorauerunt. Etiam alibi dominus dixit: *Palpate & cognoscite, quoniam spiritus carnem & ossa non habet, quemadmodum me videtis habere*, quanquā & ipse Spiritus sit: Deus enim Spiritus: Quomodo ergo dixit ea sese habere, simulque ostendit? Quo sensu igitur A hæc verba vsurpauit, *Spiritus ossa & carnem non habet, sicuti me habere videtis*? An hoc docere voluit, Spiritus naturam inuisibilem esse, palpationem vero circa corpora nostri generis contingere, quòd sibi ex virgine comparauerat, non operandi modo, sed gignendi ratione. vt corpus esset, & naturale, & insciunctile, rursum secundum naturam deitatis Verbi. sic enim mors accidit, corpore quidem ex natura sua eam suscipiente, verbo vero ex voluntate eam admittente, & pro potestate sua propriū B corpus in mortem proiiciente, vt naturaliter pro nobis pateretur. Tota enim natiuitatis mortisq; ratio ad nostri requisitionem recuperationémque spectat. Id quum ita sit, & confessum habeatur in Catholica Ecclesia, quî fit, vt vos rursum dicatis, in cælo sibi ideo Christū fecisse cæleste corpus, vt è cælo illud in terras deportaret, & inuisibile, visibile redderet, & contumeliæ inobnoxium, obnoxiū: & impatibile & immortale, mortale & patibile? At quænam isthinc beneficētia, ô stolidi, si ea in Christo constituatis, quæ in protoplasto? Adæ lapsum incomparabili resurrectione Christus pēsauit, in similitudine carnis peccati visus, & C condēnans peccatū in carne, vt & carne in terra versaretur, & incapacem peccati ostenderet carnem, quā quum ex prima plasmatione ipse Adam habebat sine peccato, præuaricādo capacem delicti fecit, & in corruptionem mortemque delapsus est: hanc suæ naturæ restituit Christus, & proinde impeccabilem reddidit, vt declararet opificem extra culpam fuisse: & secundum primordialem creationem eam instaurauit, vt ipse esset impeccabilitatis specimen. Quur igitur imaginentur perditi, cælestis naturæ esse domini corpus, quū Adam illud è cælo in terram detulerit, Christus è terra in cælum extulerit: & quod Adam impeccabile & damnationi inobnoxium in corruptionē & damnationem deduxerat, hoc Christus incorruptibile, expiatoriumque mortis ostēdit, vt in terra potestatem dimittendi peccati, & in sepulchro incorruptibilitatem, & in descēsu inferorum, soluendæ mortis potestatem ostenderet, & annunciandi omnib. resurrectionem eò quòd creauerit Deus hominem ad immortalitatem, & ad imaginem suæ æternitatis illum fecerit. Inuidia autē diaboli, mors inuasit mundum, quē tyrannide mortis oppressum incorruptionē nō neglexit, ipse factus homo, & neuti-

& neutiquam abhorrens hominis ſpeciem, aut contemnens humanam naturam, non obſcuriter ſeſe repræſentauit: ſed quũ Deus natura eſſet, homo efficitur, vt in vtranque partem omnino perfectus eſſet, idque per verum & naturalem naſcendi modum. Ideo dictum eſt, *Et donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen*, vt regnaret in cælis, & poteſtatem haberet iudicij faciendi, omnium opifex & architectus verbum, hominis filius viſus eſt, non aliud quàm ſecundus Adam factus, vt res ipſa ex nomine patet, eóque protoplaſtum priorem eſſe Apoſtolus oſtendit, primũ inquiens animalem, ſecundum ſpiritualem. Cæterum, quum eos, alterum animalem, alterum ſpiritualem appellet, non aliud in hoc quàm in illo corpus innuit, ſed idem in vtroque, Primum quidem corpus, quia viribus animæ ſubſiſtebat, animale, ſecundum quia vi & natura ſpiritus, ideo appellauit ſpirituale. Spiritus enim Verbum Deus. Ita enim quod de nobis quoque dicitur intelligendum eſt, dum ait: *Spiritualis diiudicat omnia, animalis non percipit ea quæ ſunt ſpiritus*, Quanquã idem ſit corpus amborum, & hunc communicatione ſpiritus intelligentem, ſpiritualem oſtẽdit: alterum ſolummodo animæ vi imbutum, animalem. Quapropter ſi ita eſt in rebus noſtris, non homo tantummodo dicendus Chriſtus, quaſi nouus aliquis è cælo delapſus, ſed & Filius hominis factus. Si igitur in terra factus eſt Filius quanquã ex ſemine viri genitus non ſit, ſed ex Spiritu ſancto tamen etiam protoplaſti Adæ filius intelligitur. Nõ enim alius quiſpiã ſcriptus eſt homo in cælo fuiſſe, præter Adam qui ex terra eſt, vt & ex cælo habeat corpus & filius hominis ſit prẽter Adam Ideo Matthæus Filium Abrahæ & Dauidis ſecundum carnem ſcripſit: Lucas vero eum filium Adæ, & Dei, in deducenda ſtirpe oſtendit. Si igitur diſcipuli eſtis Euangeliorum, ne loquamini cõtra Deũ iniquitatem, ſed per ſcripturas incedite: Quod ſi diuerſa à ſcripturis fabulari vultis, cur nobiſcum concertatis, qui neque loqui neque audire ſuſtinemus, quod extraneum ſit ab iſtis? dicente domino, *Quod ſi vos manſeritis in meo ſermone, reuera liberi eritis*. Quo pacto igitur aut fideles aut Chriſtiani habeamini, qui neque ſecundum ſcripturas inceditis, neque fidem rebus geſtis habetis: ſed quę ſupra naturam ſunt, ſtatuere audetis? Si parum eſt vos moleſtos eſſe hominibus, cur Deo quoque moleſti eſtis? Nãſi illi, qui Prophetis non crediderunt, cõdemnati ſunt: quanto magis condemnandi ſunt, qui nõ auſcultant ipſi domino? Vos enim pro iis, quæ ille voluit vſurpare, ad propulſationem mortis & peccati, pro iis (inquam) alia atque alia ſubiicitis, alia dicitis & excogitatis. Quem, ſi cõfitemur & agnoſcimus, & ipſe nos viciſſim agnoſcet: ſin inficiamur, & ipſe nos inficiabitur: ſi fidem illi non habemus, ipſe tamen fidus manet: ſeipſum enim inficiari non poteſt. Quæ igitur eſt iſta veſtræ immodeſtiæ vecordia, vt loquamini quę ſcripta nõ ſunt: & cogitetis quæ aliena ſunt à pietate? quippe qui carnẽ deitate cõſubſtãtialẽ audetis aſſeuerare, non

ὁ τραπεὶς εἰς ἀνθρώπου μορφήν· ὁ γὰρ πρὸ αἰώνων τῷ ἀνθρώπου ὑπάρξιν, σκιώδη τῷ δείγματι ἐπιέπων. ἀλλ' ὁ ὢν φύσει θεὸς, γυμνὸν ἄνθρωπον ἑαυτὸν ἐνδείξασθαι τοῖς ἐκ περάτων, πλάσμα κατὰ πάντα, φυσικῶς καὶ ἀληθεστάτῳ γνώσει ἐπιδείξασθαι. διὸ εἴρηται, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὁ θεὸς ὄνομα, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, βασιλεύειν οὐρανῶν, καὶ ἐξουσίαν ἔχειν κρίσιν ποιεῖν· ὁ γὰρ τῶν ὅλων δημιουργὸς, ὥφθη υἱὸς ἀνθρώπου. οὐχ ἕτερός τις γνώμεν, ἀλλὰ δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος, ἵνα καὶ ἐκ τῶν ὀνομάτων γινώσκωμεν τὸν ἀληθῆ· καὶ πρεσβύτερον δείκνυσι τὸν πρωτόπλαστον ὁ ἀπόστολος. πρῶτον τὸ ψυχικὸν δείκνυς, ἔπειτα τὸ πνευματικόν. ψυχικὸν γὰρ καὶ πνευματικὸν λέγων, οὐχ ἕτερον καὶ ἕτερον δείκνυσι σῶμα· ἀλλὰ τὸ αὐτὸ σῶμα. τὸ μὲν πρῶτον, ἐν ἐξουσίᾳ καὶ φύσει ψυχῆς, διὸ ψυχικόν. τὸ δὲ δεύτερον, ἐν ἐξουσίᾳ καὶ φύσει πνεύματος· διὸ πνευματικόν. πνεῦμα γὰρ ὁ θεὸς λόγος. ἆρα γοῦν καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν εἰρημένον ἔστι σωθῆναι, ἐν τῷ λέγειν, ὁ γὰρ πνευματικὸς, ἀνακρίνει τὰ πάντα. ψυχικὸς γὰρ ἄνθρωπος, ὁ δεχόμενος τὰ τοῦ πνεύματος. καί τινος ὄντος ἑκατέρων τοῦ σώματος τὸ μὲν τοῦ πνεύματος μέτοχον νοεῖσθαι πνευματικὸν δείκνυσι. τὸ δὲ τῆς ἐξουσίας τῆς ψυχῆς ἐμμένον ἄλογα δείκνυσι ψυχικόν. Διατί δὲ ὅλως, ἐπειδὴ καθ' ὑμᾶς ἐστιν, οὐχὶ ἄνθρωπος μόνον λέγεται ὁ χριστὸς ὡς καινός τις ἐξ οὐρανῶν ἐπιδημήσας, ἀλλὰ υἱὸς ἀνθρώπου γέγονεν; εἰ μὲν οὖν ἐπὶ γῆς γέγονεν υἱὸς ἀνθρώπου καὶ τι οὐκ ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς ἀλλ' ἐκ σπέρματος ἁγίου γνωσθείς, ἐνὸς ὄντος τοῦ πρωτοπλάστου Ἀδὰμ ἐκ νοηθήσεται. ὁ γὰρ ἕτερός τις ἀναγέγραπται ἄνθρωπος ἐν οὐρανῷ ὑπάρξας πρὸ τοῦ Ἀδὰμ, ἵνα καὶ ἐξ οὐρανῶν ἔχῃ τὸ σῶμα, καὶ υἱὸς ἀνθρώπου ᾖ πρὸ τοῦ Ἀδὰμ, διὸ ὁ μὲν Ματθαῖος, υἱὸν αὐτὸν Ἀβραὰμ καὶ Δαυὶδ, ἀναγράφει τὸ κατὰ σάρκα. ὁ δὲ Λουκᾶς, υἱὸν αὐτὸν τοῦ Ἀδὰμ καὶ τοῦ θεοῦ γενεαλογεῖ. εἰ τοίνυν μαθηταί ἐστε τοῦ εὐαγγελίων, μὴ λαλεῖτε κατὰ τοῦ θεοῦ ἀδικίαν, ἀλλὰ στοιχεῖτε τοῖς γεγραμμένοις καὶ γνωμένοις. εἰ δὲ ἕτερα παρὰ τὰ γεγραμμένα λαλεῖν βούλεσθε, πῶς ἡμᾶς διαμάχεσθε, τοὺς μὴ ἀκούειν, μὴ τὰ λεγόμενα παρὰ τὰ γεγραμμένα πάσχομεν; λέγοντος τοῦ κυρίου, ὅτι ἐὰν ὑμεῖς μείνητε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ, ὄντως ἐλεύθεροί ἐστε. πῶς οὖν ἐπιστεύσατε, ἢ χρὴ στῆναι νομισθέντες, οἱ μήτε τοῖς γεγραμμένοις πειθόμενοι, μήτε τοῖς γνωμένοις στοιχοῦντες, ἀλλὰ παρὰ φύσιν ἐρίζειν τολμῶντες, ἢ μικρὸν ὑμῖν ἀνθρώποις παρέχειν ἀγῶνα, καὶ πῶς παρέχετε ἀγῶνα κυρίῳ; εἰ γὰρ οἱ προφήτας ἀπιστήσαντες κατεκρίθησαν, πόσῳ μᾶλλον, οἱ μὴ πιθόμενοι τῷ δεσπότῃ; ἀγὼ αὐτὸς ἠθέλησε καὶ ὠδύνησεν εἰς ἀθέτησιν τὰ ἁμαρτίας καὶ τὸν θανάτου, πῶς ὑμεῖς ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων λέγειν, ἢ φρονεῖν τολμᾶτε, εἰ ὁμολογοῦμεν, καὶκεῖνος ὁμολογήσει ἡμᾶς, εἰ ἀρνούμεθα, κἀκεῖνος ἀρνήσεται ἡμᾶς· εἰ ἀπιστοῦμεν, ἐκεῖνος πιστὸς μένει, ἀρνήσασθαι γὰρ ἑαυτὸν οὐ δύναται. τίς οὖν ὑμῶν ἡ τοσαύτη ἀπόνοια τοῦ ἀμετρίας, λαλεῖν τὰ μὴ γεγραμμένα, καὶ φρονεῖν ἀλλότρια τοῦ εὐσεβείας. καὶ γὰρ καὶ ὁμοούσιον τὸ σάρκα τοῦ θεότητος λέγειν ἐπιχειρεῖτε, ὁ σωφρῶν-

ὑ σιωπῶντες, διαβάλλω ὑμῖν γινόμενον τ ἀπάντησιν τ ἀσεβείας ταύτης, ἣν ὑμῖν ὑπενόησ λέγειν, ἵνα ἡ τὴν σάρκα ἀρνήσησθε, ἢ τ θεότητα βλασφημήσητε. λέγοντες, φησὶν, ἡμεῖς τ ἐκ Μαρίας λέγομεν ὁμοούσιον τ πατρός. αὕτη σ ὑμῶν ἡ νομιζομένη εὐφημία, διέβλησε σ ἡ περιεργ, ἢ ἀνόητ. ἐπεὶ, τίς τῶν πιστῶν, οὐκ ἂν ὁμολογήσειεν, ὁπ ὁ ὑποδημήσας θεὸς λόγ, ὃ ἐκ παρθένε Μαρίας τ ἁγίας προελθὼν ἄνθρωπ ὁμοούσι ὢν τῷ πατρὸς, ἐκ σπέρματ ἀβραὰμ γέγονεν ἄνθρωπ, ἐξ ἧς υἱὸς ἀναγέγραπται; καὶ ὅπ ὁ ὁμοούσι τ θεοῦ λόγ, γέγονε κατὰ σάρκα υἱὸς τ Δαβίδ. διὸ, ἐκ σπέρμα τ Δαβὶδ, προφῆται καὶ ἀπόστολοι καὶ εὐαγγελισταὶ, γενεαλογοῦσι τ χριστὸν τὸ κ σάρκα. πῶς οὖν ταῦτα λέγοντες, οὐκ ἐρυθριᾶτε τ σάρκα, τ ἐκ σπέρματ Δαβὶδ γενεαλογουμένην, ὁμοούσιον τ λόγ ἀποφαινόμενοι; ἢ πάλιν ὡς ἔφαμεν, ἀνόητως ταῦτα λέγετε. ὑ νοοῦντες ὅτι τ ὁμοούσιον, τὴν μὲν ταυτότητα τῆς φύσεως ἀδιαίρετον ἔχει, τὴν σ ἰδίαν τελειότητα, ἐν ἑαυτῷ ὑποδείκνυται. ὥσπερ γὰρ ὁ υἱὸς ὁμοούσι τῷ τὸν πατέρα ὁμολογούμεν, τέλει τῷ τέλειον ὁμολογεῖται, καθὰ κ τ ἅγιον πνεῦμα. ὁμοούσι γὰρ ἡ τριὰς, δώσετε οὖν κ τῇ τ ὁμοουσίᾳ σαρκὶ τ τελειότητα τῷ τ λόγ τελειότητι, ἔσῃ σ καθ' ὑμᾶς τετρὰς ἀντὶ τριάδ καταγγελλομένη· καὶ πῆς ἡ τοσαύτη ὑπόνοια τ ἀσεβείας; ἀλλὰ λέγετε ὁμοούσι γέγονε τ λόγου ἡ σὰρξ; πῶς γέγονεν ὁμοούσιος; εἴπατε· λόγος γέγονεν, ἀλλὰ πνεῦμα γέγονεν; εἰ γὰρ ὅλως γένοιτο θεότης ἐκ μεταποιήσεως ἡ μὴ φύσει ἔσα θεότης, τί τοίνυν μέμφεσθε αἱρέσεις, τοιαῦτα τῷ λόγ προβαλλομένοις τ ἔννοιαν; καί τι τ γραφῆς λεγούσης ὁ λόγ σὰρξ γέγονεν, ἐχὶ ἡ σὰρξ λόγ εἴρηκ, ὅπ τ λόγ γέγονεν ἡ σὰρξ, ἢ ἐκ ἀνθρώπ τινος, τετύπται ὁ θεὸς ἄνθρωπος γέγονε, ἃ λέγ σὰρξ γέγονεν, ἵνα μὴ ὀκνήσητε τ σαρκὸς τὸ ὄνομα. εἰ τοίνυν μὴ ἀρκεῖσθε τῇ ἀσυγχύτῳ φυσικῇ ἑνώσει τ λόγ προς τ ἰδίαν αὐτῆ γινομένῃ σάρκα. καὶ ὅπ ὁ θεὸς ἄνθρωπος γέγονεν νῦν, ἔτι ἀκούετε τ ἔτι πιστεύειν βέλεσθε· ἐκ ἀρνούμενοι ὑπὲρ πᾶσαν εὐφημίας ὑπόνοιαν σῶμα θεᾶ ἀκόντες κ τ λεγόντα· ὃς μετασχηματίσει τ σῶμα τ ταπεινώσεως ἡμῶν εἰς τ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώματι τ δόξης αὐτ· ἥτις ἐστὶ σημασία τ μέλλοντος αἰῶνος. κ ὁ κύριος ὅ λέγει, ὅταν ἔλθῃ ὁ υἱὸς τ ἀνθρώπ. τ γὰρ τ θεᾶ υἱὸν ἀνθρώπ γινόμενον λέγει. κρεῖττόν ἐστι ζώντων καὶ νεκρῶν κ βασιλέα κ δεσπότην. κ θεὸν ἀληθινόν· ἀλλὰ ἀναιρεῖν βέλεσθε τ τ σώματος ὄνομα, ἢ τὸ ἐπὶ λέγεσθαι ἄνθρωπον τ χριστόν. καὶ πῶς ἐπὶ τὰς θείας γραφὰς ἀναγινώσκειν δύνασθε; τ μὲν μαθητὴν γράφοντος, βίβλος γενέσεως ἰησ χριστ υἱοῦ Δαβὶδ υἱοῦ Ἀβραάμ, τ δ ἰωάννην, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ λόγος ἦν πρὸς τ θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. λόγον σ θεὸν καὶ υἱὸν Δαβὶδ. εἰ κ αἵρεσιν θεωρεῖν βέλεσθε,

non videntes duplicem vestri erroris impietatem. Hæc enim ideo à vobis instituta sunt, quò vel caro eius negari possit, vel deitas blasphemia lædi: dum affirmatis eũ qui ex Maria prodiit, Patri consubstantialem esse Cæterum vestra ista, quæ vulgo existimatur, circunspecte loquendi ratio, mox apparebit, vel curiosè affectata, vel stulta esse: Quis enim fidelium non confiteatur Dei Verbum quod aduenit, & ex Virgine homo prodiit, esse Patri consubstantiale, idémque ex semine Abrahæ oriundum, eius filium recenseri? & quamuis consubstantiale Deo sit, tamen secundum carnem filium Dauidis appellari, Apostoli quoque & Euangelistæ ita genealogiam Christi faciunt secundum carnem. Quomodo igitur talia dicentes, proferre non erubescitis, carnem ex semine Dauidis oriundam, cõsubstantialẽ cum Verbo esse? Stolida sunt ista quæ garritis, eò quòd vobis in mentem non veniat, eum qui alteri consubstãtialis est, eãdem omnino naturam habere, sed tamen sua perfectitudine & ipsum subsistere. Quemadmodum Filium Patri consubstantialem esse ex sacris literis in confesso est, & perfectus cum perfecto agnoscitur: ita quoque & Spiritus sanctus, eò quòd ipsa Trinitas inter se consubstantialis sit. Dabitis igitur consubstantiali carni perfectitudinem cum Verbi perfectitudine? eritque secundum vos quaternitas, non Trinitas. Sed quódnam est istud cõmentum impietatis? dicitis carnem consubstantialem fuisse: qua igitur ratione consubstantialis fuerit? ideo, dicitis, quia caro facta est verbum, & Spiritus facta est. Si ea, quæ ex natura diuinitas non fuit, diuinitas efficitur, cur igitur incusatis Arianos, qui istiusmodi opinionẽ de verbo in medium adferunt, quum tamen scriptura in cõtrarium dicat: verbum carnem factum esse, non carnem Verbum: ideóque dictum est, verbum carnem esse factum, quoniam caro, Verbi caro facta est, & non hominis alicuius: hoc est, Deus homo factus est, & caro dicitur factus esse, ne omitteretis carnis vocabulum. Quòd si igitur contenti nõ estis ista Verbi cum carne vnione: atque eo ipso quod Deus homo factus est, certe neque audire, neque credere constituistis, quum vobis satis fieri nequeat tam modesta, religiosaque super omnem commentationem dicendi ratione, dum corpus Dei auditis esse, idque secundum eum qui dicit: *Qui transfigurabit corpus nostræ humilitatis, vt sit conforme corpori gloriæ ipsius*. Qua in re argumentum futuræ resurrectionis ostenditur, quod etiam tum appellatur corpus, cum iam corpus est gloriæ eius. Quin ipse Dominus hoc ipsum loquitur, *Cum venerit Filius hominis*, inquiens: Vbi filium hominis iudicem factum esse declarat viuẽtium & mortuorum, regem & dominum. Sed exterminare cupitis vocabulum corporis, neque tolerare potestis eum deinceps hominem appellari. Qui fieri potest, vt diuinas scripturas legisse videamini? quum Matthæus scribat, *Liber generationis Iesu Christi Filii Dauid, Filii Abrahæ*. Et Ioannes, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*: vbi scriptura ostẽdit eum & Deũ, & Filiũ Dauidis existimandũ, si discriminatim vnũquodq; seorsum inspicere velitis,

duos dixeritis ſecundum humanam rationem, ſin ſacris literis eruditi credideritis, verbum, quum Deus eſſet, Filium hominis eſſe factum, cognoſcetis vnum eſſe Chriſtum, eundémque & Deum & hominem, vt duplex prædicatio ſuper eius aduentu facile perſuadere poſſet, tum eius patibilitatem, tum impatibilitatem, vt quum dicit Apoſtolus: *Homo Ieſus Chriſtus, qui dedit ſeipſum pro nobis, quique eſt Deus ſuper omnes benedictus in ſecula, Amen:* & quum Timotheo ſcribit: *Recordare Ieſum Chriſtum ex ſemine Dauid, excitatum à mortuis.* Et, *Mortem eius prædicamus donec veniat*: Aut igitur cõceſſione cõſubſtantialitatis, tollitur vocabulum carnis aut hominem dici Chriſtum, negatis: aut non amplius mortem eius annunciatis, donec veniat, tollentes ſacras ſcripturas: aut ſi mortem annunciatis eius, qui veſtra ſententia conſubſtantialis Deo eſt, fieri non poteſt, vt eum carne paſſum confiteamini: aut ipſam Patris, & Spiritus ſancti deitatem, contenditis mortis capacem fuiſſe, ac proinde impij eſtis ſuper omnes quotquot ſunt hæretici. Mors enim in carnem Verbi quòd Patri conſubſtantiale eſt, introducta fuit: ſiquidem neque Pater neque Spiritus carnem geſtauit, vt impie Valentiniani diſcipuli calumniantur: Sed Verbum caro factum eſt. Ideo nos confitentes Deum & hominem Chriſtum eſſe non diſſeparationis cauſa iſtud dicimus, abſit, ſed ſecundum ſcripturas, vt morte eius paſſionéque vere acta, eaque deprædicata, donec veniat, in carne quidem Verbi paſſionem & mortem confiteamur: ipſum tamen Verbum incommutabile, & inalterabile eſſe, fide agnoſcamus. Ideóque idem eſt qui paſſus eſt, & non paſſus: diuina quidem natura incommutabilis & inalterabilis: carne tamen paſſus, vt dixit Petrus & mortem guſtare volens, eò quòd factus ſit mediator Dei & hominum: Mediator vero vnius non eſt, Deus autem vnus eſt. Quapropter errant qui dicunt, alium eſſe qui paſſus ſit, & alium eſſe qui non ſit paſſus. Non enim alius eſt præter ipſum Dei Verbum, quod paſſionem & mortem recepit: ſed idem illud impatibile & incorporeum, carnis generationem tolerauit, & iis omnibus perfunctus eſt, vt haberet quod offerret pro nobis, ac proinde dicitur præſtantior Angelis factus. Cæterum, nequaquam Filius Dei creator Angelorum, præſtantior Angelis factus eſt, quaſi qui aliquando illis deterior fuiſſet, ſed forma ſerui, quam ipſum Verbum ſibi propriam fecit & vendicauit, naturali generatione præſtantior, exoriens ex protoplaſto Adam, & nos ſibi arrogat, proprióſque facit, vt dictum eſt à Sanctis & domeſticis Dei, deíque caro ſecundũ naturã facta eſt, nõ, quòd conſubſtantialis deitati Verbi, & quaſi coæterna eſſet, ſed quòd propria illius caro per naturam facta ſit, & indiuiſibilis ratione coadunitionis, ex ſemine Dauidis & Abrahæ, & Adami, ex quo nos quoq; progeniti ſumus.

Quod

δύο καθ' ὑμᾶς ἂν λέγοιντο. εἰ δὲ πιστεύεσθαι διδασκόμενοι ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν· ὅτι θεὸς ὢν ὁ λόγος υἱὸς ἀνθρώπου γέγονε, γνώσεσθε, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ χριστὸς, καὶ θεὸς καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός, ἵνα τὸ διπλοῦν κήρυγμα τοῦ αὐτοῦ ἀποδημίας εὐαπόδεκτον ἔχῃ τὴν πίστιν μόνον, τῶν παθῶν καὶ τοῦ ἀπαθείας. ὡς ὅταν λέγῃ ὁ ἀπόστολος, ἄνθρωπος χριστὸς ἰησοῦς, ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ ἡμῶν, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν· καὶ τιμοθέῳ γράφων ἔλεγε, μνημόνευε ἰησοῦν χριστὸν ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν ἐκ σπέρματος δαβὶδ. καὶ ὁ αὐτὸς πάλιν φησὶ, τὸν θάνατον αὐτοῦ καταγγέλλομεν, ἄχρις οὗ ἔλθῃ. εἰ οὖν ἐκ τῆς ὁμολογίας καὶ ὁμοουσίου ἀναιρεῖτε τῆς σαρκὸς τὸ ὄνομα, καὶ τὸν ἄνθρωπον λέγεσθαι τὸν χριστὸν, ἢ ὅτε ἐπὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ καταγγέλλετε ἄχρις οὗ ἔλθῃ ἀναιροῦντες τὰς γραφὰς, καὶ τὸν θάνατον καταγγέλλοντες, καθ' ὑμᾶς τῷ ὁμοουσίῳ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· μὴ ὁμολογοῦντες σαρκὶ πεπονθέναι τὸν χριστὸν, καὶ αὐτῷ τοῦ πατρὸς τῇ θεότητι καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, ἐρεῖτε δεκτικὸν εἶναι θανάτου· καὶ γέγονατε ἀσεβέστεροι πάντων τῶν αἱρετικῶν· ὁ γὰρ θάνατος, τῆς σαρκὸς γέγονε τοῦ ὁμοουσίου λόγου. ὃ δὲ οὐδὲ ὁ πατὴρ σάρκα ἐφόρεσεν, οὐδὲ τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὡς οἱ καλεντῖνον, ἀσεβοῦντες φαντάζονται, ἀλλ' ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. διὸ ἡμεῖς ὁμολογοῦντες θεὸν καὶ ἄνθρωπον τὸν χριστὸν, οὐ διαιρέσεως ἕνεκεν ταῦτα λέγομεν, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ πάλιν κατὰ τὰς γραφὰς, ἵνα παθὸς καὶ θανάτου γενομένου καὶ καταγγελλομένου, ἄχρις οὗ ἔλθῃ. ὁπὶ μὲν τοῦ σαρκὸς λόγου, τὸ πάθος καὶ τὸν θάνατον ὁμολογῶμεν, αὐτὸν δὲ τὸν λόγον, ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον πιστεύωμεν. διότι, αὐτὸς ἐστιν ὁ παθὼν καὶ μὴ παθών· τῇ μὲν θείᾳ φύσει ἀπαθὴς καὶ ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος ὤν. τῇ δὲ σαρκὶ, παθὼν, ὡς εἶπεν ὁ πέτρος, χριστοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ καὶ θανάτου γευσάμενος σαρκὶ, ὅτι γέγονε μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος χριστὸς ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ ἡμῶν. καὶ πάλιν, ὅτι γέγονε μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων· ὁ δὲ μεσίτης, ἑνὸς οὐκ ἔστιν ὁ εἷς, ἑνὸς ἐστὶ διὸ πλειόνων· καὶ λέγουσι, ὅτι ἄλλος ἐστὶν ὁ παθὼν υἱὸς, καὶ ἄλλος ὁ μὴ παθών· ὁ δὲ ἕτερός ἐστι παρὰ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, ὁ τὸν θάνατον καὶ τὸ πάθος ἀναδεδεγμένος· ἀλλ' αὐτὸς ὁ ἀπαθὴς καὶ ἀσώματος λόγος, γνώσεως σαρκὸς ἀνθρωπίνης ἀναδεξόμενος, τὰ πάντα πεπλήρωκεν, ἵνα ἔχῃ τὸ προσενέγκῃ ὑπὲρ ἡμῶν· καὶ λέγεται κρείττων γινόμενος τῶν ἀγγέλων. ἐκ αὐτὸς ὁ πρὸ τῶν ἀγγέλων λόγος, κρείττων γέγονεν ὡς ἦν πρὶν ὢν πλήρης. ἀλλὰ ἡ μορφὴ τοῦ δούλου, ἣν αὐτὸς ὁ λόγος ἰδιοποιήσατο φυσικῇ γεννήσει κρείττων ἀνατείλασα ἐκ τοῦ προσλαβέσθαι γνώσεως καὶ ἡμᾶς προσοικείωσεν, ὡς εἶναι, συμπολίτας τῶν ἁγίων καὶ οἰκείους θεοῦ γινομένους, καὶ κατὰ φύσιν θεοῦ γέγονεν ἰδία ἐκ ὁμοιώσεως ὅσα ἡ σὰρξ τοῦ λόγου θεότητι οὐ συναίδιος· ἀλλὰ ἰδίᾳ κατὰ φύσιν γινομένη, καὶ ἀδιαίρετος κατὰ ἕνωσιν ἐκ σπέρματος δαβὶδ καὶ ἀβραὰμ καὶ τοῦ ἀδὰμ, ἐξ οὗ καὶ ἡμεῖς γεγόναμεν.

εἰ δὲ

ἡ δὲ ὁμοούσιος τῷ λόγῳ ἡ σὰρξ ἐστιν αὕτη, οὐκ ἄν τοῦτο εἴποι τις καὶ πάντα κτίσματα συναΐδια τῷ παντοκτίστῃ θεῷ, καὶ πῶς ἔτι χριστιανοί, οἱ τοιούτοις συμπλεκόμενοι γραγγαλιαῖς· τὸ γὰρ ὁμοούσιον καὶ ἀπαθὲς καὶ ἀνεπιδεκτον θανάτου. εἰ γὰρ τὸ ὁμοούσιον, ἕνωσιν καθ' ὑπόστασιν οὐκ ἀπιδεχόμενον ἐστιν ἀλλὰ κατὰ φύσιν καθ' ὑπόστασιν ἦν, τὴν ἰδίαν πλάτητα ἀπιδεικνύμενον· ὥστε τῇ νομιζομένῃ ὑμῶν εὐφημῳ ἐφόδρησι, ἢ τὴν οὐκ παρθένου τῆς θεοτόκου σάρκα ἀρνεῖσθε, ἢ τὴν θεότητα βλασφημεῖτε. εἰ γὰρ ὅτως καὶ τὸν ὑὸν ὁμολογεῖτε ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὡς τὴν σάρκα τὴν παθοῦσαν, καὶ τί ἔτι ἡμᾶς μέμφεσθε, ὡς τετράδα ἀντὶ τριάδος λέγοντας, αὐτοὶ τετράδα ἀντὶ τριάδος, καὶ ἅπαντες ὁμολογοῦντες; λέγοντες, ὁμοούσιον εἶναι τῇ τριάδι τὴν σάρκα· τοίνυν ματαία ἡ πίστις ὑμῶν ἐστιν. ἴσα γὰρ φρονεῖτε τῶν ἀσεβῶν ἀρειανῶν· κακῶς ἐκλαμβάνοντες τὸ, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο· ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἀχίνα ὁ λόγος μηκέτι ᾖ λόγος, ἀλλ' ἵνα ἐν σαρκὶ ᾖ. ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἵνα ὁ λόγος ἀεὶ ᾖ λόγος, καὶ σάρκα ἔχῃ ὁ λόγος, ἐν ᾗ τὸ πάθος καὶ τὸ θάνατον ἀνεδέξατο ἐν μορφῇ τῇ ἀνθρωπίνῃ, μέχρι τάφου καὶ ἅδου ἀπιόντας, ἐν ᾗ καὶ τὴν ἀνάστασιν τὴν ἐκ νεκρῶν πεποίηται, σαρκὸς καὶ αἵματος καὶ ψυχῆς, τὴν ἀπόδειξιν ποιησάμενος· ὁ θεὸς λόγος, ἀφ' ἑαυτοῦ καὶ ἀδιαφέτου σαρκὸς, ὡς γεγραπται, ἐκ σπέρματος δαυὶδ. τί γὰρ ἕτερον ὠνείδισεν ὑμᾶς εἰρηκὼς μαρκίων. ἐχὶ ἀνοφανὲς τὸ σῶμα ἐν ὁμοιώσει ἀνθρωπίνῃ μόνῃ καὶ οὐκ ἀληθείᾳ; τί γὰρ ἄλλο εἴρηκε μανιχαῖος; ἀθεώδες τὸ σῶμα ἐν ὁμοιώσει τῇ καθ' ἡμᾶς μόνῃ ἀλλ' ὀτεῖον δὲ σαρκὸς ἀνθρωπίνης, ἧς τὴν φύσιν ἀμαυρῶν λέγει ἀσεβῶν, καὶ ἀθέων πεῖξιν. τοιαύτη τέτων ἡ ἀσέβεια. διὸ καὶ δεῖ τὸ εὐσεβοῦντα τοιαύτας χρῆσθαι διανοίας. ἀλλ' ὅτι ὁ πρὸ τῶν αἰώνων ὁμοούσιος ὢν λόγος τῷ πατρὶ, ἐπ' ἐσχάτων ἐκ τῆς ἁγίας καὶ θεοτόκου παρθένου, τὸ ἀδάμ πλασιν καὶ πόιησιν, καινὴν ἀνέπλασε τὴν ἰδιοποιησάμενος καθ' ἕνωσιν, καὶ ὅτως ὤφθη ἄνθρωπος ὁ χριστὸς, ὁ πρὸ αἰώνων θεός. καὶ ἐσμὲν ἡμεῖς μέλη χριστοῦ ὡς γέγραπται, ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῶν ὀστέων αὐτοῦ. πῖς οὖν ἡ πονηρὰ τῶν ὑμῶν φιλονεικία τῶν ἐφόδρισεων, ὥστε ἀνθρωπίνῃ φρονήσῃ, ὑπὲρ τὸν ἀνθρωπίνων νόησιν ὁρίζεσθαι, λέγοντες, ἀντὶ τοῦ ἔσωθεν ἡμῶν ἀνθρώπου, νοῦς ἐπουράνιος ἐν χριστῷ· τῶν ἀθέσμων γνώμης καὶ τῶν ἀθεμίτων καὶ ἀπερισκέπτων ῥημάτων, τῶν μὴ νοούντων πρῶτον ὅτι, ὅτι χριστὸς μονοτρόπως οὐ λέγεται, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ ὀνόματι ἑνὶ ὅλη ἑκατέρων τῶν πραγμάτων δείκνυται σημασία θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος. διὸ καὶ ἄνθρωπος λέγεται ὁ χριστὸς, καὶ θεὸς λέγεται ὁ χριστὸς, καὶ θεὸς καὶ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ χριστὸς, καὶ εἷς ἐστιν ὁ χριστὸς μάτην οὖν ὑμῶν τὸ σοφισμα διηχφρώντων ἔπρεπε θεωρεῖσθαι τὸν χριστὸν ἐν αὐτῷ θεωρεῖν. οἱ μὲν γὰρ καταχρηστικῶς λεγόμενοι χριστοὶ, ἴσως καθ' ὑμᾶς ἂν θεωροῖντο· ὁ δὲ κατὰ φύσιν μόνος ἀληθινὸς χριστὸς, οὐχ ὑπὸ ἀνθρωπίνου λογισμοῦ διαγραφήσεται, ὥσπερ ὑμεῖς πλημπαὶ καὶ αὐτάδεις γεγένατε. ἃ γὰρ προφήτης,

Quod si Deo consubstantialis est caro & coæterna, superest vt inferatis, etiam omnia creata, coæterna esse cum Deo omnium creatore. At, quî (quæso) illi pro Christianis haberi possent, qui istiusmodi laqueis sese inuoluũt? Siquidem consubstantialitas vt impatibilis est, ita mortis quoque insusceptibilis existimanda est. Consubstantialitas porro vnitionem personarum non admittit: adeo, vt pro speciolo vestro cõmento, aut carnem ex Virgine negetis, aut in deitatem blasphemi sitis. Sin autem confitemini, eo modo Filium esse consubstantialem Patri, & spiritum Sanctum, quomodo ipsa caro, quæ passionem sustinuit, vana est vestra fides parta enim sentitis cum impiis Arianis, male excipientes has voces, Verbũ caro factum est, vt verbum non amplius sit verbum, sed vt caro sit Verbum. Atqui, verbum ita caro factum est, vt verbum semper verbum remanserit, sed tamen carnẽ haberet, in qua passionem & mortem susciperet sub humana specie, vsque ad sepulchrum & infernum descendens, in qua specie etiã resurrectionẽ mortuorũ perfecit, carnis, sanguinis, & animæ, argumẽta indiciaq; de se præbens, per propriã & indissparabilem (vt scriptum est) carnem ex semine Dauidis. Quid enim aliud apud vos dixit Marcion? nónne cælesti specie corpus fuisse, idq; in similitudine humana, sed cetera veritatẽ? Quid aliud prolocutus est Manichæus, quã diuinũ corpus, eius corpus extitisse in similitudine sola, nõ in veritate, alienumq; ab humana carne? quã ex se peccatũ dicere citra actionem, hominũ est impiè sententiũ. Cæterũ, talis est illorum impietas, quamobrem nefas est pium hominem istiusmodi verborum commentis vti, sed contra, ita sentiendum est: ante secula, verbũ quod est Filius Dei, Deo Patri cõsubstantiale esse & extremis temporibus ex Sancta deipara Virgine, Adæ plasmationem conditionemque instaurasse, eamque sibi nascendo propriam fecisse, atque ita visus est Christus homo, qui ante secula Deus erat: & nos membra Christi sumus, vt scriptũ est, ex carne eius, & ex ossibus eius. Quorsum igitur tanta contentio nouarum inuentionum, vt humano ingenio, ea quæ sunt supra humanũ intellectum definiatis, dicentes, pro interiore in nobis homine mẽtem supercælestẽ in Christo fuisse? O nefariam sententiam, & verba imbecillia & indecora, quib. hoc non ante omnia in mentem venit Christum non simpliciter dicit: sed in ipso nomine quod vnum est, vtramque naturam significari, & diuinitatis & humanitatis, ideóq; Christum & hominem & Deũ appellari, quanquã vnus Christus. Vanũ igitur vestrum scitamentum est, conãtium diuersum quid, & alterum extra ipsum Christum, & in Christo constituere. Cæterum, illi qui abusiue Christi nominantur, forsitan quantum ad nos attinet, ita spectari possent: Qui autem ex natura & solus, est verus Christus, non ab humana ratione describetur, vt vos pro vestra impudentia audetis, quum nullus neque Propheta,

neque Apostolus, aut quispiam Euangelistarum ita locutus sit, quæ vos loqui sustinetis, idque animo impudenti. Si enim alter est Christus præter cælestem mentem in eo sitam: perfectaque res, mens est: Duo igitur secundum vestram opinionem Christi existunt: & in eo, quo vobis maledicere est placitum, refutamini. Nam supercælestem mentem etiam Prophetæ habuerunt, qui cælestia, futuraque, quasi iam præsentia enunciabant: ideóne ista verba commenti estis, quo negari posset, interiorem hominem in Christo fuisse? Quid igitur de anima dicetis quum & corpus & anima interior sit homo, quod quodammodo sanguinem & carnem dixeris: sed sicuti corpus & sanguis subiacent palpationi, neque vulnerationem effugiunt, quum res visibiles sunt: ita nobis ostendite animam istis ipsis non subiacere, & visibilem esse: Aut si ostendere non potestis, euidens ratio est animam sub oculos non venire, neque interimi ab homine, vt corpus interimitur, sicuti à domino prædictum fuit. Credite igitur animam, interiorem hominem esse. Quoniam id & à prima plasmatione ostenditur, & à secunda dissolutione commonstratur, quum non solum in nobis, sed & in Christi quoque morte idipsum pateat, corpore nō vltra sepulchrum delato, anima ad inferos penetrante, locis ingenti interuallo discriminatis, sepulchro quidem id quod corporeum erat, quia ibi corpus aderat, recipiente: inferno vero id, quod incorporeum fuit. Qua ratione igitur factum est, vt quum dominus adesset incorporaliter, pro homine à morte sit agnitus? Vt earum animarum quas inferus tenebat, vincula, sua anima, inobnoxia quidem vinculis mortis, sed tamen quæ quasi obnoxia facta esset, disrumperet? explicans illis modum rationemque suę resurrectionis, vt Plastes ille & conditor hominis, hominem damnationi subiectum, ipse præsens ad plenū liberaret in sua forma? Non enim mors præualescens subiecit sibi humanam Verbi animam, vt vincula illi innecteret: nec corruptio per tyrannidem inuadens, in eius corpus vim suā exercebat ad putrefactionem, quasi rebus male curatis, minime gentium: id enim de eo cogitate prorsus impium est. Sed qui de Adæ inobedientia quæstionem habuit, iudicióque peracto duplicem pœnam in sententia sua complexus erat, dū rei terrestri ita loquitur, *Terra es, & in terram reuerteris*, atque ita pro decreto, domini corpus in terram abscedit, animæ autem dixit, *Morte morieris*, atque hinc est, quod homo in duas partes discerpitur, & vt ad duo loca discedat, condemnatur. Ac proinde opus fuit illo ipso iudice, qui hoc decretum tulerat, vt ipse per se sententiam solueret, sub specie condemnati, incondemnatum se syncerumque à peccatis ostendens, vt hominem Deo reconciliaret, hominemque totum in libertatem vindicaret, in nouitate imaginis Filij, eius Iesu Christi domini nostri. Iam si mihi alium locum cōdemnationis præter hos duos ostendere potestis, merito hominem dixeritis tripliciter diuidi, & ex

ὁ δὲ ἀπόστολος. οὔτε τις τῶν εὐαγγελιστῶν τοῦτο ἐφθέγξατο ἃ ὑμεῖς λαλεῖν ἐπιχειρεῖτε, ἀναιδεῖς τῇ ψυχῇ γενόμενοι. εἰ γὰρ ἕτερός ἐστιν ὁ χριστὸς παρὰ τὸν ἐπουράνιον νοῦν τὸν ἐν αὐτῷ γινόμενον, πλείους ἢ καὶ ὄνες, δύο ἄρα καθ' ὑμᾶς. καὶ ὅπερ δύσφημον δοκεῖτε, τοῦτ' ἐλέγχεσθε φρονοῦντες. νοῦν ἢ ἐπουράνιον καὶ οἱ προφῆται εἰρήκασιν, οἱ τὰ ἐπουράνια καὶ τὰ μέλλοντα ὡς παρόντα λαλήσαντες. Διατί ἢ ὅλως τοῦτο λέγειν ἐπινοεῖτε, ὡς τὸ ἔσωθεν ἡμῶν ἀνθρώπου μὴ ὁμολογουμένου ἐν χριστῷ; τί οὖν φεύγει τὴν ψυχὴν ἐρεῖτε, ὅτι καὶ τὸ σῶμα καὶ ἡ ψυχὴ ὁ ἔξωθεν ἐστιν ἄνθρωπος, ὡς ἂν εἴποι τις τὸ αἷμα καὶ τὴν σάρκα. ἀλλ' ὥσπερ τὸ σῶμα καὶ τὸ αἷμα διαφαύσουσι τὴν ψηλάφησιν καὶ τῷ τοῖς ὁρατὰ ὄντα, δεῖξαι ἡμῖν καὶ τὴν ψυχὴν μὴ διαφαύσαν τοῦτο, καὶ ὁρατὴν ἔσαν· ἢ εἰ μὴ δυνάσθε δεῖξαι, φανερός ἐστιν ὁ λόγος, ὅτι οὔτε ὁρᾶται ψυχή, οὔτε ἀποκτίνει τις ἀνθρώπου ὡσπερ τὸ σῶμα, καθὼς εἴρηκεν ὁ κύριος. πείθεσθε οὖν, ὅτι ὁ ἔσωθεν ἡμῶν ἄνθρωπος, ἐστὶν ἡ ψυχή· τοῦτο καὶ ἡ πρώτης πλάσεως δεικνύσης, καὶ ἡ δευτέρας διαλύσεως δηλούσης, οὐ μόνον ἐφ' ἡμῶν τούτων δεικνυμένων, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ θανάτῳ τοῦ χριστοῦ ἐδείκνυτο. τὸ μέντοι, μέχρι τάφου φθάσαν· ἡ ἦ, μέχρι ἅδου διαβᾶσα. διωρεῖτῶν ἦ ὄντων τῶν τόπων πολλῷ μείζονι καὶ τὸν μὲν τάφον σωματικῷ ὄγκῳ δεχομένῳ τῷ ὄγκῳ, ἐκεῖσε παρῆν τὸ σῶμα· τοῦ ἦ ἅδου ἀσώματος· πῶς, ἐκεῖ παρὼν ὁ κύριος ἀσωμάτως, ὡς ἄνθρωπος ἐνομίσθη ὑπὸ θανάτου; ἵνα ψυχὰς τὰς ἐν δεσμοῖς κατεχομένας, μορφῇ ἰδίᾳ ψυχῆς αἰεπίδεκτον τῶν δεσμῶν θανάτου ἀφελόμενος παρούσας παρούσης, διαρρήξῃ τὰ δεσμὰ ψυχῶν τῶν ἐν ἅδου κατεχομένων, τὸ ἀναστάσεως διαπρεπέστερον ὅρον, ἵνα ὁ πλάστης καὶ ποιητὴς ὁ ἀνθρώπου, καὶ καταδίκην τὸν ὑποβαλών, αὐτὸς παρὼν, ἐλευθερώσῃ δι' ἑαυτοῦ ἐξολοκλήρου τὸν ἄνθρωπον, ἐν μορφῇ τῇ ἑαυτοῦ· οὔτε γὰρ θάνατος ὑπερισχύσας ὑπηγάγετο ἑαυτῷ τὴν ἀνθρωπίνην ψυχὴν εἰς δεσμῶν κατοχὴν, ὅτε πάλιν ἡ φθορὰ τυραννικῶς διαρπάσασα τὸ σῶμα ἐνεργεῖ εἰς διαφθοράν, ὡς ἀνεννοήτων ὄντων τῶν πραγμάτων. ὅτω γὰρ ἐννοεῖν τὸ τοιοῦτο, ἀσεβές· ἀλλ' ὁ τῷ ἐξέπασιν τοῦ θανάτου ποιησάμενος καὶ κελεύσιν ἐπαγαγών, διὰ τῆς ἐκμαγείας τὴν ἀποφασιν δέδωκε· τῷ μὲν γήινῳ εἰρηκὼς, γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. καὶ ὅτως ὑποδέχεται φθορὰ τὸ σῶμα δεσπότου ἀποφωμένου· τῇ ἦ ψυχῇ, θανάτῳ ἀποθανῇ. καὶ ὅτω δίχα διαρεῖται ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἐν δυσὶ τόποις οἰκείοις κατεδικάσθη· διατοῦτο χρεία γέγονε τοῦ ἀποφωμένου, ἵνα αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ λύσῃ τὴν ἑαυτοῦ ἀπόφασιν, ἐν μορφῇ δὲ καταδικασθέντος, ἀκαταδικάστου καὶ ἀναμαρτήτου ὀφθείς, ἵνα καὶ ἡ καταλλαγὴ δι' ἐκεῖνου πρὸς τὸν ἄνθρωπον γένῃ, καὶ ἡ ἐλευθερία πάντες ἄνθρωποι δι' ἀνθρώπου ὑπάρξῃ ἐν τῇ καινότητι τοῦ ἐκείνου δι' ὑμᾶς, δι' ἡμᾶς δι' ἡμᾶς χριστοῦ κυρίου ἡμῶν· εἰ ἦ καὶ ἕτερον τόπον καταδίκης δεῖξαι δύνασθε, εἰκότως ἂν λέγοιτο τριχῇ διαιρεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον.

καὶ ἐκ

& ἐκ μὲν τ δύο τόπων, τὴν ἀνάκλησιν γνωμένην. ἐν ᾧ τῷ τρίτῳ, μένειν ἐν δεσμοῖς τ δεδεμένον. εἰ δὲ μὴ ἔχετε δεῖξαι ἕτερον τινα πλὴν τ τάφου καὶ τ ἅδου· ἐξ ὧν ἡλευθέρωται τελείως ὁ ἄνθρωπος. χεῖρας ἐλευθερώσαντος ἡμᾶς ἐν τῇ ἑαυτοῦ καθ' ἡμᾶς μορφῇ· τελεία δὲ ἀληθεστάτη, πῶς ἔτι ταῦτα λέγετε, ὡς ἀδέσποτα καὶ ἀλλαχόθι τῆς ἀνθρωπότητος θεοῦ; πῶς οὖν ἐπεδημήσεν ὁ σωτὴρ, ἢ ὡς ἀδυνάτου τὸν σύμπαντα λύσαι ἄνθρωπον; ἢ ὡς βουλευξάμενος τ ἅπαξ ἁμαρτήσαντα νοῦν ἢ ὡς δεδοικὼς μὴ καὶ αὐτὸς μετοχος γένηται τ ἁμαρτίας, εἰ τέλειος γένηται ἄνθρωπος θεὸς ὢν; ἀλλ' ἀσεβείας ἔμπλεοι οἱ ταῦτα ἔτως ἐννοοῦντες. τί γὰρ περὶ τ ἁμαρτίας ὁριζόμενοι ταῦτα λαλεῖτε, Φυσικὴν εἶναι τ ἁμαρτίαν λέγοντες, καὶ τ ἀσεβέστατον μανιχαῖον; πῶς ἔτως φρονεῖτε κατηγοροι γινόμενοι τ δημιουργοῦ τ φύσεως. ὅτε τ ἀδὰμ ἀρχὴν ἔπλασεν ὁ θεὸς, μήτι γε σύμφυτον αὐτῷ δέδωκε τ ἁμαρτίαν; τίς ἦν ἔτι χρεία λῦσαι τ ἐντολήν; πῶς ἂν αὐτὸν κατεδίκασεν ἁμαρτήσαντα; πῶς ἂν τ μὲν τ παρακοὴν, οὐκ ἐγίνωσκε καλὸν τ πονηρὸν ὁ ἀδὰμ ὃν ἔπλασεν ὁ θεὸς, ὅπου ἀφθαρσίαν τ εἰκόνα τ ἰδίας ἀϊδιότητος ἐποίησεν αὐτὸν φύσιν ἀναμάρτητον· καὶ θέλησιν αὐτεξούσιον. φθόνῳ δὲ διαβόλου; θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τ κόσμον. ὑφαμένης τ παραβάσεως τ ὑπήνοιαν· καὶ ἔτως ἐκ παρακοῆς ἐντολῆς θεοῦ, γέγονεν ὁ ἄνθρωπος δεκτικὸς τ ὑπαυτοράς· ἐχθρὸς· καὶ ἐνεργεῖ λοιπὸν ἡ ἁμαρτία, ἐν τῇ παρθένῳ ὁ θάνατος πᾶσαν ὑπεμυμίαν. ὁ φύσιν ἐν αὐτῷ ἐρασαμένης διαβόλου, μὴ γένοιτο. ὁ δὲ φύσεως ἂν εἴη δημιουργὸς ὁ διαβόλου, καὶ τ τ μανιχαίων ἀσέβειαν· ἀλλὰ παρθένως παρακοῆς ἐκ παραβάσεως ἐπρόσατο, ἐν ἔτως ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος πάντων ἀνθρώπων. διατὸ οὖν φησὶν ἦλθεν ὁ υἱὸς τ θεοῦ, ἵνα λύσῃ τὰ ἔργα τ διαβόλου. πῖα ἔργα τοῦ διαβόλου ἔλυσεν ὁ υἱὸς τ θεοῦ; ὅτι φύσιν ἐν ἐποίησεν ὁ θεὸς ἁμαρτητον, παρέτρεψεν ὁ διάβολος εἰς παράβασιν ἐντολῆς θεοῦ, καὶ θάνατος ἁμαρτίας θάνατος, παύτην ἑαυτῷ ἀνεσήσατο ὁ θεὸς λόγος, ἀνεπίδεκτον τ τ διαβόλου παραπτώσεως καὶ εὑρήσεως. καὶ διατοῦτό ἔλεγεν ὁ κύριος, ἔρχεται ὁ ἄρχων τ κόσμου τούτου· καὶ ἐν ἐμοὶ εὑρίσκει οὐδέν. εἰ δὲ ἄρχων τ κόσμου τούτου οὐδὲν τ ἑαυτ πραγμάτων εὑρίσκει ἐν τῷ χριστῷ, πολλῷ μᾶλλον ὁ χριστὸς οὐδὲν τ ἰδίας ποιήσεως παρασκατέλιπε τῷ ἄρχοντι τ κόσμου τούτου. ἡ δὲ διατοῦτο οὐδὲν εὑρίσκει ἐν ἑαυτῷ, τελείαν τ καρδίαν ἐπιδεξαμένου τοῦ χριστ, ἵνα τελείαν τ σωτηρίαν κατεργάσηται ὅλου τ ἀνθρώπου ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος. ἵνα τελεία ᾖ τ ἀνάστασις. μάτην οὖν δέδιαι καὶ φαντάζου σάρκα μόνην ὑπολαμβάνοντες ἀνεληφέναι τ σωτῆρα, τ ᾧ τ πάθους νόησιν, ὅπου τ ἀπαθῆ θεότητα ἀναφέροντες ἀσεβῶς. μάτην δὲ καὶ ὑμεῖς καθ' ἑτέραν ἀπόνοιαν, τὰ ἴσα τούτοις φρονεῖτε λέγετε τῷ παρεικονικῷ παρασκευῇ. ἀπὸ γὰρ τ ἔσωθεν ἐν ἡμῖν ἀνθρώπου, νοῦς ἐπουράνιος ἐν χριστῷ. ἐπῶς λυπούμενος, ἢ ἀδημονῶν ἢ παρασκόπτομενος; καὶ ἐπι-

& ex duobus locis reuocationem factam esse, & in tertio manere colligatum in vinculis. Quòd si tertium aliquem locum ostendere nō potestis præter sepulchrum & infernum, ex quibus plane ereptus est homo, Christo assertore, per suam speciem cum nostri similitudine congruentem, eamque veram & neutiquam imaginariam. Cur igitur dicitis: Deum nondū propitiatum esse? aut qua de causa Saluator aduenit? an quia impotens fuit, vt totū hominem à compedibus vindicaret? an quia peccatorem abominetur? an quia metus illi est, ne contagionem peccati sentiat, si ipse, quū Deus sit, integer homo fiat? Atqui istiusmodi cogitatus nimia impietate scatent. Aut cur in definiendo peccato, ex natura esse peccatum asseritis? idque ex opinione impiissimi Manichæi? Hæc dum sentitis, criminatores vos ostenditis opificij naturæ. Num, quum Adamum ab initio fingebat Deus, congenitum illi peccatum inseuit? Quorsum igitur opus fuit præcepto, aut quid eum, vbi peccarat, condemnauit? cur ante inobedientiam non cognouit bonum & malum, quem Deus finxerat ad immortalitatē, & ad imaginem suæ æternitatis, natura quidem sine vitio peccati, voluntate tamen libera instructum? Cæterū mors, inuidia diaboli, mundum inuasit, excogitato inobedientiæ inuento, atque ita ex inobedientia præcepti diuini, factus est homo capax superseminationis diaboli ac peccatum iam inde in natura receptum ad omnem concupiscentiam stimulabat, non tamen vt diabolus eam naturam finxerit: absit, nunquam enim diabolus, naturæ opifex (vt Manichæorū impietas censet) sed naturæ peruersio, ex præuaricatione id efficit, & ita mors tyrannidem habuit in omnes homines, ideoque dictum est: *Venit Filius Dei, vt perderet opera diaboli*. Quanam (quæso) ratione? ea nimirum, qua naturam à Deo quidem factā, nulloque crimine imbutam, sed instigatam à diabolo ad præuaricationem mandati diuini, & ad inuentum peccati mortis, Verbum Deus in se reformauit, neque vlterius eam fraudis diaboli, aut inuenti mortis susceptibilem reliquit? Ideóque dictum est à Domino: *Venit princeps mundi, & in me non inuenit quicquam*. Quòd si princeps mundi nihil operum suorum inuenit in Christo, multo magis Christus nihil ex suis creaturis reliquit principi huius mundi. An etiam ea de causa nihil inuenit in Christo, quia Christus perfectam in se nouitatem exhibuit, vt perfectā salutem animæ & corporis, in toto homine operaretur, vt perfecta quoque esset resurrectio? Frustra igitur Ariani cauillantur, qui carnem tantūmodo statuētes, ea quę de passione intelligūtur, ad impatibilē deitatē impiè referūnt: frustra vero & vos ex alio cōmento paria cum illis sentitis, quū assertores sitis, mentē supercęlestē, loco interioris hominis, ambitu eius speciei qua continebatur, pro instrumēto abusū fuisse. Nā si id verū, quomodo potuit vel dolere, vel anxius esse, vel orare?

καὶ ἐπι-

Scriptum est enim: *Et conturbatus est spiritu Iesus*. Atqui ista nec brutæ, nullisque cogitationibus instructæ carni, nec deitati, quæ incommutabilis est, congruerint, sed animæ quæ intellectu est prædita, quæ agitur, & perturbatur, & intelligibiliter passionem sentit. Quòd si hæc sententia nō placet, saltē quum triplicia sint de ea re iudicia, quorum vnum est in blasphemia situm, alterum nudam inanémque apparentiam constituit, tertium veritate nixum: eligite, quod magis arridet. Nam suspicari non vere hæc de eo esse dicta, sed tantummodo videri dicta, id secum trahet, vt quæ facta de eo dicantur, opiniones sint & simulationes, non verè res gestæ. Iam si vere dicta sunt de dolore, de anxietate, qui possunt ea quadrare in supercælestem mentem, siue afflatum numinis, quæ humanæ sunt animæ, vt intelligas, mentem illam quæ immutabilis est, mutat am esse in dolorem, anxietatem, & perturbationem? Impia est istiusmodi sententia. Nam tametsi dixerit Euangelium, Iesum spiritu fuisse conturbatum: ipse tamen Dominus declarauit, de anima sua hoc intelligendum esse, quum dicit: *Anima mea turbata est*. Quòd si suæ animæ sensum Dominus ostendit in compassionem nostræ animæ, vt ita & ipsius intelligeremus, passionem, & eum tamen impatibilem confiteremur: Sicuti enim sanguine carnis suæ liberauit nos, ita sensu suæ ipsius animæ victoriam pro nobis comparatam significat: *Ego* (inquit) *vici mundum*. & alibi: *Et qui dat nobis victoriam*. Sed sicut hic sub nomine sanguinis, non quivis aut communis sanguis, quemadmodum ab impiis existimatur, sed salutaris à piis hominibus intelligitur, ita quoque mens illa non humanam imbecillitatem, sed Dei naturam induisse demonstratur, atque ita appellabitur perfectus Deus, & perfectus homo Christus: non quòd diuina perfectitudo, in humanam perfectitudinem transeat, quod est impium: neque quod duæ perfectitudines seorsum sint constituendæ: neque vero secundum profectum augescentis virtutis, aut acquisitionem iustitiæ, absit, sed secundum rationem existendi sine defectu plenam & integram, vt vnus sit, vtrinque per omnia idem & Deus & homo: Ea de causa Dominus locutus est: *Nunc anima mea perturbata est*. Illud autem, *nunc*, tum fuit, quum ipse voluit: veruntamen, illud, quidnam esset, significauit. Non enim quod non esset, tanquam quod præsens esset, nominauit: aut tanquam simulatè dicerentur, & non ex fide, quæ contigerunt: Siquidem naturam fidemque habuere ea quæ acta sunt, non inanem imaginariamq; apparentiam. Igitur, quia natura, non fictione, Dominus homo factus est: neque insitum ex natura, neque opere patratum statuere possumus in opifice peccatum, quamuis in nostra natura etiamnum pugna eius rei, quam serpens induxit, reperiri posset, & superseminationis progressus aliquis propter nostram imbecillitatem: Verbi tamen incarnatio secundum naturam Dei facta, nostrorum vitiorum susceptibilis non fuit quæ ex vetustate etiam hoc tempore in nobis hærere solent.

καὶ ἐταράχθη δὲ τῷ πνεύματι ὁ ἰησοῦς γίγεσθαι. ταῦτα δὲ, οὔτε σαρκὸς αἰσθητοῦ ἂν εἴη, οὔτε θεότητος ἀτρέπτου· ἀλλὰ ψυχῆς νόησιν ἐχούσης, λυπουμένῳ καὶ ταραττομένῳ καὶ ἀδημονοῦσαν, καὶ νοητῶς ἐπαθανομένῳ τὰ πάθη. εἰ δὲ ταῦτα οὕτως νοεῖν οὐ βούλεσθε, τριῶν προκειμένων φαντασίας καὶ βλασφημίας καὶ ἀληθείας, ποίαν ἀνέλεσθε; τὸ γὰρ ὑπονοεῖν δοκήσει εἰρῆσθαι τὰ εἰρημένα, φαντασία ἂν νομισθείη καὶ τὰ γεγόμενα. εἰ δὲ ἐν ἀληθείᾳ εἴρηται καὶ γεγόνασιν, ἀλλοτρία ἢ καθόλου ἡ ψυχὴ τοῦ κυρίου ἐγεγόνει τῶν ἰδίας νοήσεως, θεὸν τέλειον ἔχουσα νοῦν, τετράφθαι τὸν ἄτρεπτον εἰς λύπην, καὶ ἀδημονίαν. καὶ ταραχὴν τὸ ἐννοεῖν, ἀσεβές ἐστι. κἂν λέγῃ τὰ εὐαγγέλια, ὅτι ἐταράχθη ἰησοῦς τῷ πνεύματι, ἀλλὰ δείκνυσι τὸν νοῦν ὁ κύριος εἰρηκὼς, ἡ ψυχή μου τετάραχται. εἰ δὲ ψυχῆς ἰδίας νόησιν ὁ κύριος ἐπεδείκνυτο, εἰς συμπάθειαν τῆς ἡμετέρας ψυχῆς, ἵνα οὕτω καὶ αὐτὸ νοήσωμεν εἶναι τὸ πάθος, καὶ αὐτὸν ἀπαθῆ ὁμολογῶμεν. ὥσπερ γὰρ τῷ αἵματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ ἐλυτρώσατο ἡμᾶς, οὕτω καὶ τῇ νοήσει τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, τὴν νίκην ὑπὲρ ἡμῶν ἐπεδείκνυτο. λέγων, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον. καὶ ἀλλαχοῦ δὲ, διδόντι ἡμῖν τὸ νίκος. ἀλλ' ὥσπερ τὸ αἷμα οὐκ ἂν καινὸν τοῖς εὐσεβέσι νοηθείη ὥσπερ τοῖς ἀπίστοις ἀλλὰ σωτήριον, οὕτω καὶ ἡ νόησις λεγομένη, οὐκ ἀνθρωπίνη ἀσθενεία προκειμένη, ἀλλὰ θεοῦ φύσιν ἐπιδεικνυμένη. καὶ οὕτως ἂν λέγοιτο τέλειος θεὸς ὁ τέλειος ἄνθρωπος ὁ χριστός. οὐχ ὡς τῆς θείας τελειότητος, εἰς ἀνθρωπίνην τελειότητα μεταποιηθείσης, ὅ ἐστιν ἀσεβές· οὔτε μὴν ὡς δύο τελειοτήτων κατὰ ἀφαίρεσιν ὁμολογουμένων, ὅ ἐστιν ἀλλότριον εὐσεβείας. οὔτε δὲ κατὰ προκοπὴν ἀρετῆς καὶ προσληψιν δικαιοσύνης, μὴ γένοιτο. ἀλλὰ καθ' ὕπαρξιν ἀπαρτίαν, ἵνα εἷς ᾖ τε ἑκάτερα, τέλειος κατὰ πάντα, θεὸς ὁ ἄνθρωπος ὁ αὐτός. ἀκτὸς γὰρ καὶ ὁ κύριος ἔλεγε, νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται καὶ κατώδυνός ἐστι. τὸ δὲ νῦν, πότ' ἐστὶν, ὅτε ἠθέλησεν. ὅμως μέντοι, τὸν ἐπεδείκνυτο. ὁ γὰρ τὸ μὴ ὂν, ὡς παρὸν ὠνόμαζεν, ὡς δοκήσει λεγομένων τῶν γινομένων. φύσει γὰρ καὶ ἀληθείᾳ τὰ πάντα ἐγένετο. φύσει οὖν καὶ οὐ θέσει τοῦ κυρίου ἀνθρώπου γενομένου, οὔτε κατὰ φύσιν οὔτε κατὰ πρᾶξιν ἀνθυποφέρειν ὑμᾶς δυνατὸν τῷ ἁμαρτίαν ἐν τῷ δημιουργῷ. ἐν μὲν γὰρ τῇ ἡμετέρᾳ φύσει, καὶ τῆς ὑρίσεως ἡ μάχη ἔτι γίνεται, καὶ τῆς ὑπαιτορᾶς ἡ προσχώρησις διὰ τὴν ἡμῶν ἀσθένειαν· ἡ δὲ τοῦ λόγου σάρκωσις κατὰ φύσιν θεοῦ γενομένη, ἀνεπίδεκτος γέγονε τῶν ἐν ἡμῖν ἐκ τῆς παλαιότητος ἐπιπολιζομένων πραγμάτων.

καὶ

Inde

καὶ διὰ τοῦτο διδασκόμεθα ἀπεκδύσασθαι τὸν παλαιὸν, καὶ ἐπενδύσασθαι τὸν νέον. καὶ ἐν τούτῳ τὸ θαυμαστὸν, ὅτι καὶ ἄνθρωπος γέγονεν ὁ κύριος, καὶ χωρὶς ἁμαρτίας. ὅτι καινότης ὅλη γέγονεν, ἵνα ἐνδείξηται τὸ δυνατὸν αὐτοῦ. καὶ ὅσα μὲν αὐτὸς συνέταξε τῇ φύσει θελήσας εἰς ἑαυτὸν ἀνεδέξατο ὅσα ἠθέλησε. τουτέστι γλυκέως τὸν γυναικὸς. αὐξήσεώς τε ἡλικίας· ἐτῶν ἀριθμήσεως· κόπου· καὶ πείνης· καὶ δίψης· καὶ ὕπνου· καὶ λύπης· καὶ θανάτου, καὶ ἀναστάσεως. διὰ τοῦτο καὶ ὅπου διεφθάρη τὸ ἔνανθρώπου σῶμα, ἐκεῖ περίεστιν ἰησοῦς τὸ ἴδιον σῶμα. καὶ ὅπου κεκράτηκε ἡ ψυχὴ ἡ ἀνθρωπίνη ἐν θανάτῳ, ἐκεῖ ἐπιδείκνυται ὁ χριστὸς τῷ ἀνθρωπίνῳ ψυχικῷ ἰδίαν ἕξιν, ἵνα καὶ παρῇ ὡς ἄνθρωπος ἀκρατήτου ἐν θανάτῳ, καὶ λύσῃ τῷ κατακρίσιν τοῦ θανάτου ὡς θεός· ἵνα ὅπου ἐπαύρηται φθορὰ, ἐκεῖ ἀνατείλῃ ἀφθαρσία. καὶ ὅπου ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος, ἐν μορφῇ ψυχῆς ἀνθρωπίνης παρὼν ὁ ἀθάνατος, ἐπιδείξηται τῷ ἀθανατίαν. καὶ οὕτως ἡμᾶς μετόχους καταστήσῃ τοῦ ἑαυτοῦ ἀφθαρσίας καὶ ἀθανασίας, ἐν ἐλπίδι ἀναστάσεως τῶν ἐκ νεκρῶν. ἐπως ἂν καὶ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀθανασίαν ὡς γέγραπται· ἵν' ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος, ἕτως καὶ διὰ τοῦ ἑνὸς ἰησοῦ χριστοῦ ἡ χάρις βασιλεύσῃ, διὰ δικαιοσύνης εἰς ζωὴν αἰώνιον, καθὼς γέγραπται. πῶς οὖν λέγετε, αὐτὸ τὸ ἔσω θεν ἀνθρώπου τὸ ἐν ἡμῖν, νῦς ἐπουράνιος· ἐν χερσὶ, μήπως διχῇ μερίσας τὸν ἔξωθεν, καὶ ἐν τάφῳ ἐπιδείκνυτο καὶ ἐν ἅδῃ; ἀλλ' οὐχ οἷόν τε ἕτερον ἀντὶ ἑτέρου αἰτιδοῦναι λύτρον. ἀλλὰ σῶμα ὑπὲρ σώματος, καὶ ψυχὴν αὖτε ψυχῆς δέδωκε, τελείαν ὕπαρξιν ὑπὲρ ὅλου ἀνθρώπου, τουτέστι τὸ ἀντάλλαγμα τοῦ χριστοῦ, ὃ ὠνείδισαν αὐτὸν οἱ σαρκὸς οἱ ἐχθροὶ, ὠδὰς παραδόμενοι καὶ κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν· ὅτε γὰρ ὁ ἅδης ἤνεγκεν ἀῳδὰς καλύπτειν θεότητος ἐπίστασιν; τοῦτο καὶ ἀπόστολοι μαρτυροῦσιν. ἔστι δὲ καὶ τοῦ σαρκὸς οἰκονομίας σωιδεῖν τὸ λεγόμενον· ὅπως ὁ κύριος τῇ μὲν παραβολῇ τοῦ αἵματος, τὸ βεβαιότητα τῆς σαρκὸς ἐπεδείκνυτο· τῇ δὲ παραθήκῃ τοῦ ὕδατος, τὸ ἄχραντον καθαρότητα ἐδήλου, καὶ ὅπου τοῦ θεοῦ τὸ σῶμα· κράξας δὲ καὶ κλίνας τὴν κεφαλήν, καὶ ᾠδὰς τὸ πνεῦμα τὸ ἔσωθεν τοῦ ἰδίου σώματος, τουτέστι τὴν ψυχὴν ἐάσαι μανεὶς θεῖός καὶ εἴρηκεν, ὅτι τίθημι ὑπὲρ τῶν προβάτων τὴν ἐμὴν. ὥστε τὴν ἔκπνευσιν οὐκ ἄν τις εἴποι θεότητος μεταστασιν, ἀλλὰ ψυχῆς ἀποχώρησιν. εἰ γὰρ καὶ μεταστασιν θεότητος ὁ θάνατος γέγονε· καὶ τοῦ σώματος νέκρωσις, ἰδίων ἄρα θάνατον ἀπέθανε καὶ οὐχὶ τὸ ἡμέτερον. καὶ πῶς εἰς ἅδου κατῆλθεν, ἀῳδὰ καλύπτων τὴν θεότητι· πῶς οὖν ἡ ψυχὴ, ἣν ἐπηγγείλατο ὁ κύριος λήψεσθαι ὑπὲρ τῶν προβάτων, θεῖός καὶ προφητικὸν μυστήριον; εἰ δὲ ψυχῆς ἀποχώρησις γέγονε, διὰ τοῦτο εἴρηται ὅτι τὸν ἡμέτερον ἀνεδέξατο θάνατον. τουτέστι τῆς καθ' ἡμᾶς διαλύσεως ἀνεχόμενος, ὥσπερ καὶ γενέσεως. μάταιον οὖν ὑμῶν σόφισμα.

ἐπεὶ

Inde enim est, quòd docemur exuere veterem hominem, & induere nouum, atque in eo miraculum est quod dominus homo factus est, sine omni peccato, eò quòd nouitas in totum facta sit, vt ostenderet vires suas. Porro, quæcunque ipse sua voluntate in natura formauerat, ea sua voluntate in seipsum recepit, vt genituram ex fœmina, incrementum ætatis, numerum annorum, laborem, esuriem, sitim, somnum, dolorem, mortem & resurrectionem. Ideóque vbi corruptum fuerat humanum corpus, eo suum corpus proiecit Iesus: & vbi tenebatur humana anima in morte, ibi exhibuit humanam suam animam, vt ipse inuictus à morte, tanquam hominem se præsentem ostenderet, & solueret catenas mortis vt Deus, vt vbi seminata fuerat corruptio, inde exoriretur incorruptibilitis: & vbi regnauerat mors in forma animæ humanæ, ibi ipse ille mortalis præsens, immortalitatem exhiberet, atque ita nos participes redderet suæ incorruptibilitatis, & immortalitatis, per spem resurrectionis ex mortuis: vt corruptibile hoc indueret incorruptibilitatem, & mortale immortalitatem, vt scriptum est, vt quemadmodum per vnum hominem inuasit peccatum in mundum, & per peccatum, mors: ita quoque per vnum hominem Iesum Christum, gratia regnaret per iustitiam in vitam æternam, quemadmodum scriptum est. Quomodo igitur dicitis quod pro interiori homine qui in nobis est, supercælestis in Christo fuerit? Nónne diuisus in duas partes vt homo, & in sepulchro, & apud inferos agebat? Neque potuit aliud pro alio in redemptionem pensari, sed corpus pro corpore, anima pro anima reddenda fuit, & integrũ aliquid pro integro homine, hoc est, Christo pensandum permutandumque fuit, cui cõuicia fecêre in cruce Iudæi vitæ inimici interpretantes, & capita mouebant: Imo neque infernus sustinuisset nudæ deitatis accessum, quod & Apostoli testantur, & ex natione dispensationeque crucis videre licet: quippe, qui emissu sanguinis, certitudinem carnis: affluxu aquæ, incontaminatam puritatem, & Dei corpus esset edocuerit, clamando & inclinando caput, & tradendo spiritum qui erat in corpore, hoc est, animam de qua dixerat, se animam suam pro ouibus suis ponere: adeo, vt expirationem, nemo dixerit deitatis traductionem transmigrationémve, sed animæ discessum esse. Nam si post emigrationem deitatis mors superuenit, eaque fuit corporis extinctio, propriam nimirum mortem obiuit, non nostra perfunctus est. Et qui (quæso) ad inferos descendit nuda & intecta deitate? aut vbi tandem anima, quam pollicitus erat dominus se positurum pro ouibus suis, de qua etiam Prophetę iam antea indicium fecerat? Quod si autem animæ discessio fuit, ideóque dictum est, quòd nostram in se receperit mortem, hoc est, quòd nostro more & dissolutionem & nascendi quoq; rationem sustinuerit, sequitur, vt falsa sit vestra cauillatio.

Nam

Nam qui (quæso) mors corpori superuenisset, nisi Verbum Dei & interiorem & exteriorem hominem sibi circumposuisset? aut quomodo pro omnibus succidaneam victimam ad liberationem se dedisset? aut quomodo potentia mortis plene dissoluta fuisset, nisi Christus illud, quod ex cogitatione voluntateque peccandi vitiatum erat, ipse in se ipso restituisset? Si igitur regnat mors in homine interiore, in quo alio regnauit vnquam, nisi in anima, quæ mente peccauerat, quemadmodum scriptum est: *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur*, pro qua suam animam reposuit dominus, ad pensationem redemptionis. Quemnam autem ab initio cõdemnauit Dominus? num de plasmatione, plastẽ? an de actione, plasma? Quòd si de plasmatione plastem condemnauit, seipsum condemnauit Deus, & erit talis quales cæteri homines: sin autem illud impium est de Deo cogitare, sed damnauit de actione plasma, nimirum tollit iam ipsam actionem, & innouat plasmationem: illius enim opus sumus, conditi ad bene agendum. Sed hic rursum dicitis, nos illum ex Maria Deum esse prædicamus. Qui fit igitur, vt quasi Marcion, Deum ita aduenisse contendatis, quasi intactim prodierit cum ea natura, quæ humanam carnem recipere non posset? aut cur ita cum Deum appellatis, vt Paulus Samosatensis, qui hoc prætextu ad suam impietatem abutitur, vt illum ex Maria Deum confiteatur, ante secula quidem prædefinitum: sed tamen, qui ex Maria essentiæ suæ primordium acceperit? veruntamen verbum ex cælo efficax, & sapientiam in eo agnoscit, plus quàm à vobis datur illi attribuens, secundum ipsius impietatem, sicuti vos dicitis, mentem supercælestem in non animato corpore. Atque ita iam fit, vt neque corpus quod non animatum est, homo: neque mens supercælestis Deus haberi possit. Quandoquidem ad constituendam hominis personam, vocabulum animæ vsurpari debet. Siquidem corpus & anima hominis dicuntur esse, alterumque ad alterum refertur, hoc est, spiritus ad carnem. *Quis enim* (inquit) *cognouit mentem Domini?* mens domini, nondum dominus, sed domini vel voluntas aut consultandi vis, aut energia ad aliud relata. Cur igitur ista ad fabulandum excogitatis, verbis fictitiis cauponantes, diluentesque Verbum Dei? Atqui Dei Ecclesia ea non ita accepit, neque tradidit, sed (quemadmodum scriptum est) Deum illum agnoscit esse apud Deum ante secula existentẽ, & qui sub cõsummationem seculorum aduenit, & ex Maria Virgine, & ex Spiritu Sancto genitus sit Filius hominis (vt scriptum est) *donec pareret filium suum primogenitum*; vt esset primogenitus in multis fratribus: interim tamen verus Deus, vt etiam pro nobis pateretur, vt homo & liberaret nos à morte & passione, vt Deus. Ne igitur falsis imaginibus conceptis arbitramini, quod sentit agitque corporea membra inibi nouitatem operari posse, non intelligentes imitationem rei iam prius actæ, imitationem esse, & in Christo solius carnis nouitatem profitẽtes,

ἐπεὶ πῶς ἂν ὁ θάνατ@ ἐγεγόνει, εἰ μὴ καὶ τὸν ἔ-
ξωθεν καὶ τ ἔσωθεν σωτερήσατο, τυτέστι ζῶμα
καὶ ψυχήν; πῶς δὲ καὶ ὑπὲρ τῶ παντ, ἀντί-
δωκεν ἀντίλυτρον; ἢ πῶς ἡ κράτησις τῦ θανάτ
πλείαν ἐλάμβανε τὴν λύσιν, εἰ τ κατὰ φρόνη-
σιν ἁμαρτήσω τὴν ψυχὴν χρεὼς αἱ ἁμαρτή-
τον ἐσωτερήσατο ἑαυτῷ; τί οὖν καθ' ὑμᾶς, βασι-
λεύει ὁ θάνατ@ τῶ ἔσωθεν ἀνθρώπ; τίν@
γὰρ ἄλλου, καὶ ἐβασίλευσέ ποτε, ἢ τ ψυχῆς τῆς
ἐν φρονήσει ἁμαρτησάσης; καθὼς εἴρηται, ψυχὴ
ἡ ἁμαρτάνσα, αὕτη κ ἀποθανεῖται, ὑπὲρ ἧς τὴν
ἰδίαν ψυχὴν τέθεικεν ὁ χρεὼς λύτρον ἀντίδοσις.
τίν@ οὖ κ ἤρχθην κατέγνω θεός· τ πλάσεως τῦ
πλάσαντ@, ἢ τ πράξεως τῦ πλάσματ@; εἰ
τῆς πλάσεως τῦ πλάσαντ@ κατέγνω θεός, ἑαυ-
τὸν κατέγνω καὶ ἔσχεν ὡς οἱ ἄνθρωποι· εἰ δ ἀσε-
βὲς
τῦτο περὶ θεῦ ἐννοεῖν, κατέγνω οὖ τῆς πράξεως τῦ
πλάσματ@, περιαιρεῖ τὴν πρᾶξιν, καὶ καινο-
ποιεῖ τ πλάσιν. αὐτὸ γάρ ἐσμεν ποίημα κτισθέν-
τες ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς. ἀλλὰ πάλιν λέγετε, ἡμεῖς
θεὸν λέγομεν τὸν ἐκ μαρίας. πῶς τοίνυν λέγετε
θεὸν ὡς μαρκίων, θεὸν ἐπιδημήσαντα, καὶ θεὸν
ἀθέγως παρεληλυθότα, φύσιν ἔχοντα ἀνεπί-
δεκτον σαρκὸς ἀνθρωπίνης; ἢ πῶς λέγετε θεόν,
ὡς παῦλ@ ὁ σαμοσατεύς; τῦτο γὰρ, τῆς ἐκείνου
ἀσεβείας τὸ σχῆμα. θεὸν ὁμολογεῖ τ ἐκ μα-
ρίας, πρὸ αἰώνων προορισθέντα, ἐκ μὲν μαρίας,
τὴν ἀρχὴν τ ἐπαρξέως ἐχηκότα· λόγον δ ἐνερ-
γὴν ἐξ ἀρανῦ κ σοφίαν ἐν αὐτῷ ὁμολογεῖ. πλεῖον
δὲ ὑμᾶς χαριζόμεν@ κατὰ τὴν ἑαυτ ἀσέ-
βειαν. ὥσπερ ὑμεῖς λέγετε νοερὸν ἐπουράνιον ἐν
σώματι ἐμψύχῳ. ὅτε μὲν σῶμα ἔμψυχον ἤδη ἄν-
θρωπ@ πλεῖ@, ὅτε νῦς ἐπουράνι@, ἤδη θεός·
σῶμα γὰρ ἔμψυχον λέγεται, ἐφ' ᾧ ἐνυπαρχέτως
τ τῆς ψυχῆς φέρεται ὄνομα· σῶμα δ ἀνθρώπ,
σῶμα λέγεται καὶ ἡ ψυχή. καὶ ψυχὴ ἀνθρώπου
λέγε δ κ ἡ σῶμα· ἕτερον πρὸς ἕτερόν ἐστι, τυτέστι,
πνεῦμα πρὸς σῶμα. τίς δέ, φησίν, ἔγνω νοῦν κυ-
ρίυ. νῦς κυρίυ, ὅπω κύρι@, ἀλλὰ κυρίυ θέ-
λησις, ἢ βυλή, ἢ ἐνέργεια πρός τι. πῶς οὖν ταῦτα
καλεῖν διανοεῖτε, πλασσῆς λόγοις καπηλεύοντες
τ λόγον τῦ θεῦ; ἀλλ' ἡ τῦ θεῦ ἐκκλησία, οὔτε ἄτω
παρείληφεν, οὔτε ἄτω παρέδωκεν· ἀλλὰ καθὼς
γέγραπται, τ θεὸν κ λόγον, τ ὄντα πρὸς τ θεὸν πρὸ
αἰώνων, διὰ σωτελείαν τ αἰώνων διαπεπραγμένην κ
ἐξ ἁγίας παρθένυ, καὶ ἐκ πνεύματος ἁγίυ γενν-
ηθέντα υἱὸν ἀνθρώπυ ὡς γέγραπται, ἕως ἔτεκε τὸν
υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον· ἵνα γένη πρωτότοκ@
ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς, αὐτὸς ὢν θεὸς ἀληθινός· ἵνα
κ πάθῃ ὑπὲρ ἡμῶν ὡς ἄνθρωπ@, κ λυτρώσηται
ἡμᾶς ἐκ πάθους καὶ θανάτυ ὡς θεός. μὰ τὸν οὖν
φαντάζεσθε φρονοῦντες τὴν σάρκα ἑαυτῇ δυνά-
σθαι τὴν καινότητα κατεργάζεσθαι, οἰόμε-
νοι ἀφ' μιμήσεως· οὐ νοοῦντες, ὅτι μίμη-
σις, πραγμάτυσης πραγματείας, γίνεται μί-
μησις. ἐπεὶ, οὐκ ἂν λέγοιτο μίμησις. ἐν δὲ
χρισῷ, σαρκὸς μόνης καινότητα ὁμολογοῦντες,

vos

πλανώμενοι

πλανώμενοι βλασφημεῖτε. εἰ γὰρ χωρεῖς τὸ ἄγοντος τὴν σάρκα, δυνατὸν ἦν ἀνθρώποις τὴν καινότητα καταρτίσασθαι ἐὰν τὶς χωρεῖς χειστοῦ, ἔπεται γὰρ τῷ ἄγοντι τὸ ἀγόμενον, τίς οὖν χρεία, τῆς χειστοῦ ἐπιδημίας; μάταιοι δὲ καὶ οἱ λέγοντες ὡς ἕν τῶν προφητῶν ἐπιδεδημηκέναι τὸν χειστόν. τίς γὰρ τῶν προφητῶν, θεὸς ὤν, καὶ ἄνθρωπος γέγονεν; ἢ τί ὄνομα οὐδὲν ἐπλείωσε; ἢ τί καὶ ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐν τῷ ὁμοιώματι; ἢ τί δὲ ὁ κύριος ἔλεγεν, ἐὰν ὑμᾶς ὁ υἱὸς ἐλευθερώσῃ, ὄντως ἐλεύθεροί ἐστε; ἀχρὶ τῆς καινότητος τὴν ἐν αὐτῷ καὶ τελειότητα δι' ἧς καὶ οἱ πιστεύσαντες ἀνακαινιζόμεθα κατ' μίμησιν καὶ μετοχὴν τελείας καινότητος. ἀλλ' ὑμῖν πάντα ἐπινενόηται ἵνα μίαν τῆς ἀρνήσεως κατασκευάσητε γνώμην. καὶ τὴν μὲν ψυχὴν κατὰ μεταφρασιν, ποτὲ μὲν οὖν, σώφρονα ὀνομάζοντες, ποτὲ δὲ, ἁμαρτίαν ἐνυπόστατον, ποτὲ δὲ, ὡς ἐργάτην τῆς ἁμαρτίας ἐξωθεῖτε καὶ τὴν σάρκα, ποτὲ μὲν ἄκτιστον, ποτὲ δὲ ἐπουράνιον, ποτὲ δὲ ὁμοούσιον τῷ λόγῳ, ἵνα τελείαν ἑαυτοῖς τὴν ἄρνησιν βεβαιώσητε. ὥσπερ δὲ ἄρειος ἀπολιθήσας ἀπὸ τῆς πίστεως τὸ ἐν τῇ ἀρρήτῳ καὶ ἀληθεστάτῃ τοῦ υἱοῦ ἐκ πατρὸς γεννήσει, πάθος καὶ τομὴν καὶ ῥεῦσιν προεξήνεγκεν· ἵνα ἀπὸ τῶν ἀσεβῶν ῥημάτων καταβαλὴ τοὺς ἀσθενεῖς εἰς τὸ τῆς ἀνομίας βάθρον, βάθρος γὰρ βαθὺς σῶμα ἀνόμασε, οὕτω δὴ καὶ πάλιν σαβέλλιος ὑπόστασιν τὸν υἱὸν ἐννοήσας, καὶ πνεῦμα ἅγιον ἀνυπόστατον τὸ ἅγιον πνεῦμα ἀφαίρεσιν θεότητος, καὶ ἀρχῶν, καὶ θεῶν ἀριθμησιν καταπιόμενος, τῇ ἰουδαϊκῇ σημειώσει γνώμῃ. ὅτω μανιχαῖος ἀπιστήσας τῇ σαρκώσει καὶ ἀνθρωπήσει τοῦ κυρίου, ἀσεβὴς καὶ πάντα γέγονε, λέγων, δυσὶν ὑποκειῶσαν δημιουργοῖς τὸν ἄνθρωπον, πονηρῷ τε καὶ ἀγαθῷ· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὑμεῖς συνεφαντιῶτες, λέγετε ἡμᾶς δύο λέγειν υἱούς, καὶ ἀνθρωπολάτρας ἡμᾶς ὀνομάζετε, ἢ τὴν ἁμαρτίαν αὐτοφέρετε ἀχ ἵνα δυσεβήσητε, ἀλλ' ἵνα τὴν παλαιὰν ὑμῶν ταῖς καλαῖς ἐφευρέσεσιν, εὐπαρεχέρητον δείξητε, καὶ σκληύνητε τοὺς ἀσθενεῖς ἀπὸ τῆς πίστεως τοῖς ἀσεβέσιν ὑμῶν ῥήμασιν. ὁ μὲν πιστὸς θεμέλιος θεοῦ ἕστηκεν, ἔχων τὴν σφραγῖδα ταύτην. τοῦτο ἔγραψα ἀγαπητοί. κἂν ὅτι μάλιστα ἀδὲν πλέον ἔδει γράφειν. ἡ μὲν γὰρ ἀρκεῖ ἡ διαγγελικὴ παράδοσις. ἀλλ' ἐπειδὴ ἠρώτησας περὶ τῆς ἐν ἡμῖν πίστεως, καὶ ἕνεκά γε τῶν ἐρεχελεῖν βουλομένων ταῖς ἐφευρέσεσι, καὶ οὐ λογιζομένων, ὅτι ὁ ἐκ τῶν ἰδίων λαλῶν, τὸ ψεῦδος λαλεῖ. οὔτε γὰρ κάλλος, ἢ δόξαν σώματος θεοῦ ἐφικτὸν ἀνθρωπίνῃ ἐξειπεῖν. ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰ γενόμενα ὡς γέγραπται, ὁμολογεῖν, καὶ τὸν ὄντα θεὸν προσκυνεῖν, εἰς δόξαν καὶ ἐξομολόγησιν τοῦ αὐτοῦ φιλανθρωπίας, καὶ ἐλπίδα τῆς σωτηρίας ἡμῶν;

τοῦ ἐν

vos in errore blasphemias effundere. Si enim vis agentis carnem hominibus posset nouitatem instaurationemque comparare absque Christo, sequiturque agentem id quod agitur, quid opus erat Christi aduentu? Vani quoque etiam illi, qui dicũt, Verbum ita in Christum, vt in aliquem ex Prophetis descendisse. Quis enim Prophetarum, quum Deus esset, homo factus est? aut cur nomen nullum consummauit? aut cur mors regnauit in iis, qui non peccauerant, ad similitudinem protoplastorum? Cur tandem à Domino dictum fuit: *Si igitur vos Filius liberauerit, reuera liberi estis*, nunquid id fit secundum nouitatem & perfectitudinẽ quæ in ipso est, per quam nos qui credimus, renouamur, ad instar eorum, qui in communionem perfectæ nouitatis Christi recipiuntur? Sed vobis omnia excogitantur, vt vnam negãdi sententiam emoliamini, & animam quidem per metaphrasim, nunc mentem nulla vi cogitandi præditam, nunc peccatum enhypostaticum, nunc operatricẽ peccati sine Deitate appellatis. Et carnem, nunc increatam, nunc supercælestem, nunc consubstantialem, vt plenam vobis inficiationem stabiliatis, quemadmodum Arius à fide, quæ est de mystica ac verissima Filij ex Patre natiuitate delapsus, in perniciem abiit, passionem, sectionem profluxumque comminiscens, vt per impia verba homines male firmos præcipitaret in iniquitatis foueam: siquidem fouea profunda, os iniquum. Ita quoque Sabellius, qui finxit Filium personam non esse, & Spiritum sanctum diuisionem esse deitatis, sed citra essentiam: ac principiorum deorumque euaporationem falso inducit, Iudaicis sententiis innititur. Ita quoque Manichęus ab incarnatione & humanitate Domini, impius per omnia redditur: decernens, duobus opificibus hominem subiacere, bono simul & malo: Ita quoque & vos bifariam calumniam struitis, & hominem cœli adoratione, & peccatum subinfertis, idque non ad pietatem facitis, sed vt errorem vestrum malis inuentis bene propagabilem efficiatis, & instabiles à fide impiis vestris verbis subuertatis, sed tamen stabile est fundamentum Christi & Dei, & huiusmodi sigillo obsignatum. Hæc scripsi dilecti, tametsi nihil omnino opus fuit, vt scriberem: sufficit enim per se Euangelica traditio, sed respondendum fuit: tum quia de fide mea interrogatus eram, tum propter eos qui contentiosius ingerunt sua inuenta, quibus in mentem non venit, eum qui ex propriis loquitur, mendacia loqui: neque enim vel pulchritudinem vel gloriam corporis Dei fas est exprimi humano intellectu, sed ea quæ acta sunt, secundum scripturam confitenda sunt.

Deusque qui est, adorandus est, ad gloriam & confessionem suæ humanitatis, & spem salutis nostræ in Christo Iesu,

Amen.

***

Tt S. Patris

S. Patris noſtri

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI

Alexandrini

De ſalutari aduentu Ieſu Chriſti, aduerſus Apollinarium Oratio.

QVi Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, non ex Deo & homine vnum eſſe confitentur, vt ſcriptum eſt in Euangelio, ex homine (inquã) oriundo ex Adam, ac deinde ex Deo, dicant mihi quid de Deo in forma Dei ſed accipiente formam ſerui, opinantur? vel quomodo illud, *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis*, intelligunt? Qui enim dixit, *caro factum eſt*, idem dixit, *Ipſe animam ſuam poſuit pro nobis*. Num ita, quum Verbum eſſet, mutationem ſuſtinuit, vt in carnem transformaretur, aut animæ ſimilitudinẽ? an vt imaginariam ſpeciẽ humanæ formæ præ ſe ferret, quemadmodum nonnulli errabundi hæretici dictitare ſolent? Atqui hoc nõ admittit Apoſtolus, cuius verba diſerta & expreſſa ſunt: *Qui quum in forma Dei eſſet, & c.* Sicuti enim forma dei integritas deitatis Verbi intelligitur: ita quoque & forma ſerui, intellectualis naturæ hominum ſubſtantia cum inſtrumẽtali ſubſtantia agnoſcitur, ideoque vt ex altero Verbum ſignificatur, ex altero itidem, quum dicitur, *Et caro factum eſt*, animam quoque adiunctam fuiſſe intelligatur, quæ nimirũ forma ſerui appellatur, quã animaduertimus eſſe intellectualem ſubſtantiam, ideoq; fit vt homo mortuus amiſſa cũ anima forma, informis nominetur & totus ſoluatur, anima, quæ corporis naturam cõtinebat, recedente. Vnde Paulus de intellectuali natura teſtimoniũ perhibet Ioannes autem de inſtrumẽtali corpore documentum adfert, vt ambo ſimul vniuerſum negotij iſtius myſterium, deprædicent: Certum enim eſt Verbum ante aduẽtum ſuum in carne hominem nõ fuiſſe quippe qui Deus erat, apud Deum inuiſibilis & impatibilis. Nõ igitur hoc nomen Chriſtus, abſque carne allegatur, quoniam ad hanc vocem & mors & paſſio conſequuntur: Quum, Paulus ſcribat, *ſi paſſibilis eſt Chriſtus, ſi primus ex reſurrectione mortuorum*, alibi vero dicat, *Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus*, & quod homo Chriſtus, dans ſe in redemptionem pro nobis, non quòd non Deus, ſed quòd & homo Chriſtus ſit: Ideo mentionem faciens de Ieſu excitato è mortuis ex ſo

Τῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

Ἀλεξανδρείας

Περὶ τ σωτηρικῆς ἰησ χριστ ἐπιδημίας λογος κ Ἀπολιναρίῳ.

ΟΙ τ κύριον ἡμῶν ἰησοῦν χριστὸν μὴ ἐκ θεὸ κ ἀνθρώπ ἕνα ὁμολογοῦντες, ὡς γέγραπται ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, ἐκ ἀδὰμ τῦ θεοῦ, λεγέτωσαν ἡμῖν πῶς τὸν ἐν μορφῇ θεῦ ὑπάρχοντα θεόν, καὶ λαβόντα δούλου μορφὴν, ὑπερηφανεύεσθαι; ἢ τί, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, νενοήκασιν; ὁ γὰρ εἰρηκὼς ὅτι ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, εἰρηκεν ὅτι αὐτὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἔδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν. ἆρα ὡς ἐκ λόγου τροπὴν ὑπομείναντος εἰς σαρκὸς μεταποίησιν ἢ ψυχῆς ὁμοίωσιν, ἢ ὡς φαντασικὸν τ δεῖξιν ποιησαμένου τ ἀνθρωπίνης μορφῆς, ὥσπερ οἱ ἄλλοι τ αἱρετικῶν πλανώμενοι λέγουσι; ἀλλ' ὁ συγχωρεῖ ὁ ἀπόστολος σαφῶς εἰρηκὼς, ὅτι τις ὢν τί ἔλαβεν ὥσπερ γὰρ ἡ μορφὴ ἐκ θεῦ τὸ πλήρωμα τ ἐκ λόγου θεότητος νοεῖται, οὕτως καὶ ἡ μορφὴ ἐκ δούλου, ἡ νοερὰ τ ἀνθρώπων συστάσεως φύσις σὺν τῇ ὀργανικῇ καταστάσει ὁμολογεῖται· ἵνα τ μὲν ἐκ τ λόγου, νοῆται· τ δὲ ἐλάβετο, ἡ σὰρξ ὁμολογῆται σὺν τῇ ψυχῇ, ἥτις λέγεται μορφὴ δούλου νοερά· ἧς σύστασις νοουμένη. Διατοῦτο νεκρωθεὶς ἄνθρωπος, ἄμορφος λέγεται. καὶ λύεται ὅλος τ ψυχῆς, τῆς ἀλυτον ἐχούσης τὴν μορφὴν ἀποχωρησάσης ἀπὸ τ σώματος. ὅθεν ὁ μὲν παῦλος τῆς νοερᾶς φύσεως τὴν μαρτυρίαν ποιεῖται. ὁ δὲ ἰωάννης, τ ὀργανικῆς τ σώματος ἐπιδείκνυσι. ἵνα ἑκάτερος τ ἀπ' αὐτῆς οἰκονομίας μυστήριον καταγγείλωσιν. δῆλον γὰρ ὅτι ὁ πρὸ τῦ ὑπάρχων θεὸς λόγος περὶ τῆς ἐν σαρκὶ ἐπιδημίας οὐκ ἦν ἄνθρωπος, ἀλλὰ θεὸς ἦν εἰς ἐν θεόν, ἀόρατος καὶ ἀπαθὴς ὤν. οὔτε οὖν τ χριστὸς, ὄνομα δέχεται τῆς σαρκὸς προσφόρως. ἐπειδὴ ἀναλαβεῖν τῷ ὀνόματι τὸ παθητὸν τοῦ μὲν παύλου γραφοντος, εἰ παθητὸς ὁ χριστὸς, εἰ πρῶτος ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, καὶ ἀλλαχῦ λέγοντος, τὸ πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη χριστὸς διὸ μνημονεύων φησὶν ἰησῦν χριστὸν ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν, ὡς ἀπὸ σπέρ-

ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα. καὶ Δία τοῦτο ἡ γραφὴ ἑκατέρων τῶν ὀνομάτων ποιεῖται τὴν παραγωγὴν ἐν ἀποδείξει ὑπάρξεως. ἀορά-τως μέν, θεοῦ νοουμένου καὶ ὄντος ἀληθῶς, ὁρατὸς ἢ ἀνθρώπου φηλαφωμένου καὶ ὑπάρχοντος ἀληθῶς. οὐκ ἐν διαιρέσει προσώπων ἢ ὀνομάτων. ἀλλὰ φυσικῇ ἑνώσει καὶ ἀλύτῳ ἐνώσει. ἵνα ἐν αὐτῷ τοῦ παθητοῦ ὁμολογουμένου ἀληθῶς, ὁ αὐτὸς καὶ παθητὸς καὶ ἀπαθὴς (ἢ) συνομολογῆται ἀληθινῶς. πῶς οὖν γέγονε χριστὸς ὁ λόγος, θεὸς ὢν πρὶν γένηται ἄνθρωπος; εἰ μὲν γὰρ θεότητος ἴδιον τὸ, χριστὸς, ὄνομα, δίχα σαρκὸς, προσακτέον ἄρα καὶ τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. ἔσται δὲ καὶ τὸ παθητὸς κοινὸν, ὥς τινες πεπλανημένοι λέγουσιν· ἢ καὶ αὐτὸν τὸν ἀπαθῆ καὶ ἀσώματον θεὸν λόγον, καὶ πρὸ τῆς σαρκώσεως καὶ ἀνθρωπήσεως ἐρεῖτε δεκτικὸν εἶναι παθους καὶ θανάτου· καὶ πῶς ὁ τῷ πατρὶ ὁμοούσιος υἱὸς καὶ ἀπαράλλακτος κατὰ τὴν θείαν φύσιν παθητὸς ἂν λέγοιτο ἄτρεπτος ὢν καὶ ἀναλλοίωτος; εἰ μὴ λαβὼν ἐκ μήτρας παρθένου σύμπαν τῆς ἀνθρώπου συστάσεως. εἰδὸς ἐν αὐτῷ ἐλθεῖν ἄνθρωπος, ἵνα καὶ ἄνθρωπος ᾖ ἐν τῷ πάθει. καὶ ἄτρεπτος ᾖ θεὸς ὤν. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἡ χρῖσις ἐλθεῖν. ἐχρῶς θεὸς χρίσεως δεομένου. ὁσ' αὖ πάλιν τῆς χρίσεως δίχα θεοῦ γινομένης. ἀλλὰ θεὸς μὲν, τὴν χρῖσιν προσαγομένου· ἐν ᾗ τῷ δεκτικῷ τῆς χρίσεως σώματι δεχομένου. προδήλον οὖν, ὅτι οὐ δίχα σαρκὸς ἀνθρωπίνης ὁ λόγος χριστὸς γέγονεν, ἑαυτὸν καταμερίσας εἰς σαρκὸς ἀποδειξιν, ἢ ψυχῆς ὁμοίωσιν. ἀλλὰ μένων ὁ ἐν, ἔλαβε τὴν δούλου μορφήν· οὐ λειπομένου ὑπάρξεως τῆς ἐν ἀποδείξει φανερουμένης Διὰ πᾶσι πάθους καὶ ἀναισθησίας, ἐπὶ πάσης τῆς οἰκονομίας, ὡς γέγραπται καὶ δεδήλωται. ἐπαινῶ. πῶς ἐν ναζαρὲτ γεγῆσθαι ὑπειλήφατε; ἐπειδὴ καὶ πάντες αἱρετικοὶ τοῦτο λέγειν ἐώθασιν, ὡς παῦλος ὁ σαμοσατεὺς θεὸν ἐκ παρθένου ὁμολογεῖ, θεὸν ἐκ ναζαρὲτ τεχθέντα καὶ ἐντεῦθεν τῆς ὑπάρξεως τὴν ἀρχὴν ἐσχηκότα, καὶ ἐξ ἀρχῆς βασιλείας παρειληφότα, λόγον δὲ ἐνεργὸν ἐξ οὐρανοῦ καὶ σοφίαν ἐν αὐτῷ ὁμολογεῖ. τῷ μὲν προορισμῷ, πρὸ αἰώνων ὄντα, τῇ δὲ ὑπάρξει, ἐκ ναζαρὲτ ἀναδεδειχθέντα, ἵνα εἷς εἴη φησὶν ὁ ἀπὸ πάντα θεὸς ὁ πατήρ. ταὐτὸν τοῦτο ἡ ἀσέβεια. μαρκίων ἢ καὶ μανιχαῖος, θεὸν ἀπὸ δημήσαντα ἐν παρθένῳ καὶ ἀθιγῶς προελθόντα, καὶ ἀνεπιδέκτως ἔχοντα κοινωνῆσαι φύσει ἀνθρωπίνῃ τῇ ὑποπεπωκυίᾳ τῇ ἁμαρτίᾳ καὶ ὑποκειμένῃ τῷ ἄρχοντι τῆς κακίας. εἰ γὰρ τούτῳ προσηκάγετο, καὶ τῷ ἄρχοντι τῆς κακίας ὑποκείσεται. καὶ οὐκ ἔσται χωρὶς ἁμαρτίας ὁ χριστός. ἀλλ' ὁμοίαν σάρκα ἀποδεδεχθαι ἐξ ἑαυτοῦ καθ' ὁμοίωσιν ὡς ἠθέλησεν ἐξ οὐρανοῦ ὀφθεῖσαν, καὶ εἰς οὐρανοὺς χωρήσασαν, καὶ θεότητα ὅλως οὖσαν. οὐαλεντῖνος δὲ πάλιν, κενὸν τὸ τελεσθὲν τὸ πάθος λέγει. τῆς θεότητος μέρος τὴν σάρκα φανταζόμενος. ἄρειος ἢ, σάρκα μόνην πρὸς ἀποκρυφὴν τῆς θεότητος ὁμολογεῖ· αὐτὴ ἢ ἔσωσεν ἐν ὑμῖν ἀνθρώπου τετάχθαι τὴν ψυχῆς,

ex semine Dauidis illum oriundum esse dicit, eaque de causa amborum nominum simul allegationem facit, ad ostendendam eius substantiam. Deus enim videri nequit, homo cõtra visibiliter contrectatur & vere existit, non diuisione personarum aut intellectuum, sed naturali genitura & insolubili vnitione, vt eius passio in confesso sit, & extra controuersiam. Quomodo igitur factus est Verbum, quum Deus esset antequam homo? si enim diuinitatis proprium vocabulum est Christus citra carnem, nimirum applicandum est id quoque & Patri, & Spiritui sancto, eritque ipsis passio communis, vt nonnulli errones arbitrantur. Quid? an ipsum impatibilem incorporalemque Deum Verbum, etiam ante incarnationem susceptamq; humanam naturam passionis & mortis capacẽ esse dicetis? Sed qui (quæso) Filius Patri consubstantialis, indiuisibilisque secundum diuinam naturam, passibilis dici possit, quum sit inconuertibilis & immutabilis, nisi sumpta ex vtero Virginis integra humanæ naturæ specie, homo sit factus, vt & cõuertibilis reddatur in patiẽdo, & immortalis maneat quatenus Deus? Eaque de causa etiam vnctio inducta fuit, nõ tamen ideo, quasi Deus vnctione indigeat, aut quasi hæc vnctio absque Deo fiat, sed quòd Deus hanc vnctionem inducat. Constat igitur verbum Dei se non diuisisse sine carne in specimen carnis, & similitudinem animæ, sed manẽdo quod erat assumpsisse serui formam, eamque non destitutam soliditate substantiæ, vt quæ euidenti demonstratione in illo spectabatur, tum per passionem, tum per resurrectionem, tum per cętera negocia, vt scriptum est, & manifestò liquet. Dicite igitur, cur Deum in Nazareth genitum suspicamini, quãdoquidem omnes hæretici id dicere solent, vt & Paulus Samosatensis, qui Deum ex Virgine in Nazareth conspectum, inde suæ naturæ substantiæque initium habuisse, & initium regni accepisse, iactat: Verbum tamen cæleste, efficax, industrium & sapientiam in eo Nazareno confitetur, ante secula quidem prædestinatum, sed tamen in Nazareth ratione, substantiæ proditum ac declaratum, vt Deus sit (inquit) ille qui in omnibus est Deus Pater: Talis est istius impietas. Marcion porro & Manichæus, Deum in Virginem profectum fuisse, & citra tactum inde prodiisse, & incapaciorem fuisse, quàm vt communicaret cum humana natura, peccato & malis obnoxia, Si enim (inquit) istam sibi assumpsisset, etiam principi malitiæ subiectus fuisset, & sine peccato Christus haberi non posset, sed peculiarem carnẽ eum exhibuisse tradit, ea similitudine qua voluit, eamq; è cœlo delapsam, & & in cælos regressam, Deitatẽq; eius solidã & integrã fuisse. Valentinus contra passionẽ rem cõmunem Trinitatis esse dicit, sed partẽ Trinitatis carnẽ esse cauillatur. Arius porro, carnẽ solam ad occultationẽ deitatis cõfitetur, & pro nostro interiori homine, hoc est, anima,

πνεῦμα ὑποπτεύεται ἀποκεχωρηκέναι τοῦ σώματος, καὶ τὴν νέκρωσιν γεγονέναι. εἰρήκατε γὰρ ὅτι σάρκα τὴν ἀνυπόστατον συγκεράσας ἑαυτῷ ὁ λόγος, ἔδειξε τὸν ὄντως λογικὸν καὶ τέλειον ἄνθρωπον. εἰ πέφευγε ὁ λόγος ἀποχώρησε τοῦ σώματος, καὶ οὕτως ἡ νέκρωσις γέγονε· κατὰ θεοῦ ἴσχυσαν οἱ Ἰουδαῖοι λύσαντες τὴν ἄλυτον σύγκρασιν. οὔτε οὖν ὁ ἡμέτερος ἐκεῖ γέγονε θάνατος, εἰ θεοῦ χωρισθέντος ἡ νέκρωσις τοῦ σώματος γέγονε. πῶς δὲ καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἀφθάρτου θεοῦ χωρισθὲν, ἐν ἀφθαρσίᾳ διέμεινεν; ἔστι δὲ ἡ μὲν τρῶσις, τοῦ σώματος, τὸ δὲ πάθος, τοῦ λόγου. Διὰ τοῦτο γὰρ, καὶ θεὸν παθόντα λέγετε ἀνθλούθως ἑαυτοῖς φθεγγόμενοι· μᾶλλον δὲ συμφώνως τοῖς ἀρειανοῖς. τοῦτο γὰρ ἐκεῖνοι δογματίζουσιν. ἔστι δὲ καὶ ἐξ ἀναστάσεως ἐγειρόμενος ὁ λόγος καθ' ὑμᾶς. ἀνάγκη γάρ ἵνα ἐξ ἅδου τὴν ἀρχὴν τῆς ἀναστάσεως εἰληφέναι, ἵνα τελεία ᾖ ἡ ἀνάστασις, καὶ τοῦ θανάτου ἡ λύσις, καὶ τῶν ἐκεῖσε πνευμάτων ἡ ἀπολυσις· εἰ δὲ ταῦτα ὁ λόγος πέπονθε, ποῦ τὸ ἄτρεπτον ἢ ἀναλλοίωτον τοῦ λόγου; πῶς δὲ καὶ ἀποδιακαλύπτως ὀφθεὶς ὁ λόγος ἐν τῷ ἅδῃ, ὡμοίωθη ἐν τῷ θανάτῳ ὡς ἄνθρωπος; πῶς δὲ καὶ τοῖς ἰουδαίοις ἔλεγεν ὁ κύριος, ἐγὼ ἐγερῶ αὐτὸν, καὶ οὐχὶ ἐγὼ ἐξ ἅδου ἀνίσταμαι; εἰ γὰρ ὁ λόγος ἐν θανάτῳ γεγονὼς χρείαν εἶχε τοῦ ἐγείροντος αὐτὸν ἐκ θανάτου, οὐκ αὐτοῦ ἔσται ἡ νίκη. ἀλλὰ τοῦ ἐγείροντος αὐτόν. πῶς δὲ καὶ Διὰ τῶν προφητῶν προεσημήνατο περὶ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; πῶς παρὼν ὁ κύριος ἔλεγε πληρῶν τὴν ἐπαγγελίαν; τὴν ψυχήν μου τίθημι ὑπὲρ τῶν προβάτων τῶν ἐμῶν, ἵνα τὴν ψυχὴν πνεῦμα οὖσαν σαφῶς αἱ ἅγιαι γραφαὶ διδάσκουσι, καὶ ὁ κύριος δὲ εἰρηκὼς τὸ μὲν σῶμα ἀποκτενόμενον, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι, ἅτε δὴ πνεῦμα οὖσαν. τούτῳ τῷ πνεύματι ἐπεχώρησεν ὁ ἰησοῦς, τούτου τοῦ πνεύματος ἡ ἀποχώρησις γέγονεν ἀπὸ τοῦ σώματος ὅπερ τοῦ σταυροῦ, καὶ οὕτως ἐνεκρώθη τὸ σῶμα, καὶ αὐτοῦ γέγονεν ἡ λύσις, θεοῦ τοῦ λόγου ἀμεταθέτως ἔχοντος, πρός τε τὸ σῶμα πρός τε τὴν ψυχὴν, πρός τε ἑαυτὸν, ἐν ὑποδείξει ἀτρεπτότητος. ἐν δὲ τῇ καθ' ἡμᾶς γνωμένῃ ἐν αὐτῷ μορφῇ, τὸν ἡμέτερον διέγραφε θάνατον. ἵνα ἐν αὐτῇ, καὶ τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἁρμόσηται ἀνάστασιν. ἐξ ἅδου μὲν τὴν ψυχὴν, ἐκ τάφου δὲ τὸ σῶμα ὑποδεικνύμενος. ὅπως ἐν θανάτῳ, καταλύσῃ τὸν θάνατον ἐν ὑποδείξει ψυχῆς. ἐν δὲ τῷ τάφῳ καταργήσῃ τὴν φθορὰν ἐν ταφῇ σώματος. ἐξ ἅδου καὶ τάφου, τὴν ἀθανασίαν καὶ τὴν ἀφθαρσίαν ὑποδεικνύμενος, ἐν μορφῇ τῇ καθ' ἡμᾶς τὴν ἡμετέραν ὁδὸν ὁδώσας ὁδὸν, καὶ τὴν καθ' ἡμῶν γνωμένην κατοχὴν λύσας, καὶ τοῦτο ἵνα τὸ θαυμαστόν. αὕτη γὰρ γέγονεν ἡ χάρις. ὑμᾶς δὲ σάρκα μόνην ὁμολογοῦντες, οὔτε

mus qualem ſpiritum ſuſpicamini exceſſiſſe è corpore, atque inde mortem obuenisſe. Dixerunt enim Verbum ſe cum carne inattemperabili commiſcuiſſe, & ſeſe reuera rationalem & perfectum hominem exhibuiſſe. Si igitur Verbum exceſſit è corpore, atque ita mortificatio obuenit, vim contra Deum habuerunt Iudæi, quum ſolucrent indiſſolubilem temperaturam, atque ita ne noſtra quidem mors ibi locum ſuum habere potuit, ſiquidem ſeceſſus Dei è corpore mortem induxit. Cæterum, quî (quæſo) corpus ſegregatum ab incorruptibili Deo incorruptibile perdurare potuit? Nam ita futurum eſt, vt vulneratio corporis, paſſio ipſius Verbi habeatur. Hinc enim proficiſcitur, quòd *Deum* paſſum eſſe aſſeueratis. Congrua vox, & quæ optimè vos deceat, & quæ cum Arianis pulcherrime conuenerit. Idem enim ipſi in ſuis dogmatibus ſtatuunt, excitaturque ipſum Verbum ex reſurrectione, & pro veſtra opinione. Neceſſe quippe eſt, aliquem ab inferis initium ſurgendi arripuiſſe, vt plena ac perfecta ſit ipſa reſurrectio, & mortis diſſolutio, ſpirituumque qui ibi detenti erant, dimiſſio. Quòd ſi hæc ipſa Verbum ſuſtinuit, vbi (quæſo) eſt incommutabilis illa & conſtans ſine alteratione natura Verbi? Quomodo item inopertum Verbum, viſum apud inferos habitum fuit in morte pro homine? aut cur Iudæis dixit dominus, *Ego excitabo eum*, & non ab inferis excitabor? Si enim Verbum mortuum fuit, opus erat vt ab aliquo excitaretur, ac propterea non illi victoria mortis: ſed excitatori aſcribenda fuerit: non igitur erit ipſius victoria, ſed eius qui ipſum excitauit. Aut cur per Prophetas, de anima ſua quid futurum eſſet, prænunciauit, aut cur, quod prænunciatum fuit, ipſe iam præſens non opere compleuit? promiſſorumque fidem aſſeruit: *Ego* (inquiens) *animam meam pono pro ouibus meis*, quam quidem animam Spiritum eius eſſe ſacræ literæ demonſtrant. Idemque à Domino oſtenſum, quum diceret, corpus ab hominibus occidi poſſe, animam non poſſe, vtpote ſpiritum. Hic ille ſpiritus eſt quo conturbatus eſt Ieſus, hic ſpiritus è corpore in patibulo exceſſit, atque inde factum eſt, vt mortuum ſit corpus, atque talis fuit illa diſſolutio, quum interim Verbum Deus intranſibiliter ſe haberet ad corpus & ad animam, & ad ſeipſum qui erat in ſinu Patris, ad ſpecimen documentumque incommutabilitatis. Et in ſua ad noſtri ſimilitudinem forma, noſtram inibi depingens mortem, vt in ea reſurrectionem pro nobis concinnaret, ex ſepulchro quidem corpus, animam vero ex orco reducem faceret, vt in morte mortem diſſolueret, per exhibitionē animæ: & per ſepulchrum corporis, in ſepulchro corruptionem aboleret. Ex orco vero & ex ſepulchro, immortalitatem & incorruptibilitatem oſtendit, in forma nobis conſimili noſtram viam emenſus, noſtramque detentionem relaxans. Et hoc ipſum eximij miraculi fuit: in hoc enim eſt ſita gratia. Vos autē ſolam carnem agnoſcentes,

neque peccati condemnationem ostendere potestis, neque mortis dissolutionem, neque resurrectionis consummationem, neque Verbi incommutabilitatem, eò quòd extra sacras literas euagamini, ea loquentes quæ Ariani cauillantur: quum tamen de anima clare doceatur in literis sacris, & res ipsa consummata exhibitaque sit ad plenum, cum omni genere documentorum. Alij porro hæretici, visibilem agnoscentes, non credunt eius diuinitati, alij contra, agnoscentes deitatem, natiuitatem carnis inficiatur: alij rursus, qui etiam cum deitate carnem recipiunt, negant eum habuisse animæ naturam, similesque efficiuntur furiosis Arianis, qui connectunt flexuosas & obliquas propositiones, quo simpliciores capient istiusmodi tricis, ipsi interim hæsitabundi in fide. Itidem & ipsi consueuere loqui. Ecquisnam ille, qui genitus ex Maria est, Deúsne, an homo? vt si dicas eum hominem, te à Fide deitatis auertant, adstipulatore, que sibi reddant & suffragatorem, sociumque hæreticis addant, qui istius rei incredulitate laborant. Quòd si dicas eum Deum esse, genitæ carnis incredulitatem moliuntur, vt in eorum gregem abducaris, qui ista negant. Deinde & ita scisciantur, Ecquisnam ille, qui passus est? quis item ille, qui crucifixus est? deus ne an homo? vt si pronuncies eum Deum esse, blasphemum quid dicas secundum impios Arianos: Sin autem eum respondeas hominē fuisse, existimeris Iudaicè loqui. Ea de causa sacræ scripturæ ineffabiliter verbum ex Patre Deum esse, & extremis temporibus hominem genitum prædicant, quo neq; non crederetur Deus neque carnis genitura negaretur. Vbi autem carnis vocabulum, ibi totius corporis compago absque peccato intelligenda est: vbi item nomen hominis, ibi passionem constituunt, neque præuaricantur, sed vt vbique scriptum est in sacris literis, veram de diuinitate Verbi incōmutabilitatem & ineffabilitatem vna voce deprædicant. Ideoque de Verbo, vt de Deo mentionem faciunt. Ast vbi de homine agitur, originem natalium, prosapiamque describunt, vt vtrinque idem naturalis & verus intelligatur. Deus quidem æternitate diuinitatis, & rerū procuratione: homo autem enixu fœminæ & incremento ætatis: ac Deus rursum, ac potens ex viuificandi beneficiis, & ex miraculorum designationibus, homo vicissim ex iis, quæ in nostrum genus cōpetunt passionibus, & infirmitatibus, agnoscatur: rursus Deus, ex operatione immortalitatis, & incorptibilitatis, & incommutabilitatis: homo cōtra, ex supplicio crucis, & sanguinis profluuio, & corporis sepultura, & descensu ad orcum, & resurrectione ab inferis sentiatur. Ita Christus, vt homo quidem, ex mortuis excitatur: sed tamen, vt Deus excitat mortuos. Stolidi igitur qui diuinitati eius passionem ascribunt, aut eius humanitati fidem non habent, aut qui vnum in duo separāt, aut qui carnis eius dimensionem conantur facere, & quantum & quomodo præter sacras scripturas definiunt. Istiusmo-

οὔτε τῆς ἁμαρτίας τὴν κατάκρισιν δεῖξαι δυνάσθε, οὔτε τὸν θανάτου τὴν κατάλυσιν, οὔτε τῆς ἀναστάσεως τὴν τελείωσιν, οὔτε τοῦ λόγου τὴν ἀτρεπτότητα, ἐπειδὴ ἔξω τῶν ἁγίων γραφῶν βεβήκατε, λαλοῦντες, ἃ δρειανιζόντως φρονεῖτε, φανεροῦ ὄντος τοῦ περὶ ψυχῆς λόγου ἐν γραφαῖς ἁγίαις, καὶ τῆς πληρωθείσης οἰκονομίας, ἐν ὅσοις δεῖξαι πάσης πληρώσεώς τε καὶ πλειότητος. ἀλλ' οἱ μὲν τῶν αἱρετικῶν, τὸν ὁρατὸν θεὸν ὁμολογοῦντες, ἀπιστοῦσιν αὐτοῦ τῇ θεότητι· οἱ δὲ ὁμολογοῦντες θεὸν, ἀρνοῦνται αὐτοῦ τῆς σαρκὸς τὴν γένεσιν. οἱ δὲ σάρκα προσομολογοῦντες, ἀρνοῦνται αὐτοῦ τῆς ψυχῆς τὴν ὕπαρξιν· καὶ γεγόνασι κατὰ μανικοὺς παῖδας τῶν ἀρειανῶν, τῶν συμπλεκόντων τὰς τραγελιώδεις καὶ σκολιὰς προτάσεις· ἵνα παντὸς ἐπαπορῶντες, εὑρίσκωσι τοὺς ἀπείρατους αὐτῶν ἄπορους ὄντας τῆς πίστεως. ὁμοίως καὶ αὐτοὶ λέγειν μεμαθήκασι, τίς ὁ γεννηθεὶς ἐκ Μαρίας, θεὸς ἢ ἄνθρωπος; εἶπε ἐὰν μὲν εἴπῃ, ἄνθρωπος, ἀπιστήσει αὐτοῦ τῇ θεότητι, σύμφωνος γινόμενος τοῖς παύτῃ ἀπιστήσασιν αἱρετικοῖς. ἐὰν δὲ εἴπῃ θεὸς, ἀρνήσηται αὐτοῦ τῆς σαρκὸς τὴν γένεσιν, καὶ συνεχθῇ τοῖς παύτην ἀναιρουμένοις αἱρετικοῖς. εἶπα δ' αὖ πάλιν, τίς ὁ παθών; τίς ὁ σωρωθείς; θεὸς, ἢ ἄνθρωπος; ἵνα ἐὰν μὲν εἴπωσι, θεὸς, βλάσφημον πρόωνται ῥῆμα κατὰ τοὺς ἀπείρατους ἀρειανούς. ἐὰν δὲ εἴπωσιν, ἄνθρωπος, ἰουδαϊκῇ πάλιν φθέγξωνται ὑπολήψει. Διατοῦτ' αἱ ἅγιαι γραφαὶ, θεὸν ἀφράστως ἐκ πατρὸς κηρύξασι τὸν λόγον, καὶ τὸν ἐπ' ἐσχάτων ἐκ παρθένου ἄνθρωπον γεννηθέντα. ἵνα μήτε θεὸς ἀπιστηθῇ, μήτε σαρκὸς γέννησις ἀρνηθῇ. ὅπερ ἦν σαρκὸς τὸ ὄνομα, ἐκεῖ πάσης τῆς συστάσεως ἡ ἁρμονία, χωρὶς ἁμαρτίας. καὶ ὅτι μὲν τὸ ὀνόματος τοῦ ἀνθρώπου, τὸ πάθος ἴσως. τὸ δὲ οὐσιωδῶς ἐν ταῖς ἁγίαις γραφαῖς. ὡσὶ τῆς θεότητος τοῦ λόγου, τὸ ἀτρεπτότητα καὶ τὴν ἀφραστότητα ὁμολογοῦσι. Διατοῦτ' θεολογεῖται μὲν ὁ λόγος, γίνεται λεγόμενος ὁ ἄνθρωπος, ἵνα ὡς ἑκάτερα ᾖ ὁ αὐτὸς. Φυσικῶς καὶ ἀληθινὸς θεὸς, ὡς τῇ ἀϊδιότητι τῆς θεότητος, καὶ τῇ δημιουργίᾳ τῆς κτίσεως, ἄνθρωπος, ὡς τῇ γεννήσει τῇ ἐκ γυναικὸς, καὶ τῇ αὐξήσει τῆς ἡλικίας. καὶ θεὸς μὲν, ὡς τοῖς ζωικαῖς ἐνεργείαις, καὶ δυνατὸς τοῖς θαυματουργίαις. ἄνθρωπος δὲ, ὡς τοῖς ὁμοιοτρόποις συμπαθείαις, καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς ἀσθενείαις. καὶ θεὸς μὲν, λόγος ἐν ὑπάρξει τῆς ἀθανασίας καὶ ἀφθαρσίας, καὶ ἀτρεπτότητος. ἄνθρωπος δὲ, τῇ προσηλώσει τοῦ σταυροῦ, καὶ αἵματος ῥύσει, καὶ ταφῇ σώματος, καὶ καταβάσει ᾅδου καὶ ἀναστάσει τῇ ἐκ νεκρῶν. οὕτως ὁ χριστὸς ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται. καὶ θεὸς ὢν, ἐγείρει τοὺς νεκρούς. μάταιοι οὖν οἱ θεότητι αὐτοῦ πάθος προσάγοντες, ἢ τῇ ἀνθρωπότητι αὐτοῦ ἀπιστοῦντες, ἢ τὸ ἓν δύο λέγοντες, ἢ τὴν σαρκὸς αὐτοῦ διαμέτρησιν πειρᾶσθαι χειρίζοντες καὶ τὸ ποσὸν, ἢ πῶς ὑπὲρ τὰς γραφὰς λέγειν τολμῶντες·

τιαύ-

πι αὐτῶς γὰρ ὑποψίαις, ὠλίθησε τῶν αἱρετικῶν ἡ διάνοια. μαρκίων μὲν, ὑπερβολῇ βλασφημίας ἐκκλίναντος· μανιχαίῳ δὲ, διὰ ὑπόνοιαν ἁμαρτίας ἐκτραπέντος· ἀλεντίνῳ δὲ, διὰ περιφασιν γνώσεως πλανηθέντος. τῷ δὲ σαμοσατέως παύλῳ, καὶ τῷ λεγομένῳ φωτεινῷ, καὶ τῶν κατ' αὐτοὺς διὰ ἀπιστίαν θεότητος ἐκπεσόντων, δρείου δὲ διὰ μανίαν βλασφημήσαντι. καὶ ὑμεῖς ταῖς ὁμοίαις χρώμενοι ὑποψίαις, λαλεῖτε τὰ μὴ γεγραμμένα ἐκτρέποντες τοὺς ἀφελεῖς. ἀρκεῖ δὲ πιστεῦσαι τοῖς γεγραμμένοις καὶ γνωμένοις. ὡς φησὶν ὁ παῦλος, καθ' ὁμοιότητα πάντα χωρὶς ἁμαρτίας. καὶ ὁ πέτρος ὑπέρ ἡμῶν σαρκὶ, καὶ ὑμεῖς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ὁπλίσασθε, καὶ μὴ παραιτέρω ἐκτεινόμενοι ἀθετεῖν τὴν ἀλήθειαν.

A

Istiusmodi enim opinionibus lubricatæ & ad ruinam deuolutæ sunt hæreticorum mentes, Marcione ad immoderatos verborum plausus sese inclinante, Manichæo vero, ob cogitationem peccati, quam in Verbo suspicabatur, corruente, Paulo Samosatensi, Photinoque cum suis pedissequis, dum deitatem negant, in præceps abeuntibus, Ario furiosis blasphemiis sese contaminante. Et vos quasi in iisdem scholis edocti, ea quæ in scripturis reperiri nequeunt, comminiscimini, & instabiles subuertitis. Satis autem est, si credamus iis quæ & scripta & dicta sunt (vt ait Paulus) per similitudinem per omnia sine peccato, Petrus vero, *Christo igitur pro nobis passo in carne, & vos eadem cogitatione armemini & ne amplius pergamus veritatem ignominia afficere.*

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

Αλεξανδρείας

Περὶ τῆς ἀϊδίου ὑπάρξεως τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος τοῦ θεοῦ, καὶ πρὸς τοὺς σαβελλιζοντας.

B

Ἰουδαϊσμὸς ἀντίκειται θεῷ, ἑλληνισμὸν, καὶ ἀσέβεια ὁμοίως ἀσεβὴς, ἀλλ' ἀμφότεροι τῆς ἀληθείας ἐκτὸς. ἐπεὶ καὶ βαβυλώνιοι πεπολεμήκασι αἰγυπτίοις, καὶ ἄλλοι πολλοὶ ἀσεβεῖς ἀσεβέσιν ἰδιαντώθησαν. ὁ τίνων ἐξαρκεῖ τὸ πρὸς ἀσέβειαν ἀνθίστασθαι, εἰ μὴ δι' εὐσέβειαν ἡ πρὸς τὰ ἀσέβειαν ἀνθίστασις γίνεται. πολλὰ καὶ μεγάλα κατὰ τῶν εἰδωλολατρούντων ἔχουσι λέγειν οἱ ἰουδαῖοι, καὶ δίκαια λέγουσι κατηγοροῦντες αὐτῶν τῆς κτίσεως λατρευόντων παρὰ τὸν κτίσαντα ἀλλ' ἐχθὲς δυσσέβειαν ἐλέγχουσι διὰ τοῦτο εὐσεβεῖν ὁμολογηθήσονται, τὸν μὲν θεὸν δι' ὃν τὰ πάντα γέγονεν, ἀρνούμενοι, καὶ τοῖς δι' αὐτοῦ τὸν πατέρα σεβομένοις ἐγκαλοῦντες πολυθεότητα. διόπερ ἐξεληλύθαμεν ἐξ ἑλλήνων καὶ ἀφεστήκαμεν πρὸς τὸ μὴ ταῖς ἀκαθάρτοις εἰδωλολατρείαις αἰσχύνεσθαι. ἐξεληλύθαμεν δὲ καὶ ἐκ τῆς τῶν ἰουδαίων βλασφημίας τὸν μὲν ὁμολογήσαντες τοῦ θεοῦ, καὶ φυγόντες τὸν ὀλέθριον ἀρνησιν τοῦ κυρίου ἡμῶν, τοῦ λέγοντος ὃς δ' ἂν ἀρνήσηταί με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἀρνήσομαι αὐτὸν ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ὁμολογοῦμεν δὲ τὸν μὲν ἐκ πατρὸς, καὶ ἀεὶ μετὰ τοῦ πατρὸς πιστεύοντες αὐτῷ λέγοντι, καὶ ἐπαγγελλομένῳ πᾶς ὅστις ὁμολογήσει ἐμὲ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ αὐτὸν ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

C

D

S. Patris nostri

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI

Alexandrini

De aeterna substantia Filij & Spiritus sancti cum Deo, contra gregales Sabellij, Oratio.

Vdaismvs contrarius est gentilitati, neque tamen alterutra aut religiosa aut pia: nam ambæ extra veritatem consistunt. Siquidem & Babylonij bellum gesserunt cõtra Ægyptios: aliique complures impij, aliis impiis infesti fuerunt Ideoque non sufficit ob sistere impietati, nisi in gratiam pietatis impietati obsistas. Multa & magnifica habẽt Iudæi, quæ contra Idololatriam dicant, & iusta dicunt, quum eos execrantur, quod creaturæ potius quàm creatori seruiant: sed tamen non ideo, quia superstitionem incessunt, pro piis sunt habendi, dum Filium Dei, per quẽ omnia omnia creata sunt, inficiantur: iisque qui per Filium Patrem venerantur, pluralitatem deorum obiectant. Atqui hinc est, quod ab Ethnicis discessimus, & segregati sumus, ne impuris idololatriis admisceremur: discessimus quoque à Iudæorum blasphemia, dum Filium Dei agnoscimus, & eam pernicioſam abnegationem euitamus, dicente Domino nostro, Quicunque abnegauerit me coram hominibus, abnegabo & ego eum coram Patre meo, qui est in cælis. Nos porrò cõfitemur Filiũ ex Patre esse, & semper eum cum Patre esse: ipsi dicenti credimus, vbi inquit: Quicunque me confessus fuerit coram hominibus, & confitebor & agnoscam eum corã Patre meo qui est in cælis.

Quum igitur tale exemplar intueamur, sub nomine Christianismi digressi à gentilitate, qui opera *Dei*, *Deos* appellare & adorare non verentur. Disiungimur quoq; à Iudaizantibus, qui Christianismū in Iudaismum deprauant, & ab iis qui *Deum* ex Deo inficiantes, *Deum* vnum, itidē vt Iudæi, prædicant, quiq; non ideo quòd solus sit increatus & solus fons Deitatis, solum Deum nominant, sed quia infœcundiorē eum, magisque sterilem existimant, quàm vt gignat viuens Verbum, & sapiētiam veram. Verbum enim illi tale asscribunt, quale homines in sua mente concipiunt: & sapientiam talem, qualis ea quæ nostri animi est, attribuunt: ideoque vnam personam Deum cum Verbo asseuerāt: quēadmodum hominem vnum dicimus, cum sua ratione verborumque in animo conceptu, nihilo plus quàm Iudæi sentientes, qui Euangelistam non recipiunt statim ab initio clamātem, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbū*. Si enim Deus verbum in mente habet, non autem reuera ex ipso genitum, vt Deum ex Deo, quomodo esse poterit apud Deum Verbum? aut quomodo Deus fuerit? Non enim Verbum in mente hominis conceptum, homo est apud hominem, cùm neq; viuat, nec subsistat, sed viui duntaxat & subsistentis pectoris motus sit, quod mox vt enunciatum est, non subsistit: & læpe vocatum, nequaquam permanet, quum contrà Psalmista vociferetur, Dei Verbum in æternum permanere, & in ea re illi suffragator & consonus Euangelista est, cùm Verbum Deum esse profitetur, & manifestatum eum annūciat, & aduenisse indicat, & incarnatum prædicat, non comprehendens, vnà cū Verbi incarnatione, ipsum Patrem. *Verbum enim*, inquit, *caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius vt vnigeniti ex Patre, plenum gratia & veritate.* Vnigenitum igitur Verbum in mundo vides manifestatū, & in hominibus habitantem, gloriamque illi attribui, vt vnigeniti à Patre: non quod ipse Pater sit, aut Pater vnà cum Verbo sese manifestauerit, quemadmodum homo suo ipsius verbo manifestatur, quod nulla ratione apparere potest, nisi is, qui illud loquitur, in præsentia adsit. Quibus ergo potius crediderimus? illisne qui Filium à Patre non aduenisse prædicant, an iis qui vnam personam Verbum cum Patre existere asseuerant? Si enim vna persona est, cur altera emittitur, & per carnem conspicitur? quū Deum nemo viderit vnquā, sed vnigenitus Filius qui est in sinu Patris, ipse enarrārit, & accesserit ad nos, suisque Verbis sui conspectum exhibuerit: quique obistā ex sese Patris cognitionem inter loquendum subiunxerit, *Qui videt me, videt & Patrem meum*, nō seipsum Patrem dicens: qui enim id fieri posset? cùm pater sit inuisibilis, sed talem se dicit, qualis Pater est. Nam superius dixerat, *Si cognouissetis me, etiam Patrem cognouissetis*, dualitatē personarū expressis verbis nobis declarans, quæ ex incommutabili Deitate agnosci poterat. Quocirca qui dignus habetur conspectu Filij, non fraudatur conspectu Patris.

τὸ πορῶντας τὸ θεῖον δόγμα, ἐνυῶ ἀπλῶς ὀχιώθημεν τῶν ἑλληνιζόντων ἐπ' ὀνόματι χριστιανισμὸς τῶν ἔρχεσθαι θεοῦ πλημμύντων θεολογεῖν τε καὶ προσκυνεῖν· χωριζόμεθα δὴ καὶ τῶν ἰουδαΐζοντων καὶ τὸ χριστιανισμὸν ἐν ἰουδαϊσμῷ θεῖον φθειρόντων, οἱ τὸν καὶ θεὸν θεὸν ὀνόμενοι, θεὸν ἕνα θεὸν πλησίως ἰουδαίοις λέγουσι. ἀχόπι μόνον ἀγωνητον καὶ μόνον πηγὴν θεότητος, ἀλλὰ τὸν φάσκοντες αὐτὸν εἶναι μόνον θεὸν, ἀλλ' ὡς ἄγονον καὶ ἄκαρπον ζῶντα λόγον καὶ σοφίας ἀληθινῆς. λογον γὰρ εἶον τὸν ἐν καρδίας ἀνθρώπου νομίζουσι τὸν θεὸν, καὶ σοφίαν οἵαν τὴν ἐν ψυχῇ, καὶ διὰ τοῦτο προσωπον ἐν τὸν θεὸν, ἅμα τῷ λόγῳ φασίν. ὥσπερ καὶ τὸν ἄνθρωπον ἅμα τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ, ἄνθρωπον ἕνα, οὐδὲν πλέον ἰουδαίων δεξάζοντες τὸν ἐκ προδεξαμένων τὸ εὐαγγελιστὴν τὸ ἐξ ἀρχῆς βοῶντα, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. εἰ γὰρ ἐν καρδίᾳ λογον ὁ θεὸς ἔχει μὴ γεγονότα ἐξ αὐτοῦ καὶ ἀληθῶς ὡς θεὸν ἐκ θεοῦ, πῶς ἂν πρὸς τὸν θεὸν ὁ λόγος; καὶ πῶς ἂν εἴη θεός; ὁ γὰρ λόγος οὐ ἄνθρωπος ἄνθρωπός ἐστι πρὸς ἄνθρωπον, ἐπεὶ μήτε ζῶν ἐστι μήτε ὑφεστὼς, ἀλλὰ ζώσης καρδίας καὶ ὑφεστώσης κίνημα μένον. καὶ λέγει προφορικὸν καὶ ἐκ τοῦ ἔστι, καὶ πολλάκις καλούμενος ὑὸς παρὰ τοῦ θεοῦ λόγον ἄνωθεν ὁ ψαλμῳδὸς ἐκεκράγει λέγων, εἰς τὸν αἰῶνα ὁ λόγος σου διαμένει ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ σύμφωνος αὐτῷ ὁ θεὸν εἶναι τὸν λόγον ὁμολογῶν εὐαγγελιστής. φανερωθέντα τὸν αὐτὸν εὐαγγελιζόμενος, καὶ προφητευόμενον μιμούμενος, καὶ σαρκωθέντα κηρύττει, ὁ συμπεπλαμβανῶν τῇ τοῦ λόγου σαρκώσει τὸν πατέρα, ὁ λόγος γὰρ ἔφη σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. μονογενῆ τὸν λόγον ὄντα ὁρᾶς ἐν κόσμῳ φανερούμενον, ἐν ἀνθρώποις σκηνοῦντα, δόξαν αὐτῷ κηρυσσομένῳ, ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός. ἀχ ὡς πατὴρ αὐτός ἐστι, ἀλλ' ὡς τοῦ πατρὸς ἅμα τῷ λόγῳ πεφηνότος ὥσπερ ὁ ἄνθρωπος ἅμα τῷ ἑαυτοῦ φαίνεται λόγῳ, καὶ οὐκ ἔστι φανερῶσαι τὸν λόγον, εἰ μὴ ὁ λαλῶν αὐτὸν παρείη καὶ φθέγξοιτο. τίσιν οὖν πιστεύομεν πρότερον τοῖς εὐαγγελιζομένοις ἡμῖν ἢ τὸν μὲν παρὰ πατρὸς ὑπιδεδημηκότα ἢ τοῖς ἐν προσωπον ἅμα τῷ λόγῳ τὸν πατέρα φάσκουσιν εἶναι; εἰ δὲ ἐν προσωπον, πῶς τὸ μὲν ἀποστέλλει, τὸ δὲ ἀποστέλλεται, καὶ θεωρεῖται διὰ σαρκός; θεὸν γὰρ οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε, ὁ μονογενὴς υἱὸς ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο, καὶ προσαγαγοὼς αὐτὸς φθέγγεται τῇ ἁγίᾳ φωνῇ παρέχων πᾶσι ἑαυτὸν θεωρεῖαν, καὶ διὰ ταῦτα πᾶσι τοῦ πατρὸς ὑπάγουσιν ὑπολαμβανόμενος, ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα, ἀχ ἑαυτὸν εἶναι τὸν πατέρα φάσκων, πῶς γὰρ, τὸν ἀόρατον; ἀλλὰ τοιοῦτον οἷον τὸν πατέρα. προφητεύει γὰρ εἰ ἐγνώκειτέ με, καὶ τὸν πατέρα μου ἂν ἤδειτε, πᾶσι δυνάμενος τὸ προσώπων ἀντικρυς ἡμῖν ἐξηγούμενος, ἀσυγκαλύπτως γνωριζόμενος θεότητι. διόπερ ὁ ὑὸς καταξιώμενος θεωρείας οὐκ ἀποστερεῖται τοῦ πατρός.

Non

ὁ γὰρ ἀλ-

ὃ γὰρ ἀλλοῖον ὁ γεννήτωρ ἐγέννα, ἀλλὰ παιδοτρίβην οἱ αὐτός. εἰ γοῦν ἕν τι μόνον εἶναι πρᾶγμα νομίζεις δύο ὄντα κατ' ἀλήθειαν, ἀγνοεῖς τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱόν· πῶς οὖν σοι μετὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς διδασκαλίας ἐστὶ κοινωνία; πῶς ἂν τὰς τοῦ δεσπότου δέξῃ φωνάς, ἐγὼ φησι καὶ ὁ πατὴρ ἓν ἐσμεν. καὶ πάλιν περὶ τοῦ πατρὸς διαλεγόμενος, παρ' αὐτοῦ εἰμι, φησὶ, κἀκεῖνος ἐμὲ ἀπέστειλε, μεταστήσῃ δὲ καὶ τὸ τρίτον ἐγώ φησι παρακαλέσω τὸν πατέρα μου καὶ ἄλλον παράκλητον δώσει ὑμῖν. ὅταν οὖν περὶ μὲν ἑαυτοῦ λέγῃ, τὸ, ἐγώ· περὶ δὲ πατρὸς, ἐκεῖνος· περὶ δὲ πνεύματος, ἄλλο· πῶς οὐκ ἀποστασίαν σαφῆ ἀρνεῖσθαι τὰ τρία, καὶ μόνον εἶναι λέγειν τὸν φάσκοντα οὐκ ἐμὲ μόνος, ὅτι ὁ πέμψας με πατὴρ μετ' ἐμοῦ ἐστιν, ἔξεστι δὲ καὶ νομικῇ φωνῇ, καὶ διὰ ταύτης δύο παρεῖναι ὄντας αὐτόν τε καὶ τὸν πατέρα. ἐν τῷ νόμῳ γάρ φησι γέγραπται, ὅτι δύο ἀνθρώπων ἡ μαρτυρία ἀληθής ἐστιν, ἐγώ, φησιν, εἰμὶ ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμαυτοῦ καὶ μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ ὁ πέμψας με πατήρ. εἰ δὲ δύο περισσά, καὶ εἰ μὴ λέγοις δύο εἶναι κατ' ἀλήθειαν, τὸν λέγων ἀδεῖ τὴν μαρτυρίαν ἐᾶς σωιῆναι κατὰ τὸν ἀληθινόν. τοῦτο γὰρ πιστοῦται τὴν μαρτυρίαν, τὸ μὴ ὑφ' ἑνὸς γίνεσθαι μόνου, ἀλλ' ὑπὸ δύο, καὶ γὰρ μεμαρτύρηκεν ὁ πατὴρ ἐξ ἑτέρου λέγων, οὗτος ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, καὶ υἱὸς θεοῦ εἶναι ὁ μονογενὴς υἱὸς μαρτυρεῖ, καὶ τῷ πατρὶ δηλεῖ δὲ σαφῶς ἐν ἀκοαῖς ἀνθρώπων λέγων, ἐξομολογοῦμαί σοι πάτερ κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις, ναὶ ὁ πατὴρ, ὅτι οὕτως εὐδοκία ἐγένετο ἔμπροσθέν σου. πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρός μου. ἀλλὰ τί πρὸς ταῦτα ἀπολογοῦνται οἱ τῶν Ἰουδαίων αἱρετισταὶ ὑπὲρ τοῦ μὴ σαφῶς ἐλέγχεσθαι τοῖς εὐαγγελίοις ἀντιπράττειν τὸν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. καὶ ὅτως δύο ὑποστάσεις φαίνεσθαι ἕνα τὸν πατέρα θεὸν, ἕτερον δὲ τὸν υἱὸν ἄνθρωπον. φεῦ τῆς ἀθεΐας. καὶ τί τοῦτο διαφέρει τῆς σαμοσατείου ἀπολογίας; εἰ πάτωσαν ἢ πῶς ἄνθρωπος περὶ ἑαυτοῦ ταῦτα φθέγξεσθαι τολμᾷ. ὁ ἑωρακώς με, ἑώρακε τὸν πατέρα; πῶς δὲ εὐαγγελιστὴς περὶ αὐτοῦ τοῦ φθεγγομένου μαρτυρεῖ, ὅτι πατέρα ἴδιον ἔλεγεν τὸν θεὸν ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ θεῷ οὐκ ἄνθρωπος ἴσος τῷ θεῷ, ἀλλ' ὁ ἐκ τοῦ θεοῦ θεὸς ἴσα ἔχειν τῷ γεγεννηκότι κατὰ τὴν φύσιν, ὡς καὶ Παῦλος μαρτυρεῖ, περὶ τοῦ ἀνθρωπήσεως, ἀλλὰ τοῦ προ τῆς ἀνθρωπήσεως ἐξηγούμενος, ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ. ἴσμεν δὲ ἄνθρωπον πολλάκις τὸν σωτῆρα φθεγγόμενον, ἀλλ' οὐχ ὅτε φησὶν, ἐγώ εἰμι ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμαυτοῦ, καὶ μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ ὁ πέμψας με πατήρ. ὁ γὰρ ἄνθρωπος ὁ πεμφθεὶς εἰς τὸν κόσμον, ὁ λέγων, ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθον καὶ ἥκω. ὁ λέγων, οὕτως γὰρ ἠγάπησεν ὁ θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. ὁ λέγων, καταβέβηκα οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με. ἀλλὰ

Non enim genitor alienum dissimilemque de se genuit, sed sibi consimilem. Si igitur vnum existimas, cùm reuera duo sint, Pater & Filius, quæ tibi cum Ecclesiastica doctrina cnmmunio supereſt? quomodo voces Domini excipies? *Ego & Pater*, inquit, *vnum sumus*. Ac turſum de Patre loquens, *Abeo*, inquit, *sum*, *& ille me emittit*. Addit & tertium, *Ego rogabo*, inquit, *Patrem*, *& alium consolatorem dabit vobis*. Cùm igitur de se loquitur, *ego*, inquit: cum de Patre, *ille*, dicit: A cum de Spiritu Sancto, *alium*, subiungit: cur non plane defectionis & apostasiæ crimen sit, negare tria & solum illum qui ista loquutus est, vnum esse dicere? *Non sum solus*, *quoniam qui me misit*, *Pater mecum est*. Vtitur vero etiam legali & veridico verbo, per quod ostendit duos esse, se nimirum & Patrem, *In lege*, inquit, *scriptum est*, *duorum hominum testimonium verum esse*. *Ego sum*, inquit, *qui testimonium præbeo de meipso*, *& testatur etiam de me*, *qui me misit*, *Pater*. En tibi duas perſonas. B Et nisi dicas verè duos esse, cum hæc loquitur, non permittis testimonium verum existere: id enim testimonium confirmat, si non ab vno, sed à duobus perhibeatur. Nam & testatus est è cælo Pater dicens, *Hic est Filius meus dilectus*: & se esse Filium Dei, vnigenitus ipse Filius contestatum facit: & cum Patre sermonem miscens, manifestè in auribus hominum loquitur, *Confiteor tibi Pater Domine cæli & terræ*, *quòd ista occulta esse voluisti sapientibus*, *& prudentibus*, *& reuelasti ea* C *parvulis*. *Ne Pater*, *quoniam ita placuit tibi*. *Omnia mihi data sunt a Patre meo*. Sed quidnam ad ista respondebunt isti Iudaicæ inficiationis ministri, ne palàm deprehendantur aduersari Euangelio Domini nostri Iesu Christi? Ad istum modum duas hypostases inducunt, vt vnam in Patre Deo: alteram in Filio homine constituant. Vah impietatem Et quid istud differt à responsione Samosatensis? Dicant mihi (quæso) qua ratione hominibus ista de seipso ausus est loqui. *Qui vidit me*, *vidit Patrem*? aut qua ratione talia de seipso loD quentem testimonio suo persequitur Euangelista, vbi refert, qui dixerit Patrem suum Deum esse, æqualem se Deo faciens: Atqui si Deus ex Deo est, fieri nequit, quin ratione naturæ paria habeat cum genitore suo, vt & Paulus testatur, qui non de humanitate eius, quum eam assumpsit, sed de iis quæ humanitatem tempore antecederent, explanationem facit: *Qui cum* (inquit) *in forma Dei esset*, *non rapinam arbitratus est*, *esse se æqualem Deo*. Scimus autem, Dominum subE inde humanitus loqui, sed non ea ratio in istis verbis, quum sic ait, *Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso*, *& testimonium perhibet de me*, *qui misit me Pater*. Nõ enim homo est ille, qui missus est in mundum, & qui dicit: *Ex Patre egressus sum*, *& venio*: & qui dicit, *Ita dilexit Deus mundum*, *vt & Filium suum vnigenitum daret*, *vt omnis qui in eum crediderit*, *non pereat*, *sed habeat vitam æternam*.

Et qui dicit, *Descendi ex cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me*. Cæterum, si vis cũ audire humanitus loqui, & cõgruenter ad formam carnis, quæ oculis patebat: & ad humanam speciem, quæ sola & mera in eo existimabatur, audi verba ipsius: *Si ego de me ipso testimonium perhibeo, testimonium meum verum non est*. Neque enim fide dignum videtur, neque recepti moris est, vt homo de se ipso testimonium perhibeat. Cùm autem dicit, *Et si ego testimonium perhibuero de meipso, testimonium tamen meum verum est, quia scio vnde aduenerim, quò abeam*: cum se & Patrem enumerans, duos esse dicit qui de ipsius gloria testimonium ferant, nequaquam humana loquitur, sed supra omnem humanam dignitatem. At, quid loquor de humana dignitate: supra angelicam maiestatem, supra principatus, supra potestates, supra dominationes sese offert. Qua enim ratione Deus cum homine connumerari potest? aut quæ inter eos affinitas aut communio? Sed quum dicit: *Confitebor tibi Pater Domine cæli & terræ*, homo esse videtur. Rectè tu quidem. Habet enim humanitatem sibi adiunctam deitas illa quę in mundum vt veneratsed ne ob prætextum carnis ignorares Deum, statim ita de se ipso subiungit, & in hunc mundum loquitur: *Nemo cognoscit Filium nisi Pater, neque Patrem cognoscit quispiam nisi Filius, & nisi cui voluerit Filius reuelare. Agite huc ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego refocillabo vos: & discite à me quoniam mansuetus sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris: Iugum enim meum commodum est & sarcina mea leuis est*. Exclusit istis verbis tuam calumniam dominus cũ Deum se exhibeat in humana forma: quippe qui à solo Patre cognoscatur, & solum Patrem cognoscat, & iis qui digni sunt, suiipsius & Patris cognitionem reuelet. Euocatque nos ad se, refocillationẽ ex se promittens, & iugũ suum portare iubet. Hæc quum dicit, renudat suam diuinitatem, & eximiã suam maiestatem, quæ sub parua forma occultatur, exponit: & supercælestem potestatem, sub terreno corporis operculo latentem, ostendit. Sed quid opus decies millenas diuinas domini nostri Iesu Christi voces recensere, quibus summouetur merito Samosatenis nouitas, qua saluatorem nostrum non nisi merũ hominẽ deblaterat, summouetur q; vnà cum eo imitatorum ipsius irrationabilis nugatio? Age ergo, paucorum testimoniorum mẽtionem faciamus. Quis est qui ita loquitur, *Non omnis qui mihi dicit, domine, domine, intrabit in regnum cælorum?* Nõ hominis hoc verbum, sed Dei ostendentis genuinã sui ex Patre suo procreationem: atq; ideo Domini titulum non recusat. Dominus enim est, qui ex solo domino est genitus, vt apud Mosen dictum inuenies, *Pluit dominus ignẽ à Domino*. Item alibi ad Apostolos dicit Saluator, *Appellatis me Magistrum & dominum, & recte facitis, sum etenim*. Alibi rursum dominum se se paternæ familiæ ostendit, vt pote vnicus filius: *Si Patrem familias Beelzebub nuncupauerunt quanto magis domesticos nuncupauerint?*

Qua-

ἀλλ' εἰ θέλεις αὐτῷ ἀνθρωπίνως ἀκοῦσαι; ἁρμοζόντως τῇ ὁρωμένῃ κατὰ σάρκα μορφῇ, καὶ τῇ νομιζομένῃ ψιλῇ ὥσθ' τοῖς ἀκούσασιν ἀνθρωπότητι, λέγει φησὶν αὐτός, εἰ ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ ἡ μαρτυρία μου ἀληθὴς οὐκ ἔστι, ἕτερος μοῦ ἐστὶν ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμοῦ, καὶ οἶδα ὅτι ἀληθὴς ἐστὶν ἡ μαρτυρία ἣν μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ. ὅτι οἶδα πόθεν ἔρχομαι καὶ ποῦ ὑπάγω, ὅπερ ἡμῶν τὸν πατέρα καὶ ἑαυτὸν, δύο φησὶν, εἶναι τοὺς περὶ τῆς δόξης αὐτοῦ μὲν μάρτυρας, οὐκ ἀνθρώπινα φθεγγομένους, ἀλλ' ὑπὲρ πᾶσαν ἀνθρωπίνην ἀξίαν. καὶ τί λέγω ἀνθρωπίνην; ὑπὲρ ἀγγελικὴν, ὑπὲρ ἀρχὰς, ὑπὲρ δυνάμεις, ὑπὲρ κυριότητας. ποία γὰρ ἀνθρώπου καὶ θεοῦ συναρίθμησις; τίς ἐγγύτης; ἢ τίς κοινωνία; ἀλλὰ λέγων, ἐξομολογοῦμαί σοι πάτερ κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ἄνθρωπος εἶναί σοι δοκεῖ; καλῶς, καὶ γὰρ ἔχει ἀνθρώπινον αἷμα μεμιγμένον ᾧ γεγονυῖα θεότης εἰς τὸν κόσμον, ἀλλὰ μὴ διὰ τὸ κάλυμμα τῆς σαρκὸς ἀγνόει τὸν θεὸν, τὰ εὐθὺς ἐπάγουσα περὶ ἑαυτῆς, καὶ φάσκουσα, οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν υἱὸν εἰ μὴ ὁ πατὴρ, οὐδὲ τὸν πατέρα τις ἐπιγινώσκει εἰ μὴ ὁ υἱὸς, καὶ ᾧ ἂν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι. δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστὸς, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστιν· ἀποκλίσαι σοι τὸ συνεφαντίαν ὁ κύριος, θεὸν ᾧ δοξάσας ἑαυτὸν καὶ ὅλην τὴν ἀνθρωπίνην μορφὴν, ὑπὸ ᾧ πάλιν γινωσκόμενον μόνον, καὶ γινώσκοντα τὸν πατέρα, ἐπὶ τοῖς καταξιωμένοις ἀποκαλύπτοντα τὸν ἑαυτοῦ γνῶσιν καὶ τὸν ᾧ πατρὸς, πρὸς καλεῖ ἡμᾶς πρὸς ἑαυτὸν ἀνάπαυσιν ἐπαγγελλόμενος ᾧ δοθ' ἑαυτῷ, καὶ ζυγὸν ἑαυτοῦ βαστάσαι ᾧ δοκελεύομενος παῦπα λέγων ἀπαμφίεννυσι τὸν θεότητα, ἐρμηνεύει τὸ κεκαλυμμένον διὰ τὴν μικρᾶς μορφῆς ὑπερβάλλον μέγεθος, τὸν ὑπερφάνιον ἐξουσίαν ἐπιδείκνυσι γήινῳ ᾧ δοθ' πεπεδισμένην σώματι, καὶ ἵνα μὲ δεῖ καταλέγειν μυρίας ὅσας θείας φωνὰς ᾧ κυρίου ὑμνῆσαι χρεισὲς; οἷς ὧν ἐκβάλλει μὲν εἰκότως ἡ ᾧ ασμοσπίους κομοπομία περὶ τοῦ σωτῆρος ὡς ὄντος ἀνθρώπου ψιλοῦ, συνεκβάλλεται ᾗ τὸν μιμουμένων ἐκεῖνον ἀλόγιστος φλυαρία. φέρε γὰρ ἴν' ὀλίγων ὑπομνησθῶμεν μαρτυριῶν, τίς ὁ τὸ πιαῦπα λέγων, ᾧ πᾶς ὁ λέγων, κύριε, κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν; οὐκ ἀνθρώπου γὰρ τὸ ῥῆμα, ἀλλὰ θεοῦ δεικνύοντος τὸ γνήσιον ἀπὸ πατρὸς γέννησιν, καὶ διὰ τοῦτο τὸ κυριολογίαν οὐκ ἀρνουμένου τὸ περὶ ἑαυτοῦ. κύριος γὰρ ὁ ὀνᾧ μόνον γεγεννημένος κυρίου, ὡς ἐκ ᾧ δοθ' μωϋσῆ λέλεκται, τὸ ἔβρεξε κύριος θεῖον καὶ πῦρ ᾧ δοθ' κυρίου καὶ ἄλλοτε πρὸς τοὺς ἀποστόλους φησὶν ὁ σωτὴρ, φωνεῖτέ με ὁ διδάσκαλος καὶ ὁ κύριος καὶ καλῶς λέγετε, εἰμὶ γάρ. καὶ πάλιν, διαστέλλων τὸ πατρῴας οἰκίας ἑαυτοῦ ἀποφαίνων ὡς ἂν μονογενὴς υἱὸς, εἰ τὸ οἰκοδεσπότου βεελζεβοὺλ ἐπεκάλεσαν, πόσῳ μᾶλλον τοὺς οἰκιακοὺς αὐτοῦ.

οὐκ οὖν

οὐκ οἶδ' ὅτι μὲν θεὸς καὶ κύριος τῶν ὅλων ἰησοῦς χριστός. ὡς ὢν ἐκ θεοῦ γεγονὼς δῆλον ἅπασι. εἰπὼν δὲ οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι κύριε κύριε εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ὑπιφέρει καὶ τὸν πατέρα σαφῶς ἑρμηνεύων, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. ἔχεις οὖν ὑὸν ἔχε, πατέρα. μὴ φόβου τὴν δυάδα, τῇ φύσει γὰρ ἡ διαίρεσις. ὁ δὲ τὰ δύο λέγων ἀπηλλοτριώσει τοῦ γεννήσαντος τὸ γέννημα, οὐδὲ διὰ τὴν ἑπάρατον μανίαν τῶν ἀρνησαμένων μίαν εἶναι τὴν τῶν δύο θεότητα, διὰ τοῦτο δὲ δύο λέγειν φοβηθήσῃ εἰς θεὸς ὅτι καὶ πατὴρ εἷς, θεὸς καὶ υἱός, πατρότητα ἔχων ὡς υἱὸς υἱὸς πατέρα, οὐκ αὐτὸς ὢν ὁ πατήρ, ἀλλ' ἰδιωμένος τοῦ πατέρα τῇ φύσει, δύο μὲν ἀριθμῷ, μία δὲ οὐσία πλείων. δύο οὐκ ἐκ δύο μερῶν. πλήρης ὁ υἱὸς ἥκει παρὰ πλείονος πατρός, ὢν ἐξ ὄντος χαρακτὴρ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως, ῥῆμα οὐυπόστατον, ἀλλὰ ζῶσα δύναμις, οὐχ οἵα ἀνθρώπου δύναμις, δι' ἣν ἄνθρωπος ἐστι δυνατός, ὁ γὰρ γέννημα ἀνθρώπου ἡ υἱὸς ἢ δύναμις αὐτοῦ, θεοῦ δὲ υἱὸς ἢ δύναμις, ὥστε δύναται μὲν ὁ πατὴρ πλείως, ὅτι πατὴρ δυνάμεως, δύναμις δὲ ὁ υἱὸς πλείων ὅτι γέννημα αὐτοῦ, καὶ σοφία δὲ πατρὸς ὁ υἱός, ἀλλ' οὐχ ὡς ἡ δι' ἀνθρώπου ἀνθρώπου σοφός, ἀλλ' ἀπὸ σοφοῦ σοφία, ὥστε δὲ λέγεται μόνῳ σοφῷ θεῷ διὰ ἰησοῦ χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. ἀλλ' οὐκ ἐγέννησεν ὁ πατήρ. πῶς οὖν πατὴρ ἐστιν, εἰ μὴ ἐγέννησεν ὁ ὢν ἐστιν ὁ γεγεννημένος. κἀγὼ φησὶν ὁμολογῶ γέννησιν. γεννᾶται γὰρ ὁ λόγος ὅτι καὶ λαλεῖται καὶ γινώσκεται. καὶ ποσάκις ὁ αὐτός εἰπέ μοι γεννηθήσεται; ἢ πολλοὺς ἐρεῖς τοῦ θεοῦ λόγους ἑκάστοτε γεννωμένους; καὶ ποτὲ μὲν σιωπῶντα φαντασθήσῃ τὸν θεόν, ποτὲ δὲ λαλοῦντα, καὶ μεταβαλλόμενον ἀπὸ σιωπήσεως εἰς λαλιάν, καὶ χάλεσιν ἀνοιγομένους ἡ καρδία κινεμένη; οὐκ ἄνθρωπος ὁ θεός, ὑπέλαβες ἄνομε ὅτι ἔσται σοι ὅμοιος ὁ θεός; ὦ ἄνθρωπε κἂν ὀφθαλμὸς ἀκέσῃς θεοῦ, καὶ τὰ ἄλλα μέλη τὰ σωματικὰ, μὴ σαρκικῶς νόει, ἀλλὰ δι' ὁμοιότητος τῶν σωματικῶν ἐννόει τὰ ἀσώματον. καὶ γὰρ εἴρηταί σοι πνεῦμα ὁ θεός, οὕτως καὶ ὁ λόγος, οὐκ ἀνθρώπινος ὡς οἷος ὅσος. θεὸς γάρ ἐστι κἂν μή σοι δοκῇ, καὶ οὐκ εἰσὶ δύο θεοὶ, ὅτι μηδὲ δύο πατέρες, μηδὲ ἑπροάσει γεννήσαντος ὁ γεγεννημένος. ὁ μὲν γὰρ ἀρχὰς εἰσάγων δύο, δύο κηρύττει θεοὺς, αὐτὴ μαρκίων ἡ δυασέβεια, θεὸν λέγοντος δίκαιον ἰδίᾳ χριστοῦ πατέρα, καὶ θεὸν ἕτερον ἀγαθὸν, ἰδίᾳ χριστοῦ πατέρα. πάλιν ὁ θεὸν ἀγέννητον εἶναι λέγων, ἄλλον δὲ θεὸν γεννητὸν, δύο δὲ αὐτὸς λέγει θεοὺς, διὰ τὴν τῆς οὐσίας διαφορὰν ἰδίᾳ βλασφήμως εἰσάγει. ὅπου μία μὲν ἡ ἀρχὴ, ἓν δὲ τὸ ἐξ αὐτῆς γέννημα εἰκὼν ἀκριβεστάτη καὶ φυσική. διόπερ καὶ γεννητὸν ἐξ αὐτοῦ, εἷς θεὸς, πλείας μὲν ἐν πατρὶ τῆς θεότητος νοουμένης, πλείας δὲ καὶ ἐν υἱῷ τῆς πατρικῆς θεότητος ὑπαρχούσης.

Quapropter Iesum Christum Deum esse qui dominus sit vniuersorũ, cui vis manifestũ est. Atq; ibi cum ait: *Non omnis qui dicit mihi, domine, domine, intrabit in regnum caelorum* (continuo subinfert, quibus Patrẽ suum intelligas) *sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in caelis est.* Habes igitur Filium habes patrẽ, ne extimueris dualitatem: natura enim distincti nõ sunt: neq; item, qui de duobus loquitur: abalienat genitum à genitore. Neq; ob alteram illam insaniam, qua dicunt, vnam non posse esse duorum deitatem, ideo nefas dictu existimaueris, vnum esse Deum, quia & Pater qui vnus est, sit Deus: & Filius qui alter est, sit Deus: quũ ille vtpote Filius, identitatem habeat cum Patre; ipse interim tamẽ pater non est, sed vnitus natura cum patre vt duos quidem numero esse, vnam tamẽ in ambobus perfectam essentiam cõstitutas. Duos autem non bifidos ex duabus partibus: sed duos prorsus integros: eo quod integer sit & perfectus Filius ex integro & perfecto Patre, character paternæ substantiæ, non inane Verbum absq; subsistentia, sed viua potestas, authorque vitæ, nõ qualis hominis potestas, per quam homo potens dicitur. Non enim potestas hominis, fœtus illius aut filius haberi potest: cum contrà, Dei potestas Filius sit, ideoq; plene & ad perfectum potens est Pater, quoniã Pater potestatis est: Potentia quoque absoluta Filius, quoniã Soboles illius est. Itidem quoq; Sapientia Patris est Filius: nõ ita vt in homine, vbi per sapientiam homo fit sapiens, sed ex sapiente Sapientia ista ortum trahit, de quo dicitur, soli sapienti Deo per Iesum Christum, cui gloria in secula: Verum hic inquiũt, nõ genuit Pater, quomodo igitur Pater? aut cuius tandẽ Pater? sin autẽ genuit, ergo is qui ipsum esse est, genitus est. At ego, inquit, generationem agnosco: gignitur enim Verbũ quando enunciatur & sentitur: & quoties loquitur, toties Verbum progignitur. Quid tu? an multa mihi hic constitues Dei verba, cáque subinde nascentia? & aliquando imaginaberis Deum tacere, aliquando verò loqui, & mutari trãsireq; à silentio ad loquelã, dum labra aperit; & animo cogitatuq; ad verba afferenda concitatur? An scilicet Deus homo est, Deumq; tibi similem esse suspicaris? Ne tu mihi siue audias mentionem de diuinis oculis siue de aliis mẽbris corporis, carnaliter intellige: sed ex similitudine corporalium, incorporea cõprehẽde. Dictum enim tibi est, Deum esse Spiritum, ita quoq; Verbum eius, Spiritum crede, nõ quale est tuum aut alicuius hominis Verbum, Deus enim est, etiamsi non videatur, neq; duo sunt dij, quũ nõ duo sint patres, neque diuersę substantiæ sit genitor à genito. Qui.n. duo principia introducit, is duo numina prædicat. Marcionis superstitio est, dicentis Deum iustum, non esse Christi Patrem, sed alterum illum bonum, verum Christi Patrem esse. Kursus quũ dicat alterum Deum increatum esse, alterum vero creatum, fieri non potest, quin duo numina recenseat, idq; ob diuersitatem substantiæ, quam blasphemando introducit. Vbi autem vnum principium, ibi vnum ex eo germen, imago absolutissima & naturalis, nimirum genita ex eo. Vnus quidem Deus, eò quòd perfecta Deitas in Patre intelligatur, & perfecta Paternitas in Filio subsistat:

Cæterum, quia ex paruo exemplo è sacra scriptura prolato, quo Christus imago inuisibilis Dei appellatur, ad sensum rei peruenire licet, fugiamus in hac cõparatione dissimilitudinẽ, quę cum re comparata, discordiam facit, nempe opificem ab imagine à se condita, diuersæ esse substantiæ, ac proinde Christum qui imago est Patris à Patre suo diuersæ esse naturæ, sed genitum & genitorem cõsubstantiales esse confiteamur. Sed tamen qui regis imaginem videt, regẽ videt & dicit. en tibi regem, neq; tamẽ duos reges cõstituit, neque imaginem particulã regis neq; regẽ particulã imaginis diiudicat: ita quoque dum imaginem Patris, & Patrẽ cõmonstrans, vnum tamen Patrem & vnã Deitatem Patris & Filij commonstrans. Sed tu mihi hic obiicis, esto, sit vnus Deus sed ex duabus partibus in quas soliditas Deitatis diffusa est, neuterque sit integer sed compositus. Cæterum ad hanc impietatem operæ precium est aures occludere & abluere animã: Nam qui talia blaterant, nec Patrem cum Filio idem esse cogitant, neque integrũ quiddã in singulis cõstituunt. Atqui, inquit, dictum est, *quoniam ego in Patre & Pater in me est*: Recte: sed non est Pater & Verbum cogitabile in corde filij, neque Filius cogitabile Verbum in corde Patris, sed Verbũ viuum ex viuo Patre Deo, æterna procreatione editum, absq; principio cum Patre coexistens, adeo vt nũquam solum Patrẽ fuisse intelligendũ sit, eò quòd Trinitas semper Trinitas fuerit & sit, neque auctarium deitatis accipiat, neque quasi Filius qui antea cum Patre non fuit, postmodum fuerit: ac cum iam extiterat, aliquid incrementi addiderit aut Filio Spiritus superaccreuerit. Quæ enim ab aliquo principio ortus traxerũt, creaturæ sunt, & mãcipia, & cum Trinitate nequaquam numerãtur. *Profecti enim*, inquit, *docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus S.* Nullum isthic aut principiũ aut vim aut potestatem singulis seorsum adnumerauit. Cum rebus.n. æternalibus quæ æterna non sunt in eandem classem redigi non possunt: neq; cum deitate ea quæ participatum deitatis non habent, eodem ordine graduq; constituere non licet. Qui igitur in genitore genitus? aut rursus genitor in genito? quomodo ille in isto? aut iste in illo? quoniam iste talis est qualis ille, & ille talis qualis iste, atq; ita fit vt duo vnum sint eò quòd non diuarient neq; disiungantur, neque sub alia specie aut sub diuerso charactere Filius intelligatur, sed quod Deus sit quemadmodũ & Pater. Ille.n. cum ad ipsius verba *Ego & Pater vnum sumus*, Iudæi indignatione mouerentur, ꝙ quũ homo esset, Deum se faceret, sententiã suã confirmatiorem reddidit, sequẽ aliũ quã Deũ esse demonstrauit inquiens: *Ego & Pater vnũ sumus*, eò ꝙ Filius Dei Deus sit: *Si illos deos appellauit scriptura, ad quos sermo dei habitus fuit, neq; potest scriptura irrita reddi: quẽ Pater sanctificauit, & misit in mũdũ, cur vos eũ dicitis blasphemare, quia se dixit Filium Dei esse? Si non facio opera Patris mei, ne credideritis mihi: sin autẽ ea facio, etiãsi mihi nolueritis credere, operib. credite, vt sciatis & cognoscatis, quòd ego in Patre sim, & Pater*

ἐπεὶ καὶ ἀφ' τοῦ μικροῦ τούτου παραδείγματος ὅπερ ἡ θεία γραφὴ δεδήλωκεν εἰκόνα τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου τὸν χειρὸν ὀνομάσασα, δυνάμεθα καταλαβεῖν τὸ λεγόμενον· φύγωμεν πάλιν καὶ ἐνταῦθα τὸ ἀνόμοιον τὸ ἐν τῷ παραδείγματι, τὸ πεχνιτὸν καὶ ἑτεροούσιον εἶναι τοῦ θεοῦ εἰκόνα, γνήσιον δὲ καὶ ὁμοούσιον ὁμολογῶμεν. ὅμως δὴ οὖν ὁ τὴν εἰκόνα τοῦ βασιλέως ὁρῶν, τὸν βασιλέα ὁρᾷ, καὶ φησὶν ἰδοὺ οὗτος ὁ βασιλεύς, καὶ οὐ δύο πεποίηκε βασιλεῖς, οὐ δὲ μέρος τοῦ βασιλέως τὴν εἰκόνα ἢ τῆς εἰκόνος τὸν βασιλέα· οὕτω τίνων εἷς θεὸς ὁ πατὴρ, καὶ μία θεότης πατρὸς καὶ υἱοῦ, ὡς δὲ σὺ λέγεις, εἷς ἴσχυ σωθήσεται ἐκ δύο μερῶν ἁπλῶν. πρὸς δὲ ταῦτα τὴν ἀσέβειαν ἀποκλεῖσαι καλὸν τὰς ἀκοὰς, καὶ ἀποπνίψασθαι τὸ ψυχλὸν, οὔτε γὰρ ἡγοῦμεν εὔπαπερα, ὁ τῦτο φαντα-
ζόμενος ὁμολογεῖ· ἐπεὶ μήτε πατέρα, μήτε υἱὸν ἁπλῶς νοεῖν ἐγχωρεῖ· ἀλλ' εἰρηταί φησιν ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. οὐκ ἔστι δὲ λόγος ἐν καρδίᾳ τοῦ υἱοῦ ὁ πατὴρ, οὐ τοίνυν οὐδὲ υἱὸς λόγος ἐν καρδίᾳ τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ λόγος ζῶν ἀπὸ ζῶντος πατρὸς θεοῦ ἀϊδίῳ γνήσει πεφυκὼς, ἀναρχως τῷ πατρὶ συνών. ὡς μηδέποτε μόνον ὑπονοεῖσθαι τὸν πατέρα. ἀεὶ γὰρ τελείας ἡ τελείας, καὶ προσθήκην θεότητος οὐ λαμβάνει, οὐδὲ ὁ μὴ πρόσθεν ὢν σὺν τῷ πατρὶ προστίθεται ὕστερον ὁ υἱὸς, οὐδὲ τῷ υἱῷ τὸ πνεῦμα ὑπογίνεται. τὰ γὰρ ἀπὸ τινος ἀρχῆς γενόμενα καὶ πεπραμένα ἐστὶ καὶ δοῦλα καὶ τῇ τελειότητι συναριθμεῖται οὐδαμῶς, προφήτης γάρ φησι μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἀρχὴν δὲ οὔτε μίαν οὔτε ἐξουσίαν οὐδὲ δύναμιν συνηριθμησεν. ἀϊδίῳ γὰρ τὰ μὴ ἀϊδια συναριθμεῖσθαι ἀδύνατον, καὶ τῇ θεότητι τὰ μὴ μετέχοντα τῆς θεότητος οὐ συνατάττεται. πῶς οὖν ἐν τῷ γεννηθέντι ὁ γεννήσας, καὶ πάλιν ὁ γεννήτωρ ἐν τῷ γεννήματι; πῶς οὗτος ἐν ἐκείνῳ, κἀκεῖνος ἐν τούτῳ; ὅτι καὶ αὐτοὶ τοιοῦτοί εἰσιν οἷος κἀκεῖνος, κἀκεῖνος οἷος οὗτος, οὕτως καὶ ἓν τὰ δύο. τῶ μὴ ἀλλάττειν μηδὲ ἀποχωρίζεσθαι μηδὲ καθ' ἕτερον εἶδος καὶ ξένον χαρακτῆρα νοεῖσθαι τὸν υἱὸν, ἀλλ' εἶναι θεὸν ὥσπερ καὶ ὁ πατήρ. ἐπεὶ καὶ εἰπόντος αὐτοῦ ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, ἠγανάκτησαν οἱ ἰουδαῖοι λέγοντες ὅτι σὺ ἄνθρωπος ὢν, ποιεῖς σεαυτὸν θεὸν, καὶ ὁ σωτὴρ βεβαιῶν τὸ εἰρημένον ὑπ' αὐτῶν ὡς οὐδὲν ἄλλο ἢ τοῦτο δεδηλωκὼς ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, τὸ εἶναι καὶ αὐτὸν θεὸν υἱὸν ὄντα θεοῦ. εἰ ἐκείνους θεοὺς εἶπε, πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ἐγένετο, καὶ δύναται λυθῆναι ἡ γραφὴ· ὃν ὁ πατὴρ ἡγίασε καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον, ὑμεῖς λέγετε ὅτι βλασφημεῖς ὅτι εἶπον ὅτι υἱός θεοῦ εἰμι, εἰ δὲ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ πατρός μου μὴ πιστεύητέ μοι, εἰ δὲ ποιῶ κἂν ἐμοὶ μὴ θέλητε πιστεύειν, τοῖς ἔργοις πιστεύετε, ἵν' εἰδῆτε ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ

καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. οὐκοῦν ἐν τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν
εἶναι, καὶ τὸν πατέρα ἐν τῷ υἱῷ, τοῦτ' ἐστι, καὶ οὐ-
δὲν ἕτερον, τὸν υἱὸν εἶναι θεοῦ τὸν ἐκ τοῦ θεοῦ γεγεν-
νημένον, θεὸν ὄντα κατὰ τὴν φύσιν, ὅπερ ὁ πατὴρ, καὶ
δεικνύοντα τὸ πατρῷον εἶδος ἐν ἑαυτῷ ἐνδεικνύμε-
νον ἐπὶ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως. εἷς οὖν καὶ εἷς
καὶ ἡ δυὰς ἐν μεμέρισται τῇ φύσει ἀνενδεὴς οὖσα
τῇ τελειότητι. ὅλον μὲν τὸ πλήρωμα τῆς θεότη-
τος ὁ πατὴρ ὡς πατήρ, ὅλον δὲ τὸ πλήρωμα τῆς θεότη-
τος ὁ υἱὸς ὡς υἱός. ἐπεὶ δὲ ἀμφοτέρων ἐν εἴδει νοεῖ A
ὁλοκλήρως ἐν ἀμφοτέροις δεικνύμενον. μηδεὶς ἀρ-
νείσθω τὸ φανερωθῆναι ἐν τῷ κόσμῳ ζωήν· ἧπερ
λέγει, πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ἐφανερώθη ἡμῖν καὶ
πρὸ τοῦ φανερώσεως τοῦτ' ἔδοξεν εἶναι ἡνίκα πεφα-
νέρωται. γεγέννηται γὰρ ἀϊδίως, ἐξ ὑπάρχει μὴ τοῦ
ἰδίου πατρός. μηδεὶς ἀρνέμενος τὴν τριάδα τὴν μονά-
δα οὐρίσκειν νομιζέτω, ἀλλ' ἐν τῇ τελειότητι εὑρίσκε-
τω τὸ ἓν, ἔχων τὸ κεφάλαιον τῆς πίστεως ἐν τῷ βαπτί-
σματι, ἐξ τρισὶν ἁγίαις σφραγῖσι, δι' ὧν εἰς πα- B
τέρα ἀναγεγέννηται μεμνημένος ὧν ἀποστόλε λέ-
» γοντος, εἷς θεὸς ὁ πατὴρ ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς κύ-
» ριος ἰησοῦς χριστὸς δι' οὗ τὰ πάντα. μεμνημένος
» τοῦ λέγοντος πατρὸς, ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐ-
» γέννησά σε, τὸ τοιοῦτο μαρτυρῶν ὅτι ἦν πρὸ τοῦ
κόσμου πρὸς τὸν πατρὶ, τὴν δόξαν ἔχων τὴν τῆς θεό-
» τητος, δόξασόν με γάρ φησι, πάτερ πρὸς σεαυτόν
» τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι πρὸς σοί. τὸ
μὲν κατ' ἄνθρωπον δόξαν αἰτῶν, τὴν ἧς θεὸν ἔ-
χων πρὸ τοῦ κόσμου μαρτυρῶν. εἶχε δὲ τὴν δόξαν ὧν κατ'
ὑπάρχων. ἠδύνατο γὰρ ἐμὴ ὢν δεδόξασται. εἰ δὲ ἦν, καὶ
γεγέννητο. ὁ γὰρ ἐστιν υἱὸς μὴ γεγεννημένος. ἀλλ' εἰ
γεγέννηται φησὶν, ἐκτὸς ἐστι τοῦ γεννήσαντος καὶ διή-
ρηται, ἀφαίρετον δὴ χρὴ εἶναι λόγον ὄντα ἐν θεῷ καὶ
μὴ φαινόμενον ἔξω τοῦ θεοῦ. πῶς γὰρ ἂν ἡ φανεὶς ἐκ-
τὸς, πάντα τὸν θεοῦ πεπληρωκότος κατὰ τὸ γε-
» γραμμένον, τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ
λέγει κύριος; παύεται φαντασίαις αἱρεῖν
ἐπιχειροῦσι τὴν γέννησιν τοῦ υἱοῦ, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ
πατρὸς ἀΐδιον πρόοδον, καὶ τὴν μετὰ τοῦ πατρὸς
ὕπαρξιν, καὶ τὸ πλέως μὲν ὑφεσαίαι πατέ- D
ρα καθ' ἑαυτὸν, πλέως δὲ καὶ τὸν υἱὸν καθ' ἑ-
αυτὸν ὑφεσαίαι. μαθέτωσαν οὖν ὅτι μὴ νοοῦσι,
μήτε ἃ λέγουσι, μήτε πρὸς ὧν διαβεβαιοῦνται
τόπῳ θεὸν πρειγράφοντες, καὶ τὸν υἱὸν αὖ πάλιν
ἐν ἑτέρῳ φαντάζόμενοι τόπῳ καὶ μεμερίσθαι τὸν
μὲν ἐκεῖ, τὸν δὲ ἐνθάδε νομίζοντες, ἐὰν γεγεννη-
μένος καὶ πρόφρως καθ' ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ πα-
τρὸς ὁ υἱὸς ὁμολογῆται. τίς τόπος τῆς καταπαύ-
σεώς μου φησὶν ὁ θεὸς διὰ τοῦ προφήτου; ὁ οὐρανὸς
καὶ ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ οὐκ ἀρκέσουσί σοι, σολομὼν E
λέγει πρὸς τὸν θεὸν, μικρῷ μείζονι πείθων
τοὺς ἀνθρώπους ὁ θεὸς, ὅτι μηδεὶς αὐτοῦ τόπος δε-
κτικὸς. ἡ γὰρ χείρ μου ἔφη, ἐποίησε ταῦτα
» πάντα. οὐ τίνων προέχει τὸ ποίημα τὸν πεποιηκότα, ὃς καὶ πρὸ τούτων ἦν, καὶ τούτοις
παρέχει τὸ εἶναι. καὶ αὐτῇ τῇ δυνάμει τοῦ
πεποιηκότος ὑπισχνίζεται. διό φησι παῦλος,
ἐξ οὗ τὰ

& *Pater in me.* Igitur, in Patre Filium esse, & Patrem in Filio, hoc nihil est aliud, quàm illum qui ex Deo genitus est, naturaliter talem esse, qualis est genitor Pater, eumque ostendere Paternam formam in se, & se vicissim ostendi in Paterna substantia. Vnus igitur & vnus, dualitas, non diuisa est natura, quum sit indeficiens ad suam integritatem. Vniuersa enim plenitudo & integritas Deitatis est, Pater vt Pater: vniuersa item plenitudo Deitatis est, Filius vt Filius, quandoquidem amborum vna forma intelligitur, quæ integre se in vtroque & solide exhibet. Nullus abneget vitam, quæ in mundo apparuit, quæ erat, vt inquit, apud Patrem, & apparuit nobis: etiam ante apparitionem hoc visus est esse, quod apparuit: Genitus quippe est æternaliter, & subsistit cum Patre. Nullus igitur repudians hanc Trinitatem, Vnitatem existimet se inuenire posse, sed in Trinitate, vnum existimet, habens summam Fidei in Baptismate, & tribus signaculis sanctis, per quæ in salutem regeneratus est, memor Apostoli dicentis, *Vnus Deus Pater ille ex quo omnia: & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia.* Memor sit quoque Patris dicentis: *Ex vtero ante Lucifernm genui te.* Item Filij, qui erat ante mundum apud Patrem, atque etiam tum gloriam Dei possidebat, de se testimonium tale perhibentis: *Glorifica me Pater gloria illa, quam habui, antequam mundus existeret, apud te.* Quibus verbis, gloriam quidem secundum hominem postulabat, cum tamen testaretur, se gloriam secundū Deū ante mundum habuisse. Habuit autem gloriā cum esset & existeret: non enim qui non erat, glorificari potuit. Si autem erat, etiam genitus est. Neque enim Filius est nō genitus. Atqui, inquit, si genitus est, extra genitorē existit, & ab eo direptus est. Minimè gentiū. Quinimo indiremptū oportet esse Verbum quod existit in Deo, & extra Deum non apparet Quo.n.in loco foris apparuerit, quum omnia Deus, vt in scripturis est, ad impleat? *Cœlum & terram ego repleo, dicit Dominus.* Istiusmodi præstigiis Filij generationem eiusque à Patre æternum progressum: & cum Patre coëxistētiam subuertere conantur, quum integer per se & solidus sit Pater, integer quoque & solidus sit Filius. Discant igitur se non intelligere, neque quæ dicunt, neq; quæ affirmant, quum Deum in loco circunscribunt, Filiumque denuo alio in loco consistere imaginantur, eosq; sedibus distinctos esse: illum quidem hic, alterum vero alibi: siquidem genitus sit, & seorsum à Patre altrinsecus apparuerit. Quis locus quietis meæ dicit Dominus? Cœlúmne? atqui cœli cœlorum non sufficient tibi, inquit Salomon, ad Deum verba faciens, magno argumento mortales docens, nihil locorum Deitatis esse capax: *Manus*, inquit, *mea fecit hæc omnia*, Non igitur opera intra se continent opificem suum, qui & ante opera existebat, illisque vt existerent, causam præbuit viribusque suis stabiliuit. Atque ideo ait Paulus:

Ex

Ex quo omnia, & per quẽ omnia, & in quo omnia. Ac rursum idem, *In eo enim viuimus, mouemur & existimus*. Aufer iam mihi illud, loco subnixum esse, cũ de Deo, & verbo & Spiritu Sancto cogitandum putes, aufer mihi locales capacitates, neque alibi existere Patrem, aliò vero emitti Filium, ex ratione gignendi suspiceris. Istiusmodi falsæ vel potius impiæ ratiocinationes te in substantia Filij scandalizant, atque ideo, vnà cum Filio Spiritus quoque Sancti tibi abnegationem inducunt, quum omnia à Patre præoccupata existimas. Ne requiras magnitudinem loci tam spaciosam, quæ capere posset Dei magnitudinẽ: non enim id quod immensurabile est, in mensurato contineri poterit. Quoniam palmo suo metitur cælum, vt Propheta per cõparationem insinuat: Mensus est quoq; aquam manu, & vniuersam terrã pugillo. Si igitur minimũ quiddam est hæc vniuersitas rerum, vt prophetica parabola vtcunque subindicat, quomodo igitur pro spaciolo minimæ rei, Deum sese porrigere & circũscribere, suspicati poteris? qui non eodem modulo eum vniuersitate rerum decurrens, adimplet vniuersã: Corporale enim id est, vt si exempli causa dicas, aërẽ impleuisse quicquid inter cælum & terram est. Cæterum, hic non ita agitur: Deus enim vt vis ac potentia cõtinet omnia, eò quod potentia incorporalis & inuisibilis sit, nõ ambiens, nec ambita. Idem de Filio ac Spiritu Sancto existimandum. Quippe per filium & in Spiritu omnia *Deus* & constituit, & amplectẽdo conseruat, Impiũ igitur aut quærere aut cogitare, vbi sit *Deus*: aut quem locum obtineat Verbum: aut Spiritus Sanctus, in quo domicilio claudatur. Si vero quis ideo Filium aut non esse aut nõ genitum esse asseueret, quod locus sit vsque illius substantiæ inexcogitabilis irrepertibilisq; sentiatur, ille idem neque Patrem subsistere dixerit, atque adeo ne semel quidem fuisse *Deum*, eò quòd nusquam illius locus sit aut receptaculum. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Insipiens haud dubie quicunq; sese istiusmodi vanis phantasmatib. frustratur. Stultorum & vecordium ista sunt verba, oculis & loco volentium apprehẽdere id ᾧ incorporale est. Demus igitur iis pusillas aliquot imagines, in rebus incorporalibus sępius obuias, vt quę apud nos sint, & in rerum natura appareãt, si quomodo possimus per ea ad altiora euecti aliqua ratione intelligere incorporalitatẽ illã Patris & Filij & Spiritus S. ne vlterius falso imaginemur eorum loca, aut locales distinctiones trium istorum excogitemus. Incorporalis. n. & spiritualis cùm sit lex, in legis periti præcordiis hæret, & ibidem Prophetæ quoque, nec nõ Euangelia & Apostoli, dictumque est de legisperitis & eruditis in Prophetis, *Habent Mosen & Prophetas*. Et Saluator, eũ qui vetera & noua verba habet in pectore, similem esse ait homini patrifamiliâs, qui profert ex thesauro suo noua & vetera. Recepit autem animus Mosis in se omnem Ægyptiacam sapientiam, & eam sapientiam quæ illi à Deo impertita fuit. Et Daniel susceptis omnibus Chaldæorũ disciplinis capax

ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ δι' ὃ τὰ πάντα, καὶ εἰς ὃν τὰ πάντα. καὶ πάλιν, ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν. ἄνελε δή μοι τὸ ἐν τόπῳ ἐσημασμένον ὅτι διανοῆ περὶ θεοῦ καὶ τοῦ λόγου, καὶ τοῦ πνεύματος, ἄνελε τοὺς χωρισμούς, καὶ μὴ ἀλλαχοῦ τὸν πατέρα ὄντα ἀλλαχόσε τὸν υἱὸν ἐκπέμπειν ἐκ τοῦ γυμνᾶν ὑποπτώσης. οὕτω γὰρ οἱ ψυδεῖς μᾶλλον δὲ καὶ ἄθεοι λογισμοὶ, περὶ τὴν ὕπαρξιν τοῦ υἱοῦ σε σκανδαλίζουσι· σωρεύηνται δέ σοι μετὰ τοῦ υἱοῦ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τοῦ ὑφ' ἑνὸς κατέχεσθαι πάντα τοῦ πατρός. μὴ ζήτει μέγεθος πόσου τοσοῦτον ὃς δυνήσεται χωρῆσαι μέγεθος θεοῦ. οὐ γάρ ἐστι τὰ ἀμέτρητον ὅπῃ τῷ μεμετρημένῳ, ἀλλὰ σπιθαμῇ μὲν αὐτὸς μετρεῖ τὸν οὐρανὸν ὡς ὁ προφήτης σῳζομένως ἐμφαίνει. μεμέτρηκε γὰρ τῷ σπιθαμῇ τὸ ὕδωρ τῇ χειρὶ καὶ τῷ γλουτῷ πᾶσαν δρακί. ὥσθ' ὅτως ἐλάχιστα πάντα ὡς ἡ προφητικὴ σῳζομένως μετρίως σῳζομένως δείκνυσι, πῶς ἂν τῇ μικρᾷ καὶ ἐλάχιστῃ κτίσει συμπαρεκτείνεσθαι δόξειεν; ὁ συμπαρεκτεινόμενος τοῖς πᾶσι, πεπλήρωκε τὰ πάντα θεός. σωματικὸν γὰρ τοῦτο, ὥσπερ εἰ τὸν ἀέρα φαίη πεπληρωκέναι τις τὸν μεταξὺ γῆς καὶ οὐρανοῦ, ἀλλ' ὡς δυνάμις σωέχει τὰ πάντα, δυνάμις γὰρ ἀσώματος, ἀόρατος, ὁ κυκλοῦσα, οὐ κυκλουμένη. τὸ σὺν αὐτῷ δὲ καὶ περὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· διὰ γὰρ υἱοῦ καὶ ἐν πνεύματι τὰ πάντα ὁ θεός, καὶ συνεχήσατο καὶ συνέχων διαφυλάττει· ἀσεβὲς τοίνυν καὶ ζητεῖν καὶ ἐννοεῖν τόπος ποτέ ἐστιν ὁ θεός, ἢ ὁ λόγος τίνα τόπον εἴληχεν, ἢ τὸ πνεῦμα τίνα οἴκησιν ἐκλήρωσατο; εἰ δὲ διὰ τοῦτο τὸν υἱὸν οὐκ εἶναι φῂς οὐδὲ γεγονέναι λέγει, ὅτι τόπος αὐτοῦ τῆς οὐσίας ἀνεπινόητος καὶ ἀνώρατος, ὁ τοιοῦτος ἀναίρεσιν φαίη εἶναι καθάπαξ σὺν ὑπάρχειν θεόν. ἐπεὶ μηδὲ πώς τις εὑρίσκεται θεοῦ. εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ οὐκ ἔστι θεός. ἄφρονες ὡς ἀληθῶς οἱ τοιοῦτοι κεναῖς φαντασίαις ἑαυτοὺς παραλογιζόμενοι. νηπίων καὶ παντὶ πᾶσιν ἀνοήτων τὰ ῥήματα. ὀφθαλμῷ λαμβάνεσθαι τὰ ἀσώματα καὶ τόπῳ βλεπόμενα. δῶμεν δὴ αὐτοῖς βραχείας ὕλας εἰκόνας ἐκ τῶν ἐνδεχομένων ἀσωμάτων ὑλῶν ὑπομνηθέντες πραγμάτων, ἃ δὴ καθ' ἡμᾶς ὄντα καὶ ὑπὸ τὴν κλίσεως φαίνεται, εἴπως δυνηθεῖεν διὰ τούτων ἀναβαίνοντες ἐννοῆσαί πως τὸ ἀσώματον τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· καὶ μηκέτι φαντάζεσθαι τόπους αὐτῶν, μὴ ὡς τοπικὰς διαιρέσεις ἢ τελείαν ὑπόνοιαν, ἀσώματος καὶ πνευματικὸς ὢν ὁ νόμος ἐστὶν ἐν τῇ τοῦ νομοθέτου διανοίᾳ ἐν τῇ αὐτῇ καὶ οἱ προφῆται εὐαγγελιστὰι καὶ ἀπόστολοι, εἰρηται περὶ τῶν νομικῶν καὶ προφητικῶν λόγων, ἔχουσι μωσέα καὶ τοὺς προφήτας. καὶ ὁ σωτὴρ τὰ ἔχοντα παλαιὰ καὶ καινὰ ῥήματα ὑπὸ τοῦ ἑαυτοῦ διανοίας, ἐοικέναι φησὶν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ ὃς ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιά. ἐδέχετο γὰρ ὁ μωϋσέως νοῦς σοφίαν τε πᾶσαν αἰγυπτιακὴν, καὶ τὰ ἐκ τοῦ θεοῦ δοθεῖσαν αὐτῷ καὶ δανιὴλ σύνεσιν πᾶσαν τῶν χαλδαίων

ἐχώρει

ἐχώρει καὶ τὰ ποικίλα τῆς θείας σοφίας νοήματα,
» ὅπερ σημαίνει δι' ἐζεκιὴλ ὁ θεὸς, μὴ σὺ σοφώτερος
» εἶ τοῦ δανιὴλ; πᾶσι γὰρ κρύφιον οὐχ ὑπεδέχθη σοι; ἀ-
» ναρίθμητος δὲ καὶ τοῦ σολομῶνος φρόνησις,
» καὶ τὸ χῦμα τῆς καρδίας αὐτοῦ ὡς ἄμμος ἡ πα-
» ρὰ τὸν θαλασσαν. τὸ δὲ τοσοῦτον πλῆθος τῶν
σοφῶν εἰ μίαν ὁρῶντες δόξαν ἐνθυμείσθωσαν
αὐτὰς οὐκ οὔσας ἐν τόπῳ. πόσος γὰρ ἂν τῶ
μεγέθει γένοιμεν ἄνθρωποι, ἐξήρκεσεν εἰς τ
τοσούτων ὑποδοχὴν, εἰ τόποις μεμερισμένοις τῶν A
θεωρημάτων ἕκαστα εἶχεν; ὅτανοῦν τὰ ἐνταῦθα
πολύμαλλα μὴ δεῆται πλείονων τόπων πλείονα
ὄντα, ἀλλὰ πρὸς τ ἕνα καὶ τ αὐτὸν στρέφηται νοῦν, ἐν-
νοήσωμεν δὲ τὰ ὑπερῆμας καὶ καθ' ἑαυτὰ ὄντα ἀ-
σώματα, τ πατέρα καὶ τ ἑνὸν καὶ τὸ πνεῦμα μὴ τό-
πων δεόμενα, μὴ δὲ τόποις διαιρούμενα, δὲ μὴ δι'
τοῦτο αὐύπαρκτον ἢ τ πατέρα τῆς ἢ τ ἑνὸς τὸ πνεῦ-
μα τὸ ἅγιον ὑποπτεύσαι τολμάτω, ὅτι μηδὲ ἐστὶ
τόπον ἀφορίζειν καὶ καταμένειν ἑκάστῳ, ἀλλ' ἔστι
μὲν ὁ πατὴρ τέλειον ἔχων τὸ εἶναι καὶ ἀνελλιπὲς, ῥί- B
ζα γὰρ πηγὴ δ ὑιοῦ δ πνεύματος. ἔστι δὲ ὁ ὑὸς ὁλό-
κληρος τῇ θεότητι ζῶν λόγος καὶ γνήσιον τοῦ πα-
τρὸς αἴνδεές. πλήρης δὲ καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ ὑιοῦ. οὐ μέρ-
ος ἑτέρου, ἀλλ' ὁλόκληρον ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ ὅτως ἡ
ἁγία τριὰς ἀληθινῶς ἕν ἐστι, σωζῆται μὲν ἀδιαιρέτως,
τὸ γὰρ διορίζον οὐδέν, σωέστι δὲ ἀϊδίως. αἰῶν γὰρ οὐδεὶς
μεταξὺ παρεμπίπτει. μορφὴν δὲ τοφαίνει μίαν
καὶ τὴν αὐτὴν, πατρὸς μὲν ἐν ᾧ θεωρεμένη, ἐν
ᾧ δὲ ἐν πνεύματι δ νοεμένη καὶ μετεχομένη ὑπὸ ἀν-
» θρώπου. ἡμεῖς γάρ φησι, πάντες ἀνακεκαλυμμέ- C
» νῳ προσώπῳ τ δόξαν κυρίου κατοπτριζόμενοι εἰς
» τ αὐτ εἰκόνα μεταμορφούμεθα, ἀπὸ δόξης εἰς δό-
» ξαν, καθάπερ ἀπὸ κυρίου πνεύματος. μὴ τίνων ὡς
ἐνσώματα διαιρετὰ μέρη φανταζώμεθα τρία.
δυσσεβὴς γὰρ ὁ λογισμὸς, ἀλλ' ὁτοῦ ἀσωμάτων
τελείων. ἀδιαίρετον δεχώμεθα σωτηρίαν σωτόντων
ἀλλήλων ἀδιαστάτως, δ τριῶν γε ὄντων ἀληθῶς ὑφε-
στώτων ἓν τὸ εἶδος ἐννοῶμεν, δεχομένη μὲν ἐκ πα-
τρὸς, λαμπὰν δὲ ἐν ᾧ, καὶ φανερόμενον δι' πνεύ-
ματος. δι' τοῦτο δ οἱ τὸ πνεῦμα φορῦντες φορῦσι D
» χριστόν. εἰ γάρ τις, φησὶ, πνεῦμα χριστοῦ οὐκ ἔχει τοῦτός
» ἐστιν αὐτοῦ. εἰ δὲ χριστὸς ἐν ὑμῖν, τ μὲν σῶμα νεκρὸν
διὰ ἁμαρτίαν καὶ τὰ ἐξῆς. δ ὁ ἰωάννης, ἐκ τούτου γι-
» νώσκομεν ὅτι ἐν ἡμῖν ἐστιν ἐκ τοῦ πνεύματος οὗ ἔδωκεν
ἡμῖν. καὶ οὐ μόνα μὴ πνεύματος τὰ σώματα ἡμῶν ὁ
παῦλος ὀνομάζει, χριστὸν δὲ ἐν ἡμῖν εἴρηκε. χριστοῦ δὲ
εἰκόντες εἰς τ ἔσω ἡμῶν ἄνθρωπον καὶ τὸ κεχρα-
μένον, θεός ἐστιν ἐν ἡμῖν κατοικῶν. ἐκ οἴδατε γάρ φη-
σιν, ὅτι ναὸς θεοῦ ἐστε καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑ-
μῖν. ὕτω μοι τὸ τ θεότητος ἀδιαίρετον εὐσεβῶς ἐκ E
τῶν θείων λογίων καταμαθάνε ἐν τρισὶν ἓν εἶδος
κανόνων, ἐκ ἐν τριῶν πνεῦμα σωληθείς. ἐκ ὧ
δὲ καὶ εἰς τὸ τῆς ἐνεργείας θεωρούμενα ἀ-
κούοντες τοῦ ἀποστόλου μυσταγωγοῦντος καὶ φά-
σκοντος, διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσὶ, τὸ δὲ
» αὐτὸ πνεῦμα, καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσι, καὶ
» ὁ αὐτὸς κύριος, καὶ διαιρέσεις ἐνεργειῶν εἰσιν,
ὁ δὲ αὐ-

capax adhuc erat ad varios Diuinæ Sapientiæ intellectus: quòd per Ezechielē indicat Deus, cum ait: *Nunquid sapientior es Daniele? Omne quod occultum est, ostensum est tibi. Innumerabilis Salomonis prudentia, & aceruus copiaq; mentis eius vt arena maris.* Qui igitur tantam vim multitudinemque sapientiarum in vnis præcordiis vident, cogitent, ratiocinenturque eas in loco non existere. Quis enim hominū tantæ vastitatis, vt sufficerit ad tantam rerum multitudinem capiendā, si locis distinctis singula theoremata obseruationesque consisterent? Si igitur spiritualia, quæ hic sunt, quum plura sint numero, non opus habent pluribus locis, sed circa vnam eandemq; mentem versantur, intelligamus, quæso, ea quæ supra nos sunt, & per se incorporalia existūt, Patrem scilicet, Filium & Spiritum S. locis non indigere, neque receptaculis distincta esse, ac ne ob id inexistētem nulliusq; essentiæ aut Patrem aut Filium aut Spiritum S. audeas statuere, eo quod neq; locum definire, neq; singulis locum asscriberē possis. Nam & Pater suum esse ad plenū possidet, & citra vllum defectū radix & fons Filij & Spiritus S. Itidem quoq; Filius est, viuitque in plena integraque Deitate, vt Verbū & germen Patris sui citra vllū defectum. Plenus quoq; filio Spiritus S. non pars alicuius, sed integer per se atque ita verè Trinitas coadunata est sine vllis interuallis. Nihil. n. est quod illos distineat, coexistunt æternaliter, quum nullum æuū intercedat. Formam porro vnam & eandem ex se reddunt, Patre quidē in Filio spectabili, Filio vero & in Spiritu intelligibili, & ab homine in participatū recepto. *Nos enim*, inquit, *omnes reuelata facie, gloriam Domini speculātes, in eandem imaginem transfigurabimur de gloria in gloriam tāquā a Domini Spiritu.* Ne igitur, quasi in corpore tria membra indiuisa imaginemur: impia enim istiusmodi ratiocinatio alienaque ab incorporeis à sua integritate perfecta sunt. Accipiamus igitur indiuisam coexistentiam, inuicem sibi coexistentibus sine vllo interuallo: & tres quum reuerà sint, vnam formam intelligamus, quæ quidem incipit à Patre, sed resplendet in Filio, apparet item & demonstratur in Spiritu S. Quapropter illi qui Spiritum ferunt, Christum quoque ferunt. *Qui. n.* inquit, *Spiritum Christi non habet, ille non est eius. Si vero Christus in nobis, corpus quidem mortuum est propter peccatū*, & cætera quæ deinde sequūtur. Et Ioannes, *Ex hoc cognoscimus quòd ille in nobis est, quoniam ex Spiritu suo dedit nobis.* Et tēpla Spiritus S. corpora nostra Paulus appellat, Christū autē in nobis esse dicit. Christo aūt habitāte in interiore nostro homine, vt scriptum est, Deus in nobis habitat. *An nescitis*, inquit, *templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis?* Cum igitur deitas ita indiuisibilis sit, condisce religiosè ex sacris scripturis, vnā in tribus formam intelligere, non vnam rem ex tribus cōponere. Inseparabilia esse quæ in actionib. spectantur, ex Apostolo mysteriorum interprete audire licet, vbi dicit: *Diuisiones gratiarū sunt, idem autem spiritus: & diuisiones ministeriorum sunt, sed vnus Dominus: & diuisiones operationum,*

verum

verum idem Deus, qui operatur omnia in omnibus: Et in vnam ſummam omnes has gratias colligens, hoc corollariũ addit: *Hæc omnia operatur vnus & idē Spiritus, diuidens ſingulatim vnicuiq; prout vult.* Cum autẽ omnia agantur à Deo per Chriſtum in Spiritu S. indiuiſam conſpicio operationem Patris & Filij & Spiritus S. Cęterũ non ob hoc cõplicans in vnum iſta omnia, ex quo, per quem, in quo, adnitor ex Trinitate, vnitatem facere. Neq; vt hominẽ ex tribus iſtis cõpoſitũ intelligo, ſpiritu, anima, corpore: ita quoq; & Deum compoſitum imaginari licet, quẽadmodum iſti audent facere. Neq; ſub iſtiuſmodi impia opinione, indiuiſibilem prodo: neq; ſi quis dicit, vt Verbum animo cõceptum, aut voce enunciatum à cogitante & loquente, indiuiſibile eſt: ita quoq; in Ratione Patris & Filij & Spiritus ſancti fieri. Partes enim cõfertiles & eius qui mouetur motiones, ad incõpoſitam & inalterabilem naturam, nullã omnino habent cõmunionẽ. Alioqui, quomodo emittit partẽ ſui aut ſuam motionem Pater in mũdum, dum emittit Filium: aut Filius, Spiritum Sanctũ in mundũ? an, quia Filius à Patre emiſſus non eſt? Atqui id contrà, vbiq; teſtimoniis cõprobatur, ipſeq; adeo Paracletum ſe miſſurum pollicetur, & in mittendo promiſſioni ſatisfacit. Cæterũ, illi qui ex Trinitate vnitatem faciũt, adulterare & emiſſionẽ & generationẽ enituntur. Intus. n. aiunt, exiſtẽtem in Patre Filium ſanctificationẽ hominis peragere: hoc eſt, vnũ & ſolum Deum, atq; ita hominẽ emiſſũ eſſe, nõ Deum ex Deo. Quomodo. n. inquiũt, mitti potuit Verbũ, cp non dirimitur, neq; ſegregatur ab eo, cuius eſt Verbum? Sed quis Euangeliſtæ de incarnatione Verbi prædicanti cõtradixerit, vbi ait, *Verbum caro factũ eſt*? aut eidem dicenti, Verbum è cælo deſcendiſſe, fidẽ neget? cum idipſum ſubinde ſaluator clamet: ipſumq; non hominem eſſe Apoſtolus ad Galatas confirmet. Nam tametſi homo ſit eiuſdẽ nobiſcum vocabuli, ſecundus tamẽ homo eſt, nõ qualis prior ille è terra genitus quũ ille fuerit anima viuens: iſte verò Spiritus viuificans. Hæc enim ſunt Diuina & Apoſtolica verba & dogmata. Quin & ipſa opera deitati teſtimoniũ perhibẽt, vt quæ perpetrata ſint Diuinis prorſus & cæleſtibus viribus, quale eſt quum imperat elementis, increpat ſpiritualibus poteſtatibus, membrorumque mutilationes reſtituit, & voluntate morbos ſanat, ſuamq; poteſtatem profitetur, & nõ occultat, mortem delet, vitã & incorruptibilitatẽ illuſtrat, corruptam hominum naturam denuo ædificat, ac mundum renouat ſua ipſius præſentia, nouáq; creatura apparet & prodit per reſurrectionem Chriſti, dum transformatur corpus humilitatis noſtrę in cõformationẽ corporis gloriæ eius, vniuerſaq; creatura liberatur à ſeruitute corruptionis, in libertatẽ gloriæ filiorum Dei. Cæterũ, Patrem non eſſe duntaxat Deum aut dominũ noſtrum Ieſum Chriſtũ, omnes ſacrę ſcripturę teſtantur, quæ Filium Dei adueniſſe prædicãt, & de patre ſuo aſſiduè loquentem oſtendunt,

ὁ δὲ αὐτὸς θεὸς ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσι· Καὶ περιλέξας τὰ χαρίσματα, ἐπιφέρει· πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. ὅταν ὦν τὰ πάντα ἐνεργῆται ὑπὸ τοῦ θεοῦ διὰ χειρῶν ἐν ἁγίῳ πνεύματι, ἀχώριστον ὁρῶ ἐνέργειαν τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἀλλ' ὃ διὰ τοῦτο συμπλέξας τὸ ἐξ οὗ καὶ δι' οὗ καὶ ἐν ᾧ βιάζομαι τὴν τριάδα μονάδα ποιεῖν, οὐδὲ ἄνθρωπον ἐκ τριῶν ὑποστάσεων νοῶν συνίστημι, πνεύματος, ψυχῆς, σώματος, ἕνα καὶ θεὸν, καθάπερ καὶ ἐκεῖνοι τολμῶσιν, οὐδὲ ὑπὸ τῆς αὐτῆς ἀσεβοῦς ὑπονοίας παρίεμαι τὸ ἀχώριστον. οὐδὲ εἰ λέγοι τις ὡς τὸ ἐνδιάθετον λόγον, ἢ τὸν ἐν φωνῇ τοῦ λαλουῦντος καὶ νοουμένου ἀχώριστον, ἕνα ὄντως ὄντα πατρὸς τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα. πόθεν γὰρ τοῦ συνίστασθαι μέρη καὶ τὰ τοῦ κινουμένου κινήματα πρὸς τὴν ὁμοίστασιν καὶ ἀναλλοίωτον φύσιν, οὐδὲ μίαν ἔχει κοινωνίαν. ἐπεὶ καὶ πῶς ἀποστέλλει τὸ μέρος ἢ τὸ κίνημα αὐτοῦ ὁ πατήρ, ἀποστέλλων τὸν υἱόν; ἢ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁ υἱὸς ἐκπέμπων εἰς τὸν κόσμον; ἢ οὐκ ἀπεστάλη μὲν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ὁ υἱός; διαμαρτύρεται πανταχοῦ καὶ ἀποστέλλειν τὸ πνεῦμα τὸ παράκλητον ἐπαγγέλλεται, καὶ δὴ καὶ ἀποστέλλει κατὰ τὸν ὑστερισμόν. ἀλλ' οἱ τὴν τριάδα μονάδα ποιοῦντες, νοθεύειν καὶ τὴν ἀποστολὴν ὥσπερ τὴν γέννησιν ἐπιχειροῦσιν. εἴσω γὰρ ὄντα φασὶ τὸν πατρὸς τὸν υἱόν, ἁγιασμὸν ἀνθρώπου ἐργάζεσθαι, τυπτόντες, αὐτὸν τὸν ἕνα καὶ μόνον θεὸν, ὄντως ἀπεστάλθαι τὸν ἄνθρωπον, ὃ θεὸν παρὰ θεοῦ. πῶς γὰρ ὃ ἀπέσταλται, φασὶν ὁ λόγος μὴ διαιρούμενος μὴ ὢν χωριζόμενος ὃ λόγος ἐστίν; ὅτι μὲν οὖν σαρκωσις τοῦ λόγου κεκήρυκται τοῖς αὐτόπταις τοῦ εὐαγγελίου βοῶντος, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ὅτι καταβέβηκεν ἐξ οὐρανοῦ κεκραγότος αὐτοῦ σωτῆρος ὀχ ἅπαξ. καὶ μὴν ὅτι οὐκ ἄνθρωπος ὁ κύριος ἡμῶν ἰησοῦς χριστὸς, ὁ ἀπόστολος παῦλος πρὸς γαλάτας διαχυρίζεται. ἀλλ' εἰ καὶ ἄνθρωπος ὁμώνυμος ἡμῖν, ὡς ἄνθρωπος, ὡς ἐκεῖνος ὁ πρότερος γηγενὴς, ὁ μὲν ψυχὴ ζῶσα, ὁ δὲ πνεῦμα ζωοποιοῦν, παῖς τις θεία τε καὶ ἀποστολικὰ ῥήματά τε καὶ δόγματα, καὶ τὰ ἔργα τῇ θεότητι μαρτυρεῖ μετ' ἐξουσίας οὐρανίας πραττόμενα, ὅτι κελεύει μὲν στοιχείοις, ἐπιτιμᾷ δὲ πνεύμασι, δυνάμεις δὲ πονηρὰς ἀποκαθίστησι, καὶ θελήματα νόσους ἰᾶται, καὶ λέγει τὴν ἐξουσίαν καὶ οὐκ ἀποκρύπτει, καὶ καταργεῖ δι' αὐτοῦ θάνατον. φωτίζει τὴν ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν, καὶ δημιουργεῖ δεύτερον ἡ φθαρεῖσαν τὴν ἀνθρώπων φύσιν, καὶ κόσμος ἀνακαινίζεται διὰ τὴν παρουσίας αὐτοῦ, καὶ κτίσις ἀναφαίνεται καινὴ διὰ τὴν ἀνάστασιν τοῦ χριστοῦ. μεταμορφούμενον μὲν τοῦ σώματος τὴν ταπείνωσης ἡμῶν εἰς συμμόρφιαν τοῦ σώματος τῆς δόξης αὐτοῦ. τὴν κτίσεως ὅλης ἐλευθερουμένης ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ θεοῦ. Οὗπερ ὁ σαρκωθεὶς κύριος καὶ θεὸς ἡμῶν ἰησοῦς χριστὸς ὁ σωτὴρ οὐκ ἔστιν, ὡσεὶ, ὡς ἐκεῖνοι φασὶν, ὁ μὲν θεὸς, ἅπασαι μαρτυροῦσιν αἱ θεῖαι γρα-

φαὶ, υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν σωματοποιούμενον κηρύττουσαι καὶ πατρὸς ἀεὶ διαλεγόμενον ἀποδεικνύουσαι.

καὶ

ὥδε· πατρὸς ἐληλυθέναι φάσκοντα, & πρὸς πατέρα ἀπέναι, & οὐδὲν δεῖ μηκύνειν ὡδαλιθέμενον μαρτυρίας. πάντα γὰρ ὡς εἰπεῖν τὰ εὐαγγελικὰ καὶ τῶν ἀποστόλων γράφαι εἰς τοῦτο συντείνουσιν. ἄλλας τε ἑλληνικὰς ἡμῖν αὐτιλογίας κινοῦσι καὶ τὰς ἐξ Ἰουδαίων βλασφημίας ὑπὸ φέρουσι χλευάζοντες τὸ μυστήριον τῆς ἀποστολῆς τοῦ λόγου & σαρκώσεως. εἰ γὰρ ἀπεστάλη πω & καταβαίνει, φασὶν, οὐκ ἔστιν ὁ ἀποστείλας, & οὐδὲ τῷ ἄνω μένοντι σώζεσι, μαθέτωσαν δὴ τὸ ἄνω & τὸ ὑψοῦ μὴ σωματικῶς ἀκούειν μόνον, ἀλλὰ δηλοῦσθαι ἡμῖν. ὅτι γὰρ ὑψηλὸς ὑπὲρ πάντα τὰ ἔθνη ὁ κύριος καὶ τὸ, ὑψώσω σε κύριε, & τὸ αἰνετὸς καὶ ὑπερυψούμενος εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀκούεται πρωΐνη καὶ μεσημβρινὴ κύριον ὄντα παρέχουσιν, ἀεὶ τοῦ ἀνθρώπων μετεωριζόμενον τοῦ γεγράφεται θεὸν, ἀεὶ τοῦ τῶν ἄλλων τῶν ὑμνουμένων αὐτὸν, ἀλλὰ τῇ μεγαλοπρεπεῖ τῆς
„ ἀοράτου θεότητος ὕψος καλεῖ καὶ ὁ λέγων, ὁ οὐ-
„ ρανὸς οὐρανῷ τῷ κυρίῳ, τὴν δὲ γῆν ἔδωκε τοῖς
υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, ἀντὶ τῆς οἰκήσεως ἀποκληροῖ τῷ κυρίῳ τὸν οὐρανὸν, ἀνθρώποις δὲ τὴν γῆν, ἀλλὰ τὸν ὑπερέχοντα θεὸν καὶ μεγαλοπρέπειαν ὑπιδείκνυσιν. ὅταν οὖν τὸ μὲν σεμνὸν & μεγαλοπρεπὲς ἐπουράνιον εἶναι λέγηται. τοῦτο δὲ αὖ κειμένως τὸ ταπεινὸν χθόνιόν τε & ὑπὸ γῆς εἶναι λέγεται, καταβάσεις δὲ λέγεσθαι τὸν λόγον ἢ ἐκ τῆς ἀσωμάτου μεγαλοπρεπείας εἰς τὸ πυκνὸν σῶμα τῶν ὅλης ὑπιδόσις, ὑπιδεδώκοτος & ἑαυτὸν εἰς σωματικὴν μόρφωσιν διὰ φιλανθρωπίαν καὶ τὸ τοῦ παντὸς σωτήριον βούλεσθαι ἀπεσταλμένον πεζῇ τοῦτο νοηθήσεται, ὅτι ἁρπαγμὸν οὐκ ἐποιήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβὼν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, τοῦτο μὲν τὸ καταβῆναι, τοῦτο δὲ ἀποσταλῆναι εἰς ἔνδυμα ταπεινότερον τῆς ἀξίας αὐτοῦ. τοῦ βάσις ἡ τῆς ἀνθρωπίνης μορφῆς ἐναμφίασις, κατὰ τὸ βούλημα τοῦ πατρὸς ὑπὲρ πλεμένη. εἰ δὲ ἔπρωκαὶ σώματι ὁ λόγος μὴ συνεγράφεται, οὐκ ἀποστασθήσεται δὲ ἀσωμάτου πατρὸς διὰ τὴν πρὸς σῶμα ἀνάκρασιν, δέξεται γὰρ αὐτὸν τὸ σῶμα βουληθέντα, ὡς πεφυκυῖα σαρκίνη φύσις θεοῦ ὑποδέχεσθαι μένει δὲ οὐδὲν ἔλαττον ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ φύσεως, ἢ καὶ πρὸ τῆς σαρκώσεως. ὥστε ἡ ἐξ οὐρανοῦ καταβάσις οὐκ ἐστὶ μετάβασις ἐξ οὐρανοῦ, οὐδὲ ἡ ἀποστολὴ, χωρισμὸς ἀπὸ τοῦ πέμποντος πα-
τρός.

dũ à Patre se venisse differit, & ad Patrem abire denunciat. Neque opus est vt prolixius adhibeamus testimonia, quum omnia, vt sic dicam, sacra verba & Apostolorum scripturæ ad hoc tendant. Alias item nobis cõtrouersias excitant, & Iudæorum blasphemias inferunt, irridẽtes mysterium emissionis & incarnationis Verbi. Nã si emittitur, inquiunt, & descendit, nõ est cũ eo qui ipsum emittit: neq; ei, qui sursum manet, cohæret. Discant igitur, sursum illuo & in alto esse, non coporaliter duntaxat audiendum, sed noua ratione intelligendum esse. Quoniam illud dictum, quò fertur sublimis super omnes gentes: Et illud item, *Exaltabote Domine*: Rursus & illud, *laudabilis & superexaltatus in secula*, non in loco quopiam & sublimei dominum constituunt, neque Dominum ab hominibus euehi describunt, aut ab aliis qui eum laudibus extollũt, sursum extolli, sed maiestatem inuisibilis Deitatis, sublimitatem vocant. Et is qui dicit, *Cælum cæli Domino, terram autem dedit filijs hominum*, non pro loco domicilij cælum adsortitur Domino, & hominibus terram sed excellentiam Dei magnificentiamque oculis subiicit. Cum igitur maiestas & magnificentia in Deo supercæleste quiddam nominatur: id quod huic contrarium est, humile terreniter dicatur & in terris versari: facillimè comperis descensum Verbi inclinationem esse ex incorporali maiestate, ad vilitatẽ corporis, cùm seipsum dediderit in corporalem speciem humani generis amore. Ne igitur corporales istæ voces, hoc est, descensio & emissio ad insiciendam eius incarnationẽ producantur, quoniam localiter neque descendit Deus, neque emittitur: sed audiant Apostolum id negocij & eiusmodi comparationes metaphorasque explicantem: *Non rapinam arbitratus est, esse æqualem Deo, sed seipsum exhausit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus.* Hoc enim est descendere, hoc est emitti induique in amiculum vilius quàm pro ipsius dignitate. Descensus item humanæ speciei superinductio atque inuectitio est secundum Patris voluntatem instituta. Quòd si loco & corpore verbum non circumscribitur non auelletur ab incorporali Patre ob corporis sui attemperamentum: nam excepit eum volentem corpus, quatenus idonea est humana natura Deum suscipere: manet nihilominus in sua ipsius natura quę ante incarnationem fuit. Quamobrem descensus è cælo non fuit digressio è cælo: neque item emissio è cælo segregatio à Patre.

S. Patris noſtri

ATHANASII
ARCHIEPISCOPI
Alexandrini

Vnum eſſe Chriſtum, Oratio.

DEcet eos qui ſemel reſilierũt à gentili errore, vnum eſſe Chriſtum omnium Deum agnoſcere, nõ autem adhærere creaturis: vel res conditas, aut pro diis habere aut deos facere, ſed potiùs creatorem colere, qui eſt benedictus in ſecula. Itidem quoque faciendum ab illis, qui recedunt à Iudaica incredulitate, Iudæoſque de vecordia & ingratitudine vituperant, & in Dominũ Ieſum Chriſtum Fidem habent, eumque ſentiunt omnibus vndecunque teſtimoniis probari Deum eſſe: iis quoque par eſt vt id agnoſcant, tum ex eius poteſtate, tum ex ſignis diuinorum operum, & potiſſimùm ex imperandi authoritate: neque vt amplius ob ſpeciem externam, ad cõmunem & nudum hominẽ opinione delabantur, néue ſecundum viſibilẽ formam inuiſibilem eius naturam definiãt, ne ob corpus corporeaſque affectiones, merum eum hominem exiſtiment, & vnum noſtri generis, & pro noſtra conditione patibilem. Hæc enim fuere Iudæorum mala: hæc illorum fidem deprædata ſunt, & hoſtes Deo infeſtoſque reddiderunt. Eadem affectant, qui nunc gentili & Iudaico morbo laborant & neutiquã recipiũt aut credunt incorporatũ fuiſſe Deum, ſed potius dum rationibus humanis contentionibuſque & philoſophia ethnica, magna & incomprehenſibilia apprehendere conãtur, quomodo ſcilicet gignatur id quod incorporeum eſt, quomodo procedat, & vbinam ſit qui vbique eſt, & qui omnia continet, & omnia replet, & quomodo extra, & quánam ratione iſtiuſmodi diſputationibus ad infidelitatem abrepti ſunt: & pro natiuitate, facturã: & pro progreſſu, creationem & tranſitum induxerunt: Rurſuſque iidem de incarnatione, quomodo incarnetur, quomodo incorporetur, quomodo cõponatur ad corpus paruum is, qui contineri nequit: quomodo vniatur inconditũ condito: & circumſcripto, id, quod circunſcribi non poteſt: quomodo in parte, magnus ille & immẽſurabilis & impatibilis. Aut enim magnum in paruo locello contractũ eſt: aut quod magnum fuit, paruum eſt factum: aut partem Deitatis, & non totũ recepit: quæ diſſertationes planè ſunt impiæ.

Τῶ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ
ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ
Αλεξανδρείας

Ὅτι εἷς ὁ χριστός.

ΔΕι μὲν τὲς ἅπαξ ἀποπηδήσαντας τῆς ἑλληνικῆς πλάνης, καὶ ἐπιγνόντας τὸ ἕνα καὶ μόνον ἀληθῶς τῶν ἁπάντων θεὸν, μηκέτι προσέχειν τῇ κτίσει παρὰ τὸ κτίσαντα, ὃς ἐστιν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν. ὁμοίως δὴ καὶ τὲς ἰουδαϊκῆς ἀναχωρήσαντας ἀπιστίας καὶ καταγνόντας ἐκείνων ὡς ἀφρόνων καὶ ἀχαρίστων, καὶ πιστεύσαντας εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν, ἐκ πασῶν αὐτὸ θεὸν μαρτυρούμενον πάντοθεν, καὶ ἐπιγινωσκόμενον ἐκ τῆς ἐξουσίας καὶ ἐκ τῶν σημείων καὶ θεικῶν ἔργων, καὶ τῆς κυριακῆς ἐπιταγῆς. μηκέτι καταπίπτειν εἰς κοινὸν καὶ ψιλὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τῆς ἐξωθεν ὄψεως μὴ ἐκ τοῦ ὁρώμενον σχήματος, ἐκ τοῦ ἀόρατον αὐτὸ φύσιν ὁρίζειν. μὴ δὲ ἀπὸ τοῦ σώματος, καὶ τὰ σωματικὰ πάθη ψιλὸν αὐτὸ ἄνθρωπον εἶναι νομίζειν, καὶ ὡς ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς παθητόν. ταῦτα γὰρ λοιπὰ τὰ ἰουδαίων κακά. ταῦτα τοῦ πίστιν ἐκείνων ἀφείλετο καὶ θεομάχους ἀπέδειξε. ταῦτα καὶ νῦν ζηλοῦσί τινες ἑλληνικῶ καὶ ἰουδαϊκῶ ἰότον νοσοῦντες καὶ μὴ σωζόμενοι μὴ δὲ πίστιν ὅλως σωματοῦσθαι θεὸν, ἀλλὰ λογισμοὺς ἀνθρωπίνους καὶ φιλονεικείαν ἑλληνικὴν γνῶναι καὶ καταλαβεῖν μᾶλλον βουλόμενοι τὰ μεγάλα καὶ ἀκατάληπτα, πῶς γίνεται τὰ ἀσώματα· πῶς δὴ καὶ τίθεται, καὶ πῦ ὁ πανταχοῦ ὤν, καὶ πάντα περιέχων καὶ πάντα πληρῶν καὶ ἐκ τοῦ πῶς καὶ ὅπως, εἰς ἀπιστίαν ἐχώρησαν ἀντὶ πληροφορίας, ἐπλάσαντο πίστιν, καὶ ἀντὶ προόδου κτίσιν, καὶ πάροδον κατασκεύασαν. ἔτι πάλιν ἐπὶ τῆς σαρκός· πῶς σαρκοῦται θεὸς, πῶς σωματοῦται, πῶς σωτὴρ τίθεται πρὸς σῶμα βραχὺ ὁ ἀχώρητος· πῶς δὲ ἐνοῦται τὸ ἄκλινες τῷ κλινῷ, καὶ τῷ προσεγγιζομένῳ τὸ ἀπρόσεγγιστον. πῶς ἐκ μέρους ἐκείνου καὶ ἀμέτρητος καὶ ἀμέριστος· ἢ γὰρ τὸ μέγα εἰς μικρὸν συνεστάλη χωρίον, ἢ τὸ μικρὸν γέγονε μέγα, ἢ μέρος τῆς θεότητος καὶ οὐ τὸ πᾶν ὑπεδέξατο, ὅπερ ἐστὶν ἄπειρος.

Ac pro-

ἐχώρησαν ἐκ δὲ πῶς καὶ πόθεν τρόπῳ καὶ πίστει ἀνελήφθη, εἰς ἀπιστίαν καὶ δι' ὅτι, καὶ ἐνοίκησιν αὐτὴ σαρκώσεως καὶ πλάσεως, ἐνέργειαν ἀνθρωπίνην, καὶ αὐτὴ μιᾶς ὑποστάσεως δὲ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δύο ὑποστάσεις καὶ πρόσωπα, καὶ αὐτὴ τῆς ἁγίας τριάδος, τετράδα ἀσεβῶς καὶ παρανόμως φρονήσαντες· ἀσεβῶς μὲν, ὅτι θεῷ συναπτοῦσιν ἄνθρωπον, καὶ δοῦλον συναριθμοῦσι δεσπότῃ, καὶ κτιστὸν πρόσωπον ἀκτίστοις συνταττουσι· παρανόμως δὲ, ὅτι τὴν μίαν ὑπόστασιν, δύο ποιοῦσιν ἐπεισαγοντες τῇ τριάδι πέμπτην ὑπόστασιν, ξένην παντὸς πάσης καὶ ἀλλόφυλον, καὶ πάντων τῶν λογικῶν κτισμάτων τὸ πλεῖστον καὶ ἔσχατον καὶ μικρόν. ἐὰν δὲ ἀκριβῶς πάλιν ἐννοήσῃς καὶ τῷ πράγματι προσέχῃς θελήσῃς, εὑρήσεις αὐτοὺς ἔξω τῆς ἁγίας τριάδος βάλλοντας τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὡς δοῦλον, ὡς ἄνθρωπον ἀπροσκύνητον τὸ προσκυνητόν. προσκυνοῦμεν δὴ μᾶλλον δὲ σέβομεν μετὰ πάντων καὶ ὑποτασσόμενον τῇ ἁγίᾳ τριάδι, ὡς Μάρκελλος καὶ ὁ σαμοσατεὺς Παῦλος παρεξηγοῦνται τὸ θεῖον καὶ ἀποστολικὸν γράμμα εἰς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἕλκοντες ἔννοιαν. ὅταν γάρ φησι, ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα· τότε δὲ αὐτὸς ὁ υἱὸς, τουτέστιν, ὁ ἀναληφθεὶς ἄνθρωπος, ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα, ἵνα ᾖ ὁ θεὸς φησι, ὡς καὶ πρὸ τῆς σαρκώσεως ἐν πᾶσιν ἀσώματος ὤν, καὶ σῶμα μὴ ἔχων, ὁ ἀναληφθεὶς ἄνθρωπος, μετὰ πάντων δὲ τῶν πᾶσι συναριθμουμένων προσιὼν, ὑποτασσόμενος καὶ λατρεύων θεῷ. σκοπήσατε εἰς ὅσην κατέπεσον ἀφροσύνην, οἱ δοκησίσοφοι, εἰς ὅσην μανίαν καὶ ἀπιστίαν ἐχώρησαν, καὶ ὀφείλειν τὰ μὴ ὄντα καὶ πλασθέντα καὶ μυθολογεῖν; ἃ μόνον τῇ πίστει προσελθεῖν οὐκ ἠθέλησαν, ἀλλὰ δὲ ἀπάτας ἑξεύρον, καὶ κακοτεχνίας ἐμηχανήσαντο. ἐπλάσαντο μοιρᾶς δὲ ἀπαιδεύτους ζητήσεις, εἰς πλανὴν πολλῶν δὲ ἀποστασίαν παρανόμων σκοπήσαντες. εἰ γὰρ προσεδόκων τὸ μέλλον, εἰ θεοῦ ἐπιδημίαν καὶ κρίσιν ἐπίστευον, εἰ κόλασιν ἐφοβοῦντο· τῇ πίστει προσήρχοντο, ἀγγελίοις ἐπείθοντο, καὶ ἀποστόλοις ἠκολούθουν μᾶλλον ἢ λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις, χρεὼν γὰρ ἦν τοὺς ἀποστόλους συμφώνως καὶ ἀκολούθως τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τοῦτον ἐν Βηθλεὲμ γεγενῆσθαι ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα, τὸ ὁμοιωθὲν ἀνθρώποις καὶ σταυρωθέντα ὑπὲρ ἀνθρώπων ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, αὐτὸν εἶπον θεὸν, αὐτὸν ἄνθρωπον, αὐτὸν εἶπον υἱὸν θεοῦ, αὐτὸν υἱὸν ἀνθρώπου, αὐτὸν ἐξ οὐρανοῦ, αὐτὸν ἀπὸ γῆς, αὐτὸν ἀπαθῆ, αὐτὸν παθητὸν, ἐκ ἄλλον, ἢ πρόσωπα δύο, οὐχ ὑποστάσεις, ἢ προσκυνήσεις δύο. τίς χρεία ζητεῖν καὶ λοιμαχεῖν; πιστεύειν συμφέρει καὶ σέβειν δὲ προσκυνεῖν σωτήριον. οἶδα αὐτὸν θεὸν ἀληθῶς ἐξ οὐρανοῦ ἀπαθῆ, οἶδα αὐτὸν ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα, ἄνθρωπον ἀπὸ γῆς παθητόν. ἃ ζητῶ πῶς παθητὸς καὶ ἀπαθὴς ὁ αὐτὸς, πῶς θεὸς καὶ πῶς ἄνθρωπος, ἵνα μὴ τὸ πῶς περιεργαζόμενος δὲ τὸν τρόπον ἀναζητῶν, σκοπὸν δὲ προκείμενα ἡμῖν ἀγαθοῦ. πιστεύειν γὰρ πρῶτον χρὴ καὶ δοξάζειν, καὶ δεύτερον ἄνωθεν τὴν σύστασιν αὐτῶν αἰτεῖσθαι, δὲ μὴ

Ac progressi sunt isti ex isto quomodo, & qua ratione, & quali consequentia ad incredulitatem: & inhabitationem, pro incarnatione fabricati sunt: & pro vnitione & compositione Dei cum homine, indolem industriamque humanam: & pro vna subsistētia Domini nostri Iesu Christi, duas subsistētias & duas personas: & pro Sancta Trinitate, quaternitatem inepte simul & impie sentientes: Ineptè quod Deo hominem coæquant: & quæ serua sunt, cum domino in eodem gradu & numero collocant: & conditam personam, cum inconditis personis construunt: Impiè vero, quod vnam subsistentiam peregrinam omnino & alienigenam, & ex omnibus rationalibus creaturis vltimam & extremam & minimam, Trinitati admiscent. Quòd si denuo exacte animaduertas, & rebus ipsis oculos intendere velis, deprehēdes eos extra Trinitatem summouere Dominum nostrum Iesum Christum, vt mācipium, vt hominem inadorabilem, ac potius adorantem, & vna cum cæteris omnib. inseruientem & subiectum Sanctæ Trinitati, vt Marcellus & Paulus Samosatensis, Apostolica scripta, ad suam detorquentes sententiam, interpretātur, qua parte dicit Apostolus, *Cum subiecta ei fuerint omnia, subiicietur quoque & Filius*, aut assumptus homo *subiicietur ei, qui ipsi subiecit omnia*, vt sit Deus, inquit, ita vt ante incarnationē fuit, omnino incorporalis ac prorsus sine corpore. Homoque quondam ab eo assumptus, & tum Diuinitate exutus, cum omnibus ad genua adorabūdus procidet, Deoque subiicietur. En, in quantam stultitiam dilabuntur isti scioli, in quantam vesaniam & infidelitatem proruunt, vt animo concipiant, fingantque quæ non sunt, & fabulas garriant? Non solum autem Fidei sese adiungere noluerunt, sed & dolos commenti sunt, fraudes que instituerunt, fictis ad id stultis & insciti quæstionibus ad vulgi errorē & defectionem. Si enim futura in expectatione habuissent, aut Dei aduentum iudiciumque credidissent, aut pœnam veriti essent, Fidei se adiunxissent, Euangelio obtemperassent, Apostolos sequuti fuissent potius, quàm humanas rationes, Christum, enim, Apostoli proficiscētes, statim prædicauerunt idque vno ore sine dissidio: natum illum scilicet in Bethlehem esse ex semine Dauidis, similemque specie hominibus & crucifixum pro hominibus sub Pontio Pilato, eundemque & Filium Dei, & hominem dixerunt, eundem ex cælo, eundem de terra, eundem impatibilem, eundem passum, & non alium, non duas personas, non duas hypostases, non duas adorationes. Quorsum disceptationes & verborum pugna? Vtilitas ipsa consistit in credendo, colēdo & tacitis adorationibus. Agnosco eum verū è cælo Deum impatibilē, agnosco eundē ex semine Dauidis, quantū ad carnē attinet, hominē è terra patibilē. Non disquiro, cur idē patibilis & impatibilis, aut cur Deus & homo, ne curiosus in inquirēdo cur & quomodo, excidā à bonis, nobis propositis. Primùm enim credere oportet & glorificare, & secundò in sublimi rationem istarum rerum petere,

non humi ex sanguine & carne conquirere, sed ex reuelatione diuina & cælesti: *Beatus enim es Simon Bar Jona, quoniam caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus cælestis. Et tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non preualebunt aduersus eam* Fidelis sermo, & non vacillans promissio, & Ecclesia inuicta res est, etiamsi inferus ipse commoueatur, & si qui in inferno sunt, mundi principes tenebrarum tumultum faciant. Habe fiduciam in eo qui dixit, *Fidite ego vici mundũ*, & passionibus itidem vicit: quãdoquidem huius mundi Dominum patiendo potissimum vicit, & in cruce pendendo mortales seruauit, & moriendo viuificauit. Oculis igitur & auribus cognoscitis eundem simul *Deum* & hominem. Si enim Deus duntaxat fuisset, quomodo passus fuisset? Quomodo denique aut crucifixus aut mortuus, cum alienissima sint ista à Deo? Rursus si homo duntaxat, quomodo passionibus vicisset, seruasset, viuificasset? Hæc supra hominem erant. Atqui idem & patitur, & seruat, & per ipsam passionem victoriã parat, idem Deus, idem homo, idẽ vtrũque simul, vt vnum quiddam, & singulum vt solum. Sed dixerit quispiam ex sapientiorib. & ferocioribus, vt eximius disputator in medium prodiens: Pars igitur Verbi, corpus est, vt quod absoluat substãtiam Filij, vt sit vnus Filius Dei ex ambobus compositus, imperfectus in se, & corporis additamento ad perfectitudinem sui indigens, alioqui quomodo vnus, aut quomodo vna hypostasis aut vna persona? Quinimò in diuersum, si vna hypostasis Verbi & carnis, quomodo ea haberi possit Filius Dei? Caro enim eiusdẽ substantiæ erit cum *Deo*, quod nefarium dictu est. Quòd si concedas, sequetur ex ista concessione, ne Verbum quidem futurum esse eiusdem substantiæ cum Deo, quod planè absurdum est. Verbum enim per se integrum est, & consubstantiale, propriámq; sibi hypostasim habet, nullíusq; supplementi indiget. Cæterum, qui ista loquuntur, suam ipsorũ mentem sententiamq; aperiunt, quod duas hypostases siue personas in Christo cõstituant, & aduersum eos calumniis vtantur, & vndecũq; satagant nostros sermones ad aliquid absurdi detorquere, quasi corpus diceremus aliquid conferre ad absoluendam verbi essentiã, aut illud esse eiusdem cum Deo substantiæ, aut non alienum externumq; omnib. modis à persona Filij, quæ tamen ipsorum verba sunt: aliam hypostasim carnis siue assumpti hominis (vt ipsi aiunt) introducentes aliã rursum Dei assumentis, aliámq; item personam Filij Dei, & aliã personam Filij hominis ex semine Dauidis secundum carnem oriundi, adeo, vt neque Filius Dei sit Filius hominis, quum sit diuersus à Dauidis natura: neque is qui secundum carnem genitus est, sit Filius *Dei*, quum sit diuersus à natura Dei. Nos autem fratres vnum & eundẽ illum Deum esse dicimus, in hoc sequentes Apostolos & Prophetas: ac potius Euangelistæ credimus, quàm vt turbidi incertiq; salutis sapientiæ gentilium, humanisq; orationibus adhærescamus, vnum illum eundemq; Deum cõfitentes,

καὶ μὴ κάτωθεν παύτῳ περίζεσθαι ἐξ αἵματος καὶ
σαρκὸς, ἀλλ' ἐξ ἀποκαλύψεως θείας καὶ ἀνάνεω,
μακάριος γὰρ εἶ Σίμων Βαριωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷ-
μα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐ-
ρανοῖς, καὶ σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ
οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ἅδου οὐ
καταισχύσουσιν αὐτῆς, πιστὸς ὁ λόγος καὶ ἀσάλευτος
ἡ ὑπόσχεσις, καὶ ἡ ἐκκλησία ἀήττητος, κἂν ὁ ἅδης
αὐτὴν κινηθῇ, κἂν οἱ ἐν αὐτῷ κοσμοκράτορες τοῦ
σκότους. θαρσεῖτε τῷ εἰρηκότι, θαρσεῖτε ἐγὼ νε-
νίκηκα τὸν κόσμον, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ὁμοίως νε-
νίκηκα. ἐπειδὴ καὶ ὁ ταῦτα δεσπότης παθὼν μᾶλ-
λον ἐνίκα, καὶ σωτήριον ἔσωζε, καὶ ἀποθνήσκων
ἐζωοποίει. ὁρᾶς καὶ ἀκούεις τὸ αὐτὸν αἷμα θεὸν καὶ ἄν-
θρωπον. εἰ γὰρ θεὸς μόνον ἦν, πῶς ἔπεσχε, πῶς
ἐσωτήριε καὶ ἀπέθνησκεν; ἄλλο τέλμα γὰρ ταῦτα
θεῖα, καὶ τὸ ἄνθρωπον μόνον, πῶς ἂν πάθος ἐνί-
κα, ἔσωζεν, ἐζωοποίει; ταῦθ' ὑπὲρ ἄνθρωπον ἦν,
ὁ δὲ αὐτὸς καὶ πάσχει καὶ σώζει, καὶ ἂν πάθους ἐνί-
κα. ὁ αὐτὸς θεὸς, ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος. τὸ σωαμ-
φότερον ὡς ἓν, ἐκάτερον, ὡς μόνον. ἀλλ' ἴσως ἐρεῖς
τῶν σοφῶν καὶ γλυκαίων παρελθὼν ἐν μέσῳ ἀκριβὴς
ζητητής. μέρος οὖν τοῦ λόγου τὸ σῶμα συμπλη-
ρωτικὸν τῆς τοῦ ἑνὸς ὑποστάσεως, ἵνα ᾖ εἷς ὁ υἱὸς τοῦ
θεοῦ ἐξ ἀμφοτέρων συγκείμενος, καὶ ἀπλοῦς ὢν
καθ' ἑαυτὸν καὶ τῷ σώματι εἰς πλείωσιν προσ-
δεόμενος, ἐπεὶ, πῶς εἷς; ἢ πῶς μία ὑπόστασις
ἐν προσώπων; ἐπεὶ πάλιν, εἰ μία ὑπόστασις τοῦ
λόγου καὶ τῆς σαρκὸς, πῶς υἱὸς αὖ τὴ τοῦ θεοῦ; ὁ-
μοίσει ἄρα ἔσται καὶ ἡ σὰρξ τῷ θεῷ. ὅπερ ἐστὶν
ἀσεβές. εἰ γὰρ τοῦτο, οὐδὲ ὁ λόγος υἱὸς ἔσται ὁμοίσιος
τοῦ θεοῦ, ὅπερ ἐστὶν ἄτοπον. ὁ λόγος γὰρ τέλειος καὶ
ὁμοίσιος, καὶ ἰδίαν καθ' ἑαυτὸν ἔχων ὑπόστασιν
ἀεὶ, καὶ μηδενὸς προσδεόμενος. οἱ ταῦτα κατηγο-
ροῦντες τῶν ἑαυτῶν γνώμῃ φανεραὶ καθιστῶσιν,
ὅτι δύο ὑποστάσεις τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ
ἡμᾶς συκοφαντοῦσι, καὶ πειρῶνται ἅμα παιζαχό-
θεο εἰς ἓν τῶν ἀτόπων βλασφημεῖν τοὺς ἡμετέρους
λόγους. συμπληρωτικὸν εἶπεῖν τὴν ὑποστάσεως τὸν λό-
γον τὸ σῶμα, ἢ ὁμοίσιον τῷ θεῷ, ἢ ξένον καὶ ἀλλό-
τριον παντὶ παντὸς τῆς ὑποστάσεως τοῦ υἱοῦ ὅπερ αὐ-
τοὶ λέγουσιν, ἄλλῳ ὑποστάσιν εἰσάγοντες τὸν σαρ-
κός. ἤτοι τὸν ἀναλήφθεντος αἰθρώπου ὡς αὐτοί φα-
σι, καὶ ἄλλῳ τὸν ἀναλαβόντα θεὸν, ἄλλο πρόσω-
πον τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, καὶ ἄλλο πρόσωπον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀν-
θρώπου τοῦ ἐκ σπέρματος δαβὶδ κατὰ σάρκα.
ὥστε μήτε τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ εἶναι υἱὸν ἀνθρώπου ἐπι-
ρούσιον ὄντα τοῦ δαβὶδ, μήτε τὸν κατὰ σάρκα γε-
νηθέντα εἶναι υἱὸν τοῦ θεοῦ, ἐπιρούσιον ὄντα τοῦ θεοῦ.
ἡμᾶς δὲ ἕνα τὸν αὐτὸν λέγομεν θεὸν, ἀδελφοὶ,
προφήτας καὶ ἀποστόλους πρόμενοι, καὶ τῷ εὐ-
αγγελίῳ πιστεύοντες μᾶλλον ἢ σοφίᾳ ἑλληνικῇ
προσέχοντες, καὶ λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις παραπό-
μενοι, καὶ πρὸς τῆς ἰδίας ἀφελούμενοι σωτη-
ρίας θεὸν ἕνα, ὁμολογοῦμεν τὸ σωαμφότερον.

μίαν

vnam

μίαν ὑποστασιν καὶ ἓν πρόσωπον, ἀχ ἵνα συμπληρωτικὸν τῆς ὑποστάσεως τὸ σῶμα γένηται, ἀστεῖος γὰρ, ἐπειδὴ τέλειον τὸ θεῖον, οὐκ ἐπιδεκτικὸν ἐλαττώσεως, ἀπλοῦν καὶ μονοειδὲς καὶ ἀσύνθετον, εἰς μέρη δὲ διαιρεῖται, τὸ πῇ στι καθὸ θεὸς λόγος ἐστὶ καὶ μονοειδὴς, εἰς διαφορὰν μελῶν καὶ πραγμάτων ἐπίπλοκὴν, τὸ σῶμα εἴη εἴτε ἀσώματα. ὁ λόγος γὰρ ἐστὶ τέλειος καὶ δι' ὅλα ἀσώματος. ἐγὼ θεὸς γέγονε σαρκωθεὶς ἢ ὅλως υἱὸς θεοῦ ἀνθρώπινον σῶμα λαβὼν, ἢ δὲ κύριος τῆς δόξης τὸν τοῦ δούλου μορφὴν φορέσας; ἀλλ' ἄνθρωπος καὶ υἱὸς ἀνθρώπου ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, καὶ δοῦλος καὶ τὸν μορφὴν ὁ τῇ φύσει κύριος. ἢ τὸ σῶμα οὐ συμπληρωτικὸν γέγονε τῆς θείας ὑποστάσεως, ἀλλ' ὁ ἀληθῶς τέλειος, τὰ ἀτελὲς ἐπλήρωσεν. ὁ ἀπροσδεὴς τῇ προσδεομένῃ σωθῆναι καὶ σωλωθῆναι σαρκί, ὁ μηδενὸς χρείαν ἔχων ἑαυτὸν ἔδωκε τῷ χρείαν ἔχοντι σώματι. ἢ δεὶς γὰρ τῶν εὖ φρονούντων ἢ νοεῖν ὅλως ἐνοεῖν δυνάμενος εἴποι ἂν ὅτι ὥσπερ ὁ λόγος τέλειος ὢν καὶ ἀνυπόστατος, ἀπροσδεὴς τὸ σαρκὸς, ἵνα θεὸς τέλειος γένηται· ὅτως ἢ δὲ τὸ σῶμα τοῦ λόγου ἔζητησεν, ἵνα τέλειος ἐνυπόστατος ἄνθρωπος γένηται, ἀλλ' ἐρημίας τοῦ σωτῆρος ἐδεόμεθα. ἐρημίας ἐλεύθερωτὲ, ἀφαιρέσεως τὸ ὀπτὴ γενομένης ἁμαρτίας, ἀνακαινοῦντος ἡμᾶς ἐκ τοῦ κακώσεως καὶ πὸ τούτης ἀφαιροῦντος δεινά. οὐθὺς οὖν ἀπὸ γενέσεως ἡ καινότης ἐδείκνυτο, καὶ τὸ ἐρήμιον τοῦ γεγονημένου διὰ τὸ γενήσεως ἐξεφαίνετο, ἀ καὶ γένησιν αὐθρώπου παλαιοῦ ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς εἶχε τὸν γένησιν. καὶ γὰρ ἀδυνάτον ἄνευ ἀνδρὸς κυῆσαι γυναῖκα. ὅπου τὸν ἰσίαν τῶν γενωμένων ἐν τοῖς παρᾶσι καταβάλλει ὁ θεὸς, ὡς καὶ τὸ λοὶ φησὶν ἡ γραφὴ ἐν τῇ ὀσφύϊ τοῦ πατρὸς εἶναι Λ᾽βραάμ. ὁ δὲ λυτρωτὴς οὐ τοῦ Α᾽δὰμ τὸ εἶναι λαβὼν, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἀδὰμ τὸ ἀχῆμα προσλαβὼν, τὸν σάρκα λέγω τὸν μετὰ ψυχῆς ἀνθρωπίνης καὶ γενόμενος ἄνθρωπος κατὰ τὸ ὁρατὸν, εἰσήγαγε εἰς τὸν κόσμον τὸν καινότητα κατὰ τὸ ἀόρατον καθ' ἣν οὐχ ὁρᾶται δυνάτε. ὁ τυραννὶς, διαβόλε, ἀλλὰ κοινωνία μὲν τοῦ λόγου πρὸς τὰς θνητοὺς καὶ τυραννουμένους, διαφορὰ δὲ πολλὴ κατὰ τὸ ἀδύνατον, κατὰ τὸ ἐλεύθερον καὶ ἀτυράννητον. ἐθαύμαζε καὶ ἡ παρθένος μείζα διαγγελισθεῖσα τὸν γένησιν τοῦ σωτῆρος τὸν ἐξ αὐτῆς. πῶς γὰρ ,, ἔσται μοι τοῦτο, φησὶν, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; διηγγελίσθη δὲ θείαν οὐσίαν τοῦ γενηθέντος ἐξ αὐτῆς ἐν μορφώσει σαρκίνῃ· καὶ ἰδοὺ ἐρήμιον τὸ δῶρον, καὶ γήινον τὸ βλάστημα, ἰδοὺ εἰρηνοποίησις τῆς γῆς, καὶ πρὸς οὐρανοὺς ὁμοίωσις, κατὰ τὸν τῶν ἀγγέλων χαρὰν τῶν βοώντων δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ, καὶ ὅπῃ γῆς εἰρήνη. χαίροντες οὖν ὅπῃ τῇ χριστοῦ γενήσει οὐκ ἀνθρωπίνῳ χαρᾷ χαίροντες οἷον ὅπῃ γενομένῳ παιδίῳ χαίρουσιν ἄνθρωποι καὶ γενέσιον ὅπῃ τελοῦσιν ἑορτὸν, ἀλλὰ

vnam hypostasim, & vnam personam, non vt complementum aliquod ad integritatem hypostaseos conferat corpus: id enim prorsus impium, quum diuinitas, per se integra & perfecta, incapax omnis defectionis, simplex, vniformis & incomposita, in partes non distinguatur: hoc est, quatenus Verbum Deus est, & vniforme, in diuersitatem membrorum, aut rerum, siue eæ corporeæ sint, siue incorporeæ, non cadit. Verbum enim res absoluta est, & penitus incorporalis: non enim *Deus* ita incarnatus est, vt caro fieret: neq; Filius Dei ita humanum corpus sumpsit, vt in hominem mutaretur: neque Dominus gloriæ, serui formam gestauit, vt seruus redderetur, sed homo & Filius hominis est ille, qui est Filius Dei, idemque seruus specie tenus, qui est Dominus natura. Non corpus igitur vim habuit absoluendæ diuinæ hypostaseos, sed ille qui verè integer perfectusq; est, id, quod imperfectũ erat, absoluit, & qui nullius indigus erat, coniunctus est & coad vnitus cum carne: & qui nullius rei necessitatem sentit, dedidit se corpori necessariis indigenti. Nullus enim eorum qui recte sapiunt, aut quisquis sobrius est, aut mente non destituitur, de ea re dubius esse potest, quòd, quemadmodum Verbum perfectum est, & sua hypostasi absolutum, neutiquã opus habuit carne, vt Deus perfectus esset: ita neque corpus Verbo indiguit, vt integrum pro su hypostasi fieret, sed cælesti Saluatore indigebamus, cælesti vindice peccatorum, & instauratore nostræ miseriæ, cæterarumque quæ inde proueniunt, calamitatum. Statim igitur ab ipso natali, renouatio se ostendebat, & diuina natura geniti ipsa ratione nascendi apparebat: quippe, qui non secundum antiqui hominis natiuitatẽ ex viro & muliere procreatus sit, quũ alioqui impossibile sit fœminã sine opera virili grauidã reddi. Atque ideo Deus nascentium conditionem in patribus sitã fundatámque esse voluit, quẽadmodum à Scriptura narratur Leui in Patris sui Abrahæ lumbis fuisse. Cæterum, vindex iste vim existendi non ab Adam capiens, sed formã ex Adam assumens, carnem dico, quæ cum anima humana cõiuncta fuit, homóque factus secundum visibilitatem, introduxit in mundum, nouitatem secundum inuisibilitatem, contra quam neque vim suam mors, neque tynannidem suam diabolus retinere potuit, eóque commertio Verbi cum mortalibus tyrannide oppressis, ingens discrimen illatum est humanis rebus, eò quòd inde asserti sint in libertatem, vindicatique à tyrannide: quin ipsa Virgo nuncio tam læto accepto, admirata est istam procreandi *Saluatoris* rationem, *Quomodo fiet*, inquit, *quoniam virum non cognosco?* quo tempore illi indicatum fuit, diuinum hunc esse nascendi modum sub specie carnea. Erat quidem cæleste donum, sed germen terrestre, vnde pacificatio terræ emersit, & cum cælis similitudo quædam prodiit, prout gaudium Angelorum clamantium præ se ferebat, *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax.* Læti igitur de natiuitate Christi, non humana aliqua hilaritate, qualis est eorum hilaritas, quibus soboles est genita, & natalitium epulum celebratur,

sed de præsentia Christi, de diuini iubaris illustratione gaudeamus, vtpote, quibus nihil iam commercij futurum est cum captiuitate, sed participes futuri sumus redemptionis secundum Apostolū. Quis igitur in istis rebus vsus? aut quid sibi Christus voluit ex ista diuiniore quàm pro hominum natura, nascendi ratione? aut ex isto genere educationis, quæ nostram conditionem transcendit? Forma ea quę carne constabat, in aqua baptizatur vnà cum Iudæis: Ioannesque baptizator est: fluuius, qui diuinum corpus abluit, Iordanis est: & qui è cœlo descendit, spiritus est: & super quem descendit, purum & incontaminatum Christi corpus est, vnde in nos quoque dimanat purificatio, vt & nos eum sequamur, implentes omnem iustitiam, purgati in ipso Domino nostro, cui sit gloria: Amen.

ἀλλ' ἐπὶ φανείᾳ χριστοῦ χαίρωμεν, καὶ φωτὸς ἐπιλάμψει γηθῶμεν, καὶ τοιοῦτον ἔχοντες τὸ αἰχμαλωσίας ἀλλοτριωτικὸν κοινωνὸν τὸν ἀπόστολον. τί γὰρ ἐπὶ τούτοις ἡ χρῆσις; καθὼς γεγραμμένος φησὶ πρὸν ἢ κύριος ἄνθρωπος γένηται θεὸς ἦν καθ' ἡμᾶς χρεία. τὸ μὲν ἐν σχήματι κυρίου σαρκικὸν ἐν ὕδατι βαπτίζεται μὴ ἰουδαίων, Ἰωάννης ὁ βαπτίζων Ἰορδάνης ὁ ποταμὸς ἰουδαίων ὁ λούων σῶμα τὸ θεῖον, καὶ πνεῦμα θεοῦ ἐξ οὐρανοῦ εἰς τὸ καθαρὸν σῶμα τὸ χριστοῦ, ἐξ οὗ καὶ εἰς ἡμᾶς διαβαίνει καθ' ὁμοίωσιν ἡ κάθαρσις, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἀκολουθήσωμεν αὐτῷ πληροῦντες πᾶσαν δικαιοσύνην καθαιρόμενοι ἐν αὐτῷ τῷ κυρίῳ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν.

S. Patris nostri

ATHANASII
ARCHIEPISCOPI
Alexandrini

Ad Serapionem fratrem & collegam Epistola.

Athanasius Serapioni fratri & Collegæ in Domino Salutem.

LEgi literas tuæ reuerentiæ, quib. adhortaris, vt tibi scriberem ea quæ contra me hoc tempore acta sunt: & de impiissima hæresi Arianorum, causa, authoreque earum rerum quas patimur, & quo fine Arius vitam clauserit. Ex tribus istis postulationibus, duo quidem libenter feci, misique tuæ pietati ea, quæ ad monachos scripsi. Inde enim tum nostra aduersa, tum res hæreseos cognoscere poteris De tertio autem capite, nimirum de morte Arij, multa mecum perpendi, metuens ne si id agerem, hominis morti insultare viderer, veruntamen quia disputatio apud vos de hæresi habita in hanc quæstionem desiit, An communione celebrata cum Ecclesia, diem suum obierit Arius, vt quæstio de eius morte dissoluatur, dicam quod res est, in pari numero collocans, & rem gestam indicare, & contentiosos compescere. Persuadeo enim mihi, cognito mortis eius miraculo, non ausuros esse, qui prius dubij erant, rem denuo in dubium vocare, sitne Ariana hæresis Deo odiosa, an non? Ego quidem non aderam, quum ille vitâ defunctus est. Aderat autem Macarius presbyter, & ex eius relatu didici. Accersitus autem erat ab Imperatore Constantino Arius opera & studio Eusebianorum, quem ingredientem Imperator interrogauit, an fidē Catholicę Ecclesię seruaret. Ille autem se recte credere iureiurādo affirmauit, suppressis iis, ob quæ de Ecclesia reiectus erat per Alexādrum Pontificem, adductis in speciem verbis Scripturæ.

Τῶ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ
ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ
Ἀλεξανδρείας

Πρὸς σεραπίωνα τὸν ἀδελφὸν, ἐπιστολή.

Ἀθανάσιος σεραπίωνι ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΕΥτυχὲς τοῖς ἀφ' ἡμῶν ἐστὶ τὰς παρὰ σοῦ εὐλαβείας γράφεσιν, ἐν οἷς παρακέκληκας ἡμᾶς, ἅπερ καθ' ἡμῶν εἰπὼν γεγραμμένα δηλώσαι σοί, καὶ περὶ τῆς ἀσεβοῦς αἱρέσεως τῶν Ἀρειανῶν, δι' ὧν καὶ ταῦτα πεποιήκαμεν, καὶ ὁποῖον ἔσχε τὸ τέλος τοῦ βίου Ἄρειος. τριῶν τοίνυν ὄντων τῶν ἐπιταγμάτων, τὰ μὲν δύο, προθύμως ἐποίησα, καὶ ἀπέστειλα τῇ σῇ θεοσεβείᾳ, ἅπερ ἔγραψα τοῖς μοναχοῖς. ἐκ γὰρ τούτων, τά, τε καθ' ἡμᾶς καὶ τὰ κατὰ τὴν αἵρεσιν δύνασαι μαθεῖν. τὸ δὲ ἕτερον, φρικὶ δὴ περὶ τοῦ θανάτου, πολλὰ μὲν ἐλογισάμην εὐλαβούμενον, μὴ ὡς ἐπεμβαίνοντά μοι τῷ θανάτῳ τοῦ ἀνθρώπου λογίσῃ. ὅμως δὲ ἐπεὶ διαλέξεως γενομένης παρ' ὑμῖν περὶ τῆς αἱρέσεως, εἰς τοῦτο τὸ τέλος ἔληξεν ἡ ζήτησις εἰς κοινωνίαν τῆς ἐκκλησίας Ἄρειος ἐπολεύτησε, διὰ τοῦτο ὡς διαλυομένης τῆς ζητήσεως, ἐκ τοῦ θανάτου διηγήματος αἰσχύνομαι δηλῶσαι ἐπαοίδασι. ἴσον ἡγοῦμαι τὸ σημαίνειν τοῦτο, καὶ τὸ σαίνειν λοιπὸν τοὺς φιλονεικοῦντας. ἡγοῦμαι γὰρ ὅτι γνωσθέντος τοῦ περὶ τοῦ θανάτου γεγονότος, μηκέτι μηδὲ αὐτοὺς τοὺς ἑτέρου ζητήσαι θαρρῆσαι τολμᾶν ἀμφιβάλλειν ὡς θεοσυγὴς ἐστὶν ἡ ἀρειανὴ αἵρεσις, ἐγὼ μὲν οὐ παρήμην ἐν κωνσταντινουπόλει ὅτε ἐτελεύτησεν ἐκεῖνος, μακάριος δὲ ὁ πρεσβύτερος παρὼν ἀκούσας ἐκεῖνα λέγοντος ἤκουσε. ἐκάλεσε μὲν γὰρ κωνσταντῖνος, τοῦ βασιλέως ἄρχοντος ἐκ πατρίδος τὸν Ἄρειον εἰσελθόντα δὲ τὸν ἄρχοντα αἱρέσεως, εἰ τὴν πίστιν τὴν καθολικῆς ἐκκλησίας ἔχοι. αὐτὸς ὤμοσε πιστεύειν ὀρθῶς. καὶ ἔγγραφον ὑπέδωκε πίστεως κρύψας μὲν ἐφ' οἷς ἐξεβλήθη τῆς ἐκκλησίας παρὰ ἀλεξάνδρου τοῦ ἐπισκόπου· ἐπικεκρυμμένος δὲ τὰς ἀπὸ τῶν γεγραφῶν λέξεις·

ὁμόσας

ἐμόσαντα πίνιω αὐτὸν μὴ πεφρονηκέναι ἐφ' οἷς ἐξέβαλεν ἀλέξανδρος αὐτὸν, ἀπέλυσεν εἰρηκώς. εἰ ὀρθή σε ἐστὶν ἡ πίστις καλῶς ὤμοσας. εἰ δ' ἀσεβὴς ἐστιν ἡ πίστις σε ἃ ὤμοσας, ὁ θεὸς σὲ κρίναι τὰ κατὰ σέ. οὕτω δὴ οὖν αὐτὸν ἐξελθόντα ἀπὸ τὸ βασιλέως, ἠθέλησαν εἰσαγαγεῖν εἰς τὴν ἐκκλησίαν οἱ περὶ Εὐσέβιον, τὴν σωθεῖσαν ἑαυτῶν βίᾳ. ἀλλ' ὁ τῆς κώνσταντινοπόλεως ἐπίσκοπος ὁ μακάριος ἀλέξανδρος αὐτὸν ἔλεγε, φάσκων μὴ δεῖν εἰς κοινωνίαν ἐρχθῆναι τὸν τῆς αἱρέσεως εὑρετήν. καὶ λοιπὸν οἱ περὶ Εὐσέβιον ἠπείλησαν. ὅτι ὥσπερ μὴ θελόντων ὑμῶν ἐποιήσαμεν αὐτὸν κληθῆναι ἀπὸ βασιλέως, ἔτως αὔριον κἂν μὴ κατὰ γνώμην σοι τυγχάνῃ, σὺν αχθήσεται ἄρει ὁ μετ' ἡμῶν, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ταύτῃ. σάββατον γάρ ἐστιν ὅτι ταῦτα ἔλεγον. ὁ πίνιος ἐπίσκοπος ἀλέξανδρος ἀκούσας ταῦτα, καὶ πάνυ λυπηθείς, εἰσελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τὰς χεῖρας ἐκτείνας πρὸς τὸν θεὸν, ἀπωδύρετο, καὶ ῥίψας αὐτὸν ἐπὶ πρόσωπον ἐν τῷ ἱερατείῳ, κείμενος ἐπὶ ἐδάφους, ἠύχετο, παρὰ μὲν ἐμοῦ καὶ μακαρίου ἐχόμενος σὺν αὐτῷ, ἐξακούσας τῆς φωνῆς αὐτοῦ. παρεκάλει δὲ δύο ταῦτα λέγων· εἰ ἄρα σὺν ἐμοὶ σὺν αὐτῷ σώζεται, ἀπόλυσον ἐμὲ τὸν ὄλον σε. καὶ μὴ σωθῆναι πλέσῃς Εὐσεβῆ μετ' ἀσεβοῦς. εἰ δὲ φείδῃ τῆς ἐκκλησίας σου, οἶδα δὲ ὅτι φείδῃ, ἔπιδε ἐπὶ τὰ ῥήματα τῶν περὶ Εὐσέβιον. καὶ μὴ δῶς εἰς ἀφανισμὸν καὶ ὄνειδος τὴν κληρονομίαν σου, καὶ ἆρον ἄρειον, ἵνα μὴ εἰσελθόντος αὐτοῦ εἰς τὴν ἐκκλησίαν δόξῃ ἡ αἵρεσις σὺν εἰσέρχεσθαι αὐτῷ καὶ λοιπὸν ἡ ἀσέβεια ὡς εὐσέβεια νομισθῇ. ταῦτα δὲ ἀξιάμενος ὁ ἐπίσκοπος, ἀνεχώρησε πάνυ φροντίζων. καὶ γέγονέ τι θαυμαστὸν καὶ παράδοξον, τὸ γὰρ περὶ Εὐσέβιον ἀπληστότατον, ὁ μὲν ἐπίσκοπος ἠύξατο, ὁ δὲ ἄρειος ἐθάρρει τοῖς περὶ εὐσέβιον, πολλά τε φλυαρῶν, εἰσῆλθεν εἰς θάκας ὡς λύσει χρείαν τὸ γαστρός, καὶ ἐξαίφνης κατὰ τὸ γεγραμμένον πεσὼν ἠμέσθη ἐλάκισε μέσος, καὶ πεσὼν εὐθὺς ἀπέψυξεν. ἀμφοτέρων τε τῆς τε κοινωνίας καὶ τὸ ζῆν ἐστερήθη. τὸ μὲν οὖν τέλος δεῖξαι πιστὸν γέγονε. καὶ οἱ περὶ εὐσέβιον μεγάλως αἰσχυνθέντες, ἐθαύμασαν τὸ σωμότιον ἑαυτῶν. ὁ δὲ μακάριος ἀλέξανδρος χαίρων τῇ ἐκκλησίᾳ τὴν σωτηρίαν ἐπετέλεσε σὺν εὐσεβείᾳ καὶ ὀρθοδοξίᾳ πᾶσι τοῖς ἀδελφοῖς εὐχόμενος, καὶ δοξάζων μεγάλως τὸν θεόν. οὐχ ὡς ἐπιχαίρων τῷ θανάτῳ, μὴ γένοιτο, πᾶσι γὰρ ἐπόκειται τοῖς ἄπαξ ἀποθανεῖν· ἀλλ' ὅτι τοῦτο ὑπὲρ πᾶσαν ἀνθρώπων κρίσεις ἐδείχθη. αὐτὸς γὰρ ὁ κύριος δικάσας τῆς ἀπειλαῖς τῶν περὶ εὐσέβιον, καὶ τῇ εὐχῇ ἀλεξάνδρου, κατέκρινε τὴν αἱρεσιν αὐτῶν, δείξας αὐτὴν ἀνάξιον οὖσαν τῆς ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας. καὶ πᾶσι φανερώσας, ὅτι κἂν σωθῇ βασιλέως καὶ πάντων ἀνθρώπων ἔχῃ τὴν σωτηρίαν, ἀλλὰ σωθῆναι τῆς ἐκκλησίας κατεκρίθη. δέδεικται οὖν ὁ θεοφιλὴς ἀλλ' ἀσεβὴς τὸ χρισμάχον ἐρχομένου τῶν ἀρειομανιτῶν. καὶ πολλοὶ τῶν πρόσθεν ἀπατηθέντων μετέθεντο. ὁ γὰρ ἄλλος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ ἐλασφημημένος παρ' αὐτῶν κύριος κατέκρινε τὴν καθ' αὐτοῦ συζυγίαν αἵρεσιν. καὶ πάλιν ἔδοξεν, ὅτι κἂν νῦν ὁ βασιλεὺς κωνστάντιος βιάζηται,

Leontius enim accusatus de commercio cuiusdam inuenculæ mulieris, iussusque proinde ab Eustolio, vt ab eius contubernio abstineret, se ipsum castrandum dedit, quo ita liberè eius commercio vti posset: neque tamen vel ita suspicionem abluere potuit quò minùs cum presbyter esset, deponeretur. Narcissus verò præter alia multa vitia quibus inquinatissimus est, iam tertio ab ordine suo eiectus est. Et qui inter eos facile teterrimus est, Georgius, ipse quoque presbyter à suo ordine summotus fuit, nec profuit ei quòd se Episcopum nominarat, quò minùs Sardicæ in magno cõcilio deponeretur. Habet ille & hoc in vitiis suis auctarium, quòd quum ne potanter viuat, nec dissimulare queat, etiam apud suos infamia laboret. Singuli igitur singulis vitiis excellunt, vna tamen omnibus in genere & communis macula est, quòd pro hæresi sua, belloque in Christum, non Christiani amplius, sed Ariani appellantur. Quum igitur hoc sint animo & professione, & innumeris teterrimisque vitiis scateant, quid miri est, aut inexpectati, si eos, qui in eorum sententiam non cõcedunt, neque Arianam hæresim plausibus prosequuntur, ad necem quærant? & vbi necauerint, de facto gaudeant: frustrati autem votis suis, tumultuentur, æstuent, doleant, adeo vt ipsi putent se iniuriam accepisse, quòd in iniuriis inferendis non satis polleant: contrà quī eorū persecutionibus appetiti fuere, Deo gratias agant, & multa cum fiducia loquantur, ea præsertim quæ sunt in sexto Psalmo, *Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? quum appropinquarent aduersum me nocentes, vt ederent carnes meas tribulatores mei, & inimici mei infirmati sunt, & ceciderunt. Si constituantur aduersus me castra, non timebit cor meum, Si insurgat aduersus me prælium, in hanc ego sperabo.* Atque itidem in trigesimo Psalmo, *Seruasti ex necessitatibus animam meam, posuisti in loco spacioso pedes meos*, in Christo Iesu Domino nostro, per quem Patri in Spiritu sancto gloria & imperium in secula seculorum Amen.

S. Patris noſtri

ATHANASII
ARCHIEPISCOPI
Alexandrini

Contra Arianos Apologia ſecunda.

EGo arbitrabar poſt tãta pro noſtra defenſione documẽta, verecundia aduerſarios meos, & prodeundi metu latitaturos, & ſibiipſis, quod aliis calumniã fecerint, diſplicituros. Cæterum, quandoquidem ne ita quidem conuicti damnatiq; erubeſcere queunt, ſed ſtulte obtrectationibus adrepunt, ſperantes ſemel iudicata iterũ in iudicium reuocanda, non vt cauſam dicant, id enim maxime fugitant, ſed vt nos animoſque eorum, qui integri ſunt, moleſtiis vexent: neceſſarium video vt vobis me purgem, quo repudiatis ſuſurris, ſcelera & falſas illorum criminationes condemnetis. Vobis ſiquidem ſynceris hominibus ratio meæ innocentiæ reddenda eſt: litigioſis vero ſua ipſorum argumenta opponenda ſunt, in quibus ſumma mihi vincendi fiducia eſt. Nam quod ad nos attinet, iudicio nullo opus eſt: Iudicatũ eſt enim non ſemel ſecundum nos, ſed ſæpius. Primum quidem in noſtra prouincia quum ad id coiiſſent propemodum centum Epiſcopi. Secundo Romæ nobis cæteriſque aduerſariis Euſebij, ad eius criminoſas literas in iudicio comparentibus. Fuere autem in eo conſeſſu plures quàm quinquaginta Epiſcopi. Tertio iterum in magno Sardico cõcilio ad edictũ religioſiſſimorum Principum Conſtantij & Conſtantis, in quo iudicio ita ceciderunt aduerſarij, vt habiti pro calumniatoribus depoſitionem exautorationemque ordinis ſui retulerint: noſtram vero innocentiam, plures quàm trecenti Epiſcopi ſuis calculis comprobatint, qui ex multis prouinciis Ægypti, Libyæ, Pentapoleos; Paleſtinæ, Iſauriæ, Cypri, Pamphyliæ, Lyciæ, Galatiæ, Daciæ, Myſiæ, Thraciæ, Dardaniæ, Macedoniæ, Epiri, Theſſaliæ, Achaiæ, Cretæ, Dalmatiæ, Siſciæ, Pannoniarum, Norici, Italiæ, Piceni, Thuſciæ, Campaniæ, Calabriæ, Apuliæ, Brutiorum, Siciliæ, Aphricę vniuerſæ, Sardiniæ, Hiſpaniarum, Galliarum, Britanniarum, eò ſe ad concilium contulerant, adeo vt Vrſatius quoque & Valens, quum antea ſe pro calumniatoribus geſſiſſent, pœnitere ſe ſui facti proteſtarentur. Non ſolum enim ſententiam pro nobis dictam approbarunt, ſed & ſe cæteroſque meos aduerſarios calumniatores eſſe confeſſi ſunt, qua pœnitentia etiam

Τῶ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ
ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ
Αλεξανδρείας

Α'πολογητικὸς δεύτερος.

ΕΓὼ μὲν ὤμην μὴ τὰς τοσαύτας ὑπὲρ ἡμῶν γνωμένας ἀποδείξεις, καταδύεσθαι λοιπὸν τοὺς ἐχθροὺς, καὶ μᾶλλον ἐκ τούτων καταγινώσκειν ἑαυτῶν, ἐφ' οἷς καὶ τοὺς ἄλλους ἐσυκοφαντήσασιν· ἐπειδὴ δὲ ἔτι κατηγωθέντες ἐρυθριῶσιν, ἀλλ' ὑπ' αἰσθήσεως ἔρριψαν τὰς καταλαλιὰς, νομίζοντες οὐάδικα πάντα γίνεσθαι, ἐχ ἵνα κριθῶσι· φεύγουσι γάρ· ἀλλ' ἵν' ἡμᾶς ἓ τὰς ψυχὰς τῶν ἀκεραίων σκύλλωσιν, ἀναγκαῖον ἡγησάμην ὑμῖν ἀπολογήσασθαι, ἵνα μηκέτι μὲν αὐτῶν ἀνέχησθε γογγυζόντων, κατάγνωτε δὲ τῆς πονηρίας ἓ συκοφαντίας αὐτῶν. ὑμῖν μὲν γὰρ τοῖς γνησίοις ἀπολογοῦμαι. πρὸς δὲ τοὺς φιλονεικοῦντας, παρρησιάζομαι τῆς κατ' αὐτῶν ἐλέγχοις. οὐκέτι γὰρ κρίσεως δεῖται τὰ καθ' ἡμᾶς· κέκριται γὰρ ἐχ ἅπαξ ἀλλ' ἐπολλάκις. πρῶτον μὲν, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ χώρᾳ. συναγομένη ὑπὸ ἐπισκόπων ἐγγὺς ἑκατόν· δεύτερον δὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ γράψαντος εὐσεβίου, καὶ καλεσάντων αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν. καὶ συναχθέντων ἐπισκόπων κακεῖ, πλέον πεντήκοντα. καὶ τρίτον ἐν τῇ μεγάλῃ συνόδῳ τῇ ἐν σαρδικῇ συναχθείσῃ, κατὰ πρόσταξιν τῶν θεοφιλεστάτων βασιλέων, κωνσταντίου καὶ κώνσταντος. ἐν ᾗ οἱ καθ' ἡμῶν γνόμενοι, καθηρέθησαν ὡς συκοφάνται· τῆς τε κρίσεως ὑπὲρ ἡμῶν, συνεψηφίσαντο μὲν ἐπίσκοποι πλείους τριακοσίων. ἐξ ἑπτὰ ἀρχιῶν αἰγύπτου, λιβύης καὶ πεντάπολεως, παλαιστίνης, ἰσαυρίας, κύπρου, παμφυλίας, λυκίας, γαλατίας, δακίας, μυσίας, θρᾴκης, δαρδανίας, μακεδονίας, ἠπείρων, θετταλίας, ἀχαΐας, κρήτης. δαλματίας, σισκίας, παννονίων, νωρικῶ, ἰταλίας, πικλίου, τυσκίας, καμπανίας, καλαβρίας, ἀπουλίας, βρεττίας, σικελίας, ἀφρικῆς πάσης, σαρδανίας, ἁπασῶν, γαλλιῶν, βρεττανιῶν, ἐμαρτύρησαν δὲ τούτοις, οὐρσάκιος καὶ οὐάλης, οἱ πρότερον μὲν συγκαλοῦντες, ὕστερον δὲ μεταγνόντες, οὐ γὰρ μόνον ἀπεδέξαντο τὰ κριθέντα ὑπὲρ ἡμῶν, ἀλλὰ συκοφάντας ἑαυτούς τε καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς καθ' ἡμῶν γνωμένους ὡμολόγησαν. οἱ

εἰ γὰρ ἔτως μεταγνόντες καὶ ἔτως χράψαντες, δῆλοί εἰσι καὶ τὰς πρὸ ἐκείνου ἐλέγχοντες, μὴ γὰρ αὐτῶν καινὴ τὰ καθ' ἡμῶν ἐμηχανήσαντο συσκευήν. τὰ νῦν πρὸ τοσούτων καὶ τηλικούτων ἐπισκόπων δοκιμασθέντα καὶ κριθέντα, ἀποδειχθέντα πλευκῶς· πρέπον εἶναι πάλιν ἀνακρίνεσθαι πῶς ὁτιοῦν ὁμολογήσειεν, ἵνα μὴ κἂν νῦν ἐξετασθῇ, πάλιν ἀνακριθῇ καὶ αὖθις, εἰς ἄπειρον τὰ τῶν πρεσβυτέρων γίνηται. ἤρκει μὲν γὰρ καὶ ἡ τῶν τοσούτων ἐπισκόπων ψῆφος δυσωπῆσαι τὰς ἐπικαλουμένους καθ' ἡμῶν βλασφημίας· ὅπου γὰρ καὶ ἐχθροὶ μαρτυροῦσιν ὑπὲρ ἡμῶν τε καὶ καθ' ἑαυτῶν, φάσκοντες τὰ καθ' ἡμῶν εἶναι συσκευήν, τίς ἔτι λοιπὸν ἀμφιβάλλων οὐκ αἰσχύνεται; τὸ γὰρ νόμῳ κελεύοντος ἐπὶ στόματος δυοῖν καὶ τριῶν μαρτύρων ἵστασθαι τὰς κρίσεις, ἰδοὺ πόσων ἐστὶ πληθος ὑπὲρ ἡμῶν ἐστι μαρτύρων. ἔχομεν προσθήκην, καὶ τὴν ἐκ τῶν ἐχθρῶν ἀπόδειξιν. ὥστε καὶ τοὺς ὑπολειπομένους μηκέτι προσέχειν οἷς ὡς ἠθέλησαν ἐδίκασαν, ἀλλὰ βιάζεσθαι λοιπόν. καὶ κατὰ τῶν δικαίων ἀδικεῖν τοὺς ἐλέγχοντας αὐτούς. τοῦτο γὰρ αὐτοὺς μάλιστα λυπεῖ, ἐπιδήπερ ἅπερ ἔκρυψαν αὐτοὶ πράξαντες καὶ καθ' ἑαυτοὺς συνωμοσάμενοι, ταῦτα θάλπης καὶ ἐρασκίου ἐξήγαγον καὶ ἀπεκάλυψαν. καὶ ἴσασιν ἀνελευθέρως ὡς ἡ τούτων μετάνοια, κατακρίνει μὲν ἐκείνους· δικαίους δὲ τοὺς ἀδικηθέντας παρ' αὐτῶν. Διὰ τοῦτο γοῦν καὶ ἐν τῇ κατὰ Σαρδικὴν συνόδῳ καθηρέθησαν ὥσπερ ἔμπροσθεν εἶπον. καὶ εἰκότως γε. ἔτω γὰρ οἱ τῶν Φαρισαίων ἀπολογούμενοι ὑπὲρ τοῦ παύλου, διήλεγχον τὴν ἑαυτῶν, καὶ τῶν ἰουδαίων κατ' αὐτοῦ γνωμένην συνωμοσίαν. ἔτως ὁ μακάριος Δαβὶδ ἐδείχθη μάτην διωκόμενος, ὁπηνίκα ὁ διώκων ὡμολόγησε λέγων. ἥμαρτον τέκνον Δαβίδ. ἔτως καὶ ἔτοι νικηθέντες ὑπὸ τῆς ἀληθείας, ἠξίωσαν καὶ γράψαντες ἐπιδεδώκασιν ἰουλίῳ τῷ ἐπισκόπῳ Ῥώμης. ἔγραψαν δὲ καὶ ἡμῖν ἀξιοῦντες ἔχειν τὴν πρὸς ἡμᾶς εἰρήνην, οἱ πρώην τὰ θρυλήσαντες, καὶ τάχα καὶ νῦν ἐρυθριῶντες διότι ἃς ἐζήτησαν ἀπελλᾶν, τούτους τῇ χάριτι τοῦ κυρίου ζῶντας ὁρῶσι. ἓν ἄρειον δὲ καὶ τὴν αἵρεσιν ἀνεθεμάτισαν ἀκολούθως τοῦτο πεποιῶντες. ἀσόφως γὰρ ὡς δι' ἄδηλον ἔπρεπον οἱ πρὸ ἐκείνου ἀσέβειον ἡμῖν ἐπεβάλλοντο ἢ Διὰ τὴν ἰδίαν ἑαυτῶν ἀσέβειαν, ἅπαξ κρίναντες ὁμολογήσωσι τὴν καθ' ἡμῶν συκοφαντίαν, ἅτε ἡττηθέντες καὶ τὴν χειμάρχον αἵρεσιν, δι' ἣν τὰ καθ' ἡμῶν ὑπεκρίναντο. τὰ μὲν οὖν γραφέντα τῷ ἐπισκόπῳ ὑπὲρ ἡμῶν κατὰ Διαφόρους συνόδους καὶ πρῶτα τὰ τῶν Αἰγυπτίων, ἔστι τάδε.

ΗΑΓΙΑ

qua pœnitentia etiam scriptis prodita, Eusebium socium calumniæ & fingendi criminis coartificem liquidissime conuincunt. Nemo igitur rem à tot Episcopis excussam, exploratamque, & clarissimis documentis conuictam, denuo putarit sub iudicium reuocari debere, ne si iterum atque iterum res toties iudicata in cognitionem deducatur, fine prorsus careat recognoscendi curiositas. Sufficerent quidem tot Episcoporum calculi ad confundendos eos, etiamnum aliquid falsi criminis contra me fingunt, etiam si nihil aliud accederet. Iam quum ipsimet hostes contra se & pro nobis testimonium ferant, criminaque aduersum nos mendaciis & dolo composita esse fateantur, quem quæso non puduerit de mea vlterius innocentia dubitare? præsertim quum lex iubeat, in ore duorum aut trium iudicia constitui: in mea ergo causa vide quanta sit multitudo testium, qui nostræ innocentiæ suffragantur, cui pro appendice aduersariorum nostrorum confessio accedit, adeo vt ne cæteri quidem ex aduersariis sua indicia aduersus me pro ipsorum libidine conflata tueri ausint, sed pro bonis rationibus vim in eos, à quibus refutantur, comparent. Id enim illos pessime habet, quod quæ ipsi occultim & inter se composuerũt, ea Valentis & Vrsacij indicio retegantur, minime ignari, eorum pœnitentia & se damnari, & damnato ab ipsis innocentes declarari, ac proinde eos, vt prius à nobis dictum fuit in Sardico concilio, ab officiis suis depositos esse, atque id non immerito: Vt enim olim Pharisæi summoti reiectique à iudicanda causa Diui Pauli, & suam & cæterorum Iudæorum contra ipsum coniurationem patefecerunt, vtque beatum Dauidem præter meritum persecutionibus agitari voce ipsius persecutoris innotuit, ita peccatum suum confitentis, Peccaui, inquiens, fili mi Dauid: ita quoque nunc isti victi à veritate, veniam scriptis literis à Iulio Romano Pontifice popposcerunt, & ad nos pro pace, de quibus tanta scelera diuulgârant, epistolas misere pudore vt arbitror adacti, quum eos, quos tollere volebant, gratia domini viuos conspiciant, adeo vt & ipsi quoque Arium eiusque hæresim, vt anathema condemnarint, idque congruenter ab iis & pro rei consequio actum est. Nam quum non alia de causa crimen ab Eusebio aduersum nos compositum esse scirent, quàm vt hæresim suam tueretur, & quum eo veniissent vt semel sycophantiam confitendam esse arbitrarẽtur, statim quoque ab inimica Christo hæresi, in cuius gratiam crimen finxerant, resiliendum putauerunt. Quæ igitur pro nostra innocentia scripta sunt ab Episcopis in diuersis Synodis, & primum in Ægyptiaca, sunt hæc:

SANCTA

SANCTA SYNODVS ALEXANDRIÆ CONGREGATA EX Ægypto, Thebaide, Libya, Pentapoli, omnibus vbique Ecclesiæ Catholicæ Episcopis, dilectis & desideratissimis fratribus in Christo Salutem.

POteramus quidem dilectissimi fratres, etiam statim ab initio conflatæ in Athanasium criminationis, deinde post eius Alexandriæ ingressum respondere super fictis criminibus Eusebianorum: eosque de iniuriis in cõministrum nostrum illatis accusare, simulque ostendere, quam nihil nisi meras calumnias obiecissent. Sed quia tempora illa nihil tale permittebant, vt & ipsi nostis, & quia arbitraremur, post restitutionem Episcopi Athanasij, eos vultum submittere, & pudore in tam apertis iniuriis suffundi, putauimus rẽ silentio transmittendam esse, maxime post tantas eius viri calamitates, profectionesque, & vitam relicta domo peregrè actam post tanta pericula, quibus minimo minus perierat: rem vrgentibus calumniosis hominibus, nisi humanitas Imperatoris obstitisset, Tot malis, quum nemo non hostium etiam crudelissimorum exsatiari potuisset, ipsi tamen effrontes insatiabiles sq; permanent, sæuiuntque denuo & in Ecclesiam & in Athanasium, ægre ferentes illius liberationem, ac proinde atrociora molientes, cupide ad nouas criminationes prosiliunt, nec timent illud quod in sactis literis scriptum est, *Falsus testis impunitus non erit*, &, *Os quod mentitur, occidit animam*. Ideo fit, vt silentium diutius retinere nequeamus. Admiramurque eorum malitiam, & insatiabilem in insidiis struẽdis peruicatiam: Ecce enim nulla sumpta quiete rursus Imperatoris aures contra nos irritant neque vsquam cessant literas parricidales scribere, quo Athanasium ipsorum hæresi aduersum è medio tollant. Siquidem iam denuo accusatrices literas contra Athanasium Imperatoribus porrexere, iteratis calũniis homicidia ei obicientes, quæ nunquam facta sunt ac denuo illũ cõiurationibus suis opprimere studẽt: imputaris cædibus quæ nunquam factæ sunt, & fortasse tunc eum calumniis suis interfecissent, nisi humanũ principem nacti fuissemus, eundemque denuo, vt quod minimum malorum referamus, in exilium protrudere satagũt, & ob id calamitates exulum quasi ab eo facta se deplorare simulant, quum reuera plorent, nihil à nobis tale designatum esse, neque priores in illum iniuriæ ipsorum animis sufficiunt, sed noua & atrociora illis accumulata volunt, homines scilicet admodum mansueti & moribus æquis, vel quod verius est, improbi & perquam acerbi, qui terroribus & minis potius quàm pietate & æquitate, quod Episcopos decet, ad pœnas deproperãt. Tot.n. cędes, homĩnumq; mactationes, quas ne prophanus quidẽ homo & curiosus & cõ ectator criminũ in calumniis diceret ea ipsi effundere minime

Η ΑΓΙΑ ΣΥΝΟΔΟΣ Η ΕΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ ΣΥΝΑΧΘΕΙΣΑ ΕΚ Αἰγύπτου, Θηβαΐδος, καὶ Λιβύης καὶ Πενταπόλεως τοῖς ἀπανταχοῦ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐπισκόποις, ἀγαπητοῖς καὶ ποθεινοτάτοις ἀδελφοῖς ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Η Δυνάμεθα μὲν ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ καὶ ἐξ ἀρχῆς ἅμα τῷ συσκιάσθαι τὴν συλλειτουργὸν ἡμῶν ἀθανάσιον, ἢ καὶ μὴ τὴν εἰσελθεῖν αὐτὸν εἰς τὴν ἀλεξάνδρειαν, ὁμολογῆσαι σοὶ θεῷ ὧν συνεσκιάσαντο αὐτῷ οἱ θεοῖς εὐσεβίων, καὶ αἰτιάσασθαι θεοῦ ὧν πέπονθε παρ' αὐτῶν, καὶ δεῖξαι πάσας τὰς γεγυμνασμένας κατ' αὐτοῦ συκοφαντίας. ἐπειδὴ δὲ πότε μὲν οὐκ ἐπέτρεπε τὰ πράγματα, ὡς ἴσασι καὶ ὑμεῖς· νυνὶ δὲ νομίζομεν μὴ τὴν ἐπάνοδον ἀθανασίου τοῦ ὁσίου, δυσωπεῖσθαι καὶ ἐρυθριᾶν αὐτοὺς ὅτι ἄτοπα φαινερῶς αὐτῶν ἀδικήμασι, τούτου ἕνεκεν σιγᾶν ἑαυτοὺς ἐπείσαμεν. ἐπεὶ δὲ μὴ τὸ παθεῖν τοσαῦτα τὸν ἄνδρα, μὴ τὴν εἰς γαλλίας ἀποδημίαν, μὴ τὴν ὅτι ξένης ἀντὶ τῆς οἰκείας καὶ πατρῴας τὴν ἀλεξάνδρειαν, μὴ τὸ ὀλίγου δεῖν αὐτὸν ἀποθανεῖν ὑπὸ τῶν ἀλεξανδρέων αὐτῶν, εἰ μὴ βασιλέως ἔτυχε φιλανθρώπου. ἐφ' οἷς ἂν καὶ πᾶς ἐχθρὸς ἐκορέσθη, κἂν τὸν θυμὸν ὠμότατος, οὐκ ἐρυθριῶσιν ἀλλὰ πάλιν ὅπλα κινοῦσιν καὶ τὴν ἐκκλησίας καὶ τὸν ἀθανάσιον, καὶ πρὸς τὰ ἄφεσιν ἐμανακτοῦντες αὐτοῦ, χείροσιν ὅπλοις θωρίοις, καὶ κατηγορῶσι μὲν εὐχερῶς, ἀφόβως δὲ τὸν ἐν τῇ ἁγίαις γραφαῖς γεγραμμένον, μάρτυς ψευδὴς, οὐκ ἀτιμώρητος ἔσῃ, καὶ ψεύματα καταψευδόμενον, ἀναιρεῖ ψυχήν. λέγει τοῦτο, οὐκέτι μὲν δικαιώματα σιγᾶν, θεωμάζομεν δὲ τὴν πονηρίαν αὐτῶν καὶ τὸ ἀνήκεστον ὅπλα συσκιάσαι φιλονεικίαν· ἰδοὺ γὰρ πάλιν βασιλικὰς ἀκοὰς κινοῦντες καθ' ἡμῶν, ἀπαίτουσι γράφοντες ὁλεθρίους γράμματα, πρὸς ἀναίρεσιν ὅπως σκεπάσωσι τὴν τῆς ἀπιστείας αὐτῶν ἐχθρᾶν, πάλιν γὰρ ἔγραψαν τοῖς βασιλεῦσι κατ' αὐτοῦ, πάλιν αὖτὸν συσκιάσασθαι βάλλοντες, φαγὰς αἰτιώμενοι μὴ γινομένας, πάλιν αὖ φονεῦσαι βάλλουσι, φόνους αἰτιώμενοι μὴ γινομένους· καὶ τότε γὰρ ἂν ἐφόνευσαν ἁλόντες, εἰ μὴ φιλανθρώπου βασιλέως ἐτύχομεν, πάλιν αὖτὸν ἵνα τὸ ἔλαθεν ἐπάγωμεν, ἐπ' ἐξορίαν ἀπελθεῖν ἐπείγοντες συμφορὰς ἐξωρίσων ὡς παρ' αὐτοῦ γινομένων, προσποιούμενοι θρηνεῖν, καὶ θρηνοῦσι μὲν παρ' ἡμῖν τὰ μὴ γινόμενα, ἐκ δέκατον δὲ τοῖς γινομένοις κατ' αὐτοῦ. ἀλλὰ καὶ δεύτερα καὶ χείρονα προσάψαι βάλλονται, ὅτως εἰσὶ πρᾶοι καὶ φιλάνθρωποι καὶ τὸ τρόπον ὅπλα κεῖς, μᾶλλον δὲ, ἐρήσει δὲ τ' ἀληθὲς, πονηροὶ καὶ πικροί. καὶ ἐκφόβων καὶ ἀπλῶν, ἢ ἐξ εὐσεβείας καὶ ὅπλα κείας, ἀποῖς ὅπλοις πρέπει, ἡμῶμενοι. οἷα γὰρ μὴ δὲ τὰ ἔξωθεν φιλοπράγμονων φθέγξαιτο, τοιαῦτα ῥήματα κατάχεαι τετολμήκασιν, ὧν πρὸς τὸν βασιλέας ἔγραψαν. καὶ τοσούτων φόνων καὶ σφαγῶν κατηγόρησαν οὐκ ὅπλα ἠγμένος, οὐκ ἐπ' ἄλλα τινὸς μείζονος, ἀλλ' ὅπλα τὰ αὐγούστων τῶν τριῶν.

A

B

C

D

E

verita sunt, non tolum apud præsidem aut alium quemuis magnum virum, sed & apud tres Augustos, neque

ἐδὲ πρὸς τὰ ἀφορήματα τῶν ὁδῶν ἀποκνήσαντες, μόνον ἵνα πάντα μείζονα δικαστήρια τὰς κατηγορίας αὐτῶν ἐμπλησθῇ. κατηγορία γὰρ ἀληθῶς ἀγαπητὸν, τὰ παρ' αὐτῶν γινόμενα. καὶ πασῶν ἀνωτάτω κατηγορία. ὅπερ ἐκ πάντων τῶν ἀνθρωπίνων, ἀνωτάτω τὰ δικαστήρια. τί γὰρ ἄλλο τέλος τῆς ὅλης τούτου ἐξετάσεως, ἢ θανάτου ἐκ βασιλικῆς κινήσεως ἐπαγόμενος; οὐκ οὖν τὰ τοιαῦτα ἀθανασίᾳ, ἀλλὰ τὰ παρ' αὐτῶν γινόμενα, θρήνων καὶ οἰμωγῆς ἄξια. οὐκοῦν αὐτὸς μᾶλλον ἄντικρυς δικαίως θρηνήσειεν. ὅπου τούτοις γὰρ ὀδύρεσθαι χρή. ἐπεὶ καὶ γέγραπται. μὴ κλαίετε τὸν τεθνηκότα, μηδὲ θρηνεῖτε αὐτόν. κλαύσατε κλαυθμῷ τὸν ἐκπορευόμενον, ὅτι οὐκ ὑποστρέψει ἔτι. πᾶσα γὰρ αὐτῶν ἡ ὑποστολὴ οὐδὲν ἄλλο, ἢ πρὸς θάνατον ὁρᾷ, καὶ φονεύειν ἐπιχειρῆσαι, ἐὰν συγχωρῶνται, καὶ ποιεῖν ἐξορίστους. συνεχωρήθησαν γάρ, τὸ μὲν φιλεσεβέστατον πατρὸς τῶν βασιλέων, ἀντὶ θανάτου τῆς μεταθέσεως τοῦ πρός, τὸ δὲ ὑμῶν αὐτῶν ἐκποδὼν σπουδάσαντες. ταῦτα γὰρ ὅπου μὴ ὑπὲρ φίλων χρηστῶν ἔργα, σπανίως ἢ καὶ ἐθνικῶν, μήτι γε ὑπὲρ σκοπῶν δοκιμωτάτων, καὶ τὰς ἄλλας τὰ δίκαια διδάσκειν, σωφρονεῖν ὑμῶν τὸν ἐν χριστῷ σωφρονισμὸν ἡγούμεθα. πῶς γὰρ οἱ τὰς ἄλλας κωλύοντες κατηγορεῖν, αὐτοὶ κατήγοροι καὶ μέχρι βασιλέων γίνονται; πῶς οἱ συμφορὰς ἐλεεῖν διδάσκοντες, δὲ ἐξ' ὧν ἐξορίστων ἡμῶν ἡσυχάζουσι. κεῖνος γὰρ γέγονεν ἡμῶν τῶν ὑπὲρ σκόπων ὁμολογουμένως ἐξορισμός. καὶ πάντες ἑαυτοὺς ἐξορίστους ἔχομεν. καὶ νῦν ὡς σὺν ἀθανασίῳ τῷ πατρὶ σὺν ἀποδοθέντας, πάλιν ἀντὶ τῶν πρότερον ὀδυρμῶν καὶ θρήνων ἐπ' αὐτῷ μεγίστῃ δημοσίᾳ ἀπολαβόντας καὶ χάρᾳ, ἵνα ὁ κύριος φυλάξειε, καὶ ἀνατρέψαι τοῖς πρὸ εὐσεβῶν μὴ ὑπάρξῃ. Ταῦτα μὲν οὖν καὶ ἀληθῆ ἵνα κατηγόρουν αὐτῶν, ἵνα τινα κατηγορήματα, ὅτι πρόδηλα τὰ πρὸς πάγματα τῆς χριστιανισμοῦ, καὶ μετὰ τὸν πρεσβυτισμοῦ ἐξορισμὸν ἐπεμβαίνοντες πάλιν, φόνων καὶ σφαγῶν καὶ ἄλλων ἐγκλημάτων κατηγοροῦσι, καὶ βασιλικαῖς ἀκοαῖς ταῦτα κατὰ τῶν ὑπὲρ σκόπων ἐπηχοῦσιν· ὅτε ἢ πάντα ψεύδονται καὶ πάντα συκοφαντοῦσι, καὶ μὴ πρόσεισιν αὐτῶν ἀλήθεια τοῖς σώμασι, μὴδὲ τοῖς γράμμασι, πόσα σωλοῦν τὰ κακὰ πρὸς αὐτοῖς, ἢ ποταπεῖς εἶναι τοὺς ἀνθρώπους ὑπολαμβάνετε; ἤδη τοίνυν ἐπ' αὐτὰ χωρήσωμεν, καὶ πρὸς τὰς κατηγορίας αὐτῶν τὰς νῦν γινομένας ἀπαντήσωμεν. καὶ γὰρ ἀπὸ τούτων, οὐδὲ πρότερα παρ' αὐτῶν ὑπὲρ σωφρονῆ καὶ κρίσει θουλούμενα, καλῶς πεπραγμένα, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἀληθῆ λεγόμενα ἐλεγχθήσεται, καὶ πάλιν ὑπὲρ τούτοις καταγνωσθήσονται. δυσωπούμεθα μὲν οὖν πρὸς τοιούτων ἀπολογούμενοι. πολὺ ἐπειδήπερ πρὸς πάντα ἑαυτοὺς οἱ πρόσωπεῖς ἐπάγουσι κατήγοροι, καὶ μετὰ τὴν ἔξοδον ἀθανασίου, φόνους καὶ σφαγὰς αἰτῶνται γεγενῆσθαι, πρόφασιν καλοῦμεν ἀναχωρεῖσθαι τῆς ἀπολογίας κἂν πρὸ πολλοῦ ἢ. τὰ γὰρ πράγματα ἀναγκάζει. φόνος μὲν οὔτε πρόφασιν ἀθανασίου γέγονεν, ἔτε δι' αὐτὸν, ἐπειδὴ

neque in eam rem longitudines itinerum illis graues fuere, dummodo omnia maiora tribunalia calumniis implerent: calumnia enim est quam tentant, eáque grauissima, & maxime omnium capitalis, idque in summis omnium rerum humanarũ tribunalibus. Quis enim alius istius quæstionis finis, nisi vt mors Ecclesiastico tumultu inferatur? Non igitur Athanasij, sed illorum acta luctum lamentationemque merentur, ipsosque rectius deploratos habueris: in ipsos enim ploratus congruit: Siquidem scriptum est, Ne defleas mortuum, neque lugeas, sed complorate comploratione egredientem, quia non amplius reuertetur. Tota enim eorum accusatrix epistola nihil aliud nisi necem spectat, aut necem moliuntur, si ipsis liceat, aut saltem exules facere, quod & impetrauerũt ab religiosissimo Cæsarum patre, qui iras suas offensasque, quũ supplicium capitale posceretur, exilio damnatorum expleuit. Ista opera ethnicorum sunt; & non vel tenuiter Christianorum, & minime omnium Episcoporum, quos aliis iustitiam commonstrare oportuit, idque vestram arbitramur in Christo conscientiam bene & luculenter perspicere. Qui enim alios ab accusando deterrent, illi ipsi accusatores cõspectui Imperatoris sese præbuerunt: aut cur qui alias calamitates miserorum lachrymis persequi oportere docent, ne ab exilio quidem nostro se quieti tradunt? Publica enim omnium Episcoporum profligatio ex suis sedibus exterminatioque facta est, qui vt nos antea pro exulibus habuerunt, ita nunc cum Athanasio patriæ redditi pro superioribus doloribus lachrimisque, quibus eius vicẽ miserabãmur, maximam vicissim hilaritatem & gaudium recepimus, quod vtinam Dominus, ne ab Eusebianis subuertatur, nobis incolume seruet. Iam si Fides in criminibus, quæ obiecere, fuisset, hoc ipsum tamen criminosum est quòd cõtra statuta Christianorum, post acerbitatem exiliorum, aliarumque calamitatum denuo inuadunt, cædes hominum stragésque obiicientes, & huiusmodi criminationibus imperatorias autes obtundunt. Iam quùm omnia mẽtiantur, nihilq; nisi calũnias adferãt, nec in eorum literis quicquam sit veri, quàm multiplex putas in hoc conatu scelus, & quã scelerati illi haberi debeant? Rem igitur aggrediemur, eorúmq; calumniis occurremus. Nam hinc quoq; priora illà, quæ vel de Synodo vel de iudicio habito iactitant, non recte facta esse, imò falsa esse comprobabuntur, ipsis interim denuo ea de causa condemnãdis. Pudet nos certe istius defensionis, verum quia temerarij nostri ctiminatores ad omnia calũnianda se promptos efferunt, & quia post Athanasij ingressum, cædes & homicidia obiiciunt, necessum est nostri excusationem, tametsi prolixiusculam, quia res ita cogit, cum venia audiatis. Cædes omnino nulla neque ab Athanasio neque per Athanasium comissa est, quapro-

quapropter quum ad hanc inexspectatam defensionem aduersariorum iniquitate propellamur, nonnihil indulgendū est necessitati excusationis. Cædes igitur & vincula aliena sunt à nostra Ecclesia, carnifici neminē vnquam Athanasius dedidit, neque carcerem quātum in in ipso fuit, vinctis tradendis fatigauit. Sacraque nostra vt in præsentia, ita etiā semper pura innocentiaq; fuere, non nisi Christi sanguine, eiusque cultu sanctificata, neque presbyter neque diaconus ab Athanasio interfectus est, neque cædem vlli aut exilium irrogauit. Vtinā illi qui veram persecutionem induxerunt, nihil tale cōtra eum perpetrassent. Nullus enim opera eius patria excidit: ipse autem ab istis in exilium actus est, quem nūc iterum quia ab ea relegatione liber dimittitur, grauioribus criminibus repetentes, linguam suam ad omnia falsa & crudelia exacuunt. Quinimo Iudicum acta & damnatos à præfecto, vt ipsi in suis scriptis fatētur, ad Athanasij culpam transferunt, adeo nihil illos pudet: sęuitiæ Athanasij imputant, quum Athanasius per id tempus nōdum Alexandriam ingressus fuisset, & per Syriam in itinere ab exilio reuerteretur. Quod si longinqua absentia excusationem adfert, ne quis reus habeatur, quin præses aut præfectus Ægypti aliquid Athanasio remotius à crimine, qui si vel in ipsa Alexandria fuisset, quid tamen illi quæso cum negociis præfecti? Atqui in illis locis non erat, neq; ad ea quæ acta sunt à præfecto res ecclesiasticæ occasionem dederunt, sed vnde id natum sit, ex monumentis actorū intelligetis, quæ nos cognitis illorum scriptis, & re perquam diligenter explorata ad vos transmisimus. Igitur quum & nunc, ea quæ neque ab eo, neq; per eum facta sint, quasi facta sint, occlament, & tot testibus se certiores factos videri velint, optatim mihi indicarent cuius Synodi actis, argumentisve aut indiciis rem ita se habere didicerunt. Quod si nihil tale pro se habent, temeréque omnia affirmant, vestris animis cogitandum relinquimus, quid & prius factum sit, & nunc factum esse ab istis fingitur. Nihil enim aliud vestris animis apparebit quàm calumnia, & defendēdæ impietatis contra pietatem rabiosus furor, & ob id vnum agi, vt tollantur è medio Orthodoxi, quo iam inde cum securitate prædicent quicquid libuerit impietatis patronis. Et certe rem ita se habuisse comperietis. Quum enim Arius vnde Ariomanitarum hæresis cōflata est, ab ecclesia per beatum Episcopum Alexandrum eiectus esset, Eusebiani discipuli pariter & socij impietatis, semetipsos eiectos esse arbitrantes, multis adhortationibus Alexandro scripserunt, ne Arium extra Ecclesiam relinqueret, Alexandro autem ob pietatem in Christum, hominum impium non recipiēte, in Athanasium eius diaconum iras auertunt, & quia eum assiduum esse apud Alexandrum, & in

ἐπειδὴ καὶ εἰς ταύτην ἡμᾶς τὴν ἄδοξον ἀπολογίαν ὡς προείπομεν ἐμβιάζουσιν οἱ κατήγοροι, σφαγαὶ ἢ δεσμοί, τ' ἐκκλησίας ἡμῶν ἀλλότρια· δημίῳ μὲν οὐδὲ δεδώκαμεν ἀθανάσιος οὐδένα. καὶ τὸ δεσμωτήριον, ὅσην ἐπ' αὐτῷ, οὐδὲ πώποτε ἐνοχληθὲν παρ' αὐτοῦ. τὰ παρ' ἡμῖν ἱερατεῖα, ὥσπερ ἀεὶ καὶ νῦν καθαρὰ μόνῳ σεμνυόμενα τῷ αἵματι τοῦ χριστοῦ. καὶ τῆς εἰς αὐτὸν δυσσεβείας. ὁ πρεσβύτερος, ὁ διάκονος αἰτηθὲν οὐδαμοῦ ἀθανασίου. ὁ φόνον, οὐκ ἐξουσίαν ἔδρασεν ὁ ἄνθρωπος. ἀλλ' εἴτε μὴ ἐκεῖνοι κατ' αὐτοῦ τοῦτ' ἔδρασαν ἀληθείᾳ τῷ πέραν ἐπαγαγόντες. οὐδεὶς γὰρ ἐξουσίας ἐπ' αὐτῷ γέγονε δι' αὐτόν. πολλοὶ αὐτοῦ τοῦ ἐπισκόπου ἀθανασίου ἀλεξανδρείας παρ' αὐτῶν, οὐ διαφεύγοντος, καὶ πάλιν τῆς αὐτῆς ἢ καὶ χείροσι πειρᾶσθαι ἐπιζητοῦσι, πάντα πρὸς ψεύδη ἐθνατηφόρα ῥήματα, τὴν γλῶτταν ἑαυτῶν ὀξύνοντες. ἰδοὺ γὰρ λοιπὸν καὶ τὰς τῶν δικαστῶν πράξεις ἐπ' αὐτὸν μεταφέρουσι. καὶ τ' μὲν ἔπαρχον τ' αἰγύπτου φανερῶς ὁμολογοῦσιν ἐν τῇ ἐπιστολῇ, κατὰ τίνων ἀπέφαντα. πάλιν δ' ὁ δυσσεβοῦντας καὶ ταῦτας τὰς ἀποφάσεις ἀθανασίῳ προσάπτοντες. καὶ τοῦτο μηδέπω τ' ἀλεξανδρείας ἐπιβάντι. ἀλλ' ἔτι τ' ὁδὸν τ' ἀπὸ τ' ἐξουσίας ἐχομένῳ, καὶ κατὰ τὴν συρίαν ὄντι. εἴγε δεῖ καὶ μακρὰν ἀποδημίαν εἰς ἀπολογίαν φέρειν, ὑπὲρ τοῦ μὴ ὑπ' αὐθαιρέτων εἶναί τινα, οἷς ἐκὼν ἡγεμόνων ἢ ἔπαρχον αἰγύπτου πράξῃ. εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ τ' ἀλεξανδρείας ἦν, τί πρὸς ἀθανάσιον αἱ τοῦ ἐπάρχου πράξεις; ἀλλ' ἔμοιγε οὐδὲ ἐπεδήμει τῇ πόλει, καὶ τὰ πραχθέντα ὑ ἀλλ' προφάσεις ἐκκλησιαστικὰς πέπρακται θαῦμα τοῦ ἐπάρχου τῆς αἰγύπτου. ἀλλὰ ἀλλ' τινας ἂς ἐκ τῶν ὑπομνημάτων εἴσεσθε. ἅπερ μετὰ τ' γνῶναι τὰ θαῦμα τούτων γεγραφέντα, πολυπραγμονήσαντες ἀπεσείλαμεν ὑμῖν. Οὐκ οἶδ' ὅτι καὶ νῦν τὰ μὴ γενόμενα, μήτε παρ' αὐτοῦ μήτε δι' αὐτὸν, βοῶσιν ὡς γενόμενα, καὶ πανύπτις μαρτυροῦσιν ὡς πληροφορηθέντες κακῶς, εἰ πάντα ἐκ ποίας συνόδου καὶ ταῦτα ἔγνωσαν; ἐκ ποίων ἀποδείξεων; ἐκ ποίας κρίσεως; εἰ δὲ μηδὲν ἔχοντες πιστὸν ἁπλῶς ἀβεβαιοῦνται, καὶ τὰ πρότερα πῶς γέγονεν; ἢ πῶς λέγουσιν, ὑμῖν καταλιπόμενοι σκοπεῖν. οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἐστὶν, ἢ συκοφαντία καὶ ἐχθρῶν ἐπιβουλὴ, καὶ ἡμεῖς ἀρχὴ φρονοῦμεν, καὶ κατὰ τῆς δυσσεβείας ἡ ὑπὲρ τῶν ἀρειομανιτῶν ἀσέβεια λυπῶσα, ἵν' ἐκ ποδῶν μὲν οἱ ὀρθόδοξοι γένωνται, μετ' ἀδείας δὲ λοιπὸν ἃ βέλονται κηρύττωσιν οἱ προστάται τ' ἀσεβείας. καὶ γὰρ οὕτως ἔχει. Ἀρείῳ πῦ ἀσεβήσαντι, ἀφ' οὗ καὶ ἡ ἀρειομανιτῶν δι' αὐτὸν αἵρεσις κέκληται. τῆς ἐκκλησίας ἐκβληθέντος ὑπὸ τοῦ μακαρίτου ἐπισκόπου ἀλεξάνδρου, οἱ περὶ εὐσέβιον μαθηταὶ τῆς ἀσεβείας αὐτοῦ καὶ κοινωνοὶ τυγχάνοντες ἑαυτοὺς ἐκβεβλῆθαι νομίζοντες, ἔγραφον πολλὰ παρακαλοῦντες ἀλέξανδρον τὸν ἐπίσκοπον, μὴ ἀφεῖναι τὸν αἱρετικὸν ἄρειον ἔξω τῆς ἐκκλησίας. ἀλεξάνδρου δὲ λόγῳ τὸν εἰς χριστὸν εὐσέβειαν μὴ δεχομένου τὸν ἀσεβῆ, εἰς ἀθανάσιον τὸν λόγον ὄντα, ἐλυποῦντ'. ἐπειδὴ τὰ πλεῖστα συνόντα ἀλεξάνδρῳ τῷ ἐπισκόπῳ, πολυ-

πολυπραγμονοῦντες αὐτὸν ἤκουον, καὶ τιμώμενον παρ' αὐτοῦ, πεῖραν δὲ αὐτοῦ καὶ τῆς εὐσεβείας τῆς εἰς χεῖρον λαβόντες ἐκ τῆς συνόδου τῆς κατὰ Νικαίαν συγκροτηθείσης, ἐν οἷς ἐπαρρησιάζετο κατὰ τῆς ἀσεβείας τῶν ἀρειομανιτῶν, μειζόνως τὸ μίσος ἤυξανον. ὡς δὲ ὅπως τῷ ὅπισκοπῷ αὐτὸν ὁ θεὸς ἠγαγε, τῷ ἐκ παλαιᾶς τεθρομένῳ αὐτοῖς κακίαν ἀναζωπυρήσαντες, καὶ φοβέμενοι τὴν ὀρθοδοξίαν αὐτοῦ, καὶ τῷ κατὰ τῆς ἀσεβείας παῤῥησίᾳ, εὐσεβὴς δὲ πλέον καὶ ἀπὸ τῆς συνειδήσεως ὧν οἶδε πλατύνομενος, παντα τρόπον ἐπεβούλευον καὶ συνεσκεύαζοντο τῷ ἀνδρί. ἐκίνουν βασιλέα κατ' αὐτοῦ, συνόδους ἠπείλουν πολλάκις. καὶ πάλιν ἐν τύρῳ συνῆλθον. καὶ μέχρι νῦν οὐκ ἀφίστανται κατ' αὐτοῦ γράφοντες. καὶ οὕτως εἰσὶν ἀπαθεῖς πρὸς, ὡς καὶ τῷ κατάστασιν τῆς ὅπισκοπῆς αὐτοῦ μέμφεσθαι. παντα χοῦ δεικνύοντες ἑαυτοὺς ἐχθρούς, καὶ μισοῦντας τὸν ἄνδρα. καὶ ψεύδη λέγοντες, μόνον ἵνα ἐκφαυλίσωσιν αὐτὸν ἐν ταῖς ψευδολογίαις. ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῶν πύτων ὧν ψεύδονται, τὰ πρόπερα διελέγχεται ψεύδη καὶ συσκευῆς μεστά. μετὰ γὰρ τὸν πλοῦτον, φησὶν, ἀλεξάνδρου τοῦ ὅπισκόπου ὀλίγων ἵππων ἀβανασίου μνήμιον ποιουμένων, ἐξ ἧς ἐπῆλθε ὅπισκόπων λάθρα καὶ ἐν ταραχῇ χαροποιοῦσιν αὐτόν. ταῦτα ἔγραψαν καὶ βασιλεῦσιν, οἱ μηδὲν ψεύδες γράφειν παραιτούμενοι. ὅτι δὲ πᾶν τὸ πλῆθος, καὶ πᾶς ὁ λαὸς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ὥσπερ ἐκ μιᾶς ψυχῆς καὶ σώματος συνελθόντες, αἰτοῦσαν, ἔκραζον, αἰτοῦντες ἀβανάσιον ὅπισκοπον τῇ ἐκκλησίᾳ. τοῦτο ὤμνυντο δημοσίᾳ τῷ χείρῳ, καὶ πολὺ ἡμᾶς ὥρκιζον ποιεῖν ὅπλείστας ἡμέρας καὶ νύκτας μήτε αὐτοὶ τῆς ἐκκλησίας ἀφιέμενοι, μήτε ἡμᾶς ὅπιτρέποντες ἀφίεσθαι τούτου καὶ ἡμεῖς μάρτυρες τούτου, καὶ ἡ πολις πᾶσα καὶ ἡ ἐπαρχία. οὐδὲν μὲν ἐναντίον, ὡς ἔγραψαν ἐκεῖνοι, κατ' αὐτοῦ λέγοντες. ταῦτα δὲ τὰ βέλτιστα, πρυδαῖον, ὁλαδῆ, χειραιέν, ἕνα τῶν ἀσκητῶν, ἀληθῶς ὅπίσκοπον ὀνομάζοντες. ὅτι δὲ οἱ πλείονες ἡμῶν αὐτὸν ἐχειροτόνησαν ὑπὸ τῶν πάντων ὄψεσι καὶ βοαῖς, μάρτυρες πάλιν ἡμῖν ἀξιοπίστοροι τῶν ἀπόντων καὶ ψευδομένων, οἱ χειροτονήσαντες. ἀλλ' ὅμως εὐσεβὴς τῷ κατάστασιν ἀβανάσιου μέμφεται, ἀνθρωπῷ πάχα μὴ δὲ κατάστασιν ὅλως ἐχηκώς. εἰδέτου καὶ ἔχεν, αὐτὸς ἀκυρώσας αὐτῷ. ἐν βηρυτῷ μὲν ἦν ἀπ' ἀρχῆς, βηρυτὸν δὲ ἀφεὶς, εἰς νικομήδειαν ἦλθε. τῷ μὲν, τῷ νόμον ἀφεὶς, εἰς ἦν δὲ τῷ νόμον ὅπαίνων. καὶ τῷ μὲν οἰκείαν, ἀργῶς καταλελοιπώς. τῷ δ' ἀλλοτρίαν, ἀλόγως κατέχων. καὶ τὸ μὲν πρώτης τῷ γρηγορίῳ, ὑπὸ τὸ ἀλλοτρίας ὅπιθυμίας παρελθών, τῇ δ' δευτέρᾳ, μὴ δ' ἦν ὑπὸ τὸ ὅπιθυμίας ἔχε τηρήσας. ἰδοὺ γὰρ κακεῖθεν ἐκπεσὼς, ἀλλοτρίαν πάλιν κατέχει παντα χοῦ τῆς ἀλλοτρίας ἐπιθυμίας ἐν πόλει.

& in precio haberi curiose animaduerterẽt, & quia iam antea eius pro Christo pietatẽ in Synodo Nicensi, vbi cum magna libertate contra Arianam hæresim disseruerat, experti essent, in grauissimum odium exarserunt: vbi autẽ Deus eum ad Episcopatum prouexerat, veterem iam olim malitiam refouentes, veriti illius orthodoxam mentem, & in resistendo contra impietatem robur, conscientia vecordes omnibus rationibus coniurationes in eum coquebant, princepsque hac in re Eusebius fuit, conscientiæ suæ furiis agitatus præceps. Cæsarem igitur cõtra Athanasium irritant, & Synodos minantur. Postremo Tyri in consilium coierunt, adeo vt ne nunc quidem contra eum scribendi ocium admittant prorsus implacabiles, & quorũm querelis nunquam satisfacias, vt qui constitutionem Episcopatus Athanasij tanquam non legitime celebratam cauillationibus arrodant, nusquam non homini infesti, vt saltem mendaciis eum infamem reddant, quæ tamen nunc ex priorum mendaciorum vanitate falsa esse deprehenduntur. Aiunt igitur post obitum Episcopi Alexandri, quum pauciſſimi essent, qui Athanasij mentionem facerent, sex aut septem Episcopos clanculum & in loco obscuro eum in præsulem elegisse. Hæc eadem illi, quibus nullũ mendaciorum genus reformidandum videtur, Imperatoribus scripsere. Nos autem contra, cum tota ciuitate & vniuersa prouincia testamur, omnem multitudinem populumque Catholicæ Ecclesiæ in vnum coactum, quasi in speciem vnius corporis & animæ, clamoribus vociferationibusque postulasse, Athanasium Ecclesiæ Episcopum, dari, idque publicis votis à Christo expetisse: nosquevt faceremus, per multos dies ac noctes iureiurando obtestatos fuisse, cum interea nec ipsi ab Ecclesia discederent, neque nobis discedendi facultatem permitterent, hoc nostrum totiusque ciuitatis & vniuersæ prouinciæ testimonium nec mali quicquam de eo quod ab ipsis fit, pronunciamus. Sed optima quæque prædicamus, bonũ illũ esse, religiosum, Christianum, deuotarium, & vere Episcopum. Porro quod nostrum plerique sub omnium oculis acclamationibusque Athanasium Episcopum creauerint, nos ipsos in testes offerimus, quibus vt authoribus creationis, maior quàm istis qui & tunc aberant & nunc mentiuntur, fides haberi debet, quanquam nihil ea re impeditus Eusebius creationem vituperat, homo qui ipse prorsus Episcopus creatus nõ est, aut si vnquã ius Episcopi habuit, id ipsum rescidit, vt qui principio Beryti pro Episcopo egerit, relictoque Beryto Nicomediam se transtulerit, illam quidẽ cathedrã præter leges destituens: istam vero nulla lege inuadens, proprij gregis sine vlla charitate desertor, & alieni nulla rationabili causa occupator, prioris Episcopatus charitatẽ alieni cupidine aspernatus est, nec tamẽ illũ ipsum Episcopatũ, quẽ tanta auiditate occupauerat, reseruauit: Ecce enim iã denuo inde desiliens, alienum Episcopatum arripuit,

Non enim parens Imperatorum, sed horũ calumniæ illũ in exilium exterminauerunt. Animaduertite, quæso, nũ ita se habeat, vt dicimus. Quum nihil culpæ in cõministro nostro Athanasio repetirẽt, Comesq; summa vi imminens plura cõtra Athanasium moliretur: Episcopus Comitis violẽtiam fugiens, ad religiosissimum Imperatorẽ adscendit, deprecans & iniquitatẽ hominis & aduersariorũ calumnias, postulãsq; vt legitima Episcoporũ Synodus indiceretur, aut ipse audiret suam defensionẽ. Imperator rei indignitate motus, scriptis suis acculatores citat, suámq; ipsius audientiã promittens, simulque Synodum indici iubet. Eusebiani autẽ vbi cõparuissent nihil inter accusandũ de obiectis Tyri criminibus meminere. Sed frumentũ ab Athanasio nauésque detentas calumniati sunt, eumq; gloriatũ esse dixere, quod frumenti deportationem ex Alexandria Cõstantinopolim impedire posset. Hæc nõnulli ex nostris qui in Synodo erant ex imperatore admirationis pleno audierunt. Hic cũ Athanasius ad tantas calumnias ingemiscere t, affirmaretq; eas falsas esse, nec fieri posse vt homo priuatus & pauper tantũ virium haberet, Eusebius ne publice quidem detrectans calũniatoris munus deierauit Athanasium perquã opulentũ esse, & satis virium & authoritatis ad ista omnia patranda habere, vt ita verisimilior calumnia videretur. Ad istum modum res actæ sunt per sanctos illos & venerandos sycophantas Episcopos. Sed Dei gratia plus in hoc negotio valuit, quàm illorũ scelerata malitia, quæ principis animũ religiosum ad clemẽtiam retraxit, vt satis haberet pro morte exilium irrogare. Horum omniũ malorum causæ non alibi, quam in illorum calũniis cõsistunt, quorum dolos sutelásq; criminum Imperator antea scriptis suis cum execratione improbauit, calumniasque detestatus Meletianos nefarios dirisque deuouendos, aliisq; grauissimis nominibus in suo diplomate appellauit, vt qui grauissime ferret cædem hominis viui obiectam esse, & de viuente & incolumi homicidium fictum esse. Nos autẽ epistolam, vbi Imperator hæc scribit, isthuc ad vos misimus. At præclari Eusebiani quo veritatem scriptaque sua obliterent, nomen Synodi suis actis prætexunt, quum res ipsa negotium Imperatorium, non Synodale haberi debeat, quippe vbi Comes præsideat, & milites Episcopos sub satellitio cingant, & Imperatoria edicta quos ipsi volunt, coire cõpellant. Iam quæso vel hinc incredibiles eorũ insidias animaduertite, & quã in audendo varij sint & versipelles, modo quacunque ratione hominem è medio tollant. Si enim veluti Episcopi sese iudices volebant esse, quid opus erat vel Comite vel militibus, aut edictis ad coeũdum imperialibus? Quod si Cæsare indigebãt, & ab eo acta robur accipere voluerũt, quo iure ipsi iudicium Cæsaris irritum fecere? aut quã de causa, quum Cæsar Meletianos & calũniatores & nefarios non sine detestatione, ob cædem de viuo homine cõfictam:

οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ τῶν βασιλέων τοῦτον ἐξώρισεν, ἀλλ' αἱ τούτων Ἀλβολαί. σκοπεῖτε γὰρ εἰ μὴ οὕτως ἔχει. ὡς οὐδενὸς μὲν ἡμελήσατε κατὰ τὸ συλλειτουργοῦν ἡμῶν Ἀθανασίῳ, ὁ δὲ κόμης ἐβιάζετο, καὶ πολλὰ ἐπηπείλει κατ' αὐτοῦ, ὁμὲν ἔπεσκεπτο ἀθανάσιος φεύγων τὴν ὑφορμένην βίαν, ἀνῆλθε πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα. πέραιτέρω δὲ ἅμα καὶ τὴν κόμητα καὶ τοὺς ἐκείνου συκοφάντας, ἀξιῶν δὲ νόμιμον ἔπεσκεπτον σύνοδον συγκροτηθῆναι, ἢ καὶ αὐτὸν δέξασθαι τὴν ἀπολογίαν ὧν ἐπήγαγον αὐτῷ. καὶ γραφὴν μὲν βασιλεὺς ἀγανακτῶν, καὶ πρόσκλησιν ἐμοὶ δὲ καὶ αὐτοῖς, ἐπαγγελόμενός τι αὐτὸς ἀκροάσασθαι, ὁ καὶ τὴν σύνοδον κελεύσας γενέσθαι. οἱ δὲ πρὸς εὐσεβιον ἀνελθόντες, Ἀλβολαῖοι ὄντες ἀθανασίου, σὺν ἐπὶ μὲν τὸ συνέδριον παρ' αὐτῶν, πρὸς σιτοδοσίαν δὲ καὶ πλοίων ἐπαγγελαμένου διώσασθαι κωλύειν, τὸν ἀπὸ Ἀλεξανδρείας εἰς κωνσταντινούπολιν τῆς σίτου μεταχομιδὴν. πρὸς πάντων τῶν ἐξ ἡμῶν ἔνδοξον ὄντως μετὰ ἀθανασίου, ἀκηκόασι τοῦ βασιλέως ἀπειλοῦντος. εἶτα τῆς ἀθανασίου ὀδυρομένου ἐπὶ τῇ Ἀλβολῇ καὶ Ἀλβεσαμένου μὴ εἶναι παίτιον ἀληθῆ. πῶς γὰρ ἂν ἰδιώτης ἄνθρωπος καὶ πένης τηλικαῦτα δύναιτο; εὐσέβιος οὐδὲ δημοσίᾳ παραιτησάμενος τὴν Ἀλβολὴν, ὤμνυε τὸν ἀθανάσιον εἶναι πλούσιον, καὶ δυνατὸν καὶ ἱκανὸν πρὸς πάντα. ἵνα ἐκ τούτων κἀκεῖνα εἰρηκὼς ἀθανάσιος νομισθῇ. παῦτα μὲν οἱ σεμνοὶ κατηγόρουν ἐπίσκοποι. ἡ δὲ τοῦ θεοῦ χάρις, κρείττων τῆς πονηρίας αὐτῶν γεγένηται. τὴν γὰρ εὐσέβειαν τοῦ βασιλέως, εἰς φιλανθρωπίαν κεκίνηκε. καὶ ἀνθ' ἁπλότητος, τὴν ἐξουσίαν περέσχεν. ὅτι οὖν αἱ Ἀλβολαί, καὶ οὐδὲν ἄλλο, τούτων αἴτιαι. ὁμὲν γὰρ βασιλεὺς πρὸ τούτου γράφων, τὴν συνκλῆτον ἐμέμψατο, τὴν ἔπαρχον ἐπῄνεσε, τῶν μελιτιανῶν κατεψηφίσατο, ἀθεμίτους ἀρχὰς ἀξίως, τὰ δεινότατα αὐτοὺς ἐγκαλέσας. κεκίνηται γὰρ νεκρὸν ἀκηκοὼς ἄνθρωπον, ὃς ἐν τοῖς ζῶσιν ἦν. κεκίνηται φόνον ἀκούσας ἐπὶ ζῶντι, καὶ τοῦ βίου μὴ στερηθέντι. καὶ τὴν ἔπαρχον ἀπεσείλατο. οἱ δὲ πρὸς εὐσέβιον οἱ θαυμαῖοι, ἵνα καὶ τὴν ἀλήθειαν καὶ τὰ γεγραμμένα λύειν δόξωσιν, ὄνειρα σκηνοδοσίας σχηματίζονται, καὶ τὸ ἔργον αὐτῆς τῷ βασιλέως λαμβάνουσι, καὶ κόμης ἐπὶ τούτῳ καὶ στρατιῶται δορυφόροι τῶν ἔπεσκόπων, καὶ βασιλικὰ γράμματα σωμενθεῖσιν οὓς ἤτησαν ἐπαναγκάζοντα. εἰ παῦθ' τὸ πρόσδοξον τῆς ἔπιβουλῆς αὐτῶν εἰδυμήθη, καὶ τὴν ἀνομαλίαν τῶν τολμωμένων αὐτοῖς, ἵνα ὅθεν δῆτα παντὸς τρόπου τὸν ἄνθρωπον ἐξ ἡμῶν ἁρπάσωσιν. εἰ μὲν γὰρ ἐπέτρεπον ἑαυτοῖς τὴν κρίσιν μένειν ὡς ἔπισκόποις, τίς χρεία τῶν κόμητος καὶ στρατιωτῶν ἦν; ἢ πῶς ἂν βασιλικοῖς σωήκλητο γράμμασιν; εἰ δὲ βασιλέως ἐδέοντο καὶ παρ' αὐτοῦ τὸ κύρος ἔχειν ἤθελον, διατί τὴν κρίσιν αὐτοῦ παρέλυον; ἢ πῶς ἐκείνου τοὺς μὲν μελιτιανοὺς, συκοφάντας ἀθεμίτους.

ἀθανάσιον

ἀθανάσιον ἢ καθαιρώπατον δι' ὧν ἔγραψε κρίναντ@, καὶ τ Φόνον ἐκτραγωδοῦντ@ τ ὀπὶ τῷ ζώντι πεπλασμένον, οὗτοι καὶ μελιτιανὲς ἀληθεύειν, κἀκεῖνον ὡς ἀθῷον εἶναι διωρίζοντος ἢ μὴ αἰδέμενοι, τ ζῶντα νεκρὸν ἐποίουν; ζῶντα καὶ καὶ μετὰ τὴν κρίσιν τῦ βασιλέως, καὶ ὅτε σωήεσαν, καὶ ἀχιλλᾶν σὺν ἡμῖν ὄντα. ταῦτα μὲν περὶ ἀρσενίου. ποτήριον δὲ μυστικὸν, ποῖον ἢ ποῦ καταγὴ ποθὲν μακαρίου; τῦτο γὰρ ἄνω καὶ κάτω ῥιπτοῦντες θρυλῶσι. καίτοι ἀθανάσιον μὲν, ἀδὲ οἱ κατήγοροι τολμήκασιν αἰτιάσασθαι, εἰ μὴ παρ' αὐτῶν ὑπεβλήθησαν. ἀλλ' ὅμως αὐτοὶ τὸ τέλ@ τῆς μέμψεως ὑπ' αὐτὸν ἄγουσιν. ὁ μὴ δὲ ὀπὶ μακαρίου ἐθέχωρεῖν, οὐκ ἐλεγχθέντα. καὶ οὐκ αἰσχύνονται ταῦτα ὀπὶ κατηχεμένων, καὶ, τὸ γε χεῖρον, ὀπὶ ἑλλήνων τραγωδοῦντες τὰ μυστήρια. δέον ὡς γέγραπται μυστήριον βασιλέως καλὸν κρύπτειν, καὶ ὡς ὁ κύρι@ παρήγγειλε, μὴ δῶτε τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, μηδ' βάλητε τὰς μαργαρίτας ἔμπροσθεν τῶν χοίρων. ἀχρὴ γὰρ τὰ μυστήρια, ἀμυήτοις τραγωδεῖν, ἵνα μὴ ἕλληνες μὲν ἀγνοοῦντες γελῶσι, κατηχέμενοι δὲ σκάνδαλον γενόμενοι, σκανδαλιζωνται. ἀλλὰ καὶ ὅμως ποῖον, ἢ ποῦ, ἢ παρὰ τίσι καταγὴ ποτήριον; μελιτιανοὶ μὲν γάρ εἰσιν οἱ κατηγοροῦντες, καθόλ@ πιστεύεσθαι μὴ ὀφείλοντες. σχισματικοὶ γὰρ καὶ ἐχθροὶ τῆς ἐκκλησίας γεγόνασιν, ἀ νῦν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ μακαρίου πέτρ@, ὀπισκοπ καὶ μάρτυρ@ γνωμένου, οἳ καὶ αὐτῷ πέτρῳ ὀπιβάλλοντες, καὶ ἀχιλλᾶν τὸν μετ' ἐκεῖνον διαβαλόντες, καὶ ἀλεξάνδρ@ κατηγορήσαντες μέχρις αὐτ βασιλέως. ὅτως γὰρ δὴ μελετήσαντες, λοιπὸν καὶ εἰς ἀθανάσιον διέβησαν. ὁδὲν ξένον τῆς πονηρίας ἑαυτῶν ποιοῦντες. καὶ γὰρ ὥσπερ τὲς πρὸ αὐτ, οὕτως καὶ τῦτον ἐσυκοφάντησαν, ἀλλὰ νῦν αὐτῶν καὶ οὐ πρότερον ἡ συκοφαντία καὶ αἱ διαβολαὶ κεκρατήκασιν, ὅτι τοὺς πρὶ δυσεβῶν ἔχον συνεργὲς καὶ πρεσβύτας, διὰ τὴν οἰκείαν ἀσέβειαν τῶν ἀρειομανιτῶν, δι' ἣν ὥσπερ πολλοῖς ὀπισκόποις, οὕτω καὶ ἀθανασίῳ συνεσκάσαντο. καὶ γὰρ ὁ τόπος ἐκεῖν@ ἐν ᾧ κεκλᾶσθαι τὸ ποτήριόν φησιν, οὐκ ἦν ἐκκλησία, πρεσβύτερ@ οὐκ ἦν ὁ τὸν τόπον παροικῶν, ἡμέρα καθ' ἣν μακάριον τῦτο πεποιηκέναι φασίν, οὐκ ἦν κυριακή. μήτε τοίνυν ἐκκλησίας οὔσης ἐκεῖ, μήτε τοῦ ἱερουργοῦντ@, μήτε τῆς ἡμέρας ἀπαιτούσης, ποῖον ἢ πότε, ἢ ποῦ τὸ ποτήριον κέκλασται μυστικόν; ποτήρια γὰρ εἶναι πολλὰ κατὰ τὰς οἰκίας, καὶ ἐν ἀγορᾷ μέσῃ, δῆλον, καὶ τούτων οὐδὲν ὁ θραύων ἀσεβεῖ, τὸ δὲ μυστικὸν ποτήριον ὅτι, ἂν θραύσῃ ἄρ' εἰκών τις, ἀσεβῆ ποιεῖ τὸν ὀπικείμενον, πᾶσι μόνοις τοῖς νομίμως προεστῶσιν εὑρίσκεται. Οὕτ@ ὁ πρῶτ@ τούτου τοῦ ποτηρίου μόν@, ἀλλ@ οὐδεὶς, τοῦτο ὑμεῖς νομίμως προτίνετε τοῖς λαοῖς, τοῦτο ὑμεῖς ὑπὸ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ κανόν@ παρελάβετε. τοῦτο μόνον ἐστὶ τῶν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας προεστώτων. μόνον γὰρ ὑμῶν ἐστι προτίνειν τὸ αἷμα τοῦ χριστοῦ.

Athanasium vero innocentissimum suis scriptis pronunciarit, ipsi Meletianos verum dicere, & Athanasium reum esse definiunt, nulla cum verecundia hominem viuum pro occiso imputantes? qui & quo tempore hoc iudicium Cæsar proferret, & quum ipsi ad sententiam conflandam in vnum coirent, nobiscum viuebat. Hactenus de Arsenio. Poculum autem mysticum, quod, aut quónam in loco à Macario fractum est? id enim sursum ac deorsum obuoluitantes iactitant. Atqui Athanasium, ne accusatores quidem ausi fuissent eius criminis incessere, nisi ab ipsis summissi instructique fuissent. Sed tamen illi summam eius criminis in Athanasium referunt, quod ne in Macarium quidem, qui victus non est, referri debet. Nec pudet eos coram catechumenis, & quod peius est, coram ethnicis ita de mysteriis tragicari. Quum oporteat, sicut scriptum est, mysterium regis celare, & vt dominus præcipit, nõ esse sancta porrigenda canibus, neque proiiciendas margaritas ante porcos. Non enim fas est mysteria gentibus prodere, ne per imperitiam ea sublannẽt, aut catechumeni per curiositatem scandalizẽtur. Sed tamen quódnam poculum, quo in loco, vel apud quos comminuit? Meletiani scilicet sunt, qui hic se accusatores præbent, homines prorsus fide indigni, vt & schismatici, & hostes Ecclesiæ, neque ij noui aut recentes, sed vetusti iam olim à temporibus beati Petri, cui insidias posuerunt, & Achillæ eius successoris, quem calumniati sunt, & Alexandri quem vsque ad tribunalia Cæsaris calumniis persecuti sunt, & postremo ita meditandis criminibus exercitati Athanasium inuaserunt, nihil alienum à sua malitia facientes. Vt enim Athanasij antecessores, ita quoque & ipsum Athanasium calumniantur, quorum calũniæ antea inefficaces, nunc tandem successum habueret ex quo Eusebianos in gratiam Arianæ impietatis socios & patronos adepti sunt, pro qua tuenda vt in multos alios Episcopos, ita quoque in Athanasium cõspirationes faciunt. Atqui locus ille, in quo confractum poculum iactitãt, Ecclesia non erat, nec quisquam presbyterorum ei loco vicinus, nec dies quo id factũ à Macario volunt, Dominica: quum igitur neque Ecclesia ibi esset, neque sacra fierent: neq; dies hoc ipsum requireret: quale aut quando, aut vbi mysticum illud poculum fractum est? pocula multa passim in ædibus atque adeo in medio foro haberi nemini dubium, quæ collisa collidentem non impiant. Mysticum autem poculum quod impium cum reddit qui id vltro frangit, nusquam nisi apud legitimos Ecclesiæ præsides inuenias: hic enim vnus vsus est calicis, & præter eum alius nullus, cóque solo vos legitimo ritu propinatis populo, cúmque vos pro canone Ecclesiastico accepistis idemque duntaxat penes eos habetur, qui Ecclesiis præsunt. Solum enim vestrũ est propinare sanguinem Christi, & præterea nullius.

Cæte-

Cæterum vt impius est qui hunc mysticum calicem frangit, ita multo magis impius est qui sanguini Christi contumeliam facit: contumiliam autem facit, qui præter Ecclesiasticam institutionem calice illo abutitur. Ethæc quidem eò à nobis dicuntur, non quod vel schismaticum poculũ Macarius fregerit, sed quod ibi omnino nullum fuerit: qui enim fieri potuit, cùm nec ipse locus dominicus esset, neq; quispiam ibi Ecclesiasticus, atq; adeo ne tempus quidem mysteriorum ageretur? Presbyter autẽ qui fingitur adfuisse, est ille toties tumoribus iactatus Ischyras, qui neque ab Ecclesia electus presbyter, neque cum à Meletio cõstitutos presbyteros Alexander in Ecclesiã recipiebat, in eorũ numero vnquam habitus fuit, aut ab eo creatus: quo pacto igitur presbyter Ischyras? aut quo tandem authore constitutus? nũquid scilicet à Colluthõ? id enim restat: atqui Colluthũ in gradu presbyterij mortuũ, omnemq; eius manuũ impositionem rescissam omnesque ab eo constitutos, in laicorum ordinem redactos esse, & sub nomine laicorum ad Synaxim admissos adeo apud omnes constat, vt nemo ea de re dubitandum putet. Quomodo igitur homo priuatus, & priuatas ædes inhabitans, poculum mysticum sibi concreditũ habuit? Sed illi hominem priuatum presbyterum appellant, & in nostram iniuriam hoc nomen illi indiderunt, eidẽq; pro mercede calumniarũ ædificandæ Ecclesiæ potestatem conciliarunt. Qui ergo per id tempus nullam habuit Ecclesiam, nunc ad cõpensationem sceleris obsequiique in accusando præstiti, Ecclesiam accepit, forsitan etiam Episcopatu donãdus: id enim passim iactitat, & minis fremit, talia proh dolor præmia deinceps per episcopos accusatoribus & sycophantis deferuntur. Neq; id immerito, quem enim administrũ suæ libidinis habuere, & eum vt rerum consiliorũque socium, cõsimili Episcopatu dignum censuere. Obsecro igitur vt non hactenus tantum, sed ad sequentia quoque vos attentos præbeatis, vt cognoscere possitis quid deinde ab illis factum sit. Impares ergo veritati, quãquam se omnib. modis communierant, eò quod Ischyras Tyri pro calũniatore habitus nihil probare posset, & ipsa calumnia sua vanitate corrueret, iudicium causæ suspensum voluere, donec de probationibus constaret: promittunt igitur se aliquot ex suis Mareoten amãdaturos, qui rem curiose scrutarentur, quos vos eucstigio multis de causis reiiciendos docuimus, in primis quod & Ariani essent, & propter Arianissimum nobis propalam infensi. Vertũ illi potentia Magistratuum freti, clã emittunt Diognium Marim, Theodorum, Macedoniũ, annis ingeniisque putidos & venales, his addunt Vrsacium & Valentem homines Pannonios, qui ab vltimis illis finibus Tyrũ profecti sunt, vt sententiam in aduersarium dicerent, & post tantũ itineris è Tyro Alexandriam contenderunt, nullo cum pudore, q se ex iudicibus testes facerent. Quin potius omnibus insidiandi rationibus propalã susceptis, quo suis labores itineraque subiere,

τῶν δὲ ἄλλων, ἀδένος, ἀλλ' ὅπου τὸ μυστηρῶν ὁ θλάσων ἀπεδείς, τοσοῦτον ἀσεβίστερος, ὁ ἐνυβρίζων τὸ αἷμα τὸ χριστοῦ· ἐνυβρίζει γὰρ ὁ τῆς ἐκκλησιαστικῆς θεσμὸν τοῦτο ποιῶν. καὶ ταῦτα μὲν ἐχ ὅτι κἂν σχισματικῶν τινὰ ποτήριον κέκλαγεν παρὰ μακαρίου, ἀλλ' ὅτι μηδὲν ἐκεῖ ὅλως ἐκεῖ. πῶς γάρ; ὅπου μήτε τόπος κυριακὸς, μήτε τις ἐκεῖ τῆς ἐκκλησίας, ἀλλὰ μήτε ὁ καιρὸς μυστηρίων ἦν· οὕτως δὲ ἐστὶν ὁ τῶν λυθρύλλητος ἰσχύρας, ὁ μήτε ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας χειροτονηθεὶς, καὶ ὅπου τοὺς ὑπὸ μελετίου καταστάντας πρεσβυτέρους ἀλέξανδρος ἐδέχετο, μὴ δὲ ἐκείνοις συναριθμηθείς, οὕτως οὐδὲ ἐκεῖθεν κατέστη. πόθεν οὖν πρεσβύτερος ἰσχύρας; τίνος κατέστη; Ἄρα κολλούθου, πῦτο γὰρ λοιπόν. ἀλλ' ὅτι κολοῦθος πρεσβύτερος ὢν ἐπλάβησε, καὶ πᾶσι χεὶρ αὐτὸ γέγονεν ἄκυρος, καὶ πάντες οἱ ὑπ' αὐτὸ καταστάντες, ἐν τῷ σχίσματι, λαικοὶ γεγόνασι, καὶ οὕτως σωάγενταθηλον, καὶ οὐδενὶ καθέστηκεν ἀμφίβολον. πῶς οὖν ἰδιώτης ἄνθρωπος, καὶ οἰκίσκον οἰκῶν ἰδιωτικὸν, τοιοῦτον ἔχειν μυστικὸν πιστεύθείς; ἀλλὰ πάντες ἰδιώτην πρεσβύτερον ὠνόμαζον, καὶ τὴν τοιαύτην αὐτῷ ταύτην ἀπὸ τοῦ καθ' ἡμῶν ἀδικίαν ἐκαλλίζοντο, καὶ νῦν μισθὸν τῆς κατηγορίας, ἐκκλησίας οἰκοδομὴν προξενοῦσιν, οὕτως οὐκ εἶχεν ἐκκλησίαν ἄνθρωπος, ἀλλὰ μισθὸν τῆς κακοηθείας, καὶ τῆς πρὸς τὴν κατηγορίαν ὑπακοῆς, νῦν δὲ οὐκ εἶχε λαμβάνει, καὶ τάχα καὶ ἐπισκοπὴν αὐτῷ δώσουσιν αὐτῷ, ταῦτα γὰρ θρυλλεῖται πρείων, καὶ οὕτω καθ' ἡμῶν βρενθύεται, οὕτω λοιπὸν τηλικαῦτα ἔπαθλα ἆθλα τῶν ἐπισκόπων τοῖς κατηγόροις καὶ συκοφάνταις προτίθεται· εἰκότως· οἱ γὰρ συνεργὸν εἰς ἃ ἤθελον αὐτὸν ἐχτηκότες, ὡς τῶν πραγμάτων κοινωνὸν, οὕτως καὶ τῆς ὁμοίας ἐπισκοπῆς ἠξίωσαν. ἀλλὰ μήπω ταῦτα, ἐπὶ δὲ τὰς ἀνωτέρω τις τὸ πραχθεῖσι πρὸς αὐτὸν, ἵνδοτε μὴ δυνηθέντες πρὸς τὴν ἀλήθειαν, καί τοι κατ' αὐτῆς παρεσκευασμένοι, καὶ ἐν τούτῳ μηδὲν δοτοδείξαντος ἰσχύρα, ἀλλὰ συκοφαντίαν δείκνυμένου, καὶ τὴν σοσθένη αὐτῶν τῆς συκοφαντίας λύσεως, εἰς ἀποδειξιν ὑπαρτίθεντο, καὶ ἐπαγγέλλονται πέμψειν ἐξ ἑαυτῶν τοὺς κατὰ μαρεώτιδα πολυπραγμονήσοντας, καὶ οὓς ἡμεῖς παρητούμεθα φανερῶς μὲν πολλὰ, καὶ ὡς τὰ δέοντος φρονοῦντας, καὶ ὀλίγον ὕπνον ἡμῶν ἐχθρεῖς, ἀσεβείαν αὐτοὶ κρύβα, χρώμενοι τῇ δυσσεβείᾳ, διόγνιον, μάρτιν, θεόδωρον, μακεδόνιον, δύο νεωτέρους τὴν ἡλικίαν καὶ τὸν τρόπον, εὐρασίτην καὶ ὑάλλιον ἀπὸ παιδείας, καὶ ἔτι μετὰ τὴν τοιαύτην ὁδὸν ἐκ τύρου καὶ εἰς ἀλεξάνδρειαν ἥκειν τε, μὴ δὲ τὸ μαρτυρεῖν εἰδικαιοσύνῃ ἡγεῖσθαι παραιτησάμενοι, ἀλλὰ πάντα τρόπον ὑπουλῆς μιᾶς δεξάμενοι φανερῶς, καὶ ταῦτα καματον καὶ πᾶσαν ὁδὸν ὑποστάντες,

vt ca-

ἵνα τὴν

ἵνα τῷ κατασκαλαζομένῳ συσκιάζῃ πληρώσωσι, καὶ τὸ μὲν ὀπισθεν ἀθανάσιον κατεχόμενον ὠθεῖ ξένης ἠφίεσαν, αὐτὴ δὲ εἰς τὴν τῶν ἐχθρῶν πόλιν εἰσῆεσαν, ὥσπερ ὀπικωμάζουσα τῇ ἐκκλησίᾳ ἐν τῷ λαῷ, καὶ τὸ ὠδὰ λογώτερον, ἰσχύρων τὸν κατήγορον μεθ' ἑαυτῶν ἐπαγόμενοι μαχαίρων τὸ κατηγορέμεν, οὐκ ἐπέτρεψαν ἀκολουθῆσαι, ἀλλ' ἔμφρερον ἀφῆκαν ἐν τύρῳ. ἄνω γὰρ καὶ κάτω μαχαίρων ὁ πρεσβύτερος τῆς ἀλεξανδρείας ὑπήγετο παρ' αὐτῶν τῷ ἐκκλησιαλι. μόνοι τοίνυν μετὰ τὸ κατηγόρου τὴν Ἀλεξανδρείαν εἰσελθόντες, σωοίκον αὐτὸν ἢ σωέσιον καὶ συμπότην ἔχοντες, καὶ τὸ ἔπαρχον τὸ αἰγύπτου Φιλάγριον ὠδὰ λαβόντες, ὀπὶ τὸ μαρεώτην ἀπῆλθον, κακεῖ ὀπῆγεν ἐπισωῖπτὴν ἐξετασιν μόνοι ὡς ἦλθον μὴ τὸ πρεσβυτερικὸν, πολλὰ τοὺς πρεσβυτέρους παρεῖναι ὠδὰ καλέσαντας, οὐκ ἐπετρέψαντες· ἠξίουν ἢ παρεῖναι οἵτε τῆς πόλεως καὶ τῆς χώρας πάσης πρεσβύτεροι, ἵνα τοὺς ὑποβαλλομένους ὠδὰ ἰσχύρα διελέγξωσι πόθεν ἢ σίνες εἰσί. καὶ τοὺς μὲν λάμπρυνις, σκάλλουν παρεῖναι, ὀπὶ ἢ τῶν ἐθνικῶν ἐξήταζον ὠθεῖ ἐκκλησίας, ὠθεῖ πατρίδος, ὠθεῖ τραπέζης, καὶ τῶν ἁγίων, καὶ τὸ δεινότερον, ἐθνικοὺς σκάλλουν μαρτύρας, ὠθεῖ πατρίδος μυστικοδιηπώτες, καὶ ἃς ἠπάδων ὠδὰ ἀθανασίᾳ διωρίζοντο, οὐ μεταλήσεως τὸ καθολικῷ, καὶ μὴ δὲ ὅπου γῆς ἐστὶ γινώσκειν, τούτους εἰσῆγεν ἐφ' ἑαυτῶν καὶ τὸ ἐπάρχου μόλον, καὶ οὐκ ἠδοῦτο, τούτους ἀφανίδων ὠδὰ τὸ ὀπισθεν ἀθανασίᾳ λέγοντες, ὧν ταῖς μαρτυρίαις συγχρῆσθαι δοκοῦσιν. ἀλλὰ κἀντεῦθα μόνον φονεῦσαι βουλόμενοι, πάλιν τοὺς ζῶντας ὡς ἀποθανόντας, τὸν ὀπὶ ἀρσενίου τρόπον μιμούμενοι πλάττουσι, ὅτως γὰρ τοὺς ἀθρώπους καὶ φαινομένους ὀπὶ τῆς ἰδίας ὑμῖν τοῖς μακρὰν, ὡς ἀφανεῖς ἐκτρογωδῶσιν, ἵνα μακρὰν ὄντων τῶν ἐλέγχων, τὸ συλλειτουργούμενον ἀλεξάνδρωσιν ὡς βίᾳ καὶ δωρεᾷ χρώμενον, καὶ τοῦτο πάντα αὐτοῖς μετὰ δωρεᾶς καὶ προθεσίας πράττοντες. καὶ γὰρ ὅμοια πάλιν τὰ κατὰ μαρεώτην, τοῖς κατὰ τύρον ἐγένετο, ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ κόμης λιβ μὴ στρατιωτικῆς ὑπηρεσίας, οὐδενὶ ὀπιτρέπων ὠδὰ τὰ ἐκείνοις δοκοῦντα ἢ λέγεσθαι ἢ πράττεσθαι, οὕτως καὶ ἐνταῦθα ὁ τῆς αἰγύπτου ἔπαρχος μετὰ τῆς τάξεως λιβ, πάντας μὲν τοὺς τῆς ἐκκλησίας ἐκφοβῶν, μηδένα δὲ μετὰ ἀληθείας ὀπιτρέπων μαρτυρεῖν, καὶ τὸ ὠδὰ δεξιότερον ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ καὶ τῇ οἰκίᾳ τὸ κατηγόρου, καὶ ὧδεν, καὶ ἐξετάζειν ἐδόκουν ἃ ἢ βούλοντο εἴτε δικαίως, εἴτε μάρτυρες, εἴτε τῆς ἑαυτῶν καὶ ὁσιότητος ἀπουδῆς, ὅπερ ἀληθέστερον, ὑπηρέτην ὠδὰ γλώμενοι, καὶ τίνα τὰ παρ' αὐτῶν εἰς τὴν ἀλεξάνδρειαν τελούμενα, νομίζομεν ὑμᾶς μὴ ἀγνοεῖν; πανταχοῦ γὰρ διαδίδομαι, ξίφη γυμνὰ κατὰ ἁγίων παρθένων, καὶ τῶν ἀδελφῶν ἐχώρει, καὶ μάστιγες κατὰ τῶν ἀντίμων ὠδὰ θεῶ σωμάτων, καὶ τὰς πόλεις ἐχώλουν ὑπὸ τῶν πληγῶν, αἱ τὴν ψυχὴν ἐν ἁγνείᾳ καὶ πᾶσιν ἁλοκλήροις τοῖς καλοῖς. ἐργάσαι τε κατ' αὐτῶν ἐπεσάσοντο.

vt calumniam semel initam absoluerent. Hostes ergo Athanasij Athanasio peregre detento, Alexandriam in populum Ecclesiam q; debacchaturi contendunt. Imo quod absurdius est, Ischyra accusatore secum adducto. Macarium reum custodiis Tyri inclusum nō permiserunt in comitatu hærere, quē antea sub prætextu eius criminis sursum deorsumque raptauerant. Si igitur Alexandriam cum accusatore Ischyra ipsorum contubernali sodale compotore ingressi, assumpto vnà præfecto Ægypti Philagrio, in Mareotam abscedunt: atq; illi soli prohibidine sua cum Philagrio quæstionibus incūbunt, nulla permissa presbyteris adeundi facultate, quanquam id multis precibus requirerent: erant autem illi, qui hoc postulabāt, oēs tum Alexandrinæ ciuitatis tum vniuersæ prouinciæ presbyteri, petentes, vt sibi ostēdere liceret, quósnam testes Ischyras subornasset, & quale hoc hominum genus & ciuitates essent. Sacrorū igitur ministris exclusis; coram ethnicis hominibus quæstiones de Ecclesiis, de calice, de mensa domini, de sanctis sanctorū habuere, & quod grauius est, Ethnicos in quæstione de mystico poculo in testes citauerūt, & quinam illud ab Athanasio rapuissent, Catholici interpellatione definierūt, nec puduit eos eorum testimonia coram se, & solo duntaxat præfecto recipere, qui vnde gentiū essēt ignorabant, nec veriti sunt eos dicere ab Athanasio occisos, quorum testimoniis aduersum Athanasium abusi sunt. Quinimo necem Athanasio molientes, nouis mendaciis fabulam de ementita cæde Arsenij imitātur, eóq; qui viui sunt, mortuos fingunt, & vt intersectos, qui adhuc superstant, & hominū oculis in suis sedibus apparent, apud vos longe inde semotos miserrime deplorant, vt cum è longinquo petēda sint rerum documenta, nostrū in sacris ministeriis collegam Athanasium calūniari possent, quasi vi & potentia grassantem, quum ipsi per vim & potentiam omnia agant. Eadem enim denuo apud Mareotam, quæ Tyri designata sunt. Vt enim illic comes erat cum militari satellitio nihil ꝙ ipsis displiceret aut dici aut fieri permittens, ita quoque & hic præfectus manu militari succinctus, omnes ecclesiasticos terrefaciens, nulli permisit ex vero testimonium dicere, & quod absurdius est, in ipsis ædibus accusatoris & cōmorabantur & quæstionibus operam dandam, prout libuit, decernebāt, eóq; tam iudices quam testes, cæteriq; eiusdem studij, vel quod verius est, Eutychianę factionis administri conuenitebant. Quæ porro Alexādriæ ausi sunt, arbitramur vobis non ignota esse, quum ea vbique gēntium fama diuulgata sit, strictos scilicet gladios in sanctas virgines & fratres intentatos, flagella preciosis apud Deum corporibus incussa pedesq; fustigationibus ad claudicationem illis mutilatos esse, quæ mentem in castitate & in omnibus solidis bonis exercebant, calūnias quoq; vbiq; infestas fuisse:

gentilium vulgus interim nudare corpora virginum, verberare, libidinari, & virginibus aras idolorum, victimasque interminari, adeo vt homo quidam proteruus veluti istiusmodi potestas iam deinceps concessa esset in gratiam Episcoporum, virginem manu arreptam, ad altare quod forte obuium erat, protraxit, necessitatem sacrificandi & vim persecutionis repræsentans: inter hæc scelera, virgines fugere, Ethnici Ecclesiæ insultare, Episcopis in illis ipsis ædibus, vbi ista perpetrabantur, versantibus, in quorum gratiam virgines miseræ strictos gladios, omnia genera periculorum, & quamlibet contumeliam & debacchationem experiri coactæ sunt. Et hæc quidem passi sunt ipso ieiunij die à coepulonibus Episcoporum, cum quibus conuiuium agitabant, Episcopis intus epulantibus. Hæc cum futura prouideremus, nec vulgarem, sed quasi ex hostili incursu vastitatem, detrectaui fateor hoc genus Iudicij, Ea res igitur quum Alexandri Thessalonicensis Episcopi animum permouisset, scripsit ad eos qui Tyri adhuc commorabantur, nihil nisi per coniurationem & calumniam cum Athanasio agi. Quòd si eum in suo grege adnumerent, sociumque suæ factionis iactitent, eo ipso vim suam in hominem, qua illi subscriptionem expressérunt, declarabunt, nec mirum quum ipse quoque omnibus modis sceleratissimus Ischyras non sponte, sed malo coactus prouincias nos reos faciendi susceperit, pro documento sunt eius ad coepiscopum nostrum Athanasium epistolæ, quibus testatur nihil tale ibi actum fuisse, sed se subornatum esse, vt hæc fingeret, scripsitque illa quum nec pro presbytero ab Athanasio agnosceretur, nec per gratiam eum titulum obtinuisset, nec ius ædificãdæ Ecclesiæ pro remuneratione impetrasset, nec Episcopatum in mercedem expectaret, quæ omnia consecutus est ab Eusebianis ob operam suam calumniæ impensam. Atque adeo eius cognati nobiscum semper communioni coniuncti fuere, non facturi scilicet, si vel tantillum iniuriæ à nobis accepissent. Hæc non verbis, sed re constare, testes sunt omnes Mareotæ presbyteri, qui comites Episcopo in obequitationibus & itineribus fuere, & qui tum contra Ischyram scripsere, quibusque nec tum quum Tyrum venissent, permissum fuit veritatem loqui, neque cum Mareotæ remanerent, concessum fuit vt Ischyram calumniatorem refellere liceret. Exemplaria autem literarum, tum Alexandri presbyterorum, tum ipsius Ischyræ vnà missimus, quibus adiuncta Epistola Patris Imperatorum, in qua non solum calumniam de Arsenij morte confictam detestatur magna cum indignatione, quòd viui hominis cædes imputata sit, verumetiam in crimine mystici poculi valde admiratur tam versipellem & vagam calumniandi inconstantiam, quàm nunc Macarium presbyterum, nunc Athanasium Episcopũ de calice confracto incusarint, ac proinde re cognita Meletianos iterũ calũniatores,

Atha-

καὶ ἐθνικοὶ δῆμοι πρὸς τὸ γυμνοῦν, τύπτειν, ἀσελγαίνειν κατ' αὐτῶν, βωμούς τε καὶ θυσίας ἐπαπειλεῖν αὐταῖς. καί τις ἀπελγὴς ἀνὴρ ὡς ἐξουσίας λειπὸν διαθείσης ὑπὸ δ' ἐπάρχου πρὸς χάριν τῶν ἐπισκόπων, χεῖρα παρθένου κατέσχε, καὶ πρὸς τυχοῦσα βωμὸν εἵλκυεν, ἀνάγκην θυσίας ἢ διωγμὸν μιμούμενος, καὶ παῖται ἐπηκολούθει, καὶ φυγὴ τῶν παρθένων ἦν, καὶ γέλως τῶν ἐθνικῶν κατὰ τῆς ἐκκλησίας, τῶν ἐπισκόπων ἔνδον ὄντων, καὶ παρὰ τὴν τοῦ οἰκίαν οἰκούντων ἐν ᾗ ταῦτα ἐπράττετο, καὶ ἀφ' ἧς ἀφορᾶν τὴν εἰς αὐτὰς χάριν, ξιφῶν οἱ παρθένοι γυμνῶν, καὶ παντὸς κινδύνου, καὶ ὕβρεων, καὶ παροινίας πειράσαντο. καὶ ταῦτα ἔπασχον ἐννηστεύσασαι τῶν τοῖς ἐπισκόποις ἔνδον συνεστιωμένων. ταῦτα προνοοῦντες, ὡς ἐχθρῶν ἔσοδον οὐχ ἡ τυχοῦσα βλάβη, τὴν παραίτησιν ἐποιησάμεθα. ταῦτα καὶ ἀλέξανδρος ὁ τῆς Θεσσαλονίκης ἐπίσκοπος, γράφει πρὸς τοὺς ἐκεῖ μένοντας τὴν συσκοτὴν ἐλέγχων, καὶ τὴν ἐπιβουλὴν μαρτυρούμενος. ὃν κἂν συναριθμῶσιν ἑαυτοῖς, καὶ τῆς ἐπιβουλῆς μετέχωσιν ἕνα, οὐδὲν ἄλλο, ἢ κατ' ἐκείνου τὴν βίαν δεικνύουσι. καὶ γὰρ καὶ ὁ παμπόνηρος ἰσχύρας οὐδὲ αὐτὸς ἄνευ φόβου καὶ βίας ἐπ' αὐτὸ ὥρμησεν, ἀλλ' ἀνάγκη τὴν κατηγορίαν ὑπέδυ. τούτου τεκμήριον, αὐτὸς ἔγραψεν ἰσχύρας πρὸς τὸν συνεπίσκοπον ἀθανάσιον, ὅτι μηδὲν ἐκεῖ πέπρακται τοιοῦτον, ἀλλ' ὑπεβλήθη πλάσασθαι, καὶ ταῦτα ἔγραψεν, οὐ δεχθεὶς παρ' αὐτῷ ὡς πρεσβύτερος, οὐ τοιαύτην χάριτος προσηγορίαν λαβών, οὐκ οἰκοδομὴν ἐκκλησίας εἰς ἀμοιβὴν τυχών, οὐ μισθὸν ἐπισκοπῆς ἐπορισάμενος. ὧν πάντων ἔτυχε παρ' αὐτῶν. Διὰ τὴν κατηγορίαν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἦθος αὐτοῦ παῦν μεθ' ἡμῶν συνήγετο. καὶ οὐκ ἂν συναχθέντες, εἶχε τι τυχὸν, ἠδικεῖτο. ταῦτα μὲν οὕτω ὅτι μὴ λόγος, ἀλλ' ἔργον, μάρτυρες μὲν, οἱ τοῦ μαρεώτου πρεσβύτεροι πάντες, οἱ ἀεὶ συόντες ἐν ταῖς περιόδοις τῷ ἐπισκόπῳ. οἱ καὶ τότε γράψαντες κατὰ ἰσχύρα. καὶ μήτε ἐν τύρῳ, οἱ ἐλθόντες ἐξ αὐτῶν ἐπιτραπέντες εἰπεῖν τὴν ἀλήθειαν, μήτε ἐν τῷ μαρεώτῃ ἐπιμείναντες, συγχωρηθέντες ἐλέγξαι τὸν ἰσχύραν συκοφαίτην. καὶ αὐτὰ δὲ τὰ ἀντίγραφα τῶν ἀλεξάνδρου γραμμάτων, καὶ τῶν πρεσβυτέρων, καὶ τὰ ἰσχύρα, ἀπεστείλαμεν δὲ καὶ τὴν τοῦ πατρὸς τῶν βασιλέων ἐπιστολήν. ἔνθα οὐ μόνον ἐπ' ἀρσενίῳ δυσχεραίνει, ὅτι ζῶντος ἀνθρώπου φόνος ἐκαλεῖτο, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῷ ποτηρίῳ ἐθαύμαζε, τὸ ποικίλον τῆς κατηγορίας καὶ πεπλανημένον, ὅτι τῇ μὲν, μακαρίου τοῦ πρεσβυτέρου, τῇ δὲ ἀθανασίου τοῦ ἐπισκόπου κατηγόρουν, ὡς κλάσαντος τῆς χερσὶ τὸ ποτήριον, καὶ πάλιν συκοφαίτας τὰς μελιτιανὰς.

καὶ ἀπαίν

καὶ πάλιν ἀθανάσιον καθαρώτατον ἀποφαίνεται. πῶς γὰρ οὐ συκοφάντας μελλήσουσι, καὶ μόγις παύσονται ἡσυχάσαντες; ὁ εἰσελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν κοινωνήσας ἡμῖν, κατηγόρους ἑαυτοῦ μηδὲν ἔτι περὶ τοῦ ποτηρίου κινήσας; ἐπειδὴ τοὺς περὶ εὐσέβιον εἶδε σπουδάζοντας τῆς ἀρειομανίτιδος· οὐκ ἀποπλαύσαντας δὲ φανερῶς αὐτῆς συνεργεῖν· ἀλλὰ ζητοῦντας ἄλλοις χρῆσθαι προσώποις· ἑαυτὸν ὑποβαλλόμενον ὥσπερ τῶν ἔξω θεάτρων ὑποκριτὴν, καὶ ἡ μὲν ὑπόθεσις ἦν ἀρειανῶν ἀγών. καὶ τὸ πρωτότυπον, ἐκείνους καθορᾶν· ὑποβολὴ δὲ καὶ πρόφασις τούτων, ἰωάννης καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, ἵνα οἱ τῶν ἀρειανῶν σπουδασταὶ διὰ τῆς τούτων προφάσεως, δικαστῶν ὀχήματα, τοὺς ἐχθροὺς τῆς ἀσεβείας ἀπώσωνται, καὶ τὴν ἀσέβειαν ἐγκαταπήξωσι, καὶ τοὺς ἀρειανοὺς εἰσαγάγωσι τῇ ἐκκλησίᾳ. καὶ οἱ τὴν εὐσέβειαν ἐξωθῆσαι θέλοντες, οἱ ἀσέβειαν κινῆσαι βιάζονται. καὶ οἱ τὴν ἀσέβειαν τὴν κατὰ χριστοῦ προελόμενοι· τοὺς τῆς ἀσεβείας ἐχθροὺς, ὡς ἀσεβεῖς ἀνελεῖν ἐπεχείρησαν. καὶ ποτήριον ἡμῖν προφέρουσι κεκλασμένον, ἵνα δοξῇ καὶ ἀθανάσιος κατὰ χεῖρα τῷ σωτῆρι ἀσεβεῖν αὐτοῖς. ποία γὰρ καὶ μνήμη παρ' αὐτοῖς ὀφείλεται ποτηρίου μυστικοῦ; πόθεν ἀσεβείας τῆς εἰς χριστὸν προσάπτουσι, περὶ ποτηρίου νοῦς ὀσιότητος; πόθεν τοῖς τὸν χριστὸν μὴ γινώσκουσι, ποτηρίου χριστοῦ γνώσιμον; πῶς οἱ ποτήριον ὑμᾶς προσποιούμενοι, τὸν τοῦ ποτηρίου θεὸν ἀτιμάζουσιν; ἢ πῶς οἱ ποτήριον ὀδυρόμενοι, τὸν ἐπίσκοπον τὸν ἐν αὐτῷ μυσταγωγοῦντα, φονεῦσαι ζητοῦσι; καὶ ἐφόνευσαν ἂν τὸ ὄσιον ἐν ἑαυτοῖς. πῶς δὲ οἱ τὸν θρόνον τὸν ἐστολισμένον ἐπισκεπτικῶς ὀδυρόμενοι, τὸν ἐν αὐτῷ καθήμενον ἐπίσκοπον ἀνελεῖν ζητοῦσιν; ἵνα καὶ ὁ θρόνος τὸν ἐπίσκοπον ζητῇ, καὶ οἱ λαοὶ τῆς εὐσεβοῦς διδασκαλίας στερηθῶσιν. οὔτε εἰσὶ ποτήριον, οὔτε φόνου τινῶν ὑπ' αὐτῶν προαπολογηθέντων εἰς τοῦτο αὐτοὺς προήγαγε, ἀλλ' ἡ πεφυρμένη τῶν ἀρειανῶν ἀσέβεια. διὰ τοῦτο καὶ ἀθανάσιῳ καὶ ἄλλοις ἐπισκόποις ἐπιβουλεύουσιν, ἐπὶ καὶ νῦν τῇ ἐκκλησίᾳ πολεμοῦσιν. ἄρχα γάρ, τίνες οἱ φόνους καὶ ἐξορίας ποιήσαντες. οὐχ οὗτοι; ἄρα τίνες τῆς ἔξωθεν προστασίας χρώμενοι, τοῖς ἐπισκόποις ἐπιβουλεύουσιν· οὐχ οἱ περὶ εὐσέβιον μᾶλλον, καὶ οὐκ ἀθανάσιος ὡς αὐτοὶ γράφουσι; πόθεν αὐτῶν γὰρ αὐτὸς καὶ ἄλλοι πεπόνθασι. καὶ γὰρ καὶ πρεσβύτεροι τῆς ἀλεξανδρείας τέσσαρες κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, καὶ τὴν μηδὲ εἰς τύρον ἐξελθόντες ὑπερόριοι παρ' αὐτῶν γεγόνασιν. ἄρα τίνες οἱ θρυλούμενοι καὶ δανιρύοντες ἄξιοι, ἀλλ' εἰ καὶ τὰ πρῶτα ποιήσαντες, καὶ δεύτερα σιωπῆσαι μὴ παραιτούμενοι, καὶ πάντα συκοφαντοῦντες ἵνα ἐπισκόπων δουλίσωσι μὴ ὑπείκοντα τῇ τῆς ἀσεβείας αὐτῶν αἱρέσει; διὰ τοῦτο ἡ ἐχθρα τῶν περὶ εὐσέβιον. διὰ τοῦτό τε ἐν τύρῳ κινηθέντα. διὰ τοῦτο οἱ προπομποὶ κρίσεις.

διὰ τὸ

Athanasiumque vero innocentissimum pronunciat. Qui quæso non pro calumniatoribus Meletiani habeti debeant, & inter Meletianos præcipue Ioannes? qui vbi ipse suam de calice confracto sycophantiam agnouisset, ac proinde in communionem à nobis receptus esset, animaduertens Eusebianos studiis animisq; cum Meletianis coire, communemque factionem alere, ita tamen vt illos propalã adiuuare nollent, sed alias ad id personas rerumque prætextus quærerent, obtulit illis suam veluti in scena histrionicam operam ad eam fabulam agendam, cuius argumentum erat Arianorum Agon. Primæ autem partes dramatis, Arianorum successus, assurela vero & appendix Ioannes cum suis gregalibus, vt Arianorum studiosi sub istiusmodi occasione & specie iudicij, aduersarios impietatis è medio tollerent, & impietatem in locum pietatis inducerent, Arianosque in Ecclesiis locarent, quo illi qui pietatem exterminatam cuperent, per impietatem rerum potiri possent: & ij qui partes impietatis contra Christum susceperant, hostes impietatis summouerent. Etiam calicem nobis proferunt confractum, vt videatur Athanasius in Christum impius esse. At quæ cura mystici poculi ab illis expectanda est? aut vnde impietatis in Christum antesignanis vlla de mystico poculo religio? aut vnde illis qui Christum non cognoscunt, poculum Christi cognitum habenti? aut cur domini calicem sei nreuerentia habere simulant, qui Christum Dominum contumelia afficiunt? aut quónam pacto calicem deplorãt, qui Episcopum mysteria sacraque in eo facientem, occidere satagunt, & quantũ in ipsis est, iam occiderunt? Aut quanam ratione delamentantur throni Episcopaliter stolati vicem, qui Episcopo in Throno sedenti, necem moliuntur, vt Thronus Episcopum desideret, & populi pia doctrina spolientur: verum neque poculum illos, aut cædes, aut vlla denique scelerum species quas prætexunt, sed sola Arianorum impietas huc adegit, in cuius solus gratiam, Athanasio & cæteris Episcopis, insidias faciunt. Atque etiam nunc Ecclesiæ bellum inferunt. Age mihi ergo videamus quinam habendi sint, quòd cædes & exilia faciunt, nónne isti ipsi? Age quinam secularium potestate ad insidias Episcoporum abuntur? nónne Eusebius cum suis, & nequaquã vt ipsi scribunt, Athanasius, quem cum aliis multis hoc genere calamitatis afflixerunt, & eodem tempore quatuor presbyteros Alexãdriæ, quãquam Tyrũ non venerant, è finibus suis exterminauerunt? Age, quinã luctu & lachrimis digna perpetrarũt, nónne isti qui & prima ista designarunt, & secunda cum primis cónferere nõ reculant, omnia calũniis miscentes, vt Episcopum impiæ suæ hæresi cedentem, è medio tollant? Hinc nimirum Eusebius cum suis infensas iras concepit, ob hoc Tyri species Synodi instituta est, eius rei gratia iudicia simulãtur.

διὰ τοῦτο

Non alio scopo inaudita causa tanquam in re certa literæ ab illis passim circummissæ sunt, nõ alio scopo apud Patrem Cæsarum, & apud ipsos religiosissimos Imperatores calumnias suas intentarunt. Verum quid obtrectationum passus sit Athanasius, sacrorum nobiscum comminister, necessarium relatu est, vt vel hinc deprehendatis, nihil illos aliud nisi eadem viri quærere. Frumentum dabatur à patre Imperatorũ in alimentũ viduarũ partim Libycarum partim Ægyptiarum, quetiam nunc accipiunt, Athanasio nihil inde nisi operam & laborem referente. Interim dum & illæ percipierent, nec vlla querela esset, de non accepto alimento, idque ipsæ confiterentur, accusatur per calumniam Athanasius, quòd vniuersum frumentum diuenditum in suos vsus seposuisset, certe hoc, Imperator istorum calumniis inductus, in suis literis conqueritur. Qui igitur calumniatores? nonne illi qui & primas illas calumnias texuerunt, & à secundis istis non abhorrent? Qui denique istarum literarum Imperatori authores fuere? nónne Arianorum fautores? qui nihil quo huic viro noxam adferre posset, nec in dicẽdo nec in scribẽdo subterfugiunt. Quisenim omissis tantorũ malorum authoribus in alios istam suspicionẽ deriuauerit? quum manifestissime eorum calumnia pateat ex studio ipsorum, quo ab Ecclesia frumentum abalienare & transferre ad alienos satagunt: quæ culpa eos potissimum authores principesque habere videtur, qui calumniis apud Imperatorem depositis nihil recusarũt, quo viro necem molirentur, & à clero Ecclesiæ alimenta auerterent, vt ea sine omni dubio hæreticis in prædam cedant. Misimus autẽ ad vos testimonia comministrorum nostrorum, qui in Libya, Pentapoli, & Ægypto degunt, vt etiam inde cognoscatis illorũ in Athanasium sycophantias. Quod ideo faciunt, vt cæteris per metum, qui piæ opinionis sunt, quiescentibus, impia Arianorũ hæresis introducatur. Nos auetm vestræ prudentiæ gratias agimus dilectissimi, quod sæpius anathemate Arianos notastis, neque illis locum in Ecclesia dedistis. In proximo autem iam est, vt ex rerum documentis appareat, quales Eusebiani sunt. Ecce enim post prima eorũ de Arianis scripta, quorum antigrapha ad vos misimus aperte iam Arianos homines atque eo nomine, ab vniuersa Ecclesia anathemate condemnatos contra Ecclesias irritant. Episcopúmque illis constituũt, diuulsis à se inuicem per metum Ecclesiis, quo illis vbique suppetant cooperatores suæ impietatis, ac proinde diaconos suos ad Arioma-nitas legant propalam cum Ariomanitis communione sumpta, literisque vltro citroq; missitatis, Ecclesiam in schisma coniiciunt, eaque passim scribunt, quæ & hæresim commẽdant, & Ecclesiam conuiciis lacerant, vt ex literis eorum ad Romanorum Episcopum, & fortasse ad vos ipsos scriptis deprehendere potestis.

Quàm

Δραστὸν νυῦ καὶ χωρὶς κρίσεως παρ' αὐτῶν ὡς πεπληροφορημένων, γράμματα, Δραστοῦτο αἱ πρὸς τὸν πατέρα τῶν Βασιλέων καὶ πρὸς αὐτοὺς τὰς ἀσεβεστάτας Βασιλεῖς, Δραβολαί. εἶα γὰρ ἐνῶ κατέρῃ ὁ συλλειτουργὸς ἡμῶν Ἀθανάσιος, ἀναγκαῖον ὑμᾶς εἰδέναι, ἵνα καὶ ἐκ τούτου καταγνῶτε τῆς πονηρίας αὐτῶν, καὶ γνώσητε, ὅτι μηδὲν ἄλλο, ἢ φονεῦσαι ζητοῦσι τὸν ἄνδρα. Σῖτον δὲ παρὰ τοῦ πατρὸς τῶν Βασιλέων ἐδίδοτο πρὸς τὰς τῶν χηρῶν Δραβολὰς. ἰδίᾳ μὲν λιβύας, ἰδίᾳ δὲ ἡσὶν ἐξ αἰγύπτου. τοῦτον πάντες λαμβάνουσιν ἄχρι νυῦ, Ἀθανασίου μηδὲν ἐξ αὐτοῦ κερδίζοντος, πλὴν μόνου τοῦ συναγόμενον αὐτοῖς, ἀλλὰ νυῦ ἐκείνων λαμβανόντων μὴ μεμψαμένων, ὁμολογούντων λαμβάνειν, Δραβεβλῆσθαι Ἀθανάσιον ὡς ὅλον τὸν σῖτον πράσαντα, καὶ εἰς τὸ ἴδιον δόξαν φερόμενον, καὶ τοῦτ' ἔγραψε Βασιλεύς, αἰτιώμενον ἐκ τῶν γεγυμνασμένων Δραβολῶν. τίνες τοίνυν οἱ Δραβεβληκότες; ἆρ' οἱ καὶ τὰ πρῶτα ποιήσαντες, καὶ τὰ δεύτερα κινεῖν μὴ παραιτούμενοι; τίνες οἱ τῶν γραμμάτων τούτων αἴτιοι τοῦδε τοῦ Βασιλέως λεγομένων, ἆρ' οἱ ἀρειανοὶ ἀποδάζοντες, καὶ μηδὲν κατ' ἐκείνους παραιτησάμενοι μηδὲ λέγειν, μήτε γράφειν; ἴσθι γὰρ τοὺς τοσοῦτα ποιήσαντας ἀφεῖς, ἄλλους ἐπισπάσῃ. καὶ γὰρ ἐναργέστατον αὐτῶν τὸ δεῖγμα τὸν Δραβολὴν φαίνεται. ἀποδάζουσι γὰρ τὸν ἐκκλησίας ἀφελέσθαι τὸν σῖτον, τῇ προφάσει τὸν Δραβολῆς, καὶ ἀρειανεῖς παραχρῆμα ὁ πάντων μάλιστα, εἰς τὰς αἰτίας τὸν ἀποδῆς καὶ τὰς ἐξάρχας αὐτῶν αἰσχύνεται, τοὺς μήτε φόνους κατ' ἐκείνου παραιτησαμένους, οἳ ὧν ψευδῆ Δραβεβλῆκασι βασιλεῖ, μήτε τὸν κληρονόμον ἐκκλησίας ἀφελέσθαι τὰς προφάς, ἵνα τῷ ὄντι κέρδος ἀρειανοῖς τοῦδε πράγματος ᾖ. ἀπεσείλαμεν γὰρ καὶ τῶν μαρτυρίαν τῶν κατ' ἐκείνου συλλειτουργῶν ἡμῶν, ἵνα καὶ ἐκ τούτου γνῶτε, τῷ κατὰ Ἀθανασίου γεγυμνάσθαι συνθήκην. ταῦτα δὲ ποιοῦσιν, ἵνα φόβῳ λοιπὸν ἡσυχάζοντων τὰ τῆς ἀσεβείας φρονούντων, ἡ τῶν ἀσεβῶν ἀρειανῶν αἵρεσις, αὐτόσχεδὸν, ἀλλὰ κατὰ μὲν ὑμῶν ἀλαζονία, χάρις ἀγαπητὴ, ὅτι πολλάκις τοὺς ἀρειανοὺς ἀναθεματίζοντες ἐχάψατε, καὶ χώραν αὐτοῖς εἰς τὴν ἐκκλησίαν οὐ δεδώκατε. τὸ δὲ εὐσεβὲς ὁ ἔλεγχος, ἐγγύς. ἰδοὺ γὰρ μετὰ τὰ πρότερα παρ' αὐτῶν τοῦ τῶν ἀρειανῶν γράμματα, ὧν καὶ ἀπεσείλαμεν τὰ αὐτόγραφα, φανερῶς λοιπὸν τοὺς πάσης τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀναθεματίζοντες ἀρειομανίτας, ἐπιγράφουσι κατὰ τῆς ἐκκλησίας, καὶ ὅπισθεν αὐτοῖς κατέγραψαν, καὶ τοὺς ἀπειλὰς καὶ τοὺς φόβους, διαρρήδην τὰς ἐκκλησίας, ἵνα παντάχοῦ συνέρχωνται ἔχωσι τῆς ἀσεβείας αὐτῶν. καὶ γὰρ καὶ Δρακόντους πρὸς τοὺς ἀρειομανίτας ἀποστέλλουσιν, εἰ φανερῶς συναγόνται παρ' αὐτοῖς, καὶ γράφουσιν αὐτοῖς τὰ αὐτόγραφα παρ' αὐτῶν κομίζοντες, τῷ ἐκκλησίαν καθαρίζοντες, καὶ κοινωνοῦντες αὐτοῖς, καὶ χάρματα ἀποστέλλοντες, τῷ αἱρέσιν αὐτῶν σωιζῶντα, καὶ τῷ ἐκκλησίαν ἀποκηρύττοντα, ὡς δυνησόμεθα μαθεῖν, ἀφ' ὧν αὐτὸ τῷ ῥωμαίων ἐπισκόπῳ, καὶ τάχα καὶ πρὸς ἡμᾶς ἔγραψαν.

ὡς ἐπὶ

ὡς ἐωῦ ἀνεκδίκητα παῦτά ἐστι, σωφρόνως καὶ ὑμᾶς ἀγαπητοί. δεινὰ γὰρ καὶ ἀλλότρια τ κ' χριςὸν διδασκαλίας ἐστί. τάτε γοῦν ἕνεκεν καινῆ σωελθόντες ἐγράψαμεν ὑμῖν ἀξιοῦντες ὑμῶν τὴν ἐν χριςῷ σωεσιν ἀποδέξασθαι μὲν τὴν ὁμολογίαν ταύτην, καὶ σωαλγῆσαι τῷ σωεπισκόπῳ ἡμῶν Ἀθανασίῳ, ἀγανακτῆσαι δὲ κατὰ τῶν περὶ Εὐσέβιον, τῶν τὰ τοιαῦτα ἐπιχειρούντων, ὡς τὸ μηκέτι τοιαύτην κακίαν καὶ πονηρίαν κατὰ τῆς ἐκκλησίας ἰσχύειν· ὑμᾶς γὰρ ἐκδίκους κατὰ τῆς τοιαύτης ἀδικίας ἐπικαλούμεθα, ὑπομιμνήσκοντες τὸ ἀποστολικόν, ἐξάρατε τ πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν. πονηρὰ γὰρ ἀληθῶς καὶ οὐκ ἄξια κοινωνίας τὰ παρ' αὐτῶν πεπραγμένα. σκοπεῖτε οὖν μηκέτι προσέχητε κἂν πάλιν ὑμῖν γράφωσι κατὰ τοῦ ἐπισκόπου Ἀθανασίου. πάντα γὰρ ψευδῆ τὰ παρ' αὐτῶν. μηδ' ἂν ὀνόματα δὲ ἐπισκόπων αἰγυπτίων ἐγχαράττωσιν ἐπιστολαῖς. δῆλον γὰρ ὅτι οὐκ ἡμεῖς ἐσμεν οἱ γράφοντες, ἀλλὰ μελιτιανοί, οἱ ἀεὶ σχισματικοὶ, οἱ καὶ μέχρι νῦν τὰς ἐκκλησίας ταράττοντες, καὶ στάσεις κινοῦντες. κατὰ στάσεις γὰρ ἀλόγους καὶ χεδὸν ἐθνικῶν ποιοῦντα Εὐσεβίου πράττουσιν· ἃ δυσωπούμεθα μὲν γράφειν, δυνάσθε δὲ μαθεῖν παρ' ἃ τ ἀποσταλέντων παρ' ἡμῶν, τ καὶ τὰ ἐπιστολὰ ὑμῖν ἐπιδιδόντων. ταῦτα μὲν οἱ ἀπ' αἰγύπτου πρὸς πάντας, καὶ πρὸς Ἰούλιον τ ἐπίσκοπον τ Ῥώμης. καὶ οἱ περὶ Εὐσέβιον δὲ πρὸς Ἰούλιον ἔγραψαν, καὶ νομίζοντες ἡμᾶς ἐκφοβεῖν ἠξίωσαν σύνοδον καλέσαι, καὶ αὐτὸν Ἰούλιον, εἰ βούλοιτο, κριτὴν γενέσθαι. ἡμῶν τοίνυν ἀνελθόντων εἰς τὴν Ῥώμην, ἔγραψεν εὐθέως Ἰούλιος καὶ ἐπὶ τοῖς περὶ Εὐσέβιον, ἀποστείλας δύο πρεσβυτέρους ἑαυτοῦ, Ἐλπίδιον καὶ Φιλόξενον. ἐκεῖνοι δὲ ἀκούσαντες περὶ ἡμῶν, ἐταράχθησαν, ὅ προσδοκήσαντες ἡμᾶς ἀνέρχεσθαι, καὶ παρὰ τὴν σαν γνώμην, πρόφασιν ἀποδείκνυσθαι πορευόμενοι, μᾶλλον δὲ φοβηθέντες, μὴ ἅπερ οἱ περὶ Ἄκακιον καὶ Οὐρσάκιον ὡμολόγησαν, ταῦτα κατ' αὐτῶν ἐλεγχθῇ. λοιπὸν ἂν συνελθόντες ἐπίσκοποι πλέον πεντήκοντα, ἔνθα Βίτων ὁ πρεσβύτερος σωήχθη, ἡμᾶς μὲν ἀπολογουμένους ἀπεδέξαντο, καὶ ἐκύρωσαν εἰς ἡμᾶς, τὴν τε κοινωνίαν τ Ἐ ἀγάπην, ἠγανάκτησαν δὲ κατ' ἐκείνων, καὶ ἠξίωσαν Ἰούλιον γράψαι τοῖς περὶ Εὐσέβιον ταῦτα, τοῖς καὶ γράψασιν αὐτῷ· καὶ ἔγραψεν αὐτὸς, καὶ ἀπέστειλε διὰ Γαβιανοῦ τ κόμητος.

Quàm igitur ista inulta esse non debeant, etiam vos dilectissimi animaduertitis. Grauia enim sunt & aliena à Christi doctrina. Hac certe de causa in publico conuentu de concilio omnium has literas ad vos dedimus, quibus oramus vestram in Christo prudentiam, vt recipiatis hanc de Athanasio contestationem, & commercium, communionémque eius admittite, & zelum indignationemq; cõtra Eusebianos, qui istiusmodi tentant, induite, ne diutius istiusmodi prauitas & malitia cõtra Ecclesiam inualescat, vos certe vindices huius iniustitiæ imploramus, citantes illud Apostolicum verbum, *Auferte mala ex vobis*: mala enim reuera sunt & indigna communione, quæ ab illis designantur. Ne igitur illis aurem præbueritis, si denuo ad vos contra Athanasium Episcopum scribant. Quicquid enim ab illis proficiscitur, falsum est, etiamsi nostra Ægyptiorum Episcoporum nomina epistolis suis asscribant: certum enim est non nos eos esse quorum nomina in scriptis subiiciunt, sed Meletianos homines perpetuo schismaticos, qui etiam nunc Ecclesias turbant, & seditiones commouent, constitutioneſque absurdas, & propemodũ ethnicas faciunt, eaq; designãt, quæ quia abominamur scribere, ex nostris legatis, qui vobis hanc epistolam adferũt, cognoscere poteritis. Hæc quidem Ægyptij ad omnes & ad Episcopum Romanum Iulium scripsere. Quin & Eusebiani ad Iulium literas misere, & vt nos terrerent, Synodum iusserunt conuocari, & ipsi Iulio, si vellet, arbitrium causæ detulerunt. Quum igitur Romam peruenissemus, Iulius continuo ad Eusebianos literas scripsit, missis eo duobus ex suis presbyteris, Elpidio, & Philoxeno, illi verò vbi nostrã Romæ præsentiam audiuissent, plurimum cõturbati sunt, quod contra spem eorum me Romam contulissem, reiecto igitur itinere, futiles inaneſque tergiuersando causificationes commenti sunt, eò quòd ingenti metu retinebantur, ne de iisdem criminibus quæ Valens & Vrsacius confessi erant, ipsi quoque conuincerentur. Presbyter deinde Viton plures Episcopos quàm quinquaginta in concilium adduxit, vbi & nostra defensio recepta fuit, nosque digni habiti sumus communione & agape, magnaque indignatio exorta est contra Eusebianos, quibus Iulium, quum ab eis literas acceperat, rescribere iusserunt. Scripsit igitur Iulius, & misit literas per Gabianum Comitem.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΟΥΛΙΟΥ.

ΙΟΥΛΙΟΣ, ΔΑΝΙΩι ΚΑΙ ΦΛΑΚΙΛΛΩ, ΝΑΡΚΙΣΣΩ, ΕΥΣΕΒΙΩ, ΜΑΡΙ, ΜΑΚΕΔΟΝΙΩ, ΘΕΟΔΩΡΩ, ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΣΥΝ ΑΥΤΟΙΣ, ΤΟΙΣ ΑΠΟ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ ΓΡΑΨΑΣΙΝ ΗΜΙΝ ΑΓΑΠΗΤΟΙΣ ΑΔΕΛΦΟΙΣ, ΕΝ ΚΥΡΙΩ ΧΑΙΡΕΙΝ.

ΑΝΕΓΝΩΝ τὰ γράμματα τὰ διὰ τ πρεσβυτέρων μου ἐλπιδίου καὶ Φιλοξένου ἀποσταλέντα, Ε θαύμασα· τῶς ἡμεῖς μὲν ἀγάπην καὶ συνειδησιν ἀληθείας ἐγράψαμεν, ὑμεῖς δὲ μετὰ φιλονεικίας καὶ οὐχ ὡς ἔπρεπεν ἐπεστείλατε.

ὑπερ-

EPISTOLA IVLII.

IVLIVS DANIO FLACILLO, Narcisso, Eusebio, Mari, Macedonio, Theodoro, caterisq; eorum qui nobis dilectissimis in Christo fratribus ex Antiochia scripserunt, Salutem.

LEgi Epistolam vestram quã mihi mei presbyteri, Elpidius, & Philoxenus, attulerũt: miratusque sum, quum à nobis ex vera dilectione & bona conscientia scriptum esset, cõtẽtiose à vobis, & non, vt decuit, rescriptũ esse.

Fastus

Fastus enim & arrogantia scribendum in epistola apparebat. Atqui aliena sunt ista à fide in Christum, decuit enim eum, qui cum dilectione ad vos scriberet, eandem vicissim dilectionem, non autem contentionem referre. Quid? an non dilectionis iudicium erat, nos presbyteros misisse, qui compaterentur patiẽtibus, & incitarent eos, qui iudicium scriptis postulauerant? vt præsto esse vellent, quo primum omnia componerentur, & emendationem acciperent, ne diutius aut fratres nostri iniurias, aut vos calumnias pateremini? Nec scio cur vobis ita rem agere placuit, vt nos in hanc opinionem redigatis, vt arbitremur nos sub specie reuerentiæ pro ludibrio esse habitos, dictáque vestra irridentium fuisse quũ & presbyteros nostros ad vos missos, quos cum gaudio remissos oportuit, cum luctu remiseritis ob ea, quæ isthic geri conspiciebant. Ego certe cum literas vestras euoluerem, post varias vltro citróque cogitationes, eas supprimendas putaui, ea spe, quòd crederem saltem aliquos ex vestris aduenturos, nec opus fore istiusmodi epistolis, ne si illæ in publicum promerentur, multos hic dolore afficerent. Cæterum vbi nullus vestrum superuenerat, necessum fuit vt eas proferrem. Credite mihi omnes admiratione pleni vix induci poterãt, vt crederent istiusmodi literas à vobis profectas esse, in quibus rixandi potius quàm charitatis affectus eminebat. Quòd si ambitione eloquentiæ ostentandæ, ita exceptæ sunt à dictatore, id certe studium ad alios spectat. In rebus enim Ecclesiasticis, non specimen eloquentiæ, sed canones Apostolici requiruntur, operáque dari solet, ne quis ex paruis in Ecclesia scandalizetur: Expedit enim secundum Ecclesiasticum verbum, molem asinariam suspendiuà collo atque ita demergi, quàm vnum ex pusillis scandalizare. Quòd si aliquibus in alios ob pusillanimitatem offensis (non enim omnium talem mentem fuisse arbitror) istiusmodi epistolam scribi placuit, primum decuit neminem offendi, neque solem occidere super huiusmodi offensis, certe eo res deduci nõ oportuit, vt offensiones suas scriptis proderent. Quid enim actum est dignum offensa? aut qua in re vobis quibus scripsi, causam succensionis præbui? an quia adhortati vos sumus vt ad Synodum occurreretis? At qui illud potius cum gaudio excipi oportuit. Qui enim bene sentiunt de iis quæ egerunt, & in quibus ipsi (vt aiunt) iudices fuere, non indignanter ferre solent, si quod ab ipsis iudicatum est, ab aliis excutiatur, quippe qui securi sint, ea quæ ipsi iusta iudicauerunt, iniusta nunquam fieri posse. Quocirca Episcopi in magna Synodo Niceæ congregati, non sine Dei consilio permiserunt prioris Synodi acta, in alia Synodo examinari, vt & illi qui iudices erant præ oculis habentes secundum de ea ipsa re iudicium futurum, cum omni diligentia causam expenderent, & illi qui sententiam acceperant, certo agnoscerent, se non per simultatem priorũ iudicum, sed iure & merito condemnatos esse. Quòd

ὑπερηφία γὰρ καὶ ἀλαζονεία τὰ γεγραμμένα ἀφ' ἑαυτῶν ἀφ' ἑαυτῆς ἐπιστολῆς ἐδείκνυτο. πῶς γὰρ ἄλλοτρία τὰ ἐν χριστῷ πίστεως ἐστιν. ἔδει γὰρ τὰ μὴ ἀγάπης γεγραμμένα, ἀμοιβῆς τ' ἴσης μὴ ἀγάπης τυχεῖν. καὶ μὴ μὴ φιλονεικίας. ἢ ἀρχὴ ἀγάπης ἐστὶ γνώρισμα πρεσβυτέρους ὀφειλαι συμπαθεῖν τοῖς πάσχουσι, πρεσβεύσασθαι τοὺς γράψαντας ἐλθεῖν, ἵνα πάντα θᾶττον λύσιν λαβόντα διορθωθείσας δωμεθῆ, καὶ μηκέτι μήτε οἱ ἀδελφοὶ ἡμῶν πάσχωσι, μήτε ὑμᾶς τινες διαβάλλωσιν; ἀλλ' ἀκ οἶδα τί τὸ δόξαν ὅτως ὑμᾶς ἀφανθῆναι, ὥστε καὶ ἡμᾶς ποιῆσαι λογίζεσθαι, ὅτι καὶ ἐν οἷς ἐδόξατε ῥήμασιν ἡμᾶς πᾶσαν, πῶς τα μεταχειριζόμενοι μὴ εἰρωνείας τινὸς εἰρήκατε. καὶ γὰρ καὶ οἱ πρεσβύτεροι οἱ ὑποσταλέντες ὡς ἔδει μὴ χαρᾶς ἐπανελθεῖν, τἀναντίον λυπούμενοι ἐπανῆλθον ἐφ' οἷς εωράκασιν ἐκεῖ γινομένοις. ἐγὼ γε τῆς γράμμασιν ἐντυχὼν, πολλὰ λογισάμενος, κατέχον παρ' ἐμαυτῷ τὴν ἐπιστολήν. νομίζων ὅμως ἤξειν τινὰς καὶ μὴ χρείαν εἶναι τ' ἐπιστολῆς ἵνα μὴ καὶ ἐς φανερὸν ἐλθοῦσα, πολλὰς τῶν ἐντεῦθεν λυπήσῃ. ἐπίδη δ' μηδενὸς ἐλθόντος. ἀνάγκη γέγονεν αὐτὴν πεμφθῆναι, ὁμολογῶ ὑμῖν, πάντες ἐθαύμασαν, ἐγγὺς ἀπίστας γεγόνασιν, εἰ ὅλως παρ' ὑμῶν τοιαῦτα ἐγράφη. φιλονεικίας γὰρ μᾶλλον καὶ οὐκ ἀγάπης ἦν ἡ ἐπιστολή. εἰ μὲν οὖν φιλοτιμίας λέγων ἕνεκεν ὁ ὑπαγορεύσας ἔγραψεν, ἄλλων τοιοῦτον ἐπιτήδευμα. ἐν μὲν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς, ὁ λόγων ἐπίδειξίς ἐστιν, ἀλλὰ κανόνες ἐπισκοπικοί, καὶ σπουδὴ τοῦ μὴ σκανδαλίζειν ἕνα τῶν μικρῶν τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. συμφέρει γὰρ κατὰ τ' ἐκκλησιαστικὸν λόγον, μύλον ὀνικὸν κρεμασθῆναι εἰς τ' τράχηλον καὶ καταποντισθῆναι ἢ σκανδαλίσαι κἂν ἕνα τῶν μικρῶν. εἰ δ' ὡς ἰνῶν λελυμπημένων ἀφ' ἑαυτῶν πρὸς ἀλλήλους μικροψυχίαν, ὁ γὰρ ἂν εἴποιμι πάντων εἶναι ταὐτὸν γνώμην, τοιαύτη γέγονεν ἡ ἐπιστολή, ἔπρεπε μὲν μὴ δὲ ὅλως λυπηθῆναι, μὴ δὲ ἐπιδῦναι τ' ἥλιον ἐπὶ τῇ λύπῃ. ἔδει δὲ ὅμως μὴ εἰς τοσοῦτον πρᾶξαι θῆναι, ὥστε καὶ ἔγγραφον αὐτὴν ἐπιδείξασθαι. τί γὰρ καὶ γέγονεν ἄξιον λύπης; ἢ ἐν τίνι ἦν ἄξιον λυπηθῆναι ὑμᾶς, οἷς καὶ ἐγράψαμεν; ἢ ὅτι πεφεύγαμεν εἰς σωδον ἀπαντῆσαι; ἀλλὰ τοῦτο μᾶλλον ἔδει μετὰ χαρᾶς δέξασθαι. οἱ γὰρ παῤῥησίαν ἔχοντες ἐφ' οἷς πεποιήκασι, καὶ ὡς αὐτοὶ λέγουσιν κεκρίκασιν, οὐκ ἀγανακτοῦσιν εἰ παρ' ἑτέρων ἐξετάζοιτο ἡ κρίσις, ἀλλὰ θαῤῥοῦσιν ὅτι ἃ δικαίως ἔκριναν, ταῦτα ἄδικα οὐκ ἄν ποτε γένοιτο. διατοῦτο οἱ ἐν τῇ κατὰ νίκαιαν μεγάλῃ συνόδῳ συνελθόντες ἐπίσκοποι, οὐκ ἄνευ θεοῦ βουλήσεως συνεχώρησαν ἐν ἑτέρᾳ συνόδῳ τὰ τῆς πρότερας ἐξετάζεσθαι, ἵνα καὶ οἱ κρίνοντες πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντες τὴν ἐσομένην δευτέραν κρίσιν, μετὰ πάσης ἀσφαλείας ἐξετάζωσι, καὶ οἱ κρινόμενοι πιστεύωσι, μὴ κατ' ἔχθραν τῶν πρότερων. ἀλλὰ κατὰ τ' δίκαιον ἑαυτοὺς κρίνασθαι.

εἰ δὲ

ἢ ἦ τ τοιοῦτον ἔθ@ παλαιὸν τυγχάνον, μνημονεύθην δε καὶ γεγραφὲν ἐν τῇ μεγάλῃ συνόδῳ, ὑμεῖς τοῦτο πῶς ὑμῖν ἰσχύειν οὐ θελετε, ἀπρεπὲς μὲν ἡ τοιαύτη πῶ ζήτησις· τ γὰρ ἅπαξ συνήθειαν ἐσχηκὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ὑπὸ συνόδων βεβαιωθὲν, οὐκ εὔλογον ὑπὸ ὀλίγων πῶ λύεσθαι, ἀλλως τε δὲ ἐν τούτῳ δικαίως ἂν φανεῖεν λυπηθέντες, οἱ γὰρ πῶς ὑμῶν τῶν πρὸ εὐσεβῶν ἀποστάντες μετὰ γεγραμμάτων, λέγω δὴ μακαρ@ ὁ πρεσβύτερ@, καὶ μαρτύρ@ καὶ ἡσύχ@ οἱ ἀφίκοντοι ἀπαντήσαντες ἐνταῦθα, ὡς οὐκ ἠδυνήθησαν πρὸς τὰς ἐναντίας ἀναστάσεις πρεσβυτέρους ἀντισταθῆναι, ἀλλ' ἐν πᾶσι διετράπησαν καὶ διηλέγχοντο, τ δικαιότατα ἠξίωσαν ἡμᾶς, ὥστε συνόδου συγκροτῆσαι, καὶ γράψαι καὶ ἀθανασίῳ τῷ ἐπισκόπῳ εἰς ἀλεξάνδρειαν, γράψαι ἦ καὶ τοῖς πρὸ εὐσεβέσιν, ἵνα ἐπὶ παρουσίᾳ πάντων ἡ δικαία κρίσις ἐξενεχθῆναι δυνηθῇ, τ τε γὰρ καὶ ἀποδεικνύωσι πάντα τὰ κατὰ ἀθανάσιον ἐπηγγείλαντο, κοινῇ γὰρ ὑφ' ἡμῶν διηλέγχθησαν οἱ πρὸ μαρτύρων καὶ ἡσύχων, ὁ οἱ ἀθανασίου ἦ ἐπισκόπου πρεσβύτεροι, μετὰ πεποιθήσεως ἀνθίστανο, οἱ ἦ πρὸ μαρτύρων ἐδεῖ τ' ἀληθῆς ἀπῆν, ἐν πᾶσι διετράπεντ', ὅθεν καὶ ἠξίωσαν συνόδου γνέσθαι. εἰ τοίνυν μὴ ἦ τ περὶ μαρτύρων καὶ ἡσύχων ἀξιωσάντων γνέσθω σύνοδον, πρεπόντως ἡμεῖς ἐγὼ σκύλαι τὸς γράψαντας, ἕνεκεν τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν τῶν αἰτιωμένων ἀδικίαν πεπονθέναι, καὶ ὅτως εὔλογ@ καὶ δικαία ἡ ὑποτροπὴ, ἔτι γὰρ ἐκκλησιαστικὴ καὶ θεῶ ἀρέσκεια, ὅτε ἦ οὓς ὑμεῖς αὐτοὶ οἱ πρὸ εὐσεβίου ἀξιοπίστους ἡγήσασθε. καὶ ὅτοι ἠξίωσαν ἡμᾶς συγκαλέσαι, ἀκόλουθον καὶ τὸς κληθέντας μὴ λυπηθῆναι, ἀλλὰ μᾶλλον ποθούμους ἀπαντῆσαι. οὐκ εἰκὸς ἡμὲν δόξαι ἀναναίτητος τῶν λυπηθέντων, ποπτὸς, ἡ ἦ παραίτησις τῶν μὴ θελησάντων ἀπαντῆσαι, ἀπρεπὴς καὶ ὕποπ@ ἐκ τούτων δείκνυται, αἰτιατή τις ἀπρεπῶν αὐτὸς ἀποδέχεται εἰ παρ' ἑτέρᾳ γινόμενα βλέποι; εἰ γὰρ ὡς γράφετε ἀσεβὲς τ ἔχει τὸ ἰσχὺν ἑκάστη συνόδ@, καὶ ἀτιμάζεται ὁ κρίνας. ἐὰν παρ' ἑτέρων ἡ κρίσις ἐρράζηται, σκοπεῖτε ἀμαπτὸ τίνες εἰσὶν οἱ σύνοδον ἀτιμάζοντες, καὶ τίνες τὰ τῶν φθασάντων κρῖναι, ἀφαλύσῃ, ὁ ἵνα μὴ πὰ καθ' ἕκαστον νῦν ἐξετάζων ὑπὸ βαρεῖν ὑμᾶς δοκῶ, ἀλλὰ πότε τελοῦταον γνόμενον ἐφ' ᾧ ἦ φέξειεν ἄν τις ἀκούων, ἀρκεῖ πῶς ἀποδεῖξιν πάντων τῶν πῶ δοκιμαζομένων. Οἱ ἀρειανοὶ οἱ ἀπὸ τῆς μακαρίας μνήμης ἀλεξάνδρ τῆ γνομένης ἐπισκόπου τῆς ἀλεξανδρείας, ὑπὸ ἀσεβείας ἐκβληθέντες, οὐ μόνον ὑπὸ τῶν καθ' ἑκάστην πόλιν ἀπεκηρύχθησαν, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ πάντων τῶν κοινῇ συνελθόντων ἐν τῇ κατὰ νίκαιαν μεγάλῃ συνόδῳ, ἀνεθεματίσθησαν, οὐ γὰρ ἐν αὐτῶν, τ τυχὸν πλημμέλημα. οὐδὲ εἰς ἄνθρωπον ἦσαν ἁμαρτήσαντες, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν κύριον ἡμῶν ἰησοῦν χριστὸν τὸν ὑὸν τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντ@. καὶ ὅμως οἱ ὑπὸ πάσης τῆς οἰκουμένης ἀποκηρυχθέντες, καὶ κατὰ πᾶσαν ἐκκλησίαν ἐγκατασθέντες, νῦν λέγονται δεδεχθαι. ἐφ' ᾧ καὶ ὑμᾶς ἀκούσαντας, χαλεπαίνειν δικαίως ἡγοῦμαι.

Quòd si istiusmodi consuetudo olim fuit, eiusque memoria renouata est, & scripto prodita in magna Synodo, eamque apud vos valere non finitis, rem profecto indecoram facitis. Morem enim, qui semel in Ecclesia obtinuit, & à Synodo confirmatus est, iniquum est à paucis abrogari, quin ne hoc quidem cõcesso quicquam æqui habet vestra offensio. Siquidem vestri legati, Martyrius presbyter, & Hesychius diaconus, nullo modo quũ huc veniissent, pares presbyteris ab Athanasio missis, ac semper ab illis conuicti, refutatique, concilium indici postularunt, literásq; & ad Eusebianos, & Athanasium Alexandriam, quibus conuocarentur, mitti, vt coram omnibus iusto iudicio de causa cognosci posset: tum enim se de Athanasio probaturos esse, quòd iam nequirent. Publice enim coram nobis Martyrius & Hesychius refellebantur, Athanasij presbyteris bona cum fiducia alacriter resistentibus. Martyrius vero cum suis, si vera dicenda sunt, vbique profligebatur, ac proinde concilium generale postulauit. Si igitur Martyrio & Hesychio nullam Synodum postulantibus adhortator fuissem, vt ad Synodum, qui ad me scripsissent, conuocarentur, idque in gratiam fratrum, qui se iniuriam pati conquerebantur, etiam vel ita æqua & iusta fuisset nostra cohortatio, quum ea sit & Ecclesiastica & Deo grata: iam vbi iidem illi qui à vobis pro grauibus viris & fide digni habiti fuere, authores mihi fuerint, vt vos conuocarem, certe id à vobis ægre ferri non debuit, sed potius alacriter ad citationẽ occurrere. Quapropter indignatio eorum qui hac citatione offenduntur, temeraria: & tergiuersatio sistendi se in iudicio, inhonesta & suspiciosa videtur. An quispiam stomachari debet, si quæ ipse fecit, ab aliis fieri videat? Si.n. vt scribitis, incõcussam habet authoritatẽ quælibet Synodus, & contumelioſe agitur cum Iudice, cuius iudicium ab aliis examinatur, cõsiderate quæso dilectissimi quinam sunt, qui Synodum improbant, & qui aliorum iudicata rescindunt, ne singula excutiendo certos homines grauem. Certe id quod postremo gestum, quum sit horrendum auditu, sufficit ad cætera quæ à me omittuntur comprobanda. Ariani à beatæ memoriæ Alexandro quondam Alexãdrino Episcopo ob impietatem ad causam dicendam citati, non solum in eo iudicio à singulis ciuitatibus reiiciebantur, sed ab omnibus simul qui ad Nicenum concilium coierãt, anathemate feriebantur. Nihil enim erat in illorum delicto vulgare, neque in hominem peccauerant, sed in ipsum Iesum Christum Dominum nostrum Filium Dei viuentis, iidem tamen ita ab vniuerso orbe reiecti, & per omnem Ecclesiam famosissime notati, nunc denuo in Ecclesias (quod quidem triste vestris animis arbitramur) recipi perhibentur. Qui-

Quinam igitur sunt qui Synodum vituperãt, & trecentorum Episcoporum calculos pro nihilo habent, & impietatem pietati anteponunt, nisi Ariomanitæ ab omnibus vbique Episcopis condemnati & abdicati? Athanasius contra & Marcellus Episcopi plurimos habent, qui verbis scriptisque suis eorum innocentiam tuentur. Marcelli enim fides confessióque Niceæ spectata est, quum Arianis contradiceret. Ibidem quoque Athanasij synceritas in tuenda fide spectata fuit, qui nec Tyri condemnatus est, nec Marcotæ præsens fuit, vbi contra eum absentem in lite processum est. Scitis autem dilectissimi, monumenta actorum vbi vna duntaxat pars adfuerit, nullarum virium esse, & suspecta haberi. Nos tamẽ, quanquam ita actum esset, pro re certius cognoscenda, neque vobis qui contra eum, neque illis qui pro eo literas misere, præiudicium facientes, cohortati sumus omnes quotquot scripserant vt præsentes se iudicio sisterent, quo omnia ad amussim, quia quãplurimi pro vtroque scribunt, in Synodo examinari possent, ne vel innocens condemnetur: aut qui rei sunt, puri habeantur. Non igitur à nobis vilipenditur Synodus, sed ab illis qui quouis modo & temere Arianos ab omnibus condemnatos, contra sententiã eorum, qui causam iudicauerunt, recipiunt, quorum plerique soluti iam à corpore cum Christo viuunt, alij adhuc in vita manentes indigne ferunt, sua iudicia ita à quibusdam rescindi. Hæc ita esse ex iis quæ Alexandriæ acta sunt, deprehendimus. Nam Carpones quidam ab Alexandro ob Arianam hæresim cum quibusdam aliis eiusdem criminis reis olim citatus huc ad nos venit, missus à Gregorio. Idipsum quoque ex Macario presbytero, & Martyrio, & Hesychio diaconis didicimus, qui antequam iudicio se sisterent Athanasij presbyteri, authores nobis fuere, vt scriberemus Alexandriam cuidam Pisto, quo tempore etiam dum Athanasius Episcopus Alexandriæ versabatur. Hunc autem Pistum Athanasij presbyteri superuenientes docuerunt Arianum esse, & eo nomine & ab Alexandro, & Synodo Nicena reum factum, gradúsque ordinis sui à quodam Secundo, quem magna Synodus, vt Arianum reiecerat, accepisse. Videtis, igitur vel ex hac causa, qui potius in culpa habendi sunt, nósne, qui persuaderi nõ potuimus, vt Ariano Pisto literas scriberemus, an illi qui mihi consilium dedere, vt contempto magno concilio, ad impios hæreticos veluti ad pios homines literas darem. Certe Macarius presbyter, cùm Legatus ab Eusebio venerat, vbi audiuit Athanasij presbyteros Pisto obsistere, nosque eius præsentiam non admittere, vnà cum Martyrio & Hesychio, quãuis graui valetudine de nocte profectus est, vt non inconcinnè diuinaremus cum impatientia refutati Pisti fugã arripuisse.

Impossi-

τίνες οὖν εἰσὶν οἱ σύνοδον ἀτιμάζοντες; οὐχὶ οἱ τῶν τριακοσίων τὰς ψήφους παρ' ἑαυτοῖς ἡγούμενοι, καὶ ἀσέβειαν εὐσέβειας προκρίναντες; ἡ μὲν γὰρ τῶν ἀρειομανιτῶν αἵρεσις, ὑπὸ πάντων τῶν ἀπανταχοῦ ἐπισκόπων κατεγνώσθη καὶ ἀπεκηρύχθη. Ἀθανάσιος δὲ καὶ Μαρκελλῖνος οἱ ἐπίσκοποι, πλείονας ἔχουσι τοὺς ὑπὲρ ἑαυτῶν λέγοντας καὶ γράφοντας. Μαρκῖλλος μὲν γὰρ ἐμαρτυρήθη ἡμῖν, ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ, τῆς τὰ ἀρεία φρονούσης αἱρετικὸς· Ἀθανάσιος δὲ ἐμαρτυρήθη, μὴ δὲ ἐν Τύρῳ καταγνωσθείς, ἐν δὲ τῷ Μαρεώτῃ μὴ παρεῖναι ἔνθα τὰ ὑπομνήματα κατ' αὐτοῦ γεγένηται λέγεται· οἶδαμεν δὲ ἀγαπητοὶ ὅτι τὰ κατὰ μονομέρειαν ἰσχὺν οὐκ ἔχει, ἀλλ' ὕποπτα τυγχάνει, καὶ ὅμως τούτων ὄντων, ἡμᾶς ὑπὲρ ἀκριβείας, οὐ περὶ ὑμῶν, ἵνα πῶς ὑπὲρ αὐτῶν γράψασι τοιοῦτόν τι προσενέγκωμεν παρακαλέσαντες τοὺς γράψαντας ἐλθεῖν, ἵν' ἐπειδὴ πλείους εἰσὶν οἱ ὑπὲρ αὐτῶν γράψαντες, ὅπως συνόδου πάντα ἐξετασθῇ. πρὸς τὸ μὴ δὲ τὸν αἰσχύντιον κατακριθῆναι, μήτε τὸν Ἀθάνασιον ὡς καθαρὸν λογισθῆναι. οὐκ εἰκῇ δὲ παρ' ἡμῶν ἀτιμάζεται σύνοδος, ἀλλὰ παρ' ἐκείνων τῶν ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε τοὺς παρὰ πάντων κατακριθέντας δεξαμένων, καὶ παρὰ γνώμην τῶν κεκοιμημένων, δεξομένων. εἰ γὰρ πλείονες ἤδη αἱ λύσαντες εἰσὶ σὺν Χριστῷ. οἱ δὲ ἔτι καὶ νῦν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ἐξετάζοντες, ἀγανακτοῦσιν ὅτι τὰ αὐτῶν κρίνουσιν, ἕλκει σύνεσις. τοῦτο δὴ καὶ ἀπὸ τῶν γεγενημένων μὲν ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ἔγνωμεν, καὶ γὰρ καὶ Καρπώνης τις ἐκκληθεὶς ὑπὸ Ἀλεξάνδρου διὰ τὴν δόξαν αἵρεσιν μετά τινων, καὶ αὐτῶν ἐκκληθέντων διὰ τὴν αὐτὴν αἵρεσιν, ἐληλύθασιν ἐντεῦθεν ἀποστελέντες παρά τινας, ὅμως δὲ ἐμάθομεν καὶ παρὰ μακαρίου τοῦ πρεσβυτέρου, καὶ μαρτυρίου καὶ Ἡσυχίου τῶν διακόνων, ὡς τὸν γὰρ ἀπαντήσαντας τοὺς Ἀθανασίου πρεσβυτέρους, ὡς ἐπέμφθη ἡμᾶς γράφειν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πίστῳ τινί, τινὰ καὶ Ἀθανάσιος ὁ ἐπίσκοπος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἦν, τὸν δὲ πρὸ αὐτοῦ, οἱ Ἀθανασίου πρεσβύτεροι παραγενόμενοι, ἀπέδειξαν εἶναι ἀρειανὸν. ἐκκληθέντα μὲν ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τὸ κατὰ Νίκαιαν συνόδου, καθαιρεθέντα δὲ ὑπὸ τοσούτου συνόδου, ἐν ᾗ μεγάλη σύνοδος ἀρειανὸν ὄντα, ἐξέβαλε. τοῦτο δὲ οὐδὲ αὐτοὶ οἱ τοῦ μαρτυρίου αἰτίλεγον, οὐδὲ ἠρνοῦντο τὸν Πίστον ὑπὸ συνόδου ἐκκεκηρύχθαι διὰ τὴν αἵρεσιν· σκοπεῖτε τοίνυν καὶ ἐκ τούτων, τίνες ἂν ὑπὸ μέμψιν δικαίως γένοιντο, οἱ μὴ πειθόμενοι ἡμῖν ὥστε πίστῳ τῷ ἀρείῳ γράψαι, ἢ οἱ συμβουλεύοντες ἀτιμάσαι τὴν μεγάλην σύνοδον, καὶ τοῖς ἀσεβέσιν ὡς εὐσεβέσι γράψαι; καὶ γὰρ καὶ μακάριος ὁ πρεσβύτερος, ὁ τοῦ Δοσθέου μὲν τὸν τοῦ μαρτύριον ἀποστελεῖς, ὡς ἤκουσεν ὅτι σὺν αὐτὸν τοὺς πρεσβυτέρους ἀθανασίου ἐκδεχομένους ἡμῶν τὴν παρουσίαν αὐτοῦ, μετὰ τοῦ μαρτυρίου καὶ Ἡσυχίου, ἀπεδήμησε νυκτὸς καί τι νοσῶν τῷ σώματι, ὡς ἐκ τούτου λοιπὸν ἡμᾶς ἀκολούθως ἀποσχάζεσθαι, ὅτι αἰσχυνόμενον τὸν κατὰ πίστιν ἔλεγχον, αἰσχώρησεν.

ἀδύνατον

ἀδιώατον γὰρ τὴν κατάστασιν σκοπούδου τοῦ ἀρειανοῦ, ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ ἰσχύσαι. ἀπιμία γὰρ ἀληθῶς αὕτη κατὰ τῆς συνόδου, & τῶν ἐν αὐτῇ συνελθόντων ἐπισκόπων, ἐαν τὰ μετὰ τοσαύτης σπουδῆς καὶ εὐλαβείας ὡς θεοῦ παρόντος ἡμένα, αὖτι μηδενὸς λυθῇ. εἴπερ οὖν ὡς γράφετε ἐκ τοῦ κατὰ νοβάτου καὶ τὸν σαμοσατέα παῦλον ψηφίσματος τὰ τῶν συνόδων ἰσχύειν δόγμαζε χρὴ, ἔδει μᾶλλον μὴ λυθῆναι τῶν τεσσαρακοσίων τὴν ψῆφον, ἔδει τὴν καθολικὴν σύνοδον, ὑπὸ τῶν ὀλίγων μὴ ἀπιμαθῆναι. αἱρετικοὶ γὰρ οἱ ἀρειανοί, ὥσπερ κακεῖνοι, καὶ ὅμοιαι αἱ κατὰ τούτων ψῆφοι, τοῖς κατ' ἐκείνων. τούτων δὲ τολμηθέντων, τίνες εἰσὶν οἱ φλόγα διχονοίας ἀνάψαντες; ἡμᾶς γὰρ τοῦτο πεποιηκέναι γράφαντες, ἐμέμψασθε. ἆρ' οὖν ἡμεῖς διχονοίας ἐργασάμεθα οἱ συναλγοῦντες τοῖς τάχιστα ἀδελφοῖς, καὶ κατὰ κανόνα πάντα πεποιηκότες, ἢ οἱ φιλονείκως καὶ παρὰ κανόνα τῶν τεσσαράκοντα τὴν ψῆφον λύσαντες, καὶ κατὰ πάντα τὴν σύνοδον ἀλιμάπαντες; οὐ γὰρ μόνον οἱ ἀρειανοὶ ἐδέχθησαν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τόπους εἰς τὸ ἴσον μετελθεῖν κάσιν ἐπίσκοποι δύνασθαι. εἰ οὖν ἀληθῶς ἴσην καὶ τὴν αὐτὴν ἡγεῖσθε τιμὴν τῶν ἐπισκόπων, καὶ μὴ ἐκ τοῦ μεγέθους τῶν πόλεων ὡς γράφετε, κρίνετε τοὺς ἐπισκόπους; ἔδει τὸν τυχόντα μὲν μικρᾶν, μένειν ἐν τῇ τιμηθείσῃ, καὶ μὴ ἐξουθενεῖν μὲν τὸν τυχόντα, μεταβαίνειν δὲ εἰς τὴν μὴ ἐγχειρισθεῖσαν, ἵνα τῆς μὲν παρὰ θεοῦ δοθείσης καταφρονῇ, τὴν δὲ τῶν ἀνθρώπων κενοδοξίαν ἀγαπήσῃ. ἐκ οὖν ἀγαπητὸν ἔδει ἀπαντῆσαι καὶ μὴ παραιτήσασθαι, ἵνα καὶ τέλος λάβῃ τὸ πρᾶγμα, τοῦτο γὰρ ὁ λόγος ἀπαιτεῖ. ἀλλ' ἴσως ἡ προθεσμία συνέσχεν, γράψαντες γὰρ ἐμέμψασθε ὅτι στενὴν τὴν προθεσμίαν τῆς συνόδου ᾠήσαμεν. ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἀγαπητὸν, πρόφασις ἐστιν. εἰ μὲν γὰρ ἐρχομένους ἡμᾶς συνέκλεισεν ἡ ἡμέρα, ἐνεκεν ἂν τὸ ἀφύσημα τῆς προθεσμίας ἠλέγχθη, εἰ δὲ οἱ ἐλθεῖν μὴ βουλόμενοι, κατεσχήκασι καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ἕως αὐτοῦ τοῦ ἰουανναρίου μηνὸς, μὴ θαρρούντων ἐστὶν ἡ πρόφασις, ἦλθον γὰρ ἂν ὡς πρότερον, εἰ ἐθάρρουν, οὐ πρὸς τὸ ἀφύσημα τῆς ὁδοῦ σκοποῦντες, οὐδὲ πρὸς τὴν προθεσμίαν ὁρῶντες, ἀλλ' ὑπὸ τοῖς δικαίοις καὶ τοῖς λόγοις παρρησιαζόμενοι. ἀλλ' ἴσως ἀφ' ὧν καιρὸν οὐκ ἀπολύσασι, τοῦτο γὰρ γράφοντες πάλιν ἐδηλώσατε, ὡς ἄρα ἔδει ἡμᾶς σκοπήσαντας τὸ ὑπὸ τῆς ἑῴας καιρὸν, μὴ προτρέψασθαι ὑμᾶς ἀπαντῆσαι. εἰ μὲν οὖν ἀφ' τοιοῦτον εἶναι τὸν καιρὸν, οὐκ ἀπολυσατε, ὡς φατε, ἔδει προπέμψαι ὑμᾶς τὸν καιρὸν τοῦτον σκοπήσαντας. μὴ αἰτίους σχίσματος μὴ δὲ ὀλολυγῆς καὶ θρήνων ἐν ταῖς ἐκκλησίαις γνέσθαι. νῦν δὲ οἱ ταῦτα πεποιηκότες, ἔδειξαν μὴ τὸν καιρὸν αἴτιον, ἀλλὰ τὴν προαίρεσιν τῶν μὴ θελησάντων ἀπαντῆσαι.

Θαυμάζω

Impossibile enim est, Secundi ordinationem vtpote Ariani, vim vllam in catholica Ecclesia habere: id enim vere ad Synodi, ad Episcoporum, qui in Synodo fuere, contumeliam vergeret, si quæ illi tanto studio & cura, velut Deo præsente egissent, à nobis vt vana futiliaque abrogarentur. Quòd si igitur (quemadmodum scribitis) pro exemplis in Nouatum & Paulum Samosatensem editis decreta Synodorum obseruari oportet, certe minime oportuit calculos trecentorum Episcoporum irritos haberi, aut Catholicam Synodum à paucis contemni. Æque enim, vt illi Ariani hæretici sunt, & calculi contra istos dati paris sunt momenti, cum calculis quibus illi damnati sunt. Tali igitur commissa audacia, quinam dicendi sunt flammam discordiæ accendisse, siquidem id nobis in vestris literis obiicitis. Nos scilicet discordiam induximus, qui compatimur cum patientibus fratribus, & omnia secundum canonem facimus? an qui contentiose violato canone trecentorum decreta præuaricatur, & per omnia Synodum contemptui habent? Quum non solum Arianos recipiant, sed iam in vsu habeant de loco in locũ ad Episcopatus capiendos transilire. Si igitur vere parem eundemque honorem in omnibus Episcopatibus censetis esse, neque ex magnitudine ciuitatum (vt vos scribitis) honorem eius rei crescere arbitramini, oportuit eum, cui concredita est parua ciuitas, in ea quæ credita est, permanere, & nequaquam, reiecta concredita, ad eam quæ concredita non est, transuolare: ne eam quæ à Deo data est, aspernari, illam vero quæ hominum ambitu concessa est, magnificare videatur. Oportuit igitur vos dilectissimi huc accedere, & nequaquam tergiuersari, vt res ad finem deducatur: id enim ratio requirit. Sed fortasse dies cõstituti temporis breuior, quàm par erat, impedimento fuit (nam huiusmodi in literis vestris querimoniam facitis) atqui illud dilectissimi, pro mera cauillatione putandum est. Si enim aliquos in itinere dies oppressisset, arctitudo breuitasque temporis accusari potuisset. Iam quum illi qui nec ipsi venire voluerunt, & presbyteros suos vsque ad mensem Ianuarij, ne venirent, detinuerunt, liquide apparet istam causificationem eorum hominum esse, qui sibi non satis confidunt: venissent enim, vt dixi, si de sua causa bene speraſſent, nõ respectantes ad interuallũ itineris aut temporis constituti spacium, sed ex iure suo & rationibus fiduciã collegissent. Esto vt tempus in causa fuerit, cur non venerint: id enim quoque in scriptis vestris significatis, quum dicitis, æquum scilicet fuisse, vt respectu tantorum temporum, quæ venientibus ex Oriente necessaria essent, veniendi citationem omitteremus. Si igitur quia dies breuior fuit, iter omissum est, nequaquam oportuit iis ipsis temporibus vos præbere authores schismatis, luctus & lachrymarum in Ecclesia. Iam qui talia agunt, ostendunt non tempora ipsorũ profectioni, sed conscientiam obstitisse;

sed vt contumelias paterentur, operam dedere. Lucij porro Adrianopoleos Episcopi manus ceruicemque, plurima aduersus ipsos audacia vtentis & impietatem redarguentis, iterum vti prius ferro vinxerunt, vinctumque in exilium deportarunt, ibique, quòd ipsos minime latet, extinctus est. Diodorum quoque Episcopum suis sedibus expulerũt, Glympium item ex Ænis, & Theodulum ex Traianopoli, ambos Episcopos Thraciæ bonos & orthodoxos viros, infensos hæresi, calumniis impetiuerunt: semel quidem quum ad Eusebianorũ calumnias Constantius Imperator edictum misit. iterum autem quum istius rei memoria ab Eusebianis refricata est. Habebat autem edictum, vt non solum ciuitatibus & Ecclesiis eiicerentur, & capitali pœna, vbicunque inuenti essent, plecterentur. Mirum quidem facinus, sed non alienum ab ipsorum moribus. Siquidem non aliter quàm Eusebij discipulos, Eusebianiq; animi successores decuit, sese gesse re, adeo vt æque terribiles sese in Thracia exhiberent, ac patres ipsorum Alexandriæ sese exhibuerant. Curauere igitur edicta fieri, quibus portus & introitus ciuitatum obseruari iuberentur, ne quibus à Synodo concessum erat, reditus in Ecclesias suas pateret: simulque diplomata ad iudices Alexandrinos nomipatim de Athanasio & presbyteris certis impetrauerunt, vt siue quispiam suorum vrbes aut fines illos ingredi deprehenderetur, capite id lueret. Ad eum modum Iudaica ista hæresis, non solum Christum inficiari, sed etiam cædes facere condidicit. Verum ne hoc quidem satis fuit, vt quietem vellent: nam vt ipsorum hæreseos pater, vt leo circuit, quærens quem deuoret, ita isti publici cursus facultatem nacti, ac proinde circumcursitantes, in quoscunque incidunt, qui vel fugam eorum carpant vel hæresim auersentur, eos indignis modis nunc flagris concidunt, nunc vinculis constringunt, nunc è natali solo exterminant. Tantus certè terror eorum hominum fuit, vt multos coegerint ad hæresis simulationem, multosque eo metu affecere, vt maluerint in eremum defugere, quàm vel semel in illos incidere. Hæc sunt post fugam eorum audaciæ & insaniæ facinora. Quin & nouum quiddam mirumque designant, quod vt probè eorum hæresim decet, ita nunquam prius auditum est: & tale, quòd fortasse ne apud gentiles quidẽ proteruiores, nedum apud Christianos futurum putes. Missis enim à sancto concilio in legationẽ Episcopis, Vincentio Capuæ, quæ metropolis est Campaniæ: & Euphrate Agrippinæ, quæ est metropolis superioris Galliæ, vt pro Synodi decretis Imperator Constantius Episcopos, quos ipse eiecerat, in suas sedes reuerti pateretur: & in eam sententiam à Constante pientissimo ad fratrem suum literis datis quibus Episcopos illi commendabat, viri isti mirifici & ad quodvis facinus prõpti, quum legatos istos Antiochæ vidissent, in commu-

ἀλλὰ καὶ ὕβρεων μεταχεῖν αὐτοὺς πεποίηκαν. λέγειον δὲ τὸ ἀδελφαν πόλεως ἐπίσκοπον, ἐπεὶ ἔβλεπον πολλῇ, τῇ κατ' αὐτῶν παῤῥησίᾳ χρώμενον, κατελίγχουσι αὐτῶν τῷ ἀσεβεῖν, πεποίηκασι πάλιν, ὥσπερ καὶ πρότερον, ἀλύσεσι σιδηραῖς δεθῆναι τὸ τράχηλον καὶ τὰς χεῖρας, καὶ ὕτως ἐξώρισαν, ἔνθα καὶ ἐπλάθησαν, ὡς ἐκεῖνοι γινώσκουσι. καὶ Διόδωρον μὲν ἐπίσκοπον ἐκτοπίζουσιν, ὀλυμπιον δὲ τὸν ἀπὸ Αἴνων, καὶ θεόδουλον, τὸν ἀπὸ τῆς τραϊάνης πόλεως, ἀμφοτέρους ἀπὸ τῆς θρᾴκης ἐπισκόπους, ἀγαθοὺς καὶ ὀρθοδόξους ἄνδρας, ἐπειδὴ ἑωράκασι μισεῖν τὴν αἵρεσιν, διέβαλλον· τὸ πρῶτον μὲν οἱ περὶ Εὐσέβιον, ἐξεγερθέντες βασιλέως κωνσάντος, τὸ δεύτερον δὲ ὑπομνήσεως ἕνεκα. διὰ δὲ τὰ γραφέντα μὴ μόνον ἐκβάλλεσθαι τῶν πόλεων, καὶ τῶν ἐκκλησιῶν αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ κεφαλικῶν διδόσθαι δίκην, ἔνθα ἂν εὑρεθείησαν οὗτοι. τοῦτο δὲ οὐ καὶ θαυμαστὸν, ἀλλ' οὐκ ἀλλότριον τῆς προαιρέσεως αὐτῶν. ὡς γὰρ μαθόντες τὸ τιθέναι ἀπὸ τῶν περὶ Εὐσέβιον, καὶ ὥσπερ κληρονόμοι τῆς ἀπιστείας, καὶ τῆς προαιρέσεως αὐτῶν τυγχάνοντες, ἠθέλησαν ὡς οἱ πατέρες αὐτῶν ἐν τῇ θρᾴκῃ, οὕτω καὶ ἐν τῇ ἀλεξανδρείᾳ φοβεροὺς ἑαυτοὺς δεῖξαι· καὶ ποιοῦσι γραφεῖσαι, ὥστε τοὺς λιμένας τὰς εἰσόδους τῶν πόλεων τηρεῖσθαι, μὴ πῶς λάθῃ τινὰ ἀπὸ τῶν σωζόντων συγχώρησιν ἐπιελθόντα εἰς τὰς ἐκκλησίας· ποιοῦσι δὲ γραφεῖσαι καὶ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δικαστάς, τὸν Ἀθανάσιον καὶ πρεσβυτέρων τινῶν ἐξ ὀνόματος, ἵνα ἔτι ἐπίσκοπος, ἔτι τις ἐξ ἐκείνων εὑρεθείη τῆς πόλεως, ἢ τῶν ὅρων αὐτῆς ἐπιβαίη, ἐξῇ τῷ δικαστῇ τῶν ἁλισκομένων τὰς κεφαλὰς ἀποτίμνειν, οὕτως ἡ ἰουδαϊκὴ νέα αἵρεσις οὐ μόνον ἀρνεῖται τὸν κύριον, ἀλλὰ καὶ φονεύειν μεμάθηκεν. οὐ δὲ οὕτω δεῖ ῥᾳθυμεῖν, ἀλλ' ὥσπερ ὁ πατὴρ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν περιέρχεται ὡς λέων ζητῶν ἵνα καταπίῃ, οὕτως οὗτοι δημοσίᾳ δρόμευτὴν ἐξουσίαν λαβόντες καὶ περιέρχόμενοι, ὃν ἂν ἥγνισκον ὀνειδίζοντα πίστις τῷ Φυγλίῳ, καὶ μισοῦντα τὴν ἀρειανὴν αἵρεσιν τούτους ἐμάστιζον, ἐδέσμευον, ἐπίοσιν ἐξορίζεσθαι τῆς ἰδίας πατρίδος. φοβεροί τι ἑαυτοὺς ὕτως ἐποίουν, ὡς πολλοὺς μὲν ὑποκριτὰς πιῆσαι, πολλοὺς δὲ εἰς ἐρημίας φεύγειν, ἢ τούτοις βούλεσθαι κἂν ὅλως τυγχάνειν. τοιαῦτα δὲ αὐτῶν μὴ τὴν Φυγλίου, καὶ μανίας τὰ τολμήματα, καὶ γὰρ καὶ δρῶσιν ἀλλότρια, ἅπερ τῆς μὲν αἱρέσεως αὐτῶν ἐστι κατάλληλον. οὔπω δὲ πρότερον ἠκούσθη, ἀλλ' οὐδὲ πάλαι ἠνέσχετό ποτε, οὐδὲ παρά τοῖς ἀπολιτεύτοις τῶν ἑλλήνων, μή τι γε χριστιανοῖς, τῆς γε ἁγίας συνόδου πρεσβεύτας ἀποστειλάσης ἐπισκόπους, βικέντιον μὲν τὸν ἀπὸ καπύης ἔστι δὲ αὕτη μητρόπολις τῆς καμπανίας, καὶ φράτην δὲ τὸν ἀπὸ ῥιπαρίπινης, ἔστι δὲ καὶ αὕτη μητρόπολις τῆς ἄνω γαλλίας, ἵνα ὡς ἡ συνοδος ἔκρινε συγχωρήσῃ βασιλεὺς εἰς τὰς ἐκκλησίας τοὺς ἐπισκόπους ἐπανελθεῖν, ἐπιδὴ αὐτὸς ἐξέβαλε, γράψαντες περὶ τούτου διεστείλατο κώνσταντι τῷ ἀδελφῷ ἑαυτοῦ, καὶ συνήσαντο τοὺς ἐπισκόπους, οἱ θαυμασιοὶ καὶ πρὸς πάντα τολμηροὶ, ὡς εἶδον αὐτοὺς ὑπὸ τῆς αὐτοκράτορος,

βαλλόμενοι

βελλόντα μὲν καινῇ· μόνῳ δὲ οἱ στέφανῳ ἀναδέχεται τὸ δρᾶμα, ὡς ὄπτη δεόντως ἔχων πρὸς τὰ παρόντα. μισθοῦται τοίνυν πόρνην δημοσίαν ἐν αὐταῖς ταῖς ἡμέραις, ἃς ἁγιωτάτας πάσχα, καὶ γυμνώσαντες ταύτην ἐπαφιᾶσι νυκτὸς, εὐφεγγοῦς ὄπισθεν. καὶ ἡ μὲν πόρνη τὸ πρῶτον νομίσασα νεώτερον εἶναι τὸ καλέσαντας, προθύμως ἠκολούθει· ὡς δὲ ῥᾳδίως παρ' ἐκείνων, εἶδε κοιμώμενον τὸν ἄνθρωπον, καὶ μὴ εἰδότα τὸ γιγνόμενον, εἶτα ὡς καλεῖσθαι, εἶδε πρεσβύτερον πρόσωπον, καὶ ὄπισθεν κατέχοντα, εὐθὺς ἀναβοήσασα, τὸν βιαν ἐβόα. ἐκεῖνοι δὲ ἠξίουν σιωπᾶν, καὶ καταψεύδεσθαι ὄπισθεν. ἡμέρας δὲ τινων γενομένης, διαθρύλλητο τὸ πρᾶγμα, καὶ πᾶσα ἡ πόλις συνέτρεχεν· οἱ δὲ ἀπὸ τῶν παλατίων ἐκινοῦντο, θαυμάζοντες τὸ θρυλλούμενον, καὶ ἀξιοῦντες μὴ σιωπηθῆναι τὸ γενόμενον κρίσιν, καὶ ἡ μὲν ἑταιροτρόφος ἤλεγξε τοὺς ἐλθόντας ὄπισθεν, ἐκεῖνοι δὲ τὸν στέφανον· ἦσαν γὰρ αὐτοῦ κληρικοί. ὁ μὲν οὖν στέφανος καθαιρεῖται, καὶ γίνεται ἀντ' αὐτοῦ λεόντιος ὁ ἀπόκοπος, ἵνα μόνον μὴ λίπῃ τῇ ἀρειανῇ αἱρέσει πρόεδρος. ὁ δὲ βασιλεὺς κωνστάντιος ὀλίγον παρανυγεὶς εἰς ἑαυτὸν ἦλθε, λογισάμενος πρὸς ὧν ἔδρασεν, τῷ εὐφεγγοῦς ὅτι τὰ κατ' ἄλλων ὄπι χειρήματα τοιαῦτα ἦσι· τοὺς μὲν ἐξορισθέντας ἀπὸ τῆς ἀλεξανδρείας εἰς τὴν ἀρμενίαν πρεσβυτέρους καὶ διακόνους ἀνέλυθιῶσαι κελεύει. γράφει εἰς ἀλεξάνδρειαν, φανερῶς μηκέτι διώκεσθαι τοὺς μὴ ἀθανασίῳ κληρικοὺς καὶ λαϊκοὺς, εἶτα μὴ μιᾶς πρὸ δεκαπενταίου ἀποθανόντος χειροτονεῖσθαι, μεταπέμπεται καὶ ἀθανάσιον, μὴ πάσης μὴν, ἐχ ἅπαξ, οὐδὲ δεύτερον, ἀλλὰ καὶ τρίτον γράψας αὐτῷ μὲν φιλικὰ, δι' ὧν θαρρεῖν καὶ ἐλθεῖν πρὸς ἑαυτὸν ἐπεμπε τε πρεσβύτερον, καὶ διάκονον, ἵν' ἔτι μᾶλλον θαρρῶν ἐπανέλθοι. ἐνόμιζε γὰρ διὰ τὸ φόβον τῶν πρότερον γενομένων, ὀλιγωρεῖν με περὶ τὴν ἐπάνοδον. γράφει δὲ καὶ τῷ ἀδελφῷ ἑαυτοῦ κώνσταντι, ἵνα καὶ αὐτὸς ἐπανελθεῖν με προτρέψηται. διεβεβαιοῦτο γὰρ ἐναυτὸν ὅλον ἐκδέχεσθαι τὸν ἀθανάσιον, καὶ οὐκ ἂν ποτε ὄπιτρέψαι με γνῶσθαι λυπηρὰ καινοτομίαν, ἢ καταστάσεων, φυλάττων ἀθανασίῳ τῷ ὄπισθεν τὰς ἐκκλησίας. ἕτω δὲ οὗ γράψαντος αὐτοῦ, καὶ πρεσβευομένου διὰ πολλῶν· καὶ γὰρ καὶ τοὺς κόμητας αὐτοῦ πεποίηκε γράψαι, πολέμιον, δατιανὸν, βαρδίωνα, θάλασσον, ταῦρον, καὶ φλωρέντιον, εἰς καὶ μᾶλλον πεισθῆναι τῷ· τὸ δὲ ἕλον δεδωκὼς τῷ θεῷ, τῷ καὶ εἰς τοῦτο καταπύξαντι τὸν κωνστάντιον, ἦλθεν ἀθανάσιος μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ, πρὸς αὐτὸν, γνησίως τε αὐτὸν ἑώρακε, καὶ ἀπέλυσεν εἰσελθεῖν εἰς τὴν πατρίδα, καὶ τὰς ἐκκλησίας, γράψας καὶ τοῖς κατὰ τόπον δικασταῖς· ἐπειδὴ πρότερον πρόσταξας αὐτῷ, φυλάττεσθαι τὰς διόδους, ἵνα ἀνώλυτον ἔχωσι τὴν πάροδον· εἶτα τῷ ὄπισθεν δόξαντος περὶ ὧν πέπονθε, καὶ πρὸς τὰ κατ' αὐτοῦ γραφέντων παρ' αὐτοῦ, πρόσταξόν μοι μηκέτι πάλιν μὴ τὴν ἀποδημίαν διαβολαὶ γένωνται πρὸς τὰ ἐχθρῶν, καὶ λέγοντες· κάλει τούτους εἰ βούλει. ἔξεστι γὰρ ἐξάνεμα τούτους δι' ἡμοῦς καὶ διελέγχομεν αὐτοὺς,

in commune quidem concilium ineunt, sed ita tamen, vt Stephanus fabulam initi concilij peragendam susciperet, vtpote ad istiusmodi res longe aptissimus. Suscepto negocio, cõducit ille publicam meretricem, in ipsis feriis sanctissimi Paschatis, eamque nudam per tenebras immittunt in ædes Eufratæ Episcopi. Meretrix autem quia principio credebat iuuenem esse, à quo accerseretur, prompte sequebatur. Postquam autẽ ita destituta ab illis, hominem dormientem, ignarum omnium intueretur, diligentiusq; considerans, senis vultum & Episcopi speciem animaduerteret, statim clamorem edit, ac vim quiritatur: illi cõtra, eam orare vt taceret, & falsum crimen Episcopo concinnaret. Die igitur illucescente, vulgatur facinus, & vniuersa ciuitas concurrit, & qui in Palatio erant, rei admiratione cõmouebantur: neque eam silentio tradi volebant. Itur in iudicium, leno prodit eos qui meretricem accersierant, illique deinde authorem istius rei Stephanũ esse ostendunt: erãt enim eius clerici qui cum lenone conuenerant. Stephanus igitur Episcopali dignitate exuitur, & in eius locum sufficitur Leontius ille castratus: non in aliud, quã vt non deesset hæreseos propugnator. Imperator verò Constantius paulisper compunctus ad se rediit, coniecturaque ex iis, quæ aduersus Euphratem designauerant, facta, consimiles esse eorum in alios calumnias arbitratus, relegatos ex Alexandria in Armeniam presbyteros, & diaconos è vestigio redire iubet, & diserte Alexandriam scribit, ne vlterius Athanasij aut clericos aut laicos persequerentur. Deinde post menses decem defuncto Georgio, accersit & Athanasium cum omni honore, non semel aut iterum, sed tertio ad illum amicissimas literas scribens, quibus illum animabat & ad veniendum hortabatur, misitque ad illum presbyterum & diaconũ, vt maiori cum fiducia ad se rediret. Putabat enim me ob superiora pericula ad reditum negligentiorem esse: Scribitque item fratri suo Constanti, vt ipse quoque me ad reditum cohortaretur. Affirmabat enim totum se annum Athanasium expectasse, nec permisisse vnquam quicquã noui fieri, aut quempiam in eius locum Episcopum creari, vt seruaret Athanasio suas Ecclesias, ita scribente eo, & plurium cohortatione ad eam rem vtente (nam & Comites suos Polemium, Datianum, Bardionem, Thalassum, Taurum, Florentium, quibus etiam magis fidẽdum erat) in eandem sententiam scribere iussit. Venit igitur tandem Athanasius, venientemque syncero serenóque vultu intuetur, eique liberum facit, vt in patriam, & ad suas Ecclesias rediret, literis ad eius loci iudices, datis (quia priori edicto aditus seruari iussum erat) vt nunc eum inoffense transire permitterent. Episcopo autem suas calamitates calumniasque deplorante, & admonente ne denuo se absente calumniæ reciperentur: vt iam nunc accusatores euocaret: siquidem se non intercedere, quo minus illi sese apud Cæsarem sistant, vt eos ita conuincere posset.

Hæc quidem Cæsar facere noluit: sed tamen omnia quæ contra ipsum per calumniam scripta essent, tolli & aboleri iussit, iurans se in posterum nullas calumnias admissurum, suumque in hac re propositum firmum & inconcussum fore. Neque id simpliciter dixit, sed & iureiurando, Deo in testimonium vocato, obsignauit. Quum igitur Athanasium multis aliis cohortationibus incitasset, & bonæ fiduciæ esse iussisset, istiusmodi litoras ad Episcopos & iudices dedit:

τᾶτα μὲν ἃ πεπίηκε· πάντας ἢ ὅσα πρότερον ἐκ διαβολῆς ἦσαν γραφέντα καθ' αὑτὸ, αἱρεθῆναι, ταῦτα δὲ ἀπαλοιφῆναι, κελεύει, βεβαιούμενος μηκέτ' ἔτι λοιπὸν διαβολῶν ἀνέχεσθαι, ἀλλ' εἶναι βεβαίαν καὶ ἀμετάβλητον τὴν προαίρεσιν, ἣ τᾶτ' ἔχ ἁπλῶς ἐλεγε, ἀλλ' ὅρκοις ἐπεσφράγιζε τοὺς λόγους, τὸν θεὸν ἐπὶ τᾶτοις καλῶν μάρτυρα. πολλοῖς γοῦν ἑτέροις λόγοις προτρεψάμενος αὐτὸν, καὶ χαίρειν προσκελεύσαμενος, χάριν πρὸς τὰς ἐπισκόπους, καὶ τὰς δικαιὰς, ταῦτα.

A

VICTOR CONSTANTIVS MAXIMVS AVGVSTVS, CLERICIS *Catholicæ Ecclesiæ.*

NOn est destitutus à Dei gratia Venerabilissimus, &c. *Epistola tota superius descripta est.*

ALTERA EPISTOLA AD POPVLVM ALEXANDRINVM.

ADspicientes vestram in omnibus æquitatem, &c. *Et hæc quoque superius descripta est.*

TERTIA EPISTOLA.

VICTOR CONSTANTIVS AVGVSTVS NESTORIO *Præfecto.*

CErtum est ex meo decreto, diplomata cõtra existimationem venerabilissimi Episcopi Athanasii superesse, eaque reperiri posse in prouinciis tuæ sanctitatis: volumus igitur vt tua spectata sobrietas, omnes eas epistolas, sub hoc nomine per tuam prouinciam editas, pro nostra iussione in nostrum comitatũ trãsmittat. Quæ autem post obitum beati Constantis scripsit, sunt eiusmodi, de Latina in Græcam linguam translata:

VICTOR CONSTANTIVS AVGVSTVS, ATHANASIO.

VOtum meum fuisse, vt omnia ex sententia fratri meo Cõstanti procederent, neque vel tuam conscientiam latet: In quanto autem mœrore fuerim, quum didicissem eum à quibusdam impiis sublatum esse, facile iterum tua prudentia diuinauerit. Cæterum quia nonnulli sunt in hoc luctuoso tempore, qui te terrere satagunt, ideo has literas tuæ firmitudini portigendas censuimus, quibus tibi author sum, vt quemadmodum Episcopum decet, ea quæ ad sacram religionem pertinent, populos doceas, tuisque consuetis precibus vaces, neque vanis rumigeratoribus credas, quicunque etiam fuerint. Id nostro animo fixum est, vt secundum nostram voluntatem perpetuo in tua sede Episcopus maneas. Diuina prouidentia te plurimis annis conseruet; parens charissime.

Hæc Constantius

Rebus

ΝΙΚΗΤΗ'Σ ΚΩΝΣΤΑ'ΝΤΙΟΣ *μέγιστος σεβαστὸς, ἐπισκόποις καὶ κληρικοῖς, τῆ καθολικῆς ἐκκλησίας.*

Οὐκ ἀπελέφθη τᾶ θεᾶ χάριτος ὁ αἰδεσιμώτατος. ἐγράφη ὀπίσω εἰς τὸ ξέ, λόγον, ὅ ἔστιν ἐξ ὁλοκλήρου ὁμοία ταύτης.

ΕΤΕΡΑ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΩΣΤΑΝΤΟΣ *πρὸς τὸ τᾶ ἀλεξανδρείας λαόν.*

ΣΚοπὸν ποιούμενοι τὴν ὑμετέραν ἐν ἅπασιν εὐνομίαν. ἐγράφη καὶ αὐτὴ ὁμοίως εἰς τὸ αὐτὸν ξέ λόγον.

B

ΕΤΕΡΑ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

ΝΙΚΗΤΗ'Σ ΚΩΝΣΤΑ'ΝΤΙΟΣ *αὔγουστος, νεστορίῳ ἐξάρχῳ αἰγύπτου.*

ΦΑνερόν ἐστι περὶ τᾶτο πρόσοψιν ἡμετέραν γεγονῆναι, ὥστε κατὰ τὸ ὑποπτεύεσθαι ἀθανασίᾳ, τῷ αἰδεσιμωτάτῳ ἐπισκόπῳ, πράγματά τινα εὐλόγως, ταῦτά τε συγκεκρῆσθαι ἐν τῇ τάξει τᾶ σῆς καθοσιώσεως εἶναι. βλέπομεν τὸ χαρᾶεν ἡ δεδοκιμασμένη, ἡμῖν ἡ νηφαλιότης σου, πάσας τὰς ἐπιστολὰς, ὁποίας ἂν πρὸς τὸ ὀνόματος τᾶ προφερομένου γενομένας ἐν τῇ ὑπὸ σὲ ταξει, ἀκολούθως τῇ ἡμετέρᾳ ταύτῃ κελεύσει, εἰς τὸ ἡμέτερον κομιτάτον ἀποστέλλῃ. ἃ ἢ ἐμὲ θανάτου μακαρίου κώνσταντος, ἔστι ταῦτα ῥωμαϊστὶ μὲν γεγραμμένα, ὁμιλουμένα δὲ ἑλληνιστί.

C

ΝΙΚΗΤΗ'Σ ΚΩΝΣΤΑ'ΝΤΙΟΣ ΑΥ'γουστος, ἀθανασίῳ.

ΕΥ'χομαι ἀεί μοι ταῦτα γεγονῆναι, ὥστε πάντα καταθυμίως ἀποβαίνειν, τῷ ποτέ μοι ἀδελφῷ κώνσταντι, ἀδεῶς σῳζομένῳ ἔλαθεν, ἐν ὅσῃ τὴ λύπῃ διετέθην, μαθὼν τᾶτον ἀνηρῆσθαι πρός τινων αἰσιωτάτων, σχεδὸν πάλιν δυσὶν ἢ τρισὶν φρόνησιν ἐπεὶ σωζόμενοί σε ἐκφοβεῖν, ἵνα τοῦτ' ταῦτα πρὸς τὸ σὸν σεβάσιον, δεδιέναι τε χρήματα ἐδικαίωσαν, προτρεπόμενός σε, ἵνα ὡς πέπεισαι, ὑπὸ σκοπὸν τὸν λαὸν τὰ ὀφείλομενα τῇ θείᾳ θρησκείᾳ διδάσκῃς, ἐμεῖ' αὐτῶν σωήθως εὐχαῖς σχολάζῃς, ἐ μὴ ματαίοις φήμαις, εἴ τινες ἂν ψεύσοιντο πίστεως. ἡμῖν γὰρ τὸ ἐν τῇ ψυχῇ πέπηγε, ὥστε σε ἀκολούθως τῇ ἡμετέρᾳ προαιρέσει, ἵνα πάντας ἐν τῷ τόπῳ σε θέλειν ὑπὸ σκοπὸν εἶναι. ἡ θεία πρόνοια πολλοῖς ἔτεσί σε διατηρεῖν, γενοῦ πρόσφιλέστατε. καὶ ταῦτα μὲν ὁ κωνσάντιος.

D

E

Τάτων

Τούτων οὕτω πραχθέντων, οὕτω πως ταξαμένων, καὶ τὰ ὁδοιπορικὰ ἀπὸ ἑαυτῶν· οἱ μὲν φίλοι φίλον ὁρῶντες, ἔχαιρον, τῶν δ' ἄλλων, οἱ μὲν ἐδυσωποῦντο, βλέποντες αὐτὸν· οἱ δὲ καὶ παρρησίαν οὐκ ἔχοντες, ἐκρύπτοντο· οἱ δὲ μετεγίνωσκον ἐφ' οἷς ἔγραψαν κατ' αὐτοῦ ἐπισκόπου. πάντες οὖν οἱ ἀπὸ παλαιστίνης ἐπίσκοποι, χωρὶς δυοῖν ἢ τριῶν, καὶ αὐτῶν ἴσως τῶν πλείστων τυγχανόντων, ὅτῳ τὰ ἀθανάσιον ὑπεδέξαντο, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἠσπάσαντο κοινωνίαν, ὡς καὶ γράψαι καὶ ἀπολογήσασθαι, ὅτι ἃ πρότερον ἔγραψαν, οὐ κατ' προαίρεσιν, ἀλλὰ βιαζόμενοι πεποιήκασι· πρὸ γὰρ τῶν ἐν αἰγύπτῳ καὶ τῶν λιβύης ἐπισκόπων, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ, καὶ τῶν ἐν ἀλεξανδρείᾳ λαῶν, πρὸ πολλοῦ ἐστὶ λέγειν, πάντων σπευδόντων καὶ αἰνιττομένων ἐν ἐχόντων τὴν χαρὰν· οὐχ ὅτι μόνον τοὺς ἰδίους παρ' ἐλπίδα ζῶντας ἀπολάμβανον· ἀλλ' ὅτι καὶ τῶν αἱρετικῶν, ὡς τυράννων καὶ λυττώντων κυνῶν ἀπηλλάττοντο. μεγάλη γοῦν ἦν ἡ εὐφροσύνη τῶν λαῶν, ἐν ταῖς συναξεσι παροξυνόντων ἀλλήλους εἰς ἀρετήν. πόσαι τ' ἀγάμων πρότερον οὖσαι πρὸς γάμον ἕτοιμοι, ἔμειναν παρθένοι τῷ χριστῷ; πόσοι νεώτεροι βλέποντες ἑτέρους τ' μονήρη βίον ἠγάπησαν; πόσοι πατέρες προέτρεψαν τέκνα; πόσοι δὲ αὖ τέκνων ἠξίωσαν, μὴ ἐμποδίζεσθαι τῆς ἐν χριστῷ ἀσκήσεως; πόσαι γυναῖκες ἔπεισαν ἄνδρας; πόσοι δ' αὖ ἀνδρῶν ἐπείσθησαν σχολάζειν τῇ προσευχῇ, ὡς εἶπεν ὁ ἀπόστολος; πόσαι χῆραι, πόσοι δὲ καὶ ὀρφανοὶ τὸ πρότερον πεινῶντες καὶ γυμνοὶ τυγχάνοντες ἐκ πολλῆς τῆς τῶν λαῶν προθυμίας, οὐτε λιπὸν ἐπείνων, ἀλλὰ καὶ ἐνδεδυμένοι προῆλθον; καὶ ὅλως τοσαύτη ἦν ἁμιλλα περὶ ἀρετήν, ὡς ἑκάστῳ οἰκίαν, καὶ οἶκον ἕκαστον νομίζειν ἐκκλησίαν εἶναι, διὰ τὴν τῶν ἐνοικούντων φιλοκαλίαν τε, καὶ τὴν πρὸς τὸ θεῖον εὐχήν· εἰρήνη τε ἦν ἐν πάσαις ἐκκλησίαις βαθεῖα, καὶ θαυμαστὴ· γραφόντων τῶν πανταχόθεν ἐπισκόπων, καὶ δεχομένων πάλιν ἀθανασίου τὰ σωτήρια τῆς εἰρήνης γράμματα. καὶ γὰρ καὶ ἱερατικὰ καὶ ἁλυπα, ὥσπερ ἐπὶ τοῦτο δοτὰ μασιζόμενοι, μετεγίνωσκον, καὶ γράφουσι μὲν αὖθις τῷ ἐπισκόπῳ φιλικὰ καὶ εἰρηνικὰ ἐπιστολάς, καὶ τιμὴν λαβόντες τὰ παρ' αὐτοῦ γράμματα· ἀπελθόντες δὲ καὶ εἰς τὸν ῥώμης μετανοοῦσι, ὁμολογοῦντες ὅτι πάντα ὅσα πεποιήκασι κατ' εἰρήκασι κατ' αὐτοῦ, ταῦτα εἶναι πάντα ψεύδη, καὶ μόνον συκοφαντίαν, οὐχ ἁπλῶς δ' οὕτω δοξ' αὐτοὶ πεποιήκασιν, ἀλλὰ γὰρ αἱρεσιάρχαις οὖσι τοῖς ἀρειανοῖς αἵρεσιν, ἔγγραφον τὸν μετάνοιαν αὐτῶν δεδώκασι, γράψαντες ἰουλίῳ τῷ ἐπισκόπῳ ῥωμαίοις μὲν, μεταβληθέντα δ' ἑλληνιστὶ, ταῦτα, τὸ δ' αὐτὸ γράφον ἀπεστάλη ἡμῖν, τῷδε παύλῳ ἐπισκόπῳ τῆς ἑῴας, ἰταμαϊστί.

Ἑρμηνεία ἀπὸ ῥωμαϊκῆς.

ΚΥΡΙΩΙ ΜΟΥ ΜΑΚΑΡΙΩΤΑΤΩΙ ΠΑΠΑ ΙΟΥΛΙΩ ΑΡΣΑΚΙΟΣ, ΚΑΙ ΓΑΛΗΣ.

Ἐπειδὴ συνέσηκεν ἡμᾶς πρόσθεν πολλά τε, καὶ δεινὰ. ἐγράφη ὀπίσω εἰς ἓξ λόγον, καὶ ἐστὶ κατὰ πάντα ὁμοία καὶ ἴση.

ἙΡΜΗΝΕΙΑ

REbus igitur ad iſtum modum actis & conſtitutis, Athanaſium, cum ſuis iter carpentem, amici quidem amicum intuẽtes, gratulari: alij vero ad conſpectum eius pudeſcere, alij: quibus nulla erat fiducia ſeſe abdere, alij pœnitentiam de iis quæ contra Epiſcopum ſcripſerant, agere. Certe omnes Paleſtines Epiſcopi, exceptis duobus aut ad ſummum tribus, iiſque ſuſpectis, ita Athanaſium exceperunt & cõmunionem eius amplexi ſunt, vt & ſcriptis, & verbis pro ſatisfactione proteſtaretur, omnia quæ prius ſcripſerant, ea ſe non voluntate, ſed vi coactos feciſſe. Nam de Ægyptiis & Libycis Epiſcopis eorumq; prouinciatum & Alexandriæ populis ſuperuacuum eſt verba facere, quum & omnes occurrerint, & ineffabili gaudio imbuti fuerint: non ſolummodo quòd ſuos præter ſpem incolumes reciperent, ſed quia ab hæreticis, veluti à tyrannis & rabioſis canibus in libertatem aſſererentur. Magna igitur lætitia populorum fuit, in ſacris ſynaxibus, mutuo ſe ad virtutem cohortantiũ. Quot putas inuptæ quidem, ſed tamen hactenus ad nuptias promptæ, virgines in Chriſto remanſerunt? quot item iuuenes aliorum exempla intuentes, monaſticã vitam amplexi ſunt? Quot parentes liberos, liberi inuicem parentes ſuos obteſtati, ne ſe à ſtudio pietatis in Chriſtum reuocarent? quot mulieres viris perſuaſerunt, quot item à viris perſuaſæ ſunt, vt orationibus vacarent, quemadmodũ dixit Apoſtolus? quot orphani antea famelici, & nudi, ingenti populorum ad eleemoſynam alacritate, poſtmodũ neque eſurierunt, & veſtiti prodierunt? In ſumma tanta æmulatio fuit ad virtutem, vt ſingulas familias, ſingulas domos Eccleſiam eſſe, ob probitatem incolentium, & preces ad Deũ exiſtimares. Eratque in Eccleſia profunda, & admirabilis pax, inuicem vndecunque Athanaſio Epiſcopo ſcribentibus, iiſdemque ab Athanaſio, cõſuetas pacis & tranquillitatis literas accipientibus. Quin Vrſacius & Valẽs quaſi à ſua ipſorum conſcientia flagellati, pœnitentiam profeſſi ſunt, literaſque & amicas & pacatas ad Epiſcopum, quas nullas ab eo acceperant, miſere. Romamq; abeuntes, pœnitentiam egere, confitentes omnia, quæ vel dixiſſent, vel feciſſent contra Athanaſium, falſa, eſſe, & nihil aliud quàm calumniam: neque id ſimpliciter egere, ſed ita vt anathemate execrarentur Arianam hæreſim, & pœnitẽtiam ſuam ſcripto promulgarent. Quæ Latinè ad Iulium Romanum Epiſcopum ſcripta, in Græco ſermone hanc ſententiam complectitur:

DOMINO MEO BEATISSIMO PAPÆ IVLIO, VRſacius, & Valens.

QVandoquidem conſtet nos ſuperioribus temporibus multa & grauia, &c. *Scripta eſt ſuperius.*

IIDEM DOMINO SVO FRATRI EPISCOPO ATHANASIO.

OCcasio nobis data est per fratrem & compresbyterum, &c. *Sed & ea superius quoq; descripta est.*

HAs literas quum dedissent, vltro subscripserunt epistolis pacificis, quas Athanasii presbyteri, Petrus & Irenæus, & Ammonius laicus ad id circumeuntes colligebant, quum tamen Athanasius nihil tale ab Vrsaico, & Valente postulasset. Quis igitur ista, & tantam Ecclesiæ pacem non admiratus est? quis non gauisus de tanta & tot Episcoporum inter se concordia? quis Deum non glorificauit conspecta in synaxibus tanta, populi lætitia? Quot igitur inimici simultatem deposuerunt? quot prius calumniati calumnias suas damnauerunt? quot prius odio infesti, Athanasium postea dilexerunt? quot palinodiam suorum in eum scriptorem cecinerunt? Multi qui vi, non voluntate apud Arianos agebant, noctu ad Athanasium venientes, sese ei purgabant, hæresimque simul anathemate execrabantur, & veniam de insidiis & calumniis suis postulabant: corporibus quidem se apud illos apparere, animo tamen cum Athanasio synaxim facere, & semper cum eo esse, postulantes hac in re sibi fidem haberi. Hæc quum audirent, & conspicerent sententiæ Eusebianæ, hæresconsque successores, inter quos Leontius ille castratus, quem ne sub laici quidem specie ad communionem admitti oportuit, eò quòd seipsum abscidit, vt libere cum Eustolio dormiret, reuera quidem muliere, sed quam ille virginem prædicaret, Georgius item & Acacius, Theodorus, Narcissus, qui in Synodo depositi exauctoratique erãt magno pudore suffundebantur. Deinde cum viderent tantum cum Athanasio animorum consensum, & pacem agitari: erant enim plures in hoc numero quã quadringenti, tum è magna Roma atque vniuersa Italia, Calabria, Apulia, Campania, Brucia, Sicilia, Sardinia, Corsica, tum ex vniuersa Aphrica, Galliis, Britannia, Hispaniis, vna cũ magno illo confessore Hosio è Pannoniis, item & Norico, Siscia, Dalmatia, Sardinia, Dacia, Mœsia, Macedonia, Thessalia, & vniuersa Achaia, Creta item & Lycia, plurimique item ex Palæstina, Isauria, Ægypto, Thebaide, & vniuersa Libya & Pentapole. Hæc inquam quũ viderẽt, metu inuidiaque anxij fuere, & quòd tot Episcopi cum Athanasio communionem fouerent: & quòd formidarent, ne quos ipsi deceperant, à se deficerent, & huic vnanimitati communionique sese adiungerent, néve quod futurum videbatur, de eorum hæresi iam vbique famosa triumphus ageretur & tropæa excitarentur. Primum igitur Vrsacio & Valenti persuadent, vt mutato proposito, quasi canes ad proprium vomitum reuertantur, & vt sues in pristino impietatis luto denuo se voluant, caussificantes pœnitentiam quam simularant, ex metu Constantis religiosissimi Imperatoris extortã esse. Atqui

Ἑρμηνεία ἀπὸ ῥωμαϊκῆς.

ΚΥΡΙΩΙ ΜΟΥ ΑΔΕΛΦΩΙ ΑΘΑΝΑΣΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ, ΟΥΡΣΑΚΙΟΣ, ΚΑΙ ΒΑΛΗΣ, ΕΠΙΣΚΟΠΟΙ.

Ἀφορμὴν ἡμῖν ἔδωκε διὰ τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ συμπρεσβυτέρου, ἐγγράφη ὀπίσω εἰς τὸν αὐτὸν ξῆ λόγον, ἔστιν ὁμοια καὶ ἴση ἐξ ὁλοκλήρου.

Τί δὲ χρὴ λέγειν, ὑπάρχειν ἐν τοῖς εἰρηνικοῖς, παρερχομένων πρεσβυτέρων, Ἀθανασίου, Πέτρου τε, Εἰρηναίου, καὶ Ἀμμωνίου λαϊκοῦ· καίτοι μὴ δι' αὐτῶν γράψαντος αὐτοῖς. τίς γὰρ οὐκ ἐθαύμαζε βλέπων ταῦτα, καὶ τοσαύτην τὴν ἐκκλησιῶν εἰρηνεύουσαν ἐκ ἔχαιρεν, ὁρῶν τοσούτων ἐπισκόπων τὴν ὁμόνοιαν; τίς οὐκ ἐδόξασε τὸν κύριον θεωρῶν τὸν λαὸν, τὴν ἐν τοῖς συνάξεσιν εὐφροσύνην; ποσοὶ τῶν ἐχθρῶν μετενόουν; ποσοὶ τῶν πρότερον Ἀθαναλλοῦντων ἀπελογοῦντο; ποσοὶ πρότερον μισοῦντες αὐτὸν, ὕστερον ἠγάπησαν; ποσοὶ τῶν γραψάντων κατ' αὐτοῦ παλινῳδίαν ἦσαν; πολλοὶ καὶ τῶν μὴ προαιρέσει, ἀλλ' ἀνάγκῃ μὴ τὰ δόξαντα ὄντες, ἐρχόμενοι νυκτὸς ἀπελογοῦντο· καὶ τὴν μὲν αἵρεσιν ἀνεθεμάτιζον, ἠξίουν δὲ συγγνώμην ἔχειν, ὅτι καὶ τὰς συνόδους, καὶ τὰς Ἀθανασίας, τὰς παρ' αὐτῶν γινομένας, τοῖς μὲν σώμασιν ἐκεῖ φαίνονται, τῇ δὲ καρδίᾳ μὴ Ἀθανασίου συνάγοιλαι, καὶ ἀεὶ μετ' αὐτοῦ τυγχάνουσι· ναὶ μὴν καὶ ὤμνυσαν. ἀλλὰ ταῦτα ἀκούοντες, καὶ βλέποντες οἱ κληρονόμοι τῆς γνώμης, καὶ τῆς ἀσεβείας τοῦ μὲν εὐσέβιον λεόντιος ὁ δυσκόπος, ὃν οὐδὲ ὡς λαϊκὸν κοινωνεῖν ἐχρῆν, διότι ἑαυτὸν ἀπέκοψεν ὑπὲρ τοῦ μὴ ἐξουσίας λοιπὸν κοιμᾶσθαι μετὰ δ' γυναικός τινος, γυναικὸς μὲν δι' αὐτὸν, λεγομένης δὲ παρθένου. γεώργιός τε καὶ ἀκάκιος, καὶ θεόδωρος, καὶ νάρκισσος, οἵτινες καὶ ἐν τῇ συνόδῳ καθῃρέθησαν μεγάλως ἠχθοῦντο. εἶτα βλέποντες πρὸς Ἀθανάσιον τῶν ἐπισκόπων συμφωνίαν τὴν εἰρηνικὴν, πλείους ἦσαν ὑπὲρ τε τῆς μεγάλης ῥώμης καὶ τῆς ἰταλίας πάσης, καλαβρίας τε καὶ ἀπουλίας, καὶ καμπανίας, βριττίας τε, καὶ σικελίας, σαρδινίας τε, καὶ κερσικῆς, καὶ πάσης τῆς ἀφρικῆς, τάς τε ἀπὸ γαλλίων, καὶ βρεττανίας, καὶ ἀσπανίων, μετὰ τοῦ μεγάλου καὶ ὁμολογητοῦ ὁσίου. ἔπειτα τοὺς ἀπὸ τῶν παννονίων, καὶ νωρικοῦ, καὶ σισκίας, δαλματίας τε καὶ σαρδανίας, δακίας τε, καὶ μυσίας, μακεδονίας, θεσσαλίας καὶ πάσης ἀχαΐας, καὶ κρήτης, κύπρου τε καὶ λυκίας, καὶ πλείους τῆς παλαιστίνης τε, καὶ ἰσαυρίας, αἰγύπτου, καὶ θηβαΐδος, καὶ πάσης λιβύης, καὶ πενταπόλεως. ταῦτα βλέποντες ἐκεῖνοι φθόνῳ καὶ φόβῳ συνεσχέθησαν· φθόνῳ μὲν διὰ τὴν τῶν πολλῶν ὁμοψυχίαν, καὶ λοιπὸν ἡ αἵρεσις αὐτῶν ἀποδεδειγμένη ἔσται θριαμβεύθη, καὶ σιλιτεύθη πανταχοῦ. πρῶτον μὲν ὡς ἀπὸ ὑρσάκιον, καὶ βάλεντα, ὡς ὡς κύνας μεταπείθεσι μεταβάλλεσθαι, καὶ εἰς τὸ ἴδιον ἔμετον ἐπιστρέψαι, καὶ ὡς τοὺς χοίρους εἰς τὸ πρότερον βόρβορον τῆς ἀσεβείας, πάλιν κυλισθῆναι, πρόφασίν τε τῆς μετανοίας πλάσασθαι, ὡς διὰ φόβον τοῦ θεοσεβεστάτου κώνσταντος εἶεν τοῦτο πεποιηκότες.

καὶ τὰ

καὶ πιὰ καὶ φόβ@ ἰῶ, ἀλλ' οὐκ ἐχρῆν εἴπερ ἐθαῤῥοῦμεν οἷς ἔπραξαν προδότας τούτων γίνεσθαι. ὅπου δὲ οὐδὲ φόβ@, ἀλλ' εὐθὺς ἤδοντο, πῶς οὐκ ἄξιοι πάσης καταγνώσεως ἐσμεν; ἔτε γὰρ πρώτῳ παρόντ@, οὐ παλατίνων ἢ νοταρίων ὑποστελλόντων, ὁποῖα νῦν αὐτοὶ ποιοῦσιν, ἀλλ' οὐδὲ βασιλέως παρόντ@, οὐδὲ ὅλως κληθέντες ὑφ' ἑαυτ@ ἔγραψαν, ἀλλ' αὐτοὶ θέλοντες ἀνῆλθον εἰς τὸ ῥωμαίων καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἔνθα φόβ@ μὲν ἔξωθεν οὐκ ἦν, μόν@ δὲ ὁ τοῦ θεοῦ φόβ@ ἐστὶ, καὶ ἐλεύθεραν ἕκας@ ἔχει τὴν προαίρεσιν, δι' ἑαυτῶν μετενόησαν καὶ ἔγραψαν. καὶ ὅμως ἀρειανοὶ δεύτερον γενόμενοι, πιαύτῃ πάλιν ἀπρεπῆ πρόφασιν ὑπενόησαν μὴ ἐρυθριῶσιν. ἔπειτα κοινῇ προσελθόντες παρεκάλουν τὸν βασιλέα κωνστάντιον, λέγοντες, καὶ τὸ πρῶτον ἀξιοῦντες, οὐκ ὑπεστύθημεν· λέγομεν γὰρ ὅτι μετέπεμπες τὸν ἀθανάσιον, ὅτι τότε προσκαλούμεν@ τὴν ἡμετέραν αἵρεσιν ἐκβάλλεις, οὕτ@ γὰρ ἐξ ἀρχῆς κατ' αὐτῆς γέγονε καὶ οὐ πίστεται πιστὴν οὕτ@ ἀναθεματίζων· αὐτὸς μὲν οὖν ἤδη πεπλήρωκε τὰ πάντα τοῦ γραφῶν καθ' ἡμῶν, καὶ οἱ μὲν τολεῖσοι τὴν μετ' αὐτοῦ κοινωνίαν ἔχουσι, τῶν δὲ καὶ δοξάντων μεθ' ἡμῶν εἶναι, οἱ μὲν προσεπέθησαν αὐτῷ, οἱ δὲ μέλλουσιν, ἡμεῖς δ' ἐμείναμεν μόνοι, ἐφ' ὁ μὴ καὶ ἡ αἵρεσις γνωσθῇ καὶ λοιπὸν ἡμεῖς καὶ σὺ χρηματίσωμεν αἱρετικοί, κἂν τότε γλύπτῃ, σκόπει μὴ μετὰ μανιχαίων λογισθῶμεν. ἄρξαι πάλιν οὖν διώκειν ἐφ' ἑτέρους αἱρέσεως, ἐγὼ δ' ἐν αὐτῇ σὲ βασιλέα ἕξω. τοιαῦτα μὲν οὖν ἰῶ τούτων πρὸς τῆς πανουργίας ῥήματα καὶ αὐτὸς δ' διερχόμεν@ ὅτε πρὸς μαξέντιον ἔσπευδε, βλέπων τὸν πρὸς ἀθανάσιον τῶν ὑπισχνουμένων κοινωνίαν, ὡς ὑπὸ πυρὸς ἀναφθεὶς μεταβάλλει τὸν γνώμην, καὶ οὔτε τῶν ὅρκων ἐμνημόνευσεν, ἀλλὰ καὶ ὧν ἔγραψεν ἐπελάθετο, καὶ τῶν πρὸς τὸν ἀδελφὸν καθηκόντων ἀγνώμων γέγονε. ἐγὼ γὰρ καὶ αὐτῷ γράφων, ᾔδειν ἀθανάσιον ἐωρακὼς ὅρκους δεδωκε μὴ ἄλλως ποιῆσειν, ἢ ὡς ἂν ὁ λαὸς βάληται, καὶ τῷ ὑπισχνόπω καταθυμίως τυγχάνοι. ἀλλ' ἡ πρὸς τὸν ἀσέβειαν ἀπρόθ, πάντων ἀθρόως αὐτὸν ὑπιλαθέσθαι πεποίηκεν. ὃ δεῖ ἡμᾶς φυλάξειν ἐν μηδενὶ τρόπῳ παράμαλα, ἐπιστάντες ὅρκους ἠλλοιώθη κωνσταντίος, ὅπερ γὰρ ὁ αἰγύπτιος φαραὼ, πολλάκις ἐπαγγελλόμεν@ ἐξαποστελεῖν λαμβανῶν τὰ βασάνων αἴσθησιν, μετετίθετ', ἕως ἐς τέλ@ ἀπώλετο σὺν αὐτοῖς τοῖς ὁμονοήσασιν αὐτῷ. τότε μὲν οὖν ἐπὶ πολὺν πρῶτον ἐβιάζετο μεταθέσθαι, γνόμεν@ δὲ ἐν τῇ ἀρελατῷ καὶ τῇ μεδιολάνῳ, λοιπὸν ὡς οἱ αἱρετικοὶ συνεβούλευσαν, καὶ ὑπέλαβεν οὕτως αὐτὸς ἔπραττε, μᾶλλον ἢ οὕτως καὶ αὐτοὶ διεπράττοντο, καὶ ἐνήλλοντο κατὰ πάντων ἔχοντες τὴν ἐξουσίαν. καὶ εὐθὺς, ὧδε μὲν ἐντολαὶ, καὶ γράμματα πρὸς τὸ ἔπαρχον, ἵνα πέως ὁ σῖτ@ ἀφαιρεθῇ πρὸς ἀθανασίου, καὶ δοθῇ τοῖς τὰ ἀρείου φρονοῦσι, καὶ ἵνα ἐξῇ ὑβρίζειν τοῖς βουλομένοις, τὰς μετ' αὐτοῦ συναγομένας. ἀπῆλή

Atqui non decebat eos, si de factis suis bene sperabant, sociorum suorum partus prodere. Iam quum metus nullus fuerit, & merum mēdacium sit, quod dicunt, quī quæso non omni probro digni habeantur? quippe quum nullus ibi neque satelles, neque Palatini, neque Notarij adfuerint, qui ab illis adhiberi solent? Imo ne ipse quidem Imperator ibi præsens fuerit, & quod maius est, ipsi à nemine accersiti confessionem suam scripto prodiderint, Romamque vltro profecti sint, & in Ecclesia, vbi nullius nisi Dei metus, & vbi liberā quisque sententiam proferebat, sponte pœnitentiam suam professi sint & scripto ediderint? Nihilominus tamen iterum Ariani facti nihil in tam futili causificatione fingenda comminiscendāque erubuerūt. Nec ita diu postea innito consilio, Imperatorem Constantium istiusmodi verbis exacerbauerunt: Etiam tum quum primum deprecaremur, fides nobis habita non fuit: denunciauimus enim iam, tunc cùm reuocares Athanasium, quod illa ipsa reuocatione nostram hæresim tolleres, cui ille ab initio se aduersarium præbuit, neque vnquam eam desinet anathemate persequi: quin iam quicquid terrarum est, scriptis suis, quibus nos impetit, adimpleuit: & fere omnes cū eo communione sociantur: exiis autem qui nostræ factionis esse videbantur, alij sese illi adiunxerunt, alij id ipsum iamiam facturi existimantur: nos interim deserti destitutique relinquimur, neque leue periculum est, ne hæresis nostra palam innotescat, ac deinde tu nobiscum hæreticus iudiceris, quod si fit, vide ne cum Manichæis in eandem classem computemur. Age igitur incipe eos persequi, & suscipe patrocinium tuæ sectæ: Siquidem illa te suum imperatorem agnoscit. Hæc erant illorum sceleratorū verba. Ille igitur cū in expeditionē iret contra Maxentium, videretque Episcoporum cum Athanasio communionem, quasi ignis succensus sententiam suam mutat, nihiliā iurisiurandi memor, & suarum literarum oblitus, gratitudinis officium erga fratrem non retinuit. Nam cum illi scriberet, & Athanasiū vidisset, iuramentum conceperat, se nunquā aliter facturum, quàm vt populus vellet, & Episcopo gratum esset. Sed studium impietatis omnium simul illi obliuionem induxit. Neque admirationi esse debet, si post tot epistolas, tot iuramenta Constantius immutatus sit, siquidem & tyrannus Ægypti Pharao subinde promittens atque inde relaxationem mali adeptus, tā diu sese mutauit, donec prorsus tādem cum suis gregalibus periret. Hos igitur singulis in vrbibus ad sententiæ mutationē cogebat. Cæterum quum esset Arelatę & Mediolani, omnia pro hæreticorum adhortatu suggestioneque faciebat, vel potius illi ipsi agebant, insultabantque in omnes Cæsaris potestate succincti. Statim igitur mandata literæq; ad præfectum, vt frumentum quod hactenus Athanasio cum suis cedebat, illi adimeretur, dareturque illis qui Arianica saperent, & vt liberum esset contumeliam inferre in Athanasii communicatores. Minæ

item denunciatæ iudicibus, nisi cum hæreticis commnionem celebrarent. Erant autem ista præludia eorum quæ postea per Syrianum ducem commissa sunt: rursus ad alias partes edicta missa, Notariique præsto in singulis vrbibus, & Palatini minas secum ad Episcopos & iudices deferentes, vt isti quidem de causa iudicarent: illi vero contra Athanasium scriberent, vt aut communionem cum Arianis haberent, aut pœnam exilij sustinerent, populique qui ad communionem cum illis coirent, vincula, contumelias, bonorumque suorum direptionem expectarent, neque negocium negligenter curatum est, habebant secum in comitatu Vrsacij & Valentis clericos, qui eos incitarent, & negligentiores iudices ad Cæsarem deferrent, aliasque hæreses minores vt sorores suas permittebant blasphemias in Dominum proferre, & Christianis tantũmodo suis insidiis imminebant, non sustinentes vllos pios sermones de Christo. Quot igitur Episcopi, prout in sacris literis est, ad præsides & reges abducti sũt & à iudicibus hanc sententiam audiuerunt, Aut subscribite, aut ab Ecclesiis recedite: Detrahi enim vos ab Ecclesiis Imperator iussit: quot in singulis vrbibus palabundi sese sparserunt, ne vt Episcoporum amici accusarentur? Nam & magistratibus scriptum est, & mulcta pecuniarũ denunciata, nisi quisque suę ciuitatis Episcopum subscribere coegisset. In summa, omnia loca, omnes ciuitates implebantur terroribus & tũmultibus, quũ & Episcopi traherentur, & iudices viderent luctus & suspiria populorũ. Hæc quidẽ à Palatinis in legationẽ missis agebantur. Illi vero freti tanta potentia sua, nihil non moliebantur, & nunc hos Episcopos ad Imperatorem citabant, nunc illos literis circumueniebant, comminiscentes aduersus eos has & illas causas, vt illi præsentem Imperatorẽ exhorresceren: isti vero legatos & minas falsarum criminationum formidantes de recta & pia sententia decederent: eo enim modo Imperator tantum numerum Episcoporum coegit, quũ partim minis terrerẽt, partim promissis allicerent, vt se faterentur non amplius cõmunionem cum Athanasio habere. Quotquot enim ad Imperatorem profecti sunt, non prius ad eius conspectum admissi fuere, ne tantillo quidem laxamento indulto vt vel ex domicilio ipsis procedere liceret, priusquam subscriberent: aut si recusarent, in exilium mitterentur. Idque ideo faciebat, quod animaduerterat ab omnibus hæresim odio haberi. Quæ res in causa fuit cur tam multos repelleret, vt se hæreticorum paucitati adiungerent, magnopere id studens vt multorum nomina corrogaret, tum ad inuidiam Episcoporum, tum vt speciem aliquam, dignitatisque imaginem Arianæ hæresi conciliaret, cuius ipse propugnator erat existimans, quod quemadmodũ hominum sententias, ita quoque veritatem immutare posset, insçius ignarusque Saducæos & Herodianos non ideo validiores factos esse ad veritatem opprimendam, quia sibi Pharisæos associauerant. Ea enim eo modo magis ac magis enituit.

Ita quoq;

τι ἰω τῆς δικαιοῦς, εἰ μὴ σωάγειντο μετὰ τῶν αἱρετικῶν. ἰω ἢ ταῦτα προοίμια τ μὴ παῦται γιγνομένων. Διὰ τοῦ δουκὸς συμμαχοῦ, εἰς ἢ τὰ ἔξω μέρη προστάγματα πάλιν, καὶ νοταρίοι κατὰ πόλιν, καὶ παλατινοὶ φέροντες ἀπειλὰς ἀπεστέλλοντο πρός τε τὰς ἐπισκόπους Ϲ τὰς δικαστάς, ἵνα οἱ μὲν δικασταὶ ἐπείγωσιν, εἰ ἢ ἐπίσκοποι, ἢ ἵνα κῆ' ἀθανασίου γράφωσι κοινωνίαν ἔχειν πρὸς τὰς ἐκκλησίας, ἢ πραγμάτων αὐτοὶ μὲν ὑπομένωσιν ἐξορίας, οἱ ἢ τότε συνερχόμενοι λαοὶ, διασπᾶ Ϲ ὑβρίζ Ϲ πληγὰς καῖ' αὐτῶν, κῆ ἀφαίρεσιν τ ἰδίων ὑπαρχόντων ἔσεσθαι γινώσκειν· οὐκ ἠμέλειτ ἢ τὸ πρόσταγμα, κῆ γὰ ἦκον οἱ ἀποσταλέντες μεθ' ἑαυτῶν κληρικοὺς ἐρρωμένους κῆ κάλεντ Θ, ἵνα κῆ παροξύνωσι, καὶ ἀμελοῦντας τοὺς δικαστὰς, καπνέγκωσι τῷ βασιλεῖ, κῆ τὰς μὲν αἱρέσεις ὡς μικροτέρας ἑαυτῶν ἀδελφὰς συνεχώρουν βλασφημεῖν εἰς τ κύριον, μόνοις δὲ τοῖς χριστιανοῖς ἐπεβάλλουν εὐφήμειν περὶ χριστοῦ λόγων ἀσεβῶν. πόσοι τ μακαρίου ἐπισκόπου καπὸ τ γεγραμμένου, ἐπὶ ἡγεμόνας Ϲ βασιλέας ἤχθησαν, καὶ ὡ Ϲ δικαστῶν ἤκουσαν; ἢ ὑπογράψατε, ἢ τῶν ἐκκλησιῶν αἰ χωρεῖτε, καθηρεθῆναι γὰ ὑμᾶς βασιλεὺς προστάξε. πόσοι διεσείσθησαν παρ' αὐτῶν κατὰ πόλιν, ἵνα μὴ ὡς φίλους τῶν ἐπισκόπων αὐτοὺς καταμέμψωνται; καὶ γὰρ κῆ πολιτοῦται ἐχρῶντο, Ϲ ἰω ἀπλῆ, ζημία χρημάτων, εἰ μὴ αἰανκάζοι ἕκας Θ τὸν τῆς ἰδίας πόλεως ἐπίσκοπον ὑπογράφειν, Ϲ ὅλως πᾶς τόπος κῆ πᾶσα πόλις ἐπεπλήρωτ φόβου Ϲ ταραχῆς τ μὲν ἐπισκόπων ἐλκομένων, τῶν δὲ δικαστῶν ὁρώντων τὸν ὀδυρμὸν καὶ στεναγμοὺς τῶν λαῶν. ταῦτα μὲν ὡ Ϲ τῶν ἀποσταλέντων παλατινῶν ἐπράττετο. οἱ δὲ θαρροῦντες αἷς ἔχευσι προφάσεσιν, ψευδῶ τίθενται, κῆ οὕτως τῶν ἐπισκόπων τοὺς μὲν πρὸς βασιλέα καλοῦσι, τοὺς ἢ πάλιν διὰ γραμμάτων μεθοδεύουσι, πλάττοντες κατ' αὐτῶν προφάσεις, ἵν' οἱ μὲν παρόντα κωλυθέντων καταπλήξωσιν, οἱ ἢ τοὺς ἀποσταλέντας κῆ τὰς ἀπειλὰς τῆς ἐκ προφάσεως συκοφαντίας φοβηθέντες, μεταθῶνται τ ἑαυτῶν ὀρθῆς κ Ϲ εὐσεβοῦς μνήμης. ὅτω γοῦ ἐβιάσατ βασιλεὺς τ τριακοσίων τ ἐπισκόπων πλῆθος, τοὺς μὲν ἀπειλῶν, τοὺς ἢ ἐπαγγελλόμενος εἰρήνην, ἀκέτι κοινωνοῦμεν ἀθανασίῳ. οἱ γὰ ἐρχόμενοι πρὸς αὐτ, ἀ πρόπορον ἔβλεπον αὐτὸν, ἀσθ' ὅλως αἵρεσιν ἔχειν τινὰ, ἢ προϊέναι τ ἰδίας οἰκήσεως ἐπετρέποντο, πρὶν ἂν ὑπογράψωσι, ἢ αἰανεύοντες ἐχορηγῶσιν. ἐπὶ ἢ τοῦτο, διὰ τ σωφρονῶν ἀποπαίλων μισεῖσθ τ αἱρέσιν. διὸ μάλιστα Ϲ ἰω ἀνάγκασε τοὺς τ σύτους τοῖς ὀλίγοις συναριθμηθῆναι, κῆ ἐπιτίθασιν ὄχλον ὀνομάτων συναγαγεῖν πρὸς φόβον μὲν κῆ τ ἐπισκόπων, φαντασίας ἢ χάριν τ ἀρειανῆς ἀπιστείας, ἧς αὐτ προῄστατο, οἰόμενο Θ ὅτι ὡς τοὺς ἀνθρώπους, ὅτω κῆ τὴν ἀλήθειαν μεταστρέψαι δυνήσεσθ· οὐκ εἰδὼς ὁτὲ αἰανὴς ὅτι ὁτὲ σαδδουκαῖοι καὶ ἡρωδιανοὶ προσλαβόμενοι τοὺς φαρισαίους, ἴσχυσαν ἐπικρύψαι τ ἀλήθειαν. μᾶλλον ἢ κῆ ὅτως, αὕτη μὲν καθημέραν λαμπρὰ δείκνυται,

ἔπει ἢ

ἐπεὶ οὖν οὐκ ἔχομεν βασιλέα εἰ μὴ καίσαρα, καὶ ἔχοντες τὴν πλάτου κρίσιν οὐδὲν ἧττον εἰσὶν ἔρημοι, καὶ πάσης αἰσχύνης, πάσης καταδοκῶντες ὅσον οὐδέπω μένειν ἐπ' αὐτοὶ κατὰ τὸ πρόδηλα γυμνοὶ, ὅταν ἴδωσι τὸ τοιοῦτον ἑαυτῶν ἀποθνήσκοντα. εἰ δὲ καὶ ἀπρεπὲς τὸ ὅλως ἐπὶ τοῖς φοβηθέντας ἰνδὸς τὸ ἐπισκόπων μεταθέσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον ἀπρεπέστερον, ἐπὶ ἁρπάντων εἰς πεπιστεύκασι τὸ βιάζεσθαι καὶ ἀναγκάζειν τοὺς μὴ βουλομένους, ὅτως ὁ μὲν διάβολος ἐπεὶ μηδὲν ἀληθὲς ἔχει, ἐν πελίκει ἐπὶ λαξευτηρίῳ ἐπιβαίνων κατεάξῃ τὰς θύρας τῶν δεχομένων αὐτόν. ὁ δὲ σωτὴρ ὅτως ἐστὶ πρᾶος, ὡς διδάσκει μὲν, εἴπερ θέλῃ ὀπίσω μου ἐλθεῖν καὶ ὁ θέλων εἶναί μου μαθητὴς, ἐρχόμενον δὲ πρὸς ἕκαστον μὴ βιάζεσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον κρούειν τε καὶ λέγειν· ἄνοιξόν μοι ἀδελφή μου νύμφη. ἐπὶ οἰκουμένων μὲν εἰσέρχεται, οἰκούντων δὲ ἐπὶ μὴ θελόντων ἐκείνων, ἀναχωρεῖ, ἐπὶ γὰρ ξίφεσιν ἢ βέλεσιν, οὐδὲ διὰ γραπτῶν ἢ ἀληθεία κατηγορεῖται, ἀλλὰ πειθοῖ ἐπὶ συμβουλίᾳ. ποία οὖν πειθὼ, ἔνθα βασιλέως φόβος; ἢ ποία συμβουλία ἐνῇ ὁ αὐτιλέγων, τὸ τέλος ἐξορισμὸν ἔχει καὶ θάνατον; ἐπὶ ὁ μὲν δαβὶδ καίπερ βασιλεὺς ὢν καὶ τὸν ἐχθρὸν ὑπὸ χεῖρας ἔχων, θέλοντάς τε τοὺς γραπτώτας ἀποκτεῖναι τὸν ἐχθρὸν, καὶ τῇ ἐξουσίᾳ κεκώλυκεν, ἀλλ' ὡς ἡ γραφή φησιν, ἔπεισε δαβὶδ τοὺς ἄνδρας αὐτοῦ ἐν λόγοις, καὶ οὐκ ἐδωκεν αὐτοῖς ἀναστῆναι θανατῶσαι τὸν σαοὺλ· αὐτὸς δὲ τὸν λόγον οὐκ ἔχων μετ' ἐξουσίας πάντας βιάζεται, ἵνα δειχθῇ πᾶσιν, ὅτι ἡ φρόνησις αὐτῶν, οὐκ ἔστι καθ' θεὸν, ἀλλ' ἀνθρωπίνη, ἐπὶ ὅτι οἱ τὰ ἀρέσκα φρονοῦντες, οὐκ ἔχουσιν ἀληθῶς βασιλέα εἰ μὴ καίσαρα, διὸ αὐτοῦ τὰ πάντα μὲν ὅσα βέλονται καὶ πράττουσιν οἱ χριστομάχοι· δόξαντες δὲ διὰ αὐτοῦ πολλοῖς ἐπιβουλεύειν, ἠγνόησαν πολλοὺς ποιήσαντες ὁμολογητὰς γενέσθαι, ἐξ ὧν εἰσιν οἱ νῦν λαμπρᾶ χρησάμενοι τῇ ὁμολογίᾳ ἄνδρες εὐλαβεῖς ἐπίσκοποι ἀγαθοὶ, παυλῖνος ὁ τῆς τριβέρων τῆς μητροπόλεως τῆς γαλλίων ἐπίσκοπος, καὶ λουκίφερ ὁ τῆς μητροπόλεως τῆς σαρδινίας ἐπίσκοπος, εὐσέβιός τε ὁ τῆς μαρκέλλων τῆς ἰταλίας, καὶ διονύσιος ὁ τῆς μεδιολάνων, ἔστι δὲ καὶ αὕτη μητρόπολις τῆς ἰταλίας. τούτους γὰρ βασιλεὺς καλέσας ἐκέλευσε καὶ ἀθανασίῳ μὲν συγγράφειν, τοῖς δὲ αἱρετικοῖς κοινωνεῖν, εἶτα ἐκείνων θαυμαζόντων τὸ καινὸν ἐπιτήδευμα τοῦτο, καὶ λεγόντων μὴ εἶναι τοῦτον ἐκκλησιαστικὸν κανόνα, εὐθὺς ἐκεῖνος, ἀλλ' ὅπερ ἐγὼ βούλομαι τοῦτο κανὼν ἔλεγε νομιζέσθω, ὅτω γὰρ μὴ λέγοντος αὐτοῦ ἔχοντα οἱ τὰ συρίας λεγόμενοι ἐπίσκοποι· ἢ τοίνυν πείσθητε, ἢ καὶ ὑμεῖς ὑστερόφωνοι γένησεσθε, ταῦτα ἀκούσαντες οἱ ἐπίσκοποι πάνυ θαυμάσαντες, καὶ τὰς χεῖρας ἀνατείναντες πρὸς τὸν θεὸν, πολλῇ τῇ κατ' αὐτὸ παῤῥησίᾳ μετὰ λόγων ἐχρήσαντο, διδάσκοντες μὴ εἶναι τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, ἀλλὰ τοῦ δεδωκότος θεοῦ, ὃν καὶ φοβεῖσθαι αὐτὸν ἠξίουν μὴ ἐξαίφνης αὐτὸν ἀφέληται. ἠπείλουν τε τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως, καὶ σφόδρα ἔλεγον μὴ διαφθείρειν τὰ ἐκκλησιαστικὰ, μηδὲ ἐγκαταμίσγειν τὴν ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν τῇ τῆς ἐκκλησίας διαταγῇ, μηδὲ τὴν ἀρειανὴν αἵρεσιν εἰσάγειν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ,

Ita quoque isti vociferantes. Non habemus regem nisi Cæsarem, & extorquentes Pilato iudicij sententiam, nihilo tamen minus ob id desolati omnem confusionem probrumq; sustinent, nudandi aliquando & deplumandi vt illa perdix, quum viderint suum propugnatorem morte sublatum. Quod si inhonestum est aliquot Episcopos metu coactos sententiam immutasse, quanto grauius fœdiusque illorum facinus, qui, quod hominum est minime suæ causæ confidentium, inuitos ad mutationem sententiæ coegerunt Ita quoque diabolus, quia nihil veri habet, in securi & ascia inuadens cõcutit fores eorum à quibus recipitur. Saluator contra mansuetus est, Si quis (inquit) velit me sequi, & esse discipulus meus, docetque se quũ ad quempiam venit, non vi instare, sed potius pulsare ac dicere: Aperi mihi soror mea sponsa: quòd si aperiat, intrat: sin grauentur aut nolint aperire, abscedit. Non enim gladiis, aut iaculis, aut militari manu veritas prædicatur, sed suadendo & consulendo. Quę autem ibi suadendi libertas, aut consulendi ratio, vbi qui contradicit, pro mercede aut exilium aut mortem reportat? Dauid autem quanquam rex quum hostem sub sua manu haberet, milites suos qui hosti necem inferre volebant, non pro potestate sua prohibuit, sed vt ait Scriptura, rationibus persuasit, neque concessit eos insurgere ad cædem Saulis. Iste vero nulla ratione instructus, vi & potentia omnes cogit: adeò vt statim nulli non appareat ipsorum sententiam, non secundum Deum, sed humanam esse: & Arianos reuera nullum habere regem, nisi Cæsarem: per eum enim omnia quæ volũt, perpetrant isti Christi perduelles. Sed quum se arbitrantur plurimis insidiari, non animaduertunt se plures facere confessores, ex quorum numero clarissimæ sunt confessionis viri religiosi & Episcopi boni Paulinus Episcopus Treuirorũ, quæ Galliarum metropolis est: Lucifer metropolitanus Episcopus Sardiniæ, Eusebius Vercellis ciuitate Italiæ, Dionysius Mediolani quod & ipsum est metropolis Italiæ. His enim ad se vocatis, iussit Imperator cõtra Athanasium subscriberent, & cum hæreticis communionem inirent: quibus admirantibus nouum eius studiũ, dicentibusque id non esse Ecclesiastici canonis, statim subiecit: At quod ego volo pro canone sit, ita enim me loquente Syriæ Episcopi sustinent: aut igitur obtẽperate, aut vos quoque exules estote. Id quũ audissent Episcopi, magnopere admirantes, & ad Deum manus tendentes, multa cum libertate illi suas rationes proposuerunt, docentes regnum non ipsius esse, sed Dei, à quo acceperat: eumque metuendum, ne illud quod dederat, derepẽte admiret. Denunciabant illi diem iudicij, suadebantque ne Ecclesiastica corrumperet, neue Romanum Imperium Ecclesiasticis constitutionibus immisceret, néue Arianam hæresim introduceret in Ecclesiam Dei.

Verum

Verum nec ille audiit, nec eos plura dicere permisit. Quin ob hoc ipsum acriter minabundus & gladium intentans, quosdam ex iis abduci iussit, sententiam suam quam antea professus erat, vt Pharao, reuocans. Excusso igitur sancti puluere, & oculis in Deū reiectis, nec Cæsaris minas verebantur, neque ob strictos enses veritatem prodiderunt, & exilium veluti ministerii sui officium acceperunt, pergentes de loco in locum, & de ciuitate in ciuitatem, & nihilominus quanquam in vinculis essent, euangelizabant, piam quidem fidem deprædicantes: Arianam autem hæresim anathemate damnantes, & pœnitentiam Vrsacij Valentisque multa infamia traducentes: Resque illa insidiatoribus plane in contrarium abiit. Quanto enim longioris interualli exilium erat, tãto maius odium aduersus insidiatores accumulabatur, iterque sanctorum non nisi deprædicatio erat contra Arianam hæresim. Quis enim eos in itinere consPectos, non vt confessores admiratus est? & istos non vt impios cum abominatione, vel potius vt carnifices & homicidas auersatus est, & quidnis potius quàm Christianos nominauit? Meliusque à principio fuisset, prorsus non attigisse Cõstantium hanc hæresim: aut vbi attigerat, non tantopere indulgere impietati: aut si iis indulgere vellet, hic saltem vestigium sistere, vt de hactenus commissis idem iudicium cum illis expectet. Sed vt apparet, quemadmodum insani solent, catenis impietatis seipsos circumfibulantes, grauius iudicium aduersus se contrahunt. Primũ, ne Liberio quidem Romano Episcopo pepercerunt, nulla reuerentia ducti, vel quòd sedes illa Apostolica esset, vel quod Roma Metropolis esset Romanæ ditionis, vel quod eos Apostolicos viros in suis literis appellassent, sed omnia simul miscentes, æquè omnium obliuiscebantur, neque quicquam illis curæ nisi sola impietas fuit. Nam quum Liberium vidissent orthodoxum, & osorem quidem Arianicæ sectæ: studiosum vero in hoc, vt cunctos ab ea hæresi retraheret, ista secum impij cogitârunt: Si Liberium in nostram sententiã traxerimus, omnes breui superabimus: rem igitur ad Imperatorem deferunt, ille aũt sperãs per Liberium omnes se posse attrahere, mittit Eunuchum quendam Eusebium cum literis & donis ad eum, vt donis quidem blandiretur, literis vero minaretur. Profectus igitur Romam spado, primũ incitabat Liberiũ vt contra Athanasiũ subscriberet, & cum Arianis cõmunicaret: id enim Imperatorẽ velle & pro imperio iubere: deinde munera ostentans verbis instabat, manúque Liberij apprehensa ita locutus est, Obtempera regi, & ista accipe: Episcopus contrà verbis quærebat, quomodo hoc contra Athanasium posset fieri? quem enim (inquiens) non vna, sed iam altera Synodus probe ab omni crimine liberum pronunciauit, & Romana Ecclesia cum pace dimisit, quomodo poterimus condemnare? aut quis nos probaret, si quem præsentem dileximus & habuimus in nostra cõmunione, eũdem absentẽ auersemur?

ἀλλ' ὅτε ἤκουεν ἐκεῖνος, ὅτε πλέον αὐτὸς λέγειν ἐπέτρεπεν, ἀλλὰ μᾶλλον ἠπείλει, καὶ ξίφος ἐγύμνου κατ' αὐτῶν, καὶ ἀπάγεσθαι δεῖνας ἐξ αὐτῆ ἐκέλευσε, καὶ πάλιν ὡς ὁ Φαραὼ μετεγίνωσκεν. ἐκτινάξαντες τοίνυν οἱ ἅγιοι τὸν χοῦν τοῦ ποδὸς, καὶ πρὸς τὸ θεῖον ἀναβλέψαντες ὅτι ἀπλῆν βασιλέως ἐφοβήθησαν, ὅτε ξίφος γυμνωμένον προεδείκνυτο, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐξορισμὸν, ὡς λειτούργημα διακονίας, ἐχήκασι· διερχόμενοι γὰρ κατὰ τόπον καὶ πόλιν, καθὼς ἐν δεσμοῖς ὄντες, εὐηγγελίζοντο, τὴν μὲν εὐσεβῆ πίστιν κηρύττοντες, τὴν δὲ ἀρειανὴν αἵρεσιν αἱρεσιάζοντες, καὶ τὴν μετάνοιαν ἀρωμένην καὶ βάλεντες σηλιτεύοντες. ἐγίνετο δὲ τοῦτο, πρὸς ἐναντίους τοῖς ὑποβαλεύουσιν. ὅσῳ γὰρ πλεῖον τὸ διάστημα τῆς ἐξορισίας ἰσοστάσιον μεῖζον τὸ κατ' αὐτοὺς μῖσος ἠύξανε, καὶ κήρυγμα ἦν κατὰ τῆς ἀσεβείας αὐτῶν, ἡ τούτων ἀποδημία. τίς γὰρ βλέπων ἄντας διερχομένους οὐκ αὐτὸς μὲν ὡς ὁμολογητὰς ὑπερεθαύμαζεν, ἐκείνους δὲ οὐκ ἀπεστρέφετο καὶ ἐβδελύττετο, ἀκέπι μόνον ὡς ἀσεβεῖς ἀλλὰ καὶ ὡς δημίους καὶ ὡς φονευτὰς, καὶ πάντα μᾶλλον ἢ χριστιανοὺς ὀνομάζων; βέλτιον μὲν ἦν ἰδίῳ κατὰ τὸν ἀρχὴν κωνσταντίνου μηδόλως τῆς αἱρέσεως ταύτης γεύσασθαι, ἢ γευόμενον, μὴ τοσοῦτον ἐνδοῦναι τοῖς ἀσεβέσιν, ἢ ἐνδόντα μέχρι τούτων σῴζεσθαι μετ' αὐτῶν, ἵνα καὶ ἕως τούτου ἔχωσι κοινὸν τὸ κρίσιν. ὡς δ' ἔοικε καὶ τοὺς ἄφρονας δεσμοῖς τῆς ἀσεβείας ἑαυτοὺς περιπείροντες μείζονα καθ' ἑαυτῶν τὴν κρίσιν ὑποπτῶσιν. καὶ γὰρ ὁ δὲ Λιβέριος ὁ ὑποσκοπος ῥώμης καὶ τὴν ἀρχὴν ἐφείσαντο, ἀλλὰ καὶ μέχρι τοῦ σκεῖ τὴν μανίαν ἐξέτειναν, καὶ οὐχ ὅτι ὑποφολικός ἐστι θρόνος ἠδέσθησαν, ὅσῳ, ὅπου μητρόπολις ἡ ῥώμη τῆς ῥωμανίας ἐστὶν, ἠυλαβήθησαν, ὅσῳ ὅπου πρότερον ὑποφολικοὺς αὐτοὺς ἄνδρας χαράφοντες εἰρήκασιν ἐμνημόνευσαν. ἀλλὰ πάντα ὁμοῦ φύραντες, πάντων ἀθρόως ἐπελάθοντο, καὶ μόνης τῆς ὑπὲρ τῆς ἀσεβείας προθυμίας ἐφρόντισαν. ἐπειδὴ γὰρ ἐωράκασιν αὐτὴν ὀρθοδοξοῦντα, καὶ μισοῦντα μὲν τὴν ἀρειανὴν αἵρεσιν, ἀποδάζοντα δὲ πάντας πείθειν ὑποστρέφεσθαι καὶ ἀναχωρεῖν ἀπ' αὐτῆς, ἐλογίσαντο οἱ δυσεβεῖς, ὅτι εἰ τὸν λιβέριον πείσαιμεν, πάντων ταχέως κρατήσομεν, καὶ διαβάλλουσι βασιλεῖ, κἀκεῖνος ταχέως προσδοκήσας διὰ λιβερίου πάντας ἕλκειν πρὸς ἑαυτὸν, χάριτα καὶ πέμπει ἀποδόσια εὐσέβιόν τινα καλούμενον μὲν γράμματων καὶ δώρων, ἵνα τοῖς μὲν δώροις κολακεύσῃ, τοῖς δὲ γράμμασιν ἀπειλήσῃ. ἀπελθὼν τοίνυν ὁ ἀποδόσιος εἰς τὴν ῥώμην πρῶτον παρεκάλεσε τὸν λιβέριον κατὰ τὴν ἀθανασίου μὲν ἀποχρίψαι, τοῖς δὲ ἀρειανοῖς κοινωνῆσαι, λέγων, τοῦτο βασιλεὺς βούλεται, καὶ κελεύει σε πιθῆσαι, εἶτα ὑποδείκνυς τὰ δῶρα παρεκάλει, καὶ χειρῶν ἥπτετο λέγων, πείσθητι βασιλεῖ, καὶ ταῦτα δέξαι· ὁ δὲ ὑπίσκοπος λόγῳ πείθων ἐδίδασκε, πῶς οἷόντε τοῦτο γενέσθαι κατὰ ἀθανασίου; ὃν γε οὐ μόνον μία, ἀλλὰ καὶ δευτέρα συνόδου πανταχόθεν συναχθεῖσα καλῶς ἀπέλυσε, πῶς δυνάμεθα καταγνῶναι; ἢ τίς ἡμᾶς ἀποδέξεται, εἰ ὃν παρόντα ἠγαπήσαμεν, καὶ ἔχομεν τὴν κοινωνίαν, τοῦτον ἐὰν ἀποστραφῶμεν ἀπόντας;

Non

οὐκ

ne Philippus aut quiuis alius Athanasio insidias moliatur. Atque ideo in aduentu Diogenis, quum Syrianus insidias strueret, ipse Episcopus nobiscum simul & cum populo literas Imperatoris exhiberi postulabat, quippe qui arbitraremur, quemadmodum scriptura iubet, vt nihil falsi ab ore regis proficiscatur, ita Cæsarem in promittendo nihil falsi stipulaturum, aut de sententia sua decessurum: Quod si igitur hoc fratri indultũ, ait, cur post fratris mortem, eadem in literis suis repetiuit? quod si tum temporis in gratiam memoriæ fraternæ ista scripsit, cur postea se totum illius memoriæ ingratum præstitit, dum & hominẽ persequitur, & talia in literis scribit? obtenditque in speciem Episcoporum iudicium? sed interim facit quod illi volupe est. Verum ne ita quidem latere potest, quum in proximo sit, ꝙ eius vafriciem patefaciat. Nam si istud est iudicium Episcoporum, quid commune cum eo habet Imperator? sin contra, ista minis Cæsaris conflantur, quid opus est hominibus titulo Episcopis? Quando à condito æuo auditum est? quando iudicium Ecclesiæ authoritatem suam ab Imperatore accepit? aut quando vnquam hoc pro iudicio agnitum est? Plurimæ antehac Synodi fuere, multa iudicia Ecclesiæ habita sunt. Sed neque patres istiusmodi res principi persuadere conati sunt, nẽc princeps se in rebus ecclesiasticis curiosum præbuit: Paulus Apostolus habebat amicos in Cæsaris familia, & per eos in literis salutabat Philippẽses, non tamen eos in iudicio socios assumpsit. Nunc autem nouum quoddam spectaculum ab Ariana hæresi editur. Conuenerunt enim in vnum hæretici & Imperator Constantius, vt ille quidem sub prætextu Episcoporum sua potestate aduersus eos, quos velit, vtatur, & tamen in persecutione mouenda persecutor non appelletur, illi vero succincti principis potestate, insidias faciunt quibus volunt: volunt autem omnibus qui non eadem impietate, qua ipsi vtuntur, vti velint, idque quasi in scena spectatum datur, quo in theatro eos actores histrionesq; videas, qui titulotenus Episcopi dicuntur & Constantium choragum esse, eumque itidem vt Herodem Herodiadi pollicitantem, istósq; vicissim calumnias pro exilio & cædibus piorum in Christum hominum saltitare. Quem enim non calumniis læserunt? quibus insidias non fecerunt Christi perduelles? quem non Constantius ab illis delatum in exilium expulit? quando non aures suas animumque illis dedit? & quod mirum, quem vnquam qui contra illos quippiam diceret, recepit? & quid non ab illis contra alios dictum in animũ admisit? Quæ nunc Ecclesia Christũ libere adorat? Siquidẽ ea si pia est, periculo subiacet: si simulationib. vtitur, in metu hæret: Omnia n. simulatione & impietate, ꝙ ad illũ pertinet, impleuit, Nã si alicubi pij & Christi studiosi (sunt aũt vbiq; tales permulti) illi itidẽ, vt magnus ille Propheta Elias, abscõdun, tur, vt & ipsi forte Abdiã aliquẽ fidelẽ inueniãt, & in speluncas, & cauernas terræ sese abstrudũt, aut in solitudine oberrantes cõmorãtur.

Eas

ἵνα ἤτι φίλιππος ὁ ἔπαρχος, εἴτέ τις ἄλλος ἐπιβεβλῆσθαι ἀφανασίῳ τολμήσῃ τῶν ἐκεῖνοι κωλύωσιν. Διατοῦτο γὰρ καὶ ὅτε διογένης ἦλθε, Συριανὸς ἐνήδρευεν, αὐτός τε καὶ ἡμᾶς ὁ λαὸς ἀπῃτοῦμεν γράμματα τοῦ βασιλέως, νομίζοντες ὅτι, ὥσπερ γέγραπται, μηδὲν ψεῦδος ἀπὸ στόματος λεχθῆναι βασιλέως, οὕτως βασιλεὺς ἐπαγγειλάμενος, ἤτι ψεύσεται ἢ μεταβληθήσεται. πῶς οὖν ἐπὶ τοῦ ἀδελφοῦ παρεχώρησεν, ἔγραψε καὶ μὴ θανάτου αὐτῷ; εἰ δὲ τότε διὰ τὸ ἐκείνῳ μνήμην ἔγραψε, διατί μὴ ταῦτα ὅλον ἠγνωμόνησεν αὐτὸν διώκων τὸ ἄνθρωπον, καὶ τοιαῦτα γράφων, ἐν οἷς προφασίζεται μὲν κρίσιν ἐπισκόπων, πράττει δ' αὐτὸς, ὡς ἂν αὐτῷ δοκῇ; ἀλαθάνων ὅμως, ἀλλὰ καὶ ἐγγὺς ἔχων τὸ ἔλεγχον τῆς πανουργίας. εἰ γὰρ ἐπισκόπων ἐστὶ κρίσις, τί κοινὸν ἔχει πρὸς ταῦτα βασιλεύς; εἰ δὲ βασιλέως ἐστὶν ἀπλῆ, τίς ἐν ταύτῃ χρεία τῶν λεγομένων ἐπισκόπων; πότε γὰρ ἐκ τῶν αἰώνων ἠκούσθη τοιαῦτα; πότε κρίσις ἐκκλησίας προῆλθε βασιλέως ἔχοντος τὸ κύρος, ἢ ὅλως ἐγνώσθη τοῦτο τὸ κρίμα; πολλαὶ σύνοδοι πρὸ τούτου γεγόνασι, πολλὰ κρίματα τῆς ἐκκλησίας γέγονεν, ἀλλ' οὔτε οἱ πρεσβύτεροι ἐπέσκωπτε πρὸ τούτων βασιλέα, ὅτι βασιλεὺς τὰ τῆς ἐκκλησίας προεπράσσετο. παῦλος δὲ καὶ πέτρος εἶχε φίλους τοὺς τοῦ καίσαρος οἰκίας, καὶ γράφων ἠσπάζετο τοὺς φιλιππησίους ἀπὸ τούτων, ἀλλ' οὐκ εἰς κρίματα τούτους κοινωνοὺς παρελάμβανε. καὶ τοῦτο κανὼν, καὶ τοῦτο τῆς ἀρειανῆς αἱρέσεως ἐστιν εὕρημα· συνῆλθον γὰρ αἱρετικοὶ καὶ βασιλεῖ κωνσταντίῳ, ἵνα κἀκεῖνος τὸ ἐπισκόπων ἔχων πρόφασιν, τῇ ἐξουσίᾳ καθ' ὧν ἂν ἐθέλοι πράττῃ, καὶ διώκων μὴ λέγηται διώκτης, καὶ ὅτι μὲν τῷ βασιλέως ἔχοντες δυνασείαν ἐπιβουλεύωσιν οἷς ἂν ἐθέλωσι, θέλουσι δὲ πᾶσι μὴ ἀσεβοῦσιν ὡς αὐτοί. τοῦτο δὲ ὡς ἐπὶ σκιωγραφίᾳ ἄν τις ἴδοι κωμῳδούμενον παρ' αὐτοῖς, καὶ τοὺς μὲν λεγομένους ἐπισκόπους ὑποκρινομένους, τὸν δὲ κωνσάντιον τὰ ἐκείνων ἐνεργοῦντα, καὶ πάλιν ἐπαγγελλόμενον πᾶσιν, ὡς ἡρῴδης τῇ ἡρωδιάδι. τούτους δὲ πάλιν ὀρχουμένους τὰς διαβολὰς ἐπὶ ἐξωρισμῷ καὶ θανάτῳ τῶν εἰς τὸν κύριον εὐσεβούντων. τίνα οὖν οὐκ ἔβλαψαν διαβάλλοντες; τίνων οὐ γεγόνασιν ἐπιβουλοι οἱ χριστομάχοι; τίνα κωνσάντιον οὐκ ἐξώρισε καπηνεχθέντα παρ' αὐτῶν; τότε καταθυμίως αὐτῶν οὐκ ἤκουσε; καὶ τὸ πρᾶγμα δόξον, τίνα πώποτε λέγοντα κατ' ἐκείνων ἐδέξατο, καὶ μᾶλλον λέγοντας ἐκείνους, οἷα κἂν εἴποιεν ἀπεδέξατο; ποία ἐκκλησία νῦν τὸν χριστὸν μετ' ἐλευθερίας προσκυνεῖ; ἄν τι γὰρ εὐσεβὴς ᾖ, κινδυνεύει, ἐάν τι ὑποκρίνηται. φοβεῖται, πάντα ὑποκρίσεως καὶ ἀσεβείας, ὅσον εἰς αὐτὸν ἦκε, πεπλήρωκεν. εἰ δὲ καί πῃ τις ἐστιν εὐσεβὴς καὶ φιλόχριστος, εἰσὶ δὲ πανταχοῦ πολλοὶ τοιοῦτοι, ὡς οἱ προφῆται καὶ ἠλίας ὁ μέγας, κρύπτονται, ἄχρι που καὶ αὐτοὶ ὡς τὸν ἀβδίου ποιμένα εὕρωσι, καὶ ἢ εἰς σπήλαιον καὶ τὰς ὀπὰς τῆς γῆς ἀποστελοῦσιν, ἢ ἐπ' ἐρημίας περιερχόμενοι διατελῶσι.

ταῦτα

πιαῦτα γὰρ Ἀβραάμιτται οἱ ἄφρονες, οἷα καὶ Ἰεζάβελ ἐπλάσατο κ᾽ Ναβουθαῖ, κ᾽ οἱ Ἰουδαῖοι κ᾽ τοῦ σωτῆρος, Ε λοιπὸν ἐκεῖνο. προσάτης τ᾽ αἱρέσεως κωνσάντιος τὴν ἀλήθειαν μεταστρέψαι θέλων ὡς ὁ Ἀχαὰβ τ᾽ ἀμπελῶνα εἰς κῆπον λαχανίας, ἃ θέλουσιν ἐκεῖνοι πράττει, ἐπεὶ ὁ αὐτὸς, ἅπερ ἤθελεν, ἤκουσε παρ᾽ αὐτῶν. ἕτως καθὰ προεῖπον τοὺς ἀληθινὸς ἐπισκόπους ἐπεὶ μὴ ἠθέλουσι, ὡς ἤθελεν αὐτὸς, ἐξώρισεν. ἕτως Ε κ᾽ Ἀθανάσιον νῦν ἀπέστειλεν ἡράκλειον τ᾽ κόμητα, Ε τὰ μὲν Ἀβραάμιτται προέγραψε δημόσια, ἐντολῆς ᾗ βασιλέως ἀπήγγειλεν εἰ μὴ πάθοιεν τῆς γράμμασιν, ἀφαίρεσιν τ᾽ ἄρτυ, καὶ τ᾽ εἰδώλων ἔσεσθαι καταφρόνησιν, πολλῶν τε πολιτῶν, καὶ τ᾽ ἀπὸ τ᾽ δήμυ, πάντας αἰχμαλωσίαν γνήσεσθαι. εἶπε ταῦτα ἀπλῶς, οὐκ ἠχρίβη δημοσίᾳ μεγάλῃ τῇ φωνῇ λέγων, τ᾽ μὲν Ἀθανάσιον παραιτεῖται βασιλεύς· τῆς ᾗ ἀρειανοῖς τὰς ἐκκλησίας παραδοθῆναι ἐκέλευσε. πάντων τε ὀπὶ τάτῳ θαυμαζόντων, κ᾽ πρὸς ἀλλήλους νθύντων τε κ᾽ λεγόντων, εἰ κωνσάντιος αἱρετικὸς γένοιτο, δέον ἐρυθριᾶν ὁ᾽ μᾶλλον ἠνάγκαζε βασιλεὺς κ᾽ δημότας ἐθνικὰς νεωκόρους τῶν εἰδώλων ὀπὶ τάτοις ὑπογράφειν κ᾽ ὁμολογεῖν, δεχεσθ᾽ ὃν ἂν ἀποστείλῃ βασιλεὺς ἐπίσκοπον. πάνυ γε κανόνας ἐκκλησίας ἐκδικῶν ἐπὶ τᾶτ᾽ ἠνέσχ κωνσαντιος, αὐτὸ γὰρ ἐκκλησίας τ᾽ αἱρεῖται, αὐτὸ τ᾽ λαῶν, τοὺς νεωκόρους αὐτὸς γράμματα, ἐγίνωσκε γὰρ ἀκ ὀπίσκοπον αὐτὸν χριστιανοῖς, ἀλλὰ πανοῦργον πέμπειν αὐτὸς τοῖς γράθρασιν. ἔλλιωες μὲν ἕν ὥσπερ ὠνούμενοι τῇ ὑπογραφῇ τ᾽ τ᾽ εἰδώλων ἑαυτ᾽ ἀσυλίαν, καί τινες τ᾽ ἐρχασιῶν, ἄκοντες μὲν, ἔγραψαν ᾗ ὅμως, ὡς πρὸς ἡγεμόνος ἢ ἄλλυ τινὸς ἀποστελλομένυ δικαστ᾽, Ἀβραάμιτται παρ᾽ ἐκείνυ λεγομένας ἀπλῶς. τί γὰρ ἔμελλον ἕλλιωες ὄντες ποιεῖν, ἢ πῦ θεῖ ὅπερ δοκεῖ τῷ βασιλεῖ τ᾽ ᾗ λαῶν ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ συνελθόντων, τετάρτῃ γὰρ ἐπὶ σαββάτῳ, λαμβάνει μεθ᾽ ἑαυτ᾽ τ᾽ ἐξῆς ἡράκλειος ὁ κόμης τ᾽ ἔπαρχον τ᾽ αἰγύπτου καταφρόνιον, Ε φαυστῖνον τ᾽ καθολικὸν τὸν βιθυνὸν αἱρετικὸν ὄντα, καὶ παροξύνουσι τ᾽ ἀγοραίων τὸς νεωτέρους, καὶ σεβομένους εἴδωλα, παύτην ἐντολὴν εἶναι βασιλέως λέγοντες, ἵνα ἐπελθόντες ἐκκλησίαν κ᾽ λιθάσωσι τὸς λαούς. ἤδη μὲν οὖν ἦσαν οἱ πλεῖστοι τ᾽ λαῦ ἠρεμούσης ἀπολύσεως ἐξελθόντες, γυναικῶν δὲ ὀλίγων ἀπομενουσῶν γέγονεν ὡς προσέταξαν, καὶ θέαμα οἰκτρὸν λῦ. ἀρτι γὰρ ἦσαν ἀπὸ τῆς εὐχῆς ὀλίγαι καθεζόμεναι, καὶ γυμνοὶ μετὰ λίθων Ε ξύλων, ἐσῆλθον οἱ νεώτεροι, κ᾽ τὰς μὲν ἐλίταζον· τὰ δὲ τ᾽ παρθένων ἅγια σώματα κατέκοπτον πληγαῖς οἱ ἀθεοί, εἰκόνα τὰ σκεπάσματα, καὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ἐγύμνουν, καὶ αὐθελκύσας ἐλάκτιζον τοῖς ποσὶν οἱ δείλαιοι. δεινὰ μὲν οὖν ταῦτα καὶ λίαν ἐστὶ δεινὰ, ἀλλὰ τὰ μετὰ ταῦτα δεινότερα, καὶ πάσης ὕβρεως ἀφορητότερα γέγονεν. εἰδότες γὰρ τ᾽ σεμνὸν τῶν παρθένων, καὶ τ᾽ τῆς ἀνεῆς ἄχραντον, καὶ ὅτι μᾶλλον λίθους καὶ ξίφη, ἢ τὰ τῆς αἰσχρηγορίας φέρειν δύανται ῥήματα,

Eas enim calumnias adferunt vecordes isti, quales Iezabel contra Nabuth confinxit, & Iudæi contra Christum, ac iam deinde Constãtius hæreseos propugnator, veritatem, vt Achab vineam in hortum holerum, inuertere moliens, quæ hæretici cupiunt nunquam non facit, quoniam vicissim ex illis audit, quod concupiscit. Atque inde est (vt ante dixi) quòd veros Episcopos impie pro sua libidine arbitrio agere detrectantes relegarit. Ita nũc quoque contra Athanasium, comitem Heraclium misit, & dicta sua publice proposuit, & minas de auferendis panibus, & idolis euertendis per literas denunciauit, & magistratuum & plebeiorum captiuitatem, expectandam esse, nisi pareatur. Et in his periculis, denunciandis non veritus est Heraclius publice & magna voce dicere. Cęsarem iubere vt Athanasius repudietur, & Arianis Ecclesiæ dentur, omnibus ibi non sine admiratione nutu inter se verbisque interrogantibus, num Constantius hæreticus factus esset? Quanto ea res flagitiosior erat, tãto maiori vi eam vrgebat senatoribus magistratibusque & ethnicis idolorum ædituis cõpulsis: vt istiusmodi postulatis subscriberent, pollicerenturque se pro Episcopo recepturos, quem imperator mitteret. Probe admodum Constantius ad canones vindicandos ista designauit, qui in locum vicemque Ecclesiæ & populorum Christianorum à foro & idolorũ ædituis istiusmodi pacti syngraphas postulauit, vtpote conscius se non Episcopum Christianis, sed scriptoribus istius pacti curiosum immittere. Ethnici igitur vt idolorum suorum securitatem redimerent, nonnulli vt quęstum suum assererent, inuitis animis subscripserũt, atque perinde ab illis habitum est ac si non Episcopus sed præses aut prætor aliquis in prouinciam à Cæsare mitteretur: tanta erat edictis adhibita vis minarum. Quid enim ethnici homines facerent, nisi hoc ipsum quod Imperatori placeret? Populis autem in magnam Ecclesiam conuenientibus: erat enim quarta Sabbati, postridiè Heraclius Comes adiuncto sibi Ægypti præfecto Cataphronio, & Faustino Catholico, homine & genere Bithyno, & opinionibus hæretico, iuuenes forenses, & idolorum adoratores concitat, vt ex præcepto Imperatoris inuaderent Ecclesias, & populos lapidarent. Plerique autem populorum missione è sacris facta abierant, aliquot mulierculis remanentibus. Res agitur vt imperatũ fuit, orituque miserabile spectaculum: modo enim ab oratione mulierculæ secessum receperant, quum leuis armaturæ forensis illa iuuentus cum lapidibus & fustibus irruens, cæteras lapidibus incessunt: sacra autem virginũ corpora plagis concidunt, iniectâque in vestes manu trahunt, capita denudant, eas verò quæ inter trahendum obnitebantur, calcibus pulsant. Grauia quidem ista, & nimium grauia, sed tamen quæ insecuta sunt, multò grauiora, & genere contumeliæ prorsus intoleranda. Quum enim scirent pudicitiam virginum, & aurium integritatem, & quod patientius ferrent, lapides & fustes quàm obscœna verba,

fœdissimis dictis inter inuadendũ vtebantur: Et hæc Ariani iuuentuti suggerebant, quippe qui ad ista dicta & facinora cachinnarentur: sacræ autem virgines & aliæ castæ mulieres, vt morsus aspidum ab istiusmodi vocibus refugiebant: Christi autem perduelles suam quoque operam, vt hæc fierent, addebant, nec dissimile est veritati, ipsos eadem cum iuuentute illa voces concinuisse: delectabantur certè petulantia, & obscœnitate verborum, quæ à iuuentute iactabantur. Deinde cum mandatũ Cæsaris omnibus suis partibus impleuissent: hoc enim illis studio erat, hoc Comes & Catholicus præcipiebant, subsellia, Thronũ, mẽsam ligneam, tabulas Ecclesiæ, & cætera quæ poterant, foras elata combusserunt ante vestibulum in magna platea, & thura insperserunt. O quis hæc audiens non fleuerit? imò quis non ne ista audiat, aures occluserit? Idola igitur sua laudibus ferebant, dicebántque, Constantius ethnicus factus est, & Ariani nostra agnoscunt: nihil enim curant ethnicos mores præ se ferre, modo ipsorum hæresis stabiliatur. Nam & bucculam, Cæsareos hortos irrigãtem, adorti sunt immolare, atque immolassent, nisi fœmina fuisset: eas enim immolari suis ritibus nefas esse iebant. Hæc religiosi Ariani, quia existimabant in nostram ignominiam redundare, vna cum ethnicis faciebant. Cæterum diuinũ supplicium eorum scelera declarauit, manifesto demonstrans eos, vt impie credendo, non in alium, quàm in ipsum Dominum pèccare: ita quoque & ista faciendo, in ipsum Dominum suas iniurias cõmittere. Quę res exitu istius miraculi euidentius patuit: quidam enim ex petulantioribus iuuenibus, interiora penetrans, audacter se in Throno sessum recepit, & inter sedendum fornicarios ronchos de naribus insonuit, mox deinde consurgens, magna vi Thronum conuellens, ad se distrahit, minimè animaduertens in sese vltionem diuinam attrahere. Vt enim olim Azotii incolę ausi arcam attingere, quam illis vel oculis attingere nefas fuit, statim que secundum hoc factum peribant, sed ita vt prius sedium tormentis excruciarentur: ita quoque miser iste ausus sellam conuellere, fragmento ligni inde in ventrem ipsius resiliente, & quasi ab ipsa vltione impacto, intestina sua perforauit, & eadem vi, qua solium diruere conabatur, rupta aluo sua intestina effudit, celeriusque quàm ipse Thronũ auferret, Thronus ei vitam sustulit: effusis enim (vt scriptum est) viscеribus, collapsus est: ac inde asportatus, post vnum diem expirauit: Alius item cum frondibus ingressus, & vt ethicus, eas manu per ludibrium agitãs, statim ab ortis tenebris ita oculis caligauit, vt nihil videret neque intelligeret vbi terrarũ esset, quẽ iam iam collapsurũ, ij qui aderant manibus ducentes, vel potius gestantes è templo extulerũt. adeo vt vix post diem ad mentem redierit, nihil memor eorum quæ vel fecerat, vel passus erat.

Quibus

ῥήματα, τούτοις ἐχρῶντο κατ' αὐτῶν ἐπερχόμενοι· ὀρχηστικὴ γὰρ πᾶσα τοιαύτη νεωτέρους ὑπέβαλλον· ἐπὶ γὰρ ἐμῶν τοιούτων λεγομένων καὶ γινομένων· καὶ αἱ μὲν ἅγιαι παρθένοι, καὶ ἄλλαι σεμναὶ γυναῖκες, ὡς ἀπὸ ἰόντων δήγματα τὰ τοιαῦτα φθέγματα ἔφευγον· οἱ δὲ χειροτμάχοι σωτῆρες, ἅτε καὶ σωφρονοῦντες τοῖς νεωτέροις, καὶ μὴ θέλοντες παρ' ἐκείνων ἐκβαλλομένοις μὴ ἀσελγείας ῥήμασιν. εἶτα ὡς πλέον τῆς ἐντολῆς πληροῦντες, τοῦτο μὲν ἐσκανδαλίζοντο, ὅτι καὶ κόμης καὶ καθολικὸς παρήγγελον, ἁρπάσαντες τὰ συμψέλια, καὶ τὸν θρόνον, καὶ τὸ τράπεζαν, ξυλίνην μὲν οὖσαν, καὶ τὰ βῆλα τῆς ἐκκλησίας, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ἠδυνήθησαν ἐξενέγκαντες, ἔκαυσαν ἔμπροσθεν τοῦ πυλῶνος ἐν τῇ πλατείᾳ τῇ μεγάλῃ, καὶ λίβανον ἐπιβαλόν. ὧν τίς ἀκούσας ἢ δακρύσει πικρῶς καὶ τὸν ἀκοὴν κλείσει, ἵνα μὴ ἕτερόν τι λέγοντος ἀνέχηται, βλάβην ἡγούμενος καὶ τὸ μόνον ἀκοῦσαί τι τοιοῦτον; τὰ γὰρ εἴδωλα ἑαυτῶν ἐδόξαζον, καὶ ἔλεγον ἔτι μᾶλλον γέγονε κωνσάντιος, καὶ οἱ ἡμέτεροι τὰ ἡμῶν ἐπέγνωσαν, ἡ φρονητίζουσι γὰρ ἥδε ἑλληνισμὸν ὑποκρίνασθαι, ἵνα μόνον ἡ αἵρεσις ἔχῃ τὴν σύστασιν. καὶ γὰρ εὐκόλως ἐπαίρειν τὰς κνήμας ἐνόμιζον καὶ μισεῖν τὸν κύριον, ἐπεχείρησε θύειν, καὶ ἔθυσεν ἄν, εἰ μὴ θῆλυ τοῦτο ἦν. τὰ τοιαῦτα γὰρ ἔλεγον μὴ ἐξεῖναι παρ' αὐτοῖς θύειν. τοιαῦτα μὲν οὖν δι' ἀσεβείας οἱ ἀρειανοί, νομίζοντες εἰς ἡμῶν ὕβριν ταῦτα φανήσεσθαι, μὴ τὸ ἑλλήνων ἔπραξαν. θεία δὲ δίκη τὸν πονηρευσάμενον ἤλεγξε, καὶ σημεῖόν τι μέγα, καὶ ἐξαίρετον ἐργάσατο, δεικνύουσα καὶ διὰ τούτου πᾶσι φανερῶς, ὅτι ὥσπερ ἀσεβοῦντες, οὐκ εἰς ἄλλον ἀλλ' εἰς τὸν κύριον τολμῶσιν, οὕτω καὶ τοιοῦτοι εἰς αὐτὸ πάλιν ὕβριν ἐπεχείρησαν πρᾶξαι, καὶ τοῦτο μᾶλλον οὐκ ἐᾶν ὀφθέντος θαύματος φανερωτέραν ἔχῃ τὴν ἀπόδειξιν. ὁ ἀσελγὴς γάρ τις νεώτερος εἰσδραμὼν, καὶ τολμήσας ἐπεκάθισε τῷ θρόνῳ καὶ καθίσας διὰ τῶν ῥινῶν τι πρωϊκὸν ἀπήχησεν ὁ ἄθλιος, εἶτα αἴσας εἱλκύζετο τὸν θρόνον ὅπισω ἐαυτοῦ ἕλκων· ἡνιόχῳ γάρ τινι ἐοικὼς ἐαυτὸν ἐλάυνων καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἕλκων· ἡνιόχῳ γὰρ τινι ἐοικὼς ἐαυτὸν ἐλάυνων καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἕλκων· ἡνιόχῳ γά

τοῦτο βλέποντες ἔλλιμες μὲν ἐφοβήθησαν, καὶ οὐδὲν πλέον ἐτόλμησαν. ἀρειανοὶ δὲ οὐδὲ οὕτως ἠσχύνθησαν, ἀλλ' ὡς ἰουδαῖοι σημεῖα βλέποντες οὐκ ἐπίστευον οἱ ἀπίστοι· μᾶλλον γὰρ ἐσκληρύνοντο κατὰ τὸν Φαραὼ, τὰς ἐλπίδας ἔχοντες καὶ αὐτοὶ κάτω πεκαμένας, ἐν τῷ βασιλεῖ καὶ ἐν τοῖς εὐνούχοις αὐτοῦ· τοὺς μὲν οὖν ἔλλιμας, μᾶλλον δὲ τῶν ἐλλιμῶν τὰς σκληροτέρας, τὰ προηρημένα ποιεῖν ἐπέτρεπον· εἶχον γὰρ τὸν ὑποκρινόμενον αὐτοῖς τὰ πιαῦτα, καὶ παροξύνοντα τοὺς ἔλλιμας, Φαυστῖνον τὸν καθολικὸν μὲν λεγόμενον, ἀγοραῖον δὲ τὸν τρόπον, καὶ ἀπελογῆ τῷ ψύχει. αὐτοὶ δὲ τὰ ὅμοια τούτοις αἱρεδέξαντο δι' ἑαυτῶν ποιεῖν· ἵν' ὥσπερ τὴν αἵρεσιν ἀπὸ τῶν ἄλλων αἱρέσεων ἀπεμάξαντο, οὕτω καὶ τὴν πονηρίαν μετὰ τῶν ἀπελογετέρων ἔχωσι μεμερισμένην. τὰ μὲν οὖν ἄλλα δι' ἐκείνων κάθε προῆιεν ἕκαστον· ἃ δὲ δι' ἑαυτῶν ἐπλημμέλουν, πῶς οὐ πᾶσαν ὑπερβάλλει πονηρίαν καὶ τὸ δημόσιον νικᾷ κακίαν; ποῖον γὰρ οἶκον οὐκ ἐσύρθησαν; ποίαν οἰκίαν προφάσει τοῦ ἐρευνᾶν οὐ διήρπασαν; ποῖον κῆπον οὐ κατεπάθησαν; καὶ τίνος οὐκ ἐσυλίσαντο; προφάσιν μὲν ὡς ἀθανάσιον ἀπιζητοῦντες προβαλλόμενοι· τὸ δὲ ὅλον ἦν αὐτοῖς σπουδαζόμενον διαρπάζειν καὶ σκυλεύειν τοὺς ἀπαντῶντας. πόσων ἐπεσφραγίσθησαν οἶκοι; πόσων τὰ ἐν ταῖς ξενίαις ἐκδεδώκασι τοῖς ὑπουργοῦσιν αὐτοῖς στρατιώταις; τίς τούτων ἀπείρατος τῆς κακίας γέγονε; τίς τύχοις ἀπαντήσας οὐκ ἐκρύβη κατὰ τὸν ἀγρὸν; τίς δῆτα τύχοις οὐ καταλείψας τὴν οἰκίαν ἀπὸ τῆς ἐρημίας διῆγε τὴν νύκτα; τίς τούτων χάριν φυλάξαι τὰ ἴδια σπόδων, οὐκ ἀπώλεσε τὰ πλεῖστα; τίς ἄπειρος θαλάττης οὐ μᾶλλον εἵλετο ταύτην, καὶ τῶν παύτης κινδύνων πεῖραν λαβεῖν, ἢ τύχοις ὁρᾶν ἀπειλούτας; πολλοὶ καὶ οἴκοθεν μετῆλθον καὶ μετέστησαν ἀπὸ λαῦρας εἰς λαῦραν, καὶ ἀπὸ τῆς πόλεως εἰς τὰ προάστεια. πόσοι τὰ ζημίας πόσας ὑπέστησαν; καὶ μὴ ἔχοντες ἐδανείσαντο παρ' ἑτέρων, ἵνα μόνον τὰς ἀπειλοὺς τούτων ἐκφύγωσι. πᾶσι γὰρ φοβεροὺς ἑαυτοὺς ἐδείκνυον, καὶ πρὸς πάντας ἠλαζονεύοντο, βασιλέα πᾶσιν ὀνομάζοντες· καὶ ἀπειλοῦντες μὲν τὸν ἐκείνου φόβον· ἔχοντες δὲ ὑπουργοὺς εἰς τὴν πονηρίαν τὸν δοῦκα σεβασιανὸν, μανιχαῖον ὄντα καὶ ἀπελογῆ νεώτερον· καὶ τὸν ἔπαρχον, καὶ τὸν κόμητα, καὶ ὑποκριτὴν τὸν καθολικόν. πολλὰς γοῦν παρθένους καταγούσας αὐτῶν τῆς ἀσεβείας, καὶ τὴν ἀληθειαν ἀπηγούσας, κατέλεγκαν ἀπὸ τῶν οἰκιῶν, καὶ ἄλλας ὠθοῦντες ὕβριζον· ἃ ἐποίουν ὑπὸ τῶν παρ' αὐτοῖς νεωτέρων γυμνοῦσθαι τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ἢ γυναιξὶ ἢ τισὶ παῖς αὐτῶν δεδώκασιν ἐξουσίαν ὑβρίζειν, ἵνα θέλωσι. καὶ αἱ μὲν σεμναὶ καὶ πιστὴ γυναῖκες ἐξέκλιναν καὶ παρεχώρουν ἐκείναις τὴν ὁδόν· αἱ δὲ ὥσπερ μαινάδες καὶ ἐρινύες ὠθούμεναι συμφορὰν ἡγοῦντο τὸ μὴ ὑβρίσθαι ἀδικῶν, καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην μετὰ λύπης διῆγον, ἐν ᾗ μὴ ἠδυνάντο κακοποιεῖν.

Quibus conſpectis, ethnici quidem in metu erant, neque plura auſi ſunt: Ariani autem nō ita quidem vllo pudore repreſſi, quemadmodum Pharao, magis ac magis indurabantur, quippe qui & ipſi quoque ſuas ſpes humi & inferne haberent, in Cæſare nimirum & in eius eunuchis. Ethnicos igitur vel potius ex ethnicis teterrimos quoſque, talia deſignare permittebant: Habebant enim ſibi ad iſtiusmodi hiſtrionem & ethnicos concitantem Fauſtinum titulo Catholicum, moribus autem circumforaneum & animo proteruum. Ipſique per ſe ſimilia inſtituerunt facere, vt quemadmodum hæreſim ſuam ex aliis hæreſibus expreſſerant, ita quoque cum poteruis hominibus in commune peccantes, aliquid tamen proprij ſuique in ſceleribus & quaſi peculiare ſibi quærebant. Alij igitur, quemadmodum iam dixi, per illos faciebant: quæ autem per ſe deſignarunt, quì quæſo non ſuperant omnem malitiam, & carnificis immanitatem? Quas ædes non depopulati ſunt? quam domum ſub ſpecie quærendi non diripuerunt? quem hortum non conculcauerunt? quod ſepulchrum non aperuerunt? eo prætextu quaſi Athanaſium quærerent, quum nihil niſi rapere & ſpoliare ſtuderent. quot hominum ædes obſignatæ ſunt? quàm multa, quæ in hoſpitalibus erant, militibus adminiſtris ſuis donauerunt? Quis illorum ſcelerum expers fuit? quis illis obuius non ſeſe in foro occultauit? quis non ob iſtos relictis ædibus in deſerto obnoctauit? quis, quum ſua ſeruare ab iſtis feſtinaret, nō plura inſuper perdidit? Quis maris imperitus, non maluerit mare maſque pericula experiri, quàm iſtos minaces videre? Multi autem domicilia permutarunt, de porticu in porticum, & ex vrbe in ſuburbana tranſilientes. Quam multi & quam magnas mulctas ſuſtinuerunt? & cum non eſſet vnde luerent, mutuo pecuniam ſub vſuris acceperunt, non alia de cauſa quàm vt horum inſidias effugerent: Omnibus enim ſe terribiles oſtendebant, ad omnes ſe magnifice iactabant, Imperatorem in ore habentes, eiusque terrorem & minas denunciantes, quum miniſtros ad ſua ſcelera haberent ducem Sebaſtianum, ſecta Manichæum, petulantem, ferocem, Præfectum item, & Comitem, & hypocriram Catholicum. Multas certe virgines, quæ & eorum impietatem damnabant, & veritatem agnoſcebant, ex ædibus ſuis deportarunt, aliaſque ad negocia ſua euntes contumeliis affecerunt, operámque dedere, vt à proterui oribus adoleſcentibus denudarentur, ſuiſque mulieribus poteſtatem conceſſere, vt quā vellent, indigne tractarent. Graues igitur & fideles matronæ, illis de via cedebant: Vxores autem eorum veluti bacchæ & furiæ circumcurſitantes, pro calamitate habebant, ſi neminem inuenirent cui iniuriam facerent, eumque diem quo malefacere non dabatur cum mœrore tranſigebant.

In

In summa, ita erant feri & acerbi in omnes, vt carnifices, homicidæ, nefarij, delatores, malefici, & quiduis potius quàm Christiani ab omnib. vocarentur, quippe qui Scythas imitantes, rapuerint Eutychium subdiaconum, virum probè Ecclesiæ inseruientem, quem primum scuticis vsque ad mortem curauerunt verberati, deinde ita moribundum in metallum mitti, & non quoduis metallum, sed in id quod Phæno appellatur, in quod homicida condemnatus, non nisi ad pauciſſimos dies superesse potest, & quod immanius est, ne paucis quidem horis ad curationem vulnerum concessis, hominem statim in metallum deportarunt, prædicantes si hoc fieret, omnes in metu futuros, & secum consociatum iri. Cæterum ille non longe auectus, quum imbecillior esset, quàm vt ad metallum perduci posset, ex dolore vulnerum in itinere decessit. Et ita ille quidem cum gaudio mortuus est, possidens gloriam martyrij. Impij autem, ne ita quidem vllo pudore repressi sunt, habentes, sicut scriptum est, immitia viscera, imò quiddam prorsus satanicum meditato studio designauerunt. Quum enim populi pro Eutychio precibus suis suppliciter intercederent, reiectis populorũ precibus, quatuor pro eo bonos & ingenuos viros & inter eos Hermian lauantem pedes peregrinorum, arripi iusserunt, quos dux multis plagis concisos in carcerẽ cõiecit. Ibi Ariani Scythis crudeliores, postquam videre eos verberibus nondum enectos, expostulare cum duce occipiunt minatique sunt se eunuchis scripturos, quòd nõ ad ipsorũ arbitrium flagellaret: quorum verbis ille conterritus, iterum homines flagellare occipit, ipsi autem qui verberabantur, nõ ignari cur vapularent, & per quos falsò delati essent, nihil aliud dicebant, nisi se ob veritatem flagellari, Non communicamus, inquientes, cum hæreticis, verberate vt libet, Deus ob ista te iudicabit. Impij autẽ eos in carceribus periclitari moriq; cupiebant. Populus autem Dei cognita opportunitate temporis, pro iis intercessit, atq; ita, vt inde post dies septẽ plus minus liberati fuerint. Eusebiani vero quasi eo ipso grauiter habiti fuissent, alia crudeliora, magisq; nefaria moliti sunt facere, quæ quidem immania aliorum ingeniis videntur, ipsorum verò hæresi hostilia in Christum profitenti prorsus consentanea. Siquidẽ Christus nos admonet vt pauperum memores essemus, & vendenda esse bona & danda in eleemosynam: &, *Esurini*, inquit, *& dedistis mihi quod commederem: sitiui, & dedistis potum. Quatenus enim vni ex minimis istis fecistis, mihi fecistis.* Isti autẽ vt reuera Christo infesti eius voluntati hac in parte obsistere conati sunt: Quũ eum à fratribus in egenos & viduas, quibus in Ecclesiis quæ iã per ducẽ in Arianorũ potestatẽ concesserant, sedere nõ liceret, ac proinde in locis per clericos, in quorũ tutela erãt, assignatis versarentur, elemosynas benignè conferri cõspicerent, nõ ferentes hãc pietatẽ, miseros illos ferire ac verberibus insectari cœperũt, criminibus quoq; in donatores eleemosynarum intentatis, eos eo nomine apud ducem accusarunt

vtentes

καὶ ὅλως ἅτως ἦσαν πᾶσιν ἄγριοι καὶ πικροί, ὥστε δημίους, φονεῖς, ἀθεμίτους, φιλοπερέγμονας, κακούργους, καὶ πάντα μᾶλλον αὐτοὺς, ἢ χριστιανοὺς πάντων καλεῖσθαι. καὶ γὰρ τοὺς σκύθας μιμούμενοι, ἥρπασαν εὐτύχιον τὸν διάκονον, ἄνδρα καλῶς ὑπηρετοῦντα τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ποιήσαντες εἰς τὰ νῶτα ταυρείαις ἴσα μαστίγωσι κατακοπῆναι, ἠξίωσαν εἰς μέταλλον ἀποσταλῆναι, καὶ μέταλλον οὐχ' ἁπλῶς, ἀλλ' εἰς τὸ τῆς Φαινῶ· ἔνθα καὶ φονεῖς A καταδικαζόμενοι ὀλίγας ἡμέρας μόγις διωάτωσι ζῆσαι. καὶ τὸ πρᾶγμα δοξαν· ἤδη καὶ ὀλίγας ὥρας ἐπιτρέψαν αὐτὸν θεραπευθῆναι διὰ τὰς πληγάς· ἀλλ' οὗτοι ἐπίτηδες ἀποστελλῆναι, φάσκοντες· εἰ τοῦτο γένηται, πάντες φοβηθήσονται, καὶ μεθ' ἡμῶν ἔσονται λοιπόν. ἡ πολὺ ἦν ὀλίγη, καὶ μὴ δυνηθεὶς εἰς τὸ μέταλλον φθάσαι, διὰ τὸν πόνον τῶν πληγῶν ἀπέθανεν ἐν τῇ ὁδῷ. καὶ ὁ μὲν ἐπλούτα χαίρων, ἔχων τὸ καύχημα τῆ μαρτυρίᾳ. οἱ δὲ ἀσεβεῖς, ἅδε ἅτως ἠχθοῦντο, καὶ ἡ τὸ γεγραμμένον ἀνελέημονα σπλάγχνα ἔχοντες, καὶ τοῦτο μελετήσαντες, σατανικόν τι πάλιν ἐποιήκασιν. ἀξιοῦντων γὰρ τῶν λαῶν διὰ τὸν εὐτύχιον, καὶ δεομένων περὶ αὐτῶ, πεποιήκασιν αἱρεθῆναι καλῶς καὶ ἐλευθέρους ἄνδρας τέσσαρας ἑρμείαν, λέοντα τὸν ἀνεψιόδους. καὶ πάνυ ἐλάτους πληγὰς καταβαλὼν ἐκέλευσεν εἰς τὸ δεσμωτήριον ὁ δοὺξ. ἀλλ' οἱ ἀρειανοὶ καὶ σκυθῶν ὠμότεροι τυγχάνοντες, ἐπεὶ ἐωράκασιν ἐκείνους μὴ πλουτήσαντας ἀπὸ τῶν πληγῶν, ἐμέμφοντο καὶ ἀπείλουν γράφειν λέγοντες τοῖς εὐνούχοις, ὅτι μὴ μαστίζει ὡς ἐθέλομεν ἡμεῖς· ἐκεῖνος δὲ ἀκούσας καὶ φοβηθεὶς, ἐμαγκάλιζε καὶ δεύτερον τύπτειν τοὺς ἀνθρώπους. καὶ οἱ μὲν τυπτόμενοι, ἐδότες διατί τύπτονται, καὶ πρᾶγμα ἐνόν διεβλήθησαν, ἐδὲν ἕτερον ἔλεγεν, ἢ διὰ μὲν τὸ ἀλήθειαν τυπτόμεθα, οὐ κοινωνοῦμεν γὰρ τοῖς αἱρετικοῖς· τύπτε λοιπὸν ὡς θέλεις· καὶ σὲ μέλλει διὰ τοῦτο κρίνειν ὁ θεός. οἱ μὲν οὖν ἀσεβεῖς, ἤθελον αὐτοὺς καὶ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ κινδυνεύσαι καὶ ἀποθανεῖν· ὁ δὲ θεὸς λαὸς ἐδὼς τὸ καιρὸν ἠξίωσαν, καὶ μεθ' ἡμέρας ἐπτά πως ἢ καὶ πλέον ἀπελύθησαν. οἱ δὲ ὥσπερ λυπηθέντες ἕτερόν τι ὠμότερον καὶ ἀνόσιον ποιεῖν ἐπεχείρησαν, ὠμὸν μὲν πρὸς πάντας, ἁρμόζον δὲ τῇ χριστομάχῳ αὐτῶν αἱρέσει. ὁ μὲν γὰρ κύριος καὶ ἐνετείλατο τῶν πτωχῶν μνημονεύειν, καὶ πωλήσατε λέγων τὰ ὑπάρχοντα καὶ δότε ἐλεημοσύνην· καὶ, ἐπείνασα, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν, ἐδίψων, καὶ ἐποτίσατέ με. ἐφ' ὅσον γὰρ ἐποιήσατε ἑνὶ τῶν μικρῶν τούτων, ἐμοὶ ἐποιήσατε. οὗτοι δὲ ὡς τῷ ὄντι κατὰ χριστοῦ φρονοῦντες, καὶ ἐν τούτοις ἀντιπερέξαι τῷ βουλήματι αὐτοῦ τετολμήκασι. τοὺς γὰρ δεομένους καὶ τὰς χήρας, ἐπειδὴ τὰς ἐκκλησίας παρέδωκεν ὁ δοὺξ τοῖς ἀρειανοῖς, καὶ ἐν αὐταῖς διατελεῖν οὐκ ἠδύναντο, καθεζομένας ἐν οἷς ὥρισαν αὐτοῖς τόποις οἱ πιστεύομενοι τὰς χήρας κληρικοὶ, ἐπιθυμοῦντες ἐβλεπον τὰς ἀδελφὰς σπουδαίως ὀπαδιδοντας αὐταῖς, καὶ τὰ φορτία τὰς χήρας, αὐτάς τε καὶ τὰ σφῶν τύπτοντες ἐδ' ωκον, καὶ τὰς παρέχοντας διέβαλλον τῷ δουκί.

καὶ

κ τῦτο ἐγίγνετ ἀφ' δυναμίε τινὸς στρατιώτ. Φίλον γ λῶ τῦτ σεβασιανῷ. ωδ' μανιχαίοις γὰρ ἔλεος οκ ἔστιν, ἀλλὰ ἐχθρον ἐστ παρ' αὐτοῖς τ ἐλεεῖν πίνητα. λῶ τίνω καινὴ μέμψις· κ δικαστήριον νῦ πρῶτον ὑπ' ἐνοήθη παρ' αὐτῶν· ὑπ' ὠφελείας τις σκέπτετ· κ ὁ μὲν ἐλεῶν κατηγορεῖτο, ὁ δὲ ὠφελημένος ἐτύπτετο· κ μᾶλλον ἦν ἄτοπον τ πένητα, ἢ τ βλόμενον ἐλεεῖν, παρέχειν. ἐ τῦτ γ ωδ' τῶν παλαιῶν πάλιν ἰουδαίων ἐμαθον, νέοι ὄντες ἰουδαῖοι ἐ αὐτοί. ἐ γ κἀκεῖνοι βλέποντες τ σκ γνωτὸν τυφλὸν λοιπὸν βλέποντα, κ τ πολλῷ τῷ χρόνῳ ωδ' λυπικὸν γνόμενον ὑγιῆ· τ μὲν ὠφελημένοντα κύριον ἠτιῶντο, τοὺς γ εὖ πάσχοντας, ὡς ωδ' βάτας ἐκείνων. τίς οὖν ὑπ' τάτοις σκ ἐθαύμαζε; τίς ὁ κατηράτ τὴν αἵρεσιν ἐ τὰς σκολιὰς γνώμας αὐτῶν; τίς σκ ἐγίνωσκεν ὅτι κ θηρίων ἀχριώτεροι τυγχάνουσιν οἱ ἀρειανοί; ὁ δε γ ὁ δεῖνα τοιαῦτα ἐποίουν σκέρδαινον οἱ μιαροί· ἀλλὰ κ μᾶλλον τὸ καθ' ἑαυτῶν μῖσος ωδ' πᾶσιν ἤυξανον. ἐνέμεζον ἐξ ὑπόβολῆς κ φόβε βιάζεσθαί τινες εἰς τὴν αἵρεσιν, ὥστε κ συνάγεσθαι μετ' αὐτῶν· ἀπέβαινε γ αὐτοῖς τἀναντία. οἱ μὲν γὰρ πάσχοντες ὡς μαρτύριον ἔφερον τὰ παρ' ἐκείνων γινόμενα, κ οὔτε προεδίδοσαν, οὔτε ἠρνοῦντο τὴν εἰς χριστὸν εὐσέβειαν· οἱ δὲ θεωροῦντες ἔζωθεν αὐτοὺς, λοιπὸν δὲ κ οἱ ἕλληνες βλέποντες ὡς αὐτοχείρους, ὡς δημίους κατηρῶντο. φιλάνθρωπον γ κ συμπαθὲς τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος· οὗτοι δὲ κ τὸν ἀνθρώπων λογισμὸν ἀπώλεσαν. κ οἱ πάσχοντες ἀνήυξαντο παρ' ἑτέρων εὖ παθεῖν αὐτοὶ, τὸ παθεῖν τοὺς ἄλλους σκ ἐπέτρεπον, ἔχοντες τ τῶν δικαστῶν κ μάλιστα τ ωδ' τὸ δικὸς ὑπατεύειν κ ἐξουσίαν. ἃ γὰρ κ τοῖς πρεσβυτέροις κ διακόνοις πεποιήκασι, κ ὡς αὐτοὺς ὑπὸ τὸ δουκὸς κ τῶν δικαστῶν ἐφυγάδευσαν, καταφέροντες σκ τῶν οἴκων τοὺς οἰκείους αὐτῶν ἀφ' τῶν στρατιωτῶν, κ τὸ στρατηγοῦ γοργονίε κ τῶν πληγῶν κατακόπτοντος, ἐ πῶς αὐτῶν· τ γε πάντων ὠμότερον· κ τῶν ἤδη τετελευτηκότων τὰς ἄρτυς μεθ' ὅσης ὕβρεως διήρπασαν, σκ ἔστιν ὁδε λόγῳ φράσαι, νικώσης τῆς ὠμότητος αὐτῶν τὴν σκ τῶν λόγων δήγησιν. τί γὰρ ἄν τις εἰπὼν εἰρηκέναι δόξειεν; ἢ ποίε πρῶτε μνημονεύσας, ἐχ εὑρίσκει τὰ δεύτερα δεινότερα, τῶν δευτέρων τὰ μετὰ ταῦτα; πάντα γὰρ αὐτῶν τὰ ἐπιχειρήματα κ τὰ ἀσεβήματα, φόνου κ ἀσεβείας πεπλήρωται, κ οὕτως εἰσὶ φανεύργοι τὴν γνώμην, κ ποικίλοι τὸν τρόπον, ὡς κ ἐπαγγελίαι προσεύσας, κ δόσει χρημάτων ὑπχειρεῖν ἀπατᾶν, ἵν' ἐπεὶ μὴ ἐξ εὐλόγων ἔχωσι τὴν σύστασιν, κἂν σκ τούτων δόξωσι φαντασίαν τινὰ τοῖς ἀκεραίοις ἐμποιεῖν. τίς οὖν ἐπὶ τούτους κἂν ἐθνικοὺς καλέσειεν ἁπλῶς; μήτιγε χρισιανὸς; τίς τούτων τὸν τρόπον ἀνθρώπινον, καὶ μὴ μᾶλλον τῦτον θηριώδη ὑποπτεύοι; ἀφ' τὸ ὠμὸν κ τὸ ἄγριον τῆς πράξεως. καὶ γὰρ κ' δημίων εἰσὶ πονηρότεροι, καὶ τῶν ἄλλων αἱρέσεων τολμηρότεροι. ἑλλ' ὧν

vtentes ad eam opera cuiusdam militis. Gratum id admodum fuit Sebastiano. Nam apud Manichæos misericordia non est, & pro re hostili habetur pauperum commiseratio. Erat igitur noua expostulatio, & tribunal primum ab ipsis excogitatum, vbi de beneficio reatus fieret, & miserator accusatione impeteretur, & is qui beneficium acceperat, vapularet. Maluerúntque pauperem elutire, quàm liberam aliis misericordiam permittere, & hoc quoque ab antiquis Iudæis, ipsi noui Iudæi didicerant. Nam & illi cum vidissent à natiuitate cæcum, visum recepisse: & eum, qui multis temporibus paralyticus fuerat, sanatum esse, authorem quidem eius beneficij Dominum nostrum vituperabant: beneficio autem illo affectos, vt transgressores condemnabant. Quis non igitur ad ista obstupuit? quis non hanc hæresim eiusque assertores execratus est? Quis non cognouit Arianos belluis immaniores esse? Atqui sceleratí, id, quod perista sua facinora captabant, minime assecuti sunt, sed magis odium sui apud omnes intenderunt. Sperabant enim vi & insidiis multos cogi posse, vt secum communicarent, sed res illis in contrarium cessit. Qui enim ista patiebantur, eas calamitates tanquam martyrium sustinebant, minime prodentes, aut inficiantes piam in Christum fidem. Extranei autem qui ista spectabant, in quo numero etiam ethnici erant, Arianos vt Antichristos & carnifices execrabantur: est enim genus humanum amans pauperum, & pronum ad misericordiam. Sed Eusebiani humanam mentem exuerant. Egeni porro qui ita vapulabant, optassent forsitan vel à quouis beneficium accipere: verum id Eusebiani iudicum & Comitis imperio succincti, quibus libera potestas erat quemlibet affligendi, nequaquam permittere voluerũt. Quæ enim in presbyteros & diaconos fecere, & quomodo ipsos sub duce & iudicibus in exilium egere, eorumque amicos militari manu extraxerunt, duce Gorgonio, plagis eos concidente, & quomodo omnium, quod summæ crudelitatis est, etiam iam mortuorum membra artusq; per summam sæuitiam discerpserint, non est vt verbis enuncies, vincit immanitas rerum omnem rationem eloquendi. Quid enim tantum dixeris, vt rem ipsam elocutus videare? aut cuius primum mentionem facias, vt non inuenias primis secunda, secundis tertia, ac deinceps posteriora quæque efferatiora? Omnes enim eorum conatus cæde & impietate redundant, qui ea sunt vafricie animi, & morum versipelli calliditate, vt honorum magistratuumque pollicitationibus & pecuniarum muneribus ad decipiendum abutantur, vt quum ex legitimis rationibus Episcopatus sui constitutionem non habeant, saltem inde imaginem aliquam rectæ institutionis simplicioribus faciant. Quis igitur eos vel ethnicos simpliciter nominet? tantum abest vt eos Christianos appellari velit. Quis horum mores humanos, ac non potius ferinos putet? in quorum factis est tanta crudelitas & immanitas, vt carnificibus tetriores, cæterisque hæreticis improbiores: ac ne

ac ne pares quidem ethnicis habeantur, à quibus à tergo ad longissimum interstitium relinquuntur. Ego enim è patribus audiui, & verum arbitror, quum persecutio esset nata sub Maximiano Constantij auo, ethnicos homines fratres nostros Christianos, quum quærerentur, latebris abdidisse, eosque sæpe pecunia multatos, & carceri mancipatos fuisse, non ob aliud, quàm quod profugientes ad se, prodere nollent: eosq; eadem fide qua seipsos tuendos putarent, non veriti ob id sese periculis obiicere. At nunc mirifici isti nouæ hæreseos inuentores, nulla æque re vt insidiis clari, omnia in contrarium faciũt: ipsi enim vltro carnifices effecti, & occultatos rimantur, vt eos latebris eruant, & occultatoribus insidias nectunt, æque sibi inimicum & occultatum & occultatorem arbitrantes: ita natura cruenti sunt & homicidæ, & scelerum æmuli. Neque satis pro dignitate verbis quæ ipsi faciunt, efferre licet, atque inde, quòd mihi scribenti de eorum sceleribus istud in mentem venit, num hæresis ista quarta sit filia eius hirudinis, quæ in prouerbiis memoratur, vt quæ post tanta scelera, cædésque illatas nondum induci potest, vt dicat, sufficit. Adhuc enim sæuit, eósque qui illam nondum cognitam habent, ad noxam circuit: quibus autem nocuit, iis nouam iniuriam meditatur. Ecce enim post nocturnam grassationem maláque inde propagata, non intermittunt apud Cæsarem criminationes struere, neque id mirum, quum certi sint sese audiendos, modo impia adferant. Agunt igitur vt damnatio grauior exilio infligatur, & ad necem rapiantur, quotquot impiæ hæresi non obtemperauerint, & certè nunc eo genere crudelitatis sæuiunt. Secundus igitur Pentapolitanus nomine tenus Episcopus, homo omnium mortalium terrimus, eiusque in coniuratione socius Stephanus, non ignari se de quauis iniuria ob hæresis gratiam excusari posse, Barcæ quendam presbyterum nacti, nomine quidem Secundo similem, fide dissimillimum, ipsis non obtemperantem calcibus obtritum interfecerunt. Ille autem quum occideretur sanctum imitatus ita locutus est, Nemo me apud iudicem vindicet, habeo vindicem Dominum Iesum, pro cuius nomine ista patior: illi contrà hominis ita loquentis nihil quicquam miserti sunt, neque diei vllam reuerentiam habuere, quum in ipsa Pentecoste hominem calcitrando eliderent. O nouam hæresim sceleribus & impietatibus diabolum totum, quantus quantus est, induentem! Nunc primum hoc genus mali extare cœpit: antea enim si qui de hæresi cogitarent, cogitatus suos sensusque abdebant: nunc autem Eusebius & Arius, veluti serpentes è cauernis suis progressi, virus impietatis suæ sectæ palam eucmunt: quorum hic blasphemandi aperte audaciam suscepit, ille verò blasphemiam pro palam defendit. Sed non prius eam defendere potuit, quàm vbi Cæsarem blasphemiæ propugnatorem reperisset. Patres contrà orbis concilio coacto, congregatisque plus minus trecentis Episcopis Arianam hæresim condemnarunt, ostenderunt-

ἐλλιώων γὰρ πολὺ δεύτεροι, μᾶλλον δὲ κὰμακρὰν αὐτῶν τυγχάνουσιν. ἐγὼ γὰρ ἤκουσα τῶν πατέρων, καὶ πιστὸν ἡγοῦμαι τὸν ἐκείνων λόγον, ὅτι τὸ πρῶτον ὅτε γέγονε καὶ ὑπὸ μαξιμιανῷ τῷ πάππῳ κωνσταντίνου διωγμὸς, ἔλαθον ἐκρυπτόμενοι τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν, τοὺς χριστιανοὺς ζητουμένους, καὶ πολλάκις ἀπώλεσαν αὐτοὶ χρήματα, δεσμωτηρίων τε ἐπειράθησαν, ἵνα μόνον τοὺς φυγόντων μὴ ὄντων τοὺς θύρας· ὡς γὰρ ἑαυτοὺς ἐφύλαττον τοὺς τοιούτους, καὶ κινδυνεύειν ὑπὲρ αὐτῶν ἐβούλοντο. ἀλλὰ νῦν οἱ θαυμασιώτατοι, οἱ τῆς νέας αἱρέσεως ἐφευρεταὶ, ἐκ μηδενὸς ἑτέρου ἢ ἐκ τοῦ ὑποβουλεύειν ὑπονοούμενοι, πάντα τἀναντία πράττουσιν· αὐτοί τε γὰρ δι' ἑαυτῶν δήμιοι γιγνόμενοι, πάντας ζητοῦσι παραδιδόναι, καὶ τοὺς κρυπτομένους ἐπιβουλεύειν πιστεύουσιν, ἴσον ἐχθρὸν ἡγούμενοι τόν τε κρύπτοντα καὶ τὸν κρυπτόμενον· ἅτε οὖσι φονευταῖς, καὶ τὸ ἰσόδικον πονηρεύεσθαι ἐζηλωκόσι. καὶ οὐκ ἔστι καθ' ἀξίαν ὧν διαπράττουσι κακῶν εἰπεῖν, ἢ τοῦτο μόνον, ὅτι γεγόνασί μοι καὶ θέλοντα καταλέγειν τὰ πονηρὰ ἐκείνων τὰς πράξεις, ὑπεισέρχεται νοεῖν, μὴ ἄρα τῆς ἐν τοῖς παροιμίαις βδέλλης ἡ τετάρτη θυγάτηρ ἐστὶν ἡ αἵρεσις αὕτη, ἥτις μετὰ τοσαύτας καὶ τοιούτους φόνους, οὐκ εἶπεν, ἀρκεῖ. ἔτι γὰρ νεαιεύεται, καὶ τοὺς μὲν μηδέπω γνωσθέντας αὐτῇ ὑπεισέρχεται ζητοῦσι, ὃς δὲ ἔφθασεν ἀδικῆσαι, πάλιν ἐπαδικεῖν ἀναβάλλεται. ἰδοὺ γὰρ μετὰ τὴν νυκτερινὴν ἔφοδον, μετὰ τοὺς ἐξ αὐτῆς γινόμενα κακὰ, μετὰ τὸν δι' ἡρακλείου γινόμενον διωγμὸν, πάλιν ἐπαύσαντο διαβάλλοντες βασιλέα· θαρροῦσι γὰρ ὡς ἀσεβοῦντες ἀκούουσι, ἵνα πλέον τι τοῦ ἐξορισμοῦ γένηται, καὶ πλοιῶν οἱ μὴ πειθόμενοι τοῖς ἀσεβείαις αὐτῶν ἀναιροῦνται. ἕτω γὰρ καὶ νῦν καθαιρεθησόμενοι σκηνῶδε μὲν ὁ παγκάκιος καὶ πενταπολίτης, καὶ ὁ τούτου σωτὴρ στέφανος, εἰδότες, ὅτι κἂν ἀδικῶσι, ἔχουσι πρὸς ἀπολογίαν τὴν αἵρεσιν· ἐπιδὴ μὴ πειθόμενον αὐτοῖς ἐν βαρκῇ πρεσβύτερον ἐφονεύσασι· σκηνῶδος δὲ σκαλεύς, ὁμώνυμος μὲν ἐχόμοιος δὲ τῷ αἱρετικῷ· ἀπέκτειναν λακτίσμασιν αὐτὸν. ὁ μὲν ἀναιρούμενος ἐμιμεῖτο τὸν ἅγιον λέγων, μηδείς με θεραπευέτω δικαιούσθω σκδικείτω· ἔχω τὸν σκδικοῦντά με κύριον, ὃν καὶ ταῦτα πάσχω παρ' αὐτῶν. οἱ δὲ ὅτε λέγοντα ἤκουσαν, ὅτε τὰς ἡμέρας ἐθυσιάζοντο. ἐν αὐτῇ γὰρ τῇ τεσσαρακοστῇ λακτίζοντες ἀπέκτειναν τὸν ἄνθρωπον. ὦ καινῆς αἱρέσεως, ὅλον ἐνδυσαμένης τὸν διάβολον ἐν ἀσεβείᾳ καὶ πράξει. ἆρα γὰρ πρῶτον ἐπενοήθη τοῦτο τὸ κακόν. εἰ δὲ καί τινες ἐδόκουν ποτὲ θεὶ αὐτῆς λογίζεσθαι, ἀλλ' ἔκρυπτον καὶ ἐλάνθανον ταῦτα φρονοῦντες. οὗτοι δὲ καὶ ἄρειοι ὡς ὄφεις ἐξελθόντες ἀπὸ φωλεοῦ, τὸν ἰὸν τῆς ἀσεβείας ταύτης ἐξήμεσαν καὶ ὁ μὲν ἄρειος τὸ τοῦ βλασφημεῖν ἐκ φανεροῦ πάλαι ἀνεδέξατο· ὁ δὲ εὐσέβιος τὸ ταύτης προασέβειαν. ἀλλ' ὁ πρότερον ἴσχυσε προσλαβεῖν τῆς αἱρέσεως, εἰ μὴ, καθὰ προεῖπον, βασιλέα εὗρε προστάτην ταύτης. οἱ μὲν οὖν πατέρες ἡμῶν οἰκουμενικὴν σύνοδον πεποιήκασι καὶ ἑκατὸν καὶ τριάκοντα μᾶλλον ἢ ἔλαττον συνελθόντες κατέκριναν τὴν ἀρειανὴν αἵρεσιν,

καὶ ἀπε-

καὶ ἀπεφήναντο πάντες ἀλλοτρίαν αὐτὴν καὶ ξένην τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως εἶναι. οἱ δὲ προσιόντες παρ' ἑαυτοῦ τὰς ὀρῶντες ἑαυτοὺς λοιπὸν ἀχημονοῦντας, καὶ μηδένα λόγον ἔχοντας, ἄλλην ὁδὸν ἐπενόησαν, δι' ἧς ἔξωθεν ἐξουσίας ἐκδικεῖν παύτην ἐπεχείρησαν. ἐφ' ᾧ μᾶλλον ἄν τις αὐτῶν θαυμάσειε τὸ κενὸν καὶ πονηρὸν ἐπιτήδευμα· καὶ πῶς ὑπερβάλλουσι τὰς ἄλλας αἱρέσεις. τῶν μὲν γὰρ ἄλλων αἱρέσεων τὰ ἐφευρήματα ἐν πιθανότητι ῥημάτων ἔχει τὴν μανίαν, πρὸς ἀπάτην τῶν ἀκεραίων. καὶ Ἕλληνες μὲν, ὡς εἶπεν ὁ ἀπόστολος, ἐν ὑπεροχῇ καὶ πειθοῖ λόγων καὶ σοφίσμασι πιθανοῖς ἐπιχειροῦσιν. Ἰουδαῖοι δὲ ἀφέντες τὰς θείας γραφὰς λοιπὸν, ὡς εἶπεν ὁ ἀπόστολος, ἐν μύθοις καὶ γενεαλογίαις ἀπεράντοις ἔχουσι τὴν ἔριν. μανιχαῖοι γὰρ καὶ οὐαλεντῖνοι, πρὸ αὐτοῦ καὶ ἄλλοι, καπηλεύοντες τὰς θείας γραφὰς τοῖς ἑαυτῶν ἐπιπλάστοις λόγοις μυθολογοῦσιν. οἱ δὲ ἀρειανοὶ τῶν μὲν ἄλλων αἱρέσεών εἰσι τολμηρότεροι, καὶ μικροτέρας ἑαυτῶν ἀδελφὰς ἀπέδειξαν σκέψασθε, πλέον αὐτῶν ἀπεβέντες. καθάπερ εἴρηται, καὶ πάντας, μᾶλλον δὲ τοὺς Ἰουδαίους, ζηλώσαντες ἐν πονηρίᾳ. ὡς γὰρ ἐκεῖνοι μὴ δυνάμενοι τὸν παῦλον ἐλέγξαι πρὸ ὧν ἐπεφάτιζον, οὗτοι ἤγαγον αὐτὸν πρὸς τὸν χιλίαρχον καὶ τὸν ἡγεμόνα· οὕτως οὗτοι καὶ πλέον ἐκείνων ἐπιγνόντες τῇ ἐξουσίᾳ μόνῃ τῶν δικαίων κέχρηνται. καὶ μόνον, τὸ ἀντείρηκεν, ἕλκεται πρὸς τὸν ἡγεμόνα ἢ τὸν στρατηλάτην. καὶ αἱ μὲν ἄλλαι αἱρέσεις ἐλεγχόμεναι ταῖς ἀποδείξεσιν ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας σιωπῶσι, μηδὲν πλέον ἢ ἑλκόμεναι τοῖς ἐλέγχοις· ἡ δὲ νέα καὶ μυσαρὰ τούτων αἵρεσις, ὅταν ἀνατραπῇ τοῖς λόγοις, ὅταν ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας αἰσχυνθῶσι πάντη, λοιπὸν ὅς μὴ δεδωκὼς τοῖς λόγοις, τούτους τῇ βίᾳ καὶ πληγαῖς καὶ δεσμωτηρίοις ἕλκειν ἐπιχειρεῖ, γνωρίζουσα ἑαυτὴν καὶ οὕτως, ὡς πάντα μᾶλλόν ἐστιν ἢ θεοσεβής. θεοσεβείας μὲν γὰρ ἴδιον, μὴ ἀναγκάζειν, ἀλλὰ πείθειν ὥσπερ εἴπαμεν καὶ γὰρ ὁ κύριος αὐτὸς, βιαζόμενος, ἀλλὰ τῇ προαιρέσει διδοὺς ἔλεγε, πᾶσι μὲν εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν· τοῖς δὲ μαθηταῖς, μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε ἀπελθεῖν; αὕτη παντελῶς ἀλλοτρία τῆς θεοσεβείας ἐστί. τί ποιεῖν αὐτὴν ἐχρῆν, ἢ ἐναντία τῷ σωτῆρος; ὡς χειρομάχον ἡγεμόνα τῆς ἀσεβείας ἐπιγραφομένην καινοτόμον, ὡς αὐτὸν τὸν αὐτίχριστον. αὐτὸς γὰρ διὰ τὴν αἵρεσιν ἐπαγγέλλεται πρῶτον καὶ τὸν σαὺλ ἐν ὠμότητι ζηλῶσαι. ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἐπειδὴ δεδώκασιν οἱ ἱερεῖς ἐπιστιστμὸν τῷ δαβὶδ, κελεύει, καὶ αἱ αἱροῦνται πάντες, τὸν ἀριθμὸν ὄντες ὀβδοήκοντα καὶ πέντε· οὗτος δὲ ἐπειδὴ τὴν μὲν αἵρεσιν πάντες φεύγουσιν, ἡ δὲ ὑγιαίνουσα πίστις, ἡ εἰς τὸν κύριον ὁμολογήθη τριακοσίων ὅλων συνόδου ἐπισκόπων αἱ αἱρεῖ καὶ λύει μὲν ἐπισκόπους αὐτὸς ἐξορίζει, τοὺς δὲ λαοὺς ἐμποδίζει μελετᾶν τὴν εὐσέβειαν καὶ ἔχεσθαι τοῦ θεοῦ, κωλύων αὐτῶν τὰς συναγωγὰς. καὶ ὥσπερ σαὺλ κατέσκαψε τὴν νοββὰ τὴν πόλιν τῶν ἱερέων, οὕτως καὶ οὗτος ἓν πλέον τὸ κακὸν αὐξάνων, τὰς ἐκκλησίας τοῖς ἀσεβέσι παραδέδωκε, καὶ ὡς

que eam alienam peregrinámque esse ab Ecclesiastica fide. Propugnatores vero huius sectæ, videntes se in probro agere, & nihil pro se habere quod rationi consentaneum sit, aliam viam excogitarunt, & per potentiam secularem eam defendere instituerunt, qua in re magnopere admireris insolentiam malitiámque istius inuenti, & quantopere superet alias hæreses. Siquidem aliarum hæresum instituta in persuasibilitate verborum insaniam suam constitutam habent, ad simpliciorum circumuentionem. Et ethnici, vt inquit Apostolus, sublimitate & suadela verborum & sophismatibus verisimilibus disceptationes suas instruunt: Iudæi verò omissis Scripturis, vt Apostolus ait, fabulis & genealogiis decertant. Manichæi vero & Valentini cæteríque alij suis fictis rationibus sacras literas cauponantes, adulterantésque, nænias adferunt. Ariani autem cæteris proteruiores, alias hæreses sorores suas se multo minores declarant, quum longe maiori impietate vtantur (vt dictum est) omnesque & in primis Iudæos scelere improbitatéque æmulentur. Vt enim illi Paulum, quem de obiectis criminibus vincere non poterant, statim eum ad Tribunum & præsidem adduxerunt, ita quoque & isti indies plura excogitantes, non nisi iudicum potestate vtuntur, & vbi quis vel semel illis contra dixerit, ad Præsidem & Ducem rapitur. Cæteræ porro hæreses demonstrationibus conuictæ ab ipsa veritate, tacitè obmutescunt, nihilque agunt nisi quòd de conuictione sua erubescunt. Noua autem ista & execrabilis hæresis, quum rationibus subruitur, quum ipsa veritate pudefacta concidit quos non potuit verbis inducere, eos vi, plagis, carceribusque ad se pertrahere annititur, atque vel ita seipsam, quàm non sit pia & Dei cultrix, manifestat. Piæ enim religionis (vt dixi) proprium est, non cogere sed suadere. Siquidem Dominus non cogens, sed libertatem suam voluntati permittens dicebat quidem vulgo omnibus, Si quis vult venire post me: Apostolis vero; *Num & vos abire vultis?* Quid autem aliud hæresim istam, quæ prorsus aliena est à pia religione, quæque vt Christi perduellis authorem suæ impietatis Constantium, quasi Antichristum inscribit, facere decuit, nisi contraria Saluatori vsurpet? Constantius enim in gratiam hæreseos primum studio habuit, immanitate Saulem imitari. Ille enim sacerdotibus, qui Dauidi viaticum dederant, necem imperauit, eiusque iussu octoginta quinque sacerdotes simul interfecti sunt. Iste vero, quoniam omnes hæresim fugiunt, & sana fides in Christum confessionibus celebratur, Synodum plusquam trecentorum Episcoporum abrogat, & Episcopos in exilium eiicit: populos verò, dum prohibet conuentus celebrari, à meditatione pietatis precibusque ad Deum summouet ac depellit: rursus vt Saul Nobbam ciuitatem Sacerdotum euertit, ita & iste eius sceleris magnitudinem superans, Ecclesias Domini, hæreticis tradit.

& vt ille Doeg veris sacerdotibus antepositus, Dauidemque persecutus est Ziphæis auscultans: ita quoque & iste hæreticos præfert vere piis & religiosis hominibus, & insuper eos qui ipsum fugiunt, persequitur, eunuchis suis orthodoxos homines criminantibus auscultans: nec animaduertit, quòd quæcunque pro Arianorum hæresi scribit & facit, ea omnia tendere aduersus nostrum Saluatorem. Nónne talia Achab in sacerdotes ausus est, qualia iste contra Episcopos molitus est? Ille saltem interfecto Nabuth compunctus est, & viso Helia extimuit: Iste vero Hosium tantum & tam eximium virum nihil reueritus est, neque post tot exilia Episcoporum otio acquieuit, aut animo compunctus fuit, sed vt alter Pharao, quo magis atteritur, eo magis indurescit, & quotidie peiora meditatur. Est & quiddam incredibile in illius peruersitate. Ex Episcopis enim relegatis euenit interdum nonnullos ob crimen cædis, aut seditionis, aut furti pro sceleris qualitate condemnationem pati, hos quidem ipse post paucissimos menses ad preces aliorum, vt Pilatus in Barrabam fecit, à pœna absoluit. Christi autem seruos, non solum non relaxat, sed exules etiamnum inclemētissime subinde nouis suppliciis grauat, quasi æternam furiam & alastora se illis præbere velit. Neque id mirum est, quum maleficis, ob mores amicus: orthodoxis vero, ob Christum inimicus sit. Num ergo ex ea re liquido ostenditur, Iudæos eius temporis, qui Barrabam postulauere, Dominum autem crucifixerunt, tales fuisse quales nunc sunt vnà cum Constantio Christi perduelles Ariani? Quòd si Constantium etiam Pilato acerbiorem censeas: ille enim animaduersa Iudæorum iniquitate, saltem manus lauit: iste contra, in damnandis ad exilium sanctis atrocius frendet. Quid ergo mirum, si hæresi deuius ac errabundus ita crudeliter in Episcopos sęuiat, quum ne cognatis quidem suis vt homo, pepercerit? quippe qui patruos in carcere clauserit, patrueles sustulerit, & soceri sui filiam, cognatosque vltima patientes nulla misericordia prosecutus sit: quin & iurisiurandi, quo illis de salute cauerat, violator fuit, pari quoque impietate in fratrem vsus. Et simulat ille quidem se fratri monumentum ædificare, quum interim sponsam eius Olympiada Barbaris dediderit, quam frater eius vsque ad mortem, apud se retentam, vt propriam vxorem educabat: & iam eius decreta conuellit, cuius ipse se hæredem gloriatur, ea scriptis mandans, ob quæ homo vel tenuissimi sensus erubesceret. Ego autem eius inter se epistolas committens, inuenio illum nihil ex suo ingenio sensisse, sed motus affectuum, prout illi suggestum fuit, accepisse: propriam autem mentem in genere non habuisse. Salomonis sententia est rege audiente iniustum sermonem, omnes qui sub eo sunt, legis præuaricatores esse. Ipse autem factis declarat se illum iniustum, & qui circa eum sunt, illos ipsos legis præuaricatores esse.

καὶ ὡς ἐκεῖνος δῶρα λαβεῖν παρεπίμπετο τῶν ἀληθῶς ἱερέων, τὸν δὲ Δαβὶδ ἐδίωκε παρεχόντων τοῖς Ζιφαίοις· οὕτως οὗτος τοὺς μὲν αἱρετικοὺς παρκρίνει τῶν ὀρθοδόξων, τοὺς δὲ φεύγοντας αὐτὸν ἔτι διώκει, παρεχόντων τοῖς θλασίαις ἑαυτὸν τοῖς καὶ λαβεῖν τοὺς ὀρθοδόξους· μὴ σιωπῶν ὡς ὅσα δ' αὖ ὑπὲρ τῆς αἱρέσεως τῶν ἀρειανῶν πράττῃ τε καὶ γράφῃ, πάντα κατὰ τοῦ σωτῆρος ἔχει τὴν ἐπιχείρησιν. οὐχ' ὄντως ἀχαὰβ κατὰ τῶν ἱερέων τὰ θεῖα γέγονεν ὡς οὗτος κατὰ τῶν ἐπισκόπων πεπόλμηκεν· ὅλως γὰρ ἐκεῖνος καὶ φονεύθεντος τοῦ ναβὲθ καὶ πεπύσθαι καπήλου· καὶ τὸν ἠλίαν ἰδὼν ἔκπαλος ἐφοβήθη. οὗτος δὲ οὐδὲ τὸν τηλικοῦτον ἄνδρα ἠδέσθη, οὐδὲ τοὺς πατέρας ἐπισκόπους ἐξορίσας, ἐνάρκησεν ἢ καπήλου· ἀλλ' ὡς ἄλλος φαραὼ μᾶλλον ἐπιτρεβόμενος σκληρύνεται, καὶ χείρονα καθημέραν ἐπινοεῖ. καὶ ἔστιν αὐτοῦ πῦρ ἀδόξου τῆς πονηρίας. τῶν γὰρ ἐπισκόπων ἐξορίζομένων, συμβαίνει καὶ ἄλλους τινὰς διὰ ἐγκλήματα φόνου ἢ ἁρπαγῆς, ἢ κλοπῆς, κατὰ τὸ τοῦ ἐγκλήματος μέτρον, λαμβάνειν τὴν καταδίκην. καὶ τούτους μὲν μετὰ μῆνας ὀλίγους ἀξιοῦμενος, ὡς τὸν βαραβᾶν πλάτος, ἀπέλυε, τοὺς δὲ τοῦ Χριστοῦ δούλους οὐκ ἠφίει, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον αἰνιλεῶς κατεδίκαζεν ἐν τοῖς ἐξορισμοῖς, ἀθάνατον κακὸν γινόμενος εἰς αὐτούς. τῶν μὲν γὰρ διὰ τὸν τρόπον φιλος λεῖ· τῶν ὀρθοδόξων δὲ διὰ τὸν εἰς Χριστὸν δυσέβειαν ἐχθρὸς ἐτύγχανεν. ἀρ' οὖν ἐκ πάντων τούτων λαμπρῶς ἐδείκνυεν, ὅτι καὶ πάντοτε οἱ ἰουδαῖοι τὸν μὲν βαραβᾶν αἰτησάμενοι, τὸν δὲ κύριον σταυρώσαντες τοιοῦτοι ἦσαν, οἷοι καὶ νῦν οἱ μετὰ κωνσταντίου χριστομάχοι; καὶ τάχα πικρότερος οὗτος ἢ πλάτος. ὁ μὲν γὰρ κἂν ἐνίψατο σιωπῶν τὴν ἀδικίαν· οὗτος δὲ καὶ μᾶλλον τρίζει τοὺς ὀδόντας, ἐξορίζων τοὺς ἁγίους. τί δὲ θαυμαστὸν εἰ πλανηθεὶς εἰς ἀσέβειαν, οὗτος κατὰ τῶν ἐπισκόπων ἐστὶν ὠμὸς; ὃ πολλῷ οὐδὲ τῆς ἰδίας συγγενείας ὡς ἄνθρωπος ἐφείσατο. τοὺς μὲν γὰρ θείους κατέσφαξε καὶ τοὺς αἰετίους αἰεῖλε, καὶ πενθερὸν μὲν ἔτι τὸν θυγατέρα γαμῶν αὐτοῦ, συγγενεῖς τε πάσχοντας οὐκ ἐλέησεν. ἀλλὰ καὶ ὅρκων ἀεὶ πρὸς πάντας παραβάτης γέγονεν. οὕτω γὰρ καὶ εἰς τὸν ἀδελφὸν ἀσεβεῖν ἐτόλμηκε. καὶ πρόσταται μὲν οἰκοδομεῖν αὐτοῦ μνημεῖον, τὸν δὲ μνήμην αὐτοῦ τὸν ὀλυμπιάδα βαρβάροις ἐκδέδωκεν, ἣν ἐκεῖνος μέχρι πλούτης ἐφύλαττε. ὡς ἰδίαν ἀνέτρεφεν ἑαυτῷ γυναῖκα. καὶ τὸν γνώμην δὲ αὐτοῦ παραλύειν ἐπιχειρήσειν, ἐὰν καὶ κληρονόμος κέχειται εἶναι, γράφων παῖδα, ἐφ' οἷς ὀλίγην αἴσθησιν ἔχων ἄν τις ἠκούσθη· ἐγὼ δὲ συμβαλὼν αὐτοῦ τὰς ἐπιστολὰς, εὑρίσκω τὸν μὴ κατὰ φύσιν ἔχοντα τὰς φρένας, ἀλλὰ μόνον πρὸς τοὺς ὑποβάλλοντας κινούμενον, ἴδιον δὲ νοῦν καθόλου μὴ ἔχοντα. ὁ μὲν γὰρ σόλεμών φησιν, βασιλέως ὑπακούοντος λόγον ἄδικον, πάντες οἱ ὑπ' αὐτὸν παράνομοι ὄντος ἢ ἐξ ὧν πάσχει, δείκνυσιν ἑαυτὸν ἐκεῖνον εἶναι τὸν ἄδικον καὶ τοὺς ἀεὶ αὐτὸν παρανόμους.

πῦρ

Notæ autem temporum annaliaque ita assignata non initium fidei, quemadmodum iam dixi, sed initium Prophetarum, quo inceperant diuinare, complectebantur: isti autem sophi non in enarratione historiarum, non in prædiuinatione rerum futurarum, sed in expositione fidei, post hæc verba (edita est Catholica fides) statim consulem, mensem, diem adiecerunt, vt quemadmodum sancti historiarum suique ministerij tempora assignabant, ita isti suæ fidei tempora assignarent. Atque vtinam in sua fide hanc assignationem fecissent, & non in titulo Catholicæ fidei hoc ausi fuissent: Non enim tali formula, verborum rem conscripserunt, vt dicerent, nos ita credidimus: sed hac specie, edita est Catholica fides. Improbitas ergo hæreseos istius suorum insciciam prodit, & nouum istud scribendi genus paria facit cum Ariana hæresi: illo enim scripto indicant, initium suæ fidei, & quando primum inceperint credere, atque iam inde volunt fidem suam prædicari, eadem ratione vt apud Euangelistam Lucam, edictum describendi orbis exisse dicitur, quod quum antea non esset, ipso die quo per authorem suum promulgatum fuit, incepit esse: ita isti quoque vbi scripserant, edita est fides, eo ipso ostenderunt nouitiam esse sententiam suæ hæreseos & eam prius non fuisse. In eo vero quòd addiderunt titulum Catholicæ fidei non sentiunt se delapsos ex Phrygia in Arianam sectam, adeo vt ipsi pro eorum more loquantur: Nobis primum reuelatum est, à nobis incipit fides Christianorum. Et vt illi Maximillam & Montanum, ita isti pro Christo Constantium Dominum suum nuncupant. Quòd si secundum ipsos ab istis consulibus principium suum fides accepit, quid facient patres & beati martyres? aut quid facient illi, qui ab eis in Christiana religione instituti sunt, & ante consules istos dormierunt? quomodo illos excitabunt, vt quod didicerint obliteretur, & quod ipsi scribendo inuenerunt, in eos inferant? Adeone crassi sunt, vt nihil fingere queant nisi cauillationes, easque & indecoras & incredibiles, & statim de proximo argumentis refutabiles? Siquidem Nicæna Synodus non temere habita est vt quæ habeat grauissimos vsus, & legitimam rationem. Syri etenim, Cilices, Mesopotamiani in causa festi claudicabant, atq; vnà cum Iudæis Pascha celebrabãt, & iam tum Ariana hæresis, quæ contra Ecclesiam insurrexerat, suos propugnatores habebat qui ipsam defenderent, & qui piis insidias facerent, Eusebianos scilicet. Atque ea causa fuit, cur vniuersus orbis in consilium coiret, vt & eodem die vbi festum celebraretur, & hæresis quæ suppullulauerat, anathemate percuteretur: quod & factum est. Nam & Syri in aliorum sententiam traducti sunt, & Arianam hæresim decreuerunt pro Antichristi præcursatrice habendam esse, & scriptis contra eam editis placita sua promulgarunt,

καὶ ἦσαν οἱ χρόνοι σημαινόμενοι, οὐκ ἀρχὴς πίστεως, καθὰ πρόειπον· ἀλλ' αὐτῶν τῶν προφητῶν, καθ' ὃς οὗτοι γενόμενοι, τοιαῦτα προεφήτευον. οὗτοι δὲ οἱ νῦν σοφοὶ, οὐχ' ἱστορίας ἐξηγούμενοι, οὐδὲ τὰ μέλλοντα προλέγοντες, ἀλλὰ γράψαντες· ἐξετέθη ἡ πίστις ἡ καθολικὴ, οἷς προσέθηκαν καὶ τὴν ὑπατείαν, καὶ τὸν μῆνα, καὶ τὴν ἡμέραν· ἵνα ὥσπερ οἱ ἅγιοι τῶν ἱστοριῶν καὶ τῆς ἑαυτῶν διακονίας τοὺς χρόνους ἔγραφον· ἵνα καὶ οὗτοι τῆς ἑαυτῶν πίστεως τὸν χρόνον σημάνωσι· καὶ εἰ-
A δὲ πρὸ τῆς ἑαυτῶν ἔγραφον· νῦν γὰρ ἤρξατο· καὶ μὴ ὡς περὶ τῆς καθολικῆς ἐπιχείρουν. ἃ γὰρ ἔγραψαν, οὕτω πιστεύομεν· ἀλλ' ὅτι ἐξετέθη ἡ καθολικὴ πίστις. τὸ μὲν οὖν τελμηρὸν τῆς προαιρέσεως ἐλέγχει τὴν ἀμάθειαν αὐτῶν· τὸ δὲ καινὸν ὄνομα τῆς γραφῆς, ἴσον ἐστὶ τῆς ἀρειανῆς αἱρέσεως· ὅτε γὰρ γράψαντες, ἔδειξαν πῶς μὲν ἤρξαντο πιστεύειν αὐτοὶ, ὅπου δὲ τὰ νῦν βέλονται
B τὴν πίστιν αὐτῶν καταγγέλλεσθαι. καθ' ὃν τρόπον κατὰ τὸν εὐαγγελιστὴν λουκᾶν, ἐτέθη δόγμα περὶ τῆς ἀπογραφῆς, καὶ τοῦτο τὸ δόγμα πρότερον μὲν οὐκ ἦν, ἀπὸ δὲ τῶν ἡμερῶν ἐκείνων ἤρξατο, ἐν αἷς καὶ ἐτέθη παρὰ τοῦ γράψαντος· οὕτω καὶ οὗτοι γράψαντες, ἐξετέθη νῦν ἡ πίστις, ἐδείξαν ὅτι νεώτερόν ἐστι τὸ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν φρόνημα, καὶ οὐκ ἦν πρότερον. οἱ δὲ προστιθέασι τῆς καθολικῆς ἔλαθον ἑαυτοὺς πρόσωπις
C εἰς τὴν παρρησίαν τῶν ἀπὸ φρυγίας, ὥστε καὶ αὐτοὺς κατ' ἐκείνους εἰπεῖν, ἡμῖν πρῶτον ἀπεκαλύφθη, καὶ ἀφ' ἡμῶν ἡ πίστις ἄρχεται τῶν χριστιανῶν. καὶ ὥσπερ ἐκεῖνοι μαξιμίλλαν καὶ μοντανόν, οὕτως ἔτι αὐτὸ τοῦ χριστοῦ κωνστάντιον δεσπότην ὀνομάζονται. οἱ δὲ κατ' αὐτοὺς ἀπὸ τῆς νῦν ὑπατείας ἀρχὴν ἡ πίστις ἔχει, τί ποιήσουσιν οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ μακάριοι μάρτυρες; τί δὲ καὶ αὐτοὶ ποιήσουσι τοὺς παρ' αὐτῶν κατηχηθέντας, καὶ περὶ τῆς ὑπατείας παύτης κοιμηθέντας; πῶς αὐτοὺς ἐγείρουσιν, ἵνα ἃ μὲν
D ἔδοξαν δεδιδαχέναι τούτους ἀπαλείψωσιν, ἃ δὲ νῦν εὑρόντες ἔγραψαν ὀπαπείρωσιν αὐτοῖς; οὕτως εἰσὶν ἀμαθεῖς, μόνον εἰδότες πλατεῖαν προφάσεις· καὶ παύτας ἀπρεπεῖς καὶ ἀπηνούς, ἐχόντας ἐγγὺς τὸν ἔλεγχον· ἡ μὲν γὰρ ἐν νικαίᾳ συνοδος, οὐχ' ἁπλῶς γέγονεν, ἀλλ' εἶχε τὴν χρείαν κατεπείγουσαν, καὶ τὴν αἰτίαν δίλογον. οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς συρίας, καὶ κιλικίας, καὶ μεσοποταμίας ἐχώλευον περὶ τὴν ἑορτὴν, καὶ μετὰ τῶν ἰουδαίων ἐποιοῦντο πάσχα· ἡ τε ἀρειανὴ αἵρεσις ἐπανατεῖλε μὲν κατὰ τῆς καθολικῆς
E ἐκκλησίας, καὶ προσάτας εἶχεν εἰς τε τὸν ὑπὲρ ἑαυτῶν πόλεμον, καὶ εἰς τὸν κατὰ τῶν δυσεβούντων ὁπλισμὸν, τοὺς περὶ εὐσέβιον. καὶ αὕτη αἰτία γέγονεν οἰκουμενικὴν συναχθῆναι σύνοδον, ἵνα πανταχοῦ μιᾷ τῆς ἑορτῆς ὁπλισθῶσι ἡμέρᾳ. καὶ ἡ παρὰ φύσιν αἵρεσις ἀναθεματισθῇ. γέγονε γοῦν. καὶ οἱ μὲν ἀπὸ τῆς συρίας ἐπείσθησαν τῇ ἀρειανῶν αἱρέσιν ἀποφήνασθαι πρόδρομον τοῦ ἀντιχρίστου, καὶ καθ' αὐτῆς γράψαντες ἐκδεδώκασι καλῶς.

καὶ

καὶ ὅμως γεγράψαντες καὶ τοσοῦτοι ὄντες, οὐδὲν τοιοῦτον τετολμήκασιν, οἷον οἱ τρεῖς ἢ τέσσαρες οὗτοι. ἀ γὰρ προσέταξαν ὑπατείαν καὶ μῆνα καὶ ἡμέραν· ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ πάσχα, ἔδοξε τὰ ὑποτεταγμένα· πότε γὰρ ἔδοξε πᾶσιν πείθεσθαι; περὶ δὲ τῆς πίστεως ἔγραψαν, οὐκ ἔδοξεν, ἀλλ' αὐτῶς πιστεύει ἡ καθολικὴ ἐκκλησία· καὶ οὕτως ὡμολόγησαν πῶς πιστεύουσιν, ἵνα δείξωσιν ὅπ μὴ νεώτερον, ἀλλ' ἀποστολικόν ἐστιν αὐτῶν τὸ φρόνημα. καὶ ἃ ἔγραψαν οὐκ ἐξ αὐτῶν εὑρέθη, ἀλλὰ ταῦτ' ἐστὶν ἅπερ ἐδίδαξαν οἱ ἀπόστολοι. αἵ γ' νῦν κινούμεναι παρ' αὐτῶν συνόδοι, ποίαν ἔχουσιν εὔλογον αἰτίαν; εἰ μὲν γὰρ καινοτέρα τις ἄλλη γέγονεν αἵρεσις μετὰ τὸν ἀρειανὸν, εἰπατώσαν τὰ τῆς ἐπινοίας αὐτῆς ῥήματα, καὶ τίνες οἱ ταύτην ἐφευρόντες εἰσὶ; γεγραφότες τε ἀναθεματιζέτωσαν τὰς πρὸ τῆς συνόδου ταύτης αἱρέσεις, ἐν αἷς ἐστι καὶ ἡ ἀρειανὴ, ὥσπερ οἱ ἐν νικαίᾳ πεποιήκασιν, ἵνα δόξωσι πιθανόν τινα πρόφασιν ἔχειν τοῦ καινότερα λέγειν. εἰ δ' μηδὲν τοιοῦτον γέγονε, μήδε δύνανται δεῖξαι, αὐτοὶ δὲ μᾶλλον ἔχοντες τὸν ἀσέβειαν ἀρείου παῦσαι φθέγγονται, καὶ καθημέραν ἐλεγχόμενοι μεταβάλλονται, τίς ἡ χρεία τῶν συνόδων; ἀρκούσης τῆς ἐν νικαίᾳ γενομένης πρός τε τὸν ἀρειανὸν καὶ τὰς ἄλλας αἱρέσεις, ἃς κατέκρινε πάσας διὰ τῆς ὑγιαινούσης πίστεως. καὶ ὁ θρυλούμενος ἄπιος; ὁ ἐπικληθεὶς ἄπιος, οὐκ ἰδίαν ἐφευρὼν μανίαν θαρσύνεται, ἀλλ' εἰς τὸν ἀρειανὸν ἑτεροδοξίαν χειμαζόμενος ἐναυάγησε καὶ αὐτὸς μετὰ τῶν ἀπατηθέντων παρ' αὐτοῦ· μάτην γοῦν περιτρέχοντες προφασίζονται διὰ πίστιν ἠξιωκέναι γενέσθαι τὰς συνόδους· ἔστι μὲν γὰρ ἱκανωτέρα πάντων ἡ θεία γραφή· εἰ δὲ καὶ συνόδου χρεία περὶ τούτου, ἔστι τὰ τῶν πατέρων. καὶ τούτου γὰρ οὐκ ἠμέλησαν οἱ ἐν νικαίᾳ συνελθόντες· ἀλλὰ καὶ ἔγραψαν ἅτινα καλῶς, ὥστε τὸν γνησίως ἐντυγχάνοντας τοῖς ἐκείνων γράμμασι δύνασθαι παρ' αὐτῶν ὑπομιμνήσκεσθαι τὸν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς καταγγελλομένων εἰς χριστὸν εὐσέβειαν. οὐκοῦν ἐπειδὴ μηδὲν εὔλογόν ἐστι παρ' αὐτοῖς, ἀπορεῖσι δ' πανταχόθεν, καὶ τινὰς καὶ προφάσεις πλάττονες, τοῦτο λοιπὸν αὐτοῖς ὑπολείπεται λέγειν· ἡμεῖς αὐτὰ λέγοντες τὰ πρὸ ἡμῶν, καὶ παραβαίνοντες τὰς τῶν πατέρων παραδόσεις, ἠξιώσαμεν συνόδου γενέσθαι. ἀλλὰ πάλιν φοβηθέντες, μὴ πάλιν εἰς ἓν συνελθόντων πάντων ἡμῶν ἡ αὐτὴ γένηται, ἠξιώσαμεν εἰς δύο διαιρεθῆναι τὸν σύνοδον· ἵνα ἐν μέρει γενόμενοι, δείξαντες ἅπερ ἔγραψαν ὑφαρπάσαι δυνηθῶμεν τὸ πλέον, ἀπειλοῦντες τὸν περιττεύμενον τῆς ἀσεβείας κωνσταντίου, καὶ οὕτω τὰ μὲν ἐν νικαίᾳ πραχθέντα χολάσαι ποιήσωμεν, χρηματισάμενοι τὰ ἀπλότητα τῶν πραχθέντων παρ' ἡμῶν. ταῦτα δ' εἰ μὴ τοῖς ῥήμασιν αὐτοῖς εἰρήκασιν, ἀλλὰ τῇ διανοίᾳ τοῦτο πάντα πεποιήκασί τε καὶ διεπράξαντο. ἀμέλει πολλὰ πολλάκις εἰρηκότες καὶ γράψαντες ἐν διαφόροις συνόδοις, ἀ δ' πώποτε περὶ τῆς ἀρείου αἱρέσεως

sed tamen quum tot ac tanti viri essent, nihil tale quale isti, qui non nisi tres aut quatuor sunt, ausi fuerunt facere. Siquidem nec consulem, nec mensem, nec diem addiderunt, sed in negotio Paschatis non abhorruerunt ab istiusmodi appendice. Ibi enim placuit vt adderetur: visum est, vt omnes obtemperarent. De fide vero non scripserunt, visum est, sed ad istum modum credit Catholica Ecclesia, & statim confessio ipsa credendi adiuncta est, vt ostenderent eam non nouam esse sententiam, sed Apostolicam: & quæ ipsi scripsissent, non esse sua inuenta, sed Apostolorum documenta. Contra, Synodi ipsorum quam quæso habent legitimam causam cur instituantur? Si enim recens alia hæresis post Arianam emersit, age, proferant nobis eius hæreseos commenta, authoresque sectæ: interim tamen scriptis suis anathematizent omnes hæreses ipsorum concilio priores & inter cæteras etiam Arianam sectam, quemadmodum patres Niceni fecerunt, vt videantur saltem aliquam verisimilem occasionem habere noua moliendi. Quòd si tale nihil accidit, neq; quicquam istiusmodi ostendere possunt, sed ipsi potius ex morbo Arianæ hæreseos ista loquuntur, victiq; quotidie in omnem speciem se mutant, quis vsus quæso conciliorum? quum Nicenum concilium aduersus Arianam cæterasque hæreses satis valeat, quas per sanam fidem condemnauit? Porro Aëtius, cognomento impius, quem pro causa habendi concilij toties iactitant non de propria insania quasi à se inuenta, superbit, sed in Arianã, quæ alterius dogmatibus constat, transiens, cum suis quos decepit, naufragium fecit. Frustra igitur circumcursitantes prætexunt, ob fidem Synodos sese postulare, quum sit diuina scriptura omnibus potentior. Quòd si ad hãc rem vsus Synodi desideretur, supersunt acta patrum: nam neq; hac in parte negligentes fuere qui Niceæ conuenerunt, sed ita accurate scripserunt, vt qui sinceriter eorum scripta legat, facile reminiscatur eius in Christũ religionis, quæ à sacris literis annunciatur. Ergo quum nullam rationem pro se habeant, omnibusq; vndecunq; destituantur, & hæreãt, & frustra operosi sint in cauillationibus, illud nimirum illis reliquum est, vt dicant, Nos qui maioribus nostris contradicimus, & præuaricamur patrũ traditiones, postulauimus Synodum promulgari: metuentes autem, si omnes in vnum conueniant, ne frustra laborauerimus: ita voluimus Synodum indici, vt ea in duas partes dirimatur, quo ita à se inuicem disiunctis, scriptisque nostris exhibitis aliquid suffurari possimus, minas Constantij impiæ sectæ propugnatoris assidue iactitantes, simplicitatemque nimiam Niceensium patrum cauillantes, acta Niceensia irrita ociosáq; reddamus. Hæc tametsi verbis non proferant, ad eum tamen finem omnia faciunt & moliuntur. Certe quum multa multoties in diuersis Synodis dixerint, & scripserint, nunquam tamen Arianæ hæreseos mentio-

 ἀρείου αἱρέσεως

mentionem, vt malæ, fecerunt, imo si quando contigit, vt ex præsentibus aliqui hæreses criminarentur, ipsi Arianam à Nicæno concilio damnatam excipiebant, defendebantq; eosq; qui Ariana dicerent, beneuolentissime complectebantur. Quæ res pro insigni argumento est, non ob veritatem, sed ad abolitionem eorum quæ Niceæ acta sunt nouas ipsos Synodos comminisci. Quæ autem in Synodis ab ipsis ipsorumq; similibus acta sunt, rem ita esse adhuc magis probant. Reliquum igitur est, vt singula quemadmodum acta sunt, exponam. Omnibus igitur expectantibus vt in vnum conuenirent, quos imperatoris diplomata euocabant, & vnum concilium haberetur, postquam diuisio facta esset, aliique Seleuciam cognomento Tracheiam abiissent: alij Ariminum se contulissent vbi Episcopi fuere L. & eo plures, venit etiam ad eundem locum Germinius, Auxentius, Valens, Vrsacius, Demophilus & Gaius: ibi quum cæteri Episcopi ex sacris literis verba sua formarent, illi chartulam exhibuerunt, recitatisq; consulibus sub quibus scripta erat, postulabant, vt ea omnibus Synodis anteponeretur, omissa omni de hæreticis quæstione, nullaque habita percunctatione, quo animo aut qua sententia essent, sed scriptis chartulæ solummodo contentos esse debere: scripta autem eorum huiusmodi fuere,

---

EDITA EST CATHOLICA FIDES IN PRÆSENTIA DOMINI NOSTRI RE-

ligiosissimi praclarique Victoris regis Constantij Augusti aterni, consulibus clarissimis viris Eusebio & Flauio Arimini, vndecimo Calendas Iunias.

CRedimus in vnum & solum verum Deum patrem omnipotentem: conditorem opificémque omnium: & in vnigenitum Filium Dei, ante omnia secula & initia, & ante omne tempus, quod in intellectũ cadere potest, existentem, & ante omnem comprehensibilem substantiam, natum impatibiliter ex Deo, solum ex solo Patre, Deum de Deo, similem patri suo, qui ipsum genuit, cuius secundum scripturas, generationẽ nemo nouit, nisi solus qui eum genuit Pater: hũc scimus Dei vnigenitum Filium, nutu paterno aduenisse è cœlis ad demolienda peccata: genitum ex Maria Virgine, versatumque cum discipulis fuisse, & vbi omne officium dispensationis adimpleuisset, secundum Patris voluntatem crucifixum & mortuum esse, & ad inferos descendisse, atque ibi, quod sui officij erat, peregisse, quem ianitores inferorum conspicati, exhorruerunt, eumque tertio die ab inferis resurrexisse, & versatum cum discipulis fuisse, eumque, vbi negocia sua absoluerat, impletis quinquaginta diebus, in cœlos assumptum esse, & sedere ad dexteram Patris, & vltimis

νῆς αἱρέσεως ὡς Φαύλης ἐμνημόνδυσαν· ἀλλ' ἃ καὶ ποτὲ παρόντες πυνθανόμενοι τὰς αἱρέσεις διεβάλλον, αὐτὴ τῷ ἀρειανῷ ἐξεδίκησαν, ἵνα ἡ ἐν νικαίᾳ σύνοδος αἰσθήματος· καὶ μᾶλλον, ἅπαντες τὰ ἀρείου λέγοντες, γνησίως ἐδέχοντο. μέχρι μὲν δὴ καὶ τοῦτο τὸ μνημόνευον, ὅτι μὴ δι' ἀλήθειαν, ἀλλ' ἐπ' αἰσχύνῃ τῶν ἐν νικαίᾳ πραχθέντων, ἡ σύνοδος τότε νῦν συνόδων ἦν. ἃ δὲ καὶ ἐν αὐταῖς ταῖς συνόδοις παρ' αὐτῶν καὶ τῶν ὁμοίων πεπράχθαι, δείκνυσιν ἅδεν ἦθος εἶναι τοῦτο ἀληθῆ. λοιπὸν γὰρ αἰαγκαῖον ὡς ἕκαστα γέγονε, δηλῶσαι. πάντων προσδοκώντων εἰς ἓν συνέρχεσθαι, ἅς σκάλει τὰ τῶδε βασιλέως γράμματα, καὶ μίαν γίνεσθαι τὴν σύνοδον, ἐπειδὴ διηρέθησαν, καὶ οἱ μὲν εἰς σελεύκειαν τὴν λεγομένην τραχεῖαν κατῆλθον, οἱ δὲ ἐν τῇ ἀρμίνῳ συνῆλθον· ἦσαν δὲ οἱ ἐν αὐτῇ ἐπίσκοποι ὑ κ πλέον· εἰς ταυτὸν αὐτὴλθον καὶ γερμίνι Θ· κ αὐξέντι Θ·, καὶ ὐάλης, κ ἑρσάκι Θ·, δημόφιλος τε κ γάι Θ·. ἀλλὰ τῶν ἐπισκόπων πάντων ἀναλεγομένων ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν, οὗπερ χάρτης ἐπεδείκνυον κ τὴν ὑπατείαν ἀναγινώσκοντες, ἠξίουν παῦσαι πρόσκλησιν πάσης συνόδου, κ τούτων μηδὲν πλέον ζητεῖν τῶδε τῶν αἱρετικῶν, μηδὲ ἐρευνᾶσθαι τὴν ἐκείνων ἀφάνειαν, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι τούτοις μόνοις, κ ἔστι τὰ γραφέντα παρ' αὐτῶν ταῦτα.

ΕΞΕΤΕΘΗ Η ΠΙΣΤΙΣ Η ΚΑ-

θολικὴ ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ δεσπότου ἡμῶν τοῦ θεοσεβεστάτου κ καλλινίκου βασιλέως κωνσταντίου αἰωνίου σεβαστοῦ, ὑπατείᾳ φλαουίων, εὐσεβίου κ ὑπατίου τῶν λαμπροτάτων, ἐν σιρμίῳ τῇ πρὸ ια καλανδῶν ἰουνίων.

ΠΙστεύομεν εἰς ἕνα τὸν μόνον καὶ ἀληθινὸν θεὸν πατέρα παντοκράτορα κ κτίστην κ δημιουργὸν τῶν πάντων. κ εἰς ἕνα μονογενῆ υἱὸν τοῦ θεοῦ, τὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, καὶ πρὸ πάσης ἀρχῆς, καὶ πρὸ παντὸς ὑπονοουμένου χρόνου, καὶ πρὸ πάσης καταληπτῆς οὐσίας γεγεννημένον ἀπαθῶς ἐκ τοῦ θεοῦ· δι' οὗ οἱ αἰῶνες κατηρτίσθησαν, καὶ τὰ πάντα ἐγένοντο· γεγεννημένον ᾧ μονογενῆ, μόνον ἐκ μόνου ὡσαύτως τοῦ πατρὸς, θεὸν ἐκ θεοῦ, ὅμοιον τῷ γεννήσαντι αὐτὸν πατρὶ κατὰ τὰς γραφάς· ὃ τὴν γένεσιν οὐδεὶς ὑπίσταται, εἰ μὴ μόνος ὁ γεννήσας αὐτὸν πατήρ. τοῦτον ἴσμεν τοῦ θεοῦ μονογενῆ υἱὸν, νεύματι πατρικῷ τῶδε γενόμενον ἐκ τῶν οὐρανῶν εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας, καὶ γεννηθέντα ἐκ μαρίας τοῦ παρθένου, καὶ διαναστραφέντα μετὰ τῶν μαθητῶν, καὶ πᾶσαν τὴν οἰκονομίαν πληρώσαντα κατὰ τὴν πατρικὴν βούλησιν, σταυρωθέντα κ ἀποθανόντα, κ εἰς τὰ καταχθόνια καταβάντα, κ τὰ ἐκεῖσε οἰκονομήσαντα, ὃν πυλωροὶ ἅδου ἰδόντες ἔφριξαν, κ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, κ ἀναστραφέντα μετὰ τῶν μαθητῶν, κ πᾶσαν τὴν οἰκονομίαν πληρώσαντα, καὶ πεντήκοντα ἡμερῶν πληρουμένων ἀναληφθέντα εἰς οὐρανοὺς καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς

χιλιά-

καὶ ἐλθόμενον ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως τῇ δόξῃ τῇ πατρικῇ, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὃ αὐτὸς ὁ μονογενὴς ἐπηγγείλατο πέμψαι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων τὸν παράκλητον κατὰ τὸ γεγραμμένον· ἀπέρχομαι πρὸς τὸν πατέρα μου καὶ παράκλητον ἐξαποστελῶ τὸν πατέρα, καὶ ἄλλον παράκλητον πέμψει ὑμῖν τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ἐκεῖνος ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ διδάξει καὶ ὑπομνήσει ὑμᾶς πάντα. τὸ δὲ ὄνομα τῆς οὐσίας διὰ τὸ ἀπλούστερον παρὰ τῶν πατέρων τεθεῖσθαι· ἀγνοούμενον δὲ ὑπὸ τῶν λαῶν σκάνδαλον φέρειν, διὰ τὸ μήτε πάσας γραφὰς τοῦτο περιέχειν, ἤρεσε τοῦτο περιαιρεθῆναι, καὶ παντελῶς μὴ δεῖν μνήμην οὐσίας ὅλως ἐπὶ θεοῦ εἶναι τοῦ λοιποῦ· διὰ τὸ τὰς θείας γραφὰς μηδαμῶς περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ οὐσίας μεμνῆσθαι. ὅμοιον δὲ λέγομεν τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ κατὰ πάντα· ὡς καὶ αἱ ἅγιαι γραφαὶ λέγουσί τε καὶ διδάσκουσι.

Τούτων ἀναγνωσθέντων, οὐ μακρὰν ἐγνώσθη τῶν γραψάντων ἡ πανουργία. τῶν γὰρ ἐπισκόπων προτεινάντων ἀναθεματισθῆναι τὴν ἀρειανὴν αἵρεσιν, μετὰ καὶ τῶν ἄλλων αἱρέσεων, πάντων δὲ ὑπὲρ τούτου συνηδομένων, οὐρσάκιος καὶ οὐάλης καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς ἀνένευσαν· καὶ λοιπὸν κατεγνώσθησαν, ὡς οὐ γνησίως, ἀλλ' ἐπ' ἀνερέσει τῶν ἐν νικαίᾳ πραχθέντων, γράψαντες ταῦτα, ἵνα τὴν δισώνυμον αἵρεσιν ἀντεισάξωσι. θαυμάσαντες γοῦν ἐπὶ τοῖς δολίοις αὐτῶν ῥήμασι, καὶ πανούργῳ προαιρέσει ἔλεγον, ἡμεῖς οὐ δέομεν πίστεως σωήλθομεν, ἔχομεν γὰρ ἐν ἑαυτοῖς ὑγιαίνουσαν τὴν πίστιν· ἀλλ' ἵνα τοὺς ἀντιλέγοντας τῇ ἀληθείᾳ καὶ καινοτομεῖν ἐπιχειροῦντας ἐντρέψωμεν. εἰ μὲν οὖν ὑμεῖς ὡς νῦν ἔχόμενοι πιστεύειν ἐγράψατε ταῦτα, οὕτω ἐστὲ κληρικοί, ἀρχὴν ἔχοντες τοῦ κατηχεῖσθαι. εἰ δὲ τῇ γνώμῃ ἦ σωήλθομεν ἡμεῖς, πῶς ἂν ὑμεῖς ἔχοντες ἀπλωτήσατε, ἔσω πάντων ὁμοφροσύνη. καὶ τὰς μὲν αἱρέσεις, ἀναθέματα ἀναθεματίσωμεν, τὰ δὲ τῶν πατέρων φυλάξωμεν· ὥσπερ τοῦ μηκέτι διατρέχειν προφάσεις σωόδων, ἅπαξ προλαβόντων τῶν ἐν νικαίᾳ σωελθόντων καὶ πάντα πραξάντων ὥσπερ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. ἀλλὰ καὶ οὕτω τῶν ἐπισκόπων πάντων σωηθέντων ἀνένευσαν οἱ προειρημένοι· καὶ λοιπὸν καταγνόντες αὐτῶν ὡς ἀμαθῶν δολίων τε καὶ μᾶλλον αἱρετικῶν, τῇ μὲν ἐν νικαίᾳ γενομένῃ συνόδῳ συνεψηφίσαντο πάντες, καὶ τούτῃ πάντες ἐκέλευσαν ἀρκεῖσθαι. τοὺς δὲ προειρημένους ἐρασίκιον καὶ οὐάλεντα, γερμίνιον, αὐξένιον, γάϊον, δημόφιλον, αἱρετικοὺς ἀπέφηναν. καὶ καθελόντες αὐτοὺς, ὡς μὴ ὄντας ἀληθῶς χριστιανοὺς, ἀλλ' ἀρειανοὺς, ἔγραψαν κατ' αὐτῶν ῥωμαϊστὶ μὲν, ἑρμηνεύθεντα δὲ ἑλληνιστὶ κατὰ δύναμιν ταῦτα.

& vltimis diebus resurrectionis venturum in gloria paterna, vt tribuat vnicuique secundum opera sua: & in sanctum Spiritum, quem vnigenitus promisit se missurum humano generi paracletum, quemadmodum scriptum est, *Vado ad Patrem meum, eumque rogabo & alium paracletum mittet vobis Spiritum veritatis: ille de meo accipiet, & docebit vos omniumque admonebit*. Vocabulum porrò substantiæ: quia simplicius à patribus positum est, & à populis ignoratur, & scandalum adfert, eò quòd in scripturis non contineatur, placuit vt de medio tolleretur, & nullam posthac de Deo substantiæ mentionem esse faciendam, eò quòd sacræ scripturæ nusquam meminere substantiæ Patris & filij. Filium autem patri per omnia similem dicimus, quemadmodum sacræ literæ & dicimus, quemadmodum sacræ literæ & dicunt & docent. Hæc hæretici.

Quibus recitatis, non longe postea cognita est istorum qui hæc scripserant, vafricies. Episcopis enim proponentibus, vt cæteræ cum Ariana damnarentur hæreses, reliquisq; omnibus in id consentientibus, Vrsacius & Valens cum sochis suis abnuerunt, ac deinde cognitum est eos non sinceriter sed ad abolitionem eorum quæ Niceæ acta essent, ita scripsisse, vt infaustam hæresim introducerent. Mirantes igitur dolosa eorum hominum verba, & vafrum institutum dixerunt ad eos: Nos, non quia fide indigeremus, huc cõuenimus: (habemus enim sanam fidem,) sed vt eos qui veritati contradicunt, & noua molirentur, confunderemus. Si igitur vos, quasi nunc incipiẽtes credere, ista scripsistis, nondum clerici haberi potestis, vt qui nunc rudimenta Fidei condiscere incipiatis. Quòd si eo animo quo nos, huc venistis, sit omnium concordia, & hæreses anathemate execremur, & quæ patrum sunt, teneamus, ne posthac capratæ conciliorum occasiones obuersentur, quum semel illi qui Niceæ conuenerunt omnia præoccuparint, & nihil non egerint pro Catholica fide. Omnibus ergo Episcopis ita suffragiis inter se consentientibus, illis è diuerso abnuentibus, ac proinde vt insciti, dolosis ac potius hæreticis condemnatis, totum concilium suis calculis Nicænam Synodum approbauit, & eam ad omnia sufficere iudicauit: Vrsacium vero, Valentem, Germinium, Auxentium, Gaium, Demophilum hæreticos pronunciauit, & contra eos submotos ab Ecclesia, vt non vere Christianos, literas scripserunt Romana quidem lingua, sed in Græcam linguam, quoad fieri potuit, ad istum modum interpretatas.

EXEM-

EXEMPLAR EPISTOLAE SYNODALIS AD AVGVSTVM CONSTANTIVM.

DEi iussu, tuoque pio edicto olim dogmatibus tradita ita esse, vt tradita sunt credimus. Nam Ariminum ex omnibus ad Occidentem ciuitatibus in vnum conuenimus, vt Fides Catholicæ Ecclesiæ cognosceretur, & qui alterius opinionis essent, manifesti fierent, ibique post longam deliberationem optima vita est ea fides, quæ hactenus vsque à priscis temporibus perdurauit, quam & Prophetæ, & Euangelia, & Apostoli per Dominum nostrum Iesum Christum prædicarunt, qui est tui imperij custos, & tuæ valetudinis defensor. Statutum igitur vt eam retinentes coleremus, & colentes vsque ad finem conseruaremus. Indecens enim & ne farium aliquid ex rectè & iustè decretis, & ex rebus Nicææ publicè cum illustrissimo principe Constantino patre tuo per accuratam deliberationem constitutis, immutare velle, in quibus tanta doctrina est & prudentia, vt ea vbique deprædicata ad omnium aures animosque peruenerit, quæ sola hostis & interfectrix Arianæ hæreseos, & per quam non illa sola, sed & reliquæ hæreses sublatæ sunt, in qua certe & addere aliquid temerarium est, & auferre periculosum. Quorum si alterutrum fiat, erit hostibus quidlibet agendi libera facultas. Atque ea de causa Vrsacius & Valens iam pridem socij & adstipulatores Ariani dogmatis, à nostra communione, sententia data, segregati fuere, quam vt denuo recuperarent, de peccatis suis in quibus se conscios agnoscebant, pœnitentiam veniamque postularunt, vt eorum syngraphæ testantur, & ob id illis venia gratiaque delictorum facta est: hæc autem per id temporis facta sunt quum Mediolani Synodus in consessum ibat: præsentibus ibidem Romanæ Ecclesiæ presbyteris, fuitque proinde nobis persuasissimum, iniquum esse, quum Imperator Constans ab obitu suo dignus omni memoria, hanc fidem omni cura & diligentia conscriptam promulgarit, tum demum ex quo ille baptizatus ex hominibus in requiem sibi debitam translatus est, aliquid nouiin ea fide moliri velle, & tot sanctos confessores, martyres huius placiti scriptores authoresque contemnere, qui pro veteri lege rituque Ecclesiæ in ea sententia permansere: quorum fidem Deus per Dominum Iesum Christum in tempora tui imperij contulit, per quem ita late regnas, vt etiam nostro orbi imperes. Verum denuo miseri isti deplorati animi, nefario ausu impiæ sententiæ sese præcones ostendunt & omnia veritatis decreta conuellere nituntur.

Ec

ΑΝΤΙΓΡΑΦΟΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΣΥΝΟΔΙΚΗΣ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΥΓΟΥΣΤΟΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΝ.

Ἐκ τῆς παρ' ἡμῶν κελεύσεως, καὶ τῆς τῶν ἁγίων ἀποστόλων παραδόσεως, τὰ πάλαι δογματισθέντα γεγενῆσθαι πιστεύομεν. εἰς γὰρ Ἀρίμινον ἐκ πασῶν τῶν πρὸς δύσιν πόλεων, εἰς τὸ αὐτὸ πάντες εἰς ἀπαντὴν συνήλθομεν, ἵνα καὶ ἡ πίστις τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας γνωρισθῇ, καὶ οἱ τἀναντία φρονοῦντες ἐκδηλοι γένωνται. ὡς γὰρ ἐπὶ πολὺν διασκοπήσαντες εὕρήκαμεν, ἀρίστην ἐφάνη τὴν πίστιν τὴν ἐκ παλαιοῦ διαμένουσαν, ἣν καὶ οἱ προφῆται καὶ τὰ εὐαγγέλια, καὶ οἱ ἀπόστολοι διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐκήρυξαν· τοῦ καὶ τῆς σῆς βασιλείας φρουροῦ καὶ τῆς σῆς ῥώσεως προστάτου· ἵνα πάντως καθεχόντες φυλάξωμεν, καὶ φυλάσσοντες μέχρι τέλους διατηρήσωμεν. ἄτοπον γὰρ καὶ ἀθέμιτον ἐφάνη, τῶν ὀρθῶς καὶ δικαίως ὡρισμένων μεταλλάσσειν, καὶ τῶν ἐν νικαίᾳ κειμένων μετὰ τοῦ ἐνδεξιοτάτου κωνσταντίνου τοῦ πατρός σου βασιλέως ἐσκεμμένων, ὧν ἡ διδασκαλία καὶ τὸ φρόνημα διήλθετε καὶ ἐκηρύχθη εἰς πάσας αἰθρώπων ἀκοάς τε καὶ διανοίας, ἥτις αὐτὴ παλαιὰ μένη καὶ ὁλετὴρ τῆς ἀρείου αἱρέσεως ὑπάρξει· διὸ οὐ μόνον αὕτη, ἀλλὰ καὶ αἱ λοιπαὶ αἱρέσεις καθῃρέθησαν· ἐν ᾗ ὄντως καὶ τὸ πεποιθέναι τι σφαλερὸν, καὶ τὸ ἀφελέσθαι τι ἐπικίνδυνον ὑπάρχει. ὡς εἴπερ τι ἑτέρων γένοιτο, ἔσαι τοῖς ἐχθροῖς ἄδεια τοῦ ποιεῖν ἅπερ βούλονται. ὅθεν οὐρσακίους τε καὶ οὐάλεντα, ἐπειδὴ ἐκπαλαι μέτοχοί τε καὶ σύμφωνοι τῆς ἀρειανοῦ δόγματος ἦσαν καθεσηκότες, καὶ τῆς ἡμετέρας κοινωνίας χωρισθέντες ἀπεφάνθησαν· ἧς ἵνα μετάσχωσιν ἐφ' οἷς ἑαυτοὺς συνεγνώκεισαν πολυμελήσαντες μετανοίας τε καὶ συγγνώμης ἠξίουν τυχεῖν. ὡς καὶ τὰ ἔγγραφα τὰ ὑπ' ἐκείνων γεγενημένα μαρτυρεῖ. δι' ὧν ἁπάντων φειδὼ γέγηται, καὶ τῶν ἐγκλημάτων συγγνώμη. ἐν δὲ ὁ καιρὸς καθ' ὃν ταῦτα ἐπράττετο, ὅτε ἐν μεδιολάνῳ τὸ συνέδριον τῆς συνόδου συνεκροτεῖτο. συμπαρόντων δὲ καὶ τῶν πρεσβυτέρων τῆς τῶν ῥωμαίων ἐκκλησίας, ἐγνωκότες δὲ ἅμα καὶ τὸν μετὰ τελευτὴν ἄξιον μνήμης κωνσταντῖνον μετὰ πάσης ἀκριβείας καὶ ἐξετάσεως, τῷ συγγράφεσθαι πᾶσαν ἐκτεθείκαμεν. ἐπειδὴ δὲ ὡς ἐξ αἰθρώπων ἐγένετο βαπτισθεὶς, καὶ πρὸς τὸν ὀφειλομένῳ εἰρήνῃ ἀνεχώρησεν, ἄτοπον εἶναι μετ' ἐκεῖνον καινοτομεῖν, καὶ τούτους ἁγίους ὁμολογητὰς, μάρτυρας, τούς τε τὰδε τὰ δόγματα συγγραφεῖς τε καὶ αὐτοὺς ὑπερβαίνειν· οἵτινες καὶ τὰ παλαιὰ τῆς ἐκκλησίας θεσμὰ ἅπαντα φρονεῖν διαμεμενήκασιν· ὧν ὁ θεὸς τὰ πίστιν, καὶ εἰς τοὺς συγ-

χρόνους τῆς βασιλείας μετὰ δακρύων διὰ τοῦ δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ σοι καὶ τὸ βασιλεύειν ἄνωθεν ὑπῆρξεν ὡς καὶ τὰ καθ' ἡμᾶς οἰκεμένης κρατεῖν. πάλιν γὰρ οἱ ἐλεεινοὶ καὶ οἰκτροὶ τῷ φρονήματι ἀθεμίτῳ [illegible] δυστεβεῖς φρονήσεως κήρυκας ἑαυτοὺς ἀνήγειλαν, καὶ ἐπιχειροῦσιν ἀνατρέπειν πᾶν ἀληθείας δόγμα.

ὃ γὰρ

ὡς γὰρ κατὰ τὸ σὸν πρόσταγμα συνέδριον τῆς συνόδου συνεκρότητο, κἀκεῖνοι τὰ ἰδίας ἀπάτης ἐγύμναν τῷ σκέψιν. ἐπειρῶντο γὰρ πανουργίᾳ τινὶ καὶ παραχῇ προσφέρουλές τι καινοτομεῖν, τῆς τοιαύτης ἑταιρείας συναλισκομένους Οὐρούλιος, Γερμήνιον, Αὐξέντιον καὶ Γάϊον, τοὺς τῷ ἔλεγχον καὶ διχοστασίαν ἐμποιοῦντας· ὧν ἡ διδασκαλία μία μὲν ἔσα, πᾶν πλῆθος βλασφημιῶν ὑπερβέβηκεν. ὡς δὲ συνεῖδον ἀπὸ τῆς τοιαύτης προαιρέσεως ὄντας, οὔτε ὁμογνωμονοῦντας ἐφ' οἷς κακῶς ἐφρόνουν, εἰς τὸ συμβούλιον ἡμῶν μετήγαγον ἑαυτούς, ὡς δοκεῖν ἑπερόν τι γεγράφειν· ἦν δὲ ὁ καιρὸς βραχύς, ὁ κατὰς γνώμας αὐτῶν ἐξελέγχων. ἵνα ἓν μὴ τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ τὰ τῆς ἐκκλησίας πρᾶγμα, καὶ ταραχὴ κατόρυβος καλινδούμενος ἅπαντα συγχέῃ, βέβαιον ἐφάνη τὰ πάλαι διωρισμένα ἔννομα καὶ ἀμεταβάτητα διαφυλάττειν, τοὺς δὲ προειρημένους, τῆς ἡμετέρας κοινωνίας ἀποκεχωρίσθαι. διὸ καὶ παῖν τοὺς αἰτησαμένους πρέσβεις πρὸς τὸν σὸν ὑπεικείαν ἀπεστάλκαμεν, τῷ γνώμῳ τῆ συνεδρίᾳ, διὰ τῆς ὑπηρεσίας μηνύσαντες. τοῖς δὲ πρέσβεσι πρόγραπάντων τοῦτο παρεκελευσάμεθα, τὸ τῷ ἀληθείαν πιστώσασθαι ἐκ τῶν παλαιῶν ἀρχαίων καὶ δικαίων ὁρμωμένους· οἱ καὶ τῷ σῷ αἰτησαμένους ὁσιότητα, ὅπως ἂν ὥσπερ ἔφησαν εἰρηνικός τε καὶ ἀβάλης ἔσαι εἰρήνη, εἴπερ τι τῶν δικαίων αἰτήσαιτο· πῶς γὰρ εἰρηνεύσειν οἷόν τε ἄγειν, τοὺς τῷ εἰρήνῳ καταλύοντας; μᾶλλον γὰρ ἔρις καὶ ταραχὴ ἐκ τούτων σύνταξις λοιπαῖς πόλεσι, καὶ τῇ τῶν ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ γενήσεται. διὸ δὴ ἱκετεύομεν τῷ σῷ ἐπιεικείαν, ἵνα προσήνεσιν ἀκούσῃς, καὶ γαληναίῳ βλέμματι τὰς ἡμετέρας πρέσβεις ἀθρήσειας, μήτε πρὸς ὕβριν τῶν πεπλανημένων, καινόν τι μεταλλάττειν ὑπὲρ τρέψειας· ἀλλ' ἐάσῃς ἐμμένειν ἡμᾶς τοῖς ὑπὸ τῶν προγόνων ὁρισθεῖσί τε καὶ νενομοθετημένοις· ἃς ἅπαντα μετὰ ἀγχινοίας τε καὶ φρονήσεως καὶ πνεύματος ἁγίου πεποιηκέναι φήσαιμεν ἄν. τὰ γὰρ νῦν παρ' ἐκείνων καινοτομούμενα, τοῖς μὲν πιστεύουσιν ἀπιστίαν ἐμποιεῖ τῆς ἢ ἀπιστίαν ὠμότητα. ἱκετεύομεν ἢ ἔτι ἵνα κελεύσῃς τοὺς ὑπισκόπους τοὺς ἐν ταῖς ἀλλοδαπαῖς διατρίβοντας, ἃς καὶ τὸ τῆς ἡλικίας ὑπόπονον, καὶ τὸ τῆς πενίας ἐνδεὲς τρύχει, τῷ εἰς τὰ οἰκεῖα ἀνακομιδῇ ῥᾳδίαν ποιήσασθαι· ἵνα μὴ ἔρημοι τῶν ὑπισκόπων ἀφωρισμένων αἱ ἐκκλησίαι διαμένωσιν. ἔτι δὲ πρὸς ἅπασι καὶ τόδε δεόμεθα, ἵνα μηδὲν μήτε ἐλλείπῃ τῶν προυπαρχόντων, μήτε πλεονάζοι· ἀλλὰ πάντα ἄρρηκτα διαμείνῃ, ἐκ τῆς τε σῆς πατρὸς εὐσεβείας καὶ εἰς τὸν νῦν χρόνον διαφυλαττόμενα· μήτε λοιπὸν ἡμᾶς μοχθεῖν, καὶ τῶν οἰκείων παροικήσεων ἀλλοτρίας ὑπὲρ τρέψεις γίνεσθαι· ἀλλ' ἵνα ὑπισκοποι σὺν τοῖς ἰδίοις λαοῖς μετ' εἰρήνης εἰς εὐχάς τε καὶ λατρείας σχολὴν ἄγοιεν, ἱκετεύοντες ὑπὲρ τῆς σῆς βασιλείας καὶ σωτηρίας καὶ εἰρήνης, ἵν' ἡ θειότης σοι εἰς τὸ διηνεκὲς χαρίσηται. οἱ δὲ ἡμέτεροι πρέσβεις, τάς τε ὑπογραφὰς καὶ τὰς τῶν ὑπισκόπων προσηγορίας κομίζουσιν, οἵτινες καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν θείων γραφῶν, τῷ σὴν ἀναδιδάξουσιν ὁσιότητα.

Eo enim tempore quo pro tuo edicto Synodus cogebatur, ipsi fraudis suæ concilia denudarunt. Conati enim sunt per vafriciem & tumultum cum sociis istius factionis Germinio, Auxentio, Gaio, contentiones discordiasq; seminantibus nouas res facere. Quarum doctrina vna eademque omne genus blasphemiarum superat: vbi autem viderent, non esse ibi homines eiusdem studij, neque qui illorum prauis sententiis adstipularentur in nostrũ consilium se transtulerunt, vt viderentur aliud quippiam scribere, sed ipsi non ita diu postea animum suum ostenderunt. Ne igitur res Ecclesiasticæ in easdem molestias cadant, néve turbatio & tumultus denuo omnia inuoluat & confundat, constanter visum est, olim decreta pro legitimis inconcussim seruanda esse, & istos à nostra communione submouendos esse, atque ideo legatos nostros ad tuam æquitatem misimus, qui tibi sententiam Synodi ex epistola ostenderent, idque legatis nostris ante omnia mandatum est, vt veritatem priscis & iustis rerum allegationibus probarent, & tuæ sanctitati ostenderent, quòd non quemadmodum Vrsacius & Valens inquiunt, pax futura sit, si aliqua ex rebus iustis subuertantur: (nam quomodo pacifice agere poterint, qui pacem tollunt?) sed potius inde contentionem turbationemque tum reliquis ciuitatibus, tum Romanæ vrbi obortura esse. Quapropter supplicamus tuæ humanitati, vt benignis auribus & sereno vultu nostros legatos intuearis neque ad contumeliam mortuorum aliquid noui induci permittas, sed nos sinas in institutis decretisque maiorum permanere, quos magno ingenio, prudentia, & Spiritu sancto omnia fecisse asseuerauimus. Certe res nouæ, quas isti moliuntur, credentibus incredulitatem, incredulis crudelitatem inducunt. Iterum te nostris supplicationibus conuenimus, vt iubeas Episcopos peregrè commorantes, quos & grauitas ætatis & paupertas affligit, quàm facilime in patriam deduci, ne Ecclesiæ absentibus Episcopis desertæ relinquantur: id quoque nostris precibus addimus, quo nihil desit rerum priscarum, nihilque exuberet, sed omnia firma maneant, vsque à temporibus beati patris tui in hodiernum diem obseruata, ne nos posthac vexari, & à nostris diœcesibus segregari permittas, sed vt Episcopi cum suis populis in pace ad preces cultusque diuinos ocium habeant orantes pro tuo imperio, salute, & pace, quam tibi in perpetuum diuinitas largiatur: Nostri porro Legati subscriptiones salutationesque Episcoporum adferunt qui tuam sanctitatem de hac causa ex ipsis sacris literis edocebunt.

SEN-

SENTENTIA SYNODI.

QVandiu par & possibile erat fratres charissimi, Catholicæ Synodus & sanctæ Ecclesiæ sua patientia & tolerantia pertulit non ingenerose Valacium, Valentem, Gaium, Germinium, & Auxentium, qui alias alia sentientes omnes Ecclesias perturbarunt, & nunc in præsentia auti sunt hæreticas sententias orthodoxæ fidei affuere, & Nicænam Synodum hostem Arianæ hæresis demoliri, suamq; sed peregrinam & alienissimam a sanctissima Ecclesia fidem conscripsisse promulgare, quam nos recipere nefarium putauimus. Qui quum iam pridem hæretici essent, etiam nunc deprehensi sunt contraria sentire, quos ad communionem nostram accedere prohibuimus, eosque in præsentia nostris verbis condemnantes, à cœtu fidelium reiecimus: Vos item quod videbitur de iis statuite, vt vnuscuiusque cognitio ex sua subscriptione robur habeat. Vnanimiter nos Episcopi dicimus, prædicti isti inimici detrahantur ab Ecclesia, vt Catholica Ecclesia in pace permaneat. Et hæc quidem Arimini acta celebrauit istiusmodi finem acceperunt. Nemo enim vbi dissensit, sed omnes concorditer sua iudicia conscripserunt, & Arianos reiecerunt.

Concilij Seleuciæ habiti ordo, Episcopi, cæteraque gesta.

QVæ autem Seleuciæ cui Tracheia nomen est, acta fuere, istiusmodi sunt. Mensis erat à Romanis September, ab Ægyptiis Thoth, à Macedonibus Gorpiæus nominatus, eius autē mensis decimasexta secundum Ægyptios dies, in quam qui euocati fuerant, conuenere. Erant autem ibi propemodum centum sexaginta, ibi quum multi accusarentur, multi quoque accusarent, & contra alios vociferarentur, Acacius, Patrophilus, Iunius è Tyro, & Eudoxius, qui in Antiochenam Ecclesiam insiluit, Leontius & Theodotus: Euagrius quoque & Theodulus, & Georgius ex orbe terrarum abactus, rem callidam instituunt: formidantes enim probationes suorum accusatorum alios homines hæreticæ factionis, sibi veluti mercenarios ad impietatem addictos, & à Secundo per Synodum maximam exauctorato, ad ordines Ecclesiasticos promotos in societatem adiunxere, inter quos fuere Libyci homines Stephanus, Siras, & Pollux de diuersis criminibus, accusati, istis addidere Pancratium, Ptolomæum & Meletianum quendam, sub ea specie quasi videlicet de fide inquirere vellent, verum non ita fallere potuerunt, quin intellectum sit eos metuere accusatores, & hæresim defendere: postea secessione facta discissi sunt, aliique Acacio, sed pauci & suspecti adhæsere: alij vero qui illum reliquerant, magno numero fuere. Acacius

ΑΠΟΦΑΣΙΣ ΤΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ.

Ἐπεὶ ἔως πρόσθεν μὲν καὶ δυνατὸν ἀδελφοὶ πρεπώτατοι, ἡ καθολικὴ σύνοδος καὶ ἡ ἁγία ἐκκλησία τῇ ἰδίᾳ ὑπομονῇ καὶ ἀνεξικακίᾳ ἤνεγκεν οὐκ ἀγενῶς οὐρράκιον καὶ οὐαλῆν καὶ γάϊον καὶ γερμήνιον, καὶ αὐξέντιον· οἵτινες ἄλλοτε ἄλλα φρονοῦντες πάσας τὰς ἐκκλησίας συνετάραξαν, οἵ καὶ νῦν ἐπιχειρῆσαι τετολμήκασι τὸν αἱρετικὸν λογισμὸν τῇ τῶν ὀρθοδόξων πίστει συνάψαι, καὶ διαλῦσαι τὴν ἐν νικαίᾳ σύνοδον· ἥτις αὐτίμαχον ὑπάρχει τῇ τῶν ἀρειανῶν αἱρέσει· ἔξωθεν ἰδίαν τινὰ καὶ ἀλλοτριωτάτην τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας συγγραφεῖσαν πίστιν προσφέροντες· ἵνα τινὰ ἡμᾶς δέξασθαι, ἀδημιτουργήσαμεν· ἐκπαλαι γὰρ σὺν τοῖς αἱρετικοῖς ὄντες καὶ τἀναντία φρονοῦντες καὶ νῦν ἀποδείξαντες· οὓς πρὸς τὴν ἡμετέραν κοινωνίαν συνελθεῖν οὐκ ἐπιτρέπομεν, τῇ ἰδίᾳ φωνῇ παρόντας αὐτοὺς καταγινώσκοντες, καὶ καθαιροῦντες. νῦν τοίνυν, ὅπερ δοκεῖ, ἀποφήνασθε· ἵνα ἑνὸς ἑκάστου ἡ γνῶσις ἐν τῇ ὑπογραφῇ εἴη βεβαία. ὑπομιμνήσκομεν οἱ ἐπίσκοποι φάσκομεν, οἱ πεφυρημένοι ἐχθροὶ καθαιρεθῶσιν, ἵνα ἡ καθολικὴ πίστις ἐν εἰρήνῃ διαμείνῃ. καὶ τὰ μὲν ἐν τῇ ἀρειμάνῳ πραχθέντα, ταχεῖαν, καὶ τοιαύτην ἔσχε τὴν διάλυσιν· οὐδεὶς γὰρ ἐκεῖ διεφώνησεν, ἀλλὰ πάντες συμφώνως ὡς ἔγραψαν τὰ δόξαντα, καὶ τοὺς ἀρειανοὺς καθήρησαν.

ΤΑ δὲ ἐν σελευκείᾳ τῇ τραχείᾳ γενόμενα πῶς ἐστι. μὴν μὲν ἦν ὁ κατὰ ῥωμαίους καλούμενος σεπτέμβριος· κατὰ δὲ τοὺς αἰγυπτίους θωθ· ἢ κατὰ μακεδόνας γορπαῖος, καὶ ἡμέρα τοῦ μηνὸς κατ' αἰγυπτίους ἑκκαιδεκάτη, εἰς ἣν συνέδραμον πάντες οἱ κληθέντες συνελθεῖν· ἦσαν δὲ κἀκεῖ πολλοί. πολλῶν δὲ ὄντων τῶν ἐν αὐτοῖς κατηγορουμένων, καὶ τῶν κατηγορούντων βοώντων κατ' αὐτῶν, ἀκακίου καὶ πατροφίλου, καὶ εὐδοξίου ὁ ἀπὸ τύρου, καὶ εὐδοξίου ὁ ἐπισπασθεὶς τὴν ἀντιοχέων ἐκκλησίαν, λεόντιός τε καὶ θεόδοτος, καὶ εὐάγριος, καὶ θεόδουλος, καὶ γεώργιος ὁ διωχθεὶς ἀπὸ τῆς οἰκουμένης, πραγματευσί τι κακὸν ἐμηχανῶντο. φοβηθέντες γὰρ τοὺς κατ' αὐτῶν ἐξ αὐτῶν τῶν κατηγόρων ἐλέγχους, προσελάβοντο τοὺς ἄλλους τῆς αἱρέσεως μερίδος, τοὺς εἰς αὐτὸ τοῦτο αἱρεθέντας εἰς ἀσέβειαν γινομένους, καὶ καθαιρεθέντας ὑφ' ἑκάστου τῶν καθαιρεθέντων παρὰ τῆς μεγάλης συνόδου· ἀπὸ μὲν τῆς λιβύης στέφανον καὶ σιραν, καὶ πλυδούκιον, κατηγορουμένους ἐπὶ διαφόροις ἐγκλήμασι, καὶ λοιπὸν παγκράτιον καὶ πτολεμαῖον μελιτιανόν τινα, καὶ σχηματισάμενοι ὅθεν πρὸς πίστως ζητῶν, οὐκ ἐλάνθανον τοὺς κατηγόρους δεδιότες, καὶ τῷ αἴρεσιν ἐξεδίκουν, καὶ λοιπὸν ἐχίθησαν. καὶ οἱ μὲν μετὰ τῶν πρὸς ἀκάκιον ἦσαν ὕποπτοι, καὶ ὀλίγοι παντελῶς· οἱ δὲ ἄλλοι, τὸ πλῆθος ἦσαν. οἱ μὲν οὖν πρὸς ἀκάκιον ἀποχρησάμενοι

χρησάμενοι τῷ τῆς ἀπονοίας θράσει, πλέον ἠρέτο τὰ ἐν νικαίᾳ γραφέντα, καὶ τὴν σύνοδον διέβαλλον. οἱ δὲ ἄλλοι τὸ πλῆθος δὲ ἦσαν οὗτοι· τὰ μὲν ἄλλα πάντα τῆς συνόδου ἀπεδέχοντο· μόνῳ δὲ τινὶ τῷ ὁμοουσίῳ λέξει, ὡς ὂν τῆς ἀσαφείας ὕποπτον, ἐπεφάσιζον. ἐγχρονιζόντων τίνων ἐν τῷ τόπῳ, καὶ τῶν μὲν κατηγόρων ἐπικειμένων, τῶν δὲ κατηγορουμένων φυγόντων, καὶ διὰ τοῦτο πλέον ἐκ ἀσεβείας ἐξαγομένων καὶ βλασφημούντων εἰς τὸν κύριον, ἠναγκάκεσαν τὸ πλῆθος τῶν ἐπισκόπων, καὶ καθήρησαν μὲν Ἀκάκιον, Πατρόφιλον, Οὐράνιον, Εὔδοξιον, καὶ τὸν ἀπὸ Ἑσπερίων Γεώργιον, καὶ ἄλλους ἀπὸ τῆς Ἀσίας, Λεόντιον καὶ Θεόδοτον, Ἀάγριον καὶ Θεόδουλον. ἀκοινωνήτους δὲ ἐποιήσαντο Ἀστέριον, Εὐσέβιον, Αὐξάριον, καὶ Βασιλικὸν, καὶ Φοῖβον, καὶ Φιδήλιον, καὶ Εὐσταθίον, καὶ Εὐτύχιον, καὶ Μάγνον. τοὺς δὲ ποιήσαντας, ἐπειδὴ κληθέντες ἀπολογήσασθαι ἐφ' οἷς αὐτῶν πλείοσι κατηγόρουν οὐκ ἀπήντησαν, καὶ ὥρισαν ἕτω μένειν αὐτοὺς, ἕως ἂν ἀπολογησάμενοι, δείξωσιν ἑαυτοὺς καθαροὺς ἀπὸ τῶν ἐπιφερομένων αὐτοῖς ἐγκλημάτων, γράψαντές τε εἰς τὴν ἑκάστου παροικίαν τὸν κατ' αὐτῶν γενομένην κρίσιν, ἀπῆλθον πρὸς τὸν εὐσεβέστατον Αὔγουστον κωνστάντιον, ἀπαγγελοῦντες αὐτῷ τὰ πεπραγμένα· τοιαύτην γὰρ εἶχον πρόφασιν. καὶ τοῦτο τέλος γέγονε καὶ τῆς ἐν Σελευκείᾳ συνόδου. τίς τίνων οὐκ ἂν ἀποδέξαιτο μὲν τὴν εὐλάβειαν τῶν ἐν τῇ ἀρχαίᾳ συνόδῳ συνελθόντων ἐπισκόπων, οἳ τοσοῦτον κάματον ὁδοῦ, καὶ θαλάττης κινδύνους ὑπέμειναν, ἵνα τοὺς μὲν φρονοῦντας τὰ ἀρέσκα καθέλωσι, τοὺς δὲ τῶν πατέρων ὅρους ἀκεραίους φυλάξωσιν, ὁσίως καὶ κανονικῶς τοῦτο βουλευσάμενοι. ἦγεν γὰρ ἕκαστος αὐτῶν, εἰ λύσαιεν τὰ τῶν πρὸ αὐτῶν, προφασιν διδόναι τοῖς μετὰ ταῦτα, ὥστε λῦσαι τὰ παρ' αὐτῶν νεωτὶ γινόμενα. τίς δὲ οὐκ ἂν καταγνοίη τῆς αἱρέσεως τῶν περὶ Εὔδοξιον καὶ Ἀκάκιον; εἰ τινὲς τῶν ἑαυτῶν πατέρων πρὸ μικροῦ τῇ πρὸς τοὺς ἀρειομανίτας σπουδῇ καὶ χάριτι. ποία γὰρ πίστις τοῖς παρ' αὐτῶν γινομένοις, εἰ τὰ τῶν πρότερον καταλύεται; ἢ πῶς πατέρας ὀνομάζουσιν οὓς διεδέξαντο, ὧν αὐτοὶ τῆς γνώμης κατήγοροι γίνονται; μάλιστα δὲ ἀκάκιος, τί ἂν εἴποι πρὸς Εὐσέβιον τὸν ἑαυτοῦ διδάσκαλον; ὃς οὐ μόνον ὑπέγραψεν ἐν τῇ κατὰ νίκαιαν συνόδῳ, ἀλλὰ καὶ δι' ἐπιστολῆς ἐδήλωσε τοῖς ὑπ' αὐτὸν λαοῖς, πρὸ τοῦ εἶναι πίστιν ἀληθῆ, τὴν ὁμολογηθεῖσαν ἐν τῇ κατὰ νίκαιαν συνόδῳ. εἰ γὰρ καὶ ὡς ἠβούλησεν ἀπελογήσατο διὰ τῆς ἐπιστολῆς, ἀλλ' ἃ γε τὰς λέξεις οὐκ ἠρνήσατο, ἀλλὰ καὶ κατηγόρησε τῶν ἀρειανῶν, ὅτι λέγοντες οὐκ ἦν πρὶν γεννηθῇ ὁ υἱὸς, οὐδὲ πρὸ μαρίας αὐτὸν ἠθέλον εἶναι. τί ἄρα καὶ διδάξουσι τοὺς λαοὺς τοὺς παρ' ἐκείνων διδαχθέντας, ὅτι ἐσφάλησαν οἱ πατέρες; καὶ πῶς αὐτοὶ πιστεύσονται παρ' αὐτοῖς, οὓς διδάσκουσι παρακούειν τῶν διδασκάλων; ποίοις δὲ ὄμμασι βλέψονται καὶ τοῖς μνήμασι τῶν πατέρων, οὓς ὀνομάζουσι νεωτὶ αἱρετικούς;

cius autem cum ſuis immani vecordia audaciaque plane abnegarunt Nicæni concilij ſcripta, ipſam Synodum diffamantes: alii vero iiq; per multi, reliqua Synodi approbabant, ſolum modo de voce conſubſtantialitatis quaſi obſcura cauillantes. Ibi quum diutius commorarentur, accuſatoribus grauiter incumbentibus; reisq; ſe in fugam penetrantibus, & ob hoc in maiori impietate verſantibus, Dominumque blaſphemantibus, multitudo Epiſcoporum indignatione concitata, Acacium quidem Patrophilum, Vranium, Eudoxium, & Georgium ex Hypodectis, ab Eccleſia ſummouerunt, nonnullos item ex Aſia Leontium, Theodoſium, Euagrium, Theodulum: communione vero ſpoliauerunt Aſterium, Euſebium, Augarum, Baſilicum, Phœbum, Phidelium, Euſtathium, Eutychium, & Magnum, eò quòd citati ad cauſam dicendam de criminibus, quibus accuſati erãt, non comparuerint: cenſueruntque eos incommunicabiles habendos, donec ſe legitima defenſione puros oſtenderent: & literis miſſis ad cuiusque iſtorum parœciam ſententiam contra eos datam promulgauerunt, atque ita profecti ſunt ad piiſſimum Imperatorem Conſtantium, vt illi acta renunciarent: ita enim illis mandatum fuerat. Tali exitu Synodus Seleuciana clauſa eſt. Athanaſius.

Quis igitur non approbauerit piam prudentiam Epiſcoporum Arimini congregatorum, qui tantum itineris laborem, tantaque pericula maris ſuſtinuerunt, vt Arianicè ſapientes ab Eccleſia detraherent, & patrum traditiones integras conſeruarent, ſancta & canonica decreta facientes? Quisque enim eorum ſibi perſuadebat, ſi ſolueret aliquid ex decretis maiorum, occaſionem ſe daturum poſteris, vt quod ipſi egiſſent, reſcinderetur. Quis autem quæſo non vituperaret temeritatem Eudoxij & Acacij; qui honorem patrum ſuorum Ariomanitarũ ſtudio & gratiæ propinant & produnt? Quæ enim fides in eorum actis, ſi decreta maiorum ſuorum ſoluant? aut quomodo eos, quibus ſucceſſere, patres ſuos appellabunt, quorum ſententias ipſi culpant? & præſertim Acacius, quidnam Euſebio ſuo magiſtro reſponderit? qui non ſolum Synodo Nicenæ ſubſcripſit, ſed per epiſtolã ſuis populis ſignificauit, eã eſſe verã fidem in quã in Nicæna Synodo conſenſum fuit? Etſi enim, vt voluit, ſe per epiſtolam excuſaret, voces tamen Synodi non repudiauit. Quin & Arianos criminatus eſt, quòd dicentes, Non erat Filius priusquam naſceretur, eum ne ante Mariam quidem voluerint extitiſſe. Quid videlicet docebunt populos ab ipſis inſtituros? an patres ſuos lapſos eſſe? aut quomodo ipſi veri apud diſcipulos ſuos habebũtur, quibus perſuadent præceptoribus credendum non eſſe? Quibus porro oculis intuebuntur monumẽta patrum ſuorum, quos ipſi hæreticos nominãt?

aut

aut quo ore Valentinum, Phrygas, & Manichæos culpabunt, quum eadem cum ipsis loquantur? aut quo iure ipsi Episcopi esse poterunt, si ab hæreticis quos ipsi criminantur constituti sunt? Quod si illi male senserunt, & scriptis suis orbem terrarum seduxerunt, cesset omnino eorum memoria, & scripta illorum abiiciantur. Ite ergo vos ipsi, & eruite eorum reliquias ex monumentis, vt ab omnibus intelligatur, & illos fuisse seductores, & vos parricidas esse. *Certe beatus Apostolus laudat Corinthios, quod vbiq; sui memores essent, & quòd traditiones quas tradidisset illis retinerent.* Isti igitur quum talia de suis antecessoribus cogitent, prorsus contraria ad populos non verebuntur dicere: Non laudamus vos quòd memores estis patrum, sed eo nomine potius vos commendamus, quòd eorum traditiones non retinetis. Superest, vt ipsi generis sui ignobilitatem culpent, & dicant se non ex piis, sed ex hæreticis originem trahere. Istiusmodi enim verba ipsos loqui decet ad Arianos, quibus, vt antea admonui, patrum honorem & suam salutem propinant, nec metuunt illud quod in Prouerbiis scriptum est, *Mala soboles patrem execratur.* Vos autem nihil tale committite, neq; improbitatem illorum, veritatem putate: Nam & ipsi in se mutuo insurgunt, & à patribus suis deficientes, non tuentur eandem sententiam, sed variis & multiplicibus mutationibus iactantur: & aduersus Nicænam Synodum contendentes, multas Synodos instituerunt, in quarum singulis nouam semper fidem edentes in nulla earum perdurare possunt. Neque vnquam aliter facient: quoniam male quærendo non inueniunt sapientiam, quam odere. Subiunxi igitur necessario aliqua ex parte scripta Arij, cæteraque, quæ isti in diuersis conciliis promulgarunt, vt perspicere possitis non sine admiratione qua de causa aduersus orbis terrarum concilium & patres suos contentiosus Arius ipsiusque sectatores remittere sese nolint, ac proinde eos, quum dicerent ex non entibus Deum suum Filium condidisse, Filiumque eum appellasse: & Dei verbum in numero creaturarum esse: & fuisse quando non erat: & mutabile id esse, posseque vbi velit sese mutare, ab Ecclesia per beatum Alexandrũ reiectos fuisse, Ariumque ita ab Ecclesia summotum dum apud Eusebium commoraretur, suam hæresim scripto complexum esse, qui in Thaleia, neminem prudentium imitatus nisi solum Ægyptium Sosaten ad eius indolem & mollitiem numerorum multa conscripsit, quorum hæc aliqua portiuncula est.

τί δὲ πὺς ἀπὸ ἀαλεντίνυ καὶ Φρυγίας καὶ μανιχαίους ἐλεγξουσι, τὰς δὲ τὰ ὅμοια φθεγξαμένους, ὡς ὀρθοδόξων αὐτοὶ, ἁγίους ὀνομάζεσιν; ἢ πῶς αὐτοὶ ἔτι δύνανται εἶναι ἐπίσκοποι, εἰ παρ' αἱρετικῶν, ὡς αὐτοὶ ἐλαβάλλουσι, κατεστάθησαν; εἰ δὲ καὶ κακῶς ἐφρόνησαν, καὶ γεγράψαντες ἐπλάνησαν τὸν εἰκουμένην, παυσάσθω τὸ λοιπὸν καὶ ἡ περὶ τούτων μνήμη. καὶ εἰ τὰ γεγράμματα αὐτῶν ἐκβάλλεται, ἐκβάλλετε ὑμᾶς ἀπελθόντες ἀπὸ τῶν κοιμητηρίων τὰ λείψανα τούτων, ἵνα γνῶσιν ἅπαντες ἐκείνους μὲν πλάνους, ὑμᾶς δὲ πατροκτόνους. ὁ μὲν οὖν μακάριος ἀπόστολος ἀποδέχεται τὰς κορινθίας λέγων· ὅτι πάντα μου μέμνησθε καὶ καθὼς παρέδωκα ὑμᾶς τὰς παραδόσεις, ἔτω κατέχετε· οὗτοι δὲ τοιοῦτα περὶ τῶν περὶ αὐτῶν ἐνθυμούμενοι πάντως τοῖς λαοῖς καὶ ἀπεῖν πολμήσουσιν. οὐκ ἐπαινέμεν ὑμᾶς μνημονεύοντες τῶν πατέρων, ἀλλ' ἀποδεχόμεθα μᾶλλον ὑμᾶς, ὅταν τὰς παραδόσεις αὐτῶν μὴ κατέχητε. καὶ λοιπὸν ἐλαβαλλέτωσαν τὴν ἑαυτῶν δυσγένειαν καὶ λεγέτωσαν· ἡμεῖς οὐκ ἐξ εὐσεβῶν, ἀλλ' ἐξ αἱρετικῶν γεγόναμεν. τοιοῦτα γὰρ ἁρμόζει λέγειν, τοῖς ὡς προεῖπον, προσπίπτουσι τὴν τῶν πατέρων πίστιν, καὶ τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν τῇ ἀρειανῶν αἱρέσει, καὶ μὴ φοβουμένοις ἀκοῦσαι τὸ ἐν τῇ θείᾳ παροιμίᾳ γεγράμμενον, ἔκγονον κακὸν πατέρα καταισχύνει, καὶ τὴν ἐν τῷ νόμῳ κατὰ τῶν πιστῶν κειμένην ἀπειλήν. ἐκεῖνοι μὲν οὖν διὰ τὴν ὑπὲρ τῆς αἱρέσεως ἀσέβειαν, τοιοῦτοι φιλόνεικον ἐσχήκασι καὶ τὸ φρόνημα· ὑμεῖς δὲ μὴ διατρέπεσθε, μηδὲ τὴν ἐκείνων τόλμαν, ἀλήθειαν ἡγήσασθε· καὶ γὰρ καὶ πρὸς ἑαυτοὺς διίστανται, καὶ τῶν πατέρων ἀποστάντες, μίαν οὐκ ἔχουσι τὴν γνώμην, ἀλλὰ ποικίλαις καὶ διαφόροις νήχονται μεταβολαῖς. καὶ πρὸς τὴν ἐν νικαίᾳ σύνοδον ἐλίζουσι, πολλὰς μὲν συνόδους πεποίηκασι καὶ κεῖσι, καθ' ἑκάστην δὲ πίστιν σκηνοῦντες, ἐν ἀδεμιᾷ μεμενήκασιν· ἀλλὰ καὶ οὐ παύσονταί γε ἀεὶ τοῦτο ποιοῦντες, ὅτι κακῶς ζητοῦντες, οὐχ εὑρήσουσιν ἣν ἐμίσησαν σοφίαν. ὑπὲρ ἃ τοίνυν αἰαγκαίως ἀπὸ μέρους, τὰ πρὸ ὀλίγου ἀρείου γεγραφέντα, καὶ ὅσα σωσαγαγεῖν ἠδυνήθην, ὧν ἐν ἑτεροφόροις οὔτε συνόδοις ἐξέθεντο· ἵνα γνῶτε καὶ θαυμάσητε, τίνος ἕνεκα πρὸς οἰκουμενικὴν σύνοδον, καὶ πρὸς τοὺς ἑαυτῶν πατέρας φιλονεικοῦντες, ἀκαταδύονται ἄρειος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ φρονήσαντες, καὶ λέγοντες· ἐξ οὐκ ὄντων πεποίηκε τὸν υἱὸν ὁ θεὸς, καὶ κέκληκεν ἑαυτῷ υἱόν· ἓν τῶν κτισμάτων ἐστὶν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, καὶ ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν. τρεπτὸς δέ ἐστι, δυνάμενος ὅτι βούλεται τραπῆναι. ἐξ-βλήθησαν τῆς ἐκκλησίας παρὰ τοῦ μακαρίτου ἀλεξάνδρου, ἀλλ' ἐκβληθεὶς καὶ ἀποτρεβεὶς ἄρειος παρὰ τῶν περὶ εὐσέβιον, συνέθηκεν ἑαυτῷ τὴν αἵρεσιν ἐν χάρτῃ, καὶ ὡς ἐν θαλίᾳ ζηλώσας οὐδένα τῶν φρονίμων, ἀλλὰ τὸν αἰγυπτίον σωσάτιν ἐν τῷ ἤθει καὶ τῇ ἐκλύσει μέλους. γεγραφε μὲν πολλὰ, ἀπὸ μέρους δέ ἐστιν αὐτοῦ ταῦτα.

BLASPHEMIÆ ARII.

IPse Deus secundum essentiam suam omnibus ineffabilis est, & solus ille nihil simile sibi,

ΒΛΑΣΦΗΜΙΑΙ ΑΡΕΙΟΥ.

Αὐτὸς γὰρ ὁ θεὸς καθ' ἑαυτὸν ἐστιν, ἄῤῥητος ἅπασιν ὑπάρχων, οὐδὲν ὅμοιον, οὐκ ὁμόδοξον ἔχων μόνος ὢν

τ@. ἀγέννητον δὲ αὐτὸν φαμὲν, διὰ τὸν τῷ φύσιν γεννητόν· τοῦτον αἴαρχον ἀνυμνοῦμεν διὰ τὸν ἀρχὴν ἔχοντα, ἀΐδιον δὲ αὐτὸν σεβόμεν, διὰ τὸν ἐν χρόνῳ μεγαότατα. ἀρχὴν τῶν ἡμῶν ἔθηκε τῶν γενητῶν ὁ ἄναρχ@, καὶ ἤνεγκεν εἰς ἱὸν ἑαυτῷ ποιησάμενος. ἴδιον οὐδὲν ἔχει τοῦ θεῦ καθ' ὑπόστασιν ἰδιότητ@· οὐδὲ γὰρ ἐστὶν ἴσ@, ἀλλ' οὐδὲ ἐμφερὴς αὐτῷ. σοφὸς δὲ ἐστιν ὁ θεὸς, ὅτι τῆς σοφίας διδάσκαλ@ αὐτὸς. ἱκανὴ δ' ἀπόδειξις ὅτι ὁ θεὸς ἀόρατ@ ἅπασι τοῖς διὰ τοῦ υἱοῦ, καὶ αὐτῷ τῷ υἱῷ ἀόρατ@ ὁ αὐτός. ῥητῶς δ' λέξω πᾶς τῷ υἱῷ ἐρᾶται ὁ ἀόρατ@ τῇ δυνάμει ἢ δύναται ὁ θεὸς ἰδεῖν; ἰδίοις μέτροις ὑπομένει ὁ υἱὸς ἰδεῖν τὸν πατέρα ὡς θέμις ἐστίν. ἤγουν τέλειός ἐστι, δόξαις οὐχ' ὁμοίαις, αἰεπίμικτοι ἑαυταῖς οὖσιν αἱ ὑποστάσεις αὐτῶν· μία τῆς μιᾶς ἐνδοξοτέρα, δόξαις ἐπ' ἄπειρον. ξέν@ τῷ υἱῷ κατ' οὐσίαν ὁ πατὴρ, ὅτι ἄναρχ@ ὑπάρχει. σαφὲς ὅτι ἡ μονὰς οὐ· ἡ δυὰς δὲ οὐκ ἦν πρὶν ὑπάρξει. αὐτίκα γὰρ υἱοῦ μὴ ὄντ@ ὁ πατὴρ θεὸς ἐστι· λοιπὸν ὁ υἱὸς οὐκ ὤν, ὑπῆρξε βουλήσει πατρῴᾳ, μονογενὴς θεὸς ἐστι, καὶ ἑκατέρων ἀλλότριος ἔστ@. ἡ σοφία, σοφία ὑπῆρξε, σοφῷ θεῷ βουλήσει. διανοεῖται γὰρ μυρίαις ὅσαις διανοίαις πνεῦμα, δύναμις, σοφία, δόξα θεοῦ, ἀλήθειά τε καὶ εἰκὼν, καὶ λόγος ἔστ@· σαφὲς ὅτι καὶ ἀπαύγασμα καὶ φῶς διανοεῖται. ἴσον μὲν τῷ υἱῷ γεννᾶν, δύναται ὁ κρείττων· διαφορώτερον δὲ ἢ κρείττονα ἢ μείζονα. οὐχὶ θεοῦ βουλήσει ὁ υἱὸς ἡλίκος καὶ ὅσος ἐστὶν, ἐξ ὅτου καὶ ἀφ' οὗ; καὶ ἀπὸ τότε ἐκ τοῦ θεοῦ ὑπάρξη, ἰσχυρὸς θεὸς ὢν τὸν κρείττονα ἐκ μέρους ὑμνεῖ. συνελόντι εἰπεῖν, τῷ υἱῷ ὁ θεὸς ἄρρητ@ ὑπάρχει. ἔστι γὰρ ἑαυτῷ ὅ ἐστι, τοῦτ' ἔστιν ἄλεκτ@· ὥστε οὐδὲν τῶν λεγομένων κατά τε κατάληψιν σαφῆ ἐξειπεῖν ὁ υἱὸς. ἀδύνατα γὰρ αὐτῷ τὸν πατέρα τι ἐξιχνιάσαι ὅς ἐστιν ἐφ' ἑαυτοῦ· αὐτὸς γὰρ ὁ υἱὸς, τῷ ἑαυτοῦ οὐσίαν οὐκ οἶδεν· υἱὸς γὰρ ὤν, βουλήσει πατρὸς ὑπῆρξεν ἀληθῶς. πῶς γὰρ λόγ@ συγχωρεῖ τὸν ἐκ πατρὸς ὄντα αὐτὸν τὸν γεννήσαντα γνῶναι ἐν καταλήψει; δῆλον ὅτι τὸ ἀρχὴν ἔχον, τὸν ἄναρχον ὡς ἐστὶν ἐμπεριλαβεῖν, ἢ ἐμπεριδράξασθαι, οὐχ' οἷόν τε ἐστιν. ἃ δὲ καὶ δι' ἐπιστολῆς ἔγραψαν πρὸς τὸν μακαρίτην Ἀλέξανδρον τὸν ἐπίσκοπον, ἐστὶ ταῦτα.

ἀλλ' ἀρχὴν ἔχειν τὸν γεννήσαντα πατέρα· κεφαλὴ γὰρ Χριστοῦ ὁ θεός. οὔτε μὴν τελείως ὁμολογοῦντες πράγματα καὶ τέλεια πρόσωπα, τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος κατὰ τὰς γραφάς, τρεῖς μέντοι τοὺς θεοὺς ποιοῦμεν. ἐπειδὴ τὸν αὐτοτελῆ καὶ ἀγέννητον ἄναρχόν τε καὶ ἀσέβατον θεὸν, ἕνα μόνον οἴδαμεν, τὸν θεὸν καὶ πατέρα τοῦ μονογενοῦς, τὸν μόνον μὲν ἐξ ἑαυτοῦ τὸ εἶναι ἔχοντα, μόνον δὲ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ἀφθόνως τοῦτο χαριζόμενον· οὔτε μὴν ἕνα θεὸν μόνον εἶναι λέγοντες τὸν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πατέρα τὸν μόνον ἀγέννητον, διὰ τοῦτ' ἀρνούμεθα καὶ τὸν Χριστὸν θεὸν εἶναι πρὸ αἰώνων· οἱ τοιοῦτοι εἰσὶν οἱ ἀπὸ παύλου τοῦ σαμοσατέως, ὕστερον αὐτὸν μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν ἐκ προκοπῆς τεθεοποιῆσθαι λέγοντες, τῷ τὴν φύσιν ψιλὸν ἄνθρωπον γεγονέναι. οἴδαμεν γὰρ καὶ αὐτὸν οὐκ ἀπαρεσκόμενον τῷ πατρὶ καὶ τῷ θεῷ, ἀλλ' ὅμως πρὸ αἰώνων γεννηθέντα ἐκ τοῦ θεοῦ, θεὸν κατὰ φύσιν τέλειον εἶναι καὶ ἀληθῆ, καὶ μὴ ἐξ ἀνθρώπων μετὰ ταῦτα θεὸν, ἀλλ' ἐκ θεοῦ ἐνανθρωπῆσαι δι' ἡμᾶς, καὶ μηδέποτε ἀπολωλεκέναι τὸ εἶναι. βδελυσσόμεθα δὲ πρὸς τούτοις καὶ ἀναθεματίζομεν καὶ τοὺς λόγον μὲν μόνον αὐτὸν ψιλὸν τοῦ θεοῦ ὑπάρχειν ἀπλάστως καλέντας ἐν ἑτέρῳ τὸ εἶναι ἔχοντα, νῦν μὲν, ὡς τὸν προφερόμενον ὑπὸ πνεύματος, νῦν δὲ ὡς τὸν ἐνδιάθετον Χριστὸν δὲ αὐτὸν, καὶ υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ μεσίτην, καὶ εἰκόνα τοῦ θεοῦ μὴ εἶναι πρὸ αἰώνων θέλοντας, ἀλλ' ἔκ τινος Χριστὸν αὐτὸν γεγονέναι καὶ υἱὸν τοῦ θεοῦ, ἐξ οὗ τὴν ἡμέραν ἐκ τῆς παρθένου σάρκα ἀνείληφε πρὸ τετρακοσίων οὐχ ὅλων ἐτῶν· ἔκ τινος γὰρ τὸν Χριστὸν ἀρχὴν βασιλείας ἐσχηκέναι ἐθέλουσι καὶ τέλος ἔχειν αὐτὸν μετὰ τὴν σωτήλειαν καὶ τὴν κρίσιν. τοιοῦτοι δέ εἰσιν, οἱ ἀπὸ μαρκέλλου καὶ σκοτεινοῦ τῶν ἀγκυρογαλατῶν, οἱ τὴν προαιώνιον ὕπαρξιν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν θεότητα, καὶ τὴν ἀτελεύτητον αὐτοῦ βασιλείαν ὁμοίως ἰουδαίοις ἀθετοῦσιν, ὅτι προφάσει τοῦ σωίζεσθαι δοκεῖν τῇ μοναρχίᾳ. ἴσμεν γὰρ αὐτὸν ἡμεῖς, οὐχ ἁπλῶς λόγον προφορικὸν ἢ ἐνδιάθετον τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ ζῶντα θεὸν λόγον καθ' ἑαυτὸν ὑπάρχοντα καὶ υἱὸν θεοῦ καὶ Χριστὸν, καὶ οὐ προγνωστικῶς σωίζοντα καὶ σωζόμενον πρὸ αἰώνων τῷ ἑαυτοῦ πατρὶ, καὶ πρὸς πᾶσαν διακονησάμενον αὐτῷ τὴν δημιουργίαν εἴ τε τῶν ὁρατῶν, εἴ τε τῶν ἀοράτων. οὕτω γὰρ ἐπὶ πρὸς ὃν εἶπεν ὁ πατὴρ· ὃν ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν, ὁ καὶ τοῖς πατριάρχαις αὐτοπροσώπως ὀφθεὶς δεδωκὼς τὸν νόμον, καὶ λαλήσας διὰ τῶν προφητῶν, καὶ τὰ τελευταῖα ἐνανθρωπήσας, καὶ τὸν ἑαυτοῦ πατέρα πᾶσιν ἀνθρώποις φανερώσας, καὶ βασιλεύων εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας. οὐδὲν γὰρ προσφατον ὁ Χριστὸς προσείληφεν ἀξίωμα, ἀλλ' ἄνωθεν τέλειον αὐτὸν, καὶ τῷ πατρὶ καὶ πάντα ὅμοιον εἶναι πεπιστεύκαμεν· καὶ τὰς λεγούσας ὅ τὸν αὐτὸν εἶναι πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα,

sed principem exordiumque sui patrem habere qui ipsum genuit. Caput enim Christi Deus. Neque tamen ob id, quia ternas res, & tres personas Patris & Filij & Spiritus sancti secundum scripturas confitemur; tres Deos facimus. Quoniam perfectum ingenitum, & nullo principio inchoatum, inuisibilem vnum Deum agnoscimus, Deum & Patrem vnigeniti, qui solus ex se habet id ipsum quod est, solusque omnibus aliis benigne largitur vt sint; non tamen quia vnum solum Deum esse Patrem Domini nostri Iesu Christi, vnumque ingenitum profitemur, ideo Christum Deum ante secula esse abnegamus, qualia faciunt Pauli Samosatensis discipuli, qui eum post incarnationem suam, ex profectu virtutis Deum factum esse asseuerant, eo quod metus homo esset. Scimus enim eum tametsi subiectus sit Patri & Deo, ante secula tamen genitum ex Deo, Deum secundum naturam perfectam, & verum esse neque ex homine Deum, sed ex Deo hominem, propter nos factum esse, & neutiquam vllo in tempore suam essentiam perdidisse. Abominamur præterea & anathemate execramur, qui illum tantummodo nudum verbum Dei sine substantia, & rem fictitiam nominant, quique in alio habeat, quòd sit, quemque nunc, vti vocem quæ ore profertur: nunc vti dictionem quæ in cogitatu versatur, intelligunt: Christum autem ipsum, & Filium Dei, & Mediatorem, & Imaginem, non ante secula fuisse contendunt, sed ex eo tempore eum Christum & Filium Dei factum esse, ex quo nostram carnem ex Virgine assumpsit, non totis ab hinc quadringentis annis. Ab eo enim tempore volunt Christum initium regni adeptum esse regnique finem habiturum, post consummationem & iudicium. Tales sunt discipuli Marcelli & Scotini Ancyro-Galatæ, qui ante secula rem essentiam Christi, eiusque deitatem & regnum indefinens, itidem vt Iudæi inficiantur, sub prætextu constituendæ monarchiæ. Scimus enim eum non simpliciter Verbū, quod ore Dei profertur aut quod in eius animo cogitatur, sed viuum Verbum, quod per se exiſtit, & Filium Dei & Christum esse, neque eum ratione prouidentiæ, eò quòd Pater talem eum futurum præcognouerat, cum Patre fuisse, & conuersatum esse ante secula, sed illi administrum fuisse ad omne opificium, visibilium simul & inuisibilium. Hic enim est ad quem Pater dixit, *Faciamus hominem secundum imaginem & similitudinem nostram*, & qui Patriarchis in suamet ipsius persona visus est, legem dedit, & locutus est per Prophetas & tandem homo factus est, & suum Patrem omnibus manifestauit, & regnat per infinita secula. Non enim recentem dignitatem assumpsit Christus, sed ab initio eum Patri per omnia similē credimus: illosq; qui dicunt eundem illū Patrem & filium & Spiritū S. esse,

& de vna re personaque, tria ista nomina impie accipiunt, merito ab Ecclesia abdicamus, eo quòd impatibilem & nullo loco circumscriptum Patrem, patibilem simul & loco circunscriptum per incarnationem fingunt. Tales enim sunt apud Romanos quidem Patropassiani, apud nos vero Sabelliani. Scimus item Patrem qui emisit, in suo inalterabilis deitatis ingenio & moribus permansisse: Christum vero qui missus est, humanitatis assumptæ officium adimpleuisse. Eos verò qui non consilio neque voluntate Patrem genuisse Filium irreuerenter dicunt, & necessitatem & inuitum quiddam & seruam impeditamque eligendi potestatem Deo adiungunt, ita vt nolens genuerit filium, impiissimos & alienissimos ab Ecclesiis censemus, eò quòd præter nouas de deitate sententias, & præter voluntatem sacræ scripturæ, talia de eo sint ausi definire. Nos contra, omnipotentem Deum, eumque sui ipsius Dominum agnoscentes, sponte libenterq; Filium suum genuisse cum pietate arbitramur, & reuerenter ipsi de se loqueati credimus, *Dominus creauit me initium viarum suarum ad opera sua:* non tamen eum ita creatum esse, vt similis sit rebus per ipsum conditis, existimamus. Est enim hoc ipsum impium, & alienum ab Ecclesiastica fide, conditorem cum rebus ab ipso conditis æquiparare, & eandem cum aliis generationis rationem obtinere credere, quum vnum vnice vnigenitum filium genuinè & vere natum esse, sacræ scripturæ commonstrent. Verum quia filium non per se esse, viuere, & existere dicimus, itidem vt Patrem, ideo eum separamus à Patre, non quasi loca, interuallaque in eorum coniunctione corporaliter fingamus. Credimus enim eos immediate & sine intercapedine sibi mutuo coaptatos consertosque & inseparabiles à se inuicem esse, integro Patre Filium complectente, integro Filio, ab eo pendente & cohærente, & perpetuo in Patris sinu requiescente. Credentes igitur in integram & sanctissimam Trinitatem, hoc est, in Patrem & Filium & Spiritum sanctum, & Deum Patrem dicentes Deum item Filium, non duos Deos, sed vnam Deitatis maiestatem profitemur, & vnam regni perfectam concordiam, vt omnium vbiqne Pater sit Dominus, atque adeo etiam ipsius sui Filij: Filiusque vicissim ei subiectus sit qui eo excepto omnium à se conditorum post illum rex & imperator est. Et in Spiritus sancti gratiam, qui omnibus Sanctis affatim Patris voluntate donatur. Ita enim de Christi monarchia loqui sacræ literæ eos docuerunt. Hæc coacti su-

καθ' ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματός τε καὶ προσώπου τὰ τρία ὀνόματα ἀσεβῶς ἐκλαμβάνοντας, εἰκότως ἀποκηρύττομεν τῆς ἐκκλησίας, ὅτι τὸν ἀχώρητον καὶ ἀπαθῆ πατέρα, χωρητὸν ἅμα καὶ παθητὸν διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως ὑποτίθενται. τοιοῦτοι γάρ εἰσιν οἱ πατροπασσιανοὶ μὲν παρὰ Ῥωμαίοις· σαβελλιανοὶ δὲ καλούμενοι παρ' ἡμῖν. οἴδαμεν γὰρ ἡμεῖς τὸν μὲν ἀποστείλαντα πατέρα, ἐν τῷ οἰκείῳ τῆς ἀναλλοιώτου θεότητος ἦθει μεμενηκέναι, τὸν δὲ ἀποσταλέντα Χριστὸν τὴν τῆς ἐνανθρωπήσεως οἰκονομίαν πεπληρωκέναι· ὅμως δὲ καὶ τοὺς οὐ βουλήσει οὐδὲ θελήσει γεγεννῆσθαι τὸν υἱὸν εἰρηκότας αὐθυλαδῶς, ἀναγκῶν δὲ δηλονότι ἀδούλητον καὶ ἀπροαίρετον παρεισαγούσας τῷ θεῷ, ἵνα ἄκων γεννήσῃ τὸν υἱόν, δυσσεβεστάτους καὶ τῆς ἐκκλησίας ξένους γινώσκομεν· ὅπερ καθ' ἅπασαν τοῦ περὶ θεοῦ ἐννοίας, καὶ δὴ καὶ καθ' ὃ βούλημα τῆς θεοπνεύστου γραφῆς, τοιαῦτα πεπολμήκασι περὶ αὐτοῦ διορίσασθαι. αὐτοκράτορα γὰρ ἡμεῖς τὸν θεὸν καὶ κύριον αὐτὸν ἑαυτοῦ εἰδότες, ἑκουσίως αὐτὸν καὶ βουλητῷ υἱὸν γεγεννηκέναι ἁπλῶς ὑπειλήφαμεν. πιστεύοντες δὲ ὁμοίως καὶ τὸ περὶ ἑαυτοῦ λέγοντα· κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, εἰς ἔργα αὐτοῦ, οὐχ ὁμοίως αὐτὸν τοῖς δι' αὐτοῦ γενομένοις κτίσμασιν ἢ ποιήμασι γεγενῆσθαι νοοῦμεν. ἀσεβὲς γὰρ καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως ἀλλότριον, τὸ τὸν κτίσην, τοῖς δι' αὐτοῦ κεκτισμένοις δημιουργήμασι παραβάλλειν· καὶ τὸν αὐτὸν τῆς γενέσεως τοῖς ἄλλοις τρόπον ἔχειν αὐτὸν νομίζειν. μόνον γὰρ καὶ μόνως τὸν μονογενῆ υἱὸν γεγενῆσθαι γνησίως τε καὶ ἀληθῶς διδάσκουσιν ὑμᾶς αἱ θεῖαι γραφαί. ἀλλ' οὐδὲ τὸν υἱὸν καθ' ἑαυτὸν εἶναι, ζῶν τε καὶ ὑπάρχων ὁμοίως τῷ πατρὶ λέγοντας, διὰ τοῦτο χωρίζομεν αὐτὸν τοῦ πατρὸς, τόπους καὶ διαστήματά τινα μεταξὺ τῆς συναφείας αὐτῶν σωματικῶν ὑπονοοῦντες. πεπιστεύκαμεν γὰρ ἀμεσιτεύτως αὐτοὺς καὶ ἀδιαστάτως ἀλλήλοις ὑπεσπεῦφθαι, καὶ ἀχωρίστους ὑπάρχειν ἑαυτῶν· ὅλου μὲν τοῦ πατρὸς ἐστηριγμένου τὸν υἱὸν, ὅλου δὲ τοῦ υἱοῦ ἐξηρτημένου καὶ προσπεφυκότος τῷ πατρὶ, καὶ μόνου τοῖς πατρῴοις κόλποις ἀναπαυομένου διηνεκῶς· πιστεύοντες οὕτω εἰς τὴν παντέλειον τριάδα τὴν ἀγιωτάτην, τουτέστιν εἰς τὸν πατέρα, καὶ εἰς τὸν υἱὸν, καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ θεὸν μὲν τὸν πατέρα λέγοντες, θεὸν δὲ καὶ τὸν υἱὸν, οὐ δύο πύπους θεοὺς, ἀλλ' ἓν ὁμολογοῦμεν τῆς θεότητος ἀξίωμα, καὶ μίαν ἀκλινῆ τῆς βασιλείας τὴν συμφωνίαν· πανταρχοῦντος μὲν καθόλου πάντων καὶ αὐτοῦ υἱοῦ, μόνου τοῦ πατρὸς· τοῦ δὲ υἱοῦ ὑποτεταγμένου τῷ πατρὶ. ἐκτὸς δὲ αὐτοῦ, πάντων μετ' αὐτὸν βασιλεύοντος· τῶν δὲ αὐτοῦ γενομένων, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου πατρὸς χάριν, ἀφθόνως τοῖς ἁγίοις δωρουμένου πατρικῷ βουλήματι. οὕτω γὰρ τὸν περὶ τῆς εἰς Χριστὸν μοναρχίας συνίσασθαι λόγον παρέδοσαν ἡμῖν αἱ ἱεραὶ λόγοι. ταῦτα ἀναγκάθη-

cti su-

ἐθέμεν μετὰ τὴν ἐν Σιρμίῃ προεκθεῖσαν πίστιν, πλατύτερον ἐπεξεργάσασθαι, ἀ κατὰ περιβολὴν φιλοτιμίαν, ἀλλ' ἵνα πᾶσαν τὴν τῆς ἡμετέρας ὑπολήψεως ἀλλοτρίαν ἀνακαθάρωμεν ὑποψίαν, ὧν δὲ τοῖς τὰ καθ' ἡμᾶς ἀγνοοῦσι· καὶ γνῶσιν εἰ κατὰ τὴν δύσιν πάντες, ὁμοῦ μὲν τῆς συκοφαντίας τῶν ἐπιτροδόξων τὴν ἀναίδειαν, ὁμοῦ δὲ τῶν ἀπατηλικῶν τὸ σκληρησιαστικὸν ἐν κυρίῳ φρόνημα, μαρτυρούμενον ἐναργῶς ὑπὸ τῶν θεοπνεύστων γραφῶν ὧν δὲ τοῖς ἀληθεστέροις.

A

Ἀλλ' οὐδὲ τάδε ἐνέμειναν· πάλιν γὰρ ἐν Σιρμίῳ συνελθόντες κατὰ Φωτεινοῦ, ἔπεσι συνέθηκαν αὖθις πίστιν, οὐκέτι μὲν ἴσως ἀκοινώνητον, οὐδὲ τοσαύτην τοῖς ῥήμασιν· ἀφελόντες δὲ τὰ πλεῖστα, προσθέντες ἄλλα, ὥσπερ ἐξ ὑποβολῆς παρά τινων ἀκούσαντες ἐγγεγραμμένα.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα τὸν κτίσην καὶ ποιητὴν τῶν πάντων, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται· καὶ εἰς τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, τὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτός, δι' οὗ ἐγένετο τὰ πάντα τά τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, λόγον ὄντα καὶ σοφίαν, καὶ φῶς ἀληθινὸν καὶ ζωήν, τὸν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν δι' ἡμᾶς ἀνανθρωπήσαντα, καὶ γεννηθέντα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, καὶ σταυρωθέντα καὶ ἀποθανόντα καὶ ταφέντα καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀναληφθέντα εἰς οὐρανὸν, καὶ καθεσθέντα ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος, κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, οὗ ἡ βασιλεία ἀκατάπαυστος οὖσα, διαμένει εἰς τοὺς ἀπείρους αἰῶνας. ἔσται γὰρ καθεζόμενος ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· τοῦτ' ἔστι τὸν παράκλητον· ὅπερ ἐπαγγειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις μετὰ τὸ εἰς οὐρανοὺς αὐτὸν ἄνοδον ἀποστεῖλαι, διδάξαι καὶ ὑπομνῆσαι αὐτοὺς πάντας, ἔπεμψε. δι' οὗ καὶ ἁγιάζονται αἱ τῶν εἰλικρινῶς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων ψυχαί. τοὺς δὲ λέγοντας ἐξ οὐκ ὄντων τὸν υἱὸν ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως καὶ μὴ ἐκ τοῦ θεοῦ, καὶ ὅτι ἦν χρόνος ἢ αἰὼν ὅτε οὐκ ἦν, ἀλλοτρίους οἶδεν ἡ ἁγία καθολικὴ ἐκκλησία. πάλιν οὖν ἐροῦμεν. εἴ τις τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν δύο λέγει θεοὺς, ἀνάθεμα ἔστω. καὶ εἴ τις λέγων θεὸν τὸν Χριστὸν πρὸ αἰώνων υἱὸν τοῦ θεοῦ συνουρηκότα τῷ πατρὶ εἰς τὴν τῶν ὅλων δημιουργίαν μὴ ὁμολογοίη, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὸν ἀγέννητον ἢ μέρος αὐτῆς ἐκ μαρίας λέγειν γεγενῆσθαι τολμᾷ, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις κατὰ πρόγνωσιν πρὸ μαρίας λέγει τὸν υἱὸν εἶναι, καὶ μὴ πρὸ αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννημένον πρὸς τὸν θεὸν εἶναι, ᾧ δι' αὐτοῦ γεγένηται τὰ πάντα, ἀνάθεμα ἔστω.

ctí ſumus poſt fidem compendio editam latius explicare, non ambitionis cauſa, ſed vt nos ab omni ſuſpicione quæ minimè in nos competit, purgaremus, apud eos quibus res noſtræ cognitæ non ſunt, & vt omnes Occidentales pariter intelligerent, & calumnias eorum qui diuerſas opiniones fouent, & Orientalium in Chriſto Eccleſiaſticos animos, rem ita eſſe atteſtantibus libere ſacris ſcripturis, apud eos ſaltem qui incorrupti ſunt:

Huius Confeſſionis finis.

Sed nēq; in his permanſerunt, turſus enim Sirmij aduerſus Photinum congregati, aliam fidem compoſuerunt, non ita prolixam, neque tot verbis abundantem: nam plerisque detractis alia addiderunt veluti ea per ſuggeſtionem ab aliis audiuiſſent. Sunt autem iſta.

Alia Confeſſio fidei.

Credimus in vnum Deum, Patrem omnipotentem, creatorem & factorem omnium, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur: & in vnigenitum eius Filium, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ante omnia ſecula ex Patre genitum, ex Deo, Lumen de Lumine, per quem omnia in cœlis & in terra facta ſunt, tam inuiſibilia, quàm viſibilia, eundemque Verbum eſſe, & Sapientiam, Lucem veram, & vitam, & vltimis diebus hominem factum, natumque ex Sancta Virgine, crucifixum, & mortuum, & ſepultum eſſe, & reſurrexiſſe è mortuis tertio die, & aſſumptum in cœlos eſſe, ſedereque ad dextram Patris, venturumque in conſummatione ſeculi, vt iudicet viuos & mortuos, reddatque vnicuique ſecundum opera ſua, cuius regnum indefinens permanebit in infinitas ætates. Sedet enim ad dextram Patris non ſolum in hoc ſeculo, ſed in futuro. Et in Spiritum ſanctum, hoc eſt, Paracletum, quem promiſſum Apoſtolis, poſt aſcenſum in cœlos miſit, vt doceret eos & commonefaceret omnium, per quem omnes animæ, quæ in eum ſincetiter credunt, ſanctificantur. Eos porrò qui dicunt, ex non ente, aut ex alio ſubſiſtente, & non ex Deo Filium extitiſſe, aut quod tempus aut ætas fuit, quando ille non erat, alienos à ſe cenſet Sancta & Catholica Eccleſia. Iterum ergo dicimus, Si quis Patrem & Filium duos Deos opinetur, anathema eſto. Item ſi quis dicens Deum Chriſtum eſſe, ſed eum ante ſecula Filium Dei & adminiſtrum Patri ad vniuerſitatis creationem non fuiſſe confiteatur, anathema eſto. Si quis eum qui ingenitus eſt, aut patrem eius ex Maria natum auſit dicere, anathema eſto. Si quis Filium ante Mariam, ſed ſecundū præcognitionē fuiſſe dicat, ac non potius ante ſecula ex Deo genitum apud Deū fuiſſe, & per eum omnia facta eſſe, anathema eſto.

Si quis

ἔι τις τὴν

Si quis ſubſtantiam Dei dilatari aut contrahi loquatur, anathema eſto. Si quis dilatatam eſſentiam, Filium efficere dicat, aut dilatationem ſubſtantiæ Dei Filium nominet, anathema eſto. Si quis merum hominem ex Maria natum eſſe dicat, anathema eſto. Si quis hæc verba, *Ego ſum Deus primus, Ego quoque poſtea, & præter me non eſt Deus*, quæ ad ſubuerſionem idolorum dicta ſunt, ad ſubuerſionem vnigeniti ante ſecula Dei Iudaicè accipiat, anathema eſto. Si quis hoc dictum *Verbum caro factum eſt*, audiens, Verbum in carnem mutatum eſſe opinetur, aut poſtquam conuerſionem paſſum eſſet, carnem aſſumſiſſe dicat, anathema eſto. Si quis vnigenitum Filium Dei crucifixum audiens, eius deitatem corruptionem, paſſionem, mutationem, diminutionem, aut extinctionem ſuſtinuiſſe dicat, anathema eſto. Si quis hoc dictum, *Faciamus hominem*, non Patrem ad Filium, ſed Deum ſecum loqui affirmet, anathema eſto. Si quis Abraham non Filium, ſed ingenitum Deum aut Patrem eius vidiſſe aſſeueret, anathema eſto. Si quis cum Iacob non Filium colluctatum fuiſſe dicat, ſed ingenitum Deum aut partem eius, anathema eſto. Si quis hoc dictum *Pluit Dominus ignem à Domino*, non de Patre & Filio accipiat, ſed ipſum à ſeipſo pluiſſe dicat, anathema eſto. Pluit enim Filius Dominus, à Domino Patre. Si quis audiens Dominum Patrem, Dominum item Filium, eò quòd Dominus ex Domino ſit, duo numina exiſtimet, anathema eſto. Non autem eiusdem ordinis Patrem & Filium, ſed Filium Patri ſubiectum arbitramur. Neque enim ille Sodomam ſine conſilio Patris deſcendit, neque à ſe pluit, quum penes Patrem authoritas ſit, neque ex ſe habeat quod ſedet ad dextram Patris, ſed auſcultet Patri ita loquenti, *Sede à dextris meis*, anathema eſto. Si quis Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, vnam perſonam eſſe dicat, anathema eſto. Si quis Spiritum ſanctum paracletum nominans, ingenitum dicat Deum, anathema eſto. Si quis, vt docuit Dominus, alium adhuc nominet paracletum præter Filium (dixit enim, *Et alium paracletum mittet vobis, quem ego rogabo*) anathema eſto. Si quis Spiritum ſanctum partem aliquam dicat Patris aut Filij, anathema eſto. Si quis Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum tres Deos appellet, anathema eſto. Si quis voluntate Dei Filium Dei ita extitiſſe dicat, vt aliquid quod conditum eſt, anathema eſto. Si quis nolente Patre Filium genitum eſſe dicat, anathema eſto: (Non enim Pater coactus naturali neceſſitate, Filium, quem noluit, genuit, ſed

εἴ τις τὴν οὐσίαν τοῦ θεοῦ πλατύνεσθαι ἢ συστέλλεσθαι φάσκοι, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις πλατυνομένην τὴν οὐσίαν τοῦ θεοῦ, τὸν υἱὸν λέγοι ποιεῖν, ἢ τὸν πλατυσμὸν τῆς οὐσίας αὐτοῦ υἱὸν ὀνομάζοι, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις ἄνθρωπον μόνον λέγει τὸν ἐκ Μαρίας υἱὸν, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις θεὸν καὶ ἄνθρωπον τὸν ἐκ Μαρίας λέγων θεὸν, τὸν ἀγέννητον οὕτω νοεῖ, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὸ, ἐγὼ θεὸς πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα, καὶ πλὴν ἐμοῦ οὐκ ἔστι θεὸς, ἐπ' ἀναιρέσει εἰδώλων καὶ τῶν μὴ ὄντων θεῶν εἰρημένον, ἐπ' αἰρέσει τοῦ μονογενοῦς πρὸ αἰώνων θεοῦ ἰουδαϊκῶς ἐκλαμβάνοι, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὸ, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο ἀκούων, τὸν λόγον εἰς σάρκα μεταβεβλῆσθαι νομίζοι, ἢ τροπὴν ὑπομεμενηκέναι ἀνειληφέναι τὴν σάρκα λέγοι, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ θεοῦ ἐσταυρωμένον ἀκούων, τὴν θεότητα αὐτοῦ φθορὰν ἢ πάθος, ἢ τροπὴν, ἢ μείωσιν, ἢ ἀναίρεσιν ὑπομεμενηκέναι λέγοι, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὸ, ποιήσωμεν ἄνθρωπον, μὴ τὸν πατέρα πρὸς τὸν υἱὸν λέγειν, ἀλλ' αὐτὸν πρὸς ἑαυτὸν λέγοι τὸν θεὸν εἰρηκέναι, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις μὴ τὸν υἱὸν λέγοι τὸν Ἀβραὰμ ἑωρακέναι, ἀλλὰ τὸν ἀγέννητον θεὸν, ἢ μέρος αὐτοῦ, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τῷ Ἰακὼβ μὴ τὸν υἱὸν, ὡς ἄνθρωπον, παλαιέναι, ἀλλὰ τὸν ἀγέννητον θεὸν, ἢ μέρος αὐτοῦ λέγοι, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὸ, ἔβρεξε κύριος πῦρ παρὰ κυρίου, μὴ ἀπὸ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκλαμβάνοι, ἀλλ' αὐτὸν παρ' ἑαυτοῦ λέγοι βεβρεχέναι, ἀνάθεμα ἔστω. ἔβρεξε γὰρ κύριος ὁ υἱὸς παρὰ κυρίου τοῦ πατρός. εἴ τις ἀκούων κύριον τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν κύριον, καὶ κύριον τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν· ἐπεὶ κύριος ἐκ κυρίου· δύο λέγει θεοὺς, ἀνάθεμα ἔστω. οὐ γὰρ συνταττόμεθα υἱὸν τῷ πατρὶ, ἀλλ' ὑποτεταγμένον τῷ πατρὶ. οὔτε γὰρ κατῆλθεν ἀπὸ σοδόμα ἄνευ βουλῆς τοῦ πατρὸς. οὔτε ἔβρεξεν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ παρὰ κυρίου, αὐθεντοῦντος δηλαδὴ τοῦ πατρός. οὔτε κάθηται ἐκ δεξιῶν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἀκούει λέγοντος τοῦ πατρὸς, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἓν πρόσωπον λέγει, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον παράκλητον λέγων, τὸν ἀγέννητον λέγοι θεὸν, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον παράκλητον λέγων τὸν ἀγέννητον λέγοι θεὸν, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις ὡς ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὁ κύριος μὴ ἄλλον λέγοι τὸν παράκλητον παρὰ τὸν υἱὸν· εἶπε γὰρ, καὶ ἄλλον παράκλητον πέμψει ὑμῖν ὁ πατὴρ, ὃν ἐρωτήσω ἐγὼ· ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον μέρος λέγοι τοῦ πατρὸς, ἢ τοῦ υἱοῦ, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, τρεῖς λέγοι θεοὺς, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις βουλήσει τοῦ θεοῦ, ὡς ἓν τῶν ποιημάτων, λέγοι γεγονέναι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις μὴ θελήσαντος τοῦ πατρὸς γεγεννῆσθαι λέγοι τὸν υἱὸν, ἀνάθεμα ἔστω. οὐ γὰρ βιασθεὶς ὁ πατὴρ ὑπ' ἀνάγκης φυσικῆς ἠχθεὶς, ὡς ἐκ ἠθέλησεν, ἐγέννησε τὸν υἱὸν, ἀλλ' ἅμα

ἀλλ' ἅμα τε ἠβουλήθη, καὶ ἀχρόνως καὶ ἀπαθῶς ἐξ ἑαυτοῦ αὐτὸν γεννήσας ἐπέδειξεν, ἀνάθεμα ἔστω εἴτις ἀγέννητον καὶ ἄναρχον λέγοι τὸν υἱόν, ὡς δύο ἄναρχα καὶ δύο ἀγέννητα λέγων, καὶ δύο ποιῶν θεούς, ἀνάθεμα ἔστω. κεφαλὴ γὰρ τοῦ ἐστιν ἀρχὴ πάντων ὁ υἱός, κεφαλὴ δὲ τοῦ ἐστιν ἀρχὴ τοῦ Χριστοῦ, ὁ θεός· ἕνα γὰρ ἐσμεν ἀνάρχου τῶν ὅλων ἀρχὴν τὸν υἱὸν εὐσεβῶς τὰ πάντα ἀνάγομεν· καὶ πάλιν συνδιακρίνοντες τὸν χριστιανισμὸν τὴν ἔννοιαν λέγομεν, ὅτι εἷς Χριστὸς A
θεὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ πρωαιώνιον ὄντα, καὶ ὑπουργήσαντα τῷ πατρὶ εἰς τὴν τῶν ὅλων δημιουργίαν μὴ λέγοι· ἀλλ' ἐξ οὗ ἐκ Μαρίας ἐγεννήθη, ἐκ τότε καὶ Χριστὸν καὶ υἱὸν κεκλῆσθαι, καὶ ἀρχὴν ἐληφέναι τοῦ θεὸν εἶναι, ἀνάθεμα ἔστω.

Ταῦτα πάντα παρωσάμενοι· καὶ ὥσπερ βέλτιόνα ὑπονοήσαντες δογματίζουσιν ἄλλοι πίστιν, καὶ γράφουσι ταῦτα ἐν σιρμίῳ ῥωμαϊστὶ μὲν, ἑρμηνευθέντα δὲ ἑλληνιστί· B

Ἐπειδὴ περὶ πίστεως ἔδοξέ τινα διασκέψιν γίνεσθαι, πάντα ἀσφαλῶς ἐζητήθη καὶ διηρευνήθη ἐν τῷ σιρμίῳ ὑπὸ παρουσίᾳ βαλεντος καὶ ὑρσακίου, καὶ γερμινίου καὶ τῶν λοιπῶν. συνέστηκεν ἕνα θεὸν εἶναι παντοκράτορα, καθὼς καὶ ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ κατηγγέλλεται. καὶ ἕνα μονογενῆ υἱὸν αὐτοῦ, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐξ αὐτοῦ πρὸ τῶν αἰώνων γεννηθέντα· δύο θεοὺς μὴ λέγειν· ἐπειδὴ αὐτὸς ὁ κύριος
» εἴρηκε· πορεύομαι πρὸς τὸν πατέρα μου καὶ πατέρα ὑμῶν, καὶ θεόν μου καὶ θεὸν ὑμῶν. Διατοῦτο καὶ πάντων θεός ἐστι, καθὼς καὶ ὁ ἀπόστολος C
» ἐδίδαξεν· ἢ Ἰουδαίων μόνων ὁ θεὸς, οὐχὶ καὶ ἐθνῶν; ναὶ καὶ ἐθνῶν· ἐπείπερ εἷς ὁ θεὸς, ὃς δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως, καὶ ἀκροβυστίαν
» διὰ πίστεως. καὶ τὰ μὲν λοιπὰ πάντα συμφωνεῖ, καὶ οὐδὲ μίαν ἔχει ἀμφιβολίαν. ἐπειδὴ δὲ πολλούς τινας κινεῖ περὶ τῆς λεγομένης ῥωμαϊστὶ μὲν οὐσιαντίας, ἑλληνιστὶ δὲ λεγομένης οὐσίας, τουτέστιν, ἵνα ἀκριβέστερον γνωσθῇ, τὸ ὁμοούσιον, ἢ τὸ λεγόμενον ὁμοιούσιον· οὐχρὴ τινα τούτων παντελῶς μνήμην γίνεσθαι, οὐδὲ περὶ τούτων ἐξηγεῖσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ· διὰ τὴν αἰτίαν, καὶ διὰ τοῦτον τὸν λογισμὸν, ὅτι ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς οὐ γέγραπται περὶ τούτων· καὶ ὅτι ταῦτα, ὑπὲρ τὴν ἀνθρώπων γνῶσιν καὶ τὸν ἀνθρώπων νοῦν ἐστι· καὶ ὅτι οὐδεὶς δύναται τὴν γενεὰν τοῦ υἱοῦ διηγήσασθαι, καθὼς γέγραπται· τὴν δὲ γενεὰν
» αὐτοῦ τίς διηγήσεται; μόνον γὰρ εἰδέναι τὸν πατέρα φανερόν ἐστι, πῶς τὸν υἱὸν ἐγέννησε· καὶ πάλιν τὸν υἱὸν, πῶς αὐτὸς γεγένηται παρὰ τοῦ πατρός. οὐδενὶ δὲ ἀμφίβολόν ἐστι, μείζονα εἶναι τὸν πατέρα· οὐδὲ γὰρ διαστήσειεν ἄν τις τὸν πατέρα, τιμῇ καὶ ἀξίᾳ καὶ θεότητι,
» καὶ αὐτῷ τῷ ὀνόματι τῷ πατρικῷ μείζονα εἶναι· διαμαρτυρομένου αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ· ὁ ἐμὲ πέμψας
» πατὴρ, μείζων μού ἐστι. καὶ τοῦτο δὲ καθολικὸν εἶναι, οὐδεὶς ἀγνοεῖ· δύο πρόσωπα εἶναι, πατρὸς καὶ υἱοῦ.

sed ſtatim vbi voluit, ſine tempore & paſſione eum ex ſe genitum edidit) anathema eſto. Si quis ingenitum, & ſine origine Filium nominat eo animo, vt duo ingenita & ἀνοριγίνατα, & duos deos ſtatuere velit, anathema eſto. Caput enim & principium omnium Filius eſt. Caput verò & principium Chriſti Deus, ita enim ad vnum principium vniuerſitatis nullo initio inchoatum, per Filium pie omnia reducimus. iterumque exactè tradentes Chriſtianiſmi ſenſum dicimus, ſi quis Chriſtum Deum Filium Dei ante ſecula, adminiſtrumque ad vniuerſitatis opificium fuiſſe neget, ſed ex quo tempore è Maria genitus eſt Chriſtum & Filium appellatum fuiſſe, & principium ſuæ deitatis tum accepiſſe dicat, anathema eſto.

Iſtis omnibus neglectis ac veluti melioribus repertis etiam fidem decernunt: & Sirmij inſcripta referunt Romano quidem ſermone, ſed quæ Græce interpretata hunc ſenſum habeant.

Quoniam de fide placuerat diſceptationem fieri, omnia cum ſedulitate inquiſita & examinata fuere Sirmij in præſentia Valentis, Vtſacij, Germinij, cæterorumque omnium. Conſtitit ergo vnum eſſe Deum omnipotentem, ſicuti in vniuerſo orbe prædicatur, & vnum eius vnigenitum Filium, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ex eo ante ſecula genitum, duos tamen Deos non oportere dici, quum ipſe Dominus de ſe loquutus ſit, *Vado ad Patrem meum, & Patrem veſtrum, Deum meum & Deum veſtrum*, ideoque omnium Deus habendus eſt, quemadmodum Apoſtolus dixit, *An Iudæorum tantummodo ſit Deus, & non etiam gentium? certè & gentium, quoniam vnus eſt Deus, qui iuſtificabit circumciſionem ex fide, & præputium per fidem:* & reliqua omnia conſentiunt, & nullam prorſus habent ambiguitatem. Cæterum quia multos commouet vox, Latine quidem dicta ſubſtantia, Græce autem οὐσία hoc eſt, vt diligentius cognoſcatur, illud quod ὁμοούσιον aut ὁμοιούσιον dicitur, nullam earum vocum mentionem debere fieri, neque de iis ſermocinandum in Eccleſia cenſemus, quòd de iis nihil ſcriptum ſit in ſacris literis, & quòd illa hominum intellectum & mentem tranſcendant, & quòd nemo poſſit generationem Filij enarrare, quemadmodum ſcriptum eſt, *Generationem eius quis enarrabit?* Solùm enim patrem ſcire, quomodo Filium ſuum genuerit, certum eſt. Nulli verò ambiguum, Patrem maiorem eſſe, neque eſt quod quisquam dubitet, Patrem honore, dignitate, deitate, atque adeo ipſo nomine paterno maiorem eſſe, atteſtante præſertim ipſo Filio, *Qui miſit me Pater, maior me eſt:* & hoc ipſum Catholicum eſt, & nemo ignorat duas eſſe perſonas Patris & Filij, ac pro-

ac proinde Patrem maiorem: Filium vero Patri cum omnibus, quæ illi Pater subiecit, subiectum esse, Patrémque initium non habere, & inuisibilem & immortalem, & liberum à passionibus esse: Filium verò ex Patre genitum esse, Deum ex Deo, Lumen de Lumine, eiusque generationem, quemadmodum superius dictum est, neminem scire nisi solum Patrem ipsumque Filium Dominum nostrum & Deum, carnem siue corpus, hoc est, hominem è Maria Virgine assumpsisse. Quemadmodum Angelus prænunciauerat: & omnes scripturæ docent, & in primis ipse gentium Apostolus, hominem assumpsit Christus ex Maria Virgine, per quem passus est. Summa autem totius Fidei & firmamentum est, vt Trinitas semper retineatur: quemadmodum legimus in Euangelio. *Abite & baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Numerus autem trinitatis integer & perfectus est, Paracletus porrò, nimirum sanctus, per Filium missus secundum Euangelium venit, vt Apostolos & omnes credentes erudiret & sanctificaret. *Hæc Eusebiani.*

A

B

HÆc vbi misissent, denuo mutata sententia composuerũt eam fidem, quam quia cum consulibus edidissent, multo pudore & probro perfusi sunt, eiusque exemplaria curauere, vt quum suo more sententiam mutassent, ab iis qui ea tenebant, per notarium Martianum surriperentur, & persuaso Constantio, vt contra eam fidem edicta promulgaret, aliam rursum fidem constituunt: additisque, vt solent quibusdam dictis.

C

Hausta igitur ista conscripserunt.

Non refugimus authenticam in encæniis Antiochiæ editam fidem, sed præferimus eam, vel ob id potissimum, quod patres nostri per illud tempus ad propositam quæstionem accurrerunt. Cæterum quoniam multos superioribus temporibus hę voces ὁμοούσιον & ὁμοιούσιον turbarunt, atque etiamnum turbant, ac præterea à nonnullis non ita pridem noua vox inducta est de inæqualitate Filij ad Patrem, quam ἀνόμοιον vocant, istis de causis ὁμοούσιον & ὁμοιούσιον eliminamus è sacris literis, & vocẽ illam ἀνόμοιον anathemate execramur, & quotquot voces istiusmodi sunt, alienas censemus ab Ecclesia. Similitudinem vero Filij cum Patre plane confitemur, secundum Apostolum ita dicentem: *Qui est imago inuisibilis Dei.* Confitemur verò & credimus in vnum Deum omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium & inuisibilium. Credimusque item in eius Filium, Dominum nostrum Iesum Christum, natum ex eo citrà passionem aliquam ante omnia secula, DEVM Verbum, Deum ex Deo vnigenitum, Lumen, Vitam, Veritatem, Sapientiam, Potentiam, per quem omnia facta sunt in cœlis & in terra, siue visibilia, siue inuisibilia, illumque credimus

D

E

καὶ τὸν μὲν πατέρα μείζονα, τὸν δὲ υἱὸν ὑποτεταγμένον τῷ πατρὶ, μετὰ πάντων ὧν αὐτῷ ὁ πατὴρ ὑπέταξε. τὸν δὲ πατέρα ἀρχὴν μὴ ἔχειν, καὶ ἀόρατον εἶναι, καὶ ἀθάνατον, καὶ ἀπαθῆ εἶναι· τὸν δὲ υἱὸν γεγεννῆσθαι ἐκ τοῦ πατρὸς, θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτός. καὶ τοῦτο τὸν γένεσιν, καθὼς προειρηται, μηδένα γινώσκειν, εἰ μὴ μόνον τὸν πατέρα. αὐτὸν δὲ τὸν υἱὸν καὶ κύριον καὶ θεὸν ἡμῶν, σάρκα, ἤγουν σῶμα, τουτέστιν ἄνθρωπον· ἀνειληφέναι ἀπὸ Μαρίας τῆς παρθένου, καθάπερ καὶ ὁ ἄγγελος προευηγγελίσατο· καθὼς δὲ πᾶσαι αἱ γραφαὶ διδάσκουσι, καὶ μάλιστα αὐτὸς ὁ ἀποστολος τῶν ἐθνῶν, ἄνθρωπον ἀνείληφεν ὁ Χριστὸς ἀπὸ Μαρίας τῆς παρθένου, δι' οὗ πέπονθε· τὸ δὲ κεφάλαιον πάσης τῆς πίστεως καὶ ἡ βεβαιότης ἐστὶν, ἵνα τριὰς ἀεὶ φυλάττηται, καθὼς ἀναγινώσκομεν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ· πορευθέντες βαπτίζετε πάντα τὰ ἔθνη, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἀκέραιος δὲ καὶ τέλειός ἐστιν ὁ ἀριθμὸς τῆς ἁγίας τριάδος. ὁ δὲ παράκλητος τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ τοῦ υἱοῦ ὑπισχνεῖτο, ἦλθε κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν, ἵνα τοὺς ὑποτόλους καὶ πάντας τοὺς πιστεύοντας, παιδεύσῃ καὶ ἁγιάσῃ.

Ταῦτα γράψαντες καὶ μεταγνόντες, συνέθηκαν μὲν ἐκείνην, ὡς μετὰ τῆς ὑπατείας ἐπιδείξαντες ἠρυθρίασαν. συνήθως δὲ ὥσπερ καταγνόντες καὶ ταύτης, ἐποίησαν μὲν αὐτὴν ἁρπαθῆναι ὑπὸ τῶν ἐχόντων αὐτὴν γράφα διὰ μαρτιανᾶ νοταρίου· καὶ πείσαντες τὸν βασιλέα κωνστάντιον κατ' αὐτῆς προθεῖναι διατάγματα, δογματίζουσι πάλιν ἄλλην· καὶ προσθέντες, ὡς εἰώθασι, λέξεις τινάς, γράφουσι ταῦτα ἐν τῇ ἱσαυρίᾳ.

Οὐ φεύγομεν τὴν ἐκτεθεῖσαν αὐθεντικὴν πίστιν ἐν τοῖς ἐγκαινίοις, τοῖς κατὰ ἀντιόχειαν, προσκομίζοντες αὐτὴν· εἰ καὶ τὰ μάλιστα οἱ πατέρες ἡμῶν κατ' ἐκεῖνο καιρὸν πρὸς τὸ προκείμενον τῆς ζητήσεως συνέδραμον· ἐπειδὴ πολλοὺς ἐθορύβησε τὸ ὁμοούσιον καὶ τὸ ὁμοιούσιον ἐν τοῖς παρεληλυθόσι χρόνοις καὶ μέχρι νῦν, ἀλλὰ καὶ ἀρτίως λέγεται καινοτομεῖσθαι ὑπό τινων τὸ ἀνόμοιον υἱὸς πρὸς πατέρα· τούτων χάριν, τὸ μὲν ὁμοούσιον καὶ τὸ ὁμοιούσιον ἐκβάλλομεν, ὡς ἀλλότριον τῶν γραφῶν. τὸ δὲ ἀνόμοιον ἀναθεματίζομεν, καὶ πάντας ὅσοι τοιαῦτοι τυγχάνουσιν, ἀλλοτρίους ἡγούμεθα τῆς ἐκκλησίας. τὸ δὲ ὅμοιον τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα, σαφῶς ὁμολογοῦμεν κατὰ τὸν ἀπόστολον τὸν λέγοντα περὶ τοῦ υἱοῦ· ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου. ὁμολογοῦμεν δὲ καὶ πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν παντοκράτορα, τὸν ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν πάντων καὶ ἀοράτων. πιστεύομεν δὲ καὶ εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν αὐτοῦ, τὸν ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντα ἀπαθῶς πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, θεὸν λόγον, θεὸν ἐκ θεοῦ μονογενῆ, φῶς, ζωὴν, ἀλήθειαν, σοφίαν, δύναμιν, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ὁρατὰ, εἴτε ἀόρατα· τοῦτον πιστεύομεν

πιστεύομεν ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων εἰς ἀθέτησιν τῆς ἁμαρτίας σάρκα ἀνειληφέναι ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, καὶ ἀνθρωπήσαντα παθόντα ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ ἀναστάντα, καὶ ἀναληφθέντα εἰς οὐρανούς, καθεζεσθαι ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, πάλιν ἐρχόμενον ἐν δόξῃ, κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. πιστεύομεν καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὃ καὶ παράκλητον ὠνόμασεν ὁ σωτὴρ καὶ κύριος ἡμῶν, ἐπαγγειλάμενος μετὰ τὸ ἀπελθεῖν αὐτὸν πέμψαι τοῖς μαθηταῖς, ὃ καὶ ἀπέστειλε· δι' οὗ καὶ ἁγιάζει τοὺς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πιστεύοντας, καὶ βαπτιζομένους ἐν ὀνόματι πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος. τοὺς δὲ ἐπὶ παύτῃ τῇ πίστει ἄλλο τι κηρύττοντας ἀλλοτρίους οἶδεν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία. ὅτι δὲ παύτῃ τῇ πίστει ἰσοδυναμεῖ καὶ ἡ ἐν σιρμίῳ πρώην ἐκτεθεῖσα πίστις ἐπὶ τῆς εὐσεβείας τοῦ βασιλέως ἡμῶν γνωρίζουσιν οἱ ἐντυγχάνοντες.

Ταῦτα γράψαντες ἐν τῇ ἰσαυρίᾳ, ἀνελθόντες εἰς τὴν κωνσταντινούπολιν ὥσπερ μεταγνόντες, ἠλλαξαν σιωπῇ τοῦτο, καὶ προσθέντες λεξίδιά τινα, ὡς τε μηδὲ ὑποφωσιν λέγειν ἐπὶ πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος· διεπέμψαντο αὐτὰ τοῖς ἐν Ἀριμήνῳ, καὶ ἠνάγκαζον καὶ τοὺς ἐν τοῖς μέρεσι τούτοις, ὑπογράφειν, τοὺς δὲ ἀντιλέγοντας αὐτοῖς ἐποίουν ἐξορίζεσθαι ὑπὸ κωνσταντίου. ἔστιν οὖν τοῦτο.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα ἐξ οὗ τὰ πάντα καὶ εἰς τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ θεοῦ, τὸν πρὸ πάντων αἰώνων καὶ πρὸ πάσης ἀρχῆς γεννηθέντα ἐκ τοῦ θεοῦ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, γεννηθέντα ὑὸν μονογενῆ μόνον ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς, θεὸν ἐκ θεοῦ, ὅμοιον τῷ γεννήσαντι αὐτὸν πατρὶ κατὰ τὰς γραφὰς, οὗ τινα γένεσιν οὐδεὶς γινώσκει, εἰ μὴ μόνος ὁ γεννήσας αὐτὸν πατήρ. τοῦτον οἴδαμεν μονογενῆ θεοῦ υἱὸν, πεμπόντος τοῦ πατρὸς αὐτὸν γενέσθαι ἐκ τῶν οὐρανῶν, ὡς γέγραπται, ἐπὶ καταλύσει τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου, καὶ γεννηθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου ἐκ μαρίας τῆς παρθένου τὸ κατὰ σάρκα, ὡς γέγραπται, καὶ ἀναστραφέντα μετὰ τῶν μαθητῶν, καὶ πάσης τῆς οἰκονομίας πληρωθείσης κατὰ τὸ πατρικὸν βούλημα, σταυρωθέντα καὶ ἀποθανόντα καὶ ταφέντα, καὶ εἰς τὰ καταχθόνια κατελεύσεσθαι, ὃν τινα καὶ αὐτὸς ὁ ἅδης ἔπτηξεν, ὅστις καὶ ἀνέστη ἐκ τῶν νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ διέτριψε μετὰ τῶν μαθητῶν, καὶ πληρωθεισῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν, ἀνελήφθη εἰς τοὺς οὐρανούς, καὶ καθέζεται ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, ἐλεύσεσθαι δὲ ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως, ἐν τῇ πατρικῇ δόξῃ, ἵνα ἀποδῷ ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὅπερ αὐτὸς ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ υἱὸς ὁ Χριστὸς ὁ κύριος καὶ θεὸς ἡμῶν, ἐπηγγείλατο πέμπειν τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων παράκλητον· καθάπερ γέγραπται· τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὅπερ αὐτοῖς ἔπεμψεν, ὅτε ἀνῆλθεν εἰς τοὺς οὐρανούς. τὸ δὲ ὄνομα τῆς οὐσίας ὅπερ ἁπλούστερον ἀπὸ τῶν πατέρων ἐτέθη, ἀγνοούμενον δὲ τοῖς λαοῖς, σκάνδαλον ἔφερε, διὸ μηδὲ αἱ γραφαὶ τοῦτο περιέχουσιν, ἤρεσε περιαιρεθῆναι.

mus in consummatione seculorum ad peccatorum demolitionem carnem ex Virgine assumpsisse, & hominem factum esse, passumque pro peccatis nostris, resurrexisse, & assumptum in cœlos, sedere ad dextram Patris, eumque iterum venturum in gloria, vt iudicet viuos & mortuos. Credimus quoque in Spiritum sanctum, quem & Paracletum nominauit Seruator, quem post abitum & pollicitus erat discipulis suis se missurum esse, & misit, per quem sanctificat eos qui in Ecclesia credunt & baptizantur in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Eos porro qui præter hanc fidem aliud prædicant, alienos à se agnoscit Catholica Ecclesia. Quod autem cum hac fide paria faciat illa fides, quæ Sirmij prius edita fuit, sentiant omnes quicunq; eam legerint.

Hæc Eusebiani.

Hæc quum Isauriæ scripsissent, Constantinopolim profecti, veluti eius sententiæ pœnitu dine laborassent, suo more immutauerunt, additis nonnullis dictis, vt ne fas esset ὑποφωσιν dicere de Patre, & Filio, & Spiritu sancto: eaque transmiserunt ad eos qui Arimini conuenerant, coëgeruntq; homines istarum prouinciarum subscribere, exactis per Constantium in exilium, quicunq; auderent contradicere. Sunt autem ista.

Alia Confessio fidei.

Credimus in vnum Deum, Patrem omnipotentem, ex quo omnia, & in vnigenitum Filium Dei, ante omnia secula, & ante omnia initia genitum ex Deo, per quem omnia facta sunt, tam visibilia quàm inuisibilia, eumque solum vnigenitum ex Patre natum esse, Deum ex Deo, similem ei qui ipsum genuit Patri secundum scripturas, cuius generationem nemo scit, nisi solus qui illum genuit Pater. Hunc agnoscimus vnigenitum Filium Dei Patre mittente aduenisse e cœlis, vt scriptum est, ad euastationem peccati & mortis, & natum ex Spiritu sancto, è Maria Virgine secundum carnem vt scriptum est, & postquam versatus esset cum discipulis, & omnem œconomiam negociúmque datum impleuisset secundum Patris voluntatem, crucifixum, & mortuum, & sepultum esse, & ad subterranea descendisse, quem ipse infernus exhorruit, eúmque resurrexisse tertio die è mortuis, & vbi commoratus esset cum discipulis, impletis iam quadraginta diebus assumptum esse in cœlos, & sedere ad dextram Patris, venturumq; esse extremo die resurrectionis in paterna gloria vt reddat vnicuique secundum opera sua: Et in Spiritum sanctũ, quem ipse vnigenitus Dei Filius Christus Dominus noster promisit se generi humano missurum in consolatorem: quemadmodum scriptum est, Spiritum veritatis, quem eis misit postquã cœlos ascendit. Nomen porro substantiæ, simplicius à patribus editũ, quia ignotum populis scandalum adfert, & in sacris literis non continetur, placuit de medio tolli,

& omnino nullam eius mentionem debere fieri quoniam sacræ literæ nusquam substantiæ Patris aut Filij meminere, imo ne ὑπόστασις quidem sine substantia de Patre Filio, & Spiritu sancto nominari debet. Similem autem dicimus Patri Filium, vt loquuntur, & docent sacræ scripturæ. Omnes porro hæreses siue olim damnatæ, siue recenter ortæ: contrariæ huic promulgatæ scripturæ anathema sunto.

Hæc Eusebiani.

Sed ne in istis quidem permanserunt. Nam descendentes ex Constinopoli Antiochiam, reuocarunt prorsus quod scripserant de similitudine Patris cum filio, vt scripturæ dicunt, & compositis quæ excogitarent ad primordia sua recurrere denuo inceperunt, & dicere omnibus modis, Filium esse dissimilem Patri, & nulla ex parte similem, & tantopere sententias suas mutarunt, vt eos, qui Ariana apertius dicerent, receperint, iisque Ecclesias commiserint quo cum securitate blasphemias loquerentur, ac proinde ob immensam blasphemādi improbitatem ἀνόμοιοι, hoc est, dissimiles ab omnibus vocati sunt, additumque eisdem cognomen ἐξακόντιοι, quasi si illos dicas non entiales, quorū impietatis antesignanus Constantius hæreticus fuit, qui ad finem vsque permanens in ea impietate, ac deinde moriens, voluit non à piis viris, sed ab Euzoio, non semel, sed sæpius ob Arianam hæresim, & cùm diaconus esset, & quum Antiochiæ resideret, depositio reiectoque baptizari: huc vsque igitur progressi sunt in constituendis & in abrogādis fidei articulis. Sed ne hic quidem, sat scio, consistere poterint, quotquot nunc hypocrisim istam induerunt, sed semper contra veritatem coniurationes inibunt, donec in se reuersi, & culpam agnoscentes dicant: Surgite abeamus ad patres nostros & dicamus illis, anathemate detestamur Arianam hæresim, agnoscimus autem Nicænum concilium, cum eo enim illis hactenus omnis contentio est. Quis igitur, modo vel parum sapiat, istos tolerauerit? Quis, quum videat per singulas synodos alia addi, alia detrahi, non animaduertat illorum in Christum & suspectum & insincerum animum? Ecquis, quum in longum differant fidei suæ compositionem, & eorum de quibus accusantur purgationem, non sentiat eos de seipsis desperare, & deinduistria plurima scribere, vt possint per oportunam ambitionem, & tantam loquacitatem & alios qui simpliciores sunt, decipere, & ipsi interim latere, vt non sentiatur, qualem hæresim foueant? Verum quemadmodum gentes, sicuti à Domino relatum est, multiloquio vtentes in suis precibus, nihil proficiunt, ira isti quoque tanto proluuio verborum suam de hæresi Ariana damnationem extinguere nequeunt: imo multo ab id magis in scelere suo deprehenduntur, ac proinde ab Ecclesia abscissi sunt, idque merito.

Quam

αἱρεθῆναι, καὶ παντελῶς μηδὲ μίαν μνήμην τοῦ λοιποῦ γίνεσθαι· ἐπειδήπερ καὶ αἱ θεῖαι γραφαὶ, οὐδαμῶς ἐμνημόνευσαν περὶ οὐσίας πατρὸς καὶ υἱοῦ, καὶ γὰρ οὐδὲ ὀφείλει ὑπόστασις περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος ὀνομάζεσθαι. ὅμοιον δὲ λέγομεν τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν, ὡς λέγουσιν αἱ θεῖαι γραφαὶ καὶ διδάσκουσι. πᾶσαι δὲ αἱ αἱρέσεις αἱ πρόσθεν πρόπροσθεν καπνεύθησαν, καὶ αἵτινες ἐὰν καινόπραι γένωνται, ἑαυτὰς τυγχάνουσαι τῆς ἐκπεθείσης παρὰ τῆς γραφῆς ἀναθέματι ἔσωσαν.

Ἀλλ' οὐδὲ πύπους ἐνέμειναν. καπηλεύοντες γὰρ ἀπὸ κωνσταντινουπόλεως εἰς τὴν ἀντόχειαν μετέγνωσαν ὅπ ὅλως ἔγραψαν ὅμοιον τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν, ὡς λέγουσιν αἱ γραφαὶ· καὶ σωθέντες ἅπερ ἐπενόησαν, ἤρξαντο πάλιν ἀπατρέχειν εἰς τὰ πρῶτα ἑαυτῶν καὶ λέγειν, ὅτι παντελῶς ἀνόμοιός ἐστιν ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ, καὶ κατ' οὐδένα τρόπον ὅμοιός ἐστιν ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ, τοσοῦτον μετεβάλοντο, ὡς καὶ τοὺς τὰ ἀρείου γυμνότερον λέγοντας προσδέχεσθαι, καὶ τὰς ἐκκλησίας αὐτοῖς παραδιδόναι, ἵνα ἐπ' ἀδείας τὰ τῆς βλασφημίας προσφέρωσι, διὰ γοῦν τὴν πολλὴν αἰδέσιαν τῆς βλασφημίας αὐτῶν ἀνόμοιοι παρὰ πᾶσιν ἐκλήθησαν, ἔχοντες καὶ τὴν ἑξακόντιον ἐπωνυμίαν, καὶ τὸν αἱρετικὸν κωνστάντιον προστάτην τῆς ἀσεβείας αὐτῶν, ὃς μέχρι τέλους παμείνας ἐν ἀσεβείᾳ, καὶ λοιπὸν ἀποθνήσκων, ἔδοξε βαπτίζεσθαι οὐ παρὰ ὁσίων ἀνδρῶν, ἀλλὰ παρὰ εὐζωΐου τοῦ παρὰ τὴν ἀρειανὴν αἵρεσιν, οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πολλάκις παθαιρεθέντος. καὶ ὅτε διάκονος ἦν, καὶ ὅτε ἐν ἀντοχείᾳ ἐκαθέζετο· πῶς μὲν οὖν ἄχρι τούτου φθάσαντες, ἔστησαν καὶ καθῃρέθησαν οἱ πρωτεργάται. ἀλλὰ οὐδὲ οὕτως εὖ οἶδα ὅπ σήσονται ὅσοι καὶ νῦν ὑποκρίνανται, ἀεὶ δὲ συγχύσεις ποιήσουσι κατὰ τῆς ἀληθείας, ἕως ἂν εἰς ἑαυτὸν ἐλθόντες εἴπωσι, καὶ οὗτοι· ἀναστάντες πορευσώμεθα εἰς τοὺς πατέρας ἑαυτῶν, καὶ ἐροῦμεν αὐτοῖς, ἀναθεματίζομεν μὲν τὴν ἀρειανὴν αἵρεσιν, ἐπιγινώσκομεν δὲ τὴν ἐν νικαίᾳ συνοδον, περὶ γὰρ ἐκείνου τὴν ἔριν. τίς οὖν ἐπὶ κἂν ὀλίγην αἴσθησιν ἔχων, ἀνέξεται τούτων; τίς βλέπων καθ' ἑκάστην συνοδον τὰ μὲν ἀφαιρούμενα, τὰ δὲ προστιθέμενα, οὐ συνορᾷ τούτους ὑποπτον καὶ ὕπουλον ἔχοντες κατὰ χριστοῦ τὴν διάνοιαν; τίς ὁρῶν αὐτοὺς διὰ μακρῶν ἐκτείνοντας ἑαυτῶν τὴν τε τῆς πίστεως συνθεσιν, καὶ τὴν ἀπολογίαν περὶ ὧν ἐγκαλοῦνται, οὐχ ὁρᾷ τούτους καταγινώσκοντας ἑαυτῶν, καὶ πολλὰ γραφόντας ἐπιτηδες, ἵνα δόξωσι διὰ τῆς ἀκαίρου φιλοπονίας, καὶ τῆς τοσαύτης πολυλογίας ὑφαρπάζειν τοὺς ἀκεραίους, καὶ λανθάνειν οἷοι τὴν αἵρεσιν τυγχάνουσιν ὄντες; ἀλλ' ὥσπερ οἱ ἐθνικοὶ, ὡς εἶπεν ὁ κύριος, βαττολογοῦντες ἐν ταῖς εὐχαῖς οὐδὲν ὠφελοῦσιν, οὕτως οὗτοι τοσαῦτα καταντλήσαντες οὐκ ἠδυνήθησαν σβέσαι τὴν κατὰ τῆς ἀρειανῆς αἱρέσεως κρίσιν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐλεγχθέντες καθῃρέθησαν, καὶ εἰκότως μι-

μίαν

ποίαν γὰρ αὐτῶν ὁ ἀκούων ἀποδέξηται συγγραφὴν; ἢ ποία θαρρήσαντες αὐτοὶ κατηχήσουσι τοὺς ἐρχομένους πρὸς αὐτούς; εἰ μὲν γὰρ αἱ πᾶσαι μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἔχουσι συμφωνίαν, τίς ἡ χρεία τῶν πολλῶν; εἰ δὲ πρόσεστιν χρεία γέγονε, δῆλόν ἐστιν ἑκάστην ἐνδεῆ καὶ μὴ πλήρη τυγχάνειν, καὶ τάχα μᾶλλον ἡμῶν αὐτοὶ διελέγχουσιν ἐν τῷ πάσας ἀναλίσκειν καὶ μεταποιεῖν. τὸ δὲ πλῆθος τῶν συνόδων, καὶ ἡ διαφορὰ τῶν γραφομένων, δείκνυσι τοὺς ἐν αὐταῖς σύνελθόντας, μαχομένους μὲν πρὸς τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον, ἀσθενοῦντας δὲ πρὸς τὴν ἀλήθειαν. ἐπειδὴ δὲ οὕτως αὐτοὶ πρός τε ἑαυτοὺς, καὶ πρὸς πολὺ πρὸ ἑαυτῶν διεπίθησαν, φέρε λοιπὸν ἡμεῖς ἐξετάσαντες, μάθωμεν παρ' αὐτῶν, ποῖον ἄρα πρᾶγμα θεωρήσαντες, ἢ τίνα λέξιν αἰτιώμενοι τῶν ἐγγεγραμμένων; ἀπειθεῖς μὲν γενέσθαι γέγονασι, διαμάχονται δὲ πρὸς οἰκουμενικὴν σύνοδον. τὸ ἐκ τῆς οὐσίας, φησὶ, καὶ τὸ ὁμοούσιον οὐκ ἤρεσεν, ταῦτα γάρ τινας ἐσκανδάλισε καὶ πολλοὺς ἐθορύβησεν. ἐκεῖνοι μὲν δὴ οὕτως γεγράφοντες εἰρήκασιν. ἀπαντήσειε δ' ἄν τις αὐτοῖς δικαίως οὕτως· εἰ μὲν οὖν αὐτὰ τὰ ῥήματα καθ' ἑαυτὰ τυγχάνοι ὄντα αἴτια πρὸς εἰς σκάνδαλον, ἔδει μή τινας σκανδαλίζεσθαι, μηδὲ πολλοὺς θορυβεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς καὶ τοὺς ἄλλους πάντας ταὐτὸν ἐκείνοις πάσχειν ἐξ αὐτῶν· ἀνδὲ οἱ μὲν πάντες ἀγαπῶσι τὰ ῥήματα. οἱ δὲ ταῦτα γεγράψαντες οὐχ' οἱ τυχόντες, ἀλλ' οἱ ἐκ πάσης τῆς οἰκουμένης συνελθόντες εἰσὶ, καὶ τούτοις ἐπιμαρτυροῦσιν οἱ νῦν ἐν τῇ ἀριμήνῳ συνελθόντες ἐπίσκοποι ὑπὲρ πλείους, οὐκ ἄντικρυς ἐλέγχει τοῦτο τοὺς κατὰ τῆς συνόδου λέγοντας, ὡς οὐ τὰ ῥήματά ἐστιν αἴτια, ἀλλ' ἡ κακόνοια τῶν παρεξηγουμένων τὰ τοιαῦτα; πόσοι κακῶς ἐντυγχάνοντες ταῖς θείαις γραφαῖς καὶ πλανωμένοις τούτας κατηγοροῦσι τῶν ἁγίων, οἷοι γεγόνασιν, οἱ μὲν πάλαι Ἰουδαῖοι, μὴ δεξάμενοι τὸν κύριον, οἱ δὲ νῦν μανιχαῖοι βλασφημοῦντες τὸν νόμον· καὶ οὐχ' αἱ γραφαὶ γεγόνασιν αὐτοῖς αἴτιαι, ἀλλ' ἡ σφῶν αὐτῶν κακοφροσύνη. εἰ μὲν οὖν ἀποδεῖξαι δύναιντο τὰ ῥήματα φαῦλα, τοῦτο ποιεῖτε· καὶ λόγος ἠγείσθω τῆς ἀποδείξεως, καὶ μὴ προφασίζεσθαι τοὺς σκανδαλιζομένους, ἵνα μὴ ταὐτὸν πάθητε τοῖς τότε Φαρισαίοις· καὶ γὰρ κἀκείνων προφασιζομένων σκανδαλίζεσθαι ἐπὶ ταῖς τοῦ κυ-
» ρίου διδαχαῖς, ἔλεγεν αὐτοῖς ὁ κύριος· πᾶσα
» φυτεία, ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ πατήρ μου ὁ οὐρά-
» νιος, ἐκριζωθήσεται, τοῦτο δὲ λέγων ἐδείκνυεν ὡς οὐ τὰ τοῦ πατρὸς δι' αὐτὰ φυτευόμενα ῥήματα σκάνδαλον ἦσαν αὐτοῖς, ἀλλ' αὐτοὶ κακῶς ἐκδεχόμενοι τὰ καλῶς λεγόμενα ἐσκανδάλιζον ἑαυτούς. ἐπεὶ καὶ οἱ αἰτιώμενοι ποτὲ τὰς ἐπιστολὰς τοῦ ἀποστόλου, ἀ τὸ παύλου, ἀλλὰ τῆς ἑαυτῶν ἀμαθίας καὶ στρεβλῆς διανοίας κατηγόρουν. ἐπεί, καλὸν γὰρ αὐτὸς εἰπεῖν τοῦτο, εἴ πατε τινες εἰσὶν οἳς προφασιζεσθαι σκανδαλίζεσθαι καὶ θορυβεῖσθαι ἐπὶ τούτοις; τῶν μὲν γὰρ

Quam enim eorum scripturarum auditor recipiat? aut qua tandem fuarum scripturarum ipsi freti catechismo nouitios in fide instruãt? Nam si omnes illorum scripturæ inter se consentiunt, quid opus tam multis scripturis? sin autem opus est tam multis, certe manifestum, quamlibet earum deficientem & non plenam esse, quod ipsi multo magis quàm nos verum esse ostendunt, dum omnes suas scripturas immutant & transformant. Multitudo porro conciliorum, & diuersitas scriptorum, indicium de se præbet, eos qui in illis conciliis congregati fuere, aduersus Nicænam quidem Synodum bellum gerere, sed tamen imbecilliores esse, quàm vt pares sint veritati. Cæterum quia ipsi hoc animo & in sese mutuo, & aduersus maiores suos affecti sunt, age nos ipsi iam ab illis percunctando scisciteмur, ob quã ab iurlitatem aut vitium dictionis, in iis quæ Niceæ scripta sunt, & parentibus suis se contumaces præbent, & cum orbis terrarum concilio belligerantur. Hic mihi dicut, vocabula substantialem & consubstantialem sibi non placere, & illas voces quosdam scandalizasse, & multos conturbasse, eam enim rationem ipsi in suis scriptis allegant, verum illis ad istum modum probe occurreres. Si ipsæ voces per se illis causam scandali habere videntur, non modo aliquos scandalizassent, neque multos conturbassent, sed & nobis & reliquis omnibus æque ac illis scandalum peperissent. contrà, si omnes amant has voces, quique eas in scriptis vsurparunt, non homines vulgares sunt, sed Episcopi qui ab id ex toto orbe conuenerunt, quibus etiam nunc Episcopi centum quinquaginta, & eo plures Arimini congregati adstipulantur: qui fieri possit, vt non statim refutentur, qui contra Synodum loquuntur, quasi verba, ac non potius male interpretantium prauitates in culpa essent, qui non recte legentes sacras scripturas, & peruerse intelligentes, sanctos viros calumniantur, quales tum Iudæi fuere, non recipientes Dominum, & hoc tempore Manichæi blasphemantes legem, quibus scripturæ non causæ istius mali fuere, sed ipsorum animi peruersitas. Si igitur ostendere poteritis verba esse mala, ostendite quæso, & adhibeatur ratio certa demonstrandi, non autem cauillemini aliquos scandalizari, ne vobis idem accidat quod tum Pharisæis. Nam & illis quoque causificantibus se scandalizari Christi doctrinis, ita à Christo responsum est: *Omnis plantatio quam non plantauit Pater meus cœlestis, eradicabitur:* quibus verbis ostendit, non Patris verba sua opera plantata scandalum illis ferre, sed ipsos bene dicta male excipientes sibi scandalum parere, ita quoque & illi qui tum epistolas Apostoli culpabant, non Pauli, sed suam insciitiam & peruersum animum arguebant. Alioqui non ineleganter eos ad istum modum interroges: Dicite quæso mihi, quinam sunt quos causificamini scandalizari, & ob eam rem conturbari:

certe neminem eorum qui pie de Christo sentiunt, aliegare poteritis, qui si enim ea verba defendent & asserunt. Quòd si Ariani sunt, quibus ista offensio nascitur, quid miri, si indignantur iis, qui ipsorum hæresim tollunt? qui his verba non scandalum, sed dolorem adferunt, quòniam in illis trophæum de ipsorum hæresi statuitur. Definite igitur istiusmodi caussificationibus contra patres grunnire, alioqui rellat, vt etiam crucis Domini obmurmuretis quoniam ea Iudæis scandalum est, gentibus vero stultitia, vt dixit Apostolus. Cæterum quemadmodum crux mala non est, nobis enim credentibus Christus est Dei Virtus, & Dei Sapientia, etiam si Iudæi insaniant, ita quoque patrum verba mala non sunt, sed vtilia his, qui ea legitime perlegunt, vimque in se continent omnis hæresis extinguendæ, etiamsi Ariani subinde rumpantur, semetipsos condemnantes. Iam quum caussificatio de scandalis frivola ostenta est, agite deinceps, respondete mihi, cur non contenti estis nomine substantiæ? id enim primum discutiendum est. Atqui vos ipsi scripsistis ex Patre genitum esse Filium: si igitur Patrem nominantes, aut hoc vocabulum, Deus, efferentes, non substantiam significatis, neque eum vti est pro sua substantia intelligitis, sed aliud quippiam quod circa ipsum est, aut aliquid peius, quod à me dictum nolim, innuitis, scribendum à vobis fuerat, non ex Patre Filium prodiisse, sed ex rebus quæ vel in Patre sunt, vel circa Patrem, vt vitiantes vere Patrem Deum appellare, pro simplici compositum, & corporeum intelligentes, nouarum blasphemiarum vos authores repertoresque præbeatis. Nam ita intelligentes necessum est, vt Verbum, & Filius, non substantiam, sed meras voces censeatis, ac deinde vsque ad nomina duntaxat vestra imaginatio procedat, & quæ verbis effertis, animo non credatis, nec esse sentiatis. Atqui ista improba opinio Sadducæorum potius est, quàm eorum qui apud Ethnicos athei appellantur, eò quòd istiusmodi hæresis ne rerum quidem naturam ipsius Dei opus esse assentiatur: siquidem vobis Pater & Deus, non eius qui est, substantiam significat, sed aliud quippiam, quod vos fingitis. Atqui id ipsum vel cogitare solum, impium prorsus & indecorum. Si autem quum audimus, *Ego sum qui sum*, &, *In principio fecit Deus cœlum & terram*. &, *Audi Israel Dominus Deus tuus, vnus est Dominus*. &, hæc, *Dicit Dominus omnipotens*: non aliud quippiam, sed ipsam simplicem & beatam & incomprehensibilem eius, qui est, essentiam intelligimus, tametsi comprehendere nequeamus quidnam ille sit, sed tamen quum audimus has dictiones, Pater & DEVS, & omnipotens, non aliud omnino quàm eius qui est substantiam cogitamus. Vos igitur quum dicebatis Filium ex DEO esse, ex Patris substantia cum esse dicebatis: verum quoniam ante vos Dominum ipsæ scripturæ Filiũ Patris nominauerunt, & ante scripturã Pater dixit: *Hi,*

Ἰγνάτιος οὖν ὁ μετὰ τοὺς ἀποστόλους ἐν ἀντιοχείᾳ καταστὰς ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς τοῦ χριστοῦ γεγονὼς, ἐν μέσοις γράφων περὶ τοῦ κυρίου, εἰρηκεν· εἷς ἰατρός ἐστι σαρκικὸς καὶ πνευματικὸς, γενητὸς καὶ ἀγένητος· ἐν ἀνθρώπῳ

aduersus Pauli blasphemias actum fuit. Verum quia Eusebius & Arius, ante tempora quidem fuisse Filium dicerẽt, sed tamen factum esse, & vnum ex creaturis esse docere conarentur, & dictum illud, ex Deo, non ita interpretarentur, vt Filium genuinum ex patre vero natum crederent, sed eũ ita ex Deo esse, vt cætera creata affirmarent, & similitudinis vnitatem Filij cum Patre negarent essentia aut natura constare, vt solidè Filius Patri suo similis haberi possit, sed consensus dogmatum, A rationeq; doctrinæ eam similitudinem conflatam esse: & quia interspiebant, & omnibus modis alienabant essentiam Filij à Patre, aliud ei initium existendi affingentes, ad creaturarum censum eum detrahebant: ideo Nicææ congregati Episcopi, conspicati eorum hominum, qui ita sentiebant vafriciem, collectis in vnum quæ ex sacris literis ad sententiam suam tuendam facerent, liquidius rem exponentes, Filium consubstantialem esse asseuerarunt, vt ingenuitas & vera natura Filij inde B significaretur, nihilque cum eo res creatas commune habere edocerent. Vocis enim istius exquisita ratio eorũ simulationem, quũ dicunt eum ex Deo esse, patefecit, & omnes eorum argutias, quibus simpliciores fallunt, excludit. Certe quum omnia queant fucis lenociniisque sophismatum adulterare, & pro libidine mutare, hanc solam vocem adaperientem ipsorum hæresim reformidant, quam patres pro munimento & arce contra illorum impias commentationes in scripta retulerunt. C Desinat igitur omnis contentio, neque in nos mutuo arietemus, si diuersimodè concilia acceperunt Verbum consubstantiale: habemus enim pro excusatione legitimas eorum causas, quas dixi, & præterea hanc ipsam, quòd quamuis hanc vocem, ingenitum, à scripturis non didicimus (nusquam enim scripturæ ingenitum Deum vocant) sed tamen quoniam multi qui aliquid videntur esse, huius vocis studio disputandi mentionem fecere. Non ignorandum tamen hoc ipsum vocabulum diuersa significare, quum alij id quod existit, D & factum non est: alij rursus, quod plane sui authorem non habet, ingenitum dicant. Inter has igitur significationes, si quis respiciens ad priorem significationẽ, quum id denotatur, quod authore sui careat, atque eo modo Filium non esse ingenitum dixerit, nequaquam ille culpauerit alium, qui quum respiciat, Filium neque creaturam neque opus esse dicat eum ingenitum esse. Vterque enim suum scopum spectans rectè locutus est: ita quoque si E aliqui ex patribus ad istum, alij ad alium modum de consubstantiali disseruerunt, nobis tamen ob id contentiosè agendum non est, sed cum pietate eorum dicta excipere debemus, eò quòd præcipue sua studia ad pietatem referebant.

Ignátius igitur post Apostolos Antiochiæ, præsul & martyr Christi, in scriptis suis de Domino ita locutus est, *Vnus est medicus, carnalis, & spiritualis genitus & ingenitus in homine*

Deus, vita vera, & ex Maria & Deo. Quidam porro post Ignatium Magistri, ipsi quoque scripserunt, *Vnus ingenitus, Pater est, & ex ipso Filius genitus, verus partus, Verbum & Sapientia Patris.* Si igitur aduersus istos hostiliter afficimur, & dissidemus, sit nobis quoque aduersus Synodos pugna. Quòd si eorum fidem in Christo cognoscentes, persuasum habemus, beatum Ignatium recte scripsisse: genitum illum ob carnem appellantem, eò quod Christus caro factus sit: ingenitum vero, hoc est, non factum, quoniam creatura non sit, sed Filius ex Patre: & non ignoramus eos qui dixere vnum esse ingenitum, Patrem, non eo animo scripsisse, quasi Verbum Dei genitum, hoc est factum, & opus esse vellent, sed ideo, vt ostenderent Patrem sui authorem non habere, sed illum Patrem Sapientiæ esse, & omnia genita, hoc est, quæ facta sunt, in Sapientia fecisse: cur non & Patres nostros, tum qui Samosatensem sustulerunt, tum qui de Ariana hæresi trophæum fixerunt, in vnum pietatis, tuendæque religionis studium coniungimus: sed illos quasi intersepimento dirimimus, & non potius recte de illis sentimus? quòd & illi, quemadmodum dixi, aduersus sophisma Samosatensis, mentem interpretationémque dirigentes, Filium scripsere non consubstantialem esse? & quòd isti quoque recto intellectu illum dixere consubstantialem esse? Certe ego ad istum modum de viris in Christum pientissimis sentiens, ista pauca conscripsi. Quòd si nancisci potuissem epistolam, quam dicunt illum scripsisse, putarem me plures potuisse deprehendere causas, propter quas beati illi viri ita coacti sint scribere: id enim par est, & decet vt sentiamus, & istiusmodi bonam conscientiam erga patres nostros retineamus, modo non nothi simus, sed ab illis pietatis institutione imbuti. Talis igitur mens patrum fuisse & dicatur, & credatur.

Age rursum cum illis negocium, placide & bono animo excutiamus, dicta superiora reperentes, an non reuera certo demonstrari possit Nicææ congregatos Episcopos rectè sensisse? Si enim verbum opus est, & alienum à Patris substantia, adeo vt ipse segregetur à Patre, interuallo alterius naturæ, certe consubstantiale Patri non fuerit: sed potius genere, naturaque coniunctum cum operibus, etiam si gratia præcellat. Quod si illum agnoscimus non esse opus, sed genuinum fœtum ex Patris substantia, consequens fuerit eum cùm sit eiusdem naturæ, inseparabilem à Patre esse, eo quod ex patre sit genitus, ergo talis quum sit, merito consubstantialis dici poterit: deinde si non ex impartitu & communicatione Filius est, sed ipsa substantia Verbum & Sapientia Patris est, & ista substantia paternæ substantiæ germen est, & similitudo eius, veluti splendor è luce, & Filius de se dicit, *Ego & Pater vnum sumus*, &, *Qui vidit me, vidit Patrem meum*, quid de istis vocibus sentiendum est? aut

θεὸς, ἐν θανάτῳ, ζωὴ ἀληθινὴ, καὶ ἐκ μαρίας καὶ ἐκ θεοῦ. τινες οὖν τῶν μετὰ ἰγνάτιον διδάσκαλοι, καὶ αὐτὸ γεγράφουσιν, ἓν τὸ ἀγέννητον ὁ πατὴρ, καὶ ἐξ οὗ ὁ υἱὸς γέγονε, γέννημα ἀληθινὸν, λόγος καὶ σοφία τοῦ πατρός. εἰ μὲν οὖν καὶ οὗτοι τοὺς πατέρας ἡμῶν ἀφανίζειν ἔοικεν ἡμῖν ἡ μάχη. εἰ δὲ τῷ ἐν Χριστῷ πίστιν αὐτῶν γινώσκοντες πεπείσμεθα, ὅτι καὶ ὁ μακάριος ἰγνάτιος ὀρθῶς ἔγραψε, γέννημα αὐτὸν λέγων διὰ τὴν σάρκα· ὁ γὰρ Χριστὸς σὰρξ ἐγένετο· ἀγέννητον δὲ, ὅτι μὴ τῶν ποιημάτων καὶ γεννητῶν ἐστιν, ἀλλ' υἱὸς ἐκ πατρός. οὐκ ἀγνοοῦμεν δὲ ὅτι καὶ οἱ εἰρηκότες ἓν τὸ ἀγέννητον, τὸν πατέρα λέγοντες, οὐχ ὡς γεννητοῦ καὶ ποιήματος ὄντος τοῦ λόγου οὕτως ἔγραψαν, ἀλλ' ὅτι μὴ ἔχει τὸν αἴτιον, καὶ μᾶλλον αὐτὸς πατὴρ μέν ἐστι τῆς σοφίας, τὰ δὲ γεννητὰ πάντα ἐν σοφίᾳ πεποίηκε· διατί μὴ καὶ τοὺς πατέρας τοὺς τὸν σαμοσατέα καθελόντας, καὶ τῇ ἀρειανῇ αἵρεσιν στήσαντας, εἰς δ' σίβειαν συνάγομεν· ἀλλὰ διαστέλλομεν ἀνὰ μέσον αὐτῶν, καὶ οὐ μᾶλλον ὀρθῶς περὶ αὐτῶν φρονοῦμεν; ὅτι κἀκεῖνοι καθάπερ εἶπον, πρὸς τὸ σόφισμα τοῦ σαμοσατέως καὶ τὴν ἑρμηνείαν αὐτοῦ τὴν διάνοιαν ἔχοντες, ἔγραψαν οὐκ ἔστιν ὁμοούσιον; καὶ οὗτοι δὲ καλῶς νοήσαντες, εἰρήκασιν ὁμοούσιον εἶναι τὸν υἱόν. καὶ γὰρ κἀγὼ τοιαῦτα μὲν νοῶν περὶ τῶν δυσεβούντων εἰς τὸν Χριστὸν ὀλίγων ἔγραψα. εἰ δὲ δυνατὸν ἦν διερῆσαι καὶ τῆς ἐπιστολῆς, ἣν λέγουσιν ἐκεῖνον γεγράφεναι, ἡγοῦμαι πλείους ἂν εὑρεθήσεσθαι τὰς προφάσεις, δι' ἃς ἠναγκάσθησαν οὕτω γράψαι οἱ μακάριοι ἐκεῖνοι. δεῖ γὰρ ἡμᾶς καὶ πρέπει τοιαῦτα φρονεῖν, τοιαύτῃ τε σώζειν ἀγαθῇ συνείδησιν πρὸς τοὺς πατέρας, εἰ γε μὴ νόθοι τυγχάνομεν, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν ἔχομεν τὰς παραδόσεις, καὶ παρ' αὐτῶν τὴν τῆς εὐσεβείας διδασκαλίαν. τοιαύτη μὲν οὖν ἡ διάνοια τῶν πατέρων λεγέσθω καὶ πιστευέσθω. φέρε δὲ καὶ μετ' αὐτῶν πάλιν ἐξετάσωμεν τὸ πρᾶγμα πρέπως, καὶ μετὰ συνειδήσεως ἀγαθῆς, μνημονεύσαντες καὶ τῶν προφερομένων, εἰ μὴ τῷ ὄντι δείκνυσιν καλῶς φρονήσαντας, οἱ ἐν τῇ νικαίᾳ συνελθόντες ἐπίσκοποι. εἰ μὲν ποίημά ἐστιν ὁ λόγος, καὶ ἀλλότριος τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας· ὥστε καὶ χωρίζεσθαι αὐτὸν ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῷ ἑτεροφυεῖ χωρισμῷ, οὐκ ἂν εἴη ὁμοούσιος τῷ πατρὶ, ἀλλὰ μᾶλλον ὁμογνὼς τῇ φύσει, τοῖς ποιήμασι, κἂν ὑπερβάλλῃ τῇ χάριτι. εἰ δὲ ὁμολογοῦμεν μὴ εἶναι αὐτὸν ποίημα, ἀλλὰ γνήσιον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς γέννημα, ἀκόλουθον ἂν εἴη καὶ ἀχώριστον αὐτὸν εἶναι τοῦ πατρὸς, ὁμοφυῆ ὄντα, διὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ γεγεννῆσθαι. τοιοῦτος δὲ ὢν, εἰκότως καὶ ὁμοούσιος ἂν λέγοιτο. ἔπειτα εἰ μὴ ἐκ μετουσίας ἐστὶν ὁ υἱὸς, ἀλλὰ τῇ οὐσίᾳ λόγος ἐστὶ καὶ σοφία τοῦ πατρὸς· ἡ δὲ οὐσία αὕτη, τῆς οὐσίας τῆς πατρικῆς ἐστὶ γέννημα καὶ ὁμοιότης αὐτῆς, ὥσπερ καὶ τὸ ἀπαύγασμα τοῦ φωτός· λέγει δὲ ὁ υἱὸς ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, καὶ ὁ ἐμὲ ἑωρακὼς ἑώρακε τὸν πατέρα, πῶς δεῖ νοεῖν παρὰ τὰς λοιπὰς φωνάς;

ἢ πῶς αὐτὰς ἐκλαμβάνοντες, σώσομεν τὸ ἓν εἶναι τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱόν; εἰ μὲν οὖν τῇ συμφωνίᾳ τῶν δογμάτων, καὶ τῷ μὴ διαφωνεῖν πρὸς τὸν πατέρα, ὡς οἱ ἀρειανοὶ λέγουσιν, φαῦλον ὁ τοιοῦτος νοῦς. καὶ γὰρ καὶ οἱ ἅγιοι, καὶ μᾶλλον γε ἄγγελοι καὶ ἀρχάγγελοι, τὴν τοιαύτην ἔχουσι πρὸς τὸν θεὸν συμφωνίαν, καὶ οὐδεμία παρ' αὐτοῖς ἐστι διαφωνία. ὁ γὰρ διαφωνήσας διάβολος ἐθεωρήθη πίπτων ἐκ τῶν οὐρανῶν ὡς εἶπεν ὁ κύριος. ἐκεῖ οὖν εἰ διὰ τὴν συμφωνίαν ἓν ἐστιν ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱός, εἴη ἂν καὶ τῶν γενητῶν τὰ συμφωνοῦντα οὕτω πρὸς τὸν θεὸν, καὶ ἕκαστον ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἓν ἐσμεν. εἰ δὲ τοῦτο ἄτοπον, ἄτοπον γάρ ἐστιν ἀληθῶς, ἀναγκη λοιπὸν κατὰ τὴν οὐσίαν νοεῖν καὶ τὸν υἱοῦ καὶ πατρὸς ἑνότητα. τὰ μὲν γὰρ γενητὰ κἂν συμφωνίαν ἔχῃ πρὸς τὸν πεποιηκότα, ἀλλ' ἐκ κινήσει καὶ μετουσία καὶ νῷ ταύτην ἔχει. ὥσπερ ὁ μὴ φυλάξας ἐκβέβληται τῶν οὐρανῶν. ὁ δὲ υἱὸς ἐκ τῆς οὐσίας ὢν γέννημα, οὐσία καὶ ἕν ἐστιν αὐτὸς καὶ ὁ γεννήσας αὐτὸν πατήρ. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὸ ὅμοιόν ἐστι πρὸς τὸν πατέρα, ταῖς ἐνδιαθέτοις φωναῖς, καὶ παρ' ὅτι τοῦ πατρὸς λεγόμενα, ταῦτα καὶ ὅτι υἱοῦ λέγεσθαι αἱ γραφαὶ, χωρὶς μόνης τοῦ λέγεσθαι αὐτὸν πατέρα. αὐτὸς γὰρ εἶπεν ὁ υἱὸς· πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, ἐμά ἐστι, τῷ τε πατρὶ ἔλεγε· πάντα τὰ ἐμὰ σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά, εἷς ἐστιν ὁ θεός· θεὸς γὰρ ὢν ὁ λόγος τοῦ, παντοκράτωρ, τὰδε λέγει ὁ ὤν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος ὁ παντοκράτωρ· τὸ εἶναι φῶς, ἐγὼ εἰμὶ φησὶ, τὸ φῶς· τὸ δημιουργικὸν αἴτιον, πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ ἐγένετο· καὶ ἃ βλέπω τὸν πατέρα ποιοῦντα, ταῦτα κἀγὼ ποιῶ· τὸ εἶναι ἀΐδιον, ἡ τε γὰρ ἀϊδιότης αὐτοῦ δηλοῦται καὶ ἡ θεότης, καὶ ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὁ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον· τὸ εἶναι κύριος. ἔβρεξε γὰρ κύριος, θεῖον καὶ πῦρ παρὰ κυρίου. καὶ ὁ μὲν πατὴρ, φησὶν, ἐγὼ κύριος, καὶ τάδε λέγει κύριος ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ. περὶ δὲ τοῦ υἱοῦ ὁ παῦλος φησὶν· εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς δι' οὗ τὰ πάντα. καὶ τῷ μὲν πατρὶ λειτουργοῦσιν ἄγγελοι, ὁ δὲ υἱὸς, προσκυνεῖται παρ' αὐτῶν, καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι θεοῦ. λέγεται γὰρ εἶναι καὶ κύριος ἀγγέλων· διηκόνουν γὰρ αὐτῷ οἱ ἄγγελοι, καὶ ἀποστελεῖ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ. τὸ τιμᾶσθαι ὡς τὸν πατέρα, ἵνα γάρ φησι τιμῶσι τὸν υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα· τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ. τὸ εἶναι ἐξ ἀληθινοῦ ἀληθείαν, καὶ ἐκ ζῶντος ζωὴν, ὡς ἀπὸ πηγῆς ὄντως τοῦ πατρὸς, τὸ ζωοποιεῖν τὸν υἱὸν καὶ ἐγείρειν τοὺς νεκροὺς ὥσπερ ὁ πατήρ. οὕτως γὰρ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ γέγραπται, καὶ περὶ μὲν τοῦ πατρὸς γέγραπται, κύριος ὁ θεός σου, κύριος εἷς ἐστι, καὶ θεὸς θεῶν κύριος ἐλάλησε καὶ ἐκάλεσε τὴν γῆν. περὶ δὲ τοῦ υἱοῦ, θεὸς κύριος καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν, καὶ ὀφθήσεται ὁ θεὸς τῶν θεῶν ἐν σιών· καὶ πάλιν

aut in quem significatum eas accipientes tueri possumus, vt Pater & Filius vnus habeatur? Si enim eos concentu dogmatum, & eo quod nusquam à Patre dissentiat, vnum fieri dicas, prauus hic intellectus fuerit: Nam & Sancti & multo magis Angeli & Archangeli, hunc concentum cum Deo possident, neque vlla est inter eos discordia, siquidem is qui discors animi fuit, diabolus visus est è cœlo cadere, sicuti Dominus locutus est. Quocirca, si propter concordiam alter Pater, alter Filius est, etiam inter res creatas inueneris, quæ ita cum Deo consentiant, quorum vnumquodque dicat, *Ego, & Pater vnum sumus*. Quod si hoc absurdum fuerit, vt reuera absurdum est, necessum est, vt secundum substantiam Filij, & Patris, vnitatem intelligas. Nã creata, tametsi concordiam cũ creatore habeant, eam tamen ex communicatione in motu & mente habent, quemadmodum ille, qui quum eam non retinuisset, è cœlo deiectus est. Filius vero quum ex substantia sit genitus, substantia vnum est ipse, & qui eum genuit Pater. Ideo enim vniformibus vocibus paritatem cum Patre habet, adeo, vt quæ de Patre dicuntur, eadem scripturæ dicant de Filio, eo duntaxat excepto, quod ipse Pater non dicitur. Vnde est quod Filius dicit: *Omnia qua Pater habet, mea sunt*: denique Patri suo dixit, *Omnia mea tua sunt, & tua mea*, quale est, quod Deus appellatur: *Deus enim erat Verbum*: & quod omnipotens, *Hoc dicit qui est, & qui erat, & qui venturus est omnipotens*: & quale quod Lux sit, *Ego*, inquit, *sum Lux*: quodque creationis author, *Omnia enim per eum facta sunt*: &, *Qua video Patrem meum facientem, ea & ego quoque facio*, quale item quod æternus sit, *Eius enim æterna potestas, & diuinitas*: &, *In principio erat Verbum*, &, *erat Lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*: &, quod Dominus sit: *Pluit enim Dominus sulphur & ignem à Domino*. Et Pater quidem de se ita loquitur, *Ego sum Dominus omnipotens*: de Filio vero Paulus ita dicit, *Vnus Dominus Iesus Christus per quem omnia*. Et Patri quidem inseruiunt Angeli, verum & ipse Filius ab iisdem adoratur: &, *Adorent eum omnes Angeli Dei*, quippe qui & Dominus Angelorum appelletur, siquidem Angeli ministrabant ei, &, *Emittet Filius hominis Angelos suos*. Et quod, vt Pater, honoretur, *Vt* (inquit) *honorent Filium, quemadmodum Patrem honorant*. Et quod æqualis sit Deo, *Neque enim rapinam arbitratus est esse æqualem Deo*. Et quod sit ex vero veritas, & ex viuente vita, Patre interim hic quasi vicem fontis obtinente. Et quod *filius viuificet, & excitet mortuos, sicuti pater suus*, ita enim in Euangelio scriptum est. Et de Patre quidem ita scriptum est, *Dominus Deus tuus vnus Dominus est*, & *Deus deorum Dominus locutus est*, *Et vocauit terram*: de Filio vero, *Deus Dominus apparuit nobis, & videbitur Dominus deorum in Sion*: *Et rursus*

& rursum ita de Deo loquitur Esaias: *Quis Deus sicut tu, tollens iniquitates, & transmittens iniustitias?* Filius vero quos voluit ita allocutus est, *Dimittuntur tibi peccata tua*: quo tempore Iudæis murmurantibus re ostendit illiam peccatorum condonationem, dicens paralytico, *Surge, tolle lectum, & abi in domum tuam.* De Deo quidem ita scripsit Paulus, *Regi seculorum*: de Filio vero ita cecinit Dauid: *Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ.* Daniel porro hæc audiuit, *Regnum eius regnum æternum, & regnum eius non peribit.* In summa, quæcunque inueneris de Patre dicta, eadem inueneris de Filio dici, præterquàm quod Pater non appelletur, vt iam superius à me dictum est. Si quis igitur aliud principium, & alium Patrem cõmiscitur, eò quòd in dictis istis de vtroque omnia sint paria, furiosum commentum animo concipiet. Si autem ideo, quia ille Filius est ex Patre genitus, omnia cogitet quæ Patris sunt, in Filio veluti in imagine & signaculo esse, bene cogitarit, an aliena à Patre substantia, istiusmodi rerum capax esse possit? & an qui talis est, alterius substantiæ, & non consubstantialis Patri habendus sit? Cauendum enim, ne quæ Patris propria sunt, transferẽtes ad illud, quod ei substantia dissimile est, in dissimili genere, & alterius substantiæ delineantes, effigiantesque Patris deitatem, peregrinam aliquam inducamus substantiam, quam tamen velimus capacem esse proprietatum primæ substantiæ, & confundamur ab ipso numine ita loquente: *Gloriam meam alteri non dabo*: & deprehendamur adorare Deum alienum, & tales habeamur quales tum Iudæi fuere, dicẽtes: *Quare tu, quum homo sis, Deum te facis?* quũ ea quæ Spiritus erant aliò transferentes blasphemabant his verbis: *In Belzebule eiicit dæmonia*. Quod si illud indecorum, certe non dissimilis substantiæ fuerit Filius, sed cõsubstantialis Patri. Nam si quæ Patris sunt, naturaliter sunt Filij, ipseq; Filius ex Patre est, & ob eam vnitatem deitatis, & naturæ, ipse & Pater vnum sunt, & qui viderit Filium, viderit Patrem, merito dictus à Patribus est consubstantialis esse Patri: non est enim vt is, qui alterius sit substantiæ, talia habeat.

Rursum si, quemadmodum diximus, non ex mutuatione Filius est, sed cætera condita hanc gratiam ex mutuo à Deo acceperunt, ipseque est Patris Sapientia, & Verbum, cuius communicatione vtuntur omnia, nimirum cum ipse sit deificator ex Patre, & illuminator, in quo omnia deificantur, & viuificantur, certe non diuersæ à Patre substantiæ fuerit, sed consubstantialis: eius enim participatu, Patris participes efficimur, eò quòd propria sit sui Patris ratio. Vnde si ex participatu, mutuationéque essentiæ ipse quoque existeret, & non ex se essentialis deitas, & imago Patris, nõ deificare posset, cũ ipse esset deificatus: non.n. fieri potest, vt qui ex participatu, mutuationéq; essentiæ hoc possidet, aliis suum indultũ impartiat, quoniã nõ ipsius est qui id habet, sed qui dedit:

& qui

καὶ πάλιν τὸ, ὦβεὶ μὲν τῦ θεοῦ φησιν ὁ ἡσαΐας· τὸ δὲ θεὸς, ὥσπερ οὐ ἐξαίρων ἀνομίας, καὶ ὑπερβαίνων ἀδικίας; ὁ δὲ υἱὸς ἔλεγεν οἷς ἤθελεν, ἀφέωταί σου αἱ ἁμαρτίαι, ὅτε καὶ τῶν ἰουδαίων γογγυζόντων, ἔργῳ τὴν ἄφεσιν ἐδείκνυε, λέγων τῷ παραλυτικῷ· ἔγειραι ἆρον τὸν κράβαττόν σου, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου. καὶ ὦβεὶ μὲν πρὸ θεοῦ ἔγραφεν ὁ παῦλος· τῷ δὲ βασιλεῖ τῶν αἰώνων, ὦβεὶ δὲ τῷ υἱοῦ, ὁ μὲν δαβὶδ ἔψαλεν, ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. ὁ δὲ δανιὴλ ἤκουσεν, ἡ βασιλεία αὐτῦ βασιλεία αἰώνιος, καὶ ἡ βασιλεία αὐτῦ ἃ διαφθαρήσεται. καὶ ὅλως ὅσα ἂν εὕροις περὶ τοῦ πατρὸς λεγόμενα, τοσαῦτα ἂν εὕροις καὶ ὦβεὶ τοῦ υἱοῦ λεγόμενα· χωρὶς μόνου τοῦ εἶναι αὐτὸν πατέρα, καθάπερ εἴρηται. εἰ μὲν οὖν ἄλλῳ ἀρχῇ ἐνθυμεῖταί τις, καὶ ἄλλον πατέρα διὰ τὸ ἴσα ζῶν τῶν λεγομένων, μανικὸν τὸ ἐνθύμημα. εἰ δὲ διὰ τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι τὸν υἱὸν, πάντα τὰ τοῦ πατρὸς ὡς ἐν εἰκόνι καὶ χαρακτῆρι τοῦ υἱοῦ ἐστι, λογισώμεθα. μένως ἡ ξένη οὐσία τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας, δεκτικὴ τῶν τοιούτων ἐστὶ, καὶ ἡ τοιοῦτος ἐπιρροῦς καὶ ἀλλοτριούσιος ἐστι, καὶ οὐχ ὁμοούσιος τῷ πατρί· δ' λαβητέον γὰρ μὴ τὰ τῦ πατρὸς ἴδια μεταφέροντες ὅπι τὸ ἀνομοιούσιον αὐτῷ, καὶ ἐν ἀνομοιογενεῖ καὶ ἀλλοτριουσίῳ χαρακτηρίζοντες τὸ τοῦ πατέρος θεότητα· ξένιον μὲν ἀλλην εἰσαξομεν οὐσίαν, δεκτικὴν τῶν τῆς πρώτης οὐσίας ἰδιωμάτων· ἑτέραν πῶμεν δὲ ὑπ' αὐτὸ τὸ θεοῦ λέγοντος, τὸ δόξαν μου ἑτέρῳ οὐ δώσω, καὶ ὀρειθῶμεν προσκυνοῦντες τῷ ἀλλοτρίῳ καὶ νομισθῶμεν εἶναι τοιῦτοι, οἷοι ἦσαν οἱ τότε ἰουδαῖοι λέγοντες· διατί σὺ ἄνθρωπος ὤν, ποιεῖς σαυτὸν θεόν; ὅτε καὶ τὸ πνεῦματος μεταφέροντες ἐβλασφήμων λέγοντες, ὅτι ἐν βεελζεβοὺλ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια. εἰ δὲ τοῦτο ἀπρεπὲς, δηλονότι οὐκ ὁμοιούσιος ἀλλ' ὁμοούσιος τῷ πατρὶ. καὶ γὰρ εἰ τὰ τῦ πατρὸς φυσικῶς τῦ υἱῦ ἐστιν, αὐτὸς τὸ ὁ υἱὸς ἐκ τῦ πατρός ἐστι, καὶ διὰ τὴν τοιαύτην ἑνότητα τῆς θεότητος καὶ τῆς φύσεως αὐτὸς καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, καὶ ὁ ἑωρακὼς τὸν υἱὸν ἑώρακε τὸν πατέρα, ἐκτὸς ἐλέχθη ἄρα τῶν πατέρων ὁμοούσιος. ὁ γὰρ ἐπιροῦσιος τὰ τοιαῦτα ἔχειν ἐστί.

Πάλιν τέ ἐι, καθὰ προεθέμεθα, οὐκ ἐκ μετουσίας ἐστὶν ὁ υἱὸς, ἀλλὰ τὰ μὲν γενητὰ πάντα, ἐκ μετουσίας ἔχει τὸ παρὰ θεῦ χάριν, αὐτὸς δὲ τῦ πατρὸς σοφία καὶ λόγος ἐστὶν, ὁ μετέχεται τὰ πάντα· δηλονότι αὐτὸς ὢν τὸ θεοποιὸν καὶ φωτιστικὸν τῦ πατρὸς, ἐν ᾧ τὰ πάντα θεοποιεῖται καὶ ζωοποιεῖται· οὐκ ἀλλοτριούσιός ἐστι τῦ πατρὸς, ἀλλ' ὁμοούσιος. λάτε γὰρ μεταλαμβάνοντες, τῦ πατρὸς μετέχομεν διὰ τὸ τῦ πατρὸς εἶναι ἴδιον τὸν λόγον. ὅθεν εἰ ἦν ἐκ μετουσίας καὶ αὐτὸς, καὶ μὴ ἐξ αὐτῦ οὐσιώδης θεότης καὶ εἰκὼν τῦ πατρὸς, οὐκ ἂν ἐθεοποίησε θεοποιούμενος καὶ αὐτὸς. ὃ γὰρ οἷόν τε τὸ ἐκ μετουσίας ἔχοντα, μεταδιδόναι τῆς μεταλήψεως ἑτέροις, ὅτι μὴ αὐτό ἐστιν ὃ ἔχει, ἀλλὰ τῦ δεδωκότος,

καὶ ὁ

καὶ ὃ ἔλαβε, μόγις τὼ ἀρκοῦσαν αὐτῷ χάριν, λαβε, καὶ τὼ αἰτίαν δὲ ὁμως δι' ὧ τινες ὡς λέγεται παραιτῶνται τὸ ὁμοούσιον, ἐξετάσωμεν ἀληθῶς· μὴ ἄρα μᾶλλον ἐκ ταύτης ὁμοούσιος δείκνυται ὁ υἱὸς τῷ πατρί. Φασὶ γοῦν ὡς ὑμᾶς ἐγραψατε, μὴ χρῆναι λέγειν ὁμοούσιον τὸν υἱὸν τῷ πατρί· ὅτι ὁ λέγων ὁμοούσιον, τρία λέγει, οὐσίαν τινὰ προϋποκειμένην, καὶ τὸν ἐκ τοῦ τῆς γεννωμένης, ὁμοουσίους εἶναι. καὶ ὅτι λέγουσιν, ἐὰν ὁ υἱὸς ὁμοούσιος ᾖ τῷ πατρί, ἀνάγκη προϋπάρχειν αὐτῶν οὐσίαν, ἐξ ἧς καὶ ἐγεννήθησαν, καὶ μὴ εἶναι τὸν μὲν πατέρα, τὸν δὲ υἱὸν, ἀλλ' ἀμφοτέρους ἀδελφούς. ταῦτα εἰ καὶ ἑλλήνων εἰσὶν ἑρμηνεῖαι, καὶ οὐκ ἀναγκαῖα ἡμῖν τὰ παρ' ἐκείνων· ἀλλ' ἴδωμεν τὰ εἰρημένα τὰ ὁμοούσια, τὰ ἐκ τῆς προϋπαρχούσης οὐσίας ἀδελφά, πότερον ἑαυτῶν εἰσιν ὁμοούσια ἢ τῆς οὐσίας ἐξ ἧς καὶ ἐγεννήθησαν. εἰ μὲν γὰρ ἑαυτῶν, ἑτερούσια καὶ ἀνόμοια ἔσαι πρὸς τὸ γεννήσαν αὐτὰ οὐσίαν. ἀντίκειται γὰρ τῷ ὁμοουσίῳ τὸ ἑτερούσιον. εἰ δὲ τῆς γεννησάσης αὐτὰ οὐσίας ἔστιν ἕκαστον ὁμοούσιον, δηλονότι τὸ ἐκ τινος γεννώμενον, ὁμοούσιόν ἐστι τῷ γεννήσαντι, καὶ οὐκέτι χρὴ ζητεῖν τρεῖς οὐσίας, ἀλλὰ μόνον ζητεῖν, εἰ τόδε ἀληθὲς ἐκ τοῦδε ἐστί. κἂν γὰρ συμβῇ μὴ εἶναι δύο ἀδελφοὺς, ἀλλὰ καὶ μόνον ἕνα ἐξ ἐκείνης τῆς οὐσίας γεγέσθαι, οὐ διὰ τὸ μὴ εἶναι ἕτερον, ἀλλοτρίως ἂν λεχθείη ὁ γεννηθεὶς, ἀλλὰ καὶ μονογενὴς ὢν, εἴη ἂν καὶ αὐτὸς ὁμοούσιος τῷ γεννήσαντι. ἐπεὶ τί ἂν ἔτι μεῖον εἶχε θυγατρὸς ἰεφθαε, „ ὅτι μονογενὴς ἦν, καὶ οὐκ ἦν φησιν, ἄλλο τι- „ νὸν αὐτῇ; καὶ πῶς τοῦ υἱοῦ δὲ τῆς χήρας ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν ὁ κύριος, ὅτι καὶ αὐτὸς οὐκ εἶχεν ἀδελφὸν, ἀλλὰ μονογενὴς ἦν; ἆρα οὐκ ἦν ὁμοούσιος ἕκαστος αὐτῶν τῷ γεννήσαντι; καὶ μὴν ἦσαν· τέκνα γὰρ ἦσαν· καὶ τοῦτο τέκνων ἴδιόν ἐστι πρὸς γονέας. οὕτω καὶ τὸν τοῦ θεοῦ υἱὸν ἐκ τῆς οὐσίας εἰκότως οἱ πατέρες, εἰκότως καὶ ὁμοούσιον εἰρήκασι. ταύτῃ γὰρ ἔχει καὶ τὸ ἀπαύγασμα δυνάμιν πρὸς τὸ φῶς. ἑπεται δὲ τούτοις μὴ δὲ πῶς κτίσιν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γεγονέναι. οἱ γὰρ κατὰ πάθος γεννῶντες ἄνθρωποι, αὐτοὶ καὶ τῷ ὑποκειμένῳ ὕλῃ ἐργάζονται, καὶ ἄλλως οὐκ ἂν δυνάιντο ποιεῖν. εἰ δὲ τὸ κτίζειν οὐκ ἀνθρωπίνως νοοῦμεν ἐπὶ θεοῦ, πολλῷ μᾶλλον τὸ δὲ τὸ γεννᾶν ἀνθρωπίνως πρέπει νοεῖν ἐπὶ θεοῦ, οὐδὲ τὸ ὁμοούσιον σωματικῶς ἐκλαμβάνειν. ἀναχωρεῖν δεῖ ἀπὸ τῶν γενητῶν, καὶ ἀποθέντας κάτω που τὰς ἀνθρωπίνας εἰκόνας καὶ πάσας ἁπλῶς τὰς αἰσθήσεις, ἰέναι ἐπὶ τὸν πατέρα, μὴ λάθωμεν ἀφαιροῦντες τὸν υἱὸν ἀπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ προσπήγνυντες τοῖς ἑαυτοῦ κτίσμασι. καὶ ἄλλως δὲ εἰ μὲν πατέρα καὶ υἱὸν ὁμολογοῦντες δύο πινὰς ἀρχὰς, ἢ δύο θεοὺς καθάπερ μαρκίων καὶ οὐαλεντῖνος λέγομεν, ἢ ἕτερόν τινα τρόπον θεότητος ἔχειν τὸν υἱὸν, καὶ μὴ

& qui accepit, vix ſibi ſufficientem gratiam accepit. Sed tamen cauſam, cur quidam, vt fertur, hoc vocabulum recuſent: ſinceriter excutiamus, num ex illa ipſa multomagis declarem Filius Patri ſuo conſubſtantialis eſſe. Aiunt igitur, ſicuti vos ſcribitis, non oportere Filiutur dici Patri ſuo conſubſtantialem eſſe, eò quòd qui dicit conſubſtantialē aliquem, tria dicat: Primo ſubſtantiam quandam præſubiectā, duóſque inde enatos, quos conſubſtantiales dicimus, atque ita ſyllogiſmum claudunt. Si Filius eſt Patri conſubſtantialis, neceſſe eſt ante eos præexiſtere, & præſubiectam eſſe materiā, ex qua iſti enaſcantur, atque inde futurum, vt non hic Pater, ille ſit Filius, ſed ambo inter ſe fratres ſint. Hæc tametſi Ethnicorū ſunt ſententiæ, neque eorum rebus indigeamus, inſpiciamus tamē iſtos conſubſtantiales, qui ex ſubſtantia animo prius concepta fratres intelligūtur, vtrum ſibi an ei ſubſtantiæ, vnde originem traxerunt, conſubſtantiales ſint. Quod ſi inter ſe ſunt conſubſtantiales, diuerſæ ergo ſubſtantiæ & diſſimiles ei ſubſtantiæ fuerint, vnde nati ſunt. Oppoſita enim inter ſe ſunt conſubſtantiale, & quod eſt diuerſæ ſubſtātiæ: quod ſi quilibet ſubſtantiæ genitrici ſuæ conſubſtantialis eſt, quū id certe quod ex alio naſcatur, ei qui ipſum gignit, ſimilis ſit, non opus erit vt requiramus tres ſubſtantias, ſed id ſolū perueſtigandum eſt, an hoc ex illo vere natū ſit. Nam etſi contingant non eſſe duos fratres, ſed tantūmodo vnum ex illa ſubſtantia gigni, non propterea quia alter natus non eſt, is qui genitus eſt, alterius ſubſtantiæ dici poterit, ſed ſolus cùm ſit, æque habendus eſt genitori ſuo conſubſtantialis: alioqui quid diceremus de filia iephthæ quæ vnigenita eſſet, nec eſſent Iephthæ alij liberi? aut de filio viduæ, quem Dominus à morte excitauit? quū ipſe fratrem nō haberet, ſed vnicus eſſet, an vterque propterea parenti ſuo conſubſtantialis non erat? imo omnibus modis erant, quia liberi erant, & hoc proprium liberorum erga parentes ſuos. Ita quoque Filium Dei, quū pronunciaſſent patres ex ſubſtantia Dei eſſe, merito eū conſubſtantialem appellarunt. Hanc enim vim habet ſplendor ad lucem. Verbis quoque iſtorum iſtud quoque ex conſequio adhæret, creaturā ex non ente factā eſſe. Homines enim qui patiendo gignunt, ipſi in ſubiecta materia operātur, nec quicquā aliter efficere poſſunt. Quod ſi igitur creare in Deo non humano more intelligimus, multo magis gignere humano more in Deo intelligere non debemus, neque conſubſtantialem eſſe Filium Patri corporaliter accipere, ſed recedere à rebus creatis, & depoſitis humi omnibus humanis imaginationibus, omnibúſq; ſimpliciter ſenſibus adſcendere ad Patrem, ne inſcienter auferamus Filium à Patre eumque adiungamus ipſius creaturis. Rurſum alio modo. Si Patrem & Filium confitentes duo principia, aut duos Deos, quemadmodum Marcion, & Valentinus, prædicamus, & Filiū alium modum deitatis habere, & nō ideo quia ex Patre genitus ſit,

imaginem & formam Patris esse: age sit dissimilis, nam alienæ inter se sunt prorsus istiusmodi substantiæ. Quod si vnam agnoscimus & solam Patris deitatem, huiúsque Rationem & Sapientiam Filium esse, & hoc credentes non prædicamus duos deos: & vnitatem Filij cum Patre, non similitudine præceptorum, sed substantia, & veritate constituere sentimus, vt inde efficiatur, quo minus duos deos sed vnum prædicemus, vnaque sit species Deitatis, qualis est in luce & splendore: ea enim species conspecta est à Patriarcha Iacob, & in scripturis habetur: *Ortus est illi sol, quum transiit species Dei*, idque videntes Sancti Prophetæ, & intelligentes cuius Filius imago esset, dixerunt, *Factum est Verbum Domini ad me*, Cognoscentes in eo Patrem spectari, & reuelari, ac proinde ausi sunt dicere: *Visus est mihi Deus patrum nostrorum, Deus Abraham, Isaac, & Iacob.* Quum igitur res itasse habeat, cur eum, qui vnus est cum Patre, & talis apparet, qualis Pater secundum similitudinem & vnam deitatem, veremur dicere consubstantialem? Si enim, quemadmodum iam sæpius dictum est non habet proprietatem paternæ substantiæ, neque similitudinem, vt Filius, recte hanc vocem suspectam habemus. Sin autem ille est Patris sui propria & peculiarissima vis illuminatrix, & conditrix, sine qua Pater nec creat, nec cognoscitur (Omnia enim per eum, & in eo consistunt) cur rem ita esse animo sentientes, vocabulum quod id ipsum significat, recusamus pronunciare? Quid enim est ita eiusdem naturæ cum Patre, illud, quod ei consubstantiale est? Non enim Deus alienum, veluti ministri indigus, Filium assumpsit, neque condita paris sunt dignitatis cum conditore, vt illa honorari debeant, quemadmodum ipse, aut vt credendum sit, ea cum Patre vnum esse. Alioqui par est, vt ausit aliquis dicere solem & eius splendorem duo luminaria esse, aut diuersam in illis esse substantiam aut splendorem esse accidens solis, non simplex eius, & purum genimen, hoc est, quod ex eo sit genitum, vt duo quidem sint, sol & splendor, sed vna tamen lux, eò quòd splendor quiddam genitum, sit ex sole. Quum igitur talis natura Filij ad Patrē, & adhuc magis inseparabilis sit, neque deitas ei per accidens obuenerit, sed paterna Deitas insit, vt qui viderit Filiū videat in eo patrem, cur quisquis istiusmodi est, dici nō potest cōsubstantialis esse? Hęc igitur sufficiunt, quę vobis persuadeant, non reprehendēdos esse eos, qui dixerūt Filium Patri consubstantialē esse. Sed tamē ipsam dictionem cōsubstātialem per se excutiamus, vt sciamus an hac voce vtendum sit an non: & an propria illa sit, & congrua quę de Filio dicatur. Nam & vos ipsi scitis, nec est cur quisquā dubitet, simile non de substātiis, sed de figuris, & qualitatibus dici: si quidē in substantiis non similitudo, sed identitas esse pronunciatur. Certè homo homini similis dicitur, nō secundum substantiam, sed secundū figurā & formā: quan-

καὶ μὴ εἰκόνα καὶ χαρακτῆρα τοῦ πατρὸς εἶναι τὸν
υἱὸν ἀλλὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ πεφυκέναι, ἔστω ἀνόμοιος. ξένα γάρ ἐστι παντελῶς ἀλλήλων αἱ τοιαῦται
οὐσίαι. εἰ δὲ μίαν οἴδαμεν καὶ μόνην θεότητα τοῦ
τοῦ πατρὸς, τύπου τε λόγον καὶ σοφίαν εἶναι τὸν
υἱὸν, καὶ οὕτω πεπιστεύοντες οὐ λέγομεν δύο θεούς,
τοῦ τε ἑνότητα τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα, οὐχ ὁ-
μοιώσει διδασκαλίας, ἀλλὰ κατὰ τὴν οὐσίαν
καὶ ἀληθείᾳ φρονοῦμεν. ὥστε λοιπὸν μὴ λέ-
γειν δύο θεούς, ἀλλ' ἕνα θεὸν, ἑνὸς ὄντος καὶ ἑνὸς
θεότητος· ὡς ἔστι τὸ φῶς καὶ τὸ ἀπαύγασμα·
τοῦτο γὰρ ὠφθη τῷ πατριάρχῃ Ἰακὼβ, καὶ φη-
σὶν ἡ γραφή· ἀνέτειλε δὲ αὐτῷ ὁ ἥλιος ἡνίκα
παρῆλθε τὸ εἴδος τοῦ θεοῦ. τοῦτο θεωροῦντες οἱ ἅ-
γιοι προφῆται καὶ νοοῦντες τίνος ἐστὶν υἱὸς καὶ εἰ-
κὼν, ἔλεγον· ἐγένετο λόγος κυρίου πρός με, γινώ-
σκοντες τὸν ἐν αὐτῷ θεωρούμενον καὶ ἀποκαλυ-
πτόμενον πατέρα, ἐπαῤῥησιάσαντο· ὤφθη μοι ὁ θεὸς
τῶν πατέρων ἡμῶν, ὁ θεὸς Ἀβραὰμ, Ἰσαὰκ καὶ
Ἰακώβ. τοῦτο δὲ οὕτως ὄντος, ἆρα τὸν ἕνα ὄντα
πρὸς τὸν πατέρα καὶ φαινόμενον, ὡς ἔστι πατὴρ κα-
τὰ τὴν ὁμοιότητα καὶ μίαν θεότητα, δυνάμεθα
εἰπεῖν ὁμοούσιον; εἰ μὲν γὰρ, ὥσπερ εἴρηται, πολ-
λάκις οὐκ ἔχει τὴν ἰδιότητα τῆς πατρικῆς οὐσίας,
οὐδὲ τὴν ἐμφέρειαν ὡς υἱὸς, καλῶς δ' λαβούμε-
θα. εἰ δὲ τοῦτό ἐστι τὸ φανταστικὸν καὶ δημιουργικὸν τῆ
ἰδιαίτατον τοῦ πατρὸς, οὗ ἄνευ οὔτε δημιουργεῖ οὔ-
τε γινώσκεται· πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ συ-
έστηκε· ἆρα τὸ πρᾶγμα νοοῦντες, παραιτήμε-
θα τὴν τοῦτο σημαίνουσαν λέξιν εἰπεῖν; τί γὰρ ἔστι
τὸ οὕτως ὁμοφυὲς τῷ πατρὶ ἢ ὁμοούσιον αὐτοῦ; οὐ
γὰρ ἀλλότριον ὡς ὑπουργὸν δεόμενος ἀπέστειλά-
βετο ὁ θεὸς τὸν υἱὸν, ἃ δὲ τὰ ποιήματα ἰσάξια τοῦ
κτίσαντος, ὥστε πιμᾶσθαι ταῦτα ὡς ἐκεῖνον· ἢ νο-
μίζομεν ὅτι ταῦτα καὶ ὁ πατὴρ ἓν ἐσμεν. ἢ τολμητέον
τὴν διαλεῖν καὶ εἰπεῖν δύο φῶτα εἶναι τὸν ἥλιον καὶ τὸ
ἀπαύγασμα, ἢ ἐτέραν τινὰ εἶναι οὐσίαν, ἢ ὅτι ὑπε-
συμβέβηκε τῷ ἀπαύγασμα, καὶ μὴ ἁπλοῦν εἶναι καὶ
καθαρὸν γέννημα ἐκ τοῦ ἡλίου τοῦτο· ὥστε δύο μὲν εἶ-
ναι ἥλιον καὶ ἀπαύγασμα, ἓν δὲ τὸ φῶς, ἆρα τὸ ἐκ
τοῦ ἡλίου εἶναι τοῦτο γέννημα. τοιαύτης δὲ οὔσης
καὶ μᾶλλον ἀδιαιρέτου τῆς φύσεως τοῦ υἱοῦ πρὸς
τὸν πατέρα, καὶ οὐκ ὑπεισυμβάσης τῇ θεότητι
τῷ υἱῷ, ἀλλὰ τῆς πατρικῆς θεότητος οὔσης ἐν
τῷ υἱῷ, ὥστε τὸν ἑωρακότα τὸν υἱὸν, ὁρᾶν ἐν αὐτῷ
τὸν πατέρα, ἆρα ὁ τοιοῦτος μὴ ἂν λέγοι-
το ὁμοούσιος; ἐγὼ μὲν οἶμαι ἱκανὰ καὶ πάντα πεῖσαι
ὑμᾶς, μὴ κατηγορεῖν τῶν εἰρηκότων ὁμοούσιον εἶναι
τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ, καὶ αὐτοῖς δὲ ὅμως τοῖς τὸ ὁμοού-
σιον λέξιν, καθ' ἑαυτοὺς ἐξετάσωμεν, ἵνα γνῶμεν εἰ
χρὴ λέγειν ὅλως ὁμοούσιον, καὶ εἰ κυρία λέξις ἐστὶ, καὶ
ἁρμοζόντως ἐστὶν αὐτὴ ὅπερ υἱὸς λεγόμενη. εἰδότες γὰρ
καὶ ὑμεῖς καὶ ἐγὼ ἄν τις ἀμφιβάλλοι, ὅτι τὸ ὅμοιον οὐκ
ἐπὶ τῶν οὐσιῶν, ἀλλ' ὅπερ σχημάτων καὶ ποιοτήτων λέ-
γεται ὅμοιον· ὅπερ γὰρ τῶν οὐσιῶν, οὐχ ὁμοιότης, ἀλλὰ
ταυτότης ἂν λεχθείη. ἄνθρωπος γὰρ ἀνθρώπῳ ὅμοι-
ος λέγεται, οὐ κατ' οὐσίαν, ἀλλὰ κατὰ τὸ σχῆμα καὶ τὸν

χαρα-

χαρακτῆρα· τῇ γὰρ οὐσίᾳ ὁμοφυὴς ἐστι. καὶ πάλιν ἄνθρωπῳ κυνὶ οὐκ ἂν ὅμοιος λέγηται, ἀλλ' ἑτεροφυής. οὐκ ἂν τὸ ὁμοφυες, καὶ ὁμοούσιον, τὸ δὲ ἑτεροφυὲς, καὶ ἑτεροούσιον. Διὸ καὶ ὁ λέγων ὁμοιον κατ' οὐσίαν, οὐκ μετουσίας τοῦτο λέγει ὅμοιον· τὸ γὰρ ὅμοιον, ποιότης ἐστιν. ἥτις τῇ οὐσίᾳ προσγένοιτ' ἄν. τοῦτο δὲ τῶν ποιημάτων ἂν ἴδιον ἂν εἴη. ταῦτα γὰρ οὐ μέτοχῆς ὁμοιοῦται τῷ θεῷ. ὅταν γάρ φησι φανερωθῇ, ὅμοιοι αὐτῷ ἐσόμεθα· ὅμοιοι δηλονότι οὐ τῇ οὐσίᾳ, ἀλλὰ τῇ ὑότητι, ἧς μεταλαμβάνομεν παρ' αὐτοῦ. εἰ μὲν οὖν καὶ τὸν υἱὸν ἐκ μετουσίας λέγετε, λεγέσθω μὲν παρ' ὑμῶν ὁμοιούσιος. οὐκ ἔστι μέντοι λεγόμενος ἅτως ἀληθεια, οὐ δὲ ὅλως φῶς, οὐ δὲ φύσει θεὸς. τὰ γὰρ οὐ μετουσίας, οὐκ ἀληθείᾳ, ἀλλ' ὁμοιώσει τῆς ἀληθείας λέγεται ὅμοια· ὥς τε καὶ μεταπίπτειν, καὶ ἀφαιρεθῆναι δύνασθαι ἀπὸ τῶν μετεχόντων τοῦ μετέχειν. τοῦτο δὲ πάλιν ἴδιον τῶν ποιημάτων καὶ κτισμάτων ἐστίν. οὐκ οὖν εἰ τοῦτο ἄτοπον, οὐκ ἂν εἴη ἐκ μετουσίας, ἀλλὰ φύσει καὶ ἀληθείᾳ υἱὸς φῶς, σοφία, θεὸς. φύσει δὲ ὢν καὶ οὐ μετοχῇ, οὐκ ἂν κυρίως λεχθείη ὁμοιούσιος, ἀλλ' ὁμοούσιος. ὃ δὲ μὴ δὲ ἐπ' ἄλλων ἄν τις εἴποι. ἐδείχθη γὰρ τὸ ὅμοιον μὴ ὂν τῶν ἀσεμνῶν λεγόμενον, ὡς οὐκ ἀνόητον μὲν, ἢ τάχα καὶ χαλεπὸν τοῦτο προφέρειν ἀπὸ γῆς, καὶ μὴ μᾶλλον τὸ ὁμοούσιον; Διατοῦτο γὰρ καὶ ἡ ἐν νικαίᾳ συνόδος καλῶς ἔγραψεν, ὅπερ ἔπρεπεν εἰπεῖν, γνήσιον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν ὁμοούσιον. ταῦτα καὶ ἡμεῖς μαθόντες, μὴ σκιαμαχῶμεν, καὶ μάλιστα γινώσκοντες ὅτι καὶ οἱ τοῦτο γράψαντες, οὐχ ὡς παρεξηγέμενοι τῷ ἀληθειαν, ἀλλ' ἐκδικοῦντες μὲν τῷ ἀληθειαν καὶ τὴν εἰς χριστὸν εὐσέβειαν, καθαιροῦντες δὲ τὰς κατ' αὐτοῦ τῶν ἀρειομανιτῶν βλασφημίας, ἅτως ὡμολόγησαν τῷ πίστιν. σκεπτέον γὰρ καὶ καταναητέον ἀκριβῶς, ὅτι λέγοντες μὲν ἀνομοούσιον καὶ ἑτεροούσιον, οὐ σημαίνομεν τὸν ἀληθινὸν υἱὸν, ἀλλ' ἕν τι τῶν ποιημάτων. καὶ τὸν εἰς ποιητὸν καὶ θέσει υἱὸν· ὅπερ τοῖς αἱρετικοῖς δοκεῖ. λέγοντες δὲ μὴ ἐριστικῶς τὸ ὁμοούσιον, υἱὸν σημαίνομεν γνήσιον ἐκ τοῦ πατρὸς πεφυκότα· καὶ ἐν τούτῳ διαῤῥηγνύωνται πολλάκις οἱ χριστομάχοι. Ταῦτα μὲν ἅπερ ἔγνων ἐγὼ, καὶ διαλεγομένων ἤκουσα φρονίμων, διὸ ὀλίγων γέγραφα. ὑμεῖς δὲ μένοντες ἐπὶ τὴν θεμέλιον τῶν ἀποστόλων, καὶ τὰς παραδόσεις τῶν ἀποστόλων κατέχοντες, σπουδάσατε ἵνα ἄῤῥη ποτὲ πόσιν πᾶσι λοιπὸν ἔρις καὶ ζῆλος, τῶν τε αἱρετικῶν αἱ μωραὶ ζητήσεις καταγνωσθῶσι, καὶ πᾶσα λογομαχία. καὶ ἡ μὲν συνώνυμος καὶ ἀνθρωποκτόνος τῶν ἀρειανῶν αἵρεσις, ἐξαφανισθείη, ἀναλάμψειε δὲ πάντων ἐν ταῖς καρδίαις ἡ ἀλήθεια, ὡς τε πάντας πανταχοῦ τὸ αὐτὸ λέγειν, καὶ τὸ αὐτὸ φρονεῖν· μὴ δὲ μιᾶς ἢ ἐπιλειπομένης ἀρειανῆς δυσφημίας, λέγῃ ὁμολογῶν καθ' πᾶσαν ἐκκλησίαν εἷς κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα, ἐν χριστῷ ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, δι' οὗ

quantum enim ad ſubſtantiam attinet, cōgeneres appellari debent. Rurſum homo cani ſimilis dici non poterit, ſed diſgener, hoc eſt, diuerſi generis. Quapropter, quod eſt genere cōiunctum, conſubſtantiale eſt: quod autem diuerſi generis, diuerſæ etiam ſubſtātiæ habendum eſt. Qui autem dicit Filium ſimilem ſubſtantia, ex participatu, & mutuo eum ſimilē dicit: Siquidem ſimilitudo qualitas eſt, quæ ſubſtantiæ ſuperuenire poterit. hoc autē proprium creat...arum fuerit: eæ enim ex participatu Deo ſimiles efficiuntur. Nam quum ille apparuerit, ei ſimiles erimus, nimirum non ſubſtantia, ſed adoptione, quam percipimus per eum. Si igitur eum Filiū eſſe dicitis ex participatu, dicatur ille à vobis ſimilis ſubſtantiæ, ſed tamen quum talis appellatur, nec veritas, nec vllo modo lux aut natura Deus haberi poterit. Nam quæ participantes ſunt, non reuera, ſed ſimilitudine veritatis ſimiles dicuntur, ita vt decidere & auferri poſſint, è claſſe eorum qui participant. Id rurſum proprium eſt operum, & rerum conditarum. Quare ſi hoc abſurdum eſt, igitur ille nō ex participatu, ſed natura & veritate Filius, Lux, Sapientia, & Deus fuerit. Natura igitur cum talis ſit, non participatu, nunquam proprie ſimilis ſubſtātia dici poterit: ſed conſubſtantialis, quod de aliis dici non conuenit. Demonſtratum eſt enim ſimile de ſubſtantiis prædicari non poſſe. Qui quæſo igitur non ſtultum fuerit, & fortaſſe etiam difficile id de Filio proferre? ac non potius conſubſtantiale de eo pronunciare? Eam igitur ob cauſſam, Nicæna Synodus recte ſcripſit, quod & decuit eam loqui, Filium genitum ex Deo ei conſubſtantialem eſſe, quibus nos cognitis ne vitili gemus, præſertim cum nobis cognitum ſit, eos qui iſta ſcripſerunt, non ſtudio deprauandi veritatem, ſed eius ſimul cum pia religione in Chriſtum aſſerendæ, depurgandæque Ariomanitarū contra eum blaſphemiæ, ad iſtum modum fidem ſuam confeſſos eſſe. Videdum enim & animaduertendum acriter, quòd quum dicimus eum ſimilem ſubſtantia, aut diuerſæ ſubſtantiæ eſſe, nos non indicare eum verum Filium eſſe, ſed vnum ex creaturis, adſcititium ſcilicet, & adoptione Filium, quod hæreticis placet: quem ſi dicamus ſine contentione conſubſtantialem, Filium ſignificabimus genuinū & ex Patre natum, tametſi ob hoc ſubinde rumpantur Chriſti perduelles.

Hæc igitur quæ & ipſe ſciui, & ex prudētium diſputatione cognoui, paucis deſcripſi. Vos autem permanētes ſuper fundamentum Apoſtolorum, & traditiones Apoſtolorum retinētes, optate quæſo, vt conquieſcat in poſterum omnis contentio & zelus, & hæreticorum ſtolidæ quæſtiones cōdemnentur, & omnis verborum rixa & infauſta & homicida Arianorum hæreſis deleatur, & reluceat in omniū pectoribus veritas, vt omnes vbiq; idem dicant, & ſentiant, nulla deinceps relicta Ariana blaſphemia. Prædiceturautem & cōfeſſionibus laudetur per omnes Eccleſias *vnus Dominus, vna fides, vnum Baptiſma* in Chriſto Ieſu Domino noſtro, per quē

Patri sit gloria, & imperium in secula seculorum, Amen.

Postquam ea quæ in [suabus illis] synodis gesta sunt, scripsissem, cognoui impiissimum illum Constantium, ad eos, qui Arimini residebant, Episcopos scripsisse: operamq; dedi, vt [earum literarum] exemplar genuinis à fratribus nanciscerer, vt id ad vos mittere possem. Similiter & eorum, quæ Episcopi rescripserunt: vt Imperatoris quidem impiam versutiam cognoscatis: Episcoporum vero firmam & haud nutantem in veritate sententiam.

Interpretatio Epistolæ (sic habet:)

CONSTANTIVS VICTOR, ET TRIVMPHATOR AVGVSTVS: OMNIBVS *Episcopis qui sunt Arimini coactis.*

Quanquam vestræ sanctitati minime obscurum sit, nos maximam curam diuinæ & venerandæ religionis Christi semper habuisse: tamen viginti Episcopos, quos vestra prudentia ad legationem vestram obeundã misistis, hoc tempore ad nostrum conspectum admittendi ocium non erat. Nam expeditio quam contra Barbaros in præsentia suscipimus, nos districtos tenet. Et par est vti nostris, vt ei qui sit sacrosanctæ religionis negotia tractaturus, animus ob omni cura & perturbatione liber sit. Proinde Episcopis mandauimus, vt Adrianopoli nostrum reditum expectent, vti cum ea quæ ad Rempub. pertinent, ritè procurata fuerint, illa quæ deinceps sint nobis proposituri, diligenter audire expendereq; possimus. Vestræ autem grauitati interea ne molestum sit eorum reuersionem expectare, vt cum redierint, nostraque retuletint, ad vos responsa, illa quæ sint ex vsu Ecclesiæ Catholicæ futura positis ad exitum perducere.

HIS ACCEPTIS, EPISCOPI TRIBVS EX EPISCOPORVM *numero responsum referentibus (ita rescripsere.)*

TVæ clementiæ literas accepimus Imperator sanctissime: ex quibus didicimus, tibi propter necessaria Reipub. negotia, eo tempore non satis suppetiuisse ocij, legatos nostros in conspectum tuum admittendi: nobisque in mandatis dare, vt illorum reditum vsque eo expectemus, quoad tua prudentia intellexerit ea, quæ sunt à nobis conuenienter maiorũ nostrorum institutis decisa decretaque Cæterum tam per hasce literas confitemur, tibique confirmamus, nos à nostro proposito & sententia nequaquã discessuros. Legatis etiam nostris idem imperauimus. Quãobrem rogamus te, vt placido vultu literas hasce à nostra modestia ad te perscriptas, legendas cures: quin etiam ea quæ nostris legatis obeunda imposuimus, æqui boniq; cõsulas.

Illud

διὰ τῷ πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων Ἀμήν.

Μετὰ τὸ γράψαι μὲν τὰ περὶ τῶν συνόδων, ἔγνων γράψαι τὰ τὸν ἀσεβέστατον Κωνστάντιον πρὸς τοὺς ἐν ἀριμήνῳ μείναντας ἐπισκόπους. καὶ σπουδὴν ἔχον λαβεῖν τὰ αὐτίγραφα παρὰ γνησίων ἀδελφῶν, καὶ δοθῆναι ὑμῖν, καὶ τὰ παρὰ τῶν ἐπισκόπων ἀντιγραφέντα· ἵνα γνῶτε τὴ μὲν βασιλέως τὴν ἀσεβῆ πανουργίαν, τῶν δὲ ἐπισκόπων τὸ ἑδραῖον καὶ ἀκλινὲς τῆς πρὸς τὴν ἀλήθειαν γνώμης.

Ἑρμήνεια τῆς ἐπιστολῆς.

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΟΣ ΝΙΚΗΤΗΣ καὶ θριαμβευτὴς αὔγουστος. πᾶσιν ἐπισκόποις τοῖς ἐν ἀριμήνῳ συνελθοῦσιν.

Ἀεὶ μὲν προηγουμένως ἡμᾶς ἔχειν φροντίδα περὶ τὸ θεῖον καὶ προσκυνητὸν νόμιμον, οὐδεὶ ἡ ὑμετέρα χρηστότης ἀγνοεῖ· ἀλλὰ νῦν τὸν παρ' ὑμῶν πρεσβείαν, πρὸς οὐκ ἠδυνήθημεν αὐτὸν ἰδεῖν· ἀναγκαία γάρ τις ἡμᾶς ἔπεισεν ἡ πρὸς τοὺς βαρβάρους ὁδὸς, καὶ, ὡς οἶδατε, πρέπει τὴν ψυχὴν καθαρὰν ἔσαν ἀπὸ πάσης φροντίδος, τὰ περὶ τὸ θεῖον νόμιμα διαγυμνάζειν. τηνικαῦτα τοὺς ἐπισκόπους διεκελεύσαμεν ἐν τῇ ἀδριανουπόλει ἐκδέχεσθαι τὴν ἡμετέραν ἐπάνοδον, ἵνα ἐπειδὰν πάντα καλῶς διατεθῇ τὰ δημόσια, τότε λοιπὸν ἅπερ ἂν ὑποβάλωσιν, ἀκοῦσαι καὶ δοκιμάσαι δυνηθῶμεν. τῇ μέντοι σεμνότητι ὑμῶν μὴ βαρὺ φαινέσθω ὥστε ἐκδέχεσθαι τὴν αὐτῶν ἐπάνοδον. ἵνα ἐπειδὰν ἐπανέλθωσι κομίζοντες ὑμῖν τὰς ἡμετέρας ἀποκρίσεις, δυνηθῆτε εἰς πέρας ἀγαγεῖν τὰ πρὸς τὴν λυσιτέλειαν ἀνήκοντα τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ.

ΤΑΥΤΑ ΕΔΕΞΑΝΤΟ ΟΙ ΕΠΙΣΚΟΠΟΙ, ἐπαγομένων τριῶν αὐτιγράφων τῶν ἐπισκόπων.

ΤΑ γράμματα τῆς σῆς φιλανθρωπίας ἐδεξάμεθα κύριε θεοφιλέστατε βασιλεῦ τὰ περιέχοντα διὰ τὴν τῶν δημοσίων ἀνάγκην τέως μὴ δεδυνῆσθαί σε τὸ ἡμέτερον πρέσβευμα θεωρῆσαι· ἡμᾶς τε κελεύεις ἐκδέχεσθαι τὴν αὐτῶν ἐπάνοδον, ἕως ἂν τὰ παρ' ἡμῶν βεβουλευμένα ἀκολούθως τοῖς προγόνοις ἡμῶν, ὑπογνῷ παρ' αὐτῶν ἡ σὴ εὐσέβεια. ἀλλὰ καὶ νῦν διὰ τούτων τῶν γραμμάτων ὁμολογοῦμεν, καὶ διαβεβαιούμεθα μηδαμῶς ἡμᾶς ἀναχωρεῖν τῆς ἡμετέρας προθέσεως. τοῦτο γὰρ καὶ τοῖς πρέσβεσιν ἡμῶν ἐνετειλάμεθα. ἀξιοῦμεν τοίνυν ὅπως γαληναίᾳ τῇ περιοπῇ τὰ τε ἡμῶν γράμματα τῆς ἡμετέρας μετριότητος κελεύσῃς ἀναγνωσθῆναι. ἀλλὰ γὰρ κἀκεῖνα ἃ διὰ τῶν πρέσβεων ἡμῶν ἐνετειλάμεθα ἡδέως ὑποδέξῃ. ἐκεῖνο μέντοι σωφρονοῦμεν ἡμῶν ἡ σὴ ἡμερότης, ὅση νῦν ἐστὶ λύπη καὶ κατήφεια,

ὅτι τοῖς σοῖς μακαριωτάτοις καιροῖς, πεσωῦται ἐκκλησίαι χωρὶς ἐπισκόπων εἰσὶ· καὶ διατῦτο καὶ πάλιν τὴν σὴν φιλανθρωπίαν ἀξιῦμεν κύριε θεοσεβέστατε βασιλεῦ, ὅπως περὶ τῆς τραχύτητος τῶν χειμώνων, ἵπερ ἀρέσαι τῇ σῇ εὐσεβείᾳ, κελεύσῃς ἡμᾶς εἰς τὰς ἡμετέρας ἐκκλησίας ἐπανελθεῖν, ὡσπερ τὸ πρώτερον ἡμᾶς τῷ παντοκράτορι θεῷ, καὶ τῷ δεσπότῃ καὶ σωτῆρι ἡμῶν χριστῷ, τῷ υἱῷ αὐτῦ τῷ μονογενεῖ, ὑπὲρ τῆς σῆς βασιλείας, τὰς ἐθίμους εὐχὰς μετὰ τῶν λαῶν ἀποπληρῦν. καθὼς καὶ ἀεὶ ἐπεπλέσαμεν, καὶ νῦν ποιῦμεν εὐχόμενοι. A

Illud præterea tua benigniras iuxta nobis cum intelligat, quam tristis & acerba res sit, tot Ecclesias in tuis istis beatissimis temporibus Episcopis suis destitutas esse. Et propterea tuam clementiã iterũ atq; iterũ obtestamur, Imperator Augustissime, vt ante hyemis asperitatem (modo tuæ pietati visum fuerit) nobis ad nostras Ecclesias reuertendi facias potestatem, quo possimus Deo Patri omnipotenti, & Domino ac Seruatori nostro Christo, filio eius vnigenito, pro tuo regno consuetas preces cum populo fundere: sicut & ante semper fecimus, & adhuc facere non desistimus.

ΤΩΝ ΚΑΤ' ΑΙ-ΓΥΠΤΟΝ ΚΑΙ ΛΙΒΥΗΝ ἐπισκόπων ἐνενήκοντα, καὶ τῦ μακαρίου Ἀθανασίου καὶ ἀρσανῶν πρὸς τὰς ἐν ἀφρικῇ.

Καινὰ μὲν τὰ γραφέντα ὑπὸ τῶν ἀγαπητῶν καὶ συλλειτουργῶν ἡμῶν δαμάσου καὶ ἐπισκόπων τῆς μεγάλης ῥώμης, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τοσούτων συνελθόντων ἐπισκόπων· ἀρκεῖν δ' ἦν καὶ τὰ τῶν ἄλλων γνωμένων συνόδων, ἔν τε τῇ Γαλλίᾳ, καὶ τῇ Ἰταλίᾳ, περὶ τῦ ὑγιαινούσης πίστεως· ἣν ὁμῖν χριστὸς ἐχαρίσατο, οἱ δὲ ἀπόστολοι ἐκήρυξαν, καὶ οἱ πατέρες παρεδέδωκασιν οἱ ἐν τῇ Νικαίᾳ συνελθόντες, ἀπὸ πάσης τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης. πεσαύτη γὰρ γέγονε τότε σπουδὴ διὰ τὴν ἀρειανὴν αἵρεσιν, ἵνα οἱ μὲν πεπωκότες εἰς αὐτὴν ἀναπαυθῶσιν, οἱ δὲ ἐφορῶντες ἔκδηλοι γένωνται. ταύτην γοῦν καὶ πάλαι πᾶσα ἡ οἰκουμένη συμπεφώνηκε, καὶ νῦν δὲ πολλῶν συνόδων γενομένων, ὑπομνησθέντες πάντες, ὅτι κατὰ τὴν θεσσαλονίκην, καὶ σαρδανίαν, καὶ μακεδονίαν, ἠπείρους τε καὶ τὴν ἑλλάδα, καὶ κρήτην καὶ τὰς ἄλλας νήσους, σικελίαν τε καὶ κύπρον, καὶ παμφυλίαν, λυκίαν τε καὶ ἰσαυρίαν καὶ πᾶσαν τὴν αἰγυπτον καὶ τὰς λιβύας, καὶ πλεῖστοι τῶν ἐν τῇ ἀραβίᾳ, ταῦτα ἐπέγνωσαν· καὶ ἐθαύμασάν τε τοὺς ὑπογράψαντας, καὶ ὅτι οὐ καὶ τις ἀπελελείφθη παρ' αὐτοῖς ἐκ τῆς ῥίζης τῶν ἀρειανῶν ἄνω φύουσα πικρία· αὐξάνειν φαμὲν καὶ ἐραίνειν καὶ θάλλειν καὶ τοὺς τὰ αὐτὰ φρονοῦντας αὐτοῖς· διὰ τῶν γραμμάτων τούτων, ἐξεκέντησαν καὶ ἀπελείφθησαν. ἱκανὰ μὲν οὖν τὰ ἐν τῇ νικαίᾳ ὁμολογηθέντα καὶ αὐτάρκη, καθὰ προείπαμεν, πρός τε ἀνατροπὴν πάσης ἀσεβοῦς αἱρέσεως, καὶ πρὸς ἀσφάλειαν καὶ ὠφέλειαν τῆς ἐκκλησιαστικῆς διδασκαλίας. ἐπειδὴ δὲ ἠκούσαμεν ὅτινες βυλόμενοι μάχεσθαι πρὸς αὐτὸ, ὀνομάζειν ἐπιχειροῦσι σύνοδόν τινα ὡς ἐν ἀριμήνῳ γενομένην, καὶ φιλονεικοῦσι ταύτην μᾶλλον ἢ ἐκείνην κραταιῶσαι· ἀναγκαῖον ἡγησάμεθα γράψαι καὶ ὑπομνῆσαι ἡμᾶς, ἵνα μὴ ἀνέχησθε τῶν πιστῶν. ἔστι γὰρ ἁδὴν ἔπος ἐστὶν ἡ πάλιν τῦ ἀρσανῆς αἱρέσεως ὠδὰ φυάς. εἰ γὰρ

B C D E

S. Patris nostri

ATHANASII ARCHIEPISCOPI Alexandrini

Ad venerabiles in Aphrica Episcopos, Epistola.

SVfficiunt quidem scripta Damasi comministri nostri dilecti, & magnæ Romæ Episcopi, cæterorumque tot numero inibi congregatorum, nihiloque minus sufficiunt scripta aliorum conciliorum, quæ partim in Gallia, partim in Italia habita sunt, ad astruendam eam, quæ in nobis est, fidem, quam Christus largitus est, & Apostoli prædicarunt, & patres qui Nicææ vndiquaque ex nostro habitabili orbe cõuenerant, tradidere, summa propter Arianos cura adhibita, vt qui in eam hæresim lapsi essent, resurgerent: & authores eius reprehenderentur. Huic certè concilio, vniuersus orbis assensum præbuit, & quanquam multæ habitæ sunt Synodi, huius tamen omnes sunt memores, tum per Dalmatiam, Dardaniam, aliasque insulas, Siciliam, & Cyprum, tum per Isauriam, Pamphiliam, Lyciam, & vniuersam Ægyptum & Libyas: & plerique in Arabia hanc agnouerunt, & admirati sunt, & subscriptione approbarunt: adeo, vt si qui restent ex Ariana radice progerminante amaritiem (loquimur autem de Vrsacio, Valente, cæterisque qui idem sentiunt) per ista ipsa scripta abscissi reiectique comperiantur. Sufficiunt igitur ea quæ Nicææ confessa fuere, satisque per se virium habent, quemadmodum superius diximus, tum ad subuersionem impij dogmatis, tum ad tutelam, vtilitatemque Ecclesiasticæ doctrinæ. Sed tamen quia audiuimus nonnullos huius oppugnandæ cupidos, allegare concilium Ariminense, quod ipsi iactitant authoritatem obtinuisse, necessario visum est, vt vos scripto certiores redditos admoneremus, ne istiusmodi homines tolerare velitis. Est enim istud aliud nihil, nisi propago Arianicæ hæreseos.

Qui enim Synodum contra iſtam hæreſim habitam repudiant, quid aliud ſibi volunt, quam vt Ariana inualeſcant? quid igitur illis dignum, niſi vt & Ariani appellentur, & eaſdem cenſuras ferant? qui neque Deum metuerunt, ita dicentem: Ne tranſmoueas terminos æternos, quos poſuerunt patres tui, &, Qui accuſat patrem aut matrem morte moriatur, neque patres noſtros quicquam reueriti ſunt, denunciantes anathema, ſi quis contraria ſuæ ipſorum confeſſioni ſentiret. Siquidem œcumenica Nicææ Synodus celebrata fuit à trecentis & ſeptemdecim Epiſcopis, vt de fide agerent, conuenientibus, idque ob Arianicam impietatem, quo caueretur, ne deinceps particulatim cauillationes fidei orirentur, aut ſi ortæ fuiſſent, ne authoritatem haberent. Quid enim in eo concilio defuit, vt nouam aliquam Synodum requirant? plenum enim eſt illud concilium pietatis dilectiſſimi, & vniuerſum iam orbem terrarum adimpleuit. Hoc & norunt Indi, & quotquot apud alios Barbaros ſunt Chriſtiani. Vanus igitur eorum labor, qui contra illud alia ſubinde concilia moliuntur, quippe qui plusquam decem Synodos iam inſtituerint, in ſingulis ſemper aliquid innouantes, hoc à prioribus detrahentes, illa in ſequentibus demutantes adiicientesque: nihilque ſua vi hactenus, dum & ſcribunt & delẽt, profecerunt, ignari interim, *omnẽ plantationẽ quã non plantauerit pater cœleſtis, eradicandã*: eſſe verbũ autem illud Domini per œcumenicã Nicææ Synodũ, in æternũ manet. Siue enim quis numerum cum numero comparet, tanto maior eſt Nicæna Synodus particularibus conciliis, quantum totum ſui aliqua parte. Quòd ſi caulam Nicæni conuentus à cauſis eorum, qui poſtea coierunt, diſcernere velis, inuenies Nicænam Synodum rationabili cauſa coactam fuiſſe: reliquas autem per ſimultatem, & contentionem, & vim conflatas eſſe. Illa enim ob Arianam ſectam & controuerſiam paſchatis celebrata fuit, eò quòd Syri, Cilices, & qui in Meſopotamia degunt nobiſcum diſſentiebãt in temporibus Paſchæ celebrandi, quod eodem die cum Iudæis celebrabant. Sed gratia Domino noſtro, quia & de fide, & de ſacro illo feſto in concordiam itum eſt. Eaque fuit cauſa Nicæni concilij. Concilia autem, quæ poſtea inſequuta ſunt pro, Ario contra œcumenicam Synodum inſtituta fuêre. Id quum ita ſe habeat, quis ferat eos, qui Ariminenſem, aut vllam Synodum, præter Nicænam, in ore habent & iactitant? aut quis non odio habeat illos, qui quæ patrum ſunt, abrogant? recentiora autem Arimini per vim & contentionem extorta anteponunt? Aut quis cum eis conuenire poſſit, qui ne ſecum quidem conueniunt, aut ſua ipſorum approbant? quippe qui in ſuis conciliis decem ſc. aut pluribus etiam, vt ſuperius dixi, aliàs alia ſcribentes, ſatis docent ſe vniuscuiusq; ſuæ ſynodi criminatores eſſe: idemque illis fit, quod & Iudæis proditoribus fiebat: vt enim *illi derelicto vnico fonte viuentis aquæ, effoderunt ſibi ciſternas contritas, quæ aquam continere non poterant*, quod

εἰ γὰρ τὴν καθ' αὐτῆς συνέδριον γενομένην παραλιπόμενοι ἔστι δὲ ἡ ἐν νικαίᾳ γενομένη· τί ἕτεροι βούλονται, ἢ τὴν ἀρείου κρατεῖν; τίνος ἂν ἄξιοι οἱ τοιοῦτοι, ἢ αἱρεσιῶται μὲν καλεῖσθαι, τῆς αὐτῆς δὲ ἀσεβείας ἐκείνοις μεταίχειν; εἰ μήπω τὸν θεὸν ἐφοβήθησαν λέγοντα, μὴ μετάιρε ὅρια αἰώνια ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου· καὶ ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω· οἱ μήτε τοὺς πατέρας ἠδέσθησαν προαγγέλλοντας ἀνάθεμα εἶναι τοὺς τὰ ἐναντία φρονοῦντας τῆς ὁμολογίας αὐτῶν. Διατὶ γὰρ καὶ ἡ οἰκουμενικὴ γέγονεν ἡ ἐν νικαίᾳ συνοδος, τελακοσίων δέκα καθ' ὅλῳ συνελθόντων ἐπισκόπων περὶ τῆς πίστεως διὰ τὴν ἀρειανὴν ἀσέβειαν, ἵνα μηκέτι κατὰ μέρη προφάσει πίστεως γίνωνται, ἀλλὰ κἂν γένωνται, μὴ κρατῶσι. τί γὰρ ἐκείνῃ λείπει ἵνα καινότερα ζητήσῃ τις; πλήρης ἐστὶν εὐσεβείας ἀγαπητοὶ· αὕτη πᾶσαν τὴν οἰκουμένην πεπλήρωκε, καὶ τὴν ἔγνωσαν, καὶ ἰνδοὶ, καὶ ὅσοι παρὰ τοῖς ἄλλοις βαρβάροις εἰσὶ χριστιανοί. κενὸς οὖν μάταιος ὁ κάματος τῶν κατ' αὐτῆς πολλάκις ἐπιχειρησάντων. ἤδη γὰρ οἱ τριάκοντα, δέκα καὶ πλέον που συνόδους πεποιήκασι καθαιροῦσαν μεταβαλλόμενοι, καὶ τὰ μὲν ἀπὸ τῶν πρώτων ἀφαιροῦντες, τὰ δὲ ταῖς μετὰ ταῦτα ἐναλλάσσοντες καὶ προστιθέντες, καὶ ὠνήσαν οὐδὲν μέχρι νῦν γράφοντες, ἐξαλείφοντες, διαζόμενοι, οὐκ εἰδότες ὅτι πᾶσαν μὲν φυτείαν ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ πατὴρ ὁ οὐράνιος ἐκριζωθήσεται. τὸ δὲ ῥῆμα τοῦ κυρίου τὸ διὰ τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου ἐν τῇ νικαίᾳ γενόμενον μένει εἰς τὸν αἰῶνα. ἄντε γὰρ ἀριθμὸν ἀριθμῷ τις συμβάλῃ, πλείους οἱ ἐν νικαίᾳ τῶν κατὰ μέρος εἰσὶν, ὅσον καὶ τὸ ὅλον πλεῖόν ἐστι τῶν μερῶν· ἄντε τὸ αἴτιον τῆς ἐν νικαίᾳ καὶ τῶν μετ' αὐτὴν τοσούτων γενομένων συνόδων διαγνῶναί τις ἐθέλοι, εὑροι ἂν τὴν μὲν ἐν νικαίᾳ ἔχουσαν τὸ αἴτιον ἄλλην, τὰς δὲ ἄλλας διὰ μίσος καὶ φιλονεικίαν ἐκ βίας συγκροτηθείσας. ἡ μὲν γὰρ διὰ τὴν ἀρειανὴν αἵρεσιν καὶ διὰ τὸ πάσχα συνήχθη. ἐπειδὴ οἱ κατὰ συρίαν καὶ κιλικίαν καὶ μεσοποταμίαν διεφώνουν πρὸς ἡμᾶς, καὶ τῷ καιρῷ ἐν ᾧ ποιοῦσιν οἱ ἰουδαῖοι, ἐποίουν καὶ αὐτοί. ἀλλὰ χάρις τῷ κυρίῳ ὥσπερ περὶ τῆς πίστεως οὕτως, καὶ περὶ τῆς ἁγίας ἑορτῆς γέγονε συμφωνία. καὶ τότε λοιπὸν τὸ αἴτιον τῆς ἐν νικαίᾳ συνόδου. αἱ δὲ μετὰ ταύτην ὑπὲρ ἀριθμὸν μὲν καὶ δὲ τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου ἐπενοήθησαν. τούτων δ' ἄτοπον δεικνυμένων τὰς ἀποδείξεις τὸ ἀριμηνον ἢ ἄλλην συνοδον παρὰ τὴν ἐν νικαίᾳ ὀνομάζοντας; ἢ τίς ἂν καὶ μισήσειε τοὺς ἀθλοῦντας μὲν τὰ τῶν πατέρων, ἀλλὰ νεώτερα ἐπὶ τῇ ἀριμήνῳ καὶ φιλονεικίαν καὶ βίαν συνηθέντα προκρίνοντας; πῶς δ' ἂν τοῖς συνελθεῖν ἐθελήσοι τις ἀνθρώποις, μὴ δὲ τὰ ἑαυτῶν ἀποδεχομένοις; οἱ δὲ καὶ τὰ ἑαυτῶν δέκα πάλαι καὶ πλέον καθαιρεθέντα προκρίνουσι. πόθεν δέ τοι τοῦτ' ἔστιν, οἷσι καὶ οἱ πάπαι τὰ ἰουδαίων προδοῦ πεπείνθασιν. ὡς γὰρ ἐκεῖνοι καταλείψαντες τὴν μόνην πηγὴν ζώσης ὕδατος, ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους, οἳ οὐ δυνήσονται ὕδωρ συνέχειν,

γέγραπται δὲ πῦπο ϖῶς τῷ ϖροφήτῃ ἱερεμίᾳ· οὕτως οὖν μαχόμενοι ϖρὸς τὴν μιαν ϗ οἰκουμενικὴν συνοδον, ὤρυξαν ἑαυτοῖς συνόδους πολλὰς, ϗ πᾶσαι κεναὶ αἱ παρ' αὐτοῖς ὡς δεῖγμα μὴ ἔχον ἰσχὺν ἐφάνησαν. μὴ τοίνυν ἀνεχώμεθα τῶν τὴν ἀριμηνον ἢ ἄλλην ὀνομαζόντων συνοδον, ϖῶς τὴν ἐν νικαίᾳ γενομένην, ϗ γὰρ ϗ αὐτοὶ οἱ τὴν ἀριμηνον ὀνομαζοντες, ἐοίκασι μὴ εἰδέναι τὰ ἐν αὐτῇ ϖραχθέντα· ἢ γὰρ ἂν, ἐσιώπησαν. οἶδατε γὰρ ἀγαπητοὶ μαθόντες ϗ ὑμεῖς ϖῶς τῶν ἑλθόντων ἐξ ὑμῶν εἰς τὴν ἀριμηνον, ὡς ουρσάκιος ϗ Οὐάλης, Οὐδόξιος ϗ αἰξέντιος, ἐκεῖ δὲ ϗν αὐτοῖς ϗ δημόφιλος, καθῃρέθησαν, θελήσαντες ἕτερα ϖῶς τὸ ἐν νικαίᾳ γραφὲν· ὅτε ϗ ἀπαιτηθέντες ἀναθεματίσαι τὴν ἀρειανὴν αἵρεσιν, παρῃτήσαντο, ϗ μᾶλλον αὐτὴν ἤθελον εἶναι ϖροτάται. οἱ ϑ γε ἐπίσκοποι οἱ ἀληθῶς γνήσιοι δοῦλοι τοῦ κυρίου, ὀρθῶς πιϛεύοντες· ἦσαν δὲ ἐγγὺς Δακόσιοι· ἔγραψαν ἀρκεῖσθαι τῇ ἐν νικαίᾳ μόνῃ, ϗ μηδὲν πλέον ἢ ἔλαττον παρ' ἐκείνην ζητεῖν ἢ φρονεῖν. ταῦτα ϗ κωνσταντίῳ δεδηλώκασι τῷ ϗ τὴν συνοδον κελεύσαντι γενέσθαι. ἀλλ' οἱ ἐν τῇ ἀριμήνῳ καθῃρεθέντες, ἀπελθόντες ϖρὸς κωνστάντιον, πεποιήκασιν ὑβελοῦς μὲν, ἀπειλὰς δὲ γενέσθαι μὴ ἀνακάμψειν εἰς τὰς ἰδίας παροικίας πρὸς κατ' αὐτῶν ἀποφηναμένους, βίαν τι παθεῖν ἐν τῇ θρᾴκῃ ἐν αὐτῷ τῷ χειμῶνι, ὥϛε τῶν παρ' αὐτῶν καμνόντων ἀνέχεσθαι. εἴπερ οὖν τινες τὴν ἀριμηνον ὀνομάζουσι, δεικνύτωσαν πρῶτον καθαίρεσιν τῶν ϖροειρημένων, ϗ ἅπερ ἔγραψαν οἱ ἐπίσκοποι, λέγοντες μηδὲν πλέον ζητεῖν τῶν ἐν νικαίᾳ παρὰ τῶν πατέρων ὁμολογηθέντων, μὴ δὲ ὀνομάζειν ἄλλην συνοδον παρ' ἐκείνην. ἀλλὰ ταῦτα μὲν κρύπτουσι, τὰ δὲ ἐν τῇ θρᾴκῃ κατὰ βίαν ϖραχθέντα ϖροβάλλονται· ἐξ ὧν δείκνυνται τῆς μὲν ἀρειανῆς αἱρέσεως ὄντες ὑποκριταὶ, ἀλλότριοι δὲ τῆς ὑγιαινούσης πίϛεως, ϗ αὐτὴν δὲ τὴν μεγάλην συνοδον, ϗ τὰς παρ' ἐκείνων ἄν τις ἐξετάζειν ἐκ παραλλήλου θέλοι, εὕροι ἂν τῶν μὲν τὴν θεοσέβειαν, τῶν δὲ τὴν ἀλογίαν. οἱ ἐν νικαίᾳ συνελθόντες, οὐ καθαιρεθέντες συνῆλθον, ἀλλὰ ϗ ὡμολόγησαν τῆς οὐσίας τοῦ ϖατρὸς εἶναι τὸν υἱὸν· οὗτοι δὲ ϗ ἅπαξ ϗ δεύτερον καθαιρεθέντες, ϗ τρίτον ἐν αὐτῇ τῇ ἀριμήνῳ, γράφειν ἐπλήμησαν, μὴ χρῆναι λέγειν οὐσίαν ἢ ὑπόϛασιν ἔχειν τὸν θεόν. ἐκ δὴ τούτων σκοπεῖν ἔξεϛιν ἀδελφοὶ, ὡς οἱ μὲν ἐν νικαίᾳ τῶν γεγραφῶν πνέουσι, λέγοντος αὐτοῦ τοῦ θεοῦ ἐν μὲν τῇ ἐξόδῳ, ἐγὼ εἰμι ὁ ὤν· Δαὶ δὲ τοῦ ἱερεμίου, τίς ἐϛιν ἐν ὑποϛήματι αὐτοῦ, ϗ εἶδε τὸν λόγον αὐτοῦ; ϗ μετ' ὀλίγον, ϗ ἔϛησαν ἐν τῇ ὑποϛάϛει μου ϗ ἤκουσαν τῶν λόγων μου. ἡ δὲ ὑπόϛασις οὐσία ἐϛι ϗ οὐδὲν ἄλλο σημαινόμενον ἔχει, ἢ αὐτὸ τὸ ὄν. ὅπερ ἱερεμίας ὕπαρξιν ὀνομάζει λέγων· ϗ οὐκ ἤκουσαν φωνὴν ὑπάρξεως. ἡ γὰρ ὑπόϛασις ϗ ἡ οὐσία, ὕπαρξίς ἐϛιν. ἔϛι γὰρ

quod apud Ieremiam Prophetam ſcriptum inuenias, ita quoque iſti opugnantes œcumenicam Synodũ, effoderunt ſibi Synodos complures, omnèſque illæ apud illos, vt manipulus ſine viribus euanuerunt. Ne feramus igitur illos, qui nobis Arimiuenſe, aut vllum aliud concilium nominant. Videntur autem illi, qui Ariminenſe concilium in ore habent, ne illa quidem ſcire, quæ ibi acta ſunt, quippe qui alioqui obticuiſſent. Vos contra dilectiſſimi compertum habetis ex iis, qui è veſtro numero ad concilium Ariminenſe ſe contulerunt, quomodo Vrſacius & Valens illic præſto fuere, & vnà cum illis Demophilus, eóſque ideo depoſitos, exautoratóſq; eſſe, quòd alia quàm quæ in Niceno concilio decreta eſſent, conſcribere vellent. Quo tempore quum ab illis poſtularetur, vt Arianam hæreſim anathemate damnarent, poſtulata præſtare recuſarunt, malebántq; ſe potius eius hęreſeos duces prefectóſq; videri. Epiſcopi cõtra legitimi Chriſti ſerui, & recta fide præditi numero ferme ducenti, dicebãt ſufficere Nicæni concilij dogmata, nec plus, nec minus, aut quærendum aut credẽdum eſſe. Hæc & Conſtantio ſignificauerunt, cuius iuſſu concilium coierat. Verũ qui Arimini exautorati erant, profugientes ad Conſtantium, operam dedẽre, vt ij quorum ſententiis ceciderant, quàm indigniſſime haberẽtur, minæq; adderentur, ne in ſuas parœcias diſcederent, quibus etiam vim in Thracia per hyemem intulerunt, quo eos cogerent ad res nouas, quas ipſi moliebãtur, ſuſcipiendas. Cõcilium ſcilicet allegãt: proferant mihi prius ex autorationẽ illorum quos nominaui, deinde addant qui Epiſcopi ſcriptis ſuis ſtatuerunt, ne quid amplius quàm quæ à patribus Nicææ cõfeſſa decretáque eſſent, quęreretur: neue præter eam, vlla alia Synodus nomen obtineret. Sed hæc quidẽ in occulto habẽt. Illa vero quæ in Thracia per vim expreſſa ſunt, iactitant, ex quibus liquet eos eſſe Arianicę hęreſeos gregales, & alienos à ſana fide. Quòd ſi magnum illud concilium iſtorũmque coitiones, mutua inter ſe comparatione examinare velis, inuenies in illo quidẽ ſanctam religionem: in iſtis vero abſurdas rationes tractatas fuiſſe. Qui Nicææ conuenere, eorum nemo depoſitus, exautoratúsq; fuit, iiq; ſimul confeſſi ſunt, ex patris ſubſtantia eſſe Filium: Iſti contra ſemel atque iterum, imo iam tertio depoſiti in ipſo Ariminenſi conuentu, ea audacia fuere, vt affirmauerint, illicitũ dictum eſſe, eſſentiam aut hypoſtaſim habere Deum. Ex quibus videre licet, fratres dilectiſſimi. Nicenos patres ſcripturas ſpirare, ac redolere, loquẽte ipſo Deo tũ in libris Exodi, *Ego ſum qui ſum*, tũ per Ieremiã, *Quis eſt in ſubſtantia eius?* & paulo poſt: *Et ſi ſteteriſſent in hypoſtaſi mea, & audiſſent verba mea.* Hypoſtaſis autem eſſentia eſt, neque: alium ſignificatũ habet, niſi hoc ipſum, quod eſt, quod Ieremias ὕπαρξιν nominauit, dicens, non audiuiſti vocem ὑπάρξεως. Nam & ὑπόϛασις & οὐσία idipſum eſt quod ὕπαρξις, ac ſi dicas, ſubſiſtentiã & ſubſtantiã idem eſſe cum eſſentia. Eſt enim

Est enim Deus, & subsistit. Hoc quum Paulus sentiret, ad Hebræos scripsit, *Qui est splendor gloriæ, & forma ὑποστάσεως eius.* Isti qui se putant scire scripturas, seque sapientes arbitrantur, nolentes in Deo hypostasim nominare. (Hoc enim scripserunt Arimini, & in aliis suis conciliis) qui quæso non cum summo iure depositi sint & habeantur? quum & ipsi loquantur vnà cum insipientibus in cordibuus suis, Non est Deus? Iam quũ patres Nicææ docuissent, non esse, nec creaturam nec facturam Verbum Dei, quippe qui ita de scripto recitarent, *omnia per ipsum facta sunt, & in illo omnia creata sunt, & constant.* Isti contra, potius Ariani quàm Christiani, & in suis Synodis facturã illum ausi sunt dicere, & vnũ ex creaturis esse, quarum ipsum Verbũ opifex est & conditor. Atqui si Verbum, per quod omnia facta sunt, & ipsum quoque creatura fuerit, sequitur, vt illud seipsum creauerit. Sed qui quęso, id quod creatur creare: aut quod conditur, condere poterit? Verum ne vel sic quidem pudore deterrentur, quo minus ea dicant, ob quæ vbique apud omnes mortales in odio sunt. Ac citant pro se Ariminense concilium, quum liqueat eos etiam ibi exautoratos depositósque fuisse. Quin & illud de Nicęno concilio ὁμοούσιον allegant, quum tamen eius rei gratia bellum cum Nicęno concilio gerant. Et vbique quasi culices, hac voce circunstrepitant, in eamque vel per ignorantiam impingunt, vt in lapidem offendiculi in Siõ positum, aut prorsus citra ignorantiam id faciunt, quum vim eius vocabuli intelligant: ac proinde contentiones bellaque affectant, & perpetuo murmure arrodunt hanc vocem, prorsus Arianæ hæresi infestam, eamque collabefactantem. Neque enim voces illis molestiam afferunt, sed damnatio ipsorum quæ in verbis istiusmodi consistit. Iam si hunc animum conscij sibi dissimulatum volunt, à nobis tamen id reticere non debet, vt etiam hinc sedula veraque diligentia magni concilij declaretur. Congregatis enim Episcopis, volentibusque voces impietatis ab Arianis inuentas, è medio tollere, illud scilicet, quod aiunt, Ex non entibus, & quod aiunt, factură & creaturam esse Filium, & Erat quando non erat, & quod est commutabilis naturæ & literarũ sacrarum voces certas & confessas scripto complecti, nimirum ex Deo esse Filium, & natura vnigenitum esse Verbum eùmque solum virtutem & Sapientiam esse Patris & *verum Deum esse* vt Ioannes dixit, & *Splendorem gloriæ, & formam substantiæ Patris*, vt Paulus scripsit. Hic Eusebiani pravas suas opiniones sequentes, inter sese mussitare: Imus quoque & nos inquientes in vestrã sententiã. Nam & nos quoque ex Deo sumus *vnus* siquidem *Deus ex quo omnia* Et *vetera præterierunt: Ecce noua facta sunt omnia*, omnia vero ex Deo: & allegabant id quod in Pastore scriptum est, *Ante omnia crede vnum Deum esse*, qui condidit omnia, instauravit & fecit vt ex non existentibus existerent. Episcopi vero intellecta illorũ vafricie, & dolis

ἔστι γὰρ καὶ ὑπάρχει. τοῦτο νοῶν καὶ ὁ παῦλος, ἔγραψεν ἑβραίοις· ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. ὅτι δὲ οἱ δοκοῦντες εἰδέναι τὰς γραφὰς, καὶ ὀνομάζοντες ἑαυτὰς εἶναι σοφὰς, μὴ θέλοντες ὑπόστασιν λέγειν τοῦ θεοῦ· τοῦτο γὰρ ἔγραψαν ἐν τῇ ἀριμήνῳ, καὶ ἐν ἄλλαις ἑαυτῶν συνόδοις· πῶς ἂ δικαίως καθηρέθησαν, λέγοντες καὶ αὐτοὶ ὡς ἄφρων ἐν καρδίᾳ, οὐκ ἔστι θεός; πάλιν τὶ οἱ πατέρες ἐδίδαξαν ἐν τῇ νικαίᾳ, μὴ εἶναι κτίσμα ἢ ποίημα τὸν υἱὸν λόγον, ἀναγνόντες· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο· καὶ, ἐν αὐτῷ τὰ πάντα ἐκτίσθη καὶ συνέστηκεν. ὅτι δὲ οἱ μᾶλλον δρεπανοὶ ἢ χριστιανοὶ ὄντες ἐν ταῖς ἄλλαις ἑαυτῶν συνόδοις, κτίσμα τολμήκασιν εἰπεῖν αὐτὸν, καὶ ἕνα τῶν πάντων, ὧν αὐτὸς ἐστιν ὁ λόγος δημιουργὸς καὶ ποιητής. εἰ γὰρ δι' αὐτοῦ τὰ πάντα γέγονε, κτίσμα δὲ ἐστι καὶ αὐτὸς· εἴη ἂν καὶ ἑαυτὸν κτίζων· καὶ πῶς δυνάται τὸ κτιζόμενον κτίζειν; ἢ πῶς ὁ κτίζων, κτίζεται; ἀλλ' ὅδε ὅτως αἰσχυνόνται, τοιαῦτα λέγοντες, ἐφ' οἷς μισητοὶ καὶ ἄδηλοι πᾶσίν εἰσιν, ὀνομάζοντες μὲν ἀπλῶς ἀρίμινον, δεικνύμενοι δὲ ἐν αὐτῇ καθαιρεθέντες. καὶ αὐτὸ δέ τι ἐν νικαίᾳ γεγραμμένον ὁμοούσιον εἶναι τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ, ὃ χάριν προαιροῦνται μάχεσθαι πρὸς τὴν σύνοδον, καὶ πολεμοῦσιν ὡς κώνωπες παντοχῆ περὶ τῆς λέξεως, ἢ ὡς ἀγνοοῦντες προσκόπτουσιν εἰς αὐτὸ, ὡς οἱ προσκόπτουσιν εἰς τὸν τεθέντα λίθον ἐν σιὼν προσκόμματος. ἢ γινώσκουσι μὲν, ἀμαθῶς δὲ μάχονται καὶ συνεχῶς γογγύζουσιν, ὅτι κατὰ τῆς αἱρέσεώς ἐστιν αὐτῶν ἀληθὴς αὕτη καὶ ἀκλινὴς ἀπόφασις. ἡ γὰρ αἱ λέξεις αὐτὰς λυποῦσιν· ἀλλ' ἡ ἐν αὐτῇ νοουμένη κατάκρισις αὐτῶν. καὶ τούτων δὲ πάλιν αἴτιοι γεγόνασιν αὐτοὶ, καὶ εἰ τοῦτο κρύπτειν αὐτοὶ θέλουσι καὶ πι γινώσκοντες, ἀλλ' ἡμᾶς ἀκόλυθον εἰπεῖν· ἵνα καὶ ἐκ τούτων ἡ μετὰ ἀληθείας ἀκρίβεια τ μεγάλης συνόδου δειχθῇ τ μὲν ὑπὸ τ ἀρχαίων ἐφευρεθεῖσα τ ἀσεβείας λέξις ἀνελεῖν· τὸ ἐξ οὐκ ὄντων· καὶ τὸ λέγειν κτίσμα καὶ ποίημα τὸν υἱὸν, καὶ ὡς ποτε ὅτι οὐκ ἦν· καὶ ὅτι τρεπτῆς ἐστι φύσεως, τὰς δὲ τῶν γραφῶν ὁμολογουμένας γράψαι· ὅτι τε ἐκ τοῦ θεοῦ τῇ φύσει μονογενής ἐστιν ὁ λόγος, δυνάμις, σοφία μὲν ἡ τοῦ πατρὸς, θεὸς ἀληθινὸς, ὡς εἶπεν ὁ Ιωάννης, καὶ ὡς ἔγραψεν ὁ παῦλος, ἀπαύγασμα τῆς δόξης· καὶ χαρακτὴρ τῆς τοῦ πατρὸς ὑποστάσεως. οἱ πρὸ εὐσέβιον ὑπὸ τῆς ἰδίας κακοδοξίας ἑλκόμενοι, διελάλουν ἀλλήλοις· σωθώμεθα· καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐκ τοῦ θεοῦ ἐσμεν. εἷς γὰρ θεὸς ἐξ οὗ τὰ πάντα. καὶ τὰ ἐξῆς παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά. τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ θεοῦ. ἐλογίζοντο δὲ καὶ τὸ ἐν τῷ ποιμένι γραφὲν· πρῶτον πάντων πίστευσον ὅτι εἷς ἐστιν ὁ θεὸς ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι. ἀλλ' οἱ ἐπίσκοποι θεωρήσαντες τὴν πανουργίαν

γίαν

γὰν ἐκείνων, καὶ τὴν τῆς ἀσεβείας κακοτεχνίαν, λοιπὸν εἰρήκασι τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ. καὶ ἐγεγράψαν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ θεοῦ εἶναι τὸν υἱόν, ἵνα τὰ μὲν κτίσματα, ἀφ' ἑαυτῶν χωρὶς αἰτίου εἶναι, ἀλλὰ ἀρχὴν ἔχειν τοῦ γενέσθαι λέγηται ἐκ τοῦ θεοῦ. ὁ δὲ υἱὸς μόνῳ ἰδίῳ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας· τοῦτο γὰρ ἴδιον μονογενοῦς καὶ ἀληθινοῦ λόγου πρὸς πατέρα. καὶ πρὲ μὲν τοῦ γεγράφθαι ἐκ τῆς οὐσίας, ἡ πρόφασις αὕτη. πάλιν δὲ τῶν ἐπισκόπων ἐρωτώντων τοὺς δοκοῦντας ὀλίγους, εἴπερ λέγοιεν τὸν υἱὸν, οὐ κτίσμα, ἀλλὰ δύναμιν, σοφίαν μόνην τοῦ πατρὸς, καὶ εἰκόνα ἀΐδιον, ἀπαράλλακτον κατὰ πάντα τοῦ πατρὸς, καὶ θεὸν ἀληθινὸν, κατηλήφθησαν οἱ πρὲ δύσεβιον ἀλλήλους, ὅτι καὶ πᾶσα φθάνει καὶ εἰς ἡμᾶς, καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς, καὶ δόξα θεοῦ λεγόμεθα, καὶ περὶ ἡμῶν εἴρηται· ἀεὶ γὰρ ἡμεῖς οἱ ζῶντες, καὶ δυνάμεις πολλαί εἰσι· καὶ ἐξῆλθε μὲν πᾶσα ἡ δύναμις κυρίου ἐκ γῆς αἰγύπτου. ἡ δὲ κάμπη καὶ ἡ ἀκρὶς, λέγεται δύναμις μεγάλη· καὶ κύριος τῶν δυνάμεων μεθ' ἡμῶν, ἀντιλήπτωρ ἡμῶν ὁ θεὸς ἰακώβ, ἀλλὰ γὰρ τὸ ἰδίους ἡμᾶς εἶναι τοῦ θεοῦ, ἔχομεν οὐχ' ἁπλῶς, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀδελφοὺς ἡμᾶς ἐκάλεσεν. εἰ δὲ καὶ θεὸν ἀληθινὸν λέγουσι τὸν υἱὸν, οὐ λυπεῖ ἡμᾶς· γενόμεθα γὰρ ἀληθινοὶ ἐσμεν. αὕτη τῶν ἀρειανῶν ἡ ἐφθαρμένη φρόνησις. ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα οἱ ἐπίσκοποι θεωρήσαντες ἐκείνων τὸ δόλιον, σωρήσαντες ἐκ τῶν γραφῶν τὸ ἀπαύγασμα, τὴν τε πηγὴν καὶ τὸν τρόπον, καὶ τὸν χαρακτῆρα πρὸς τὸν υἱὸν πάσχειν, καὶ τὸ, ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς, καὶ τὸ, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, καὶ λοιπὸν λοιπὸν καὶ σωτόμως ἐγεγράψαν ὁμοούσιον τῷ πατρὶ τὸν υἱόν· τὰ γὰρ σφετερισμένα πάντα, ταύτην ἔχει τὴν σημασίαν. καὶ ὁ γογγυσμὸς αὐτῶν, ὅτι ἄγραφοί εἰσιν αἱ λέξεις, ἐλέγχεται παρ' αὐτῶν μάταιος, ἐξ ἀγράφων ἀσεβήσαντες. ἄγραφα δὲ τὸ ἐξ οὐκόντων, καὶ τὸ ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, αἰτιῶνται ὅτι ἐξ ἀγράφων μετ' ἀσεβείας νοουμένων λέξεων, κατεκρίθησαν· αὐτοὶ μὲν ὡς ἐκ κοπρίας ὄντες, ἐλάλησαν ἀληθῶς ἀπὸ γῆς. οἱ δὲ ἐπίσκοποι, οὐχ' ἑαυτοῖς φρόντες τὰς λέξεις, ἀλλ' ἐκ πατέρων ἔχοντες τὴν μαρτυρίαν οὕτως ἐγεγράψαν. ἐπίσκοποι γὰρ ἀρχαῖοι πρὸ ἐτῶν ἐγγύς που ἑκατὸν τριάκοντα, τῆς μεγάλης ῥώμης καὶ τῆς ἡμετέρας πόλεως γράφοντες ἠπάσαντο τοὺς ποίημα λέγοντας τὸν υἱὸν καὶ μὴ ὁμοούσιον τῷ πατρὶ. καὶ τοῦτο ἐγίνωσκεν Ὅσιος ὁ γενόμενος ἐπίσκοπος τῆς καισαρείας, πρότερον μὲν συντρέχων τῇ ἀρειανῇ αἱρέσει· ὕστερον δὲ ὑπογράψας ἐν αὐτῇ τῇ ἐν νικαίᾳ συνόδῳ, ἔγραψε τοῖς ἰδίοις βεβαιούμενος, ὅτι καὶ τῶν παλαιῶν τινας λογίους καὶ ἐπιφανεῖς ἐπισκόπους καὶ συγγραφέας, ἔγνωμεν ἐπὶ τῆς τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ θεότητος τῷ τοῦ ὁμοουσίου χρησαμένους ὀνόματι. πῶς

lis aduersus pietatem, clarius expresserunt hāc sententiam, ex Deo scilicet esse: & scripserunt pro iis ex substantia Dei esse Filium. Ne verò creaturæ sua sponte & sine autore viderentur esse conditæ, sed principium causámq; initialem haberent, dictum est, eas ex Deo esse: Filiū contra solum esse proprium substantiæ Patris: id enim proprium vnigeniti & veri verbi cum Patre: ac proinde de eo solo scriptū esse, quòd sit ex substantia Patris. Atq; ista fuit causa istius complexionis verborū. Episcopis vero denuo A interrogantibus paucos istos, Anné agnoscerent, Filium, non creaturam esse, sed virtutem & vnicam Sapientiā Patris, & per omnia imaginem indemutabilem Patris, & Deum verum? deprehensum est Eusebianos inter se consusurrare & annuere, nimirum, quasi ista etiam ad ipsos pertinerent. Nam & nos, inquientes, imago & gloria Dei appellamur, & de nobis quoque id dictum esse, quum & omnes qui viuimus, alieq; res complures, virtutes appellentur. Siquidem *egressa est omnis virtus Domini ex Aegypto, Erucam quoque & locustam virtutem magnam nominari.* Et *Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Iacob:* & nos esse Deo suos ac proprios, quippe qui etiam fratres dicamur. Quòd si etiam Deum verum Filium nuncupent, id & nos quoque non malè habet quoniam verus Deus factus est. Hæc Arianorum corrupta & peruersa mens. Cæterum Episcopi intellecta eorum fraude, collegerunt in vnum has voces ex sacris literis, splendorem, fontem, & fluuium, & formam cum substantia, & illud item, *Et in lumine tuo videbimus Lumen*, & illud quoque, *Ego & Pater vnum sumus*, & pro maiori elucidatione scripserūt, Filium Patri esse consubstantialem. Nam quum superiora omnia hunc intellectū afferant, atque ita illorum obmurmuratio quòd hæ voces in sacris literis non reperiantur, vana esse deprehenditur, cum ipsi ex verbis in scriptura sacra non receptis impietatem suam instruant: scriptum siquidem nusquam est, illud eorum, ex non entibus, & rursus illud eorum, erat quando non erat. Sed ipsi interim mire incusant quòd per voces non in scriptura solennes, sed tamen pie inuentas, condemnati sunt: quū ipsi tanquam è stercoribus exorti vere de terra loquantur. Episcopi contra, nō has voces ipsi excogitarint, sed eas à patrib⁹ contestatas acceperint, & scriptis suis inseruerint. Siquidē prisci Episcopi abhinc annis prope centum & triginta, tum qui Romæ, tum qui in nostra ciuitate Pontificatū gessere, accusauerūt eos qui Filium creaturam dicerent, aut qui negarent eum cōsubstantialem Patri: neq; eius rei ignarus erat Eusebius Episcopus Cæsariensis, qui quum prius suffragaretur Arianicæ sectæ, postea tamen Nicæni concilij decretis subscripsit, & apud suos id ipsum propriis literis affirmauit, cuius hæc verba sunt:

Nouimus quosdam ex priscis eruditos & præclaros Antistites, aliósque scriptores, quum de Patris & Filij deitate loquerentur, voce consubstantialitatis vsos esse. Quid

igitur Ariminensem Synodum allegant, in qua damnati depositique sunt? aut quid accusant Nicænum concilium, in quo etiam ipsorum patres subscripserunt, & confessi sunt ex substantia consubstantialem esse Patri Filium? Aut quid circuncirca discurrunt, quum non solum contra eos qui Nicææ conuenerunt, sed contra illos etiam qui diu ante ipsos fuere, magnos scilicet Episcopos, atq; adeo contra suos prælia ineeptent? Quorum igitur se successores atque hæredes volunt? Quomodo poterũt eos appellare suos patres, quorum confessionem bene & Apostolice scriptam non recipiunt? Alioqui si se contrà dicere posse arbitrantur, dicant quæso, vel potius respondeant, vt in sese inuicem offensantes coarguantur. Quid? credant ne filio ita dicenti? *Ego & Pater vnum sumus?* &, *Qui vidit me vidit & Patrem meum*, certe, inquient, quoniam ita scriptum est, credimus. Sed quomodo vnũ sint, & quomodo qui filium viderit, viderit & Patrem, si iubeas eos exponere, prorsus dicturi sunt, id fieri ex vtriusque inter se mutua similitudine, nisi plane collapsi sint in impiorum sententiã qui quod ipsis animis cogitant, verbis promunt. Hic, si denuo cum eis agas, probè tu quidem, sed id mihi dicas velim, quibusnam rationibus ista similitudo conciliatur aut constat? audacter professuri sunt perfectitudine virtutis, animique concordia id fieri, & quod idem velit cum Patre, & quòd idem nolit cum Patre. Sed hoc velim agnoscant, quòd qui virtute & similitudine voluntatis par Deo efficitur, eum mutandi sui arbitrium habere. Atqui tale nequaquam est Verbum, nisi intelligatur id aliqua ex parte, & non in solidum nostroque more, non natura substantiæ similitudinem cum Deo habere. Hæc enim in nobis propria sunt, qui creatam conditamque naturam adepti sumus. Nam & nos, tametsi ratione substantiæ similes Deo esse non valemus, tamen virtute meliorati Christum imitamur atq; id donãte nobis domino, cuius hæc verba sunt. *Estote misericordes sicut Pater vester, Estote perfecti sicut Pater vester cœlestis perfectus est.* Creata autẽ mutabilia esse, nemo inficias iuerit, quũ & Angeli prævaricati sint, & Adam obaudiuerit, & omnes egeãt gratia Verbi. Mutabile vero immutabili par esse nequaquã poterit, vt nec ꝙ creatũ est, creatori. Quapropter nostrã naturã respiciens sanctus ille dixit, *Deus quis similis erit tibi?* aut quis comparabitur in diis Domine? vbi Deos quoque appellauit res creatas, sed tamẽ participes Verbi. Quẽadmodũ ipse dixit: Si illos dixit deos ad quos verbum Dei factũ est. Sed hæc de iis, qui in participatũ recipiũtur, nec perpetuo immutabiliter sibi cõstant, neque similia illius sunt, cuius cõsortio imbuũtur. De se autẽ hunc sermonẽ dixit: *Ego & Pater vnũ sumus*, vt intelligeres rem creatã non istiusmodi esse. Alioq; respondeant mihi qui Ariminense conciliũ præferunt, anne possit condita natura ita loqui: *Quæ video Patrẽ facientem, hæc & ego quoq; facio*, quum ea, quæ condantur, fiant, nisi velis vt illa seipsa faciant?

Quod

τί οὖν ἔτι τὸν ἀρίμηνον ἐνεμάζουσιν ἐν ᾗ καθῃρέθησαν; τί παραιτοῦνται τὴν ἐν νικαίᾳ σύνοδον, ἐν ᾗ καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν ὑπέγραψαν, καὶ ὡμολόγησαν ἐκ τῆς οὐσίας καὶ ὁμοούσιον εἶναι τὸν υἱὸν τῷ πατρί; τί περιτρέχουσιν; οὐ γὰρ πρὸς μόνους τοὺς ἐν νικαίᾳ ἐπισκόπους συνελθόντας, ἀλλὰ γὰρ καὶ πρὸς τοὺς ἑαυτῶν μεγάλους ἐπισκόπους, καὶ πρὸς τοὺς ἰδίους λοιπὸν μάχονται. τίνων οὖν εἰσι κληρονόμοι καὶ ἀποδέχονται; πῶς δύνανται λέγειν πατέρας τούτους, ὧν οὐκ ἀποδέχονται τὴν ὁμολογίαν τὴν καλῶς καὶ ἀποστολικῶς γεγραφεῖσαν; ἐπεὶ εἰ νομίζουσιν ἀντιλέγειν δύνασθαι, εἰπάτωσαν, μᾶλλον δὲ ἀποκρινάσθωσαν, ἵνα καὶ ἑαυτοῖς περιπίπτοντες ἐλεγχθῶσιν εἰ πιστεύουσι λέγοντι τῷ υἱῷ· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· καὶ ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα; καὶ, εἰ ποιεῖν ἂν. ἐπειδὴ γεγράφαι πιστεύομεν, ἀλλὰ καὶ πῶς ἕν εἰσι, καὶ πῶς ὁ ἑωρακὼς τὸν υἱὸν ἑώρακε καὶ τὸν πατέρα, ἐὰν ἐρωτηθῶσιν εἰπεῖν, πάντως που φήσουσι δι' ὁμοιότητος· ἐμοὶ πλέον συμπεπώκασι τοῖς ἀδελφὰ φρονοῦσιν αὐτοῖς, καὶ λεγομένοις ἀνομοίοις, ἀλλ' ἐὰν πάλιν ἐρωτηθῶσι, πῶς ὅμοιοι; ἀποθαρσυνόμενοι φήσουσιν ἀρετῇ τελείᾳ καὶ συμφωνίᾳ, τὸ αὐτὸ θέλειν τῷ πατρί, καὶ μὴ θέλειν ὅπερ ὁ πατὴρ οὐ θέλει. ἀλλὰ μαθέτωσαν ὅτι ἐξ ἀρετῆς καὶ τὸ θέλειν ὁμοιούμενον τῷ θεῷ, ἔχει μὲν καὶ τὸ πρέπειν τῇ προαιρέσει. οὐκ ἔστι δὲ οὕτως ὁ λόγος, εἰ μὴ ἄρα ἐκ μέρους καὶ καθ' ἡμᾶς ὅμοιος, ὅτι μὴ καὶ κατ' οὐσίαν ὅμοιός ἐστι. ταῦτα δὲ ἴδια ἡμῶν τῶν γνητῶν καὶ κτιστὴν ἐχόντων τὴν φύσιν. καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς καί τι μὴ δυνάμενοι ὅμοιοι κατ' οὐσίαν τοῦ θεοῦ γενέσθαι, ὅμως ἐξ ἀρετῆς βελτιούμενοι, μιμούμεθα τὸν θεόν, χαρισαμένου καὶ τοῦτο τοῦ κυρίου, καὶ λέγοντος, γίνεσθε οἰκτίρμονες. ὡς ὁ πατὴρ ἡμῶν οἰκτίρμων ἐστί. γίνεσθε τέλειοι ὡς ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τέλειός ἐστι. τρέπεται δὲ τὰ γενητὰ, οὐκ ἀντὶς ἐγνήσατο, ἀγγέλων μὲν παραβάντων, τοῦ δὲ Ἀδὰμ παραβήσαντος, καὶ πάντων δεομένων τῆς τοῦ λόγου χάριτος. τρεπτὸν δὲ ἀτρέπτου ὄντος τοῦ θεοῦ, οὐκ ἂν εἴη ὅμοιον· ὥσπερ οὐδὲ τὸ κτισθὲν τοῦ κτίσαντος. Διὰτοῦτο περὶ μὲν ἡμῶν σκοπῶν ὁ ἅγιος ἔλεγεν. ὁ θεὸς τίς ὁμοιωθήσεταί σοι; καὶ τίς ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς κύριε; θεοὺς λέγων, τοὺς κτισθέντας μὲν, μετόχους δὲ γινομένους τοῦ λόγου, ὡς αὐτὸς εἶπεν· ἐκ ἐκείνους θεοὺς εἶπεν πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ἐγένετο. τὰ δὲ μετέχοντα οὐκ ἂν εἴη τὰ αὐτά. οὐ δὲ ὅμοια τοῦ μετοχομένου. περὶ ἑαυτοῦ γοῦν ἔλεγεν, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, ὡς τῶν γνητῶν μὴ ὄντων οὕτως. ἐπεὶ ἀποκρινάσθωσαν οἱ τὸν ἀρίμηνον προτείνοντες, ἡ κτιστὴ οὐσία δύναται εἰπεῖν, ἃ βλέπω τὸν πατέρα ποιοῦντα, ταῦτα κἀγὼ ποιῶ· ποιούμενα γάρ ἐστι τὰ γενητὰ καὶ ὑποιοῦνται. εἰ δὲ μή γε, καὶ ἑαυτὰ ἐποίησαν.

ἀμέλει

ἀμέλει εἰ ὡς λέγουσι κτίσμα ἐστὶν ὁ υἱὸς, καὶ ποιεῖ αὐτὸν ὁ πατὴρ, πάντως ἂν ἐποίησε καὶ ἑαυτὸν ὁ υἱὸς, δυνάμενος ποιεῖν ἃ ποιεῖ ὁ πατὴρ ὡς εἶπεν αὐτός. ἀλλ' ἄτοπον καὶ λίαν ἀσύστατον ἐστι τὸ πιοῦπεν. ποιεῖν γὰρ ἑαυτὸν οὐδεὶς δύναται. πάλιν δὲ εἰπάτωσαν εἰ δύναται τὰ γενητὰ εἰπεῖν· πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, ἐμά ἐστιν, ἔχει δὲ τὸ κτίζειν, τὸ δημιουργεῖν, τὸ ἀΐδιον, τὸ εἶναι παντοκράτωρ, τὰ ἄτρεπτον. τὰ δὲ γενητὰ οὐ δύναται ἔχειν τὸ δημιουργεῖν· κτίσμα γὰρ ἐστιν· οὐδὲ τὸ ἀΐδιον· ἀρχὴν γὰρ ἔχει τοῦ εἶναι· οὐ δὲ τὸ παντοκράτωρ καὶ ἄτρεπτον. κρατούμενα γὰρ καὶ τρεπτῆς φύσεώς ἐστιν, ὥσπερ αἱ γραφαὶ λέγουσιν. οὐκ οὖν εἰ ταῦτα τοῦ υἱοῦ ἐστιν, οὐκ ἐξ ἀρετῆς ὡς εἴπομεν, ἀλλὰ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἐστι δηλονότι ὡς εἶπεν ἡ σύνοδος, οὐκ ἐξ ἄλλης οὐσίας ἐστὶν, ἀλλὰ τῆς τοῦ πατρὸς, ἧς ἐστι καὶ ταῦτα ἴδια· τὸ δὲ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας ἴδιον καὶ ἐξ αὐτῆς γέννημα, τί ἂν εἴη, ἢ πῶς ἄν τις ὀνομάσειεν αὐτὸ, ἢ ὁμοούσιον; ἃ γὰρ βλέπει τις ἐν τῷ πατρὶ, ταῦτα βλέπει ἐν τῷ υἱῷ. υἱῷ δὲ, οὐκ ἐκ μετουσίας, ἀλλὰ κατ' οὐσίαν, καὶ τοῦτό ἐστιν· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· καὶ ὁ ἐμὲ ἑωρακὼς, ἑώρακε τὸν πατέρα. ἄλλως τε καὶ ἐκ τούτου πάλιν καλὸν δεικνύναι τῷ ἀφροσύνῳ αὐτῶν, εἰ ἐξ ἀρετῆς ἔπεται τὸ θέλειν καὶ τὸ μὴ θέλειν, καὶ τρόπων βελτίωσις, ὅμοιος καθ' ὑμᾶς ἐστιν ὁ υἱὸς τῷ πατρί. ταῦτα δὲ ποιότητος ἴδια. δηλονότι σώζετον θεὸν, ἐκ ποιότητος καὶ οὐσίας λέγετε. καὶ τίς ὑμῶν ἀνέξεται ταῦτα λεγόντων; οὐ γὰρ σώζεται ὁ θεὸς ὁ τὰ πάντα εἰς τὸ εἶναι σωτηθεικώς, οὐ δὲ τοιοῦτος, οἷά ἐστι τὰ παρ' αὐτοῦ λόγου γενόμενα. μὴ γένοιτο. ἁπλῆ γάρ ἐστιν οὐσία, ἐν ᾗ οὐκ ἔνι ποιότης. οὐδὲ ὡς εἶπεν ὁ Ἰάκωβος παραλλαγή τις ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα. οὐκοῦν εἰ δείκνυται ἐξ ἀρετῆς. ἐν δὲ ποιότης ἐν τῷ θεῷ, οὔτε ἐν τῷ υἱῷ, δηλονότι τῆς θεότητος, ἴδιον ἂν εἴη, ᾧ τοῦτο πάντως ὁμολογήσετε εἰ μὴ πλέον τι νοεῖν ἀπώλετο ἐν ἡμῖν, τὸ δεῖδιον καὶ πατὸν τῆ τοῦ θεοῦ θεότητος καὶ ἐξ αὐτῆς γέννημα φύσει τυγχάνον, τί ἂν εἴη, ἢ πάλιν καὶ κατὰ τοῦτο, ὁμοούσιον τῷ γεννήσαντι; τοῦτο γὰρ υἱῷ πρὸς πατέρα γνώρισμα, καὶ ὁμὴ τοῦτο λέγων, οὐ φρονεῖ φύσει καὶ ἀληθῶς υἱὸν εἶναι τὸν λόγον. οὕτω νοήσαντες οἱ πατέρες, ἔγραψαν ὁμοούσιον εἶναι τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ, καὶ ἀναθεμάτισαν τοὺς λέγοντας ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως εἶναι τὸν υἱὸν, οὐχ' ἑαυτοῖς πλασάμενοι λέξεις, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῶν πρὸ αὐτῶν πατέρων μαθόντες, καθάπερ ἔφαμεν. τούτων δὲ οὕτω δεικνυμένων, περιττὴ αὐτῶν ἡ ἀρέμινος, περιττὴ καὶ ἄλλη παρ' αὐτῶν ὀνομαζομένη πρὸ πίστεως σύνοδος. ἐκεῖ γὰρ ἡ ἐν Νικαίᾳ σύμφωνος οὖσα καὶ τοῖς ἐγχωρίοις ἐπισκόποις, ἐν ᾗ καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν ὑπέγραψαν, οὓς αἰδεῖσθαι τούτους ἕπρεπεν

quod si omnino, vt dicunt, creatura est filius, & fecit eũ Pater, plane sequetur, vt seipsum quoque fecerit filius, quũ possit omnia facere quæ facit Pater vt ipse de se testatur. Sed id prorsus absurdũ, & nulla ratione consistere potest, Nemo n. sui cõdendi potestatem habet. Iam mihi denuo respondeãt, an possint vlla creata dicere, Quæcunque habet pater, mea sunt: Habet autem ille vim creandi, condendi, æternitatem existendi, & potestatem in omnia, & immutabilitatem: contra, quæ creata sunt, creare non possunt, quippe quę ipsæ creaturę sint, & æternitatem non habeãt, sed aliquando inceperint esse, nec omni potestate aut immutabilitate præditæ sint, quippe quæ sub alterius imperio detineantur, & variantis naturæ sint, quemadmodũ scripturæ loquũtur. Quo circa si omnia ista filij sunt, non igitur ex profectu virtutis, vt diximus, similitudo paterna in filio conciliata est, sed ex ipsa patris substãtia prouenit, vt dixit Synodus. Non igitur ex alia substantia est, quã ex paterna, cuius ista sunt propria. Iã quod proprium est paternæ substantiæ, quodq; inde genitum prodiit, quid quæso existimandũ est? aut quo nomine appellabis, nisi cõsubstantialem? Siquidẽ quæ quis in patre videt, eadem quoq; videt in filio, filio inq̃ illo, nõ qui ex impartitu substantię, sed secundum substantiam filius sit. Hoc enim est, *Ego & Pater vnum sumus*: &, *Qui vidit me, vidit & Patrẽ meũ*. Enimuero pulchrũ fuerit etiem hinc illorũ vecordiam ostendere, Nam si ex virtute, in qua est velle & nolle, morumq; in melius progressione diuinitas illi cõtigit, himirum nostro more, filius Patri similis fuerit quum ista simul & qualitatis & substantię sint. At quis sustinuerit talia dicentes? Non n. Deus cõpositus est, qui omnia vt essent, cõposuit: neq; talis, qualia sunt quæ per Verbum eius facta sunt. Absit q̃ppe, qui sit simplex substantia, in qua non est vlla qualitas: *neq; vlla*, vt testatur Iacobus, *immutatio, aut vicissitudinis adumbratio*. Quũ igitur ostensũ sit, non ex virtute hanc similitudinem profectã: non n. vlla qualitas in Deo, vt nec in filio, si modo cùm similẽ esse ei velis in quo qualitas non est: restat ergo vt ex ꝓprietate substantię ista similitudo proficiscatur. Id credo cõfitemini, nisi mẽs ipsa plane in vobis periit. Iam q̃ proprium est, & idem cum substantia Dei, & genitũ inde naturaliter existit, quid q̃so fuerit, nónne hoc consubstantiale putabis cũ Genitore? quũ id insigne notáque sit filij cum Patre? certe qui hoc non dicit, ille non sentit natura, & vere filium esse Verbũ. Hoc intellectu videlicet, scripserũt patres Niceni cõcilij, filiũ Patri cõsubstantialẽ esse eosq; anathemate damnarũt, qui dicerẽt ex alia substantia esse filiũ. Neq; hac in parte sibi ista vocabula finxerũt, sed à patrib⁹, qui ante fuerũt, ea didicerunt, quẽadmodum diximus. Rebus igitur ad istum modum comprobatis, superflua est illorum Ariminensis Synodus, superflua & illa quæ ab ipsis appellatur Synodus de Fide. Sufficit enim Nicæna, quę cum veteribus Episcopis consentit, in qua istorum patres subscripserunt, quos istos reuereri oportuit,

ne omnia potius quàm Christiani habeantur. Si igitur post tot documenta, postque testimonia veterum Episcoporum, & post subscriptionem suorum patrum, quasi ignari simulent se exhorrere vocabulum ὁμοουσίου, siue consubstantialitatis, sedulo pariter & dicant, & sentiant filium natura, & vere esse filium, & anathemate execrentur, vt imperauit Synodus in eos fieri, qui dicunt eum facturam, aut creaturam, aut ex non existentibus extitisse: &, Erat quando non erat filius Dei, quoniam immutabilis & inalteribilis existit: & nequaquam ex alia substantia, & ita fugiant ab Arianica secta. Nec dubitamus, quin si istos errores candide & ex animo anathemate execrentur, confessuri sint, filium ex substantia Patris esse, Patrique consubstantialem esse. Ideo enim patres dixerunt Filium Patri consubstantialem: atque illud etiam suis scriptis addiderunt, eos qui filium conditum aliquid, aut factum pronunciant, aut ex non entibus extitisse: & quod erat, quando non erit filius Ecclesiam Catholicam anathemate percutere: vt omnibus notum facerent hanc significationem habere vocem consubstantialitatis, vimque huius vocabuli id sibi velle, vt intelligas filium non esse rem creatam, aut conditam, eumque qui filium Patri consubstantialem dicit, ita sentire, vt credat neutiquam filium creaturam, aut opus esse, & contraria illa anathemate execrentur, & consubstantialem esse filium Patri arbitrentur: eumq; dicendo consubstantialem, genuinum & verum filium esse Dei animo concipiant, affirmandoque eum genuinum filium, recte intelligant illud scripturæ, *Ego & Pater vnum sumus:* & *Qui me, vidit vidit & Patrem meum*. Congruum quidem erat, vt ea pluribus exequeremur: verum quia iam scientibus scribimus, ideo paucis significandum erat: optantes apud omnes vinculum pacis conseruari, & omnes qui sunt Catholicæ Ecclesiæ, idem dicere, & sentire. Verum ista à nobis non docendi animo sed admonendi scribuntur. Interim non soli sumus qui ista scribimus, sed omnes in Ægypto & Aphrica Episcopi, nonaginta numero: omnium enim idem est sensus, & alij pro aliis, quem contigerit abesse, subscribunt. Certe quum hoc animo essemus, & contigisset nos in vnum conuenire, scripsimus dilecto Damaso Episcopo magnæ Romæ, contra Auxentium inuasorem Mediolanensis Ecclesiæ, eumque non solum in communione esse Arianicæ sectæ, sed præter hoc multorum scelerum reum esse, quæ designauit cum Georgio socio suæ impietatis, Miramurque cur nondum depositus eiectusque sit ex Ecclasia. Gratiam habemus & illius pietati, & cæteris qui Romæ conuenerunt, quod Vrsacio, & Valente cum sociis suis eiusdem sententiæ eiectis, concordiam Catholicæ Ecclesiæ conseruarint, quam apud vos integram, sattam tectamq; optantes admomus, ne vt di-

ἐπεν, ἵνα μὴ πάνυ μᾶλλον, ἢ χειμαινοὶ νομισθῶσι· εἰ δὲ καὶ μετὰ τοσαῦτα, μετὰ καὶ τὴν μαρτυρίαν τῶν ἀρχαίων ἐπισκόπων, καὶ μετὰ τὴν ὑπογραφὴν τῶν ἰδίων πατέρων, πεισθῶσιν ὡς ἀγνοοῦντες τὴν λέξιν φοβεῖσθαι τοῦ ὁμοουσίου, εἰ πάτωσαν καὶ φρονείτωσαν ἀπλούστερον μὲν καὶ ἀληθῶς τὸν υἱὸν, φύσει υἱὸν, ἀναθεματιστάτωσαν δὲ ὡς παρήγγειλεν ἡ σύνοδος τοὺς λέγοντας κτίσμα ἢ ποίημα, ἢ ἐξ οὐκ ὄντων, ἢ ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ· καὶ ὅτι τρεπτὸς καὶ ἀλλοιωτὸς ἐστι· καὶ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως· καὶ οὕτως φυγέτωσαν ἀπὸ τῆς ἀρειανῆς αἱρέσεως, καὶ θαρροῦμεν, ὅτι γνησίως ταῦτα ἀναθεματίζοντες ὁμολογοῦσιν ἀληθῶς, ἐκ τῆς οὐσίας, καὶ ὁμοούσιον εἶναι τὸν υἱὸν τῷ πατρί. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ οἱ πατέρες εἰρήκασι ὁμοούσιον εἶναι τὸν υἱὸν, ἐπήγαγον ἀληθῶς· τοὺς δὲ λέγοντας κτίσμα ἢ ποίημα, ἢ ἐξ οὐκ ὄντων, ἢ ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ ἐκκλησία. ἵνα διὰ τούτων γνωρίσωσιν, ὅτι ταῦτα σημαίνει τὸ ὁμοούσιον· καὶ ἡ τοῦ ὁμοουσίου δύναμις γινώσκεται, ἐκ τοῦ μὴ εἶναι κτίσμα ἢ ποίημα τὸν υἱόν· καὶ ὅτι ὁ λέγων ὁμοούσιον, οὐ, φρονεῖ κτίσμα εἶναι τὸν λόγον· καὶ ὁ ἀναθεματίζων τὰ προειρημένα, ὁμοούσιον ἅμα φρονεῖ εἶναι τὸν υἱὸν τῷ πατρί· καὶ ὁ ὁμοούσιον λέγων, γνήσιον καὶ ἀληθινὸν λέγει τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ. καὶ ὁ γνήσιον λέγων, νοεῖ τὸ· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· καὶ ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα. ἔπρεπε μὲν οὖν διὰ πλειόνων τὰ παῦτα γράφειν. ἐπειδὴ δὲ πρὸς εἰδότας ὑμᾶς γράφομεν, διὰ τοῦτο σύντομως συνηγορήσαμεν· δεχόμενοι παρὰ πᾶσι σώζεσθαι τὸν συνδεσμὸν τῆς εἰρήνης, καὶ πάντας τοὺς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τὰ αὐτὰ λέγειν, τὸ αὐτὸ φρονεῖν· καὶ οὐχ' ὡς διδάσκοντες, ἀλλὰ ὡς διδάσκοντες ἐσμέν. ἐσμεν δὲ οὐχ' ἡμεῖς οἱ γράφοντες μοναι, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ ἐν τῇ αἰγύπτῳ, καὶ τῇ λιβύῃ ἐνενήκοντά που ἐπίσκοποι· πάντων γὰρ ἓν ἐστι τοῦτο φρόνημα, καὶ ὑπὲρ ἀλλήλων ἀεὶ ὑπογράφομεν, ἐὰν συμβῇ τινα μὴ παρεῖναι. οὕτως οὖν διακείμενοι, ἐπειδὴ συνέβη συνελθεῖν ἡμᾶς, ἐγράψαμεν καὶ τῷ ἀγαπητῷ ἡμῶν δαμάσῳ, τῷ ἐπισκόπῳ τῆς μεγάλης ῥώμης, περὶ τοῦ αὐξεντίου τοῦ ἐπελθόντος τῇ ἐν μεδιολάνῳ ἐκκλησίᾳ, δηλοῦμενοι τὰ κατ' αὐτὸν· ὅτι τὸ οὐ μόνον τῆς ἀρειανῆς αἱρέσεώς ἐστι κοινωνὸς, ἀλλὰ καὶ ὑπαδυνός ἐστι πολλοῖς κακοῖς, πράξας ταῦτα μετὰ γρηγορίου τοῦ κοινωνοῦ τῆς ἀσεβείας αὐτοῦ. καὶ θαυμάζοντες, πῶς μέχρι νῦν οὐ καθῃρέθη καὶ ἐκβέβληται τῆς ἐκκλησίας καὶ χάριν ὁμολογήσαμεν τῇ θεοσεβείᾳ αὐτοῦ τε καὶ τῶν συνελθόντων ἐν τῇ μεγάλῃ ῥώμῃ, ὅτι καὶ τοὺς περὶ οὐρσάκιον καὶ οὐαλεντα καὶ τοὺς τὰ αὐτοῖς φρονοῦντας, ἐκβαλόντες ἔσωσαν τὴν ὁμοψυχίαν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ᾧ καὶ παρ' ὑμῖν δεχόμενοι σώζεσθαι, παρακαλοῦμεν μὴ ἀνε-

ἀνέχεσθαι καθὰ προείπομεν τῶν προβαλλομένων ὄχλον συνόδων προφάσει πίστεως τῆς ἐν Ἀριμήνῳ, τῆς ἐν Σιρμίῳ, τῆς ἐν τῇ Ἰσαυρίᾳ, τῆς ἐν τῇ Θρᾴκῃ, τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει, τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ πολλὰς καὶ ἀτάκτους· ἀλλὰ μόνον κρατείτω ἐν ὑμῖν ἡ ἐννικαία τῶν πατέρων ὁμολογηθεῖσα πίστις· ἐν ᾗ καὶ πάντες καὶ τῶν νῦν μαχομένων τοῖς αὐτῶν παρῆσαν πατέρες καθὰ προείπομεν, καὶ ὑπέγραψαν· ἵνα καὶ περὶ ἡμῶν ἀπόστολος εἴπῃ· ἐπαινῶ δὲ ὑμᾶς, ὅτι πάντα μου μέμνησθε· καὶ καθὼς παρέδωκα ὑμῖν τὰς παραδόσεις, οὕτως κατέχετε. αὕτη γὰρ ἡ ἐν Νικαίᾳ συνοδος, ἀληθῶς εὐλογεφαία καὶ πάσης αἱρέσεως ἐστίν· αὕτη καὶ τοὺς βλασφημοῦντας εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ λέγοντας αὐτὸ κτίσμα, διατρίπει. ἐρηκότες γὰρ οἱ πατέρες περὶ τῆς εἰς τὸν υἱὸν πίστεως, ἐπῆγαγον εὐθύς· πιστεύομεν καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἵνα τελείαν καὶ πλήρη τὴν εἰς τὴν ἁγίαν τριάδα πίστιν ὁμολογήσαντες τὸν χαρακτῆρα τῆς ἐν Χριστῷ πίστεως, καὶ τὴν διδασκαλίαν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐν παντὶ γνωρίσωσι. δῆλον γὰρ καὶ παρ' ὑμῖν καὶ παρὰ πᾶσι καθέστηκε, καὶ οὐδεὶς ἂν χριστιανῶν ἀμφιβολοίης τοῦτο ἔχοι τὴν διάνοιαν, ὡς οὐκ ἔστιν ἡμῶν ἡ πίστις εἰς τὴν κτίσιν, ἀλλ' εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν· καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ· καὶ εἰς ἓν πνεῦμα ἅγιον· ἕνα θεὸν τὸν ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ τελείᾳ τριάδι γινωσκόμενον· εἰς ὃν καὶ βαπτιζόμενοι καὶ ἐν ταύτῃ σωαπτόμενοι τῇ θεότητι, πιστεύομεν καὶ κληρονομήσαι βασιλείαν οὐρανῶν· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, δι' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

eos feratis qui multitudinem, vt dixi, conciliorum prætexunt, quasi pro causa fidei, Synodum scilicet Ariminensem, Synodum Arsenicam, Isauricam, & Threiicam in vrbe Constantinopolitana celebratam, & aliquot Antiochenas, sed turbidas & tumultuosas. Quapropter solum apud vos authoritatem obtineat Nicæna patrum de fide confessio, in qua omnes etiam eorum patres, qui nunc eam oppugnant, adfuere, & quemadmodum iam diximus, subscripserunt, vt & de vobis quoque Apostolus dicat: *Laudo vos, quòd in omnibus mei memores estis: & quemadmodum tradidi vobis traditiones, ita eas seruatis.* Ipsa enim Nicæna Synodus reuera trophæum columnaque est, vbi omnes hæreses inscriptæ ostentui sunt, ac triumphantur: eadem illa Synodus, blasphematores Spiritus sancti, dicentesque eum creaturam esse, subuertit. Nam quum patres statuissent de fide in Filium, id statim adiectum voluere, Credimus & in Spiritum sanctum, vt perfectam & plenam de sancta Trinitate Fidem confessionésque absoluentes, formam eius, quæ in Christo est, fidei, & doctrinam Catholicæ Ecclesiæ exhiberent, quum & vobis & omnibus sit notum, neminique vnquam Christianorum dubium fuerit, nos in Deum non in creaturam fidem habere, Deũ inquam Patrem omnipotentem omniũ visibilium & inuisibilium conditorem. Et in vnum Dominum Iesum Christum filium eius vnigenitum. Et in Spiritum sanctum: vnum Deum in sancta & perfecta Trinitate agnoscentes, in quam baptizamur, & in quo coaptamur deitati, Credimusque nos possessuros regnum cœlorum, in Christo Iesu Domino nostro, per quem & Patri, & Spiritui sancto gloria, imperium, maiestas in secula, Amen.

Valete vos, nostrique memores esse in Domino optamus, dilecti & desideratissimi.

S. Patris nostri

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI

Alexandrini

Ad vbique Orthodoxos, quum per Arianos persecutio fieret. Epistola.

MAla quæ passi sumus, & intoleranda sunt, & condigne enarrari, nequeunt, sed tamen vt compendiosius vim acerbitatemque earum calamitatũ significem historia mihi ex sacris literis recitanda videtur. Vir Leuita iniuriam in vxore passus, vimq; eius indignitatis secum reputans (mulier enim Hebræa erat, & ex stirpe Iudæ) tantisque contumeliis attonitus, quemadmodum diuina Iudicum Scriptura renunciat, vxoris corpus in partes diuisum, ad omnes tribus Israeliticas misit, vt iniuria non ad se solum, sed ad omnes æque pertinere crederetur, vtq; vel vicem eius dolentes, vindices se præberent, vel negligentes eius sceleris, pudore confunderentur. Nuncij autem rem, vt gesta erat, denarrarunt: illi autem qui visu auditúque id cognouissent, in hæc verba prorupuerunt: Nunquam tale quid, ex quo filij Israel ex Ægypto ascenderunt, accidisse. Concitatæ igitur sunt vniuersæ tribus Israel, omnesque, quasi singuli id peculiariter passi essent, in vnum coire. In summa debellati sunt, qui hoc scelus perpetrauerant: non enim ad generis coniunctionem, qui in bellum coiere, sed ad facinus respexere. Scitis istam historiam fratres, & quæcunque ibi perquàm diligenterà Scriptura super hoc negocio recensentur. Vlterius autem ea excutere non est animus, præsertim quum ad eos scripturus sim, qui rem cognitam habent, & ipse ardeam quamprimum ad ea indicanda, quæ magnitudine & numero superent Leuitica ista mala. Ideo enim huius historiæ mentionem fecimus, vt rebus eius temporis cum præsentibus in comparationem missis, in quibus tanta & tam immanis crudelitas est, maiorem quàm illi indignationem aduersus homines nefarios conciperetis. Siquidem acerbitates persecutionum nobis illatæ, ita præponderant, vt exigua videatur Leuitæ calamitas, præ illis quæ nunc aduersus Ecclesiam designata sunt. Vel potius nunquam quicquam tale auditum est, in orbe terrarum, neque quisquam vnquam istiusmodi mala expertus est. Tunc

Τῶ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

Ἀλεξανδρείας

Ἐπιστολὴ πρὸς τὰς ἀπανταχοῦ ὀρθοδόξους ὅτε κατὰ τῶν Ἀρειανῶν διωγμὸς ἐγένετο.

A ΜΕΝ πεπονθαμεν δεινὰ καὶ ἀφορητότερα, καὶ εἶναι παρίσως αὐτὰ μνημονεύσαι, ἵνα ὡς ταχύτερον τὸ δεινὸν τοῦτο συμβεβοηθῆται δυνηθῇ. καλὸν ἡγησάμην ἱστορίας ἀπὸ τῶν γεγραφῶν μνημην ὑσαι. ἀνήρ τις Λευίτης, ἀδικηθεὶς εἰς τὴν γυναῖκα, καὶ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ μύσους ἐωρακὼς· ἑβραία γὰρ ἡ γυνὴ, καὶ ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἐτύγχανε· καὶ κατὰ πλάγιος δὴ τοῖς τολμηθεῖσιν εἰς αὐτὴν ὠδυνομήμασιν. ὡς ἡ θεία τῶν κριτῶν διαγορεύει γραφὴ, διελὼν τὴν γυναῖκα ἀπέστειλε κατὰ πᾶσαν φυλὴν τοῦ Ἰσραὴλ· ἵνα μὴ εἰς B αὐτὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς πάντας, κοινὸν τὸ τοιοῦτον ἀδίκημα πιστεύθῃ· καὶ ἵνα ἐὰν μὲν συμπαθῶσι, ἐκδικήσωσιν. ἐὰν δὲ παρίδωσιν, ὡς αὐτὴ λοιπὸν ἀδικήσαντες αἰσχυνθῶσι. καὶ οἱ μὲν δὴ σταλέντες, τὸ γεγονὸς ἀπήγγειλον. οἱ δὲ ἀκούοντες καὶ ὁρῶντες, ἔλεγον μηδέποτε [τὰ] τοιαῦτα γεγενῆσθαι, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἀνέβησαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου. πᾶσι γοῦν φυλὴ τῇ Ἰσραὴλ ἐκεκίνητο, καὶ πάντες ὡς αὐτοὶ παθόντες, κατὰ C τῶν τολμησάντων συνῆλθον, καὶ πόλεις κατετολμήθησαν οἱ τὰ παρήκοντα θεασάντες, καὶ ἀνάθεμα παρὰ πάντων γεγόνασι. οὐ γὰρ εἰς τὴν συγγενειανοὶ συνελθόντες ἐσκέφθησαν. ἀλλ' εἰς τὸ τολμηθὲν ἀπέβλεπον. οἴδατε δὲ ἱστορίαν ἀδελφοὶ καὶ, τὰ ἐκ τῆς γραφῆς ἀκριβῶς περὶ ταύτης σημαινόμενα. ἐπεξεργάσασθαι γὰρ πλείονα περὶ αὐτῆς οὐ βέλομαι πρὸς εἰδότας γραφῶν, καὶ ἐπειγόμενος τὰ νῦν ἐκείνων πλείονα σημαίνειν τὴν ὑμετέραν βλασφήμιαν. διατέτακται γὰρ ἐκ τῆς ἱστορίας ταύτης ἐμνήσθην, ἵνα τὰ νῦν τοῖς νῦν γινομένοις συμβάλλοντες, καὶ D γνόντες, ὡς ταῦτα νενίκηκε τὴν ἐκείνων ὠμότητα, πλεῖον ὑμεῖς ἀγανακτήσητε, ἢ οἱ κατὰ τῶν τότε παρανομησάντων· καὶ γὰρ καὶ τὰ μικρὰ τῶν διωγμῶν τὰ γενόμενα καθ' ἡμῶν ὑπερβέβληκε, καὶ μικρὰ ἡ τοῦ Λευίτου συμφορὰ, πρὸς τὰ νῦν κατὰ τῆς ἐκκλησίας τολμηθέντα, καὶ μᾶλλον ταῦτα, οὔτε ἠκούσθη ποτὲ ἐν τῇ οἰκουμένῃ, οὔτε τοιούτων τις πεπείραται κακῶν·

πάν

τότε μὲν γὰρ γυνὴ μία, ἧ ἠδικήθη ὅσιος, καὶ εἷς λαϊτης, ὁ τὸν βίαιον παθών. νῦν δὲ ὅλη ἡ ἐκκλησία ἠδικήθη, καὶ τὸ ἱερατεῖον ὑβρίσθη, καὶ πλεῖον μέζον, ὅσιε βία ἀπὸ ἀσεβείας διώκεται. καὶ τότε μὲν, μιᾶς γυναικὸς ἑκάστη φυλὴ μέρος ὁρῶσα καπεπλήττετο· νῦν δὲ ὅλης ἐκκλησίας ὁρᾶται μέλη διηρημένα, καὶ τοὺς μὲν, πρὸς ὑμᾶς τοὺς δὲ, πρὸς ἄλλους ἀποσταλέντας, τὸ ὕβριν καὶ τὸν ἀδικίαν ἧ πεπόνθασιν ἀπαγγέλλοντας. κινήθητι δὴ οὖν καὶ ὑμεῖς παρακαλῶ, μὴ ὡς ἡμῶν μόνον, ἀλλα καὶ ὡς ὑμῶν ἀδικηθέντων, καὶ ἕκαστος, ὡς αὐτὸς παθὼν, βοηθησάτω. ἵνα μὴ σὺν ὀλίγου ἡ ἐκκλησιαστικὸι κανόνες, καὶ ἡ τῆς ἐκκλησίας πίστις, διαφθαρῇ. κινδυνεύει γὰρ ἀμφότερα ἐὰν μὴ ταχέως ὁ θεὸς σὺν ὑμῶν τὰ παλαιωθέντα διορθώσῃ, καὶ ἐκδικίας ἡ ἐκκλησία τύχῃ. οὐ γὰρ νῦν κανόνες καὶ τύποι ταῖς ἐκκλησίαις ἐδοθησαν, ἀλλ' ἐκ τῶν πατέρων ἡμῶν, καλῶς καὶ βεβαίως παρεδοθησαν. οὐ δὲ νῦν ἡ πίστις ἤρξατο, ἀλλ' ἐκ τοῦ κυρίου διὰ τῶν μαθητῶν εἰς ἡμᾶς διαβεβηκεν. ἵν' ἃ μὴ τὰ ἐξ ἀρχαίων μέχρις ἡμῶν τηρηθέντα ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐν τῇ νῦν ἡμέρας διαπολῆται, καὶ τὰ πιστευθέντα ἡμῖν ζητηθῇ παρ' ἡμῶν. κινήθητι ἀδελφοὶ ὡς οἰκονόμοι μυστηρίων θεοῦ τυγχάνοντες, καὶ τὰ ὑφ' ἑτέρων ἁρπαζόμενα θεωροῦντες. τὰ μὲν οὖν πλείονα, διὰ τῶν γραμματηφόρων ἀκηκόατε· σωτόμως δὲ κἀγὼ σημάναι ἠπείχθην, ἵνα τῷ ὄντι γνῶτε, ὅτι οὐδέποτε τοιοῦτον γέγονε κατὰ τῆς ἐκκλησίας, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἀναληφθεὶς ὁ σωτὴρ ἐνετείλατο τοῖς μαθηταῖς λέγων. πορευθέντες, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. τὰ μὲν οὖν καθ' ἡμῶν καὶ κατὰ τῆς ἐκκλησίας διαγενομηθέντα, οὕτω γέγονε. σωζόντων ἡμῶν σωτήρως ἐν εἰρήνῃ, τῶν τε λαῶν διαγενομένων ἐπὶ ταῖς σωτάξεσι, καὶ συνιόντων τῇ κατὰ θεὸν πολιτείᾳ, τῶν τε συλλειτουργῶν [τῶν] καθ' αἴγυπτον, καὶ θηβαΐδα, καὶ λιβύλυν, ἀγάπην, καὶ εἰρήνην ἐχόντων πρὸς ἀλλήλους, καὶ πρὸς ἡμᾶς, ἐξαίφνης ὁ ἔπαρχος τῆς αἰγύπτου γράμματα προτίθησι δημόσια, διατάγματος ἔχοντα τύπον, ὡς γεωργίας τινὲς ἐκ καππαδοκίας εἰσερχομένας διαδόχου μὲν ὄντος τοῦ κομιτάτου. καὶ ἡμὲν τοιαύτη ἀκοὴ τοὺς πάντας ἐτάραξε. καινὸν γὰρ οὖν καὶ ἄρτι πρώτως ἀκουσθὲν τὸ πιστεύειν. οἱ δὲ λαοὶ καὶ μᾶλλον εἰς τὰς ἐκκλησίας συνήρχοντο· ὅτι μάλιστα σωφρόνων, μήτε ἑαυτοὺς, μήτε ἐπίσκοπον, μήτε πρεσβύτερον, μήτε ὅλως τινὰς μεμψαμένους ἡμᾶς πρὸ μόνους δὲ ἀρειανοὺς ἑώρων σὺν αὐτῷ, καὶ ἀρειανὸν αὐτὸν ἐπεγινωσκον ὑπὸ τῶν περὶ εὐσέβιον τοῖς ἀρειανοῖς ἀποσταλέντα. οἴδατε [δὲ] ἀδελφοὶ ἀεὶ τοὺς περὶ εὐσέβιον πρεσβύτας καὶ κοινωνοὺς τῆς ἀσεβοῦς αἱρέσεως τῶν ἀρειομανιτῶν γενομένους, καὶ δι' αὐτῶν ἀεὶ ἡμῖν ἐπιβουλεύσαντας, καὶ τῆς εἰς γαλλίας ἀποδημίας αἰτίους ἡμῖν γενομένους.

Tunc enim vna mulier iniuriam passa est, & non nisi vnus Leuita erat, ad quem vis illa referebatur. Nunc autem vniuersa Ecclesia iniuria est affecta, & sacrarium contumelioſe habitum. Et quòd magis est, pietas ab impietate persecutionem perpetitur. Tunc singulæ tribus singulis partibus mulieris visis, attonitæ consternataeque ferebantur. Nunc autem totius Ecclesiæ membra diuulsa sunt. Rem ita esse, etiam ex illis cognoscetis, qui alij atque alij in diuersas partes, vt iniurias suas exponant, missi sunt. Obsecro igitur vos, vt ita vestros animos cõmoueat rerum indignitas, quasi nos non tantummodo, sed ipsi quoque iniuriam accepisletis, quo quisque vti lætus, opem in commune conferat, ne paulatim Ecclesiastici canones & Ecclesiæ fides corrumpatur, quæ ambo in periculum veniunt, nisi Deus vestra opera quàm celerrime delicta castiget, & Ecclesiam vindictæ compotem reddat. Non nupera aut nouitia res est canonum Ecclesiasticorum institutio, sed à primis vsque patribus per manus tradita est, & fundata in Ecclesiis, neque nunc tandem fides suum initium sumpsit, sed ab ipso Domino opera discipulorum in nostram vsque ætatem propagata est. Ne igitur ea, quæ hactenus vsque ad nostra secula in Ecclesiis obseruata sunt, his temporibus pereant, & quæ nobis concredita sunt, à nobis requirantur, agite fratres, ita animo excitemini, eumque zelum arripite, qui bonis dispensatoribus mysteriorum Dei congruit, & non aliter sitis affecti, quàm si in oculis vestris istiusmodi populatio commissa esset. Copiosius omnia ex tabellariis cognoscetis, ego tamen mihi imperare non potui, quin paucis ea quoq; delineare, quo plane vobis cõstaret, nullo vnquã tempore, talia in Ecclesiã pepetrata esse, ex quo Saluator noster in cœlũ subuectus discipulis præcepit, *Ite & docete omnes gentes, baptizantis eos in nomine Patris & Filij & Spiritus S.* Quæ igitur aduersum nos, & Ecclesiã commissa sunt, ad istũ modũ se habẽt. Solenniter nobis in pace conuenientibus, populisque istiusmodi conuentu lætis, & cõministris sacrorũ secundũ Deum vita conuersationeq; per Ægyptũ, Thebaida, Aphricã in melius proficientib⁹, mutuaq; inter se, & erga nos pace & charitate affectis: ecce ibi statim p̃fect⁹ Ægypti publice literas ꝓponit in speciẽ edicti, quibus declarabat Georgiũ Cappadocẽ nationẽ, pro successore mihi datũ, satellitiũ stipatoribusq; Comitis in cathedram introducendũ. Fama istius negocij, tunc vt in re noua, & nunc quoq; post rẽ actã perturbauit omnes. Maior igitur ea de causa in templa populi defluxus, & p̃cipue ob id, ꝙ nullas querelas, nec à plebe nec à presbyteris, nec ab Episcopis cõtra me habitas satis sciret, neminemq; nisi Arianos cum Georgio esse: ipsumq; adeo Arianũ & esse, & ab Ariano Eusebiũ missum esse cognoscerẽt. Scitis autem fratres, Eusebium cum suis præsides semper & socios ipsius hæreseos Arianorũ fuisse, & per eos nobis perpetuo insidias esse factas, operamq; dedisse, vt Gallias exulatũ abirẽ.

Ppp iiij. Populus

Populus igitur indignari, quæritare sæpe multumque, tum ad iudices, tum ad vniuersam ciuitatem protestari, nullam aduersum nos querelam ab Ecclesiasticis motam esse: Arianorum hæreticorum opera, hanc insolentiam, legúmque prævaricationem in Ecclesiam immitti. Sed vt demus querelam aliquam aduersum me susceptam esse, meúmque nomen inter reos receptum esse, non tamen oportuit in mei locum Arianum, aut qui Ariana saperet, surrogari, sed secundum Ecclesiasticos canones, prout Apostolus præcepit, congregatis populis vnà cùm Spiritu sancto, qui Episcopum constituant, publice & in præsentia clericorum Episcopum postulantium, inquisitionem fieri, atque ita omnia canonice peragi: non autem ad præsentiam, postulationemque Arianorum, qui ab Ecclesia alieni sunt, quique Episcopale nomen non verentur emere, successorem mihi dari, nundinatoremque Episcopalis tituli, præter consensum eorum, qui Episcopum postulare debebant, præterque voluntatem conscientiamque omnium, qui actis adhibiti non fuere, per vim opesque iudicium extraneorum, in hanc dignitatem immittere. Id enim & Ecclesiasticos canones soluit, & ethnicos ad blasphemiam & suspicionem cogit, vt putent non legibus, rituque diuino, sed nundinatione & potentia Episcopos constitui. Præclara igitur ista Arianica Georgij constitutio, tale sui exordium habuit. Illius porro introitus in Alexandriam, quàm multa nefaria perpetrauerit, quantorumque malorum author extiterit, licebit vobis & ex literis nostris & ab isthuc proficiscentibus resciscere. Populis ergo grauiter ferentibus istarum rerum insolentiam, ideoque in Ecclesiis cœtus facientibus, ne Arianorum perfidia Ecclesiæ fidei admisceretur: Philagrius iam olim in Ecclesiam, & virgines iniurius, per id tempus præfectus Ægypti, olim transfuga nostræ religionis, Georgij conterraneus, homo nequaquam spectatis moribus, fretus magistratus sui authoritate, præsidioque ad quiduis audendum promptus, & qui apostata, in Ecclesiam infestus, & præceps, Ethnicas tribus, Iudæosque item atque alios proteruos homines adhortationibus, magnisque promissis, quæ secundum pacta pro opera præstita bene persoluit, aduersus Ecclesiam instigatos cuneatim cum gladiis & fustibus, contra populos in Ecclesias immittit. Iam quid inde euenerit, non simplicem posthac sermonem requirit, quum ea res nec satis digne explicari queat, aut sine lachrymis, & planctu, vel ex minima parte recenseri. Vbi enim apud priscos talis tragœdia? aut quid simile in bello & persecutione factum est vnquam? Siquidem & Ecclesiis & baptisteriis flammæ iniectæ. Magnus igitur luctus, eiulatus & planctus per ciuitatem. Ciues ea quæ agebantur, indigne ferre, occlamare præsidi, vim protestari, eò quòd virgines sanctæ & in-

Διὰ ταῦτα γὰρ ἐκότως καὶ οἱ λαοὶ ἠγανάκτουν, καὶ καπβόων, μαρτυρόμενοι τοὺς ἀλλους δικαστὰς καὶ πᾶζαν τὴν πόλιν, ὅτι μὴ δὲ μιᾶς μίμψεως ὑπὸ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐγκαλούμενος, ἀλλὰ καὶ τῶν αἱρετικῶν ἀρειανῶν αὐτὰ καθ' ἡμῶν παιζάντων, καινοτομία τις καὶ ἀθεμία τοιαύτη κατὰ τῆς ἐκκλησίας γεγένηται. εἰ γὰρ ὅλως ἐῶ τις καθ' ἡμῶν μέμψις κρατήσασα, ἔδει μὴ ἀρειανὸν μὴ δὲ τῶν τὰ ἀρείου φρονούντων, κατὰ δὲ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας, καὶ κατὰ τὸ τοῦ παύλου ῥῆμα, συναχθέντων τῶν λαῶν, καὶ τοῦ πνεύματος τῶν καθηγεμόντων, σὺν τῇ δυνάμει τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, πάντα κανονικῶς ἐξετασθῆναί τε καὶ πραχθῆναι, παρόντων τῶν αἰτουμένων λαῶν καὶ κληρικῶν, καὶ μὴ ἔξωθεν ὑπὸ ἀρειανῶν, ὥσπερ ἐμπρόσθεν τὸ ὄνομα τοῦ ἐπισκόπου, οὐδὲ τοὺς μὴ αἰτήσαντας μὴ δὲ βουλομένους· μὴ δὲ ὅλως γινώσκοντας τὸ γεγονὸς μετὰ ψευδείας καὶ βίας τῶν ἔξωθεν δικαστῶν ἐπιῤῥῖψαι ἑαυτὸν. τοῦτο δὲ, τοὺς μὲν ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας παραλύσει· τὰ δὲ ἔθνη βλασφημεῖν ἀναγκάζει καὶ ὑπονοεῖν, ὅτι μὴ κατὰ θεῖον θεσμὸν, ἀλλ' ἐξ ἐμπορίας καὶ ψευδείας, αἱ καταστάσεις γίγνονται. ἡ μὲν οὖν κατάστασις ἡ θαυμαστὴ γεωργίου, ὑπὸ ἀρειανῶν γέγονε, καὶ τοιαύτην ἔχει τὴν ἀρχήν· ἡ δὲ εἴσοδος αὐτοῦ, εἰς τὴν ἀλεξάνδρειαν οἷα παράνομα κατειργάσατο, καὶ ἡλίκων κακῶν αἰτία γέγονεν, ἔξεστιν [ὑμῖν] ἐκ τῶν γραφομένων καὶ ἀφ' ἑαυτῶν ἀπὸ ἡμοιωμένων ὑστερωτῆσαι καὶ μαθεῖν, τῶν λαῶν δυσθυμαχετουμένων, καὶ διατοῦτο ἐν ταῖς ἐκκλησίαις συναχθέντων ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ καινοτομίᾳ, ἵνα μὴ ἡ τῶν ἀρειανῶν ἀσεβεία καθαμιγῇ τῇ τῆς ἐκκλησίας πίστει. Φιλάγριος ὁ καὶ πάλαι τὴν ἐκκλησίαν καὶ τὰς ταύτης παρθένους ἀδικήσας, καὶ νῦν ἔπαρχος αἰγύπτου τυγχάνων, οὐδαμῶς μὲν ἡμέρως, πατρώτης δὲ ὢν τοῦ γεωργίου, καὶ οὐ σεμνὸν ἔχων τὸν τρόπον, ἀλλὰ καὶ ψευδείας ἔχων τοὺς περὶ εὐσέβιον, καὶ διατοῦτο παρευδάζων κατὰ τῆς ἐκκλησίας, πείθει τοὺς ἐθνικοὺς δήμους, τούς τε ἰουδαίους καὶ τοὺς ἀτάκτους [ἐπὶ] ἐπαγγελίαις, ἃς καὶ ὕστερον ἐπεδίδου καὶ παροξύνει, καὶ ἀθρόους αὐτοὺς μετὰ ξιφῶν καὶ ῥοπάλων, ἀφίησι κατὰ τῶν λαῶν εἰς τὰς ἐκκλησίας. καὶ τί γέγονεν ἐκ τούτων, οὐκέτι λοιπὸν ἁπλῶς εἰπεῖν· οὔτε γὰρ ἀξίως σημάναι δυνατὸν, οὔτε χωρὶς δακρύων καὶ θρήνων, μνημονεύσειεν ἄν τις καὶ τῶν ὀλίγων. ποῖα γὰρ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις πεπραγώδηται, τοιαῦτα ἢ τί τοιοῦτον ἐν διωγμῷ καὶ πολέμῳ γέγονέ ποτε; ἡ μὲν ἐκκλησία καὶ τὸ ἅγιον βαπτιστήριον, πῦρ πολέϊται. ὀφθῆναι δὲ, οἰμωγαὶ καὶ ὀλολυγαὶ, καὶ θρῆνος ὅλη κατὰ τὴν πόλιν, ἀγανακτούντων τε τῶν πολιτῶν ὅτι τοῖς γινομένοις καὶ καθορώντων, τὴν βιαιομαρτυρουμένων, παρθένους τε ἁγίας, καὶ ἐ-

& in-

καὶ ἀμίαντοι ἐγυμνοῦντο, καὶ ἔπαιζον ἀμὴ θήμις. μὴ ἀναχόμεναι δὲ, κινδυνώδουν· μοναζοντες κατεπάτουντο, & ἀπέθνησκον καὶ οἱ μὲν ἐσημαίνοντο, οἱ δὲ ξίφεσι καὶ ῥοπάλοις ἀνηροῦντο. ἄλλοι ἐτραυματίζοντο, ἕτυπτον. ὅπου δὲ τῆς ἁγίας τραπέζης, ἡλίκη ἀσέβεια καὶ παρανομία γεγονέν; ὄρνεα καὶ προβάτας ἐθυσίαζον· & φημοσύνας μὲν αὐτῶν τὰ εἴδωλα· δυσφημοῦντες δὲ ἐν αὐταῖς ταῖς ἐκκλησίαις τὸν κύριον καὶ σωτῆρα ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος. τὰς θείας τῶν γραφῶν βίβλους ἃς ηὕρισκον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, κατέκαιον, εἰς δὲ τὸ ἅγιον βαπτιστήριον· φεῦ τῆς τόλμης· οἱ κυριοκτόνοι ἰουδαῖοι, καὶ οἱ ἄθεοι ἐθνικοὶ ἀφυλάκτως εἰσερχόμενοι, τοιαῦτα αἰσχρὰ διεπράττοντο καὶ ἐλάλουν γυμνοῦντες ἐαυτοὺς, ὡς αἰσχύνεσθαι καὶ λέγειν αὐτά. καὶ τίνες ἀσεβεῖς ἄνδρες, τὰ πίνακα τῶν διωγμῶν μιμούμενοι, παρθένων καὶ ἐγκρατῶν κρατοῦντες εἵλκον· καὶ βλασφημεῖν καὶ ἀρνεῖσθαι τὸν κύριον, καὶ μὴ ἀρνουμένας, κατέκοπτον καὶ κατεπάτουν. καὶ ὡς τούτοις ἡ ἁμαρτωλὸς καὶ λαμπρὰ εἰσοδος γεωργίου τοῦ ἀρειανοῦ ἡδομένη τοῖς πίστεως κακοῖς, ὥσπερ ἔπαθλον καὶ μισθὸν τῆς πικρᾶς ταύτης νίκης παρέχεσα τοῖς ἐθνικοῖς καὶ τοῖς ἰουδαίοις, καὶ οἷς τὰ τοιαῦτα καθ' ἡμῶν ἐργασαμένοις, εἰς προφανῆ δεδώκει τὴν ἐκκλησίαν. καὶ τῆς τοιαύτης ταυτονομίας καὶ ἀταξίας συγχωρηθείσης, τὰ πολέμων λοιπὸν χείρονα καὶ λῃστῶν ὠμότερα ἐγίνετο, οἱ μὲν γὰρ, τὰ ἁρπαγέντα διήρπαζον· οἱ δὲ τὰς ἀποκειμένας τινῶν παραθήκας, διήρευνῶντο· τὸ οἶνον πολὺ ὂν τὸ ἔπινον ἢ ἐξεκένουν, ἢ ἀπεφόρουν· τὸ ἀποκείμενον ἔλαιον ἥρπαζον, τὰς θύρας καὶ τοὺς κανκέλλους, ὡς σκυβάλα ἐκαίοντο· ἐβάπτιζε, τὰς λυχνίας παρ' αὐτὰ ἐν τῷ πυκνῷ ἀπετίθεσαν. τοὺς κηρίωνας τῆς ἐκκλησίας τοῖς εἰδώλοις ἀνῆπτον· καὶ ὅλως, ἁρπαγὴ καὶ θάνατος ἦν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ οὐκ ἠδοῦντο οἱ δυσσεβεῖς ἀρειανοὶ τούτων γινομένων, ἀλλ' ἔτι χείρονα & ὠμότερα προσετίθουν. πεσεῖσθε γὰρ καὶ λαϊκοὶ, ἐξέθησαν, παρθένοι ἀπομαφορίζομεναι, ἀπήγοντο εἰς τὸ βῆμα τοῦ ἡγεμόνος, καὶ εἰς τὴν φυλακὴν ἐβάλλοντο· ἄλλοι ἐδημοσιεύοντο, ἐμαστίχθησαν· οἱ ἄρτοι τῶν λειτουργῶν καὶ τῶν παρθένων ἐκωλύθησαν. ταῦτα δὲ ἐγίνετο ἐν αὐτῇ τῇ ἁγίᾳ πασαρακοστῇ περὶ τὸ πάσχα, ὅποι μὲν ἀδελφοὶ, ἐνήστευον, ὁ δὲ ἰουδαῖος γεώργιος, τὰ καθάρσια τρόπον ἀναλαβὼν, μετὰ πλάτους τοῦ ἡγεμόνος, κατὰ τῶν εἰς χριστὸν δυσσεβούντων ἐνεπαροίνει. ἐν πανδοκείῳ γοῦν εἰσερχόμενος εἰς μίαν τῶν ἐκκλησιῶν μετὰ τοῦ ἡγεμόνος, καὶ τῶν ἐθνικῶν δήμων, ὡς ἀποστρεφομένης εἰδέ τὰς λαὰς τοῦ βιαίαν εἴσοδον αὐτοῦ, ἐποίησε τὸν ὠμότατον ἡγεμόνα ἐν μιᾷ ὥρᾳ, τριάκοντα καὶ τέσσαρας παρθένους καὶ γυναῖκας καὶ ἀγενεῖς ἄνδρας, μαστιγοῦσθαι δημοσίᾳ. καὶ εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐμβαλεῖν. ἐν οἷς μίαν παρθένον φιλολογοῦσαν, καὶ τὸ ψαλτήριον ἔτι κατέχουσαν ἐν χερσὶ, μαστιχθῆναι

& incontaminatæ nudatis corporibus nefaria paterentur, iisdemque si contumacius obsisterent, periculum capitis ingereretur, monachi pedibus obtriti expirarent, alij fisco addicerentur, alij gladiis fustibusque mactarentur, alij vulneribus plagisque male mulctati discederent. In sacrosanctam autem mensam (proh) quanta impietas, & facinora commissa? Vidisses enim eos aues & nuces pineas immolare, idola sua laudibus efferre, In Dominum nostrum Saluatorem, Iesum Christum & filium viuentis conuicia verborumque contumelias iacere, Sacros Scripturarum libros, quos in Ecclesiis insteniebant comburere: In sacrum Baptisterium (proh superi) Christicidas Iudæos, & Atheos Ethnicos nulla cum reuerentia ingressos, eam verborum factorumque turpitudinem nudatis corporibus designare, vt pudendum, abominandumque sit relatu. Nec defuere impij homines, æmuli acerbissimorum persecutorum, qui virgines, continentesque iniectis manibus traherent raptarent, & ad blasphemiam, dominique abnegationem compellerent, eosque qui id facere recusarent, concideren, pedibusque obtererent. In hoc genere introitus sui splendidus ille & perquam egregius Georgius lætus de istis malis, simulq; mercedem, præmiaque pro hac tam scelerata victoria, Ethnicis, Iudæis cæterisque quorum opera ad talia vsus erat dispensans, in prædam rapinasq; Ecclesiam dabat. Semel aut istiusmodi genere scelerũ & licentia data, multa tetriora quàm in bello, crudeliora quàm in latrocinio committebantur, quum & isti obuia diriperent, illi in cellis reposita diuiderent, magnamq; copiam vini aut ebiberent, aut effunderent, aut asportarent, oleumq; recónditum prædarentur, fores cancellosq; tanquam reiectamenta gestarent, & candelabra inibi ad parietem deponerent: cereosq; Ecclesiæ, idolis adolerent. In summa magna vbiq; in ecclesia de populatio, & plurima mortis imago. Nõ tamen ad ista impij Ariani vllo pudore cõmouebãtur, qn tetriora adhuc, atrociora q; accumulauere. Vidisses n. presbyteros & Laicos in ius trahi, virgines à cœtu suo diuulsas, ad tribunal pñsidis raptari, & in carcerẽ cõiici, alios fisco addici, alios flagellis cædi, panibus sacrificiorũ ministris & virginib⁹ interdici. Hęc autẽ tub Pascha, in sacra quadragesima acta sunt, per q tẽpus ieiuniis dediti erant. Interim egregius ille Georgius arrogatis sibi moribus Caiphæ cum pñside Pilato cõtra pios Christi cultores debachabatur. Certe ipso die Paraseues ingress⁹ in quãdã Ecclesiã cũ duce & præside Ethnicorum populorũ, intellecto hominũ odio, quo illius violẽtum introitũ auersabantur, authorẽ consuasoremque se præbuit crudelissimo præsidi, vt eadem hora triginta quatuor virgines, & matronæ, item virique ingenui publice flagellis cæderentur, & in viricula conijcerentur, inter quos virginem quandam studiosam literarum, & adhuc Psalterium manibus retinẽtem,

publice

publice flagellari iussit, ereptus virgini à carnificibus liber, ipsa autem post flagra in carcerem recluſa est. His autem ad istum modum patratis, ne in reliquum quidem tempus otium egere, quippe qui in illa alia Ecclesia, in qua ego potissimum per eos dies commorabar, eadem prorsus molientes, furore ipsorum etiam in templum immisso, nihil non egere, vt ibi me interceptum de medio tollerent, nec aliter euenisset, nisi gratiam Christi propitiam, auxiliatoremque mihi expertus fuissem, vnde ita elapsus, licuit mihi pauca ista ex innumeris mala recensere. Ego enim videns eos ad extremam rabiem deuenisse, mecúmque rationem iniens, quo ne vel Ecclesia noxam acciperet, aut virgines indigna paterentur, cædesque denuo committerentur, eademque irerum iniuria contumeliaque in populum incumberet, furtim me populis subduxi, memor verbi saluatoris nostri, *Si vos persequuti fuerint in hac ciuitate, fugite in aliam*. Noueram enim ex his, quæ aduersus primam illam Ecclesiam perpetrauerant, nihil sceleris eos in istam Ecclesiam omissuros, vbi ne ipsam quidem dominicam diem sanctissimi festi, vlla in reuerentia habuere, quo minus eo ipso tempore, quo Dominus omnes ex mortis vinculis compedibusque asseruerit, homines eius Ecclesiæ in vincula coniicerent. Georgius autem cum suis gregalibus, velut bello in Christum suscepto, fretus, confisusque præsidis potentia, diem illam liberalem, vindicemque seruis Christi in luctum & mœrorem vertit. Ethnici contra, oculis animisque malignis diem illum sanctissimum intuentes, lætitia gestiebant. Georgius vero, credo ex mandatis Eusebij vinculis compedibusque per id tempus Christianos, ad luctum, cõplorationemq; compellebat. Hoc genere violentiæ Præses ecclesias diripuit, direptasque Georgio & furiosis Arianis tradidit. Ergo reiectitij homines, & summoti ab ecclesia, in Ecclesiarum direptionibus sibi gratulantur: populis autem Dei & clericis Catholicæ Ecclesiæ necessitas inflicta est, vt cum impiis hæreticis Arianis communicent, aut ab introitu Ecclesiæ abstineant. Quin & naucleris aliisq; marinas nauigationes obeuntibus non exigua vis adhibita est à Georgio, dum alios opera præsidis in tormentis habet, alios vero compedibus adstringit, & in carcerem coniicit, ea de causa, vt & ipsius sceleribus metuerent contradicere, & literas ab eo deferendas acciperent. Verum ne ita quidem cõtentus, quo se nostro sanguine satiaret, induxit crudelissimũ præsidem facinorum socium, vt decretum sub populi nomine aduersus me odiosissimis verbis descriptum ad pientissimum Imperatorem Constantium mitteret, vnde non solum exilium, verum etiam mille mortes expectandas putes. Is autem qui decretum scripsit, transfuga est nostræ religionis, quippe qui relictis Christianis, idola Gentium turpiter adoret: qui autem literis istis subscripserunt, Ethnici sunt. Et ne multus

μαστιχθῆναι πεποίηκε δημοσίᾳ. καὶ τὸ μὲν βιβλίον, ὡσὸ τῶν δημίων διηρπάσθη· αὐτὴ τε ἡπαρθένος, εἰς τὴν Φυλακὴν κατάρχθη· τὰ τῶν γυμνούμενων, οὐχ ἡσύχαζον, οὐδὲ εἰς τὰ ἑξῆς· ἀλλ' ἐβάλλοντο καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ ἐκκλησίᾳ· ἔνθα μάλιστα ἐγὼ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ᾤκουν, τὰ αὐτὰ τοῖς ποιμέσι ποιῆσαι. ἐπαύδαζον δὲ τὴν μανίαν ἑαυτῶν καὶ εἰς αὐτὴν τὴν ἐκκλησίαν ἐπεκτεῖναι· ἵνα με θηρεύσαντες ἀνέλωσιν. ὃ καὶ ἔπαθον ἄν, εἰ μὴ ἡ τοῦ χριστοῦ χάρις ἐβοήθησε· ἵνα μόνον ἐκφυγὼν ἀπαγορεῦσαι κἂν τὰ ὀλίγα δυνηθῶ· ἐγὼ γὰρ θεωρῶν αὐτοὺς ἔχοντας λυσσῶντας, λογισάμενος ἵνα μήτε ἡ ἐκκλησία βλαβῇ· καὶ [αἱ] ἐν αὐτῇ παρθένοι πάθωσι· καὶ θάνατοι πάλιν γένωνται, καὶ δεύτερον οἱ λαοὶ ὑβρισθῶσιν, ὑπέκλεψα ἐμαυτὸν τῶν λαῶν μνησθεὶς τοῦ σωτῆρος λέγοντος. ἐὰν ὑμᾶς διώκωσιν εἰς τὴνδε τὴν πόλιν, φεύγετε εἰς τὴν ἑτέραν· ἤδειν γὰρ αὐτοὺς ἀφ' ὧν ἔπραξαν εἰς τὴν ἑτέραν ἐκκλησίαν κακῶν, μηδὲν τῶν δεινῶν καὶ κατὰ τῆς ἄλλης παραιτημένους· ὅπερ καὶ ἐν αὐτῇ τὴν κυριακὴν τῆς ἁγίας ἑορτῆς ἠθέλησαν. ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ, τοὺς τῆς ἐκκλησίας ἀνθρώπους εἰς Φυλακὴν κατῆρξαν· ὅτε ὁ μὲν κύριος, τοὺς πάντας ἐκ τῶν δεινῶν δεσμῶν ἠλευθέρωσεν. ὁ δὲ γεώργιος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, ὥσπερ ἀντιμαχόμενοι τῷ σωτῆρι, καὶ θαρροῦντες τῇ τοῦ ἡγεμονος παρουσίᾳ, τὴν ἐλευθέριον ἡμέραν τοῖς τοῦ χριστοῦ δούλοις, πένθος πεποιήκασι· οἱ μὲν γὰρ ἕλληνες, ἠυφραίνοντο δυσωπούμενοι τὴν ἡμέραν· ὁ δὲ γεώργιος ἴσως ἐν πολλοῖς πλήρων, τῶν περὶ θυσίαν, παρενθεῖν ἠνάγκαζε πάντοτε τοὺς χριστιανοὺς τῇ κακώσει τῶν δεσμῶν. διὰ ταύτας πάντως τὰς βίας ὁ ἡγεμὼν, ἥρπασε πᾶς ἐκκλησίας· καὶ ἁρπάσας, γεωργίῳ καὶ τοῖς ἀρειομανίταις παρεδέδωκε. καὶ οἱ μὲν ἐκκήρυκτοι παρ' ἡμῶν διὰ τὴν ἀσέβειαν γενόμενοι, ἐγκαυχῶνται τῇ ἁρπαγῇ τῶν ἐκκλησιῶν· ὁ δὲ θεὸς λαὸς, καὶ οἱ κληρικοὶ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας βιάζονται, ἢ κοινωνεῖν τῇ ἀσεβείᾳ τῶν αἱρετικῶν ἀρειανῶν, ἢ μὴ εἰσέρχεσθαι εἰς τὰς ἐκκλησίας. καὶ γὰρ καὶ [τοῖς] ναυκλήροις καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τὴν θάλατταν πλέουσιν, οὐκ ὀλίγην βίαν καὶ ἀνάγκην ἐπέθηκε γεώργιος διὰ τὸ ἡγεμόνος βασανίζων, ἄλλους δεσμεύων, ἐ εἰς τὸ σλεσμωτήριον ἐμβάλλων· ἵνα μήτε ἀντιλέγωσι τῇ παρανομίᾳ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ γράμματα παρ' αὐτοῦ λαμβάνωσι. καὶ ἵνα μὴ ἄχρι τούτων ἐρκεσθῇ ἀλλὰ καὶ τὸ αἷμα τῶν ἡμῶν ἐμφορηθῇ, ποιήσας τὸν ὠμότατον καὶ σωφρονοῦντα αὐτοῦ ἡγεμόνα, ψήφισμα ὡς ἐκ προσώπου τοῦ λαοῦ κατ' ἐμοῦ γράψαι τῷ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ κωνσταντίῳ, ὀλοφύρσεως ῥήματα περιέχον ἀφ' οὗ μὴ μόνον ἐστὶ φυγεῖν, ἀλλὰ καὶ μυρίους θανάτους προσδοκᾶν. ἐστὶ δὲ ὁ μὲν τὸ ψήφισμα γράψας, ἐστὶ παραβάτης ἐκ χριστιανῶν εἰδώλα ἀναισχύντως προσκυνῶν· οἱ δὲ ὑπογράψαντες, ἐθνικοὶ ἐ νεωκόροι τῶν εἰδώλων, καὶ σὺν αὐτοῖς ἀρειανοί. καὶ ἵνα

μὴ πολὺς

μὴ πολὺς ἐν τῷ γράφειν ᾖμαι· διωγμός ἐστιν ἐν παθήμασι, καὶ διωγμὸς οἷος οὐδὲ ποτε γέγονε κατὰ τῆς ἐκκλησίας· ὅλως μὲν γὰρ ἐν τῷ πρὸ τούτου διωγμῷ, κἂν φεύγων τις προσήυχετο· καὶ κρυπτόμενος, ἐβαπτίζετο. ἄρτι δὲ ἡ πολλὴ ὠμότης, καὶ τὴν βαβυλωνίαν ἀθεότητα μεμίμηται. ὡς γὰρ οἱ τότε κατὰ τοῦ δανιὴλ, οὕτω καὶ ὁ θαυμασὸς γεώργιος τοὺς ἐν ταῖς οἰκίαις προσδυχομένους, ἀφεβάλλει τῷ ἡγεμόνι· καὶ τοὺς λειτουργοὺς μετὰ πάσης ὕβρεως ἀθρόα ῥῖπτε, A
ὡς ἐκ τῆς τοιαύτης βίας, πολλοὺς μὲν ἀβαπτίστους κινδυνεύειν· πολλοὺς δὲ χωρὶς τῶν ἐπισκεπτομένων νοσεῖν καὶ ὀδυρέσθαι, πικροτέραν τῆς νόσου τὴν τοιαύτην συμφορὰν ἡγουμένους. τῶν γὰρ λειτουργῶν τῆς ἐκκλησίας διωκομένων, οἱ λαοὶ καταγινώσκοντες τῆς ἀσεβείας τῶν αἱρετικῶν ἀρειανῶν, αἱροῦνται μᾶλλον οὕτω νόσειν καὶ κινδυνεύειν ἢ χεῖρας τῶν ἀρειανῶν ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῶν· ἀρειανὸς οὖν ἐστιν ὁ γεώργιος καὶ τοῖς ἀρειανοῖς ἀποστελεὶς· οὐ γάρ τις αὐτὸν B
ἤτησε, πολλῶν μένων αὐτῶν· καὶ διατοῦτο ὡς μισθωτὸς καὶ ἀλλότριος δεινὰ καὶ πικρὰ τοῖς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας λαοῖς, ὡς οὐκ οὔσιν ἰδίοις, διὰ τοῦ ἡγεμόνος κατεργάζεται. ἐπειδὴ γὰρ γρηγόριον ὄνπερ πρότερον οἱ περὶ δόσιβιον τοῖς ἀρειανοῖς κατέστησαν μετὰ τὸ γράψαι ἡμᾶς περὶ αὐτῶν, πάντες ὑμεῖς οἱ τῆς καθολικῆς ἐπίσκοποι ἐδικάσατε, ὡς διὰ τὴν ἀσέβειαν, εἰκότως αὐτὸν αἰθεματίσαντες καὶ ἀπεκηρύξατε· τούτου ἕνεκα γεώργιον νῦν τοῖς αὐτοῖς ἀρειανοῖς ἀ- C
πέστειλαν. εἶτα ἵνα μὴ καὶ δεύτερον αἰσχυνθῶ ὀφλήσωσι, γραφόντων ἡμῶν πάλιν κατ' αὐτῶν διατοῦτο τὴν ἔξωθεν βίαν καθ' ἡμῶν ἐχρήσαντο, ἵνα τῶν ἐκκλησιῶν προκρατήσαντες, δόξωσι ἐκφεύγειν τὴν τῶν ἀρειανῶν κατάνοιαν. ἀλλ' ἐσφάλησαν καὶ ἐντεῦθεν. εἰ μὴ μόνοι οἱ αἱρετικοὶ καὶ οἱ δι' αἰτίας ἐκβληθέντες, καὶ ὅσοι διὰ τὴν ἀνάγκην τὴν ἡγεμόνος κατακοινωνοῦσιν. τοῦτο δὲ τῶν περὶ δόσιβιον ἐστὶ τὸ δραματούργημα, ταῦτα οἱ περὶ δόσιβιον ἔκ παλαι μὲν ἐμελέτων καὶ σωπεπόθουν· νῦν δὲ D
καὶ ἴσχυσαν πράξαι, διὰ τὰς διαβολὰς ἃς διέβαλλον ἡμᾶς βασιλεῖ· ἀμέλει, οὐδὲ οὕτως ἡσυχάζουσιν, ἀλλὰ καὶ οὕτως ἡμᾶς ἀποκτεῖναι ζητοῦσι. καὶ τοῖς γνωρίμοις ἡμῶν, φοβεροὺς ἑαυτοὺς δεικνύουσιν, ὡς πάντας φυγαδεύσαι, καὶ θανάτους παρ' αὐτῶν προσδοκᾶν. ἀλλ' οὐ διὰ ταῦτα καὶ ὑμᾶς αὐτῶν τὴν παρανομίαν καταπλῆξαι χρὴ, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἐκδικῆσαι, καὶ ἀγανακτῆσαι κατὰ τῶν εὔτως καινοτομηθέντων. εἰ γὰ πάσχοντος E
μέλους πνεῦμα συμπάσχει πάντα τὰ μέλη, καὶ κατὰ τὸν μακάριον ἀπόστολον, κλαίειν μετὰ κλαιόντων δεῖ, πασχούσης τῆς τηλικαύτης ἐκκλησίας, ἕκαστος ὡς αὐτὸς πάσχων, ἐκδικείτω τὸ πρᾶγμα. κοινὸς γάρ ἐστιν ὁ σωτὴρ ὁ ὑπ' αὐτῶν βλασφημούμενος, καὶ πάντων εἰσὶ κανόνες οἱ ὑπ' αὐτῶν παραλυόμενοι· ἆρα γὰρ οὐ καθεζομένων ὑμῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ σωπώντων τῶν λαῶν χωρίς τινος μέμψεως εἴπῃς

multus sim in scribendo, persecutio adest, eaque persecutio, qualis nunquam antea aduersus Ecclesiam oborta est. Nam in superioribus persecutionibus, quum quis ad fugam adigeretur, erat, vbi suas partes cum aliis coniungeret & quum occultaretur, non deerat Baptismatis copia. Hæc autem multa & præsens crudelitas, Babyloniorum impietatem æmulatur. Vt enim illi Danielem, ita præclarus iste Georgius, eos, qui domi orationes faciunt, ad præsidem defert, & ministros Sacrorum infensissime obseruat, adeo vt exista violentia multi destituti inopia Baptismatis, periclitentur, multique sine visitatoribus ægrotent, & lamententur: acerbiorem sibi calamitatem quàm morbum arbitrantes populique sacrorum ministris abactis, non ignari impietatis Arianorum, præoptant potius ita ægrotare, & periclitari, quàm vt Arianorum manus capitibus suis imponi sustineant. Vt igitur Arianus est Georgius, ita & ab Arianis missus est, eumque nemo in Episcopum postulauit: nisi soli Ariani: ac proinde vti mercenarius & externus grauia & perquam acerba in populos Catholicæ Ecclesiæ, quasi alienos & non sui gregis per præsidem facit. Ego autem quia iam pridem, quum eum Ariani vt fidum sibi in episcopum promouebant, scripto ediderami, nemini vestrûm Catholicis Episcopis ignotum esse Georgium, eumque merito à vobis pro impietate sua excommunicatum esse, & anathema edicto Ecclesiæ proclamatum, nec aliam esse causam cur eum Ariani pro Episcopo mittant, nisi ne denuo ex meis scriptis similia conuitia paterentur, barbara, & exotica vi in me coorti, Ecclesias in suam potestatem redegere: vt ita Arianismi suspicionem vitarent. Verum & hic quoque magnopere frustrati sunt. Nemo enim Ecclesiasticorum hominum Georgio se adiunxit, exceptis hæreticis, cæterisque ob crimina sua ab ecclesia reiectis, illisque item qui metu præsidis communionem simulant. Hanc tragœdiam ille iam olim quidem cum suis meditatus est: sed nunc eius dramatis agendi facultatem per calumnias nactus est, quibus nos apud Imperatorem acculauit. Sed enim ne ita quidem conquiescere potuit, vt qui etiam nunc mei cædem quærat, & notis amicisque nostris adeo se terribilem infestumque præbet, vt nemo non metu mortis in exilium fugiat. Verum non ideo de sceleribus eorum formidinem, sed potius indignationem & vindictæ cupidinem concipere debetis, quum hoc nouo genere scelerum aduersum nos sint vsi. Si enim patiente vno membro compatiuntur & reliqua membra, & secundum beatum Paulum, *flendum est cum flentibus*, certe tanta ecclesia læsa, quisque quasi ipse læsus esset, ad vindictam se accingere debet. Communis enim omnium Saluator est, qui ab illis blasphematur, & omnes quotquot sunt canones, ab iisdem violantur. Si vobis in Ecclesia siue vllius querela sedentibus subito

subito per edictum principis successor mittatur, & talia contra vos designarentur, an id quæso, sine indignatione toleraturi essetis, an non potius vindicandum censeretis ? Est igitur æquum vestram indignationem commoueri, ne si ita res silentio transmittatur, paulatim in singulas Ecclesias idem malum propagetur : nostraque disciplina in mercatus & nundinationes abeat. Quod igitur ad Arianos pertinet, rem vobis compertam dico. Sæpe enim eorum impietatem, publice priuatimque damnastis, neque ignari estis, qualis sit Eusebius cum suis, & quantopere cum Arianis eandem hæresim foueat. Quæ res in causa fuit, cur nobis olim insidiatus sit. Porro quæ per eum eiusque socios designata sunt, quantoque ea sint acerbiora vel bellicis calamitatibus, ideo meis scriptis ostendi, vt statim à rebus narratis assumpto zelo, rectà tenderetis ad tollendos talium scelerum in ecclesiam authores. Certe fratres nostri Romæ anno superiori infensi prioribus eorum hominum factis, quum nondum scelera ista accesserant, pro vltione sumenda, concilium indici celebrarique voluerunt, & rem perfeciissent, nisi Eusebiani Ecclesiam turbassent, nósque intercipere conati essent, vt libere sine reprehensore in sceleribus suis pergerent. Quòd si Episcopi illi Romæ tum temporis in hæreticos iras sumpsere, quanto iustior grauiorque vestra & ira & indignatio fuerit quum prioribus maleficiis tantum scelerum addiderint ? Obsecro vos igitur, ne tanta facinora leuia, aut negligenda putetis néve inclytam Alexandrinorum Ecclesiam hæreticorum pedibus obteri conculcarique sinatis. Certe ista indignitas rerum in causa est, quòd populi, sacerdotesque seorsum sine synaxibus viuant, taciti quidem ob vim præsidis, animo tamen impietatem Arianorum execrantes. Si igitur aut ipse Georgius, aut alius quispiam ipsius nomine ad nos scribat, ne recipiatis fratres illorum literas, sed oblatas disrumpite, eorumque tabellarios vt impios & scelerum administros eiicite. Quòd si formulam pacificatoriam scribat, ne illam quoque recipiatis: metu enim præsidis violentiáque Georgij, ad has literas perferendas compulsi sunt. Ego autem, quia verisimile est Georgij gregales de Georgio scripturos esse, meis literis vos præmonere studui, vt reiecto personarum delectu, sicuti Dei æmulatoribus congruit, subornatos, summissósq; ab hoc genere hominum, expellatis, qui hoc ipso tempore in Arianorum gratiam Iudæos, Ethnicósq; homines, ad persecutiones, virginum stupra, cædes, Ecclesiarum populationes, incendia, blasphemias instigarunt. Neq; enim impius & furiosus Georgius, quòd Arianus non sit, inficiari poterit, quũ is qui literis eius subscribit, pro documẽto in contrariũ sit. Ammon enim iste eius subscriptor, iam olim à Beato Alexandro ante me Episcopo, ob multa mala, impietatemq; ab Ecclesia eiectus est. Ob hæc omnia, quæso rescribite, &

εἴ τις ἐξαίφνης ἀφ' ἑτοιμάτου ἀφόρητος ἐλελύθει καθ' ἑνὸς ὑμῶν, ἢ τοιαῦτα ἐγεγόνει καθ' ὑμῶν, οὐκ ἂν ἠγανακτήσατε; οὐκ ἂν ἠξιώσατε ἠδικῆθαι; Διατοῦτο ἀγανακτῆσαι ὑμᾶς δίκαιόν ἐστιν· ἵνα μὴ τούτων συμπιπτόντων, κατ' ὀλίγον καὶ εἰς ἑκάστην ἐκκλησίαν, τὸ τοιοῦτον κακὸν διαβῇ, καὶ λοιπὸν, ἐμπόριον καὶ ἀγοραῖον τὸ καθ' ἡμᾶς διδασκαλεῖον γένηται. τὰ μὲν οὖν κατὰ τοὺς ἀρειομανίτας, οἶδατε ἀγαπητοί· πολλάκις γὰρ αὐτῶν τὴν ἀσέβειαν, ἰδίᾳ καὶ κοινῇ πάντες ἀπεκηρύξατε· οἶδατε δὲ καὶ τὸν περὶ Εὐσέβιον ὡς πρόσφατον, τῆς αὐτῆς ἐκείνου ὄντας αἱρέσεως, διὸ καὶ πάλαι ἡμῖν ἐπεβάλλοσαν. τὰ δὲ νῦν δι' αὐτοὺς καὶ ὑπ' αὐτῶν γινόμενα, πικρότερα πολέμων, ἐδήλωσα ὑμῖν· ἵνα κατὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἰσορρέπον μισοπόνηρον ζῆλον ἀναλαβόντες, ἐξάρητε τοὺς τὰ τοιαῦτα πονηρὰ ἐργασαμένους κατὰ τῆς ἐκκλησίας. εἰ γὰρ καὶ περύσινοί κατὰ ῥώμην ἀδελφοὶ μήπω τούτων γινομένων, ἀλλ' ἕνεκα τῶν πρώτων σπουδὴν ἔγραψαν γενέσθαι· ἵνα κἀκεῖνα ἐκδικηθῇ· ὧν περ ἀλαζόμενοι οἱ περὶ Εὐσέβιον, προὔλαβον διαπράξαι τὸν ἐκκλησίαν, καὶ ἠθέλησαν ἡμᾶς ἀνελεῖν· ἵνα λοιπὸν ἐπ' ἀδείας πράττωσιν ἃ βούλονται, καὶ μὴ ἔχωσι τὸν ἐλέγχοντα· πόσῳ μᾶλλον ὀφείλετε τοῖς τηλικούτοις παρανομήμασιν ἀγανακτῆσαι ὀφείλετε, καὶ καταψηφίσασθαι αὐτῶν, ὅσῳ καὶ ταῦτα τοῖς προτέροις προσέοικεν; παρακαλῶ μὴ παρίδητε τὰ τηλικαῦτα, μὴ δὲ ἐπιτρέψητε τὸν περιβόητον ἀλεξανδρέων ἐκκλησίαν, ὑπὸ αἱρετικῶν καταπατηθῆναι. Διαταῦτα γὰρ οἰκότως καὶ οἱ λαοὶ, καὶ οἱ λειτουργοὶ, καθ' ἑαυτούς εἰσι, διὰ μὲν τὰς τῆς ἐπαρχείας συναγωγὰς, διὰ τὴν δὲ ἀσέβειαν τῶν ἀρειομανιτῶν, ἐκτρεπόμενοι. ἐὰν τοίνυν γράφῃ πρὸς ἡμᾶς γεώργιος, ἢ ἄλλος τις περὶ αὐτοῦ, μὴ δέξησθε ἀδελφοὶ τὰ γράμματα αὐτοῦ· ἀλλὰ σχίσατε καὶ διασυρήσατε τοὺς κομίζοντας, ὡς ἀσεβεῖς καὶ πονηρίας ὄντας διακόνους. ἐὰν δὲ καὶ τύπον εἰρηνικὸν τολμήσῃ γράφειν, μὴ δὲ ταῦτα δέχησθε. τῷ γὰρ φόβῳ τοῦ ἡγεμόνος οἱ δεχόμενοι κομίζουσι διὰ τὰς πολλὰς αὐτοῦ βίας. ἐπειδὴ δὲ εἰκὸς καὶ τὸν περὶ Εὐσέβιον γράφειν ὑμῖν περὶ αὐτοῦ, διατοῦτο προυπομνῆσαι ὑμᾶς ἐπῴδασα, ἵνα καὶ ἐν τούτῳ τὸ ἀποστολικὸν τοῦ θεοῦ μιμησάμενοι, ἐκδιώξητε τὸν παρ' αὐτῶν. ὅτι ἐν τοιούτῳ καιρῷ διωγμοὺς καὶ φθορὰς παρθένων καὶ θανάτους, καὶ ἁρπαγὰς τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ πυρκαϊὰν καὶ βλασφημίας [ἐν ταῖς ἐκκλησίαις], ἕνεκεν ἀρειομανιτῶν κατεσκάσαν ὑπὸ ἐθνικῶν καὶ Ἰουδαίων γένεσθαι. οὐκ ἂν δὲ ὁ ἀσεβὴς καὶ μεμιλιὼς γεώργιος ἀρνήσηται ἑαυτὸν εἶναι ἀρειανὸν, ἔχων ἔλεγχον τὸν ὑπογράφοντα αὐτοῦ τὰ γράμματα. Ἀμμὼν γάρ ἐστιν ὑπογράφων, ἔκπαλαι μὲν ὑπὸ τοῦ μακαρίτου ἀλεξάνδρου τοῦ ἐμοῦ ἐπισκόπου ἐπὶ πολλοῖς καὶ ἐπὶ ἀσεβείᾳ, ἐξεβλήθη τῆς ἐκκλησίας. πάντων οὖν ἕνεκεν, καὶ

κειν, καὶ ἀντιγράψαι ἡμῖν θελήσατε, καὶ καταγνῶναι τῶν ἀσεβῶν· ἵνα καὶ νυῦ, οἱ μὲν λειτουργοὶ οἱ ἐνταῦθα καὶ οἱ λαοὶ, τὴν ὀρθοδοξίαν καὶ μισοπονηρίαν ὑμῶν ὁρῶντες, καὶ φραίνωνται τῇ εἰς χριστὸν ὁμοψύχῳ ἡμῶν πίστει· οἱ δὲ πταίσαντες κατὰ τῆς ἐκκλησίας ὠφελημήσαντες, μεταπαιδεύθέντες ἐκ τῶν ὑμῶν γραμμάτων, κἂν ὅψε ποτε μεταγνῶναι θελήσωσι. προσείπατε τὴν παρ' ὑμῖν ἀδελφότητα. οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες ἀδελφοὶ προσαγορεύουσιν ὑμᾶς, ἐρρωμένους καὶ μνημονεύοντας ἡμῶν ὁ κύριος διαφυλάξειν, κύριοι ἀληθῶς ποθεινότατοι.

bite, & impios condemnate, vt sacerdotes, qui hic sunt, populique orthodoxam vestram religionem, zelumque vestrum aduersus malos conspicientes, de vestra gaudeant concordi fide: istique scelerum in Ecclesiam authores vestris literis, vel sero errorem suum dedoceantur, & pœnitudine capiãtur. Salutate eam quæ apud vos est, fraternitatem: qui mecum sunt fratres vos salutant. Dominus autem vos sanos, nostrique memores conseruet, Domini vere desideratissimi.

Τῶ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

Αλεξανδρείας,

Ἐπιστολὴ πρὸς Ἰωάννην καὶ Ἀντίοχον τοὺς πρεσβυτέρους.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΣ ΙΩΑΝΝΗ ΚΑΙ ἀντιόχῳ τοῖς ἀγαπητοῖς & συμπρεσβυτέροις ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Ἐχάρην δεξάμενος ὑμῶν καὶ νῦν ἐπιστολὴν, ὅτι μάλιστα ἀπὸ ἱεροσολύμων ἐγράψατε· καὶ χάριν ὑμῖν ἔχω, ὅτι ἐδηλώσατε περὶ τῶν ἀδελφῶν τῶν ἐκεῖ συναγομένων, καὶ περὶ τῶν βουλομένων προφάσει ζητημάτων, ταράττειν τοὺς ἀκεραίους. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, παραγγελλέτω ὁ ἐπίσκοπος, μὴ προσέχειν τοῖς λογομαχοῦσι καὶ μηδὲν ἕτερον ζητοῦσιν, ἢ λέγειν τι καινὸν καὶ ἀκούειν. ὑμεῖς δὲ ἔχοντες τὸν θεμέλιον ἀσφαλῆ, ὅς ἐστιν ἰησοῦς ὁ χριστὸς ὁ κύριος ἡμῶν. καὶ τὴν τῶν πατέρων περὶ τῆς ἀληθείας ὁμολογίαν, τοὺς πλέον ἢ ταύτης ἢ ἔλαττον λαλεῖν θέλοντας ἐπορθρέφεσθε, καὶ μᾶλλον τῆς τῶν ἀδελφῶν ὠφελείας γίνεσθε, εἰς τὸ φοβεῖσθαι τὸν θεὸν, καὶ τὰς ἐντολὰς τηρεῖν· ἵνα καὶ ἐκ τῆς διδασκαλίας τῶν πατέρων, καὶ ἐκ τῆς τῶν ἐντολῶν τηρήσεως εὑρεθῶσιν εὐάρεστοι τῷ κυρίῳ φανῆναι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως. πάνυ δὲ πταίσματα τὴν θρασύτητα τῶν τολμώντων λαλεῖν κατὰ τοῦ ἀγαπητοῦ ἡμῶν τοῦ ἀληθῶς θεοῦ διὰ τοῦ βασιλείου τοῦ ἐπισκόπου· ἐκ γὰρ τῆς τοιαύτης φλυαρίας, ἐλέγχεσθαι συνήσονται, ὡς οὐδὲ τῶν πατέρων ἀγαπῶντες τὴν ὁμολογίαν. προσαγορεύετε τοὺς ἀδελφούς. προσαγορεύουσιν ὑμᾶς οἱ σὺν ἐμοὶ. ἐρρῶσθαι ὑμᾶς ἐν κυρίῳ εὔχομαι, ἀγαπητοὶ καὶ ποθεινότατοι υἱοί.

Τοῦ ἐν

S. Patris nostri

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI

Alexandrini,

Ad Ioannem & Antiochum epistola.

ATHANASIVS IOANNI ET ANTIOCHO DILECTIS, *& compresbyteris suis in Domino* S.P.D.

GAVDEO etiam nunc de accepta epistola vestra, maxime autem quia Hierosolymis missa est, & gratiam habeo quòd significastis de fratribus illic ad Synaxim conuenientibus, & de illis qui sub prætextu quæstionum, simpliciores turbare volunt. Cæterum de illis præcipit Apostolus, non esse attendendum rixis verborum, aut noua quærentibus, neque studio noua dicendi, audiendive nos oportere teneri. Vos autem quum habeatis firmũ fundamentum, quod est Christus Dominus vester, & patrum de veritate confessionem, auersamini illos, qui plus, minusve quàm in confessione est, loqui velint, & maiorem operam fratrum vtilitati impendite in metuendo numine, & seruandis præceptis, vt doctrina patrum, & obseruatione præceptorum, grati Domino in die iudicij apparere possitis. Valde autem admiror audaciam eorum qui non reformidant oblatrare dilecto nostro, & vere Dei famulo, Episcopo Basilio: quum ex huiusmodi oblatratione deprehendi & conuinci possint, quòd ne Patrum quidem confessionem aut ament aut amplectantur. Salutate fratres, salutant vos qui mecum sunt. Opto vos valere in Domino dilecti, & desideratissimi filij.

S. Patris nostri

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI

Alexandrini,

Ad Palladium Presbyterum Epistola.

Athanasius dilecto filio suo Palladio presbytero, in Domino Salutem.

A

IVA accepta epistola gauisus sum plurimum, & potissimum ob id quod ea solito tuo more spirabat orthodoxas opiniones, & quod causam explicabat, cur cum dilecto nostro Innocentio viuas. neque nunc tandem, sed iampridem quum resciueram, tuam prudentiam approbaui. Quum igitur hoc instituto vtaris, scribe nobis & significa, & de fratribus qui isthic sunt: & de inimicis veritatis, quid de nobis cogitent. Sed quod de monachis Cæsariensibus significasti, hoc ipsum quoque didici è dilecto nostro Dianio, quòd grauentur, & resistant dilecto nostro Episcopo Basilio. Tibi certe, quod mihi rem indicasti, gratias ago: illis vero, quæ decuit, scripsi, vt veluti filij obsequantur patri, nec iis, quæ ille probat, contradicant. Nam si suspectus esset in negocio veritatis, recte pugnarent: sin autem confidunt, vt omnes confidimus, eum esse gloriam Ecclesiæ, dum ita decertat pro veritate, & docet eos, qui indigent doctrina, non fas est cum tali homine pugnas conserere, sed amandus potius est ob pium animum. Nam ex iis, quæ cognoui ex dilecto nostro Dianio, nulla de causa eum gratuatim ferunt: ipse enim, vt plane mihi persuadeo, infirmus efficitur apud infirmos, vt infirmos lucretur. Dilecti autem fratres nostri respicientes ad scopum eius, quo ad veritatem tendit, glorificent Dominum quod talem Episcopum Cappadociæ dederit, qualem singulę prouinciæ sibi optant. Tu autem dilecte, velis iis indicare vt credant me hæc scripsisse. Id enim vos erga Patrem beneuolentes reddet, & pacem in Ecclesiis conseruabit. Opto te in Domino valere fili dilecte.

Τῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

Αλεξανδρείας,

Πρὸς παλλάδιον πρεσβύτερον ἐπιστολή.

Ἀγαπητῷ υἱῷ παλλαδίῳ πρεσβυτέρῳ· Ἀθανάσιος ὁ ἐπίσκοπος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Καὶ τὸ σὲ μὲν γραφῆναι ἐπιστολὴν δεξάμενος, ἐχάρην μάλιστα ὅτι σωηθὲς ἔπνεες ὀρθοδοξίας, καὶ τὴν αἰτίαν ἣν λέγεις μετὰ τῦ ἀγαπητῦ ἡμῶν ἰνοκεντίου διάγεις. ἃ πρώτην νῦν, ἀλλ' ἐκπαλαι μαθὼν, ἀποδεξάμην σε τὴν διάθεσιν. ἅτε τοίνυν πρᾶττων, γράφε καὶ γνώριζε ἡμῖν πῶς ἐκεῖ οἱ ἀδελφοὶ ἢ πῶς οἱ ἐχθροὶ τῆς ἀληθείας περὶ ἡμῶν διανοῦνται. ἐπειδὴ δὲ ἢ περὶ τῶν μοναζόντων τῶν ἐν καισαρείᾳ ἐδήλωσας· ἔμαθον σὲ καὶ τῦ ἀγαπητῦ ἡμῶν διανίου, ὡς λυπεμένων καὶ ἀντιταμένων αὐτῶν τῷ ἀγαπητῷ ἡμῶν βασιλείῳ τῷ ἐπισκόπῳ· σὲ μὲν ἀπεδεξάμην σημῆναι, αὐτοῖς δὲ τὰ πρέποντα διεδήλωκα· ἵν' ὡς τέκνα ὑπακόωσι πατρὶ, καὶ μὴ ἀντιλέγωσιν οἷς αὐτὸς δοκιμάζει. εἰ μὲν γὰρ ὑποπτεύω περὶ τὴν ἀλήθειαν, καλῶς ἐμάχοντο· εἰ δὲ πεπαῤῥήκασι, πεπαῤῥήκαμεν δὲ καὶ πάντες ἡμεῖς, ὡς καύχημα τῆς ἐκκλησίας ἐστὶν, ἀγωνιζόμενον μᾶλλον ὑπὲρ τῆς ἀληθείας καὶ διδάσκων τὲς δεομένους, ἃ χρὴ πρὸς τὸν πιστὸν μάχεσθαι, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἀποδέχεσθαι τὴν ἀγαθὴν αὐτῦ συνείδησιν. ἐξ ὧν γὰρ διηγήσατο ὁ ἀγαπητὸς διάνιος, μάτην φαίνονται λυπέμενοι. αὐτὸς μὲν γὰρ, ὡς πεπαῤῥήκα, τοῖς ἀσθενέσιν ἀσθενὴς γίνεται· ἵνα τὲς ἀσθενεῖς κερδήσῃ. οἱ δὲ ἀγαπητοὶ ἡμῶν ἀποβλέποντες εἰς τὸν σκοπὸν τῆς ἀληθείας αὐτῦ, καὶ τὴν οἰκονομίαν, δοξαζέτωσαν τὸν κύριον τὸν δεδωκότα τῇ καππαδοκίᾳ τοιῦτον ἐπίσκοπον, οἷον καὶ ἑκάστη χώρα ἔχειν ἔυχεται. καὶ σὺ οὖν ἀγαπητὲ, θέλησον αὐτοῖς σημῆναι, ἵνα ὡς ἔγραψα πείθωσι. τῦτο γὰρ καὶ αὐτὲς συνίσησιν ἡμᾶς ἑνώμονας πρὸς πατέρα· τῦτο καὶ τὴν εἰρήνην ταῖς ἐκκλησίαις διαφυλάττει. ἐῤῥῶσθαί σε ἐν κυρίῳ εὔχομαι ἀγαπητὲ υἱέ.

Τῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

Ἀλεξανδρείας

Ἐπιστολὴ πρὸς Δρακόντιον.

Ἀπορῶ τί γράψω. ἆρα ὡς παραλήμενον μέμψομαί σε; ἢ ὡς τὸν καιρὸν ὁρῶντα καὶ κρυπτόμενον Δρὶ τὸν Φόβον τῶν Ἰουδαίων; ἀλλ' εἴ τι ἄλλως, εἶπε ἅτινος ἄξιον μέμψεως τὸ πραγμα σὺ γεγενημένον, ἀγαπητὲ Δρακόντιε. χάριν γὰρ ἔπρεπε λαβόντα σε τὴν χάριν κρύπτεσθαι, οὐδὲ φρόνιμον ὄντα, Δλλοῦναι τοῖς ἄλλοις πρόφασιν φυγῆς· πολλοὶ γὰρ ἀκούσαντες σκανδαλίζονται· οὐχ' ὡς ἁπλῶς τοῦτο σὺ ποιῶν τος, ἀλλὰ συνορῶντος τὸν καιρὸν, καὶ τὰς ἐπικειμένας θλίψεις τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ φοβούμενος μὴ Δρὶ σαυτὸν φεύγων, Δλλους Δρεθῆς κινδυνεύων πρὸς τῷ κυρίῳ. εἰ γὰρ ὁ ἕνα τῶν μικρῶν σκανδαλίζων ἔλεγε λυσιτελὲς ἂν μύλον ὀνικὸν περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ κρεμασθῆναι καὶ καταποντισθῆναι, τί ἂν πάθοις σὺ τοσούτοις γινόμενος σκάνδαλον; καὶ γὰρ ἡ ἐκ πολλοῦ γενομένη συμφωνία ἐν τῇ Ἀλεξανδρέων χώρᾳ ἐν τῇ σῇ καταστάσει ἐξ ἀνάγκης σχισθήσεται Δρὶ τὸν σὸν ἀναχώρησιν. καὶ ἡ ἐπισκοπὴ σὲ τῆς χώρας αὐτῆς ὑπὸ πολλῶν ἁρπαγήσεται· καὶ πολλῶν, οὐκ ὀρθῶν, ἀλλ' ὧν οἶδας καὶ αὐτὸς· καὶ ἐθνικοὶ σὲ οἱ ἐπαγγελλόμενοι χριστιανοὶ γίνεσθαι ἐπὶ τῇ σῇ καταστάσει, ὑπομενοῦσιν ἕλλησιν, τῆς σῆς Δλαθείας ἐξουθενήσαντα τὸν σὸν ἀθῆσαι χάριν. ποία σοὶ ἐπὶ τοῖς πιστοῖς ἀπολογία πρὸς σοῦ σὸν θήσεται; πίστεις ἂν ὑπονίψασθαι καὶ ὑπομάξασθαι λόγοις τὰς τοιαύτας αἰτίας σὸν νήσῃ; πῶς θεραπεύσεις τοὺς Δρὶ σὲ πεσόντας καὶ σκανδαλιζομένους; ἢ πῶς μὴ τὸ σχισθῆναι τὸν ἑρήνλιν, συρράψαι ταύτῃ σὸν νήσῃ; ὦ ἀγαπητὲ Δρακόντιε· ἀντὶ χαρᾶς, λύπην ἡμᾶς πεποίηκας, ἀντὶ πραμυθίας, στεναγμόν. προσεδοκῶμεν πραμυθίαν ἔχειν σε μεθ' ἡμῶν, καὶ νῦν βλέπομεν φεύγοντά σε, καὶ ὁρῶμεν ὅτι κρινόμενος μὲν ἐλεγχθήσῃ, κινδυνεύων δὲ μεταμεληθήσῃ. καὶ τίς φείσεται, ὡς ὁ προφήτης εἴρηκεν, ὅτι σοι; τίς ἀνακάμψει ὅτι σε εἰς εἰρήνην, ὁρῶν τὸν Δδελφὸν δι' ὃν χριστὸς ἀπέθανε βλαβέντας ὑπὸ τῆς σῆς φυγῆς; δεῖ γὰρ εἰδέναι σε καὶ μὴ ἀμφιβάλλειν, ὅτι μὲν καταξιωθεὶς, σαυτῷ ἔζης, καθεσταθεὶς δὲ, οἷς καθέστης· καὶ

S. Patris noſtri

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI

Alexandriæ,

Ad Dracontium epiſcopatũ fugientem, Epiſtola.

HÆSITO quid ſcribam: an vt reculantem, an vt temporis reſpectu, & Iudæorum metu temet abſtrudentem incuſare debeam? veruntamen ſiue id ea de cauſa, ſiue aliunde profectum fit, non vacat culpa id quod agis, chariſſime Draconti: non enim fas eſt eum, qui hanc gratiam accepit, in occultum abdi, neque prudentis eſt ſuppeditare aliis occaſiones fugiendi. Multi enim iſtis auditis ſcandalizabuntur, quaſi iſtud non temere facias, ſed tempora intuearis, ac impendentes Eccleſiæ tribulationes. At vereor, ne dum propter te fugis, propter alios ſis in periculo apud Dominum. Si enim is, *qui vnum ex puſillis iſtis ſcandalizat, præoptare ſibi potius debet molam aſinariam collo ſuo circundari, & ita demergi* quid de te futurum exiſtimas tam multis authore ſcandalorum? Primum enim illa Alexandriæ mira inexpectataque concordia in te deligendo, ob tuum diſceſſum neceſſariò diſſipabitur, & Epiſcopatus huius loci à multis diripietur: deinde gentiles qui promiſerant, ſe in tui Epiſcopatus ordinatione Chriſtianos fore, in gentilitate permanebunt, tua pietate vilipendente, gratiam functionemque ſibi datam. Quamnam igitur excuſationem ſuper iſtis allegabis? quibus verbis iſtiuſmodi culpas abluere, vel abſtergere poteris? Quomodo medeberis per te cadentibus & ſcandalizatis? quomodo pacem ſemel diſruptam copulabis dilectiſſime Draconti? pro gaudio mœrorem, pro conſolatione luctum attuliſti. Sperabamus enim nos vnà tecum conſolationem capere. Nunc autem te fugientem conſpicimus, & ex fuga futurum proſpicimus, vt & in iudicio de eo crimine conuincaris, & conuictus miſerè doleas. Et quis tibi, vt Prophetа dixit, parcendum putabit? Aut quis cum pace ad te redibit, quum videat fratres propter quos Chriſtus mortuus eſt, tua fuga noxam accepiſſe? Id enim ſcire oportet, & nequaquam ambigere, te priusquàm ordinabaris tibi vixiſſe: ordinatum autem, illis viuere, quibus ordinatus es:

Et anteaquam acciperes Episcopi gratiam, nullus te cognoscebat: ex quo autem Episcopus factus es, populi expectant, vt cibum illis feras ex doctrina scripturarum. Quum igitur expectantes isti in esurie sint: tu autem te solum alas, & venerit Dominus Iesus, nosque illi assitamus, quam habebis excusationem, cùm viderit ille suas proprias oues esurientes? Si non accepisses denarios, nequaquam ille te inculauerit. Caterum quum acceperis, eosque infoderis, & in occulto habueris, merito incusset, proferens illa verba, quæ absit vt audiat tua religiositas: *Oportebat te porrigere denarios meos trapezitis, vt ego veniens ab illis repeterem.* Obsecro igitur, vt tibi ipsi & nobis parcas: Tibi ipsi, vt periculum euites: nobis, ne super te lugeamus. Curam habe tuæ Ecclesiæ, ne per te multi ex pusillis detrimentum accipiant, aliique ex tuo exemplo occasiones nanciscantur se subducendi. Si igitur tempora metuis, & formidine contractus id fecisti, nequaquam illud virilis est animi: oportebat enim te secundum zelum Christi, in istiusmodi temporibus specimen tui edere, & potissimum in grauioribus circunstantiis, fiducia libertateque vti, & dicere beati Apostoli verba, *In omnibus istis magnificè vincimus*, maxime ea de causa, quia non temporibus nos, sed Deo seruire condeceat. Quòd si ordinatio Ecclesiarum tibi non placet, aut nullam omnino mercedem Episcopi functioni destinatam arbitraris, Seruatoremque qui eam ita instituit, contemnis, oro te, ne istiusmodi quid in mentem admittas, neque authores istiusmodi consiliorum sustineas. Non enim ista digna sunt Dracontio. Nam quæ Dominus per Apostolos instituit, ea & bona sunt, & firma persistunt, & fratrum ita meticulositas compescitur. Quòd si omnes eandem mentem habuissent qualem nunc habent, qui tibi in consilio sunt, quo pacto Christianus factus esses, nullis vsquam repertis Episcopis? Quòd si vero post nostra tempora, istiusmodi animos induunt, quomodo poterunt stare Ecclesiæ? An opinantur illi qui tibi in consilio sunt, nihil te, quia ipsis hoc vile videtur in Baptismate accepisse? Id restat scilicet, vt nihil existiment gratiam lauacri, si qui sint, qui eam contemnant. Sed reuera accepisti, dilectissime Draconti, neque mihi sustineas istiusmodi consiliarios, neque teipsum fallas. Repetetur enim hoc à Domino, qui tibi dedit. An non audisti Apostolum loquentem: *Ne negligas eam quæ in te est, gratiam?* An non legisti quomodo eum, qui duplicauerat talentum, approbet & excipiat Dominus: & occultantem, condemnet? vtinam quamprimum redeas, & fias vnus ex collaudatis. Aut dic cuius te velint tui consiliarij esse imitatorem. Oportet nos secundum scopum sanctorum vitam moderari, eosque imitari. Id quoque sciendum, nos, si ab istis deficiamus, alienos reddi ab eorum communicatione.

πρὶν μὲν λάβῃς τὴν τῆς ἐπισκοπῆς χάριν, οὐδεὶς ἐγίνωσκέ σε· γενόμενον δὲ λοιπὸν, οἱ λαοὶ προσδοκῶσι φέροντα τροφὴν αὐτοῖς, τὴν ἐκ τῶν γραφῶν διδασκαλίαν. ὅταν τίνων οἱ προσδεκῶντες λιμώττωσι, σὺ δὲ σαυτὸν μόνον τρέφῃς, καὶ ἔλθῃ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἡμεῖς τι αὐτῷ ἀπολογησώμεθα, ποίαν ἔχοντες ἀπολογίαν, ὁρῶντος αὐτοῦ τὰ ἴδια πρόβατα λιμώττοντα; εἰ μὲν γὰρ μὴ εἰλήφεις τὰ ὀνάρια, οὐκ ἂν ἐμέμψατό σε· λαβόντα δὲ καὶ χώσαντα καὶ καταπρύψαντα, μέμψεται ἀνεκτῶς, λέγων ἐκεῖνα τὰ ῥήματα, ἃ μὴ γένοιτο καὶ ἀκοῦσαι τὴν σὴν ἀγαθωσύνην· ἔδει σε βαλεῖν τὰ ὀνάρια μου τοῖς τραπεζίταις, ἵνα ἐλθὼν κἀγὼ, παρ' ἐκείνων ἀπαιτήσω. προσκαλῶ σε σεαυτῷ καὶ ἡμῶν· σαυτοῦ μὲν, ἵνα μὴ κινδυνεύσῃς· ἡμῶν δὲ, ἵνα μὴ λυπηθῶμεν ὑπὲρ σοῦ φρόντιζε τῆς ἐκκλησίας, ἵνα μὴ λάβωσι, πολλοὶ τῶν μικρῶν βλαβῶσι, καὶ οἱ ἄλλοι δὲ πρόφασιν λάβωσιν εἰς τὸ ἀναχωρεῖν. ἀπὸ μὲν οὖν τοῦ καιροῦ ἐφοβήθης, καὶ καταπήξας τοῦτο ἐποίησας, οὐκ ἀνδρικὸν τὸ φρόνημα. ἔδει γὰρ τὸν κατὰ Χριστὸν ζῆλον, ἐν τοῖς τοιούτοις ὑπιδεικνυσθαι, καὶ μᾶλλον ἐν ταῖς περιστάσεσι παῤῥησιάζεσθαι, λέγειν τε τὰ τοῦ μακαρίου παύλου ῥήματα· ἐν πίστει πᾶσιν ὑπερνικῶμεν. καὶ μάλιστα ὅτι οὐ πρέπει τῷ κυρίῳ δουλεύειν, ἀλλὰ τῷ κυρίῳ. εἰ δὲ τῶν ἐκκλησιῶν ἡ διάταξις οὐκ ἀρέσκει σοι, οὐ δὲ νομίζεις τὸ τῆς ἐπισκοπῆς λειτούργημα μισθὸν ἔχειν, ἀλλὰ καταφρονεῖν τοῦ ταῦτα διαταξαμένου σωτῆρος πεποίηκας σαυτὸν προσκαλῶ, μὴ τοιαῦτα λογίζου, μηδὲ ἀνέχου τῶν ταῦτα συμβουλευόντων. οὐ γὰρ ἄξια δρακοντίου ταῦτα. ἃ γὰρ ὁ κύριος διὰ τῶν ἀποστόλων ἐτύπωσε, ταῦτα καλὰ καὶ βέβαια μένει. ἡ δὲ τῶν ἀδελφῶν δειλία παύσεται. εἰ γὰρ τὸν αὐτὸν νοῦν εἶχον πάντες, οἷον νῦν ἔχουσιν οἱ συμβουλεύοντές σοι, πῶς ἂν ἐγένου σὺ χριστιανὸς ἐπισκόπων μὴ ὄντων; ἐὰν δὲ καὶ οἱ μετ' ἡμᾶς ἀναλάβωσι τὸν τοιοῦτον νοῦν, πῶς αἱ συστῆναι δύνήσονται αἱ ἐκκλησίαι; ἢ νομίζουσιν οἱ συμβουλεύοντές σοι μηδὲν εἰληφέναι σε, ὅτι καταφρονοῦσιν; ἀλλὰ καὶ πῦρ ψεύδεται. ὥρα γὰρ αὐτοὺς νομίζειν, μηδὲν εἶναι μὴ δὲ τὸ τοῦ λουτροῦ χάρισμα ἐάν τινες πύπτε καταφρονῶσι. ἀλλ' εἴληφας ὦ ἀγαπητὲ δρακόντιε· μὴ ἀνέχου τῶν συμβουλευόντων σοι, μὴ δὲ ἀπάτα σαυτὸν. ἀπαιτηθήσῃ γὰρ παρὰ τοῦ δεδωκότος θεοῦ. ἢ οὐκ ἤκουσας τοῦ ἀποστόλου λέγοντος· μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος; ἢ οὐκ ἀνέγνως, πῶς μὲν τὸν διπλασιάσαντα ἀποδέχεται· τὸν δὲ κρύψαντα καταδικάσει; γένοιτο δὲ ταχέως ἐπανελθεῖν σε, ἵνα καὶ σὺ τῶν ἐπαινουμένων γένῃ· ἢ ἐπὶ τίνων σε θέλουσιν εἶναι μιμητὴν, οἱ συμβουλεύοντές σοι. δεῖ γὰρ ἡμᾶς κατὰ σκοπὸν τῶν ἁγίων καὶ τῶν πατέρων πολιτεύεσθαι, καὶ πύπτε μιμεῖσθαι· ἀδέκαστα δὲ ὄντα ἀφιστάμενοι, ἀλλότριοι καὶ τῆς τούτων κοινωνίας γινόμεθα.

Quem

τινὸς

τίνα μὲν μιμεῖσθαί σε θέλουσιν ἐκεῖνοι τὸν διστάζοντα καὶ θέλοντα μὲν ἀκολουθῆσαι, ὑποκαθήμενον δὲ καὶ συμβουλεύομενον διὰ τοὺς ἰδίους, ἢ τὸν μακάριον Παῦλον, τὸν ἅμα τῷ πιστὸν οἰκονομίαν ἐγχειρισθῆναι, μὴ προσανατεθέμενον σαρκὶ καὶ αἵματι; εἰ γὰρ καὶ ἔλεγεν Οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος, ὅμως γινώσκων ὃ ἔλαβε, καὶ οὐκ ἀγνοῶν τὸν δεδωκότα, ἔγραφεν· Οὐαὶ γάρ μοί ἐστιν ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι. ὥσπερ δὲ τὸ Οὐαί μοι οὐκ εὐαγγελιζόμενος, ἕτως διδάσκων καὶ κυρύσσων τὸ εὐαγγέλιον, χαρὰν καὶ στέφανον εἶχε τοὺς μαθητευομένους. Διατοῦτο καὶ σπουδὴ τῶν ἁγίων μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ κηρύττειν· καὶ μὴ οἴκοι μὴ δὲ εἰς τὴν Ῥώμην ἀπελθεῖν, μὴ δὲ εἰς τὰς σπανίας ἀναβῆναι, ἵνα ὅσον κοπιᾷ πόσῳ καὶ τοῦ κόπου τὸ μισθὸν μείζονα ἀπολάβῃ. σκοπεῖτε οὖν τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἀγωνισάμενος, καὶ ἐθάρρει τὸν μέγαν στέφανον ἀπολήψομενος. οὐκ οὖν ἀγαπητὸν Δράκοντιε, ἵνα μιμούμενος τοῦτο ποιεῖς; τοῦτον ἢ τοὺς μὴ πιστοὺς; ἐγὼ μὲν εὔχομαί σε καὶ ἐμαυτὸν πάντων τῶν ἁγίων μιμητὴν γενέσθαι· ἢ τάχα τινὲς οἱ διατοῦτο συμβουλεύοντές σοι κρύπτεσθαι, ὡς λόγον καὶ ὅρκον σου δεδωκότος μὴ ἐλθεῖν, ἐὰν καταισθῇς· πιστὰ γὰρ αὐτοὺς ἀκούω πείθεσθαι τοῖς ἀκοαῖς. καὶ δοκεῖν οἷς τοῖς Δαβίδ. ἀλλ' εἰ ἦσαν ἀληθῶς εὐλαβεῖς, ἠυλαβήθησαν ἂν μᾶλλον τὸν ἐπιθέντα σοι θεῖον τὸ λειτούργημα. εἰ δὲ ἀγνοήσαντες ἦσαν τὰς θείας γραφὰς, οὐκ ἂν τοῦτο ταύτας συνεβούλευον. ὥσπερ γὰρ αὐτοὺς καὶ τὸν ἱερεμίαν καταμέμφεσθαι, καὶ τὸν μέγαν αἰτιᾶσθαι μωσῆν, ὅτι τοῦ τότων συμβουλὴν οὐκ ἤκουσαν, ἀλλὰ τὸν θεὸν φοβηθέντες, τοῦ Δαβὶδ νίαν ἐτέλεσαν, καὶ προφητεύοντες ἐτελειώθησαν. καὶ γὰρ αὐτὸ ἀποκαλύπτει καὶ λαβόντι ἤδη τὸ τῆς προφητείας χάρισμα, παρητήσαντο μὲν, ἐφοβήθησαν δὲ μετὰ ταῦτα, καὶ ἐξουδένωσαν τὸν ἀποστείλαντα. εἶτα πάνυ ἰσχνόφωνος εἰ καὶ βραδύγλωσσος, ἀλλὰ φοβήθητι τὸν πλάσαντά σε θεὸν, εἶτα νεώτερον σαυτὸν λέγεις πρὸς τὸ κήρυγμα, ἀλλ' εὐλαβοῦ τὸν γινώσκοντά σε πρὸ τοῦ πλασθῆναι· εἶτα λόγον δέδωκας· ὁ δὲ λόγος τοῖς ἁγίοις ὡς ὅρκος ἰσχύει· ἀλλὰ ἀνάγνωθι τὸν ἱερεμίαν· πῶς καὶ αὐτὸς ἐρηκὼς ὃ μὴ ὀνομάσω τὸ ὄνομα κυρίου, ὕστερον δὲ φοβηθεὶς τὸν αὐτῷ πῦρ γενόμενον, ἐκέτι ὡς ἐρηκὼς πεποίηκεν, ἀλλ' ὡς πεπληφθεὶς τοῦ ὅρκου ἐκρύβη· ἀλλὰ τὸν ἐγχειρισάμενον εὐλαβοῦμενος, πεπλέωκε τὴν προφητείαν. ἢ οὐκ οἶδας ἀγαπητὸν ὅτι καὶ ἰωνᾶς φεύγων, γέγονε μὲν ὡς γέγονε, μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἐπροφήτευσε; μὴ τοίνυν ἄλλα πρὸς ταῦτα συμβουλεύε. μᾶλλον γὰρ ἡμῶν οἶδεν ὁ κύριος τὰ ἡμῶν καὶ οἶδε τίσιν ἐγχειρίζει τὰς ἑαυτοῦ ἐκκλησίας. κἂν γὰρ μὴ ἄξιός τις τυγχάνῃ, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸν πρότερον βίον ἀποβλεπέτω, ἀλλὰ τὴν διακονίαν σκοπείτω· ἵνα μὴ πρὸς τῷ βίῳ, καὶ τοῦ ἐκ τῆς ἀμελείας κατάρᾳ ἀπενέγκηται. ἆρα γὰρ ἀγαπητὸν ὅσα κόπτει, ταῦτα γινώσκων καὶ συνεπὸς τυγχάνων, ἃ κατανύττῃ τοῦ ψυχροῦ; ἃ φροντίζεις μὴ ἀπόληταί τις

Quem igitur isti te imitari volunt? ambigentemne illum & volentem quidem sequi, sed supersedentem, & deliberantem ob suos? An beatum Paulum, qui simul ac illi hoc ministerium iniunctum fuit, non adhæsit carni & sanguini? Nam etsi dixerit, Non sum idoneus, qui vocer Apostolus, agnoscens tamen quod susceperat, neque ignorans datorem eius, ita scripsit: *Va enim mihi est, nisi Euangelizem.* Cæterum vt væ illi est, qui non euangelizat: ita ipse docens & prædicans Euangelium, pro gaudio & corona discipulos suos habebat. Quapropter studium fuit sancto viro vsque ad Illyricum illud prædicare, neque segnescere, neque omittere, quin Romam iret, & in Hispanias ascenderet, vt pro grauiori labore, maiore frueretur mercede laboris. Gloriabatur se igitur bonum certamen certasse: & certus erat de magna corona, quam accepturus esset. Igitur dilecte Draconti, quænam ista faciens imitaris? huncne an neminem ex hoc genere? Ego certe, & te & me ipsum, omnium sanctorum imitatores esse vellem. An forsitan ideo tibi consilium suppeditant tui occultandi, quòd dixeris iuratisque non futurum vt stes, si constituaris Episcopus? Istiusmodi enim vocibus audio illos tuas aures circumstrepere, & in ea te se cautos videri velle. Essent illi verè quidé cauti, si ministerio tibi inuincto cautū voluissent. Quòd si legissent sacras scripturas, non citra illas consilium darent. Quin iam tempus est, vt Hieremiam culpent, & magnum illum Mosen accusent, quòd ipsorum consilium non audierint, sed Deum veriti officium ministerij perfecerint, & prophetando adimpleuerint. Siquidem & illi ipsi missi accipientesq; Prophetiæ gratiam initio recusabant quidem, sed tamen postea timuerunt, neq; emissorem suum vilipenderunt. Iam igitur, siue sis gracili voce, siue impediriori lingua, verere eum semper, qui te ita finxit, Deum, siue te nimis iuuenem dicas ad prædicationem, metue tamen eum, qui priusquam formareris, nouerat te. Quod si verbum locutus es, & verbum sanctis pro iuramento est, reminiscere quæso Hieremiæ, quomodo ipse qui dixerat, Non nominabo nomen Domini, postea metuens illum qui in se erat ignem, non pro iis, quæ dixerat, fecit, neque vt præoccupatus erat iuramento, se in tenebras abdidit, sed veritus mandatorem, suam Prophetiam absoluit. An non audisti dilecte, quod & Ionas quidem fugerit, eratque qualis erat, sed tamen postea prophetauit? Ne igitur tibi diuersa ab istis consilia propone. Melius enim quam nos nostra nouit Dominus, & nouit quibus suas committit Ecclesias: quòd si quis dignus non sit, ille mihi non ad vitam suam, sed functionem suā, ministeriumq; respiciat, ne simul cum vita illa sua, etiam negligentiæ malectionem referat. Nunquid dilecte Draconti, quum talia legis & prudens sis, animo compungeris? Non curas ne quis eorum qui

tibi commissi sunt, pereat? non ex conscientia quasi e flamma inardescis? non exhortes diem iudicij? in qua nullus eorum, qui tibi nunc consilia dant, illic tibi opitulator futurus est? Quisque enim de sibi commissis rationem reddet. Quid enim profuerat illi, qui denarium occultauerat, sua causificatio? Aut quid profuerunt Adamo sua verba illa: *Mulier me decepit?* Dilectissime Draconti, si reuera sis imbecillis, sed tamen curam te, solicitudinemque suscipere oportet, ne Ecclesiam desertam inimici lædant, occasionem ex tua fuga mutuantes, oportet te accingi animumque recipere, ne nos solos destituas in hoc certamine. Oportet te collaborare, vt cum omnibus mercedem accipias. Propera igitur dilecte, neque amplius in mora sis, neque sustine illos qui te impediunt, sed reminiscere eius, qui tibi hanc functionem iniunxit. Huc age te ad nos, qui te diligimus, & ea quæ scripturarum sunt, consulimus, vt à nobis productus, & sacras functiones in Ecclesiis obiens, mentionem precesque pro nobis facias. Neque enim tu solus ex monachis es constitutus, neque solus monasterio præfuisti, neque solus à monachis dilectus es. Nosti enim Serapionem monachum esse, & quot monachorum præfectum? Neque à te ignoratur, quot monachorum pater fuerit Apollonius. Nosti Agathonem, neque ignotum habes Aristonem. Memores Ammonij cum Serapione peregrè profecti: fortassis etiam audisti de Cue in superiore Thebaide, poteris item resciscere de Paulo, qui est apud Latos, & de aliis multis. Et tamen isti Episcopi constitui non contradixerunt; sed habentes pro exemplari Helizæum, & conscij quid Helias egerit, & eruditi, quid discipuli Christi, Apostolique fecerint, susceperunt hanc curam, neque ministerium hoc aspernati sunt, neque propterea seipsis deteriores facti sunt, sed & laboris mercedem expectant, proficientes ipsi, aliosque proficere adhortantes. Quot ab idolis conuerterunt? quot à furiosa & dæmoniaca consuetudine suis admonitionibus compescuerunt? quot adduxerunt Christo seruos? adeo vt qui ista signa conspiciant, admirentur. An quæso non ingens signum, puellam inducere, vt virgo maneat? & adolescentiorem ad hoc, vt sit continens? & idololatram, vt agnoscat Dominum? Ne igitur te impediant monachi, quasi solus ad hoc è monachis constituaris, neque vnà cum illis causificeris, quasi te ipso deterior futurus sis: poteris enim etiam melior fieri, si Paulum imiteris, & sanctorum acta æmuleris. Nosti enim eos, qui ita creati sunt dispensatores mysteriorum, rectius secundum scopum sese incitasse ad brabeium supernæ vocationis. Quando autem Paulus contestatus est, & coronam se expectauit accepturum, nisi cum missus esset ad docendum? Quando Petrus confessus est, nisi cum Euangelizabat & piscator hominum factus esset? Quando Helias

τῶν ἐγχειρεισθέντων σοι, οὐ φλέγῃ, ὡς ἀπὸ πυρὸς τὸ σωτήριόν σου; οὐ φοβῇ τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως ἐν ᾗ οὐδεὶς τῶν συμβουλευόντων νῦν ἐκεῖ γενήσεται βοηθός; ἕκαστος γὰρ τῶν ἐγχειρεισθέντων αὐτῷ καὶ λόγον ἀποδώσει. τί γὰρ ὤνησε τὸν κρύψαντα τὸ δηνάριον ἡ πρόφασις; ἢ τί ὠφέλησε τὸν Ἀδὰμ εἰρηκέναι· ἡ γυνή με ἠπάτησεν; ἀγαπητὲ δρακόντιε, εἰ καὶ ἀληθῶς ἀσθενὴς τυγχάνεις, ἀλλὰ λαβὲ ὃ τὴν φρόντιδα πρέπει, ἵνα μὴ τῆς ἐκκλησίας ἐρήμου τυγχανούσης, οἱ ἐχθροὶ παρὰ τὸν βλάψωσι, πρόφασιν εὑρόντες τὸ σὲ φυγεῖν. πρέπει σε ἀναζώσασθαι, ἵνα μὴ μόνους ἡμᾶς ἀφῇς ἐν τῷ ἀγῶνι. πρέπει σε συγκαμεῖν, ἵνα μετὰ πάντων καὶ τὸν μισθὸν ἀπολάβῃς. σπεῦδε τιγαροῦν ἀγαπητὲ μηκέτι βραδύνων, μὴ δὲ ἀνέχου τῶν σε κωλυόντων, ἀλλὰ τὸ δεδομένοτ μνήσθητι, καὶ δεῦρο πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἀγαπῶντάς σε, τοὺς συμβουλεύοντάς σοι τὰ τῶν γραφῶν, ἵνα καὶ παρ' ἡμῶν προπεμφθῇς, καὶ λειτουργῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, μνημονεύσῃς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν. οὐ γὰρ σὺ μόνος ἐκ μοναχῶν κατεστάθης, οὐδὲ σὺ μόνος προέῃς μοναστηρίου, ἢ μόνος ὑπὸ μοναχῶν ἠγαπήθης. ἀλλ' οἶδας ὅτι καὶ σεραπίων, μοναχός ἐστι, καὶ τόσων μοναχῶν προέστη. οὐκ ἔλαθέ σε πόσων μοναχῶν πατὴρ γέγονεν ἀπολλώς. οἶδας ἀγαθὸν, καὶ οὐκ ἀγνοεῖς ἀρίστωνα, μνημονεύεις ἀμμωνίου τοῦ μετὰ σεραπίωνος ἀποδημήσαντος. ἴσως δὲ ἤκουσας καὶ περὶ μουΐτου ἐν τῇ ἄνω θηβαΐδι, καὶ δυνάσαι μαθεῖν περὶ παύλου ἐν τῷ λατῷ, καὶ περὶ ἄλλων πολλῶν. καὶ ὅμως οὗτοι καταστάντες, οὐκ ἀντειρήκασι, ἀλλ' ἔχοντες τύπον τὸν ἐλισσαῖον, καὶ εἰδότες τὰ κατὰ ἠλίαν, μαθόντες τε τὰ κατὰ τοὺς μαθητὰς καὶ ἀπὸ ζήλους, ἀντελάβοντο τῆς φροντίδος, καὶ οὐ κατεφρόνησαν τῆς λειτουργίας, καὶ οὔτε χείρους ἑαυτῶν γεγόνασιν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον τῷ καμάτῳ τὸν μισθὸν προσδοκῶσι. προκόπτοντες καὶ προκόπτειν ἄλλους νουθετοῦντες, πόσους ἀπὸ τῶν εἰδώλων ἐπέστρεψαν; πόσους ἀπὸ τῆς δαιμονιώδους σωφρονείας ἔπαυσαν νουθετοῦντες; πόσους παρέσησαν τῷ κυρίῳ δούλους; ὥς τε καὶ τοὺς ὁρῶντας τὰ σημεῖα παῦτα βλέποντες θαυμάζειν. ἢ οὐχὶ μέγα σημεῖον κόρην ποιῆσαι παρθενεύειν καὶ νεώτερον ἐγκρατεύεσθαι, καὶ εἰδωλολατρείαν ἀπογνῶναι τὸν Χριστόν; μὴ τοίνυν κωλυέτωσάν σε μοναχοὶ ὡς μόνον ἐκ μοναχῶν καταστάθεντα, μὴ δὲ σὺ πρόφασίζου, ὡς χείρων σαυτοῦ ἐσόμενος. δυνάσαι γὰρ καὶ καλλίων γενέσθαι μιμούμενος τὸν παῦλον, ζηλῶν τῶν ἁγίων τὰς πράξεις. οἶδας γὰρ ὅτι οἱ τοιοῦτοι οἰκονόμοι τῶν μυστηρίων καταστάθεντες μᾶλλον κατὰ σκοπὸν ἐδιώκων εἰς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως. πότε παῦλος ἐμαρτύρησε καὶ τὸν στέφανον [λαβεῖν] προσεδόκησεν, εἰ μὴ ὅτε ἀπεστάλη διδάσκειν; πότε πέτρος ὡμολόγησεν, εἰ μὴ ὅτε εὐαγγελίζετο καὶ ἁλιεὺς ἀνθρώπων γέγονε; πότε ἡ-

Helias

λίας ἀνελήφθη, εἰ μὴ ὅτι πᾶσαν τὴν προφητείαν ἐπλήρωσε; πότε ἐλισσαῖος ἐν πνεύματι ἐχε διπλᾶ, εἰ μὴ ὅτι πάντα καταλιπὼν ἠκολούθησε τῷ ἠλίᾳ; Διατὶ δὲ καὶ ἐξελέξατο μαθητὰς ὁ σωτὴρ, εἰ μὴ ἵνα καὶ ἀποστείλῃ; ὅθεν τύπους ἔχων τὸν ἀγαπητὸν δρακόντιε, μὴ λέγε μὴ δὲ πείθου τοῖς λέγουσιν ἁμαρτίας εἶναι πρόφασιν τὴν ἐπισκοπὴν, μὴ δὲ ὅτι ἐκ ταύτης ἀφορμὴ τοῦ ἁμαρτάνειν ἐστίν. ἔξεστι γὰρ καὶ ἐπίσκοπον ὄντα σε πεινᾶν, καὶ διψᾶν, ὡς παῦλος. δύνασαι μὴ πιεῖν οἶνον ὡς ὁ τιμόθεος καὶ νηστεύειν καὶ αὐτὸς συνεχῶς, ὡς ὁ παῦλος ἐποίει· ἵνα κατ' ἐκεῖνον οὕτως νηστεύων, χορτάζῃς ἄλλους ἐν τοῖς λόγοις, καὶ διψῶν ἐν τῷ μὴ πιεῖν, ποτίζεις ἄλλους διδάσκων. μὴ οὖν ταῦτα προβαλλέτωσαν οἱ συμβουλεύοντές σοι. οἴδαμεν γὰρ καὶ ἐπισκόπους νηστεύοντας, καὶ μοναχοὺς ἐσθίοντας. εἴδομεν γ' ἐπισκόπους μὴ πίνοντας οἶνον, μοναχοὺς δὲ πίνοντας. εἴδομεν γ' σημεῖα ποιοῦντας ἐπισκόπους, μοναχοὺς δὲ μὴ ποιοῦντας. πολλοὶ δὲ τῶν ἐπισκόπων οὐ δὲ γεγαμήκασι, μοναχοὶ δὲ πατέρες τέκνων γεγόνασιν· ὥσπερ καὶ ἐπισκόπους πατέρας τέκνων καὶ μοναχοὺς ἐξ ὁλοκλήρου γένους τυγγάνοντας. καὶ πάλιν εἴδαμεν κληρικοὺς πεινῶντας, μοναχοὺς δὲ νηστεύοντας. ἔξεστι γὰρ καὶ οὕτως, καὶ ἐκείνως· οὐκ ἐκωλύθητε, ἀλλὰ πανταχοῦ πὶς ἀγωνιζέσθω. καὶ γὰρ ὁ στέφανος οὐ κατὰ τόπον, ἀλλὰ κατὰ τὴν πρᾶξιν δίδοται. οὐκοῦν μὴ ἀνέχου τῶν ἕτερα παρὰ ταῦτα συμβουλευόντων, ἀλλὰ μᾶλλον ἐπείγου καὶ μὴ μέλλε· μάλιστα ὅτι καὶ ἡ ἁγία ἑορτὴ ἐγγίζει, ἵνα μὴ χωρὶς σου οἱ λαοὶ τὴν ἑορτὴν ποιήσωσι, καὶ μέγαν κίνδυνον ὑπομείνῃς κατὰ σαυτοῦ. πὶς γὰρ αὐτοῖς εὐαγγελίσεται τὸ πάσχα μὴ παρόντος σου; πὶς αὐτοῖς τὴν ἡμέραν ἀναγγελεῖ τῆς ἀναστάσεως κρυπτομένου σου; πὶς αὐτοῖς συμβουλεύει δεόντως ἑορτάζειν φεύγοντός σου; ὧ πόσοι μὲν ὠφεληθήσονται προσχωροῦντος σου, πόσοι δὲ βλαβήσονται φεύγοντός σου. καὶ πὶς ὑπὲρ τούτοις ἀποδέξεταί σε; καὶ διατὶ συμβουλεύουσί σοι μὴ ἀντιλαμβάνεσθαί σε τῆς ἐπισκοπῆς, αὐτοὶ θέλοντες ἔχειν πρεσβυτέρους; εἰ γὰρ φαῦλος τυγχάνεις, μὴ σωέσωσάν σοι· εἰ δὲ ἐπιτήδειον εἶναί σε ἐπιγινώσκουσι, μὴ φθονείτωσαν πῖς ἄλλοις. εἰ γὰρ τὸ διδάσκειν καὶ πρεῖσθαι, πρόφασίς ἐστιν ἁμαρτίας κατ' ἐκείνους, μὴ διδασκέσθωσαν αὐτοὶ, μὴ δὲ πρεσβυτέρους ἐχέτωσαν, ἵνα μὴ χείρους ἑαυτῶν γένωνται αὐτοὶ τε καὶ οἱ διδάσκοντες αὐτούς. ἀλλὰ μὴ πρόσεχε τούτοις τοῖς ἀνθρωπίνοις ῥήμασι, μὴ δὲ ἀνέχου τῶν ταῦτα συμβουλευόντων καθ' πολλάκις πρεῖπον· πεῦδε δὲ μᾶλλον γ' ὑπείρεφε πρὸς [τὸν] κύριον, ἵνα τῶν πρόβατων αὐτοῦ φροντίζων, μνημονεύσῃς γ' ἡμῶν.

Helias assumptus est, nisi cum vniuersam Prophetiam suam adimpleuisset? Quando in Spiritu dupla obtinuit Helizæus, nisi cum omnibus relictis affectator factus est Heliæ? Cur autem delegit discipulos Seruator, nisi in id, vt eos prædicatum emitteret? Quapropter, cum ittiusmodi habeas exempla dilectissime Draconti, nec dicas, nec dicentibus credas, Episcopatum esse causam peccati, aut quod inde nascantur occasiones delinquendi. Licebit tibi in Episcopatu esurire, sitire, sicuti Paulo: licebit & vinum non bibere, sicuti Timotheus fecit: & ieiunare frequenter, vt Paulus solet, vt ita secundum illum ieiunans, alios sermonibus nutrias: & sitiens abstinendo à potu aliis docendo potum præbeas. Ne igitur talia obiiciant consiliarij tui. Nouimus enim & Episcopos ieiunantes, & monachos comedentes: Nouimus & Episcopos non bibentes vinum, & monachos bibentes: Nouimus quoque Episcopos signa facientes, & monachos non facientes. Multi quoque ex Episcopis matrimonia non inierunt, monachi contra parentes liberorum facti sunt: quemadmodum vicissim Episcopos filiorum patres, & monachos generis potestatem non quæsiuisse animaduertas: Et clericos bibisse, & monachos ieiunasse. Sic enim licet, & ad eum modum non prohibetur, sed quisque, vbi volet, decertet: Non enim corona pro locis sed pro factis redditur. Ne igitur sustineas diuersa consulentes, sed potius propera: Et ne lentus sis, maximè quia sanctum festum appropinquat, ne sine te populi hunc festum diem celebrent, magnumque periculum tibi contrahas. Quis enim iis pascha euangelizabit si tu absis? Quis illis euangelizabit diem resurrectionis, si tu latè abes? Quis illis consilia monstrabit, vt ritè epulentur, si tu fugias? O quot apparebunt te adueniente? quot noxam sentient te fugiente? Et quis est qui te in talibus factis approbet? Sed quid est quod tibi authores sunt, ne Episcopatum capessas, cum illi ipsi cupiant habere presbyteros? Si enim malus es, ne sint socij & gregales tui: sin autem te idoneum norunt, ne inuideant aliis. Quoniam si docere & præesse secundum illos causa peccati est, ne ipsi doceantur, aut presbyteros habeant. Verum tu istis humanis vocibus ne intendas, neque sustineas eos, qui ista suadent, quemadmodum sæpius iam dixi. Festina igitur, vel potius ad Dominum conuertere, vt dum curam tuarum ouium geris, etiam nostri memineris:

Hac

Hac de causa, dilectos nostros, Hieracem presbyterum nostrum, & Maximum lectorem adhortatus sum, isthuc ire, vt etiam verbis te invitarent, & ex illis cognoscere posses, quo cum affectu ista scripserim, & periculum simul, quod tibi imminet, ex ista detrectatione Ecclesiastici ordinis.

τάτε δε χάριν παρετρεψάμην ἐλθεῖν τὸς ἀγαπητὸς ἡμῶν Ἱέρακα τὸν πρεσβύτερον, καὶ μάξιμον τὸν ἀναγνώστην· ἵνα καὶ ἀπ' λέγοντος σε παρέψωνται, καὶ μαθεῖν δυνηθῇς ἐκ τάτε τίνι διαθέσει ταῦτα γράφω, καὶ τὸν ἐκ τᾶ αἱρεσίαν τῇ ἐκκλησιαστικῇ διατάξει κίνδυνον.

S. Patris nostri

ATHANASII
ARCHIEPISCOPI
Alexandrini,

Ad Marcellinum de interpretatione Psalmorum, Epistola.

LAudo tuam in Christo voluntatem charissime Marcelline. Nam & præsentem tentationem, quanquam plurima in ea sis passus, bene fers, & meditationis deuotionisque curam non negligis. Quærens enim ex tuo tabellario, quid post morbum ageres, resciui te vt omnibus diuinis literis vacare, ita potissimum Psalmorum libellis inhærere, & magna contentione agere, vt sensum, qui in singulis Psalmis est, assequare. Quapropter magnopere amplector te, quum & ego magno desiderio in eundem librum, vt in omnes sacras literas, ferar. Ego igitur quum hoc affectu essem, incidi in senem bene industrium: volóq; tibi, quæ ille mihi de sacro Psalterio, quod manu tenebat, sermocinabatur perscribere. Proba enim mihi illius ratio & credibilis in primis videbatur. Fuere autem hæc eius verba: Omnis quidem ô fili, apud nos, siue noua siue vetus scriptura, numinis afflatu prodiit, & idonea est ad erudiendum, sub ea forma specieque verborum qua concepta est. Sed tamen præcipua attentione obseruationeque codex Psalmorum dignus est. Singuli quidem libri suam & propriam suppeditant historiam. Nam quemadmodum Pentateuchos mundi ortum, acta Patriarcharum, & Israelis ex Ægypto emigrationem, ac deinde præcepta legum, tabernaculi & Sacerdotij ordinem: Ita triteuchos tribuum sortes, & Iudicum res gestas, & stirpem Dauidis complectitur. Libri quoque Regum, & παραλειπομένων Regum historias continent. Esdras autem liberationem captiuitatis, remigrationemque populi, & ædificationem templi recenset. Prophetæ vero de aduentu Saluatoris, de præceptis minisque præuaricantium, & fatis gentium mentionem faciunt. Psalmorum autem volumen, veluti paradisus, in quo sunt omnia genera lignorum plantata, modulando sua quædam propria inter cantandum ostendit. Nam quæ sunt Geneseos, decantat decimooctauo Psalmo,

Τᾶ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ
ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ
Αλεξανδρείας,

Πρὸς μᾶρκελλῖνον εἰς τὴν ἑρμηνείαν τῶν ψαλμῶν.

ΑΓαμαίσε τῆς ἐν χριςῷ προαιρέσεως φίλε μᾶρκελλῖνε. καὶ γὰ καὶ τὸν παρόντα πειρασμὸν, καί τι πολλὰ παθὼν ἐν αὐτῷ, καλῶς φέρεις, καὶ τῆς ἀσκήσεως ὐκ ἀμελεῖς. πυθανόμενος γὰ τὸν κομίσαντά σε τίνι ὁπιτολῶ πῶς ἄρα καὶ μετὰ τίνι νόσον διάγεις; ἐμαθον μὲν πᾶσαν τὴν θείαν γραφὴν, ἔχειν σε τὴν σχολὴν, πυκνότερον δὲ μάλιστα τῇ βίβλῳ τῶν ψαλμῶν ἐντυγχάνειν· καὶ φιλονικεῖν τὸν ἑκάστῳ ψαλμῳδοῦντα ἐγκείμενον καταλαμβάνειν. [καὶ] διατὸ πίστιν πολλὴν ἔχων εἰς τὸν αὐτὸν βίβλον κἀγὼ τὸν πόθον, ὥσπερ καὶ εἰς πᾶσαν τὴν γραφὴν· καὶ γὰρ ἔτως ἔχων σπεύδοντός τινι φιλοπόνως γέροντι ἐντυχεῖν, καὶ βλέπειν καὶ σὲ ἅπερ ἐκεῖνος κατέχων τὸ ψαλτήριον πρὸς αὐτᾶ μοι διηγήσασθαι, γράψαι. ἔλεγε γὰρ ἔτως· πᾶσα μὲν, ὦ τέκνον, ἡ καθ' ἡμᾶς γραφὴ παλαία τε καὶ καινὴ, θεόπνευστός ἐστι καὶ ὠφέλιμος πρὸς διδασκαλίαν, ὡς γέγραπται· ἔχει δέ τινα ἀνδρικὴν σπουδὴν πᾶς περιέχουσιν ἡ βίβλος τῶν ψαλμῶν. ἑκάστη μὲν βίβλος, τὸ ἴδιον ἐπάγγελμα, διακονεῖ καὶ παραγγέλλει, οἷον ἡ πεντάτευχος, γένεσιν κόσμου, καὶ τῶν πατριαρχῶν τὰς πράξεις· τὸ τε ἐξ αἰγύπτε τᾶ ἰσραὴλ ἔξοδον, καὶ μετὰ τᾶς νομοθεσίας, τὸν τᾶς σκηνᾶς καὶ τᾶς ἱερατείας διάταξιν· ἡ τριτεύχος τὸν κληροδοσίαν καὶ τὰ κριτῶν τὰς πράξεις, καὶ γενεαλογίαν τε δαβίδ· αἱ βασιλεῖαι καὶ αἱ παραλειπόμεναι, βασιλέων πράξεις· καὶ ὁ μὲν ἔσδρας, ἀπολύσιν τᾶς αἰχμαλωσίας καὶ ἐπανόδον τᾶ λαᾶ, καὶ οἰκοδομὴν τᾶ ναᾶ καὶ τᾶς πόλεως. οἱ δὲ προφῆται, περὶ τᾶς ἐπιδημίας τᾶ σωτῆρος, ὑπομνήσεις τε τῶν ἐντολῶν, καὶ μέμψεις τᾶς τῶν παραβαίνοντων, καὶ προφητείας τῶν ἐθνεσιν. ἡ δὲ βίβλος τῶν ψαλμῶν, τὰ τε πάντων ὡς παραδόσεσιν ἑαυτῇ προφητευόμενα φέρουσα, μελῳδεῖ, καὶ τὰ ἴδια [δὴ] πάλιν ἐπ' αὐτᾶ ψάλλεται, δείκνυσι. τὰ μὲν γὰ τᾶ γένεσεως, ψάλλει ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ,

καὶ δεκάτῳ, οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν θεοῦ, καὶ πίησιν
χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα· καὶ ἐν τῷ εἰ-
κοστῷ τρίτῳ· τοῦ κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς,
ἡ οἰκουμένη καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ. αὐτὸς
ἐπὶ θαλάσσων ἐθεμελίωσεν αὐτήν. τὰ δὲ τῆς ἐξόδου
καὶ τῶν ἀριθμῶν καὶ τοῦ δευτερονομίου, ἆδει καλῶς ἐν
τῷ ἑβδομηκοστῷ ἑβδόμῳ ψαλμῷ, καὶ ἐν τῷ ἑκατο-
στῷ πεντάρτῳ, καὶ ἐν τῷ ἑκατοστῷ πέμπτῳ, καὶ ἐν τῷ ἑ-
κατοστῷ τεσσαρακαιδεκάτῳ, λέγων· ἐν ἐξόδῳ Ἰσραὴλ
ἐξ Αἰγύπτου, οἶκος Ἰακὼβ ἐκ λαοῦ βαρβάρου. ψάλλει
καὶ ἐν τῷ ἑκατοστῷ πεντηκοστῷ τετάρτῳ τὰ αὐτά, λέγων· ἐξα-
πέστειλε μωυσῆν τὸν δοῦλον αὐτοῦ, ἀαρὼν ὃν ἐξελέξα-
το ἑαυτῷ, καὶ ἐξαπέστειλε σκότος, καὶ ἐσκότασεν αὐτούς,
καὶ μετέτρεψε τὰ ὕδατα αὐτῶν εἰς αἷμα, καὶ ἐξήγα-
γεν ἡ γῆ αὐτῶν βατράχους· καὶ ὅλως ὅλον τὸν
ψαλμὸν τοῦτον, ὥσει τῶν αὐτῶν ἐστὶν ὁρᾶν γέ-
γραμμένον. καὶ τὰ μὲν τῆς ἱερατείας καὶ τῆς σκηνῆς ἀνα-
φέρειν ἐν τῷ εἰκοστῷ ὀγδόῳ· ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ
υἱοὶ θεοῦ, ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ υἱοὺς κριῶν. τὰ δὲ τοῦ
ναοῦ καὶ τῶν κριτῶν, ἐμφαίνει πως ἐν τῷ ἑκατοστῷ
ἕκτῳ ψαλμῷ, λέγων· καὶ ᾠκισήσαντο πόλεις
κατοικεσίας, καὶ ἔσπειραν ἀγροὺς, καὶ ἐφύτευσαν
ἀμπελῶνας. ὅπερ γὰρ τοῦ ναοῦ, ἀμφιδέδοται αὐτοῖς
ἡ γῆ τῆς ἐπαγγελίας. λέγων δὲ ἐν τῷ αὐτῷ ψαλ-
μῷ συνεχῶς· καὶ ἐκέκραξαν πρὸς κύριον ἐν τῷ θλί-
βεσθαι αὐτοὺς καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἔσωσεν αὐ-
τούς· σημαίνει τὸ κριτῶν τὸ βιβλίον. τότε γὰρ κραζάντων
αὐτῶν, ἤγειρε κύριος κριτὰς, καὶ ἔσωζε τὸν λαὸν
ἀπὸ τῶν θλιβόντων αὐτόν. καὶ τὰ μὲν τῶν βασιλέων, ψαλ-
λει πῶς ἐν τῷ ἑνεακαιδεκάτῳ, λέγων· ὅτι ἐν ἅρμασι
καὶ ὅτι ἐν ἵπποις, ἡμεῖς δὲ ἐν ὀνόματι κυρίου θεοῦ ἡμῶν
μεγαλυνθησόμεθα· αὐτοὶ συνεποδίσθησαν καὶ ἔπεσον,
ἡμεῖς δὲ, ἀνέστημεν καὶ ἀνορθώθημεν. τὰ δὲ τῶν ἑδράων ἐν
τῷ ἑκατοστῷ εἰκοστῷ πέμπτῳ τῶν ἀναβαθμῶν ἄδει· ἐν
τῷ ἐπιστρέψαι κύριον τὴν αἰχμαλωσίαν σιὼν, ἐγενό-
μεθα ὡσεὶ παρακεκλημένοι καὶ πάλιν ἐν τῷ ἑκατο-
στῷ εἰκοστῷ πρώτῳ· εὐφράνθην ἐπὶ τοῖς εἰρηκόσι μοι,
εἰς οἶκον κυρίου πορευσώμεθα. ἑστῶτες ἦσαν οἱ πόδες
ἡμῶν ἐν ταῖς αὐλαῖς σου ἱερουσαλήμ· ἱερουσαλὴμ οἰκο-
δομουμένη ὡς πόλις ἧς ἡ μετοχὴ αὐτῆς ἐπὶ τὸ αὐτό.
ἐκεῖ γὰρ ἀνέβησαν αἱ φυλαὶ φυλαὶ κυρίου μαρτύ-
ριον τῷ Ἰσραὴλ. τὰ δὲ τῶν προφητῶν, ἑκάστου σχεδὸν σημαί-
νει περὶ τοῦ σωτῆρος ἐπιδημίας, καὶ ὅτι θεὸς ὢν,
ἐπιδημήσει, οὕτως φησὶν ἐν μὲν τῷ πεντηκο-
στῷ ἐννάτῳ ψαλμῷ· ὁ θεὸς ἐμφανῶς ἥξει· ὁ θεὸς
ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται. ἐν δὲ τῷ ἑκατοστῷ ἑ-
πτακαιδεκάτῳ ψαλμῷ· εὐλογημένος ὁ ἐρ-
χόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, εὐλογήκαμεν ὑμᾶς
ἐξ οἴκου κυρίου. θεὸς κύριος καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν.
ὅτι δὲ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ πατρὸς λόγος, οὕτως ἐν τῷ
ἑκατοστῷ ἕκτῳ ψάλλει· ἀπέστειλε τὸν λόγον αὐ-
τοῦ, καὶ ἰάσατο αὐτούς· καὶ ἐρρύσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν
διαφθορῶν αὐτῶν. ὁ γὰρ ἐρχόμενος θεὸς, αὐτός
ἐστι καὶ λόγος ἀπεσταλμένος. τοῦτον δὲ τὸν λόγον εἰδὼς
ὄντα τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, ἆδει φωνῇ τοῦ πατρὸς, ἐν
μὲν τῷ πεντηκοστῷ τετάρτῳ· ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν. καὶ πάλιν ἐν τῷ ἑκατοστῷ ἑνάτῳ·
ἐκλαστος θεοῦ ἕως φόρου ἐγέννησά σε. τί γὰρ ἄλλο τις εἴποι ῥήματα τοῦ θεοῦ, ἢ τὸν λόγον καὶ τὴν σοφίαν αὐτοῦ;

Cœli (inquiens) *enarrant gloriam Dei, & opus manuum eius annunciat firmamentum.* Et in 23. *Domini est terra, & plenitudo eius, orbis & terrarum, & omnes incolæ eius. Ipse super mare fundauit eam.* Nec non & res Exodi, Numerorum & Deuteronomij, pulchre concinit in 77. Psalmo, & in 84. Psam. & in 105. & in 113. *In exitu* (inquit) *Israëlis de Ægypto, familiæ Iacobi è populo barbaro.* In 104. eadem psallit: *Emisit Mosem seruum suum, Aaronem, quem delegerat sibi: Et emisit tenebras, & obtenebrauit eos, & conuertit undas eorum in sanguinem. Et eructauit terra eorũ ranas*; atq; omnino omnem istũ Psalmũ in hoc genere argumenti versari deprehendes. Porrò quę sunt Sacerdotij & tabernaculi, in 28. refert: *Offerte Domino soboles Dei, Offerte Domino soboles arietum.* Itidemque quæ sunt Iesu Naue & Iudicum exhibet, quodammodo in 106. Psalmo ad istum modum loquens, *Et condiderunt oppida coloniarum suarum, & seminauerunt agros, & plantauerunt vineas.* Quandoquidem sub Iesu Naue distributa est illis terra repromissionis, & in eodem Psalmo perpetuo tenore in eodem genere argumenti decurrit: *Et vociferati sunt ad Dominum, dum tribularentur, & ex necessitatibus ipsorum liberauit eos.* Quòd ipsum præ se ferunt acta Iudicum: *Tunc enim ad clamores illorum, suis quoque temporibus iudices excitauit, & seruauit populum ab illis qui eos affligebant.* Ea quoque quæ Regum sunt, quodammodo in 19. psallit: *Isti in curribus, & isti in equis, nos autem in nomine Domini magnificabimur: ipsi autem compediti sunt & ceciderunt, nos contra surreximus, & erecti sumus.* Porrò quæ sunt Esdræ 125. graduum decantillat: *Dum conuerteret Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati*, & rursus in 21. *Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi: In domũ Domini ibimus. Stabant pedes nostri in atriis tuis Hierusalem, Hierusalẽ quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio ibidem est: illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini, testimonium Israeli.* Iam quæ sunt Prophetarum, fere vbique significat, de aduentu Saluatoris. Siquidem, quod Deus aduenturus esset, in 49. ità profert: *Deus*, inquit, *manifestè veniet, Deus inquam noster, & nõ in silentio erit.* In Psal. verò 117. *Benedictus*, inquit, *qui venit in nomine Domini. Benediximus vobis ex domo Domini, Dominus Deus, & apparuit nobis.* Quod autem idem ille Dominus Deus sit Patris verbum, in Psal. 106. suo carmine manifestum facit: *Emisit Verbum suum & sanauit eos, & liberauit eos à lue ipsorum.* Nam Deus qui venit ille ipse est Verbũ quod emissum fuit. Hoc ipsum verbum, quum agnosceret esse Filium Dei; voce Patris nominauit, *Eructauit* (inquiens) *cor meum Verbum bonum.* Et rursus in centesimo nono: *Ex vtero ante Luciferum genui te.* Quid enim aliud ex Deo genitum esse dicas, nisi Verbum & Sapientiam ipsius? ideoque

τὸν ὄν

ideoq; quum sciret Psalmographus eum Verbum Patris esse, in hanc formam locutus est in 32. *Verbo Domini cæli firmati sunt & spiritu oris illius vniuersa potestas eorũ.* Neq; Christũ venturũ ignorauit, vtpote qui magnifice de ea re mentionem faciat. In 44. Psal. *Thronus tuus Deus in secula seculorum, sceptrum rectitudinis sceptrum Regni tui. Dilexisti iustitiã, & odisti iniquitatem, Ideo vnxit te Deus oleo exultationis pra consortibus tuis.* Et ne quis opinaretur eum sub inani spectro aduenturũ, declarauit hunc ipsum hominẽ fore: illumq; ipsum esse, per quẽ omnia sunt cõdita cum ita loquatur in 86. Psal: *Mater Sion dicet, Homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus:* ea enim paria sunt cum illo Euangelij, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. omnia per ipsum facta sunt.* Quocirca etiam de Virgine puerpera non ignarus, arcanum illud ipsum silentio non prætermisit, sed eius rei indiciũ fecit in 44. Psal. *Audi filia, & vide, inclina aures tuas & obliuiscere populi tui, & domicilij Patris tui, quoniam desiderauit rex formam tuam, quandoquidem ipse est Dominus tuus.* Id rursum simile est dicto Gabrielis, *Salue gratiosa Dominus tecum:* Et quũ mentionem de Christo feciſſet, confestim etiã humanam generationem quæ ex Virgine ortũ suum traxit, indicauit quum inquit: *Audi filia.* Gabriel quidem suo nomine eam Mariam vocat, vtpote genere alienus: Dauid autem illam ipsam, vt ex suo semine oriũdam, filiam nominat. Et quũ hominem eum futurũ codex Psalmorũ pronunciasset, consequenter etiam eum in carne patibilem declarauit. Insidias autem Iudæorũ prospiciens, ita modulatur in secundo: *Quare fremuerũt gentes, & populi meditati sunt inania? Constiterunt reges terra, & magistratus congregati sunt in vnum, contra Dominum & Christus eius.* In Psal. 21. conditionem mortis, ex persona Saluatoris eloquitur, *In puluerẽ mortis redegisti me, quoniam circundederunt me canes multi, & cõsentus malignantium in orbem circunciderũt me. Foderũt manus meas, & pedes meos. Enumerauerũt omnia ossa mea: Ipsi vero considerauerunt & inspexerunt me. Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super amictu meo miserũt sortẽ.* Iam qui manus, pedesq; suos perfossos loquitur, quid aliud quàm crucem loquitur? Omnibus istis traditis, etiã illud adiunxit, Dominũ non propter se, sed propter nos passionẽ subire, dicitq; rursus ex persona eius tum in 87. *In me constitutus est furor tuus:* Tũ in 68. *Quæ non rapui tum luebam.* Nõ enim quia culpæ obnoxius erat, mortuus est, sed pro nobis passus est, iramque contra nos conceptam ob præuaricationem in se sustinuit, vt nobis liceret dicere in 137. *Et saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem, Quoniam eripuit mendicum è manibus potentis, pauperemque cui non erat adiutor.*

A

B

C

D

E

Ideoq;

τοῦτον γὰρ ἐδῦᾶ ὄντα λόγον τοῦ πατρὸς ἡ βίβλος τῶν ψαλμῶν, ὅπερ ἐν τῷ τριακοστῷ δευτέρῳ, τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, πᾶσα ἡ δυνάμις αὐτῶν. καὶ χριστὸν δὲ αὐτὸν ἐρχόμενον, οὐκ ἠγνόησεν, ἀλλὰ καὶ μάλα σαφῶς τοῦτο λέγει, ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ τετάρτῳ ψαλμῷ, ὁ θρόνος σου ὁ θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. ῥαβδος τῆς εὐθύτητος ἡ ῥαβδος τῆς βασιλείας σου. ἠγάπησας δικαιοσύνην καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν. διατοῦτο ἔχρισέ σε ὁ θεὸς ὁ θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. καὶ ἵνα μὴ κατὰ φαντασίαν ἔρχεταί τις αὐτὸν νομίσῃ, σημαίνει τοῦτον αὐτὸν ἄνθρωπον γινόμενον, καὶ τοῦτον εἶναι δι' οὗ τὰ πάντα γέγονε, λέγων ἐν τῷ ογδοηκοστῷ ἕκτῳ, μητὴρ σιὼν ἐρεῖ ἄνθρωπος καὶ ἄνθρωπος ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν αὐτὴν ὁ ὕψιστος. τοῦτο γάρ ἐστιν ἐστὶ τῷ εἰπεῖν, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, καὶ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο. διὰ τοῦτο καὶ τὸ, ὃν παρθένου γινώσκων, οὐκ ἐσιώπησεν, ἀλλ' εὐθὺς ἔμφασιν τινὰ δίδωσιν, ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ τετάρτῳ ψαλμῷ, λέγων· ἄκουσον θυγάτερ καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, ὅτι ἐπεθύμησεν ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου, ὅτι αὐτός ἐστι κύριος σου. τοῦτο γὰρ πάλιν ὅμοιον τῷ λεγομένῳ παρὰ τοῦ γαβριὴλ, χαῖρε κεχαριτωμένη ὁ κύριος μετὰ σοῦ. καὶ εἰρηκὼς αὐτὸν χριστὸν, εὐθὺς καὶ τὴν ἀνθρωπίνην γένησιν δεδήλωκε, λέγων τὴν ἐκ παρθένου, ἄκουσον θυγάτερ. ὁ μὲν γαβριὴλ ἐξ ὀνόματος καλεῖ μαριὰμ, ξένος ὢν αὐτῆς κατὰ τὴν γένεσιν. ὁ δὲ δαβὶδ ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ τυγχάνοντα αὐτὴν, θυγατέρα προσφωνεῖ πάντων. ἄνθρωπον δὲ αὐτὸν εἰρηκὼς γενησόμενον, ἀκολούθως καὶ παθητὸν αὐτὸν σημαίνει σαρκὶ. τὸ ὀπίβαλλον ἢ τὸ παρὰ τῶν ἰουδαίων γενομένην ὁρῶσα ψάλλει· ἐν μέσῳ δευτέρῳ· ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη καὶ, λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ κυρίου καὶ κατὰ τοῦ χριστοῦ αὐτῶν. ἐν ᾗ τῷ εἰκοστῷ πρώτῳ, τὸ πιστὴν τοῦ θανάτου ἐκ προσώπου τοῦ σωτῆρος, φησίν, εἰς χοῦν θανάτου κατήγαγές με, ὅτι ἐκύκλωσάν με κύνες πολλοὶ συναγωγὴ πονηρευομένων περιέσχον με. ὤρυξαν χεῖράς μου, καὶ πόδας μου, ἐξηρίθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου· αὐτοὶ δὲ κατενόησαν καὶ ἐπεῖδόν με. διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. τοῦ δὲ τὰς χεῖράς μου καὶ τοὺς πόδας μου ὀρύξαι, τί ἕτερον, ἢ σαυρὸν ἐλέγων σημαίνει; ταῦτα πάντα διδάσκων, προσέθηκεν, ὅτι μὴ δι' ἑαυτὸν, δι' ἡμᾶς δὲ ταῦτα πάσχει ὁ κύριος, καὶ φησὶν ἐκ προσώπου πάλιν αὐτοῦ, ἐν μὲν τῷ ογδοηκοστῷ ἑβδόμῳ· ἐπ' ἐμὲ ἐπεσηρίχθη ὁ θυμός σου· ἐν δὲ τῷ ἑξηκοστῷ ὀγδόῳ, ἃ οὐκ ἥρπαζον, τότε ἀπετίννυον. ὁ δὲ ὑπεύθυνος ὢν, ἀπέθνησκεν, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν ἔπασχε, καὶ τὸν καθ' ἡμῶν θυμὸν, διὰ τοῦ παθεῖν, ἐφ' ἑαυτὸν ἐδέχετο· καὶ λεγόντων μὲν ἡμῶν ἐν τῷ ἑκατοστῷ τριακοστῷ ἑβδόμῳ, κύριε ἀνταπόδωσον κατ' ἐμοῦ, λέγοντος δὲ καὶ τοῦ πνεύματος ἐν τῷ ἑβδομηκοστῷ πρώτῳ καὶ σώσατε τοὺς υἱοὺς ὑμῶν πενήτων καὶ ταπεινώσει συκοφάντου, ὅτι ἐρρύσατο πτωχὸν ἐκ χειρὸς δυνάστου, καὶ πένητα ᾧ οὐκ ἦν βοηθὸς.

θεὸς, διὰ τοῦτο, ϛ τὴν εἰς οὐρανὸς ἄνοδον αὐτοῦ προμηνύει, ϛ λέγει ἐν μὲν τῷ εἰκοστῷ τρίτῳ· ἄραται πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, ϛ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι, ϛ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης· ἐν δὲ τῷ πεντηκοστῷ ἕκτῳ· ἀνέβη ὁ θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ, κύριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος· τὸ δὲ καθεξῆς, ἀπαγγελλει ϛ φησὶν ἐν μὲν τῷ ἑκατοστῷ ἐνάτῳ· εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. ἐν δὲ τῷ ἑνάτῳ ψαλμῷ, προστίθησι ϛ τὸν ἐρχόμενον ἀπώλεσας πᾶν διάβολον, ϛ βοᾷ· ἐκάθισας ἐπὶ θρόνου ὁ κρίνων δικαιοσύνην, ἐπετίμησας ἔθνεσι ϛ ἀπώλετο ὁ ἀσεβής. ϛ διότι ϛ τὴν κρίσιν ἔλαβε παρὰ τοῦ πατρὸς, οὐκ ἔκρυψεν, ἀλλὰ ϛ κριτὴν αὐτὸν πάντων ἐρχόμενον, προμηνύει, ἐν μὲν τῷ ἑβδομηκοστῷ πρώτῳ· ὁ θεὸς τὸ κρίμα σου τῷ βασιλεῖ δός, ϛ τὴν δικαιοσύνην σου τῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως, κρίνειν τὸν λαόν σου ἐν δικαιοσύνῃ, ϛ τοὺς πτωχούς σου ἐν κρίσει. ἐν δὲ τῷ πεντηκοστῷ ἕκτῳ φησὶ· προσκαλέσεται τὸν οὐρανὸν ἄνω, ϛ τὴν γῆν διακρίναι τὸν λαὸν αὐτοῦ, ϛ ἀναγγελοῦσιν οἱ οὐρανοὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, ὅτι ὁ θεὸς κρίνης ἐστι. ϛ ἐν τῷ ὀγδοηκοστῷ πρώτῳ· ὁ θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν, ἐν μέσῳ δὲ θεοὺς διακρίνει. ϛ μέλλων ϛ τὴν κλῆσιν τῶν ἐθνῶν, ἔσεσθαι αὐτῆς μαθὼν διὰ πολλῶν, μᾶλλον δὲ ἀπὸ τοῦ πανταράκοσσου ἔκλαγε· πάντα τὰ ἔθνη κροτήσατε χεῖρας, ἀλαλάξατε τῷ θεῷ, ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως· ἐν τῷ ἑβδομηκοστῷ πρώτῳ· ἐνώπιον αὐτοῦ προπεσοῦνται αἰθίοπες, ϛ οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ, χοῦν λείξουσιν. βασιλεῖς θαρσεῖς ϛ νῆσοι, δῶρα προσοίσουσι, ϛ προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς· πάντα τὰ ἔθνη δουλεύσουσιν αὐτῷ. ϛ ταῦτα μὲν τοῖς ψαλμοῖς ᾄδει ἃ ἐν ἑκάστῃ τῶν ἄλλων βίβλων προσαπαγγέλλει· οὐκ ἀγνοῶν πάλιν ἔλεγεν, ὅτι ἐν ἑκάστῳ τῶν γραφῶν, περὶ τοῦ σωτῆρος ἐξαίρετος σημαίνει, ϛ ἔστι τοῦτο κοινὸν πάσαις αὐταῖς ἐπαγγελμα, ϛ συμίωνα ἡ αὐτὴ τοῦ πνεύματος. ἐν δὲ ὥσπερ ἑρμηνεῖαι τῶν ἄλλων ἐν ταύτῃ δυνατὸν εὑρεῖν, οὕτω ϛ ἐν ταύτης, ἐν τῇ ἑπόμενος, πολλάκις εὑρήσει. ϛ γὰρ μωυσῆς, ᾠδὴν γράφει, ϛ ὁ ἡσαΐας ᾠδὴν, ϛ ὁ ἀββακοὺμ προσεύχεται μετ' ᾠδῆς. πάλιν ἐν ἑκάστῳ βίβλῳ ἐστὶν ἰδέαι καὶ προφητείας, καὶ νομοθεσίας, καὶ ἱστορίας. τὸ γὰρ αὐτὸ πνεῦμα, ὅτι πάντως ἐστί. καὶ κατὰ μὲν τὴν ἑκάστου γινομένην αὐτοῦ διαίρεσιν, ἕκαστος τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ χάριν, διακονεῖ ϛ πληροῖ, εἴτε προφητεία ἐστὶν, εἴτε νομοθεσία, εἴτε ἱστορίας μνήμη, εἴτε τῶν ψαλμῶν ἡ χάρις. ἐπειδὴ δὲ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμά ἐστιν, οὗπερ καὶ αἱ πᾶσαι διαιρέσεις εἰσὶν, αὐτὸ δὲ, ἀδιαίρετόν ἐστι κατὰ φύσιν· πλήρωμα τοῦτο, ὅλον μέν ἐστιν ἐν ἑαυτῷ, κατὰ τὴν ἑκάστου ἀξίαν, αἱ φανερώσεις καὶ διαιρέσεις τοῦ πνεύματος, ἑκάστῳ γίνονται, καὶ λοιπὸν ϛ τὰ τοῦ ὑποκειμένου χρείαν πολλάκις ἕκαστος ὑπηχούμενος, διακονεῖ τὸν λόγον. ὅθεν καθὰ προεῖπον νομοθετῶν τὰ τοῦ μωυσῆς, προφητεύει ποτὲ ϛ ᾄδει, ϛ προφητεύοντας τοὺς προφήτας ἐντέλλεται ποτὲ· λούσασθε ϛ καθαροὶ γίνεσθε· καὶ, ἀπόστητε ἀπὸ κακίας τῆς καρδίας σου ἱερουσαλὴμ· καὶ ἱερεῖς ποτε τὸν μὲν δανιὴλ, τὰ κατὰ σουσάνναν· τὸν δὲ ἡσαΐαν, τά τε κατὰ τὸν ῥαψάκην ϛ τὸν σενναχηρείμ.

Ideoque eius in cœlos adscensum, iam ante denunciat, dicitque in 23. *Attollite portas, Principes, vestras, & elevantur portæ æternales, & intrabit rex gloriæ.* Porro in 46. *Ascendit*, inquit, *Deus in triumphi acclamatione, & Dominus in voce tubæ.* Ascensionemq; eius refert 109. *Dixit*, inquit, *Dominus Domino meo, sede ad dextram meam, donec fecero inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* In 9. quoque Psalmo, perniciem etiam diaboli addit & clamat, *Sedisti in solio, qui iudicas iusticiam, increpuisti gentibus & periit impius.* Quin quod iudicium à Patre acceperit, ne hoc quidem occultum habuit, sed illum iudicem omnium venturum præindicat, tum in 71. vbi inquit, *Deus iudicium tuum regi da, & filio regis, vt iudicet populum in iusticia, & pauperes tuos in iudicio:* tum in 49. *Aduocauit cœlum ex alto, & terram ad iudicandum populum eius.* Et *annunciabunt cœli iusticiam eius, quoniam Deus iudex est*, & in 81. *Deus stetit in conuentu Deorum, in medio Deos diudicat.* Quin & vocationem gentium ex eo didiceris, præsertim & ex 46. *Omnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis*, & ex 71. *Coram eo procident Æthiopes, & inimici eius terram lingent. Reges Tharsis & insulæ munera offerent, & adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei.* Et hæc quidem (inquit) in Psalmis canuntur, quæ in singulis voluminibus annunciantur. Cæterum nec sibi ignotum esse senex ille aiebat, eadem in omnibus scripturis disertè de Saluatore tradi, omnibusque eam esse communem prædicationem, & eundem spiritus concentum. Quemadmodum enim aliarum scripturarum argumenta in Psalmis licet reperire, ita quoque quæ sunt Psalmorum, in aliis reperias, quippe quum & Moses odam scripserit, & Esaias canat, & Abacuch carmine preces suas faciat. Rursus in singulis libris videas vaticinia, legum præscripta, historias: neque id mirum, quum idem spiritus in omnibus sit & singulis, prout ipsis ille impertitus sit, vt gratiam sibi datam exerceant: siue ea sit prophetia: siue legum tractatio, siue historiæ commemoratio, siue Psalmorum lepor. Iam quia vnus & idem spiritus est, ad quem omnes, quotquot sunt, gratiarum diuisiones pertinent, ipseque ex natura indiuisus est, ideo in se totus & integer est. Sed tamen pro rei instituto, manifestationes & diuisiones singulis obueniunt, ac deinde pro præsenti vsu, vnusquisque suæ functioni respondens sermonem suum moderatur. Atque hinc esse, quod Moses in condendis legibus vaticinetur & cantet, Prophetæ in prophetando legum iussiones edant, dum aiunt, *Lauamini, mundi estote, & ablue malitiam cordis tui Hierusalem.* Et aliquando historias conscribant, vt Daniel Susannæ, Esaias Rapsacis & Sennacherib:

οὕτως

Eadem ratione etiam Psalmorum volumen, quum proprium quiddam suum habeat in cantione, & quæ in aliis voluminibus obiter dicuntur, ea latissime carmine suo efferat, quemadmodum iam dixi. Edit tamen & ipse legum morumq; præcepta, dum inquit, *Quiesce ab ira, & relinque furorem: fac bonum, quære pacem, & persequere eam*: Et aliquando historicè refert, quæ spectant ad rationes Hierusalem: Et vaticinatur de Saluatore, quemadmodum prædixi. Communis siquidem est istiusmodi gratia Spiritus, & apud omnes eadem prout vsus postulauerit, & spiritus voluerit, impartitur. Plus enim & minus impartiri eam gratiam, in natura spiritus nullam differentiam facit, vbi quisque sine omissione suum munus ministeriumque ad plenum absoluit. Attamen codex Psalmorum etiam sic quoque peculiarem dotem, & eximium quiddam obseruatuque dignum in se continet. Nam præterquam quod cum reliquis voluminibus habitu, rerumque simplicitate conueniat, habet etiam illud peculiare miraculum, quòd cuiusq; animi motus, motuũq; immutationes & castigationes depictas effigiatasque complectatur, vt singulis inde veluti ab exemplari desumere atque intelligere licitum sit, atque ita se formare, vt inibi scriptum est. In aliis enim libris solum audis legem præcipientem, quid faciendum, quid omittendum. Ex prophetiis solummodo aduentum Christi didiceris, ex historiis acta Regum, Sanctorumque cognoueris. Ex libro autem Psalmorum, præterquam, vt auditor ista discat, etiam motus sui animi animaduertere potest, ac deinde secundum ea quæ patitur, & quibus coarctatur, formam verborum decerpere. Neque tantummodo illi datur vt perlegat: verum etiam quid dicendo agendove morbum illum medicetur, inuenit. Sunt quidem & in aliis scripturis sententiæ prohibitoriæ, quæ mala vetant, sed in hoc codice, quomodo abstinendum sit à malis, exprimitur: vt edictũ alibi est, pœnitentiã agendã esse, & pœnitẽtiam esse, à peccatis desinere, sed hic quomodo pœnitentia sit agẽda, & quid dicendũ sit in pœnitentia, exprimitur. Præclare certe dictũ à Paulo, *Tribulatio tolerantiã facit, tolerantia vero probationem, probatio deinde spem, spes porro non pudefacit*. Sed in Psalmis, quomodo ferẽdæ sint tribulationes, & quomodo quisque probetur, & quænã sint verba sperantiũ in Dominum, depictum & expressum ostenditur. Rursus præceptum est vbiq; in omnibus scripturis, esse Deo gratias agendas: sed quæ dicere oporteat gratias agentem, Psalmi commonstrant. Porro aliunde admonemur, eos qui pie volunt viuere in Christo, persequutionem toleraturos esse: Ex Psalmis autem instruimur, quid in fugiendo sentire debeamus, & quales persequutores fugiendi sint. Et post liberationem à persequutione, Deo gratias agere iubemur. Recte id quidem: sed in Psalmis formamur, quomodo Deo gratias agere oporteat, & quibus verbis recte illi confessiones laudum fecerimus. Atque ita

οὕτως γὰρ καὶ ἡ τῶν ψαλμῶν βίβλος ἔχουσα τὸ ἴδιον τῶν ᾠδῶν, ἅπερ ἐν τοῖς βίβλοις διεξοδικῶς εἴρηται, ταῦτα αὐτὴ κατὰ πλάτος φωνῇ μετὰ μέλους ὡς εἴρηται. νομοθετεῖ οὖν καὶ αὐτὴ παῦσαι ἀπὸ ὀργῆς καὶ ἐγκαταλιπεῖν θυμόν, ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ καὶ ποίησον ἀγαθόν, ζήτησον εἰρήνην καὶ δίωξον αὐτήν. καὶ ἱστορεῖ μέν ποτε τὰ κατὰ τὴν ὁδὸν τῶ ἰσραὴλ, καὶ προφητεύει περὶ τοῦ σωτῆρος, ὥσπερ εἴρηται πρόπερον· κοινὴ μὲν ἡ τοιαύτη τοῦ πνεύματος
A χάρις ἐστὶ, καὶ πᾶσι καὶ αὐτὴ ὡς ἂν ἡ χρεία ἀπαιτῇ, καὶ τὸ πνεῦμα βούληται. οὐ διαφέρει γὰρ τὸ πλεῖον καὶ ἔλαττον ἐν ταύτῃ τῇ χρείᾳ, ὡς ἑκάστου ἀνενδότως τὴν οἰκείαν ἀποπληροῦ καὶ πλείαν διακονίαν. ἡ δὲ γε βίβλος τῶν ψαλμῶν, καὶ οὕτως ἔχει πάλιν τινὰ χάριν ἰδίαν καὶ θαυμαστὴν ἐξαίρετον. πρὸς γὰρ τὰς ἄλλους, ἐν οἷς πρὸς τὰς ἄλλας
B βίβλους ἔχει τὴν σχέσιν καὶ κοινωνίαν, λειπόν καὶ ἴδιον ἔχει τοῦτο τὸ θαῦμα. ὅτι καὶ τὰ ἐκάστης ψυχῆς κινήματα, πάσι τούτων μεταβολὰς καὶ διορθώσεις, ἔχει διαγεγραμμένας καὶ διατετυπωμένας ἐν ἑαυτῇ· ὥστε πᾶν τὸν βουλόμενον, ὡς ἀπὸ εἰκόνος ἐξ αὐτῆς λαμβάνειν καὶ κατανοεῖν, οὕτω τυποῦν ἑαυτὸν, ὡς ἐκεῖ γέγραπται. ἐν μὲν γὰρ ταῖς ἄλλαις βίβλοις, μόνον τις ἀκούει τὸν νόμον προστάττοντα ἃ δεῖ ποιεῖν, καὶ ἃ μὴ δεῖ πράττειν, προφητείας τε καταγνοὺς· ὥς τε μόνον εἰδέναι τὸν ἐρχόμενον σωτῆρα, καὶ ἱστορίαις προσέχειν, ἐξ ὧν γινώσκειν δυνάται, τὰς τῶν βασιλέων, καὶ τῶν ἁγίων πράξεις. ἐν δὲ τῇ βίβλῳ τῶν ψαλμῶν πρὸς
C τῷ ταῦτα μανθάνειν τὸν ἀκούοντα, ἔτι καὶ τὰ κινήματα τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, ἐν ἑαυτῇ καταγνοὺς καὶ διδάσκεται, καὶ λοιπὸν πρὸς ἃ πάσχει καὶ ἐν ᾧ συνέχεται, δυνάται πάλιν καὶ ἐκ ταύτης ἔχεσθαι τῆς εἰκόνος τῶν λόγων. ὥς τε μὴ μόνον ἀκούσοντα παρέρχεσθαι, ἀλλὰ καὶ πῶς δεῖ λέγοντα καὶ ποιοῦντα θεραπεύειν τὸ πάθος διδάσκει. εἰσὶ μὲν γὰρ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις βίβλοις, κωλυτικοὶ λόγοι ἀπαγορεύοντες τὰ φαῦλα· ἐν δὲ ταύτῃ πῶς ἀπέχεσθαι δεῖ πτύπωται· οἷον, παράγγελμά ἐστι μετανοεῖν· τὸ δὲ μετανοεῖν, παύεσθαι τῆς ἁμαρτίας ἐστὶν. ἐνταῦθα δή, καὶ πῶς [δεῖ] μετανοεῖν, καὶ τί χρὴ λέγειν ὅτε μετανοίᾳ, τετύπωται, καὶ πάλιν εἴρηκεν ὁ
D παῦλος, ἡ θλῖψις, ὑπομονὴν κατεργάζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμήν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα· ἡ δὲ ἐλπὶς, οὐ καταισχύνει. ἐν δὲ τοῖς ψαλμοῖς, καὶ πῶς δεῖ φέρειν τὰς θλίψεις, καὶ πῶς ἕκαστος δοκιμάζεται, καὶ τίνες οἱ λόγοι τῶν ἐλπιζόντων ὅτι κύριον γέγραπται καὶ κεχάρακται. πάλιν, ἐντολή ἐστιν, ἐν παντὶ εὐχαριστεῖν, ἀλλὰ καὶ τί δεῖ λέγειν εὐχαριστοῦντα, διδάσκουσιν οἱ ψαλμοὶ. ἃ πα' ἑτέρων
E ἀκούοντες ὅσοι θέλουσιν εὐσεβῶς ζῆν ἐν Χριστῷ διωχθήσονται, παρὰ τούτων διδασκόμεθα, καὶ πῶς δεῖ φεύγοντας φρονεῖν, καὶ τίνας διωκομένους, καὶ μετὰ τὸν διωγμὸν ῥυσθέντας, ποίους δεῖ λόγους προσφέρειν τῷ θεῷ. εὐλογεῖν παρακελεύομεθα τὸν κύριον, καὶ ἐξομολογεῖσθαι τῷ κυρίῳ. ἀλλ' ἐν τοῖς ψαλμοῖς τυπούμεθα, πῶς τι αἰνεῖν δεῖ τινα, καὶ ἵνα ῥήματα λέγοντες ἐξομολογούμεθα πρεπόντως καὶ ἐφ'

οὕτως ἂν εὕροις τὰς θείας ᾠδὰς πρὸς ἡμᾶς, καὶ τὰς ἡμῶν κινήσεις, καὶ καταστάσεις κειμένας. καὶ γὰρ τοῦτο παράδοξον ἐστιν πάλιν ἐν ταῖς ψαλμοῖς, ὅτι ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις βίβλοις ἃ λέγουσιν οἱ ἅγιοι καὶ περὶ ὧν λέγουσιν, ταῦτα καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες, περὶ ὧν ἐκεῖνα γέγραπται, ἀπαγγέλλοντες εἰσί. οἵτε ἀκούοντες ἄλλους αὐτοὺς ἐκείνους ἡγοῦνται, περὶ ὧν ὁ λόγος· καὶ τὰς ἀπαγγελλομένας δὲ πράξεις, ἄχρι τοῦ θαυμάζειν καὶ ζηλοῦν αὐτοὺς, εἰς τὸ μιμεῖσθαι γίνονται. τὴν δὲ βίβλον ταύτην ὁ λαμβάνων, τοὺς μὲν περὶ τοῦ σωτῆρος προφητείας, σωθήσεται ἐν ταῖς ἄλλαις γραφαῖς θαυμάζων καὶ προσκυνῶν διέρχεται, τὰς δὲ ἑτέρας ψαλμοὺς, ὡς ἰδίους ὄντας λόγους, ἀναγινώσκει· καὶ ὁ ἀκούων δὲ, ὡς αὐτὸς λέγων, καταννύσσεται, καὶ συνδιατίθεται τοῖς τῶν ᾠδῶν ῥήμασιν, ὡς ἰδίων αὐτοῦ ὄντων. σαφηνείας δὲ χάριν οὐκ ὀκνητέον πάλιν, κατὰ τὸν μακάριον παῦλον τὸ ἀσφαλὲς, ἐπαναλαμβάνοντα τὰ αὐτὰ λέγειν. πολλοῖς λόγοις τῶν πατριαρχῶν εἰσὶ καὶ ἴδιοι παρ' αὐτῶν εἰρημένοι. καὶ μωυσῆς ἐλάλει, ὁ δὲ θεὸς ἀπεκρίνατο· ἠλίας τε καὶ ἐλισσαῖος ἐπὶ τοῦ καρμηλίου ὄρους καθήμενοι, ἐπεκαλοῦντο τὸν κύριον καὶ ἀεὶ ἔλεγον, ζῇ κύριος ᾧ πάρεστιν ἐνώπιον αὐτοῦ σήμερον. οἵτε τῶν ἄλλων ἁγίων προφητῶν λόγοι, προηγούμενοι μὲν εἰσὶν οἱ περὶ τοῦ σωτῆρος· ἔπειτα δὲ καὶ πλείοσι γεγόνασι τῆς τε ἔθνεσι, καὶ τῷ ἰσραὴλ, καὶ ὅμως οὐδεὶς οὔπω τοὺς τῶν πατριαρχῶν λόγους ὡς ἰδίους ἂν ποτε εἴποι, ἔτι τολμήσει τις μιμεῖσθαι καὶ εἰπεῖν τὰ μωυσέως ἴδια ῥήματα, ἢ δὲ τοῦ ἀβραὰμ, περὶ τοῦ εἰκοστοῦ καὶ τοῦ ἰσμαὴλ, καὶ τὰ ἐπὶ τοῦ μεγάλου ἰσαάκ. κἂν ἡ αὐτὴ χρεία τινὰ καὶ ἀνάγκη καταλάβῃ, τολμήσας ἂν τις ὡς ἴδια εἴποι. ἂν γὰρ συμπάσχοι καὶ πόθεν ποτὲ λάβοι τοῦ κρείττονος, οὔποτ' ἂν εἴποι ὡς μωυσῆς, ἐμφάνισόν μοι σεαυτὸν. καὶ πάλιν, εἰ μὲν ἀφῆς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες· εἰ δὲ μὴ ἀφῆς, ἐξάλειψόν με ἐκ τῆς βίβλου ἧς ἔγραψας. ἀλλ' ὁ δὲ τὰ τῶν προφητῶν τις λαμβάνων ὡς ἴδια ῥήματα, μέμψαιτ' ἂν ἢ ἐπαινέσειε τούτοις τὰ ὅμοια, οἷς ἐμέμψαντο ἢ ἐπῄνεσαν ἐκεῖνοι, οὐδὲ τὸ ζῇ κύριος ᾧ πάρεστιν ἐνώπιον αὐτοῦ σήμερον, μιμήσαιτ' ἂν τις εἰπεῖν, ὡς ἴδιον λόγον. καὶ γὰρ ὁ ἐντυγχάνων ταῖς βίβλοις, φανερόν ἐστιν ὡς μὴ ἰδίοις, ἀλλὰ τῶν ἁγίων, καὶ τῶν δι' αὐτῶν δηλουμένων λέγων τοὺς λόγους· τοὺς δὲ γε ψαλμοὺς, τὸ παράδοξον, μετὰ πάσης τῆς σωτῆρος, καὶ τῶν ἐθνῶν προφητείας, ὁ λέγων τὰ ἄλλα, ὡς ἴδια ῥήματα λαλῶν ἐστι, καὶ ὡς τοῦ αὐτοῦ γραφέντας αὐτοὺς ἕκαστος ψάλλει, καὶ οὐχ' ὡς ἑτέρου λέγοντος, ἢ περὶ ἑτέρου σημαίνοντας δέχεται, καὶ διέρχεται· ἀλλ' ὡς αὐτὸς τοῦ ἑαυτοῦ λαλῶν διατίθεται, καὶ εἰά ἐστι τὰ λαλούμενα, πάντα ὡς αὐτὸς πράξας, ἐξ ἑαυτοῦ λαλῶν ἀναφέρει θεῷ. οὐ γὰρ ὡς τὰ τῶν πατριαρχῶν ῥήματα, καὶ τὰ μωυσέως, καὶ τὰ ἄλλων προφητῶν, δύναιτ' ἂν τις φυλάξαι τὰ ἐν τῷ νόμῳ ἐν τῷ παραβαίνειν αὐτήν, τὰ μὲν ἑκατέρᾳ πράξιν, περιέχουσιν οἱ ψαλμοί. ἀνάγκη γὰρ πάντα ἄνθρωπον ἐν τούτοις συνέχεσθαι, ἕως φυλάξαντα τὰ ἐν τῷ νόμῳ, ἢ ὡς πα-

A

B

C

D

E

ita vbique inueneris sacras istas odas, secundum nos nostrosque motus motuumque sedationes sese habere. Nam id rursum pro re mira in Psalmis æstimari debet, quod in aliis voluminibus quæcunque loquuntur Sancti, aut quibuscunque de rebus loquuntur: ibi & is qui ea recitat, nuncij, enarratorisque naturam habere videtur, & is, qui audit recitatorem, de aliena non de sua re mentionem sibi fieri opinatur, recitationeq; eatenus in admirationem, zelumque adducitur, vt eas imitari velit. Sed qui Psalmorum codicem in manus sumit, vbi de vaticiniis Christi agitur, ea solito more, vt in aliis scripturis fieri solet, admirabundus, venerabunduſque, perlegit: Reliquos vero Psalmos, vbi id non agitur, ita accipit, quasi ibi de rebus ipsius, non de alienis sermo fieret: Et is qui audit, itidem vt ille qui legit, compungitur, & ita afficitur odarum illarum verbis, ac si sua ipsius propria essent. Enimuero euidentiæ causa non grauari debemus idem denuo repetere, idque exemplo diui Pauli Apostoli. Plurima verba Patriarcharum sunt, & propria, & ab ipsis dicta, quum & Moses loquatur, & Deus respondeat: Elias item & Elizæus in monte Carmelo sedentes, Dominum inuocent & perpetuo dicant: Viuit Dominus in cuius conspectu assisto hodie, aliorumque sanctorum verba imprimis agant de Christo, & secundo loco, de gentibus & Israëlitico populo: fieri tamen nequit, vt patriarcharum verba, tua dicas: aut quæ Mosis sunt, pro tuis vsurpes: aut quæ Abraham loquitur de Verna & Ismaële, & magno illo Isaac, tibi tuisque sermonibus vendices, etiamsi eadem necessitate premaris. Nunquam enim, si summo desiderio teneare, in ea verba proruperis, quibus Moses vtitur, *Ostende mihi teipsum*: aut rursus in ista, *Si remisseris eis illis noxam, remitte. Sin minus, dele me de libro tuo quem scripsisti*: verba autem ea Prophetarum, quibus ipsi loquuti sunt, in carpendo laudandoue, quis sibi vnquam arrogauerit? aut ista ipsa, *Viuit Dominus in cuius conspectu consisto*, in suo sermone imitari præsumeret? Quippe quum voluenti, legentiq; Bibliorum scripta, satis liqueat, appareatque ea quæ legit, sui negocij non esse, sed sanctorũ virorum, quę ipsi in re sua protulerũt. Cõtrà in Psalmis illud miri est, quod qui eos legit, exceptis de Christo gentibusque vaticiniis, sua se verba in re sua legere opinatur, & quilibet ita psallit, quasi de se, ea ipsa quæ psallit, conscripta essent: non tãquam alius ea diceret, aut de alio dicerẽtur, ita accipit & perlegit, sed tãquam de seipso sermo fieret, ita mẽtem suam ad Deum dirigit: neque ista vt Patriarcharum aut Mosis, aliorumque Prophetarum vsurpare reformidat. Iam quum in Psalmis & præuaricator & obseruator mandatorum cum suis moribus, studiisque & factis, exprimatur, fieri nequit, quin, quotquot vbique sunt mortales, in altero istorum genere cõtineãtur. Atque ita fit, vt ea vel vt præuaricatator mandati, vel vt obseruator legat,

quæ ad ipsius indolem actaque pertinere videantur. Atque adeo vt is qui psallit, ex Psalmis vicem speculi, vtumque habeat, quo & ibi animi sui motus consideret, & considerando verbis confiteatur. Nam qui audit recitantem Psalmos, eosque putat de se loqui ille aut reprehensus à conscientia compungitur: aut de spe in Deum audiens deque retributione credentium, non aliter quàm de sua retributione exultat, Deoque gratias agere incipit. Certe quum tertium Psalmum canit in suas tribulationes intuens, verba ea ad se pertinere arbitratur. Decimum quoque, & decimum sextum, non aliter, quàm si de sua fiducia votisque loqueretur, pronunciat: pari ratione in quinquagesimo lector verba pœnitentiæ ita profert, quasi ille ipse sit de quo agatur. Rursus in Psalmo quinquagesimo tertio & quinquagesimo quinto, quinquagesimo sexto, & centesimo quadragesimo primo, ita afficitur inter legendum, tãquam ipse & non alius quispiam eas persequutiones sustineret, vocesque eas Deo quasi suas ac proprias accinit. In summa, quilibet Psalmorum ea forma verborum conceptus est à Spiritu sancto, & ita temperatus, vt in illis (quemadmodum antea dictum est) motus affectuum nostrorum animaduertamus, omniaque illa putemus de nobis referri, ac nostram ipsorum esse verba: vnde fit, vt memores nostrorum affectuum, nostra in melius commutemus. Quæ enim in Psalmis canuntur, ea formulæ nostræ, & exemplaria esse possunt. Sed & hæc gratia est nostri Saluatoris. Homo enim ille propter nos factus, suum corpus pro nobis obtulit in mortem, vt omnes liberaret à morte. Cæterum cœlestem & probatissimam viuendi rationem nobis ostendere volens, eam in seipso expressam exhibuit, ne quis facile posthac ab inimico circumueniretur, quum possideat ex eius de diabolo victoria, certa pignora securitatis, ideoque non solum docuit, sed & fecit, vt & ipsum audiremus loquentem, eumque veluti imaginem formamque intuentes, faciendi exemplar mutuaremur, dum audimus ex eo, Discite à me quod mitis sim & humilis corde. Neque est vt quispiam inueniat perfectiorem virtutis disciplinam, quàm eam quam Dominus exhibuit in semetipso: siue enim malorum tolerantiam, siue humanitatem, siue bonitatem, siue fortitudinem, siue misericordiam, siue iusticiam spectes, omnia in eo deprehendas, vt nullum ei exemplar ad virtutem desit, qui in humanam Domini vitam oculos intendat. Id quum non lateret Paulum dixit, *Imitatores mei estote, quemadmodum ego Christi.* Enimuero Ethnici legum conditores, virtutem suam vsque ad verba duntaxat prorogarunt, & tantummodo eatenus placent. Dominus autem, vt reuera omnium Dominus, curatorque operum suorum, non solum leges verbis suis instruxit, sed & seipsum in exẽplar proposuit, vt sciret qui vellet sese habere eius, quod in legib⁹ iuberetur, exequẽdi potestatẽ.

Ideoq;

ὡς ᾠδὰς βάπτα αὐτὸν λέγειν, τὰς περὶ ἑκάστου γεγραμμένους λόγους. καί μοι δοκεῖ τῶ ψάλλοντι γίνεσθαι τοῦτο, ὥσπερ ἔσοπτρον εἰς τὸ κατανοεῖν καὶ αὐτὸν ἐν αὐτοῖς τὰ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ κινήματα, καὶ οὕτως ἀναθόμενον ἀπαγγέλλειν αὐτὰ καὶ χαίρειν ἀκούοντα τῶ ἀναγινώσκοντι, ὡς περὶ αὐτοῦ λεγομένῳ τῶ ᾠδῆ καταδέχεται. καὶ ἢ ἐλεγχόμενον ὑπὸ τῆς συνειδήσεως κατανύγεις μετανοήσει, ἢ περὶ τῆς εἰς θεὸν ἐλπίδος ἀκούων, καὶ τῆς εἰς τοὺς πεφόβους γινομένης χάριτος τοιαύτης ἀγαλλιᾶται καὶ εὐφραίνεσθαι ἄρχεται τῶ θεῶ. ὅτι γοῦν τὸν τέταρτον ψάλλει τις εἰς τὰς ἰδίας θλίψεις σωρῶν, ὡς αὐτοῦ εἶναι νομίζει τὰ ἐν αὐτῶ ῥήματα, καὶ τὸν δέκατον, καὶ τὸν ἑξκαιδέκατον, ὡς τῶ ἰδίαν πεποίθησιν καὶ παῤῥησίαν ἔστιν ἀπαγγέλλων. καὶ τὸν μὲν πεντηκοστὸν, ὡς αὐτὸς ἐστὶ τὰ διὰ τῆς μετανοίας αὐτοῦ ῥήματα λέγων. τὸν δὲ πεντηκοστὸν τρίτον, καὶ τὸν πεντηκοστὸν πέμπτον, καὶ τὸν ἑκατοστὸν τεσσαρακοστὸν πρῶτον. ὅτι ψάλλει ὡς οὐκ ἄλλου διωκομένου, ἀλλ' αὐτὸς ὢν ὁ πάσχων, συνδιατίθεται καὶ ᾄδει τῶ θεῶ, ὡς ἰδίους ὄντας τοὺς λόγους τούτους, καὶ ὅλως οὕτως ἕκαστος ψαλμὸς, ᾠδὴ τοῦ πνεύματος ἔρηται καὶ συντέτακται, ὡς ἐν αὐτοῖς καθ' ἕτερον ἔρηται τὰ κινήματα τῆς ψυχῆς ἡμῶν καταγνῶσθαι, καὶ πάντας αὐτοὺς ὡς περὶ ἡμῶν ἐρῆσθαι, καὶ εἶναι αὐτοὺς ὡς ἰδίους ἡμῶν λόγους· εἰς ἀνάμνησιν τῶν ἐν ἡμῖν κινημάτων, καὶ διόρθωσιν τῆς ἰδίας πολιτείας. ἃ γὰρ οἱ ψάλλοντες ἐρήκασι, ταῦτα καὶ ἡμῶν δυνάντα τύποι εἶναι καὶ χαρακτῆρες. αὕτη δὲ πάλιν τοῦ σωτῆρός ἐστιν ἡ χάρις. ἄνθρωπος γὰρ διὰ ἡμᾶς γενόμενος, τὸ μὲν ἴδιον σῶμα, ὑπὲρ ἡμῶν προῆκεν εἰς θάνατον, ἵνα πάντας ἀπαλλάξῃ τοῦ θανάτου. τῶ δὲ ὑπάρχον καὶ ἄρεσον αὐτοῦ πολιτείαν δεῖξαι θέλων ἡμῖν, ἐν ἑαυτῶ ταύτην ἐτύπωσεν, ὑπὸ τὸ μηκέτι πιὰς ἀχειρῶς ἀπατᾶσθαι τῶ τε ἐχθρῶ, ἔχοντας πρὸς ἀσφάλειαν ἐνέχυρον, τὴν παρ' αὐτοῦ ῥωμένην ὑπὲρ ἡμῶν κατὰ τοῦ διαβόλου νίκην. ἵν' ἕκαστος ἀκούῃ μὲν αὐτοῦ λαλοῦντος, ὡς ἐν εἰκόνι δὲ βλέπων λαμβάνειν παρ' αὐτοῦ ὑποδείγματα τοῦ ποιεῖν, ἀκούων· μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῆ καρδίᾳ. πλειστέραν δὲ εἰς ἀρετῆς διδασκαλίαν, ἐκάν τις θέλοι, ἧς ἔτυπωσεν ὁ κύριος ἐν ἑαυτῶ. εἴτε γὰρ ἀνεξικακίαν, εἴτε φιλανθρωπίαν, εἴτε ἀγαθοπλία, εἴτε ἀνδρίαν, εἴτε ἐλεημοσύνην, εἴτε δικαιοσύνην, πάλαι ἐν αὐτῶ εὑρήσεις ὑφωμένα. ὥστε μηδὲν εἰς ἀρετὴν λείπειν τῶ καλὰ νοοῦντι τὸ ἀνθρώπινον βίον τοῦ κυρίου. τοῦτο γὰρ εἰδὼς ὁ παῦλος ἔλεγε, μιμηταί μου γίνεσθε καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ. οἱ μὲν γὰρ παρ' Ἕλλησιν νομοθέται, ἄχρι τοῦ λέγειν, ἔχουσι τὴν χάριν. ὁ δὲ κύριος, ὡς ἀληθῶς κύριος ὢν τοῦ παύλου, καὶ δεδόμενος, ὧν ἐπαγγέλλεται, οὐ μόνον νομοθετεῖ, ἀλλὰ καὶ τύπον ἑαυτὸν δέδωκεν, εἰς τὸ εἰδέναι τοὺς βουλομένους, τίνα τούτου ποιεῖν δυνάμεις.

Διὸ

ad quam oculos suos dirigens sanctus ille loquutus est; *Credo videre bona Domini in terra viuentiũ*. Alia quoq; ratione spineam coronã gestare videri potest, nimirum vt sollicitudines nostræ vitæ extirparet. Iniecit enim scelestus ille, quanquã nolens, sollicitudines nostras super Dominum; non animaduertens futurum esse, vt earum gestatione Dominus omnes in securitatem assereret, quo & sementem verbi à spinis depurgatam haberent, & in precibus mentem inconuulsam possiderent. Ipse enim in doloribus & curis erat, vt nos doloribus careremus. Atq; hinc rursum est quòd arundinẽ accepit, quũ illi à diabolo porrigeretur, ignaro, quòd contra seipsum gladium acueret. Dicitur enim arundo serpentibus lethalis esse, atque inde potissimum interfici. Quũ igitur ipse Dominus Sabaoth (vt Esaias dicit) fugientem draconem, & magnum illum serpentem diabolum persequi statuisset, tum eius rei causa id, quod illi exitiale erat, ab eis accepit, vt suis profligatis; rebus debilitatione reddito diabolo, iis quæ Christi erãt, homines fortiores redderentur. Quale quid Dauid in Goliath designauit, qui sumpto aduersarij gladio, eo ipso illius caput præcidit. Idem quoque Seruator fecit, sumens arundinem ab illis, vt nos non solum liberaret à versutia serpentis, sed & illũ serpentem tolleret, & mortuũ exhiberet. Ad eum igitur modum circunscriptus sceleratus ille, vidensq; se ab illis spoliari & excidere, quibus aduersũ nos efferebatur, & se à terra proturbari, & terram à sanguine & spinis emundari, seq; amisisse chirographum & calamum, quo nos in sua cautione descripserat, rursum, non audenda audet, sed eo ipse se magis verberat. Quũ enim audisset è Domino loquente malitiosus ille, spiritum quidem promptũ esse sed carnem infirmam, credensque verbum vnà cum carne languere & infirmari, nec carnẽ verbi virtute cotroborari, rursus nefaria moliri cæpit, carnifexq; irritauit contra Seruatorem, circaq; spinas quas retinebat, voluebatur, prorsus contrario, quàm sperabat, euentu: eas enim tenendo amisit, quas putabat vbi vellet, se resumere posse. Cæterum illas non prius resumere potuit, nisi vbi iam eas maledictione in nobis alleuasset Seruator noster: quas quũ illegitimas sit, tum demum recepit serpens suas spinas & chlamydem. sed iam innoxias nobis, & ipsius tantummodo sceleris indices. Nunc enim diabolus in spinis veluti in stimulis contra nos calcitrat, deq; illo & coccinea chlamyde dicitur: Quemadmodum vestimentum sanguine mixtum non est purum, ita neq; tu purus eris, quoniam terram meam perdidisti & populum meum trucidasti. Ideo etiam nunc irritans carnifices cõtra Seruatorem, in spinas quasi in stimulos calcitrauit, magisque pungebatur quàm pũgebat: resumpta enim à Domino arundine, quum milites arundine Christum se pulsare existimarent, hallucinabatur, quippe qui diabolum ipsos irritantem verberabant,

Et vt gentes illę quę adſcenderant contra Hieruſalem, ſeſe mutuo in valle Ioſaphat contrucidabant, & perſequentes Iſraelem, quum ad riparum margines proceſſerant, in ſeſe manus vertebant, ſeque inuicem capiebant: Ita nunc quoque illi qui perſequebantur Dominum, ſemetipſos non ſentiẽtes verberabãt, non Domino interim, ſed ſibi noxij. Vt enim, ſi quis lapidem manu ſecare velit, lapidem quidem non ſcindit, ſed manum vulnerat: eadem ratione contra Dominũ agentes, vtpote contra incorruptibilem, perniciem ſuam moliebantur, & immortali mortem intentantes, ipſi in mortem rapiebantur: & quod peſſimum erat, à ſuis ipſius mẽbris hoc mali illi infligebatur, quod verſutiſſimo illi ad ſummum vituperiũ ceſſit. Omnino enim, ſi à Domino vapulaſſet gloriari poterat: nunc ab illis percuti, quos in ſeruitutem redegerat, id omne dedecus probrũque tranſcendit. Sed tamen non illorum verbera ſerpentem conficiebant: nihil enim tale poterant, idem illi & homines & carnifices: Sed vt dolori illi erat contumelia à Iudæis illata, ita verberibus arundinis vi Chriſto impulſis conſauciebatur. Ea ſpecie ſimulationeq; vſus ſerpentem in ſpinis comprehendit, quẽ, dum vt homo vapulat à tortoribus verberati cõceſſit, vt quũ vellet ille gloriari ſe Deum eſſe, aut iactare quod Dominũ tentãdo adortus eſſet, diuerberatus à carnificibus ſummũ dedecus vituperiumque referret. Euenerunt autem ea illi præter omnem expectationem. Nam quũ vim ſuam exerceret, per eos qui contra Dominum occlamabant, non animaduertebat ſe loco illarum vociferationum, taciturnitatem è regione ſubinducere, exacerbanſque Pilatum, non intelligebat ſe pro timiditate, locum, vicemque fortitudini præparare, & incitans vt Dominus verberaretur, prorſus non ſentiebat ſe fruſtrari, emergente, per eam occaſionem, malorum tolerantia. In ſumma, debacchans, inſanienſque contra Seruatorem, non videbat ſe virtutem contra malitiam obarmare. Omni enim malitia & nequitia gaudet inimicus, & quicquid prauum, id diabolo pro armis eſt: ſiquidem formido mortis, dum periculum arcere intendit, peccatum ſuadet. Ideoque Chriſtus ſuſtinuit omnia, vt formidini fortitudinem, contumeliæ patientiam, furori manſuetudinem, & in ſumma, omnem virtutem omni malitiæ opponi poſſe demonſtraret. Ac primo quidem docuit, verberanti maxillam etiam alteram eſſe obuertendam, neque metuendos eos qui corpus occiderent: & tunicam auferenti, non eſſe eam repoſcendam, & perſequutoribus benedicendum. Ac ne impoſſibile iſtud præceptum apud nonnullos videretur, omnia in ſe conſummata declarauit, & ex eis quæ paſſus eſt, docuit omnes cõtumelioſe habitos, non retorquere contumelias, & verberatos non reuerberare, & illuſos non iraſci, & ab eo qui auferret noſtra, nõ repoſcere, & in ſumma non expaueſcere mortẽ, ſed cã contemnere ſpe futurorũ. Sic enim facilius de diabolo, omniq; malitia victoria obtinetur,

καὶ ὥσπερ τὰ ἔθνη ἀναβάντα κατὰ τῆς ἱερουσαλὴμ ἐκοπίων ἀλλήλους ἐν τῇ κοιλάδι ἰωσαφάτ, καὶ ὡς οἱ διώκοντες τὸν ἰσραὴλ ἐλθόντες πρὸς τὰς ὄχθας, ἀλλήλοις συνεπλέκοντο, καὶ ἁλληλους κατελαμβάνον· οὕτως καὶ νῦν οἱ διώκοντες τὸν κύριον, ἀλλήλους ἔκοπτον ἀγνοοῦντες, βλάπτοντες μὲν [αὐτὸν] οὐδέν, ἑαυτοὺς δὲ μᾶλλον ἀδικοῦντες, ὥσπερ γὰρ ἐὰν πέτραν τῇ χειρὶ κόπτειν θέλοι τις, τὴν μὲν πέτραν οὐ τιμνει, τὴν δὲ χεῖρα τραυματίζει· τοῦτον τὸν τρόπον καὶ οἱ κατὰ τοῦ κυρίου πρασσοντες ὡς κατὰ ἀφθάρτου τολμῶντες διαφθείρονται, καὶ ὡς κατὰ ἀθανάτου ὅπλα χρῶντες, αὐτοὶ μᾶλλον ἀπέθνησκον. καὶ πεγένητο, ὅτι ἀφ' ὧν ἑαυτοῖς μέλλων ἔπασχεν ὁ μαλιστα χαίροις τῷ πράγματι πρὸς πλείαν αἰσχύνην. ὅλως μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ κυρίου πληττόμενος, ἠδύνατο καυχᾶσθαι· ὅπερ δὲ ὑφ' ὧν ἐδουλευετο, τοῦτο τετων κόπτεται, ὅτε πᾶσαν αἰσχύνην ὑπερῆρεν. ἀλλ' [οὐκ] ἐκείνων ἡ πληγὴ τὴν ὄφιν ἀναιρεῖ· οὐ γὰρ τοσοῦτον ἠδύναντο ἄνθρωποι καὶ δήμιοι ὄντες. ἀλλ' ἐλύπει μὲν αὐτὴν [ἡ] ὑβρις ἡ παρὰ τῶν ἰουδαίων αὐτῷ γινομένη· ἑτεροιμάτιζε δὲ οὐχ ἡ παρὰ τούτων πληγὴ, ἀλλ' ἡ ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ σωτῆρος γενομένη δύναμις τῷ καλαμῳ. καὶ ἐν τούτῳ ὁ κύριος σχηματιζόμενος, καὶ τὸ ἀνθρώπινα πασχόμενος, ἐδέχετο τὸν ὄφιν ἐν ταῖς ἀκάνθαις, ὡς ἄνθρωπος τυπτόμενος, σωεχώρει τὸν πλέξ[αντα τὸν] ὄφιν τοῖς δημίοις· ἵνα ὁ παρὰ καυχησόμενος εἶναι θεὸς, καὶ καυχησάμενος ὡς τὸν κύριον πειράσας, ὑπὸ δημίων τυπτόμενος, πλείαν [τὴν] αἰσχύνην ἀπενέγκηται. ἀπέβαινε δ' αὐτῷ ταῦτα καὶ παρὰ γνώμην ὧν ἐβούλετο. ἐνεργῶν γὰρ ἐν τοῖς καταβοῶσι τοῦ σωτῆρος, ἠγνόει τὸ σιωπηλὸν ἀντεισάγων καθ' ἑαυτοῦ· παροξυνῶν πιλάτον, οὐκ ἤδει καταστέλλων ἀνδρίαν τὸν φόβον· κινῶν τὸν πλεονέκτην κύριον, ἐπλανᾶτο δηλουμένης ἀνεξικακίας· καὶ πῶς ἐμπαροινῶν καὶ τοῦ σωτῆρος, οὐκ ἔβλεπεν ἀρετὴν καὶ κακίας καθοπλίζων. πάσῃ γὰρ κακίᾳ καὶ πονηρίᾳ χαίρει ὁ ἐχθρὸς· ἐστὶ κακὸν ἐστι. τοῦτο διαβολικόν ἐστιν ὅπλον. ἡ γὰρ δειλία θανατου, ἡ ἀφορμὴ τοῦ ἁμαρτάνειν πάντως, ἁμαρτάνειν πέφυκεν. ὅθεν ὁ κύριος ὑπέμενε πάντα· ἵνα ἐν μὲν τῇ δειλίᾳ τοῦ ἀνδρείαν· τῇ ὕβρει τὴν ἀνεξικακίαν· τῷ δὲ θυμῷ τὴν πραότητα, καὶ ὅπερ πᾶσαν ἀρετὴν καὶ τὴν κακίας ἀντικεῖσθαι διδάξῃ. καὶ πρῶτον μὲν ἐδίδαξε, τῷ τύπτοντι εἰς τὴν σιαγόνα, στρέφειν καὶ τὴν ἄλλην· καὶ, μὴ φοβεῖσθαι ἀπὸ τῶν ἀποκτεινοντων τὸ σῶμα, καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σὰ, μὴ ἀπαιτεῖν· καὶ λοιδορεῖσθαι τοὺς διώκοντας· ἵνα ᾖ μὴ ἀδύνατος ἡ ἐντολὴ νομισθῇ παρά τισι, ἀφ' ὧν αὐτὸς ἐποίησε πάντα ἐπέδειξε ὁ κύριος, καὶ ἀφ' ὧν ἔπαθεν ἔπεισε πάντας ὑβριζομένους μὴ ἀνθυβρίζειν, καὶ τυπτομένους, μὴ ἀντιτυπεῖν, καὶ χλευαζομένους, μὴ ὀργίζεσθαι, καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ ἡμῶν, μὴ ἀπαιτεῖν· καὶ καθόλου μὴ φοβεῖσθαι τὸν θάνατον· ἀλλὰ καταφρονεῖν αὐτοῦ τῇ ἐλπίδι τῶν μελλόντων. οὕτω γὰρ μᾶλλον ἀσθενὴς ἡ κατὰ τοῦ διαβόλου καὶ πασης ἁμαρτίας νίκη γένηται, ἢ ὅταν ἀμυνώμεθα. ἀμυνόμενοι μὲν γὰρ καὶ ἀντα-

δικοῦντες

παδικῶντες [τὰς ἀνταδικίας, Ϲ ὑβρίζοντες τὰς ὑβρίζοντας, Ϲ αὐξάνομεν Ϲ τρέφομεν καθ' ἑαυτῶν τὴν κακίαν, ἢ μᾶλλον τὰς ἐχθρὰς, ἀλλ' ἑαυτὰς ἀδικοῦντες], τῇ διὰ τὴν κακίαν καὶ ἀδικίαν ϗ κρίσει μενούσῃ ταύτῃ χρησαμένους. ὅταν οὖν ὡς ὁ κύριος ὑπομένωμεν ἀδικούμενοι, Ϲ οἷς λοιδοροῦσι τὴν ἀνεξικακίαν αὐτῶν θαυμάζωμεν, οἷς δὲ ἀπειλοῦσι τὴν ἀνδρείαν, τῷ δὲ θανάτῳ τὴν ἐλπίδα τὴν ἀθανασίας, πάντως ἐν τούτοις λοιπὸν μένομεν τὸν ἐχθρὸν, κἀκεῖνος ἐν τῇ τοιαύτῃ πανοπλίᾳ καταπίπτει, ἐν ᾗ Ϲ ὁ παῦλος ἡμᾶς καθοπλίζων, Φυσὶν ἐνδύσασθε ἐν τὴν πανοπλίαν τοῦ θεοῦ, ἵνα δυνηθῆτε πρὸς τὰς μεθοδίας τοῦ διαβόλου στῆναι. ὅτω γὰρ ϗ τὸ σωτῆρος ὑπομείναντος, γέγονε τὸ· ἐθεώρουν τὸν σατανᾶν πίπτοντα ὡς ἀστραπήν. εὐθέως γὰρ μετὰ τὸ τούτοις ἀνδραγαθῆσαι τὸν κύριον, ϗ πεσεῖν τὸν ἐχθρὸν, ἐπίθηκαν αὐτῷ τὸν σαυρὸν, γνώρισμα τῆς νίκης ἀληθῶς Ϲ ἄκοντες καθ' ἑαυτῶν παρέχοντες. ἕως μὲν γὰρ εἱστήκει ὁ ἐχθρὸς, εἶχεν οἱ δήμιοι τὸ ξύλον. ὅπου δὲ πέπωκε Ϲ καταῤῥάγη, τότε τρόπαιον ἔλαβεν ὁ κύριος, ϗ ἑαυτῷ ἐβάστασεν. ἔδει γὰρ τὸν νικητὴν θριαμβεύοντα ϗ τοῦ διαβόλου, μὴ ἄλλῳ συγχωρεῖν, ἀλλ' ἑαυτῷ βαστάζειν τὸ τρόπαιον. ἐλάμβανε δὲ σὺν τῷ τροπαίῳ, Ϲ τὰ ἱμάτια παρ' αὐτῶν, ἀπερχόμενος εἰς τὸν θάνατον· ἵνα Ϲ ταῦτα σὺν τῷ θανάτῳ ἀπεκδύσηται. διὰ τοῦτο πάλιν ἐκδυσάμενος, καὶ ἐσπευδε τοὺς ἀπάγοντας ἄγειν αὐτόν. ὡς δὲ ἀπῆγεν, ϗ μὲν τὸν ἰωάννην, ἑαυτῷ τὸν σαυρὸν ἐβάσταζεν, ϗ δὲ τοὺς ἄλλους εὐαγγελιστὰς, σίμων ὁ ἄνθρωπος ὁ ἀπὸ κυρήνης ἔφερε τὸν σαυρόν. ἔστι δὲ ϗ ἐκ ἐναντίον τῷ ἰωάννῃ· οὐδὲ γὰρ ὁ ἰωάννης ἐναντίον τοῖς ἄλλοις γράφει, ἀλλ' ἀμφότερα γέγονεν ἐπὶ τούτου. ϗ γὰρ καὶ ἑαυτῷ ὁ κύριος τὸν σαυρὸν ἐβάσταζε, ϗ πάλιν σίμων ὁ ἄνθρωπος ἔφερεν αὐτόν. ὡς μὲν οὖν ϗ τὸ διαβόλου τρόπαιον, ἐβάσταζε πρῶτον. ἐκουσίως [δὲ] Ϲ τὸν σαυρὸν ἔφερεν ἑαυτῷ. Ϲ γὰρ ἐκ ἀναγκαζόμενος ἤρχετο ἐπὶ τὸν θάνατον. καὶ πάλιν δὲ ἐβάσταζεν αὐτὸν σίμων ὁ ἄνθρωπος, ἵνα γνωσθῇ πᾶσιν, ὅτι οὐ τὴν ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τὸν τῶν ἀνθρώπων ἀποθνήσκει θάνατον ὁ κύριος. τούτων δὲ οὕτως γενομένων, ἔρχεται πρὸς ὃν ἔπεμψεν ὅτι τὸν τόπον, ἔνθα Ϲ ἀναβαίνειν αὐτὸν ὅτι τὸν σαυρὸν ἔδει, ἵνα τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον ὅπερ ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ἦρεν, προσηλώσῃ τῷ σαυρῷ Ϲ ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς Ϲ τὰς ἐξουσίας, ἐν παῤῥησίᾳ δειγματίσῃ τούτους ἐν τῷ ξύλῳ θριαμβεύων καὶ αὐτὸν, ϗ δεικνύων τὸν ἐκπαυσθέντα ἐκ τοῦ λέοντος ἄνθρωπον· καὶ λοιπὸν τῷ ἰδίῳ αἵματι ῥαίνων ϗ καθαρίζων τὴν γῆν [ἀφέσκη]. μέλλων οὖν ἐστὸ πιεῖν, ἐξεδύσατο τὰ ἱμάτια. ἔδει γὰρ αὐτὸν εἰσάγοντα τὸν ἄνθρωπον, εἰς τὸν παράδεισον, ἀπεκδύσασθαι τοὺς χιτῶνας, οὓς ἔλαβεν ὁ ἀδὰμ ἐκβαλλόμενος ἐκ τοῦ παραδείσου. ὅπου γὰρ ἥμαρτε Ϲ λοιπὸν ἤμελλον ἀποθνήσκειν, ἔλαβε δερματίνους χιτῶνας ἐκ νεκρῶν ζώων γενομένους, σύμβολον ὄντας, τοῦ διὰ τὴν ἁμαρτίαν νεκρώσεως αὐτῷ προσγινομένης. ἀλλ' ὁ κύριος ὁ πάντα τὰ ἡμῶν δι' ἡμᾶς ἀναδεξάμενος, ἐνεδύσατο πᾶσαν, ἵνα ϗ ἀπεκδύσηται, ϗ ἀντὶ τούτων ἡμᾶς ἐνδύσῃ τὴν ζωὴν ϗ τὴν ἀφθαρσίαν. ἐνεδύσατο δὲ μὴ τούτων, Ϲ χιτῶνα ἄῤῥαφον ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸν δι' ὅλου γυμνούμενον· ἵνα κἂν ἐκ τούτων πιστεύσαι δυνηθῶσιν οἱ ἰουδαῖοι, πῶς ἐστι Ϲ πόθεν ὁ ἐνδυσάμενος ταῦτα, ὅτι ϗ

tinetur, quam si nos ipsi vindicemus. Vindicantes enim & iniuriam vicissim iniuria retaliantes, & contumelias contumeliis pensantes, augemus contra nos ipsos malitiam, nec tam inimicos quàm nos ipsos lædimus, quum pro condemnatione & iudicio olim ob eam iniuriam habendo, ipsi nostra hac pœna vtamur. Cæterum vbi iniuriam, sicuti Dominus fecit, toleramus, & conuiciatoribus patientiam opponimus, & minantibus impauidũ pectus, & morti spẽ immortalitatis, prorsus istiusmodi rebus diſcruciamus inimicum, sub istiusmodi panoplia succumbentem: quo genere armorũ Paulus nos cõmuniens, inquit: *Induite armaturam Dei, vt possitis resistere diaboli insidiis.* Atque ita ad tolerantiam Domini euenit illud, quod dicit: *Videbã Satanam cadentẽ de cœlo, vt fulgur.* Statim igitur postquam ita fortiter se gessisset Dominus, & cecidisset inimicus, impoſuerunt ei crucem, insigne reuera victoriæ monumentumq;, inuiti contra seipsos inducentes. Quãdiu enim stabat inimicus, tenebant ipsi carnifices lignũ, qui vbi lapsus & direptus esset, tum trophæum suscepit Dominus, & sibi baiulauit. Siquidẽ decebat victorem iam triũphantem de diabolo, non alteri concedere, sed sibi suũ trophæum gestare. Resumpsit autem simul cũ trophæo vestimenta sua ab illis, abiturus ad mortẽ, vt ea simul cum morte exueret, fecitq; eos accelerare, qui ipsum ducebant. Quũ autẽ duceretur, secundum Ioannem, sibi crucẽ baiulabat, secundum alios Euangelistas, Simon homo Cyrenæus crucem ferebat. Est autem illud non contrarium Ioanni: nõ enim Ioannes cõtraria scribit reliquis Euangelistis, sed vtrũque in eo factũ est. Nam & sibi Dominus crucem portauit, eandemq; & ipse homo Simon tulit. Quum igitur contra diabolum trophæũ baiularet, principio quidem suam sibi crucem ferebat. Vltro enim ad mortem tendebat, ac rursus eãdem gestauit Simon homo, vt omnibus innotesceret Dominum non suam mortem, sed hominum obire. Rebus ad istum modum constitutis, cum festinatione ad locum vadit, vbi eum in crucem ascẽdere oportebat, vt chirographum nostrũ, quod inimicus abstulerat, affigeret cruci, & spolians vestibus principes & potestates, cum fiducia eas traduceret & ostentui haberet, in ligno triumphans de illis, exhiberetq; euulsũ ex dracone hominem, & deinde proprio sanguine aspergeret, & emũdificaret terrã. Id quũ facturus esset, exuebat vestimenta sua. Decebat enim quũ hominẽ introduceret in paradisum, exuere tunicas, quas Adam accepit, quũ è paradiso eiiceretur. Quũ enim ille peccasset ac deinde moriturus esset, accepit pelliceas tunicas ex morticinijs animalium factas, insigne notamq; mortalitatis ob peccatum sibi inflictæ. Cæterum Dominus omnia nostra, propter nos recipiẽs, in ea, vt rursus exueret, & pro istis nos vestiret vita & immortalitate. Induit etiã cum illis tunicam inconsutilẽ, desuper in totum contexta, vt vel inde Iudæi crederent, quisnam esset is qui eam induisset, eum scilicet non è terra

sed Verbum esse, quod aduenerat supernè, ipsumque non diuisibile, sed indiuisibile esse Patris Verbum, & hominem factum corpus accepisse, non ex viro & muliere, sed ex sola duntaxat virgine, idque contextum artificio Spiritus. Vnde carnifices alia vestimenta diuidunt, quum essent diuisibilia, & in quatuor partes distinguerentur, idq; ea de causa, quòd pro peccatis quadripertiti orbis, in Orientem scilicet, Occidentem, Boream, & Meridiem ea gestabat: quæ spectans Ioannes, indutum eum narrat, Ecce, inquiens, Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Hanc tunicam solam scindere non potuerunt, metu eius signi, quod per eam denotabatur: neq; tamen hoc illorum, sed suspensi Saluatoris opus erat. Nam quum penderet vt homo, principatus persequebatur, diabolum comprehendebat, carnifices deterrebat, ne tunicam scinderent, vt ea manente maneret, & Iudæorum probrum, quod non multo post accidit, nimirum quum velo scisso, tunica Christi ne à carnificibus quidem diuisa est, sed integra mansit. Manet enim semper Euangelium integrum quum membra diuidantur. Cæterum, quũ exutus vestibus properaret ad mortem, diabolus rursus videns alacritatem Seruatoris, & se è cœlis delapsum ad terram, & nunc è terra submoueri, non habebat quod ageret: omnia enim illi plena tumultu & consilij inopia erant, qui nec manere potuit, & rursum fugere exhorrescebat: memor tamẽ quòd morientes in terra oporteat mori, secundum quod scriptum est, *Terræ, & in terram reuerteris*, non ausus est in terra manere, ne & ibi comprehenderetur. Quod igitur reliquũ erat, in aërem subuolauit, vt saltem ita Dominico corpore humi posito, liberum sibi aërem retineret. Verum Dominus etiam ibi humaniter agens hominibusq; studens, humi nõ est mortuus, sed in aërem ascendit per crucẽ, ibi quoque serpentem persequẽs, vt etiam inde principem potestatis aëris deturbaret & spiritualia nequiciæ deiiceret, ac ne sic quidem terrã immedicatam relinquens. Nam quum ita penderet in cruce, & aërem purgauit manuũ expansione, & terram redemit sanguine, & lateris sui cruore abluit. Quid igitur superaterat quod ita patiendo ageret contra inimicum, quũ ille & è cœlo iam delapsus esset, & à terra summotus, & ex aëre depulsus, ac iam in magno probro versaretur? quod quũ magnifica de se iactasset, nihil omniũ efficeret? Vndequaq; igitur victus, vbiq; & auxilij & cõsilij inops, statuebat apud se saltem infernũ defendere. Is enim solus illi locus reliquus erat. Veritus igitur, ne & illuc quoq; penetraret, seque inde expelleret, & omnes sibi hactenus subiectos, in libertatem vindicaret, omnia miscebat, omnia agitabat, omnes in auxilium accersebat, rursumque irritauit Iudæos, vt in Dominum conuicia iacerent, risusque & contumelia infestarent. Et si quid omnino ex telis armisq; illi supererat, id in Dominum immittebat, si quo modo illum hac ratione peccato obnoxiũ deprehenderet. Iudæi igitur subsannabant Dominũ, dicentes:

γῆς, ἀλλ' ἄνωθεν ἦν ἐρχόμενος ὁ λόγος, Ⓒ ὅπι ἀμέριστος, ἀλλ' ἀμέριστος ἐστιν ὁ λόγος ὁ τοῦ πατρός, Ⓒ ὅπι γενόμενος ἄνθρωπος, ἐκ ἐῤῥαμένον εἶχε τὸ σῶμα ἐξ ἀνδρὸς Ⓒ γυναικὸς, ἀλλ' ἐκ παρθένου μόνης, ὑφασμένον τῇ τοῦ πνεύματος τέχνῃ. ὅθεν οἱ δήμιοι τὰ μὲν ἄλλα διαμερίζουσι ἱμάτια· [μερισὰ γὰρ ἦν· Ⓒ εἰς τέσσαρα διαμερίζουσι]. καὶ γὰρ ὑπὲρ τῶν ἁμαρτίας τῆς τετραμεροῦς οἰκουμένης καὶ ἀνατολὴν Ⓒ δύσιν Ⓒ ἄρκτον Ⓒ μεσημβρίαν ἐφόρει ταῦτα, ἅπερ θεωρήσας ὁ Ἰωάννης ἐνδεδυμένον αὐτὸν ἔλεγεν· ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ ὁ αἴρων τὰ ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. τὸν χιτῶνα μέντοι οὐκ ἠδυνήθησαν σχίσαι, φόβῳ γὰρ δι' αὐτὸ γνωριζομένου σημείου. Ⓒ ὅπερ γὰρ οὐκ αὐτῶν ἀλλὰ τοῦ κρεμαμένου σωτῆρος τὸ ἔργον. Ⓒ γὰρ κρεμάμενος ὡς ἄνθρωπος, τὰς μὲν ἀρχὰς ἐδίωκε, τ[ὴ]ν διάβολον κατελάμβανεν, τοὺς δὲ δήμιους ἐφόβει μὴ σχίζειν τὸν χιτῶνα· ἵνα τούτου μένοντος, μένῃ καὶ ὁ κατὰ Ἰουδαίων ἔλεγχος, ὁ μετ' ὀλίγον γενόμενος· ὅτι τὸ μὲν καθ' ἁπλοῦν σῶμα, ἐσχίσθη, ὑπὸ χειρῶν τοῦ σωτῆρος, οὐ ὑπὸ δημίων διηρέθη, ἀλλ' ἔμεινεν ὁλόκληρον. μένει γὰρ τὸ εὐαγγέλιον διὰ παντὸς ὁλόκληρον, τῶν σωμάτων διαιρουμένων. πλὴν ὅτι δοξασάμενος τὰ ἱμάτια ἔστειλε πρὸς τὸν θάνατον, τότε πάλιν ὁ διάβολος, ἰδὼν τὸν προθυμίαν τοῦ σωτῆρος, καὶ ἑαυτὸν ἐξ ἀρανοῦ πτοίησιν καὶ τὴν γῆς σκύβηθρα, οὐκ εἶχεν ὅτι πράξει· πάντα γὰρ ἦν αὐτῷ θορύβου καὶ ἀπορίας μεστά. Ⓒ μένειν μὲν οὐκ ἠδύνατο· φεύγειν δὲ πάλιν ἐφοβεῖτο. πλὴν ὅτι ἐνθυμηθεὶς, ὅτι τοὺς ἀποθνήσκοντας, δεῖ τῆς γῆς ἀποθνήσκειν δεῖ, κατὰ τὸ γεγραμμένον· γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ· φοβηθεὶς δεῖ γῆς μεῖναι μὴ [ἐκεῖ καταληφθῇ, λοιπὸν εἰς τὸν ἀέρα ἐπιζᾷ, ἵνα πάλαι κἀν] οὕτως τοῦ κυρίου σώματος δεῖ γῆς πτύοντος, ἐλεύθερον ἔχῃ τὸν ἀέρα. ἀλλ' ὁ κύριος καὶ ἐν τούτῳ φιλανθρωπούμενος, ἐκ εἰς γῆν ἀπέθανεν, ἀλλ' εἰς τὸν ἀέρα ἀνέβη· διὰ τοῦ σταυροῦ, διώκων κἀκεῖ τὸν ὄφιν· ἵνα κἀκεῖθεν τὰ ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας, τοῦ ἀέρος ἀποδιώξῃ, καὶ τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας καταβάλῃ, ἐκ ἀφιεὶς ἐδὲ οὕτω τὴν γῆν ἀθεράπευτον. καὶ γὰρ κρεμάμενος δεῖ τοῦ σταυροῦ, τὸν μὲν ἀέρα ἐκαθάριζε τῇ ἐκτάσει τῶν χειρῶν· τὴν δὲ γῆν ἐλυτροῦτο τῷ αἵματι καὶ τῷ ὕδατι τῆς πλευρᾶς, ἀποπλύνων αὐτήν. τί λοιπὸν ἐδεῖ ποιεῖν παθόντα ταῦτα τὸν ἐχθρὸν; ἐξ ἑαυτοῦ πεποίηκεν, ἀπὸ γῆς ἐκλέξας, τοῦ ἀέρος ἐδιώξθη· καὶ πρὸς τούτοις ἠχύνετο μεγάλα ἐπαγγελάμενος, καὶ μηδὲν ἐργῶν. πανταχόθεν σωὴ ἠτιμένος, [καὶ] πανταχόθεν ἀπορηθεὶς, ἔγνω κἀν τὴν ἄδην φυλάξαι. τοῦτο γὰρ ἔτι τὸ χαῖρον ὑπελείπετο τοῦτῳ. διὸ καὶ φοβέμενος, μὴ Ⓒ ἐκεῖ καταλθὼν ὁ κύριος, ἐκεῖθεν αὐτὸν ἐκδιώξῃ, καὶ πάντας τοὺς ὑποχειρίους ἐλευθεράσῃ, πάντα ἐκύκα καὶ σωεκίνει, πάντας εἰς βοήθειαν καλῶν, καὶ παρώξυνε πάλιν τοὺς Ἰουδαίους ὀνειδίζειν τὸν κύριον, καὶ ὑβρίζειν, καὶ γελᾶν ὅλως κατ' αὐτοῦ, καὶ ὅλως εἴ τι σωελείπετο πανοπλίας αὐτῷ τοῦτο ἠφίει κατὰ τοῦ κυρίου· [εἰ] πάντα κἂν ὅτως αὐτὸν ὑπεύθυνον ἁμαρτίᾳ [ὄντα] κρατήσῃ. εἰ μὲν γὰρ Ἰουδαίοις ἐλεύσεσθαι τὸν κύριον λέγοντες·

εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ. ὁ δὲ σωτὴρ, ὁ τῷ ὄντι τοῦ θεοῦ υἱός, οὐκ ἀπὸ τοῦ φεύγειν τὸν θάνατον· ἀλλ' ἀπὸ τοῦ μένειν αὐτὸν, καὶ μένοντα πατῆσαι τὸν θάνατον, ἤθελε γνωσθῆναι υἱὸς, καὶ ὅτι αὐτός ἐστιν ἡ ζωή. ἠδύνατο μὲν γὰρ καταβῆναι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, ὁ καὶ τοὺς ἄλλους ἐγείρας νεκρούς· ἀλλ' ἡ κατάβασις φυγὴν ἐδείκνυε τοῦ θανάτου· τὸ δὲ μεῖναι, οὐδὲν ἕτερον ἐγνωρίζεν, ἢ τὸν μείναντα εἶναι ζωήν. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ λίαν ἔμελε τῷ διαβόλῳ ἐνοχλίζεσθαι τὸν κύριον ἐν τούτοις, καὶ ἤθελεν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ καταβῆναι· μὴ γὰρ ἐν νεκροῖς; ἵνα καὶ ὅτως ἀπαθὴς ἀπέλθῃ, καὶ τῶν νεκρῶν κυριεύσῃ. ἐφοβεῖτο γὰρ μὴ κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἀναβὰς εἰς ὕψος τοῦ σταυροῦ, αἰχμαλωτεύσῃ τὴν αἰχμαλωσίαν, καὶ λάβῃ δόματα ἐν ἀνθρώποις. ὑπώπτευσε γὰρ, μή ποτε οὗτος ἐστὶ περὶ οὗ γέγραπται ταῦτα. ὅθεν πάλιν σκίνιτης ὁ πανοῦργος, καὶ λοιπὸν τὴν πειστὸν ἐποίει αὐτοὺς ἐπαγγέλλεσθαι καὶ πιστεύειν, εἰ καταβαίη μόνον ἀπὸ τοῦ σταυροῦ. πάντα δὲ σκίνια καὶ πλάγια ἐμηχανᾶτο, μόνον ἵνα μὴ γένηται νεκρὸς καὶ κατέλθῃ εἰς τὸν ᾅδην· ἐποίει γοῦν πάλιν λέγειν τοὺς Φαρισαίους· ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν δὲ οὐ δύναται σῶσαι. εἰ βασιλεὺς Ἰσραήλ ἐστι καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, καὶ πιστεύσομεν αὐτῷ. εἰ δὲ πιστεύειν ἤθελε τοὺς Φαρισαίους ὁ τῆς ἀπιστίας διδάσκαλος καὶ πλάνος· ἀλλὰ φεύγειν ἤθελε τὸν κύριον τὸν θάνατον. διὸ δὲ μαθεῖν ἤθελεν, εἰ δύναται ἑαυτὸν σῶσαι· ἀλλ' ἵνα μὴ τοῖς ἄλλοις σωτηρία γένηται. εἰ γὰρ ὅλως ἐγίνωσκον σώσαντα αὐτὸν τοὺς ἄλλους, οὐκ ἂν ἀμφίβολον τὸ πῖς ἄλλοις δεδωκότα σωτηρίαν, αὐτὸν εἶναι σωτῆρα καὶ ζωήν. διὰ τοῦτο Διαβόλου αὐτὸν ὠνείδιζον, ἵνα μὴ τοῖς ἄλλοις σωτηρία γένηται. ἤθελε γὰρ ὁ πονηρὸς, ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει ὁ κύριος, ἀλλ' ὁ τοῦτο θάνατος, σωτηρία καὶ ζωὴ πᾶσι γένηται. Διὰ τοῦτο ἤθελον αὐτὸν καταβῆναι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, καὶ ἐποίει τοὺς Φαρισαίους ἐπαγγέλλεσθαι πιστεύειν· πάντα καὶ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πίστεως, ὥστε γένηται ὧν ἤθελεν. ὁ δὲ κύριος ὁ τῷ ὄντι σωτὴρ, ὁ μὴ τὸ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τὰ ἡμῶν ζητῶν, οὐκ ἀπὸ τοῦ ἑαυτὸν σῶσαι, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ λυτρώσασθαι τὴν κτίσιν, ἤθελε γνωσθῆναι σωτήρ. ὡς γὰρ ἰατρὸς οὐκ τοῦ αὐτὸν ὑγιαίνειν, γνωσθήσεται ἰατρὸς, εἰ μὴ καὶ τοῖς νοσοῦσιν ἐνδείξηται τὴν τέχνην· καὶ ὁ ἥλιος, οὐκ ἐὰν εἰς ἑαυτὸν συστέλλῃ τὰς ἀκτῖνας, γνωσθήσεται φῶς, εἰ μὴ καὶ τῇ οἰκουμένῃ ταύτας ἐπεκτείνῃ, καὶ τὸ σκότος ἐκ αὐταῖς καταλάμψῃ. ὅτως καὶ ὁ κύριος, οὐκ ἑαυτὸν ἔσωζε· σωτηρίας γὰρ χρείαν οὐκ εἶχεν αὐτὸς ὢν σωτήρ· ἀλλ' ἀπὸ τῆς τῶν ἄλλων ἐνεργεσίας, ἤθελε γνωσθῆναι πᾶσι σωτήρ. ἀλλ' ἐὰν καταβαίνων ἀπὸ τοῦ σταυροῦ ἤθελε γνωσθῆναι υἱὸς [θεοῦ,] ἀλλ' ἀπὸ τοῦ μένειν αὐτὸν πλείονα γὰρ μᾶλλον ὁ θάνατος ὁ τοῦ σωτῆρος πίστιν καὶ σωτηρίαν τοῖς ἀνθρώποις φέρει, ἢ ἡ ἀπὸ τοῦ σταυροῦ κατάβασις. ἀμέλει κρεμαμένου αὐτοῦ ὅπου τοῦ σταυροῦ, [ἐπὶ] τὰ μὲν μνήματα ἠνοίγοντο, καὶ οἱ ἐν αὐτοῖς κείμενοι ἐσώζοντο· ὁ δὲ κρεμάμενος λῃστὴς, ὅπου πίστευσεν εἰς αὐτὸν ἵνα δείξῃ, ὅτι τῷ ὄντι σωτὴρ ἐστι, καὶ ἀποθανὼν, τῇ πίστει καρποφορῇ. ὅπου τούτοις ἐξίσαζε λοιπὸν ἀληθῶς ὁ διάβολος, καὶ πᾶσα τὸν [ἐκθύτας] ἀπορία κατεῖχεν

Si Filius Dei es, descende de cruce. Sed Seruator noster reuera Dei filius, non fugiendo mortẽ, sed eã expectãdo, conculcandoq; innotescere voluit, quod ipse esset Filius Dei, & ipsa vita. Poterat enim de cruce descẽdere, qui alios excitauerat è morte, sed descensus ille specimen prętuliſſet fugientis mortẽ: contra, permanere in cruce, nihil aliud quã documentum erat, eũ qui in cruce permanebat, vitam esse. Quapropter magnæ curæ fuit diabolo, vt Dominus istiusmodi vituperiis pulsaretur, optabatq; eũ de cruce descẽdere, ne inter mortuos versaretur, vt illæ sic illæsus abiret, & ipse mortuorum dominium retineret. Metuebat siquidẽ, ne secundũ illam scripturã ascendens in altũ crucis, captiuam duceret captiuitatẽ, & acciperet dona in hominibus. Suspicatus est enim, nũ ipse is esset de quo hoc scriptum erat. Vnde rursus cõcitat Pharisæos veterator ille, eosque frustrà inducit, vt se credituros polliceantur, si de cruce descẽderet. Omnia autẽ mouebat, & quiduis prætet animi sententiã promittebat, modo efficere posset, ne moreretur, & ad infernum descenderet. Denuo igitur Iudæis author fuit, vt dicerent, Alios saluos fecit, seipsũ saluare non potest. Si Rex Israël est, descendat de cruce, & credemus ei. Minime autẽ credere volebat Iudęos ille incredulitatis magister draco, sed Dominũ mortem euitare cupiebat, non quod discere fatageret, an posset ille seipsũ saluare, sed ne aliis salus efficeretur. Nam quũ omnino cognouerat eũ seruasse alios, ambiguũ ei esse nõ poterat, quin ille qui aliis dedisset salutem, is ipse esset Seruator & vita. Ea igitur de causa cõuiciabãtur, ne aliis salus cõciliaretur. Nouerat n. ille versutus non moriturũ quidem esse Dominũ, sed illius mortẽ salutem & vitã futuram esse vniuersis: idcirco eũ de cruce descendere cupiebat, faciebatq; Pharisæos se promittere credituros esse, si saltẽ vel eo modo cõsequeretur, quæ volebat. Dominus autẽ reuera Seruator, qui nõ sua, sed nostra quæreret, nõ in se saluando, sed in creatura redimẽda Saluatorẽ se esse innotescere volebat. Non n. medicus, eo quod se ipsum seruat, declaratur medicus, nisi simul & ægrotis artẽ suã exhibeat. Neq; itẽm sol suũ iubar in se cõtrahens, pro lumine agnoscetur, nisi etiã orbi terrarũ suos radios exporrigat, & tenebras illuminet. Ita quoque & Dominus nõ seipsum saluauit, siquidem nulla salute indigebat, quum esset Saluator, sed ex suis in alios beneficiis voluit Saluator declarari. Neq; descendendo de cruce voluit Filius Dei agnosci, sed ex eo quod in cruce permaneret. Multo enim magis mors Saluatoris. & fidem & salutem hominibus attulit, quàm descensus è cruce attuliſſet. Certe pendente in cruce Domino monumenta aperiebantur, & qui ibi sepulti iacebãt, viuificabantur, & suspensus latro credebat, vt ostẽderetur, & reuera Saluator esse. & dum moritur, fidem sui fœcundate. Ad ista iam deinde vere obstupuit diabolus, & magna in ãxietate hæsitationeq; detinebatur,

Videbat enim se latronem in cruce amisisse: eumq;, cui olim persuaserat latrocinium, nūc fidem recepisse: & quem cōcitauerat blasphemias dicere, illum ipsum videbat iam Dominū adorare, alterumq; latronem increpare. Illud de latrone illum pessimè habebat: quod quem vt latronem occiderat, eum transferri ad paradisum cōspiceret. Videns autē omnia sua arma deiecta, nec vllum sibi esse præsidiū reliquum, quod non à Domino esset contusum, secundū illām Scripturā: Inimici defecerunt frameæ in totū, & ciuitates detraxisti: Hinc ergo turbatus & anxius animi, tentauit deinde Saluatori bibendū dare acetum cum felle, nō sentiens hoc ipsum se contra seipsum instruere. Amaritiem enim iræ ex præuaricatione legis ob ortam, in qua omnes detinebat, Domino porrexit: quā ille accipiens absūpsit, & euacuauit, vt pro aceto vinum, quod miscuit sapientia, nobis potādū daret, & pro felle dulciora melle & fauo eloquia nobis elargiretur: & pro eo quod nostra gustasset, diceret vicissim: *Gustate & videte quoniam suauis est Dominus.* Postquā autem etiam ísthinc exciderat, & spoliatus esset, iam in reliquū deinde tempus eū suspicio tenebat, quum tanta conspiceret, se non contra hominē, sed contra Deū arma moliri, nimirū quia videbat rebus, quibus omnes capiebat, nunc se miserè frustrari & confundi, & potius se ipsum concidere quā alios deiicere. Cedere igitur iā inde parabat, & tergū dare fugæ. Cernens enim eūdem & in cruce pendentē, & mortē persequentem, in metu fuit, ne is ipsus esset, de quo scriptum erat. *Exaltabitur Dominus, vt misereatur nostri:* ac proinde omnia statuerat relinquere, ac fugere, inuidens interim iis quos ille misericordia prosequututus esset. Cæterū Dominus reuera Saluator, noluit illum ita illæsum discedere, neq; opus suum imperfectū deserere, neq; deditos, addictosq; inferno, relinquere inimico. Magno igitur stratagemate & mirabili opere vsus est. Nam quū cerneret illū, alioqui audacem, metu iam contractum, trementē & expauescentem, rursum sese lapsabundū simulat, vt hostē in congressum venientem plane edomaret. Siquidē draco ille nolebat mori Dominum, neq; in ligno pendere. Optabat enim eū de cruce descendere, & non mori: sin autē non descenderet, saltē eum in ligno manere, & non mori. Metuebat enim ne fieret quod scriptum erat, *Spiritus Domini super me, eo quòd vnxerit me, vt euangelizarem pauperibus misit me, & prædicarem captiuis remissionē, & cæcis recuperationē visus.* Idcirco metuebat, ne is esset ille vnctus, & in legationē mittendus ad omnium liberationē. Omnibus igitur nudatus optabat saltē imperiū inferni sibi retinere. Noua siquidē ei formido fuit, nū is esset qui tenebras illustraret, de quo ita scriptura loquitur, *Galilæa gentiū, populus ille, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnā.* Nam & ipsum audierat Christū ita loquentē, *Ego sum Lux:* quamobrē metuebat, ne & ille moreretur, & ipse ex omnib⁹ eiiceretur.

καὶ ἤκουεν αὐτοῦ λέγοντος· ἐγὼ εἰμὶ τὸ φῶς.

ἑώρα γὰρ αὐτὸν ἀπολέσαντα καὶ τὴν λησὴν ἐν τῷ σαυρῷ, καὶ ὃν ἔπεισε πάλαι λῃσθῆναι, ἑώρα τοῦτον πεσόντα, καὶ ὃν παρώξυνε βλασφημεῖν, τοῦτον ἑώρα προσκυνοῦντα τὸν κύριον, καὶ ὅπου πλήττοντα [καὶ] τῷ ἄλλῳ λῃσῇ· μᾶλλον δὲ τῷ ἐν τῷ λῃσῇ ἁλόντι. ἐτρύχετο δὲ πάλιν· ὅτι ὃν ὡς λῃσὴν ἀπέκτεινε, τοῦτον πάλιν μεταφερόμενον ἑώρα ἐν τῷ παραδείσῳ. ὁρῶν δὲ καὶ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν πανοπλίαν ῥιφεῖσαν, καὶ ὅτι οὐκ ἔτι ἀμυντήριον πεμφθὲν παρ' αὐτοῦ ὁ μὴ ἠκόντισεν ὁ κύριος, κατὰ τὸ γεγραμμένον· τοῦ ἐχθροῦ ἐξέλιπον αἱ ῥομφαῖαι εἰς τέλος, καὶ πόλεις καθῃρέθησαν, διὰ τοῦτο ἐπεραάστετο, [καὶ] ἀπορῶν, παρεῖρκε λοιπὸν δοῦναι τῷ σωτῆρι πιεῖν ὄξος μετὰ χολῆς. ἀλλὰ καὶ τοῦτο καθ' ἑαυτοῦ καταπαίζων ἠγνόει. τὸ γὰρ πικρὸν τῆς ὀργῆς, τὸ διὰ τὴν παράβασιν τοῦ νόμου γενόμενον, ἐν ᾧ πάντας κατεῖχεν, ἀπεδίδου τῷ σωτῆρι, καὶ λαμβάνων ἐκεῖνος ἀνήλισκε τὴν ἔχθραν· ἵνα ἀντὶ μὲν τοῦ ὄξους, ὃν ἐκέρασεν, οἶνον ἡ σοφία ποτίσῃ ἡμᾶς, ἀντὶ δὲ τῆς χολῆς, τὰ γλυκύπικρα ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον λόγια χαρίσηται ἡμῖν· ἃ ἀνθ' ὧν αὐτὸς ἐγεύσατο τὰ ἡμῶν, εἶπε καὶ ἡμῖν γεύσασθε καὶ ἴδετε ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος. ὡς δὴ καὶ τότε ἐξέπεσε καὶ ἐσκυλεύθη, καταισχυνθεὶς λοιπὸν ὑποψία αὐτὸν τίς εἶχεν, ὁρῶν πανταχοῦ, ὅτι οὐ πρὸς ἄνθρωπον, ἀλλὰ πρὸς θεὸν ἀντιμάχεται. ἑώρα γὰρ ἐν οἷς τοὺς πάντας ἐθήρευεν, ἐν τούτοις ἑαυτὸν καταισχυνόμενον, καὶ μᾶλλον πίπτοντα, ἢ καταβάλλοντα· καὶ λοιπὸν ἐπειρᾶτο παραχωρεῖν καὶ νῶτα διδόναι τῇ φυγῇ. ὁρῶν γὰρ αὐτὸν κρεμάμενον καὶ διώκοντα τὸ θνατόν, ἐφοβήθη μὴ ἔτος ἐστὶ περὶ οὗ γέγραπται· ὑψωθήσεται κύριος τοῦ ἐλεῆσαι ἡμᾶς. ἢ διὰ τοῦτο μᾶλλον ἐζήτει πάντα καταλιπεῖν, καὶ φυγεῖν, φθονῶν τοῖς ἐλεηθησομένοις παρ' αὐτοῦ, ἀλλ' ὁ κύριος, ὁ τῷ ὄντι σωτήρ, οὐ θέλων αὐτὸν ἀπελθεῖν ἀπαθῆ, ἃ δὴ ἀπλῆς τὸ ἔργον καταλεῖψαι, ἁδὲ τοὺς ἐν τῷ ᾅδῃ σκύδοντας ἀφεῖναι τῷ ἐχθρῷ, ἐστρατήγησε μέγα καὶ θαυμαστὸν ἔργον. ὁ ῥῶν γὰρ αὐτὸν καταπήσαντα καὶ τρέμοντα καὶ ὀλιῶντα τὸ θεσπὶ, πάλιν ὡς ὑποπίπτων χειμαίζει, ἵνα προσελθόντα τὸν ἐχθρὸν, πλέον χειρώσηται. ὁ μὲν γὰρ δράκων, οὐκ ἤθελεν ἀποθνήσκειν τὸν κύριον, οὐδὲ κρεμάμενον ἐπὶ ξύλου. καὶ ἤθελε μὲν καταβῆναι τὸν κύριον ἀπὸ τοῦ σαυροῦ καὶ μὴ ἀποθανεῖν· [εἰ δὲ μὴ κατέβαινε, κἂν μένων αὐτὸν ἀπλῶς ἐπὶ τοῦ ξύλου, καὶ μόνον μὴ ἀποθανεῖν]. ἐφοβεῖτο γὰρ μὴ τὸ γεγραμμένον γένῃ· πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμέ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. καὶ διὰ τοῦτο ἐφοβήθη, μὴ οὗτός ἐστιν ὁ χρισθεὶς καὶ ἀποσταλείς, καὶ λοιπὸν τῶν ἀπάντων ἐλαθρεύσηται γενήσεται· γυμνωθεὶς οὖν ἀπὸ τοῦ παντὸς, ἤρχετο καὶ τοῦ ᾅδου κρατεῖν. πάλιν γὰρ ἐφοβεῖτο, μὴ οὗτός ἐστιν [ὁ] ὁ τὸ σκότος καταλάμπων, περὶ οὗ γέγραπται· γαλιλαία τῶν ἐθνῶν, ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει, φῶς εἶδε μέγα. καὶ γὰρ ὄφιν εἰδυῖα μὴ ἀποθάνῃ, καὶ πάντων ἐκβληθῇ.

ὁ δὲ κύριος ἐρῶν αὐτὸν φεύγοντα, ἵνα μὴ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ φύγας ἀπολέσθῃ ὁ ἐχθρός, φωνὰς ἀφῆκεν ἀνθρωπίνας, καὶ φωνὰς ἀσθενείας λέγων, ἐλωΐ, ἐλωΐ, λιμὰ σαβαχθανί· τοῦτ' ἔστιν, θεέ μου, θεέ μου ἵνα τί με ἐγκατέλιπες. καὶ τοῦτ' ἐποίει, ἵνα ὁ διάβολος, ὃν κατὰ πρόγνωσιν θεὸν, τοῦτον ὡς ἄνθρωπον ἀσθενῆ νομίσας, [μὴ] φυγὰς ἀπέλθοι. ταύταις γὰρ [αἷς] φωναῖς ὑπαχθεὶς ὁ πάγκακος, πάλιν ὡς ἄνθρωπῳ προσῆλθε καὶ κατέρραγη. ἔπεισε γὰρ τοὺς ἰουδαίους εἰς σφαγὴν αὐτὸν αἰτῆσαι, καὶ γέγονεν ὅπερ οὐ προσεδόκησεν. ἐσφάγη γὰρ καὶ εἰς ἄλλο μέρος, ἀλλ' εἰς πάλιν πλευρὰν, ἀφ' ἧς ἔρρευσεν ὕδωρ καὶ αἷμα, ἵνα ἐπὶ δὲ προτέρου διὰ τῆς ἐκ πλευρᾶς πλασθείσης γυναικὸς ἦλθεν ἀπάτη, ὕστερος διὰ τῆς πλευρᾶς τοῦ δευτέρου Ἀδὰμ, λύτρον καὶ καθάρσιον τῆς προτέρας γένηται. λύτρον μὲν, διὰ [τοῦ] αἵματος· καθάρσιον δὲ διὰ τοῦ ὕδατος. τοῦτο δὲ οὐ κατὰ γνώμην ἀπέβαινε τῷ διαβόλῳ. καὶ γὰρ οὐ ἐφοβεῖτο μὴ ἐκεῖνον θάνατον, [τοῦτον] ἀπέθανεν ὁ κύριος, καὶ ἐκεῖνος ἐσκύλευται· καὶ νομίσας κρατεῖν τὸν Χριστὸν ἐν τῷ θανάτῳ, αὐτὸς μᾶλλον ἐδείχθη νεκρὸς· καὶ καυχησάμενος ἄνθρωπον ἀνελεῖν, πεπόηκε γνωσθῆναι θεόν. ἅμα γὰρ ἀπέθανεν ἡ μνησικακία ἄνηλιος γέγονε· τὸ δὲ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐράγη, ἡ γῆ ἐσείσθη, καὶ αἱ πέτραι ἐχάσθησαν· αἱ σεσαπῶται πᾶσαι τοῖς πυλωροῖς τοῦ ἅδου κατέπηξαν. ἀφ' ὧν οὐδὲν εἶδεν μηκέτι ἄνθρωπον, ἀλλὰ θεὸν ἀληθῶς ἐν σώματι, ὡς καὶ οἱ θεωροῦντες ἔλεγον· ἀληθῶς οὗτος ἦν υἱὸς θεοῦ. καὶ γὰρ πολλὰ μνημεῖα ἠνεῴχθησαν καὶ ἠγέρθησαν οἱ τούτων νεκροί. τυφλὸν ἀληθῶς ἡ κακία. νομίσας γὰρ ἀποκτεῖναι ἕνα, τῶν πάντων ἐστέρηται· καὶ νομίσας εἰς ᾅδην καταφέρειν, ἐκβεβλῆται τοῦ ᾅδου, καὶ ἀπεδείχθη πᾶσιν, ὅτι οὐκ ἀθανασία φύσεως πέφυκεν ὁ σωτὴρ, ἀλλὰ τὸν θάνατον εἰς ἀναίρεσιν ἐδίωξεν· ἵνα καταργήσῃ τοῦτον, καὶ ἀπαλλάξῃ τούτους ὅσοι φόβῳ θανάτου διὰ παντὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας. οὐ πολὺ γοῦν διέσῃ, καὶ τὰς ᾠδὰς ἔλυσε τοῦ ᾅδου, καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ἤγειρε λέγων· ἐγείρεσθε, ἄγωμεν ἐντεῦθεν· αὐτὸς δὲ ἐξανέστη καὶ κατέζησε [τοῦ θανάτου] χλευάσας αὐτοῦ πᾶν τόλμαν ἠγησάμενος. ὡς καὶ ἐν ὕμνοις προῃνεφώνητο λέγοντος τοῦ πνεύματος· ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτούς, καὶ ὁ κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς. χλευάζεται γὰρ ἀληθῶς οὕτω παιχθεὶς, καὶ ὡδὴ γνώμην αὐτῷ τῶν πραγμάτων ἀποβάντων. δικὴν γὰρ τοῦ ζωφίου [τοῦ καλουμένου] σφηκὸς, προσβάλλοντος πέτρᾳ, καὶ τῇ προσβολῇ μὴ βλάπτοντος, ἀλλὰ καὶ τὸ κέντρον μᾶλλον ἀπολλύοντος, οὕτω καὶ ὁ θάνατος ἐσφάλη [πάλιν] προσβαλὼν τῇ ζωῇ, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστός. καὶ ἠδυνήθη κρατῆσαι αὐτὸν τῷ θανάτῳ, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ κέντρον ἀπώλεσεν· ὥσπερ οὖν πρότερον ἔφερε τὸ κέντρον, νῦν αὐτὸ καθαιρεθὲν, καὶ λέγειν· ποῦ σου θάνατε τὸ κέντρον; ποῦ σου ᾅδη τὸ νῖκος; καὶ πάλιν· κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος. καὶ πάλιν, ἀφεῖλεν ὁ θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ παντὸς προσώπου.

Dominus porro quum eum ita fugam adornantem conſpiceret, metuens ne fuga elaberetur, voces humanas emiſit, & voces imbecillitatis ſimulauit, dicens, *Heloi, Heloi, lama ſabachthani*, hoc eſt, *Deus meus, Deus meus, cur me dereliquiſti?* Et hoc fecit, ne diabolus ab eo quem vt hominem antea contemperat, nunc autem vt Deum exhorreſcebat, fuga ſe ſubduceret. Certe iſtis verbis inductus ille, vndecunque ſceleratiſſimus, ſub manus venit, Dominumque adoriens confractus eſt. Perſuaſit enim Iudæis vt eum ad cædem mactationemque depoſcerent. Cæterũ id euenit, quod minime expectauit: mactatus enim eſt, non alibi, quàm in latere ad coſtas, ex quo effluxit ſanguis & aqua: vt quoniam prius per mulierem è coſta formatam profluxerat deceptio, ita nunc per coſtam ſecundi Adæ, redemptio & emundatio prioris Adæ dimanaret, & per ſanguinem redemptio, per aquam vero emundatio obtingeret. Ea res igitur diabolo non ex ſententia ſucceſſit, quum morte ea quam metuebat, mortuus ſit Dominus, ac ipſe ſpoliatus ſit: qui dum ſperat ſe poſſe Chriſtum morte ſuperare, ipſe potius mortuus eſſe deprehenditur: & quum ſe iactaſſet, quod homini inſidias poſuiſſet, fecit vt homo pro Deo agnoſceretur. Simul enim, vt ille moriebatur, rerum natura ſuo ſole deſtituta fuit, velumq; templi ſciſſum eſt, terra quaſſata, petræ diſruptæ, milites eum ianitoribus inferni metu exhorruerunt. Ex quibus videre erat eum non hominẽ, ſed Deũ reuera in corpore humano eſſe, quẽadmodum ſpectatores dicebant: Vere hic eſt Filius Dei. Nam & multa monumenta adaperta ſunt: & eorum mortui reſurrexerunt. Planè cæca res eſt malicia, quæ quum crederet ſe vnũ occidere, omnibus ſimul ſpoliata eſt: & dum ſperaret ſe vnum ad inferos deportare, ab inferis expulſa eſt: ac proinde omnibus rebus deprehenſum eſt, Dominum non imbecillitate naturæ mortuum eſſe, ſed quod mortem ad cædem necemque perſequutus ſit, vt ea abolita, omnes liberaret, quotquot metu mortis per omnem vitam obnoxij erant ſeruituti. Non magnum in medio interuallum, & dolores inferat ſoluit, & alios excitauit, dicens, Surgite, abeamus hinc. Ipſe autem reſurrexit, ac deſcendit, ac pro ludibrio habuit illius audaciam vt in hymnis præcantarum fuit, loquente ſpiritu. *Qui habitat in cœlis, irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos.* Ludibrio certe plane habetur, ita illuſus, rebuſque illi, præter animi ſententiam cadentibus, inſtar miſeri animalculi veſpæ inuadentis petram, nec ſuo adorta quicquam lædentis, quum potius aculeum ſuũ elidat: ita quoque diabolus fruſtratus eſt, confligens cum vita, hoc eſt, cũ Chriſto. Non enim eum morte ſuperare potuit, ſed potius aculeum ſuum amiſit, vt quos antea terrebat ille ſtimulus, nunc ab illis conuitio inceſſatur, quum dicit, *Vbi mors tuus ſtimulus? vbi inferne tua victoria?* ac rurſum, *In deglutione mors fuit, poſtquam inualuerat*, & rurſum, *Abſtulit Deus omnem lachrymam ab omni vultu.*

Poſtmo-

Postmodum eiectus ille miser ex inferno, sedensque ad limina, conspicatus est omnes suos vinctos virtute Christi educi, & mortuos reuiuiscere, & captiuos dimitti, & omnes sanctos qui cũ Adamo erant, obuiã tendere, omnesq; plausibus strepere, quemadmodum scriptum est: *Praeuenerunt principes cõiuncti psallentibus, in medio iuuencularum tympanistriarum*, eosq; qui liberabãtur, gaudio exultare, his verbis loquẽtes. *In conuertendo Domino captiuitatem Sion facti sumus sicut consolati, tunc impletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione.* Nam & Angeli, & omnis exercitus Angelorum, hymnos canentium, ac dicentiũ: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, & in hominibus bona voluntas*, obuiam iuuenculis animabus, quæ in libertatem asserebantur, procedere, animæque cum Angelis concursare Patriarchis prodeuntibus, omnia vndecunq; lætitia & Psalmis triumphalibus de victoria mortis resonare, sicuti olim sub Dauide, quum iam prostratus iaceret Goliath, chori puellarum cum tympanis accurrentes dicebant, *Percussit Dauid per myriades*, idem quoq; factitatũ est in morte Saluatoris, cui à morte resurgenti omnes occurrebant cũ choris, carminibus, & tympanis sese mutuo incitantes, *Agite quæso, exultemus Domino, iubilemus Deo Salutari nostro*. Alij inter tripudia dicebant, *Ascendit in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona in hominibus.* Alij rursus omnes ad spectaculum deuocabant dicẽtes, *Iubilate Deo omnis terra, Psallite nomini eius*: ac rursũ, *Venite & videte opera Domini, terribilis in consiliis super filios hominum, auferens bella vsq; ad extremũ terræ.* Non enim iam amplius inimicitia & bellum, sed omnia pacata sunt, hoste profligato & extincto, & tyranni pedibus manibusq; colligatis. Alij rursus memores violentiæ diaboli, ingentiumque illius insidiarum, eumque nunc iacere extinctum conspicantes, cum admiratione dicunt: Quomodo cecidit è cœlo lucifer, qui mane oriebatur: & quomodo contritus, & confractus est malleus vniuersæ terræ? Siquidem cum admiratione omnes stupebant. Mirabantur enim magnum illum tyrannum ita derepente mortuum prostratumque iacere, nec inueniebant causam prostrationis, maxime quia persuaserant sibi, morte mortem aboleri non posse: neque in crucem tantum serpentem tolli posse, vnde rursum præ admiratione dicebant, Quomodo capta est Babylon? videbant enim infernum spoliatum. Hæc quum infelix ille simul audire & cernere cogeretur, furebat præ insania, & luctu atterebatur, seq; ita spoliatum cernens, eosque qui olim sub eo in luctu & ploratu agitauerãt, nunc in Domino psallere, præ indignitate rerum distrumpebat seipsum, maxime quòd tantum sui contemptũ insultationẽque, animaduerteret, non potuit non seipsũ lacerare, nesciusq; quid ageret, solũ dentibus stridebat, vt Psalmographus qui illum viderat, restatur, *Obseruabit peccator iustum, & dentibus super eum frendet, Dominus autem irridebit eum:*

ὅτε ἐκβληθεὶς ὁ ἄθλιος ἀπὸ τοῦ ἅδου, καθήμενος ⸀παρὰ τὰς πύλας, θεωρεῖ ἐξαγομένους πάντας τοὺς πεπεδημένους τῇ τοῦ σωτῆρος ἀνδρείᾳ, ⸂καὶ⸃ τοὺς μὲν νεκροὺς ἀναζῶντας· τοὺς δὲ αἰχμαλώτους ἀφιεμένους. καὶ τοὺς μὲν ἁγίους ⸀περιπλέκοντας τοὺς ⸀περὶ τὸν Ἀβραὰμ ⸂καὶ⸃ ἀνακρινομένους πάντας κατὰ τὸ γεγραμμένον· ⸀περιέφθασαν ἄρχοντες ἐχόμενα ψαλλόντων " ἐν μέσῳ νεανίδων τυμπανιστριῶν. τοὺς ἐλευθερωμέ- "
νους χαίροντας καὶ λέγοντας· ἐν τῷ ⸀ἁπτεσθαι κύ- "
A ριον τὴν αἰχμαλωσίαν σιὼν, ἐγενήθημεν ὡσεὶ ⸀παρακεκλημένοι. τότε ἐπλήσθη χαρᾶς τὸ στόμα ἡμῶν, ⸂καὶ⸃ " ἡ γλῶσσα ἡμῶν ἀγαλλιάσεως. καὶ ἄγγελοι δὲ, καὶ " πᾶσα ἡ στρατιὰ τῶν ἀγγέλων ὑμνοῦντες [ἦσαν] καὶ λέγοντες· δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ καὶ ⸀ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀν- "
θρώποις εὐδοκία, [καὶ] ἀπάντων ταῖς λυτρωμέ- "
ναις νεάνισι ψυχαῖς, καὶ αἱ ψυχαὶ συνέρχεσθαι τοῖς ἀγγέλοις, καὶ οἱ πατριάρχαι ἀνέρχονται ⸂καὶ⸃ πάντα πανταχόθεν συνήχει μετ' εὐφροσύνης ⸂καὶ⸃ ψαλμῶν, ἐπὶ τῇ
B γενομένῃ κατὰ τοῦ θανάτου νίκῃ. καὶ ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Δαβὶδ πεπτωκότος τοῦ γολιὰθ, αἱ χορεύουσαι μετὰ τυμπάνων ἀπήντων ⸂καὶ⸃ ἔλεγον· ἐπάταξε Δαβὶδ ἐν μυ- "
ριάσιν αὐτοῦ, πεῖπον δὲ γέγονε καὶ ἐπὶ τοῦ θανάτου τοῦ "
σωτῆρος. ἀναστένουσι γὰρ αὐτοῦ, πάντες ⸀περιπίπτοντες μετὰ χορῶν καὶ ᾠδῶν ⸂καὶ⸃ τυμπάνων, λέγοντες ἀλλήλοις· δεῦτε ἀγαλλιασώμεθα τῷ κυρίῳ, ἀλαλάξο- "
μεν τῷ θεῷ ἰακώβ. ἄλλοι δὲ ἐχόρευον, λέγοντες· ἀνέ- "
βη εἰς ὕψος, ἠχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, ἔδωκε "
δόματα ἐν ἀνθρώποις. ἤδη δέ τινες καὶ πάντας εἰς θέαν "
C ⸀περιεκαλοῦντο λέγοντες· ἀλαλάξατε τῷ θεῷ πᾶ- "
σα ἡ γῆ, ψάλατε δὴ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. ⸂καὶ⸃ πάλιν· διότι " καὶ ἴδετε τὰ ἔργα κυρίου [τὰ θεῖα]. φοβερὸς ἐν βου- "
λαῖς ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, ἀλλοτρίων ⸀πο- "
λέμους ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. ἐκεῖνος γὰρ ἐχθρὸς ⸂καὶ⸃ πόλε- "
μος, ἀλλὰ πάλαι εἰρηνεύει, κειμένου τοῦ πολεμίου "
νεκροῦ, ⸂καὶ⸃ τοῦ ⸀πάλαι τυραννοῦντος, δεδεμένας χεῖ-
ρας ⸂καὶ⸃ τοὺς πόδας. ἄλλοι δὲ πάλιν γινώσκοντες τοῦ διαβόλου τὴν θρασύτητα καὶ τοὺς μεγάλους λόγους, καὶ νῦν αὐτὸν ὁρῶντες νεκρὸν, θαυμάζοντες ἔλεγον· πῶς "
ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁ ἑωσφόρος ὁ πρωὶ ἀνατέλ- "
λων; καὶ πῶς συνετρίβη καὶ συνεθλάσθη [πᾶσα] ἡ σφύ- "
D ρα πάσης τῆς γῆς; μετὰ γὰρ τοῦ θαύματος, καὶ ἀπορία "
πάντας εἶχεν. ἐθαύμαζον μὲν γὰρ τὸν μέγαν τύ- "
ραννον ὁρῶντες οὕτως, ἐξαίφνης κείμενον νεκρόν· ἠ- "
πόρουν δὲ τὴν αἰτίαν τοῦ πτώσεως. καὶ μάλιστα ὅτι οὐκ ἐπί- "
σθιον ἐν θανάτῳ τὸν θάνατον καταργεῖσθαι, οὐδὲ ἐν "
σαυρῷ τὸν πολυκέφαλον καταράσασθαι. ὅθεν πάλιν "
ἐθαύμαζον καὶ ἔλεγον· πῶς ἐάλωκε Βαβυλών; ἔ- "
βλεπον γὰρ [λοιπὸν] ⸂καὶ⸃ τὸν ᾅδην σκυλευθέντα. ταῦτα
E δὲ ὁρῶν ὁ ἄθλιος καὶ τούτων ἀκούων, ἐμαίνετο λοιπὸν καὶ ἐτρύχετο, ὀδυρόμενος. καὶ γὰρ ὁρῶν ἑαυτὸν σκυλευόμενον κατέκοπτεν ἑαυτόν. ὁρῶν δὲ καὶ τοὺς ποτὲ κλαίοντας ὑπ' αὐτὸν, νῦν ψάλλοντας ἐν κυρίῳ, διέρρηγνεν ἑαυτόν. ὁρῶν δὲ καὶ τὸ χλεύην τὴν κατ' αὐτοῦ, ἐσπάραττε δεινῶς ἑαυτὸν, καὶ ὁπόταν ὅτι πράξῃ, μόνον ἔτριζε τοὺς ὀδόντας· ὡς ὁ τοῦτον ἑωρακὼς ψαλμῳδὸς, μαρτυρεῖ λέγων· ⸀περιβλέπεται ὁ ἁμαρτωλὸς τὸν δίκαιον, καὶ βρύχει ⸀ἐπ' αὐτὸν τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ, ὁ δὲ κύριος ⸀ἐκγελάσεται αὐτόν. καὶ

πάλιν

πάλιν ἁμαρτωλὸς ὄψει καὶ ἀργιθήσει· τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ βρύξει καὶ πακήσει. ἔτριζε γὰρ μεταμελόμενος, ὅτι καὶ ὅλως πτόλμησε καὶ τοῦ σωτῆρος· εἰδὼς ἑαυτὸν πρότερον πλημμελήσαντα καὶ τῶν δικαίων, καὶ μηδὲν τοιοῦτον πεπονθότα. καὶ γὰρ ὑποβαλλόμενος τῷ ἀβελ, καὶ τοὺς πατριάρχας θλίψας, ὑποβαλλόμενος δὲ καὶ τῷ ἡσαΐᾳ, καὶ τὸν ἱερεμίαν ὑβρίσας, καὶ τὸν ἰὼβ πειράσας, πάλιν ἴσχυε, καὶ ἐβασίλευεν ὁ θάνατος ἀπὸ ἀδὰμ, μέχρι μωυσέως. ἄρτι δὲ πλήμμησας καὶ τοῦ κυρίου, θεωρεῖ ἑαυτὸν γυμνούμενον ἱρου, καὶ ἐκβληθέντα τῶν πάντων, καὶ ὑπὸ πάντων καταπατούμενον. ἔργον γὰρ τοῦ σωτῆρος γέγονε, μὴ μόνον αὐτοῦ τοῦ θανάτου καταπαῖξαι, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς ἐπ' αὐτὸν ὑποτιθέναι· ἵνα μὴ μένον ἡμᾶς τῆς ἀθελείας ἐλεύθερώσῃ, ἀλλὰ καὶ τοῦ δουλώσαντα ἡμᾶς καταρχήσῃ· μήποτε πάλιν ἰσχύσας ἀπολήσῃ ἡμᾶς, καὶ εἰς ἀργὸν αὐτοῦ τὸ καλόρθωμα γένῃ. ὅθεν αὐτὸς καταπαίξας τοῦ θανάτου, λοιπὸν ἔκδοτον καὶ ὑμῖν αὐτὸν εἰς τὸ παίζειν δέδωκε λέγων· ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν, πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. καὶ πάλιν· καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα. πάλαι μὲν γὰρ ὁ ὄφις ἡ πάτησις τοῦ εὐαν, καὶ τῷ φθόνῳ τούτου, ὁ θάνατος εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθεν· ἄρτι δὲ πατεῖται. καὶ θέλων ἀπελθεῖν, ἀκούει· ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ. καὶ πάλαι μὲν ὁ ἀντίδικος ἡμῶν διάβολος ὡς λέων περιεπάτει, διψῶν τὴν ἡμετέραν ψυχήν· ἄρτι δὲ καταπατεῖται, σὺν τῷ δράκοντι, καὶ λοιπὸν ὁ θεὸς συντρίψει τὸν σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας ἡμῶν. καὶ τοσοῦτον καταφρονεῖται καὶ παίζεται, ὡς καὶ ὑπὸ τρώγλην ἀσπίδων, ἐκβάλλοντά τινα τὴν χεῖρα μὴ φοβεῖσθαι· παίζεται γὰρ ὁ ἡσαΐας προεφήτευσε· καὶ ἔστιν ὁ λόγος ἀληθής. παιδία γοῦν τὴν πάλαι καὶ γέροντας ἀπατῶσαν ἡδονὴν, ἄρτι χλευάζουσι· καὶ μήπω νομίμης ἡλικίας ὑπεβάντες τὴν ὑπὲρ τὸν νόμον πεῖραν γυναικῶν σωφρονοῦσι καὶ παρθένοι μένοντες, τῷ λόγῳ παίζουσι τοῦ φιλήδονος ἡδονῆς πάσας ἀπάτας. μὴ φοβούμενοι ταύτης τὰ θανατηφόρα δήγματα. ἤδη δέ τινες καὶ αὐτὸ τὸ κέντρον τοῦ διαβόλου παίζοντες, οὐκ ἐδειλίασαν τὸν θάνατον· ἀλλὰ τῷ ζωῇ αὐτὸν ἤλλαξαν τῷ θανάτῳ, μάρτυρες γενόμενοι τοῦ λόγου. διατοῦτο γὰρ ἀπέθανεν ὁ κύριος. πολλοὶ δὲ καὶ ἐπὶ γῆς καταλιπόντες, ἐλευθέρῳ τῷ βαδίσματι, τὰ ἄνω διαβαίνουσι καὶ ἐν ἀρανῷ πολιτεύονται· οὐκέτι φοβούμενοι τὴν ἀρχοντικὴν τοῦ ἀέρος, ἀλλὰ καὶ ὑπερπλήττοντες καὶ λέγοντες, ἀπάγετε ὀπίσω μου σατανᾶ· ὅτι κύριον τὸν θεόν μου προσκυνήσω. διατοῦτο γὰρ ἐσαρώθη εἰς τὸν ἀέρα ὁ σωτήρ· ἡ γὰρ ὁδὸς τοῦ παραδείσου, ἡ πάλαι διὰ ἁμαρτίας κλεισθεῖσα, ἄρτι τοῖς θελομένοις ἀνέωγε, ὡς παῦλος μαρτυρεῖ, ἁρπαζόμενος ἐκεῖ, καὶ ἀπερχόμενος εἰς τοὺς οὐρανούς. διατοῦτο γὰρ ἔπαιζεν ὁ κύριος τὸν ὄφιν· καὶ ὁ μὲν ἅδης κατήργηται, οὐκέτι τοῦ θανάτου κρατοῦντος, ἀλλὰ πάντων ἐγειρομένων. ὁ [δὲ] διάβολος, οὐκέτι ἐξανίσταται· καθ' ἡμῶν πεπωκὼς γὰρ καὶ πεσὼν ἀληθῶς ὑπὸ τῷ σήθ καὶ ἐνὼς καὶ λίᾳ πρώην. διατοῦτο γὰρ ἀνέστη ὁ κύριος. καὶ οἱ μὲν ἄνθρωποι μεμαθήκασι καταφρονεῖν σωμάτων καὶ πλούτου, καὶ πλουτοῦσι τῷ λόγῳ καὶ τῇ γνώσει· ὁ δὲ

& rursus, *Peccator videbit & irascetur, dentibus suis frendet & contabescet*. Stridebat autem ideo dentibus, quia dolebat se vnquam cum Christo congressum esse. Sciebat se quidem antea temerariè audacem fuisse contra iustos, sed vt nihil vnquam tale experiretur. Nam quanquam & Abeli insidiatus esset, & Patriarchas afflixisset, & Esaiæ insidias posuisset, & Hieremiam contumelioſe habuisset, & Iob tentasset, mors tamen æque iterum inualescebat, regnabatque ab Adamo vsque ad Mosen: nunc autem quũ simili audacia aduersus Dominum vsus esset, se plane Irum factum esse, & vndecunque depulsum, ab hominibus supplantari animaduertebat, ac tale opus non nisi Saluatoris esse, vt qui nõ modo solus ipse morti illuderet, sed & nos quoque morti superimponens, eam conculcandam daret, vt non solũ nos à seruitute vindicaret, sed authorem seruitutis conficeret, ne rursum inualescens, nos supplantaret, victoriamque suã irritã faceret. Quapropter ipse quum illusisset morti, nobis eam conculcandam tradidit, quod his verbis indicat, *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem potestatem inimici*, & rursum, *Conculcabis leonem & draconem*. Olim enim serpens deceperat Euã & eius inuidia mors in orbem venit: nunc autem cõculcatur, & volens decipere, audit, *Vade retro Satana*. Olim aduersarius noster diabolus, vt leo circuibat, sitiens nostram animam. Nunc autem cum dracone conculcatur, ac deinceps breui Dominus conteret Satanam sub pedibus nostris, ac iam tantopere despicatui ac ludibrio est, vt qui in cauernam aspidum manum inserat, non reformidet. Hæc enim Esaias prophetauit, & verum est quod dixit. Pueri certe voluptatem olim grandæuos decipiẽtem iam impræsentiarum deridẽt: & qui nondũ sunt legitimæ ætatis, ea castitate, quæ supra legẽ est, lumbos suos accingunt: & virgines permanentes, ratione calcant serpẽtinæ voluptatis astutias, nihil veritì illius lethales morsus. Quin & aliqui ipsum stimulum diaboli pedibus prementes, mortem minime exhorruerunt, & vitam suam cum morte cõmutauerunt, martyres verbi effecti: ea enim de causa Dominus mortuus est. Multi quoque rebus terrenis humi relictis, libero subvolatu in aërem penetrant, & in cœlo cõuersantur, nihil iam metuẽtes principem aëris, sed si prohibere velit, potius increpãtes sub his verbis, Apage te in tergum Satana, quoniam Dominum Deum meũ ſcrino adorare. Ideo enim in aërẽ cruce sublatus est Saluator, vt via paradisi quæ olim clausa erat ob peccatum, nunc volentibus pateret, quemadmodum Paulus testatur, qui eo loci raptus est, & in cœlos ascẽdit. Ideo Dominus illusit serpenti, & infernus deuastatus est, profligatoque mortis imperio omnes resurgunt, neque iã inde diabolus aduersus nos insurgit. Cecidit enim, & plane iã super pectore & ventre prouolutus: resurrexit enim Dominus, & homines didicerunt aspernari diuitias corporales, qppe qui verbo & scientia ditescãt.

Ille

Ille autem draco, qui se diuitem gloriabatur denudatus est, & iam Irus & pauper omnia sua spolia amisit. *Qui quum olim medius inter Cherubinos versabatur, omnique lapide precioso redimitus, Sardio, Iaspide, Achate fulgebat, nunc in papyro & arundine, & ruderibus dormit,* vt in Iob de eo refertur. Ideo enim Deus pauper fuit, vt nos illius paupertate diteſceremus, & diabolus nudaretur. Et quod mirabile est & magnum in rerum natura, homines ad mortem properant optantes aduentum Domini, quum miser interea diabolus, qui olim imperia mortis tenebat, Saluatoris aduentum reformidet, & iudicium exhorreat. Nouit enim sibi præparatum ignem & Angelis suis. Eaque de causa iudicium subiit Dominus, vt nos à iudicio liberaret, illumque condemnaret. Cæterum de diuina cognitione in omnes & omnibus in locis quid opus est loqui, quum ex iis quæ fiant, quisque sibi fidem hauriat? Non enim vlla dies præterlabitur, in qua non aliqui idola relinquant suasque & patriæ leges inficientur & ad Deum confugiant, & Christi leges recipere concupiscant, incredibili admiratione in eum credentes. Qui enim hactenus idololatræ, & Christum vt hominem vilipendebant, eundem postea Deum esse agnoscentes, destituunt idola: & quos dæmones in idolis metuebant, eos ad Dei cognitionem peruenientes, derelictui habent, & ab aliis expellunt: & voluptatem, cui in idololatria sua metuebant, in Christo nunc aspernantur. Et peccatum quod illos tum superabat, iam signo crucis vincentes despicatui habent, & ludibrium putant. Et prorsus nullam fidem virginitati habentes, & impossibile esse dictitantes eam virtutem in hominibus reperiri, iidem vbi iam credidere Saluatori ex virgine nato, non solum eam in aliis esse agnoscunt, sed ipsi eam pudicitia & sanctitate corporis præstant, & vicissim ab Ethnicis ipsos iam tales esse factos credi non potest. Hinc iam ociosa obliterataq; est omnis magia, & vniuersa Græcorum infatuata est sapientia. Nam in rebus diuinis, non verbis, sed factis opus est: nec pronunciatio linguæ, sed animi affectus prodest. Ethnici igitur verbis non capiunt illa quæ fide Christiani repræsentant. Et quæ verbis agunt magi, hæc martyres Christi non verbis, sed rebus exhibent, & de qua virginitate ambigunt magi & Græcorum Philosophi, hanc in Christo mulieres demonstrant: & dæmones, quibus, vt diis, ethnici supplicant, eos pueruli in Christo persequũtur. In summa ille Christigerulus vir vt Deus in terris, mala ab hominibus depellit, & vndiq; quasi cum sole circumambulans & colluſtrans, iubar suum diffundit, cœlestemq; vitam præ se fert. En tibi vnum ex fortibus crucis factis: en quæ mors tibi Saluatoris efficit; non enim opus est hominis, sed Dei. Atque ideo vti homo passus est, vt hominibus ea, quæ sunt super hominem & diuina largitetur.

ὁ δὲ καυχώμενος εἶναι πλούσιος δράκων γεγύμνωται, καὶ νῦν γυμνὸς Ἶρος καὶ πένης ἐστὶ καταskυλόμενος τὰ σπαντων. καὶ γὰρ πάλαι τῶν χερουβὶμ ἀναμεσον ὢν, καὶ πάντα λίθον χρησὸν ἐνδεδυμένος, τὸν σαρδιον, τὸν ἴασπιν, τὸν ἀχάτην ἄρτι λοιπὸν ἐπὶ πάπυρον καὶ καλαμον καὶ χάλικα καὶ κοπρίαν ὢν, ὡς ἐν τῷ Ἰὼβ περὶ αὐτοῦ λέγεται. Διὰ τοῦτο γὰρ ὁ κύριος ἐπτώχευσεν, ἵνα ἡμᾶς τῇ πτωχείᾳ αὐτοῦ πλουτήσωμεν, καὶ ὁ διάβολος ἐγυμνώθη. καὶ τὸ παράδοξον μέγα γενόμενον ἐν τῇ κτίσει. ἄνθρωποι μὲν γὰρ σπεύδουσιν ἀποθνήσκειν ἐρχόμενοι τὴν ἐπιδημίαν τοῦ σωτῆρος. ὁ δὲ δόλιος διάβολος, ὁ πάλαι τὸ θανάτου τὸ κράτος ἔχων, νῦν φοβεῖται τὸν ἐρχόμενον, καὶ τὴν κρίσιν καταπήγασθαι. οἶδε γὰρ τὸ ἡτοιμασμένον αὐτῷ πῦρ, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ σκριθῆναι ὁ κύριος, ἵνα ἡμᾶς [ἀπὸ] τῆς κρίσεως ἐλευθερώσῃ, κἀκεῖνον καταkρίνῃ. ὠφέλει γὰρ τὸ γενόμενον εἰς πάντας. παντα χοῦ θεογνωσίας τί δεῖ καὶ λέγειν, τῶν γινομένων, ἀφ' ἑαυτῶν ἐχόντων πίστιν; ἀκέστι γὰρ ἡμέραν παρελθεῖν, ἐν ᾗ ὅτι μὲν εἴδωλα ἀκαταλιμπάνουσιν ἄνθρωποι, καὶ τοὺς ἰδίους καὶ πατρικοὺς ἀρνοῦνται νόμους, ὥστε ᾗ θεὸν καταφεύγουσι, καὶ τοὺς Χριστοῦ λαμβάνειν νόμους ἀξιοῦσι, παραδόξῳ θαύματι πιστοῦνται εἰς αὐτόν. ἐπὶ γὰρ εἰδωλολατροῦντες καὶ ὡς ἄνθρωπον διαβάλλοντες τὸν Χριστὸν, τὸν τοῦ ὑστέρου θεὸν γινώσκοντες, καταλιμπάνουσι τὰ εἴδωλα, καὶ ὃς ἐφοβοῦντο δαίμονας ἐν τοῖς εἰδώλοις, τούτοις τὸν κύριον ἐπιγινόντες λοιπὸν καταλείπουσι, καὶ ὑπὸ ἄλλων διώκουσι· καὶ οἱ εἰδωλολατροῦντες ἡδονὴν ἐφοβοῦντο, ταύτης ἐν Χριστῷ καταφρονοῦσι, καὶ τὴν ὀπὴν νικῶσαν αὐτοὺς ἁμαρτίαν, ἄρτι τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ νικῶντες παίζουσι. καὶ γὰρ ἀπιστοῦντες ὅλως τῇ παρθενίᾳ, καὶ ἀδύνατον εἶναι λέγοντες ἐν ἀνθρώποις ταύτην ἀνευρίσκεσθαι τὴν ἀρετὴν, καὶ πιστεύσαντες τῷ ἐκ παρθένου σωτῆρι, οὐ μόνον ὑπογινώσκουσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ταύτην πολιτεύονται, ἀπιστοῦνται δὲ τοῖς ἔτι ἔθνεσιν εἰδωλολάτραις. ἐπὶ τούτοις ᾗ ἤργησε πᾶσα μὲν φαρμακεία, πᾶσα ᾗ μαγεία κατήργηται, καὶ πᾶσα τῶν ἑλλήνων μεμώρανται σοφία, ἐν γὰρ τοῖς θείοις, οὐ λόγων, ἀλλ' ἔργων ἐστὶ χρεία· καὶ οὐχ ἡ προφορὰ τῆς γλώττης, ἀλλ' ἡ τῆς ψυχῆς διάθεσις ὠφελεῖ. εἰ γὰρ ἕλληνες, οὐ καταλαμβάνουσι λόγοις πᾶσι, [ἃ] τῇ πίστει χριστιανοὶ ἐπιδείκνυνται· καὶ ἐνεργοῦσι λόγοις οἱ μάγοι, [ταῦτα σιωπώντων ἡμῶν, τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ καταργοῦντες], καὶ ἀμφιβάλλουσι περὶ ἀθανασίας] ταῦτα οἱ μάρτυρες τοῦ Χριστοῦ, οὐ λόγοις ἀλλ' ἔργοις ἐπιδείκνυνται· καὶ περὶ ἧς διαζωσι παρθενίας οἱ μάγοι καὶ τ' ἑλλήνων φιλόσοφοι, ταύτην ἐν Χριστῷ [αἱ] γυναῖκες ἐπιδείκνυνται· καὶ οἷς ἔχουσι δαίμοσιν ὡς θεοῖς, τούτους καὶ παιδία ἐν Χριστῷ διώκουσι. καὶ ὅλως ὁ χριστοφόρος ἀνὴρ, ὡς θεὸς ἐστιν ἐπὶ γῆς, τοῖς μὲν ἀνθρώποις, ἀνεξίκακος γινόμενος· πᾶσι δὲ ὡς σωτὴρ λίαν πρέπων, τὴν οὐράνιον ἐπιδεικνύμενος βίον. ἰδοὺ ἐν [τούτῳ] τῷ σταυρῷ κατόρθωμα. ἰδοὺ ταῦτα πεποίηκεν ὁ θάνατος τοῦ σωτῆρος. οὐ γὰρ ἀνθρώπου ἐστὶ τὸ ἔργον, ἀλλὰ θεοῦ.

καὶ διὰ τοῦτ' ἐπάνω ἐθέλησεν ὡς ἄνθρωπος, ἵνα τοῖς ἀνθρώποις τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον καὶ θεῖα χαρίσηται αὐτὸς

αὐτὸ γοῦν ἐστι τὸ νῦν ἐν ἀνθρώποις κατορθώματα. κἂν γὰρ παῦλος λαλῇ, ἀλλὰ χριστὸς ἐστιν [ὁ] αὐτῷ λαλῶν· κἂν μεγάλα θαυμάσια ποιῇ, ἀλλ' ἡ τοῦ χριστοῦ χάρις ἐστὶν ἡ ταῦτα ἐνεργοῦσα· καὶ ἐὰν εἰς πάντας ἔφθασεν ἡ περὶ θεοῦ γνῶσις, ἀλλ' οὐκ ἀνθρώπων ἐστὶν ἡ διδασκαλία, ἀλλ' αὐτοῦ λόγου, καταβάντος μεσίτου θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. ὅτε γὰρ γέγραπται, οἱ ἰουδαῖοι μὲν ἐσιώπησαν πάλαι, ἄρτι δὲ πληρούμενον ὁρῶσι. γέγραπται γὰρ· ὅτι ἔσον[ται] πάντες διδακτοὶ θεοῦ, καθάπερ καὶ ἱερεμίας λέγει· ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχον[ται], λέγει κύριος. καὶ ἐπιφέρει λέγων· ἐὰν μὴ διδάξῃ ἕκας ὁ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ λέγων· γνῶθι τὸν κύριον, ὅτι πάντες εἰδήσουσί με ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου αὐτῶν. ὅτι ἵλεως ἔσομαι ταῖς ἀδικίαις αὐτῶν. τίς γάρ ἐστιν ὁ ἐν τοῖς εἰδώλοις κατανύττων εἰ μὴ ὁ κύριος; ἢ τίς ὁ ἀνάγων αὐτοὺς ἐκεῖθεν ἔτι δεδεμένους εἰδώλοις, εἰ μὴ αὐτὸς ὁ χριστὸς ὁ λέγων ὅταν ὑψωθῶ, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. τὸ γὰρ παράδοξον ἐστὶ τοῦτο· ὅτι [ἔτι] δουλοδούντων αὐτῶν εἰδώλοις, διανοίγεται τούτων ὁ νοῦς [τῆς ψυχῆς] εἰς τὸ νοεῖν, [ὅτι] οὓς μὲν ἐνόμιζον πάλαι θεοὺς, ξύλα ἢ λίθους εἶναι· ὃν δὲ ἐχλεύαζον ἐσταυρωμένον, τοῦτον οὐκ ἄνθρωπον, ἀλλὰ θεὸν ἐπιγινώσκειν. νῦν δὲ διδάσκαλος οὐκ ἄνθρωπός ἐστιν, ἀλλ' ὁ τὸ νοῦν μόνον ὁρῶν θεός. μακάριε ἀληθῶς καὶ ζωοποιὲ σταυρὲ τοῦ σωτῆρος· τὸν μὲν θανατον ἐθριάμβευσας, τὸν δὲ τοῦτον κατέχοντα διάβολον ἀνεῖλες. θεῖε λόγε ἢ ἀληθῶς σοφία τοῦ πατρὸς· σὺ καὶ τοῦ πανάγνου τὸ πρόσωπον ἔδειξας, καὶ τὴν πλεύξιν τοῦ θώρακος αὐτοῦ ἐγύμνωσας· ὥστε καὶ ἡμᾶς λέγειν· ὁ γὰρ αὐτοῦ [τὰ] νοήματα ἀγνοῦμεν. φιλάνθρωπε ἢ ἀγαθὲ δέσποτα· σὺ καὶ αἰχμαλώτους ἡμᾶς ὄντας ἐλυτρώσω, καὶ δουλεύοντας τῇ ἁμαρτίᾳ, διὰ τοῦ θανάτου ἰδιοκύρως ἠλευθέρωσας. οἴδαμεν γὰρ ὅτι ἠλευθερώθημεν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. εἰρηνοποιὲ [ἀληθῶς] ἡμῖν τοῦ θεοῦ· σὺ καὶ τὴν υἱοθεσίαν ἡμῖν ἀποδέδωκας, καὶ ἀποκαταλλάξας ἡμᾶς τῷ σωτοῦ πατρὶ, τὴν ἐχθρὰν ἐν τῇ σαρκὶ κατήργησας. ὥλεπε σωτὴρ καὶ ἀληθῶς βασιλεῦ· σὺ γὰρ ἐπτώχευσας ἵνα τῇ σῇ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν· σὺ καὶ τὴν βασιλείαν ἡμῖν τῶν οὐρανῶν ἐχαρίσω. κτίσα ἢ δημιουργὲ τῶν πάντων λόγε τοῦ πατρὸς· σὺ γὰρ πάλιν ἡμᾶς ἀνέκτισας, καὶ σου ποιήματα ἐσμεν, κτισθέντες ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς. φῶς ἀληθῶς καὶ ἀπαύγασμα τοῦ πατρὸς· σὺ γὰρ ὑμᾶς ἐν σκότει καταλαμψας, ἢ μὴ βλέποντας ἡμᾶς, εἰς φῶς ἤγαγες. μορφὴ καὶ εἰκὼν ὄντως τοῦ πατρὸς· σὺ γὰρ ἡμᾶς ἀπολλυμένους ἐμόρφωσας, καὶ πάλιν ἐχαρίσω τὸ κατ' εἰκόνα. θεὲ λόγε καὶ ἀληθῶς ζωὴ· σὺ γὰρ ἀποθανόντας ἐζωοποίησας, καὶ φθαρέντας ἀνεκαίνισας, ἐνδύσας τὴν ἀφθαρσίαν. δύναμις ἀληθῶς καὶ βραχίων κυρίου δεξιὰ τοῦ πατρὸς· σὺ γὰρ καὶ πᾶς ὠδῖνας ἔλυσας θανάτου, θύρας χαλκᾶς καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς κατάξας· ὡς ἡ γραφὴ λέγει. σὺ καὶ [τὸν δράκοντα] τὸν ὄφιν τὸν διάβολον, ἐν ἀνθρωπίνῳ ἀγκίστρῳ περιήγαγες ἐν τῷ τροπαίῳ τοῦ σταυροῦ· διὰ σὲ καὶ τὴν σὴν θείαν ἀνδραγαθίαν, πάντες μὲν αἰτοῦ πατέρα,

Illius enim sunt istæ in hominibus efficaciæ, in agendo præstantiæ. Nam si Paulus loquatur, non est alius qui in eo loquitur nisi Christus: siue magnalia & mirifica faciat, non est alia quàm Christi gratia, qua ille operatur. Nam tametsi in omnes venerit cognitio Dei, non tamen ea hominum doctrina est, sed Verbi, quod descēdit, vt esset intercessor mediatorq; Dei & hominum: ita enim scriptum est. Iam quod Iudæi olim reticuerūt, id nunc completū videnti: ita enim in scripturis habetur. Erunt omnes dociles Dei, quemadmodum & Hieremias scripsit, *Ecce dies veniunt, dicit Dominus,* ac deinde ista verba subinfert. *Et non docebit quisq; fratrem suum, dicens, Cognosce Dominum, quin omnes me cognoscent, à minimo vsq; ad maximum, quod misericors sim in causis eorum.* Alioqui quis est, qui eos in idololatria, ita pœnitentia stimulat nisi Dominus? Aut quis est, qui eos inde abducit, etiamnum seruientes idolis, nisi ipse Christus, qui dicit, *Quum exaltatus fuero, omnes traham ad me ipsum?* Nam id certe pro ingenti miraculo habendū, quod etiamnum idolatriæ seruientibus mens aperiatur, vt intelligant eos, quos hactenus pro diis habuere, ligna prorsus & lapides esse: & quem irridebant vt crucifixum, hunc non pro homine, sed pro Deo agnoscant, Non igitur istius doctrinæ homo magister censendus est, sed is qui solus mentem intuetur Deus. Beata nimirum & viuifica crux Saluatoris, quæ de morte triumphasti: & eum, qui mortem in sua potestate habebat, diabolum sustulisti. O diuinum Verbum & reuera sapientia Patris, tu versuti illius faciem aperuisti, & sinus plicasque pectoris illius denudasti, vt & nos dicamus: Non enim illius cogitationes ignoramus. Mortalium amator & bone Domine: Tu nos captiuos redemisti, & seruientes peccato tua propria morte liberasti. Scimus quod à peccato liberati sumus. O pacificator fili Dei: Tu nobis filiorum adoptionem reddidisti, & vbi nos tuo Patri reconciliaras, inimicitiam in carne aboleuisti. O opulente Saluator & reuera rex: Tu pauper fuisti, vt nos tua paupertate ditesceremus: tu nobis regnum cœlorum largitus es. O creator & conditor omniū, Verbum Patris: Tu nos denuo reformasti, tuæque creaturæ sumus conditi ad bona opera. Lumē reuera & iubar Patris: Tu enim nos in tenebris illuminasti, & non videntes in lucem produxisti. O forma & imago reuera Patris: Tu enim nos perditos formasti, & imaginē Dei nobis rettribuisti. Deus, Verbū, & prorsus vita: Tu nos mortuos viuificasti, & corruptos renouasti, induens nos immortalitate. Virtus reuera & brachium & dextera Patris: Tu enim dolores mortis soluisti, ianuas æreas, & vectes ferreos confregisti, vt scriptura dicit. Tu & serpentem diabolum, hamo escaq; humanæ carnis circumegisti per crucis trophæum: tuo ductu diuinoque auspicio omnes eum cōculcāt, omnes

omnes ei illudunt. Te enim primum in illum insultante, initium creaturæ incœpit esse, conditæ ad hoc, vt illi insultaret. Te illum prosternente, omnibus obortа admiratio est, vt in hæc verba prorumperent: Quomodo cecidisti è cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? Teque capiente, ab illo chirographum, affigente que illud cruci, omnes in illum conuitia iactitant, dicentes: Quomodo nunc requiescit? quomodo inquam requiescit exactor, & in otium datus est accelerator? contriuit Deus iugum peccatorũ. Iam enim posthac ei substernitur putredo, & vermis efficitur eius operimentũ, nec est vt quisquam vlterius draconem metuat, sed te. Et te per te Patrem adoramus. Ad istũ modum igitur Deus, vbi primum resurrexerat, insultauit morti, & nos ab ea liberauit. Iudæi, ne ista quidem videntes, ad pudorem redigi potuerunt, ignari contrà seipsos ea se moliri, quæ in Dominum audebant: & in tradendo Christo, Hierosolymorum se traditionem prouocare, dicente Propheta Hieremia: Tradita tradetur Hierusalem in manus Nabuchodonosor regis Babyloniæ. Neq; conspiciebãt, quòd quum non vellent seruire Domino, se in seruos diabolo subiicerent, eiq; ancillarentur ad insidias Christi. Ignorabant enim in expetendo Barrabbam, & in occidẽdo Dominũ, quod ipsi vitam Barrabbæ acturi essent, futurumque esse, vt cædes & seditiones apud ipsos magis ac magis increbrescerent. Abiicientes vero Christum, lucem à se & veritatem, & quicquid est Christus, abiecerunt, vt Esaias dicit, *Ecce enim dominator Dominus Sabaoth, auferet a Iudæa & Hierusalem, validum & validam, vires panis & vires aquæ, gigantem & robustum, Principem & bellatorem, & Iudicem & Prophetam, & coniectorem, & presbyterum, & præfectum quinquaginta militum, & mirificum consiliarium, & sapientem architectum, & prudentem auscultatorem, & præstitutam illis principes adolescentes: & illusores eis dominabuntur.* Illudebant enim infelices illi Domino & non animaduertebant illud Propheticum contra ipsos adimpleri, quod ita dicit, *Illusores dominabuntur eorum.* Hoc enim est illud mirabile Saluatoris, quod dum crucifixus pateretur pro humanitate, interim illuserit mortem, & contra Iudæos implerentur ea quæ scripta erant. Quòd autem lux ab illis ablata sit, ita testatum inuenies in Hieremia: *Verbum quod factum est super Hieremiam in omnem populum Iudæ*, vbi deinde istam vocem subinfert: *Auferam ab illis vocem lætitiæ, & vocem gaudij, vocem sponsi, & vocem sponsæ, odorem vnguenti, & lumen candelæ.* Nihil tamen ob id segniores fuere ad tradendum gentibus Saluatorẽ, neq; viderunt, etiam tum cæcutientes, quòd ipsi non ita diu postea dispergendi essent inter gentes, & quòd in eorũ hæreditatem, contra ipsos ingressuri essent erhnici, quemadmodum scriptum est, *Deum venerũt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, redegerunt Hierusalem in specum tuguriolj, vbi excubant custodes pomorum.*

Neque

πάντες ἢ αὐτὸ καὶ παίζουσι. σὺ γὰρ πρώτου παίξαντος εἰς αὐτὸν, γέγονε λοιπὸν ἀρχὴ τοῖς πλάσμασι κυρίε, πεποιημένον εἰς τὸ καταπαίζεσθαι, & σὲ ἰδόντος καταβάλοντος, γέγονε πᾶσι θαῦμα, ὥστε καὶ λέγειν· πῶς ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁ ἑωσφόρος ὁ πρωὶ ἀνατέλλων. καὶ σὲ λαβόντες παρ' αὐτοῦ τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον, καὶ προσηλώσαντος αὐτὸ τῷ σταυρῷ, πάντες [κατ'] αὐτὸ κατακερτομοῦσι λέγοντες· πῶς ἀνεπαύσω ὁ ἀπαιτῶν; & ἀναπέπαυται ὁ ὑποτασσόμενος; συνέτριψεν ὁ θεὸς τὸν ζυγὸν τῶν ἁμαρτωλῶν. λοιπὸν γὰρ ὑποκάτω αὐτοῦ σρώννυται σὴψις, καὶ τὸ καλάλυμα αὐτοῦ γίνεται σκώληξ, καὶ πάντες ἀκέπι τὸν δράκοντα φοβοῦνται, ἀλλὰ σὲ, & διὰ σοῦ τὸν πατέρα προσκυνοῦσιν. οὕτω μὲν οὖν ὁ κύριος ἐξανεστὰς ταχέως, καὶ παίξας θανάτῳ, καὶ ἡμᾶς ἠλευθέρωσεν ἀπ' αὐτοῦ. ἰουδαῖοι δὲ ἀβλεπῶς ἐβλεπον ἠχύνοντο, ἀλλὰ & ἠγνόουν πλανῶντες καθ' ἑαυτῶν ἐπεχείρουν πάντα. οὐκ ἔβλεπον δὲ προδιδόντες τὸν κύριον, ὅτι τῷ τὸν ἱερουσαλὴμ προδοσίαν προκαλεῖται, λέγοντος τοῦ προφήτου ἱερεμίου· προδιδόμεθα προδοθήσεται ἱερουσαλὴμ εἰς χεῖρας ναβουχοδονόσορ βασιλέως βαβυλῶνος. & οὐκ ἔβλεπον ὅτι μὴ θέλοντες δουλεύειν τῷ κυρίῳ ὑπεβάλλον ἑαυτοὺς τῷ διαβόλῳ δούλους, καὶ ὑπηρετεῖν αὐτῷ εἰς τὸν κατὰ τοῦ σωτῆρος ἐπιβουλήν. ἠγνόουν γὰρ τὸν βαραββᾶν αἰτούμενοι, καὶ τὸν κύριον ἀποκτείνοντες, ὅτι τὸν μὲν βίον διώσονται τὸ βαραββᾶ & πᾶσα στάσις καὶ φόνος παρ' αὐτοῖς αὐξήσει· ἀποβαλοῦσι δὲ ἀφ' ἑαυτῶν τὸ φῶς & τὴν ἀλήθειαν, καὶ πάντα ὅσα εἰσὶν ὁ κύριος, ὡς [ὁ] ἡσαίας λέγει· ἰδοὺ δὴ ὁ δεσπότης κύριος σαβαὼθ, ἀφελεῖ ἀπὸ τῆς ἰουδαίας καὶ ἀπὸ ἱερουσαλὴμ ἰσχυρὸν & ἰσχυρὸν καὶ ἰσχυρὸν, ἄρτον καὶ ἰσχυρὸν ὕδατος, γίγαντα καὶ ἰσχυρὸν καὶ ἄρχοντα πολεμικὸν, καὶ δικαστὴν, & προφήτην καὶ τεχνίτην, καὶ πρεσβύτερον, καὶ πεντηκοντάρχην, καὶ θαυμαστὸν σύμβουλον, & σοφὸν ἀρχιτέκτονα, καὶ σωφρονιστὴν ἀκροατοῦ, καὶ ἀποστήσω νεανίσκους ἄρχοντας αὐτῶν, καὶ ἐμπαίκται κυριεύσουσιν αὐτῶν. ἐνεπαιζον γὰρ οἱ ἄθλιοι τῷ κυρίῳ, καὶ οὐκ ἔβλεπον ὅτι τὸ προφητικὸν κατ' αὐτῶν ἐπληροῦτο ῥητὸν τὸ λέγον· ἐμπαίκται κυριεύσουσιν αὐτῶν. τοῦτο γὰρ ἦν τὸ προδεδεγμένον τοῦ σωτῆρος, ὅτι σαυτοῦ μενος ἔπαθεν ὑπὲρ τῆς ἀνθρωπότητος, κατέπαιξε δὲ τοῦ θανάτου, καὶ κατὰ ἰουδαίων ἐπληροῦτο τὰ γεγραμμένα. ὅτι δὲ καὶ τὸ φῶς ἀφῄρηται ἀπ' αὐτῶν γέγραπται ἐν τῷ ἱερεμίᾳ οὕτως· ὁ λόγος ὁ γενόμενος ἀπὸ ἱερεμίου ἀπὸ παίδων τὸν λαὸν ἰσδα. εἰ τὰ ἀπὸ φέρει λέγων· ἀφελῶ ἀπ' αὐτῶν φωνὴν εὐφροσύνης καὶ φωνὴν χαρᾶς, φωνὴν νυμφίου, καὶ φωνὴν νύμφης, ὀσμὴν μύρου, καὶ φῶς λύχνου. ἀμελῶς παρεσήμαντες τοῖς ἔθνεσι τὸν κύριον καὶ οὐκ ἠθέλησαν, ἀλλ' ἐπὶ φλωτὸν, ὅτι αὐτοὶ εὐμετα πολὺ μιαθήσονται ἐν τοῖς ἔθνεσιν, καὶ εἰς τὴν κληρονομίαν αὐτῶν, εἰσελεύσονται κατ' αὐτῶν τὰ ἔθνη, καθάπερ γέγραπται· ὁ θεὸς εἰσήλθοσαν ἔθνη εἰς τὴν κληρονομίαν σου, ἐμίανεν τὸν ναὸν τὸν ἅγιον σου, ἔθεντο ἱερουσαλὴμ εἰς ὀπωροφυλάκιον,

ἀριθμενο

ἀρνέμενοι τ κύριον ἔχειν βασιλέα, ἠγνόουν σεμνυνόμενοι τῆς δαυιτικῆς τιμῆς. αὐτῷ γὰρ ἀπεκειτο ὁ δαβὶδ ἡ βασιλεία, ἕως μέχρι τῆς ἐπιφανειας τοῦ σωτῆρ & ἔφθανεν αὐτὴ, ὅπερ μάρτυρι τῷ ἰακὼβ λέγοντι· οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ ἰούδα· ὑ δὲ ἡγέμων & ἐκ τῶν μηρῶν αὐτ· ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. καὶ γυμνοῦντες δὲ τὸν κύριον, & τύπτοντες αὐτὸν, οὐκ ἠδεισαν ἐκδυσκέμενοι παρ' αὐτὰ, καὶ κοπτὴν καθ' ἑαυτῶν παρεξύνοντες. λέγει γὰρ αὐτὸς ὁ κύριος· ἀφελοῦμαι τὰ ἱμάτια μου, & τὰ ὀθόνια, ὅ μὴ καλύπτειν τὴν αἰσχύνην αὐτῆς. καὶ πάλιν· ἕνεκεν τούτου κόψεται ἡ θρηνήσει, περιόσεται ἀνυπόδητος καὶ γυμνὴ· ποιήσεται κοπετὸν ὡς δρακόντων· καὶ πενθ & ὡς θυγατέρων σειρήνων. καὶ ποιοῦντες ἐπιβληθῆναι χλαμύδι κοκκίνῃ, οὐκ ἔβλεπον καθ' ἑαυτῶν τὴν καταστροφὴν τοῦτο γὰρ & πληρῶντες· ὅτι αἱ χεῖρες ὑμῶν αἵματος & πλῆρεις. χαίρουσι δὲ καὶ ὅτι τῷ περικεῖσθαι ἀκάνθας τὸν σωτῆρα, ἐτύφλωσαν καθ' ἑαυτῶν αὐτοὺς περιπλέκοντες. γέγραπται γὰρ· ἔκσητε, λυπήθητε αἱ πεποιθυῖαι, ἐκδύσασθε, γυμναὶ γίνεσθε· περιζώσασθε τὰς ὀσφύας, καὶ ὅπου τῶν μαστῶν κόπτεσθαι. ἀπὸ ἀγροῦ ὅπιθυμήματος, καὶ ἀπὸ ἀμπέλου γονῆς. ἡ γῆ τοῦ λαοῦ μου ἄκανθα, & χόρτος ἀναβήσεται, καὶ ἐκ πάσης οἰκίας ἀφροσύνη ἀρθήσεται. ἐχλεύαζον τὸν κύριον ὡς υἱὸν θεοῦ. καὶ οὐκ ἔβλεπον ἀποβαλλόμενοι τὴν υἱοθεσίαν, ὡς αὐτὸς ἁμαρτύρεται λέγων· υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δὲ ἐμε ἠθέτησαν. καὶ ἰδοὺ ἀφίε ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν. ἐποίησον αὐτὸν ὄξος & καὶ χολὴν, ἀλλὰ & τοῦτο σφόδρα τυφλὸν κατ' αὐτῶν ὁ μὲν γὰρ θεὸς ἄμπελον ἐξ αἰγύπτου μετῆρε, καὶ καταφύτευσεν αὐτ. καὶ προσεμενε δ λαβεῖν παρ' αὐτῶν τ καρπὸν, σταφυλὴν καὶ οἶνον· οἱ δὲ ἄφρονες, ἀντὶ οἴνου ὄξος, ἀντὶ δὲ σταφυλῆς, χολὴν ἐπεδίδουν, γνώρισμα τ καθ' σοδομίτας αὐτῶν κακίας ἐμφαίνοντες. καὶ γὰρ αὐτῶν ἡ σταφυλὴ χολή ἐστι, καθ' τὰ ἐν τῷ δευτερονομίῳ γεγραμμένα. διὰ τοῦτο γὰρ ὁ κύριος καὶ σωτὴρ ἡμῶν, εἰδὼς τ παρ' αὐτῶν ἐσόμενον πικρὸν καρπὸν, προέλεγεν αὐτοῖς τὴν παραβολὴν τοῦ ἀμπελῶνος, & ὅτι ἀρθήσε ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, καὶ δοθήσε ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτ. πρὸς τούτοις διῄρουν τὰ ἱμάτια τοῖς δημίοις, καθ ὁρῶντες τ κατ' αὐτῶν ἐν τοῖς ἔθνεσι γιγνόμενον μερισμὸν. φησὶ γὰρ ὁ προφήτης· ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχον & κυρίου, & διαμεριοῦσι τὰ σκῦλά σου ἐν σοὶ καὶ ὅπως ἀξω πάντα ἔθνη εἰς πόλεμον εἰς ἱερουσαλήμ, & ἁλώσε ἡ πόλις, & διαρπαγήσον κὶ οἰκίαι, καὶ αἱ γυναῖκες μολυνθήσον. & πάλιν· νῦν καθ φανε ἡ ἐρυσίπηλος κλῆρος αὐτῶν. καὶ καθὼς ὁ μιχαίας φησὶ· τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ληφθήσε ἐφ' ὑμᾶς παραβολὴ, & θρηνήσε θρῆνος ἐμμελὲς λέγων, ζηλωτὴ ἐπαλαιπώρησε μερὶς λαοῦ μου, καὶ μερὶς ἐν χοινίῳ, οὐκ ἰδοὺ ὁ κολύων αὐτὸν τοῦ διασρέψαι· οἱ ἀγροὶ ὑμῶν διεμετρήθησαν. καὶ σωελόντες φράσαι, τολμήσαντες καθ' & κύριον, καθ' ἑαυτὸ τὴν ἡμέραν προσεκαλέσασθο, ἣν προέλεγε καὶ ὁ προφήτης·

Neque senserunt, quum inficiarentur Dominum regem suum esse, se spoliari Dauidico honore: siquidem illi repositum erat Dauidis regnum, & vique ad aduentum Saluatoris id propagatum fuit, teste Patriarcha Iacob, ità dicente: *Non deficiet princeps ex Iuda, neque dux de fœmoribus eius, donec veniat ille cui repositum est, & ipse est expectatio gentium.* Et renudantes Dominum, ac verberibus mulctantes, non animaduertebant se ab eo renudari, & quod planctum aduersus se proritabant: dicit enim Dominus, Auferam vestimenta mea, & linteа mea, vt non tegam turpitudinem illius. Et rursus: ideo in planctu erit & luctu, incedet discalciata, & nuda, faciet que planctum veluti draconum, & luctum veluti filiarum Sirenũ. Et quũ iniicerent chlamydem coccineã, non prospiciebant quòd aduersus se implerent criminationem illam Spiritus S. Quoniam manus vestrę plenę sunt sanguinis. Lęti porro quod Christũ spinis circundarent, ea cæcutiẽtia fuere, vt nõ perceperint ipsos sibi has spinas circumponere. Scriptũ est enim: Obstupescite, legite qui in fiducia fuistis, exuamini, nudæ litis, circumcingite lumbos, & super vbera vestra planctum facite, ab agro desiderij, & à vitæ germinationis. Terra populi mei spina, & fœnum ascendet, & ex omni domo tolletur lætitia. Irridebant Dominum quasi qui se faceret filium Dei, nec videbant se eo modo abiicere adoptionem filiorum, vt ipse protestatur, dicens: *Filios genui & exaltaui, ipsi autem me contemserunt. Ecce relinquitur vobis domus vestra.* Dederunt illi in potum acetum, & fel, & in hoc ipso quoque mira eorum cœcitas. Deus enim vineam ex Ægypto transtulit, & plantauit eam, & expectauit vt ex ea perciperet fructum, vuam & vinum. Illi contra vecordes pro vino acetum, pro vua reddiderunt fel, insignia scelerum Sodomitarum in hoc ipso ostendentes. *Nam & illorum vua, vua fellis est*, vt in Deuteronomio scriptum est. Ideo enim Dominus & Saluator noster, cum sciret illiusmodi fructum ab illis prouenturum, prædixit illis parabolam de vite, & quod ab illis auferendum esset regnum cœlorum, & dandum esset genti facienti fructum eius. Ad hæc diuidere carnificibus vestimenta Christi, prorsus immemores se inter gentes diuidendos esse, quum Propheta ita dicat: *Ecce dies veniunt, & diuidentur spolia tua in te, & simul inducam omnes gentes in Hierusalem, & capietur ciuitas, & diripientur domus, & polluentur fœminæ*, Et rursum, *Et rubigo deuorabit eorum prædia.* Quemadmodum & Michæas dicit: *In illa die assumetur in vos parabola, & plorabitur ploratus modulatus, sub his verbis: Ærumna arumnosa facta est portio populi mei metata est in funiculo (siue decempeda) nonerat qui impediret, vt auerteret: agri, vestri centuriati sunt:* &, vt compendio dicam, quum ita audaces temerariique essent aduersus Dominum, diem illam aduersum se prouocauerunt, quam prædixit Propheat

Dies enim iudicij Domini, & talionis iudicij Sion, & vertentur valles in picem, & terra eorum in sulfur, & erit terra eorum vt pix quæ ardet nocte & die, & non extinguetur in æternum, & ascendet fumus eius sursum in generationem, desolabitur, & habitabunt in ea volucres, & herinaceï & ibides, & corui, & inducetur in eam funiculus geometriæ eremi, & onocentauri habitabunt in ea, principes eorum non erunt, & magnates eorum erunt in perniciem, & pullulabunt in ciuitatibus eius ligna spinea, & in propugnaculis eius, & erunt stabulum Sirenum, & gurgustium struthionum, & inuicem occurrent dæmonia in onocentauros: & clamabit alter ad alterum. ibi requiescent onocentauri, & ibi herinaceus fœtum nidum fecit, & seruauit terra campos suos cum securitate. In has calamitates inciderunt Iudæi, quum putarent se Christum occidere. Hæc contra seipsos prouocarunt, dum inclamant contra Saluatorem: ob ista condemnati sunt, dum volunt condemnare Christum. Quisquis volet accedat, faciatque se arbitrum inspectoremque, & non ex rebus in obscuro latentibus, sed ex claris euentis veritatem colligat, & videat quisnam sit dominicæ mortis fructus, & quodnam Iudaicarum insidiarum emolumentum. Siquidem Saluatoris mors orbem terrarum in libertatem asseruit, causamque dedit, vt gentes Deum glorificent. Iudæorum furor Iudæos cum ipsa ciuitate deleuit, & in Dei cognitione occæcauit. Mors Christi mortuos viuificauit, Iudæosque suæmet insidiæ vita spoliarunt. Crux Saluatoris Ecclesiam gentium quum desertam esset, colonis habitatoribusque frequentauit. Iudæi contra malicia orbem terrarum sibi intercluserunt, inhabitabilemque reddiderunt, vt qui ne iam quidem ciuitatem vllam habeant. Et rursus, Mors Saluatoris regnum cœlorum ostendit. Iudæi contra suo furore, suos reges perdiderunt, & magnates amiserunt. His accedit, quòd crux Domini Angelos hominibus consociauit, & interpres conciliatrixque eorum amicitiæ fuit: Iudæi contra insidiando, contubernium societatemque domicilij cum dæmonibus lucrati sunt. Morsque item Christi diminuit hominibus peccandi brutalitatem: Iudæi vicissim furore suo obbrutuerũt, & nunc cum Sirenibus, & herinaceis, & struthionibus ex similitudine morum consuetudinem habent, ita absurdi iam moribus vt ipsi onocentauri: Quum pro iure apud ipsos iniusticia recepta sit, pro mansuetudine rabies, eaque instar serpentis. In summa nihil est apud illos, quod ipsis mortem non conciliet. Nunquid igitur operepretium mortem Christi suppliciter venerari, & dimittere consilium Pharisæorum? Nunquid igitur dignius est crucem potius adorare, quàm Iudæorum, & mundi gratiam lucrifacere? Id enim est quod beatus Paulus scribit: *Omnia existimo detrimentum, vt Christum lucrifaciam.*

ἡμέρα γὰρ κρίσεως κυρίου, ἀνταποδόσεως κρίσεως σιὼν, καὶ σκληθήσονται αἱ φάραγγες εἰς πίσαν, καὶ ἡ γῆ αὐτῆς εἰς θεῖον, καὶ ἔσαι ἡ γῆ αὐτῆς ὡς πᾶσα καιομένη νυκτὸς καὶ ἡμέρας, [καὶ οὐ] σβεσθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα χρόνου, καὶ ἀναβήσεται ὁ καπνὸς αὐτῆς ἄνω. [αὕτη] εἰς γενεὰν ἐρημωθήσε) καὶ κατοικήσουσιν ἐν αὐτῇ ὄρνεα καὶ ἔχινοι, καὶ ἴβεις καὶ κόρακες, καὶ ἐπιβεβλήσεται ἐπ' αὐτὴν σπαρτίον γεωμετρίας ἐρήμου, καὶ ὀνοκένταυροι οἰκήσουσιν ἐν αὐτῇ· οἱ ἄρχοντες αὐτῆς οὐκ ἔσονται. καὶ οἱ βασιλεῖς καὶ οἱ μεγιστᾶνες αὐτῆς ἔσονται εἰς πώλειαν, καὶ ἀναφύσει εἰς τὰς πόλεις αὐτῆς ἀκάνθια ξύλα, καὶ εἰς τὰ ὀχυρώματα αὐτῆς. καὶ ἔσαι ἔπαυλις σειρήνων, καὶ αὐλὴ στρουθῶν, καὶ συναντήσουσι δαιμόνια ὀνοκενταύροις, καὶ βοήσουσιν ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον. [καὶ] ἐκεῖ ἀναπαύσονται ὀνοκένταυροι· εὗρον γὰρ αὐτοῖς ἀνάπαυσιν· ἐκεῖ ἐνόσσευσεν ἐχῖνος, καὶ ἔσωσεν ἡ γῆ τὰ πεδία αὐτῆς μετὰ ἀσφαλείας. ταῦτα πεποιθασιν [οἱ] ἰουδαῖοι δοκοῦντες τὸν κύριον ἀποκτείνειν· ταῦτα καθ' ἑαυτῶν προσκαλέσαντο βοῶντες καθ' ἑαυτῶν· ἐν τούτοις κατακριθῆσαι θελήσαντες κρῖναι τὸν κύριον. καὶ μοι παρελθὼν ὁ βουλόμενος γενέσθω δικαστὴς, καὶ [ἐξ] ἀφανῶν πραγμάτων, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῶν γινομένων τὴν ἀλήθειαν ἀναλογιζόμενος, καὶ σκοπείτω, τίς μὲν ὁ τῆς κυριακῆς θανάτου καρπός; τί δὲ τῆς ἐπιβουλῆς ἰουδαίων τὸ κέρδος; ὁ μὲν γὰρ θάνατος τὸν σωτῆρος, τὴν οἰκουμένην ἠλευθέρωσεν, καὶ τὰ ἔθνη τὸν θεὸν ἐδόξασεν· ὁ δὲ τῶν ἰουδαίων θυμὸς, σὺν αὐτοῖς τοῖς ἰουδαίοις ἀπώλεσε καὶ τὴν πόλιν, καὶ τῆς θεογνωσίας αὐτοὺς ἐπύφλωσε. καὶ ὁ μὲν θάνατος τὸν κυρίου, τοὺς νεκροὺς ἐζωοποίησεν· ἡ δὲ τῶν ἰουδαίων ἐπιβουλὴ τῆς ζωῆς αὐτοὺς τοὺς ἰουδαίους ἐξέρησε, καὶ νῦν εἰσὶ χωρὶς τοῦ κυρίου. καὶ ὁ μὲν σαυρὸς, τὴν ἐκκλησίαν τῶν ἐθνῶν ἔρημον οὖσαν κατῴκισεν· ἰουδαῖοι δὲ τῇ κακίᾳ ἑαυτῶν, καὶ τῆς οἰκουμένης ἑαυτοὺς ἐρήμωσαν, καὶ νῦν εἰσὶν ἀκέχοντες πόλιν. καὶ πάλιν, ὁ μὲν θάνατος τοῦ σωτῆρος, τὴν βασιλείαν [τῶν οὐρανῶν] ἀνέῳξεν· ἰουδαῖοι δὲ τῷ θυμῷ, καὶ τὰς βασιλεῖς αὐτῶν ἀπώλεσαν, καὶ τὰς μεγιστᾶνας κατέβαλον. πρὸς τούτοις ὁ σαυρὸς [τοῦ κυρίου] ἀγγέλους συνῆψε τοῖς ἀνθρώποις, καὶ μεσίτης τῆς φιλίας αὐτῶν γέγονεν· ἰουδαῖοι δὲ ἐπιβουλεύοντες, ἐκέρδαναν τὸ μετὰ δαιμόνων καθοίκησιν. καὶ ὁ μὲν θάνατος τοῦ Χριστοῦ ἐκούφισε τὴν τῶν ἀνθρώπων διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἀλογίαν· ἰουδαῖοι δὲ ἠλογιάθησαν τῷ θυμῷ, καὶ νῦν μετὰ σειρήνων καὶ ἐχίνων καὶ στρουθῶν τοῖς τρόποις συναναστρέφονται, ἀλλόκοτον ἔχοντες καὶ οὕτως τὸν τρόπον, ὡς ὀνοκένταυροι. καὶ γὰρ ἀντὶ τοῦ νόμου, ἀνομία παρ' αὐτοῖς ἐστιν· ἀντὶ δὲ πραότητος, θυμὸς αὐτοῖς κατὰ τὴν ὁμοίωσιν τοῦ ὄφεως. καὶ ὅλως οὐδὲν ἐστι παρ' αὐτοῖς, ὃ μὴ θάνατον αὐτοῖς καταπράζεται. ἀφ' οὗ οὖν οὐκ ἄξιον τῷ θανάτῳ προσκεῖσθαι, καὶ ἀφίεσθαι τῶν Φαρισαίων τὸ συνέδριον; ἀφ' οὗ οὐκ ἄξιον τῷ σαυρῷ μᾶλλον προσκυνεῖν, ἢ τὴν ἰουδαίων καὶ τοῦ κόσμου κερδαίνειν φιλίαν; διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ μακάριος παῦλος γεγέαφε· τὰ πάντα ἡγημαι ζημίαν, ἵνα κερδάνω Χριστόν.

„ Διατῦτο καύχημα ἡγεῖται τὸν σταυρὸν, λέγων· ἐ-
„ μοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ
„ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ· δι' οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσταύ-
„ ρωται, κἀγὼ κόσμῳ. Διατῦτο καὶ αὐτὸς ὁ κύριος,
„ ἔλεγεν· ὃς ἂν μὴ ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ καὶ ἀκολουθήσῃ
„ μοι, οὐκ ἔστι μου ἄξιος, ὃ [δὲ] δυνάται μου μαθη-
„ τὴς εἶναι. ἀλλ' ἐνταῦθα πολλῆς ἀσφαλείας ἐστὶ
χρεία· μήποτε κατὰ τοὺς ἰουδαίους αἴρομεν τὸν
σταυρὸν, καὶ μὴ κατὰ τὸν παῦλον. ὁ μὲν γὰρ παῦλος,
ὡς τρόπαιον τῆς ἁμαρτίας ἐφόρει τὸν σταυρόν· οἱ δὲ A
ἰουδαῖοι ὅπως τοῦτο τὸν κύριον ἀνελοῦσιν. διατῦτο ἀσφα-
λίζεσθαι χρὴ καὶ νήφειν, μήποτε κατηγοροῦντες ἰου-
δαίων, τὰ αὐτὰ αὐτοῖς κατ' ὃ κυρίως πράττωμεν.
πολλοὶ γὰρ προσκυνοῦντες τὸν κύριον, ἀναξίως
αὐτοῦ πολιτευόμενοι, ἀγνοοῦσιν ὑπόδικοι γινόμε-
„ νοι τοῦ θανάτου τοῦ σωτῆρος. ὃς γὰρ ἂν ἐσθίῃ τὸν ἄρ-
„ τον, καὶ πίνῃ τὸ ποτήριον τοῦ κυρίου ἀναξίως, ἔνοχός
„ ἐστι τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου· ὁ δὲ πό-
„ σολος μαρτύρεται. ὅτως καὶ ὁ μισῶν τὸν ἀδελ-
„ φὸν αὐτοῦ, οὐκ ἀγαπᾷ τὸν κύριον· ἀλλ' ὥσπερ οἱ ἰου- B
δαῖοι καὶ αὐτὸς ὅτως ἐμίσει τὸν. ὁ δὲ τὸν πένητα ἐξ-
ουθενῶν, ἀπαμάζει [καὶ αὐτὸς ὡς οἱ ἰουδαῖοι τὸν κύ-
„ ριον. τοῦτο λέγει σαλομών· ὁ ἐξουθενῶν [τὸν] πένητα,
„ ἀπαμάζει] τὸν ποιήσαντα αὐτόν· ὁ παροξύνων πένητα
ὀνειδίζει καὶ διψῶντα καὶ γυμνὸν, ὅμοιός ἐστι τοῖς
ἰουδαίοις, τοῖς καὶ τὸν κύριον σκυδύσασι, καὶ ποτίσα-
„ σιν αὐτὸν ὄξος καὶ χολήν. καὶ ὁ λαμβάνων δῶρα ἐπ' C
„ ἀθῴοις, οὐκ ἔστιν ἄλλος τοῦ πωλήσαντος τὸν κύριον
ὡς ὁ ἰούδας. καὶ αὐτὸς γὰρ τὴν δικαιοσύνην, ἥτις ἐστὶν ὁ
κύριος, πωλεῖ, ὡς ἐκεῖνος τὸν χριστόν. καὶ ὁ μὴ κρίνων·
ὀρφανῷ καὶ πτωχὸν δικαίως δοὺς τῇ χήρᾳ, ὁ αὐτὸς
ἐστι τοῖς ὑπερβαλοῦσι τῷ κυρίῳ καὶ συκοφαντήσασιν αὐτόν. καὶ τέλος, ὁποῖα ἄν τις εἰς τὸν πλησίον
ἐργάσηται, πάντα εἰς τὸν κύριον λογίζεται, τὸν δι'
ἡμᾶς καταλθόντα, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντα. ὅτω
„ γὰρ καὶ ὁ κύριος ἐν τοῖς εὐαγγελίοις λέγει· ἐφ' ὅσον ἐ-
„ ποιήσατε ἑνὶ τῶν μικρῶν τούτων, ἐμοὶ ἐποιήσατε καὶ
πάλιν, ὅπερ ἐστὶν ἀναγκαῖον εἰδέναι καὶ τηρεῖν· ὁ πορ-
νεύων, τὴν μὲν ἰδίαν ψυχὴν ἀπολλύει· ὑβρίζει δὲ
καὶ αὐτὸς ὡς ἰουδαῖοι τὸν ναὸν καὶ τὸ σῶμα τοῦ κυρίου. ὁ D
γὰρ τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ φθείρων, φθείρεται ὑπὸ τοῦ θεοῦ,
ὡς παῦλος γράφει. ὁ μὲν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας
βασιλευόμενος, οὐδὲν ἀποδιέστηκεν ἀρνουμένων ἰουδαί-
ων, καὶ λεγόντων μὴ ἔχειν βασιλέα τὸν κύριον, ἀλλὰ
καίσαρα. μὴ ἀγνοείτω δὲ ὁ κρατούμενος ὑπὸ τῶν
ἡδονῶν, καὶ μᾶλλον αὐλαῖς προσέχων, ὅτι καὶ αὐτὸς
[ὡς οἱ ἰουδαῖοι] τὸν βαραββᾶν αἱτεῖται, καὶ τὸν κύριον
ἀποκτένει. ὅτω γὰρ καὶ οἱ ἰουδαῖοι τὸν παῦλον τρόπον
ἀγαπήσαντες τὸν [τὸ] βαραββᾶ, λοιπὸν τὴν ἀρε-
τὴν ἀπεδιώξαν. γινωσκέτω οὖν καὶ ὁ μὴ τῇ πίστει ἰσχυ-
„ ρὸς, ὅτι πιστός ἐστιν ὡς οἱ ἀπιστοῦντες καὶ λέγοντες· εἰ
„ υἱὸς ἐστι τοῦ θεοῦ καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, καὶ
„ πιστεύσομεν αὐτῷ. καὶ γὰρ κἀκεῖνοι ἀπιστοῦντες,
ἐφθέγγοντο ταῦτα. τί οὖν ὅπως τούτοις χρὴ ποιεῖν;
ἰδεῖν ἕτερον ἢ πιστεύειν τῷ χριστῷ, καὶ κατ' αὐτὸν
„ πολιτεύεσθαι, καθὼς καὶ ὁ παῦλος λέγει· μιμητα-
„ ταί μου γίνεσθε καθὼς κἀγὼ χριστοῦ· καὶ τὴν μὲν ἰουδαίων ἐκτρέπεσθαι φιλίαν καὶ χλεύην καὶ μύθους,

ideoque & gloriam sibi crucem arbitratur, dicens, *Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Atque hinc est quod ipse Dominus dicit, *Quicunque non tulerit crucem suam, & sequatur me, non est me dignus, non potest meus discipulus esse.* Sed hic opus est multa cautione, ne secundum Iudæos tollamus crucem, & non secundum Paulum. Paulus enim, vt trophæum peccati, gestabat crucem: Iudæi vero crucem ferebant vt Christum tollerent. Quapropter caute & sobrie agendum est, ne dum accusamus Iudæos, paria cum illis contra dominum faciamus. Multi siquidem adorantes Dominum, neque ita vt dignum est eo, viuentes, non sentiunt se reos fieri dominicæ mortis. *Qui enim comederit panem, & biberit calicem Domini indigne, reus est corporis & sanguinis Domini.* Nam hoc Paulus ita esse testatur. Ad eandem rationem, *Qui odit fratrem suum, non diligit Dominum.* Sed eodem modo quo Iudæi & ipse Deum odio persequitur. Qui autem pauperem vilipendit, contumelia afficit conditorem pauperis. Qui negligit pauperem esurientem, & sitientem, & nudum, similis est Iudæis, qui Christum exuerunt, & eum aceto & felle potauerunt. Et qui munera acceperit super innocente, non est diuersus à venditore Domini Iuda. Nam & ipse iusticiam, quæ est Christus venalem habet, vt ille Christum. Et qui non iudicat pupillo, neque viduæ ius reddit, hic vnus est ex insidiatoribus & calumniatoribus Christi. In summa quæ quis in proximum operatur, ea omnia Christo imputantur, qui nostri causa descendit, & mortuus est. Ita enim Dominus in Euangeliis loquitur. *Quatenus fecistis vni ex pusillis istis, mihi fecistis.* Iam & id rursum quoque sciendum & obseruandum est, quòd scortator & propriam animam perdit, & ipse quoque, vt Iudæi, contumelia templum & corpus Dei afficit. *Qui enim templum Dei corrumpit, corrumpetur a Deo,* vt Paulus scribit: & qui sub regno peccati agit, nihil differt à Iudæis inficiatoribus & dicentibus se non habere Dominum regem, sed Cæsarem. Ne ignoret qui detinetur à voluptatibus, maioremque in illis delectationem sentit, quòd & ipse, sicuti Iudæi, Barrabam deposcit, & Dominum interficit. Ita enim Iudæi reprobos mores scilicet diligentes virtutem persequuti sunt: sciat quoque is qui in fide firmus non est, se talem esse, quales illi qui increduli erant, ac dicebant, *Si Filius Dei est, descendat de cruce, & credemus ei.* Nam & illi ista per incredulitatem loquuti sunt. Quid igitur hic faciendum est? Nihil aliud quàm vt credamus Christo, & secundum eum viuamus, sicuti Paulus dictitat, *Imitatores mei estote, sicut & ego Iesu Christi:* & Iudæorum amicitiam, incredulitatem, subsannationes & fabulas,

& prosapiarum descriptas in infinitum series, euertemur, quæ potius quæstionem suppeditant, quàm ædificationem Dei in fide, sed adhæreamus cruci, & digne illa viuamus, & dicamus eaidem cum Paulo voces: *Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.* Ita enim quum vixerimus, & crediderimus in Dominum, cognoscemus eius in cœlum assumptionem, eiusque ad dexteram maiestatis sessionem, & angelorum illi subiectionem conspiciemus, eiusque cum gloria reditum, quem Angeli præindicant, sancti decantant, omnes autem videntes exultant, & gaudent in Christo Iesu, per quem Patri gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

καὶ γενεαλογίας ἀπεράντους, αἵτινες ζητήσεις παρέχουσι μᾶλλον, ἢ οἰκοδομίαν θεοῦ τὴν ἐν πίστει· ἔχεσθαι δὲ τοῦ σταυροῦ, καὶ ἀξίως αὐτοῦ πολιτεύεσθαι, καὶ λέγειν τὰς αὐτὰς τῷ παύλῳ φωνάς· ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἅτως γὰρ πολιτευσάμενοι καὶ πιστεύσαντες εἰς τὸν κύριον, γνωσόμεθα τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης κάθισιν, καὶ τὴν τῶν ἀγγέλων ὑποταγὴν ὀψόμεθα, καὶ τὴν μετὰ δόξης αὐτοῦ πάλιν παρουσίαν· ἣν ἄγγελοι [μὲν] προσημαίνουσιν, ἅγιοι δὲ ὑμνοῦσι· πάντες δὲ ὁρῶντες, ἀγαλλιῶνται καὶ χαίρουσιν, ἐν χριστῷ Ἰησοῦ. δι' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

S. Patris nostri

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI Alexandrini,

IN EVANGELIVM DE SANctissima nostra deipara, sermo in quo annunciationis & incarnationis mysteria recensentur.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ Ἀλεξανδρείας,

ΚΗΡΥΚΤΙΚΟΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΥΑΓγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου ἡμῶν θεοτόκου.

SAcros sacrarum rerũ præcones non ad imbecillitatem lectionis, sed ad eam quæ requiritur vim materiamque, & causam spectare oportet, quas præ oculis habentes, ita demum de eo quod denunciatur, destinationem coniecturamque facere debemus. Quocirca etiam nunc ad prædicationem diuini Euangelij de deipara & matre Dei nos conferentes, concionatui scilicet ad cœtum conuentumque istius festæ diei, necessum est in argumento sanctissimæ & nulla carne vestitæ Trinitatis, vt etiam vnius ex illorum numero incarnationem celebremus. Nisi enim diserte prius & distincte de Trinitate disputatum fuerit, quomodo ea quæ vnius personæ propria peculiariaque sunt, disputari poterint? Quapropter necessum est vt inde petito initio, transeamus ad ea quæ ad incarnationem spectant, atque ita quæ Euangelij sunt, quasi per subauditionem consequentur. Ac primum hoc memoriæ subiiciendum, festum hoc vnum esse ex dominicis festis, atque adeo primarium & prorsus venerandum, vtpote quod pro ordine & digestione rerum earum quæ in Euangeliis de Christo prædicantur, sacrosanctum habeatur: quippe in quo de filij Dei è cœlis descensu agatur. Nos enim eum è cœlis descendisse credimus, quemadmodum & eundem ascendisse confitemur. Oportet

ΟΤΣ θείας ἱεροκήρυκας, οὐ πρὸς τὴν ἀσθένειαν τῆς ἀκροάσεως δεῖ ἀποβλέπειν· ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀπαιτουμένην δύναμιν καὶ ὑπόθεσιν καὶ αἰτίαν, ἣν ὀφθαλμοῖς θεωροῦντας, πρέπει καταλαμβάνεσθαι τοῦ κηρύγματος. διὸ καὶ νῦν ὅπου τὸ κήρυγμα τοῦ θείου εὐαγγελίου τῆς θεοτόκου καὶ μητρὸς τοῦ θεοῦ ἡκούσας ἡμᾶς, καὶ ὅτε μέλλοντας ἀνακηρύττειν πρὸς πρόσωπον τῆς ἑορτῆς, ἀνάγκη κατ' ὑπόθεσιν καὶ αἰτίαν τῆς ἀσάρκου καὶ ὑπερθέου τριάδος, τὴν σάρκωσιν τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας τριάδος ἀναπλέναι. ἐὰν γὰρ μὴ προδιασαφηθῇ τὸ περὶ τριάδος, τὸ περὶ τοῦ ἑνὸς σαρκωθέντος πῶς ἐξέλθωμεν; ὃν δέον ἐκεῖθεν ἐπαναγαγόντας τὸν λόγον, μεταβῆναι ἐπὶ τὰ κατὰ τὴν σάρκωσιν, καὶ ἅτως τὰ κατὰ τὸν εὐαγγελισμὸν ἐπακόειν. καὶ πρότερον ὅπισημαινόμενοι, ὑπαναμιμνήσκομεν, ὅτι μία τῶν δεσποτικῶν πρώτη τε καὶ πανσεβάσμιος ἑορτή, κατὰ τὴν τῶν πραγμάτων καὶ συντάξιν τῶν ὑποκειμένων ἐν τοῖς κατὰ χρόνον κηρύγμασιν, ὑπάρχουσα, τῷ θείῳ εὐαγγελισμοῦ κλητὴ ἁγία ἡμέρα, περὶ τῆς ἐξ οὐρανοῦ καταβάσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, καταστέλλει τὸ κήρυγμα. καὶ γὰρ καταβάντα αὐτὸν ἐκ τῶν οὐρανῶν πιστεύομεν, καθὼς καὶ ἀνελθόντα ὁμολογοῦμεν.

δέον

δεῖον πίνειν ἐπειλημμένους τῶ θείου κηρύγματος, ἐκεῖθεν ἄρξασθαι, ὅθεν καὶ διδασκεσθαι δυνήσεται τὰ λεγόμενα. πιστεύομεν τοιγαροῦν εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, τελείαν ὑποστάσεων, ἀδιαιρέτων ἐχόντων τὴν διαίρεσιν, καὶ τὴν ἕνωσιν ἀσύγχυτον. οὐδὲ γὰρ κατὰ τοπικὴν διαίρεσιν, τὴν διαίρεσιν τῶν ἀγίων τελείων θεαρχικῶν ὑποστάσεων πρεσβεύομεν, οὐδὲ συγχυτικὴν τὴν ἕνωσιν· ἀλλ' ἀδιαίρετον τὴν διαίρεσιν, καὶ ἀσύγχυτον τὴν ἕνωσιν, ἓν ὄνομα τὸ, θεὸς ἔχοντα κατὰ μίαν μονάδα συστάσεως. ἐπεὶ καὶ ἕνα θεὸν ἐν τελείαις προσώποις καθομολογοῦμεν, τὸ ἄναρχον, καὶ ἄχρονον· καθ' ἑκάστην τῶν ἁγίων τριῶν θεαρχικῶν ὑποστάσεων τάξιν κατὰ τὴν χαρακτηριστικὴν αὐτῶν ἰδιότητα, ἐν πατρὶ τὸ ἀγέννητον, ἐν τῷ υἱῷ τὸ γεννητὸν, ἐν τῷ πνεύματι τὸ ἐκπορευτὸν. ἄναρχον καὶ ἄχρονον τὸν πατέρα δοξάζοντες, ἄναρχον καὶ ἄχρονον τὸν υἱὸν καταγγέλλοντες, ἄναρχον καὶ ἄχρονον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καθομολογοῦντες· ὑστερον τὸν πατέρα, καὶ ὕστερον τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα, ἀλλ' ἅμα πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, κατὰ μίαν ἄναρχον καὶ ἄχρονον ὑπερούσιον μονάδα ὑπάρξεως σέβοντες, ἕνα θεὸν ἐν τελείαις ἰδιότησι, πιστεύοντες καὶ ἀληθῶς δοξάζοντες, οὐχ ὡς ἄλλον θεὸν τὸν πατέρα πρὸ τοῦ πάρχοντα, καὶ ἄλλον θεὸν τὸν υἱὸν ὕστερον ἐπεισαχθέντα, καὶ ἄλλον θεὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑπονοηθέντα, κατὰ τοὺς αἱρετικοὺς βλασφημοῦντας· ἀλλ' ἕνα θεὸν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι θεολογοῦντες, μίαν ἔχοντα τὴν οὐσίαν καὶ τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἐνέργειαν, καὶ ὅσα ἄλλα περὶ τὴν θείαν θεωρεῖται, θεολογούμενα καὶ ὑμνούμενα. καὶ ἵνα τύπον δῶμεν τῷ λόγῳ, καὶ ἄθροισμα ἢ πλήρωμα, τὰ νῦν θεολογίαν ἔχωμεν, τί δὲ ταῦτα ἐστιν ἢ περὶ τίνα ταῦτα, καθεξῆς ἀκούσωμεν· ὅτι τὸ ἄκτιστον, τὸ ἀσώματον, τὸ ἄχρονον, τὸ ἄναρχον, τὸ ἀΐδιον, τὸ ἀτελεύτητον, τὸ ἄπειρον, τὸ αἰώνιον, τὸ ἄγνωστον, τὸ ἀνεμφιλύστον, τὸ ἀσχημάτιστον, τὸ ἀνεξιχνίαστον, τὸ, θεὸν θεῶν λέγεσθαι αὐτὸν, τὸ, κύριον κυρίων, τὸ, βασιλέα βασιλευόντων, τὸ, παντοκράτορα, τὸ, ποιητὴν, τὸ δημιουργὸν, τὸ φῶς, τὸ, ζωὴν, τὸ, ἅγιον, τὸ, ἀγαθὸν, τὸ, ἀθάνατον, τὸ, ἰσχυρὸν, τὸ, παντοδύναμον, καὶ ὅσα ἄλλα κατάτε ὑπεροχὴν καὶ αἰτιολογίαν, οὐχ ἕκαστον οὐσία λέγεται, ἀλλὰ περὶ τὴν οὐσίαν· ὡς ὅτι δύο καὶ πλείονων ἐπὶ ἓν ἔχοντα τὴν ἀναφορὰν, κατὰ τὸ διπλούμενον ἐμάθωμεν, ἃ καὶ ἄθροισμα καὶ πλήρωμα θεότητος λέγεται κατὰ τὴν γραφὴν. οὐ γὰρ μίαν ὑπόστασιν μόνην ἀναγκαῖα, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην τῶν ἁγίων τριῶν, ἐπίσης θεωρούμενα καὶ θεολογούμενα. διὸ καὶ αὐτὸς ὁ μονογενὴς θεὸς φησὶν· πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, ἐμά ἐστι. καὶ πρὸς τὸν πατέρα λέγων· τὰ ἐμὰ πάντα σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμὰ, καὶ δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς. ἐν ἅπασι γὰρ οἷς δοξάζεται ὁ πατὴρ θεολογούμενος, ἐν αὐτοῖς δοξάζεται

A

B

C

D

E

Oportet igitur consistentes diuinæ prædicationi inde auspicari, vnde rebus sua discrimina obuenire queunt. Credimus igitur in Patrem, & Filium & Spiritum S. Trinitatem scilicet personarũ indissolubilem, inter se distinctionẽ & vnitatem inconfusam possidentem. Non enim secundũ interualla locorum distinctionẽ trium sanctarum personarũ constituimus, aut confusaneam vnitatem, sed inexemptibilem distinctionem, & inconfusam vnitionem, cui nomẽ est Deus secundũ vnam singularitatem substantiæ. Siquidem vnũ Deum in Trinitate personarum cõfitemur: Deum, inquam nullo principio inchoatum, aut tempore circunscriptum, singulis tamen personis proprietatem attribuentes, in Patre naturã ingeniti, in Filio geniti, in Spiritu sancto procedentis: nullo principio inchoatum, aut tempore circunscriptum Patrem glorificãtes, nullo principio inchoatum aut tempore circunscriptum Filium prædicantes, nullo principio inchoatum, aut tempore circunscriptum Spiritum sanctum confitentes: non tamen vt prior sit Pater, posterior Filius & Spiritus S. sed, quòd simul & pariter sint Pater & Filius, & Spiritus sanctus, secundum vnam & nunquam inchoatam, extemporalemq;, & supersubstantialẽ vnitatem naturæ: venerantes, vnũ Deum, in tribus proprietatibus credentes, vereque glorificantes: non vt alium Deum priusque existentem Patrem, & alium Deum Filium postea superinductum, & alium Deum Spiritum sanctum postmodum excogitatum, secundum blasphemias hæreticorum, sed vnum Deum in tribus subsistentiis prędicantes, in quibus vna sit substantia, vis & efficacia, & quæcunque huius generis circa substantiam considerari possunt, & diuinitus in sacris literis, & hymnis prædicantur. Et vt formulam demus sermoni nostro, consummationem, ac plenitudinem, ea quæ in sacris literis celebrantur, tenere oportebit. Sed quænã ea sint, & circa quænam versentur, deinceps audiemus: nimirum eum increatum, incorporeum, intemporeum, expertem initij, sempiternum, indesinentem, infinitum, æternum, incognitum, ineffabilem, nulla figura delineatum, imperscrutabilem, Deum deorum, Dominum dominorum, Regem regum, summum Imperatorem, creatorem, opificem, lumen, vitam, sanctitatem, bonitatem, immortalem, omnipotentem appellari, & quæcunq; alia excellentiam huiusmodi, & naturæ rationem præ se ferunt. Non quod singula istorum substantia eius sint, sed quòd circa substantiam eius versentur. Veluti quum duo plurave ad vnum, cui attribuuntur, referri intelligimus, quod coaceruationem plenitudinemque diuinitatis in scripturis nuncupamus. Non quod ad vnam tantummodo personam, sed æque ad quemlibet ex trinitate pertineãt. Quapropter vnigenitus Deus ait, *Omnia quæ habet Pater, mea sunt*, & ad Patrẽ loquens, *Omnia mea tua sunt, quemadmodum & tua mea, & glorificatus sum in iis.* In omnibus enim quibus glorificatur Pater, illis ipsis

quoque glorificatur filius, & Spiritus sanctus. Atque hinc perfectus Deus Pater dicitur, & perfectus DEVS Filius, & perfectus DEVS Spiritus sanctus, quoniam singuli non destituuntur plenitudine deitatis, sed æqualitatem habent omnium earum proprietatum, quibus æqualiter plenitudo diuinitatis intelligitur. Ex deriuatione ἴσου, hoc est, æqualis, ἰσία nominatur fœminea terminatione, quę est æqualitatis multorum complexio & causa. Quibus enim æqualis substantia est, diuersis interim proprietatibus, ea æqualia ex æqualitate ἰσία est Græcis nominantur, dicta videlicet quasi ὁσία, hoc est, sanctitas. huic vocabulo ἰσία si conuersione ι in ο deinde adiicias υ ὑσίαν facies, quę ex hac etymologia quasi interpretari potest, quædam substantia effectrix plurium, quæ in eandem vnitatem, vnde sunt, quasi in suam summam conferuntur. Nã ita ad hominem secundum imaginem Dei factum respicientes, pro regula tradimus turbã earum proprietatum, quæ in eius natura sunt, substantiamq; eius appellamus, quæ, & ipsa est complexio, & comprehensio multorũ, quæ totum illum aceruum ad vnum refert, qualia sunt, eum creatũ esse, intelligentem esse, rationalem, animatum, corporalem, passibilẽ, fluxum, temporalem, mortalem, fœcundum, corruptibilem, vegetabilẽ, mutabilem, alternabilem, tristitiæ obnoxium, alsaque huiusmodi secundum analogiam, rationẽque æqualiter ad hujus naturam relata æqualitas quædam, hoc est, ἰσία, mutatione deinde adiectioneq; literarum ὐσία appellari potest, atq; ita deinde hoc ipsum pro plenitudine consummationeq; humanæ naturæ accipitur, eò quòd aggestu sui impleat eius integritatẽ. in quibus illud animaduertendum, quod nihil earum proprietatum, quæ in humana natura ad eius plenitudinem constituendam cernuntur, substantiam siue personam posse dici, sed promiscue & libere, quum in genere coaptantur, substantiæ nomen accipit vniuersitas illa, integerque aceruus proprietatum humanarũ: peculiariter vero & ad vnum relata, persona dicitur. Quum igitur communiter in multis istiusmodi considerantur, substantia nuncupatur: quum in vnũ proprie conferuntur, persona siue substantia nominatur. Et sicut rursus hominem ad imaginem & similitudinem Dei formatum, simul in eo & mentem, & rationem, & spiritum contemplamur, neque in iis aliud alio prius aut posterius iudicamus, sed pariter consistere, & quum de vno loquimur, Trinitatem tamen in animo cogitamus, quasi si mentem ingenitam, verbum autem genitum statuas, idemque illud literis comprehensum & atramento scriptum emissum dicas: ita quoque in omnium Deo, Patrem, quasi mentem quandam ingenitam, Filium vt verbum genitum, eumque emissum censeas, in tempore, quod placuit paternæ voluntati, non quidem vt vox, quæ effertur ad tempus, momentumque aliquod, & pro vsu rerum datur, sed vt verbum substantiale solidum, & re ipsa ita consistens vt genitũ est: postquã enim semel è Patre prodiit, ὑπόστασις est, substantia est, statum

A
B
C
D
E

ποιοῦζεται καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ οὐδεὶς θεὸς ὁ πατὴρ λέγεται, καὶ τέλειος θεὸς ὁ υἱός, καὶ τέλειος θεὸς, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἐπεὶ περ μηδενὶ λείπει τὸ αὐτὸ θεότητα πληρώματος ἕκαστον· ἀλλ' ἰσίαν ἔχει πάντων τῶν ἰδιωμάτων, ὧν ἐπίσης ἡ τοῦ πληρώματος τῆς θεότητος θεωρεῖται. ἐκ παραγωγῆς γὰρ ἴσου ἰσία λέγεται θηλυκῇ ἐκφορᾷ· ἡ τοίνυν ἰσότης τῶν πολλῶν συσταλικὴ αὐτοῦ ληψις. ὧν γὰρ ἰσότης ἐστὶν οὐσία διαφερόντων ἰδιωμάτων, ἰσία λέγεται, ὥσπερ καὶ ὁσία καὶ μία. καὶ ἐπείπερ ἰσία λέγεται κατ' ἐτυμολογίαν, τρωπῇ τοῦ ι εἰς ο, καὶ πλεονασμῷ τοῦ υ στοιχείου, ὐσία ἑρμηνεύεται, ὡς ὐσότης συσταλικὴ ὑπάρξις, τῶν ἐκ πλειόνων ὅπου μίαν μονάδα ἐχόντων τὸ ἄθροισμα· καὶ ἵνα εἰς τὸν κατ' εἰκόνα θεοῦ γενόμενον ἄνθρωπον βλέποντες, κανονίζωμεν ὅτι ἡ σύστασις τῶν περὶ αὐτὸ ἰδιωμάτων, καὶ τὸ αὐτοῦ ὕπαρξιν, ὐσία προσαγορεύεται, ὡς ὅσα περίληψις καὶ χωρισχὴ τῶν πλειόνων, ὅπου ἐν ἔχόντων τὸ ἑαυτῶν ἄθροισμα. καὶ γὰρ τὸ κτιστὸν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, τὸ νοερὸν, τὸ λογικὸν, τὸ ἔμψυχον, τὸ σωματικὸν, τὸ παθητικὸν, τὸ ῥευστὸν, τὸ χρονικὸν, τὸ θνητὸν τὸ γεννητὸν, τὸ φθαρτὸν, τὸ αὐξητικὸν, τὸ τρεπτὸν, τὸ ἀλλοιωτικὸν, τὸ λυπηρὸν, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, κατὰ ἀναλογίαν καὶ ἐκλογισμὸν ὀφείλοντα ὅπου τὸν ἄνθρωπον λαμβανόμενα κατὰ πῖσον, ἰσία λέγεται, καὶ τροπῇ καὶ πλεονασμῷ τῶν στοιχείων, ὐσία προσαγορεύεται, κἀντεῦθεν πλήρωμα τῆς ἀνθρωπότητος ἑρμηνεύεται, τὸ συμπληροῦν αὐτῆς τὸ ἄθροισμα, καὶ τὸ μοναδικὸν αὐτῆς σύστημα, ἐν οἷς σημειούμεθα, ὅτι οὐδὲν τούτων καθ' αὐτὸ ὐσία λέγεται τῶν κατὰ τὸν ἄνθρωπον ἰδιωμάτων ἀθροιζομένων. ἑρμηνεύεται τούτων ὑπόστασις λέγεται· ἀλλὰ κοινῶς μὲν οἷον ἀπολύτως ὅπου πάντων σωματούμενα, ὐσία λέγεται τῶν καὶ τὸν ἄνθρωπον ἰδιωμάτων τὸ ἄθροισμα· ἰδίως δὲ καὶ ἐφ' ἑνὸς ὑπόστασις. ὅταν μὲν οὖν κοινῶς ὅπου πολλῶν ταῦτα θεωρῆται, ὐσία προσαγορεύεται· ὅταν δὲ καὶ ὅπου ἕνα ἰδίως σωμάτηται, ὑπόστασις ἐξονομάζεται. καὶ ὥσπερ πάλιν εἰς τὸν κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν θεοῦ γενόμενον ἄνθρωπον ἀποβλέποντες, ἅμα τοῦ τὸν νῦν καὶ λόγον καὶ πνεῦμα καθορῶμεν, καὶ οὐδὲν τούτων πρότερον, ὕστερον, ἀλλὰ κατὰ ταυτὸ συνέχη, καὶ ἕνα μὲν λεγόμενον, τρία δὲ νοούμενον ὡς οἷον, καὶ τὸν νοῦν μὲν ἀγέννητον, γεννητὸν δὲ τὸν λόγον, καὶ τὸν ἐν καιρῷ μελανέμενον καὶ ἐκφερόμενον καὶ ἀποστελλόμενον· ὅτως δὲ ὅπου ἓν πάντων θεοῦ, τὸν μὲν πατέρα, ὡς νοῦν ἀγέννητον, τὸν δὲ υἱὸν ὡς λόγον γεννητὸν, καὶ τοῦτον ἀποστελλόμενον, κατὰ καιρὸν εὐδοκίας τοῦ πατρικοῦ θελήματος, ἐπὶ ὡς πρόφορικὸν κατὰ καιρὸν καὶ χρόνον πρὸς χρείαν ἀποχωνώμενον· ἀλλ' ὡς ὑποστατικὸν, καὶ αὐτόχρημα τοῦτο ὄντα, καθὼς καὶ γεγέννηται. ἅπαξ γὰρ γεννηθεὶς ἐκ τοῦ πατρὸς, ὑπόστασις ἐστί.

σίν ἀλλάλυτον ἔχων, ὑφ' ὧν καὶ εἶναι πέφυκε. τὸ γὰρ ὑπόστασις, κατ' ἐτυμολογίαν διερμηνεύεται ὑπόκεισις. καὶ γὰρ ὡς υἱὸς ὁ πατὴρ κατ' αἰτίαν τοῦ γνωτοῦ, ὡς γνησίου τὸν υἱὸν ἐπ' αὐτὸν ἔχει. διὸ καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ἀντὶ τοῦ ὑπό, τὸ πρός, ἀναγέγραφε λέγων· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, οὕτω ἰσοδυναμόν ἐστι, καὶ καθ' ἓν σημαινόμενον ἐπαναστρέφον τὸ, ὑπό καὶ πρός, κατὰ προσθήκην τοῦ ὀνόματος προσκείμενα. ὑπόστασις τίνων ἐστὶν ὁ υἱὸς, ὡς ὑπό τὸν πατέρα φάσιν ἔχων, καὶ οὐ χωρὶς τοῦ πατρὸς ὤν, ἀλλὰ πρὸς τὸν πατέρα ἀεὶ ὤν. καὶ οὔτε θέλημα ἄλλο παρὰ τοῦ πατρὸς ἔχων, οὔτε μίαν δυνάμιν ἑτέραν, οὔτε μίαν ἐνέργειαν, ὡς οὐδὲ ἄλλην οὐσίαν, ἀλλὰ πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ ἔχων καὶ αὐτὸς ὁ υἱός, ὁμοούσιός ἐστι τῷ πατρὶ καὶ τῷ πνεύματι. οὕτω κατὰ πατρικὴν βουλὴν ἀρχαίαν ἀληθινὴν, ὡς μεγάλης βουλῆς πατρὸς ἄγγελος, θαυμαστὸς σύμβουλος, καὶ πάλαι ὡς λόγος τοῦ πατρὸς, πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τούτων, ἐλάλησεν ἡμῖν σαρκωθεὶς καὶ ἐνανθρωπήσας ὡς φησὶ, καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν· ἀθεῖς τισὶ τὸ πατροπαράδοτον ἐγχειρήσας τῷ αὐτοῦ προνοίαν, καθά φησιν ἕλληνες, ἀλλ' αὐτὸς ὁ υἱὸς δόξῃ τοῦ πατρὸς καὶ συνεργείᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος, πᾶσαν τῶν ὄντων πρόνοιαν ἀναδεδειγμένος. ἐπείπερ καὶ τὸ κοινὸν ἐνδεικνύμενος τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς προνοίας καὶ ἐνεργείας φησὶν ὁ πατήρ μέχρις ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι. ὧδε γὰρ οὐ ἄλλην καὶ ἄλλην πρόνοιαν ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς ἐργάζεται, ἀλλὰ κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν οὐσιώδη τῆς θεότητος ἐνέργειαν. ὃς ὢν ὡς καὶ πάλιν φησὶν ὁ κῆρυξ, ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ· δῆλον ὅτι τῆς τοῦ πατρὸς· φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καθαρισμὸν τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ποιησάμενος, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς. ἀναστρέφων ἡ τὸ αὐθις ὁ λόγος, εἰς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ἐπισυνάγει, περιβλέπων, ὅτι τὸ ἀπαύγασμα. ὡς ἀκτὶν παντὸς ὡς ἐκδίσκος παντὸς ἀδιάστατον ἔχει τὴν ἔλλαμψιν, καὶ χαρακτὴρ, ἔνδειξις τίς ἐστι τῆς ὑποστάσεως δι' ἧς χαρακτηρίζει. ὡς οἷον δὴ κατὰ δακτυλίου χαρακτὴρ ἐντυπούμενος, τὸ αὐτὸ ἐκτύπωμα, ὃ ἐκσφράγισμα ἐρμηνεύεται, μηδὲν ἐν τοῖς καθ' ὑσίαν ἐλλείπων ἔχει· ἕτως ὁ υἱὸς τὸν αὐτὸν χαρακτῆρα τοῦ πατρὸς φέρει. ὧδε γὰρ ὧδε ἀλλάσσει ὁ χαρακτὴρ ἐκτυπούμενος, ἀλλ' ἀπαράλλακτος μένει, κατὰ τὴν αὐτὴν ἐν τῷ δακτυλίῳ χαρακτῆρα, ἔν τε κηρῷ καὶ χρυσῷ ἐντυπούμενος κατὰ τὸ βασιλικὸν δίωμα. καὶ οὕτως ὁ θεῖος χαρακτὴρ τοῦ υἱοῦ τῆς τοῦ πατρὸς ὑποστάσεως, ἀπαράλλακτος σφραγίς ἐστι, καὶ φέρων τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, κατ' αὐτὸν τὸ ἴδιον χαρακτῆρα, τῷ ὡς κηρίνῳ σώματι ἑαυτὸ ἀνεδέξατο ἐντυπωσάμενος αὐτὴν ἐν ἑαυτῷ· οὐδὲ γὰρ ἀδυνάτου τοῦτο, οὐδὲ μὴν ἄπιστον ἵνα καὶ καιρὸν πατρικῆς εὐδοκίας ὡς χαρακτὴρ

A

B

C

D

E

statum indissolubilem, ex quo genitum est, possidens. Nam hypostasis sua interpretatione designat id quod subsistit, hoc est, quasi secundo ordine consistit: Siquidem Pater quatenus est author geniti, Filium vt genitum sub se habet. Quapropter Euangelista loco huius præpositionis ὑπό, quod est sub, præpositionem apud, in Euangelio reposuit, *In principio*, inquiens, *erat Verbũ, & Verbum erat apud Deũ*. Æquiualentia igitur sunt, & eodem significatu vltrò citroq; recurrunt hæ voces ὑπό & πρός, additæ nomini ὑποστάσ. Ergo est Filius, vt sub aliquo statum suum, id est, sub patre habens, & non à Patre segregatus, sed apud Patrẽ semper existens, neq; aliam voluntatẽ seorsum à Patre suo possidens, neq; aliam potestatem, neq; aliã operationẽ, imo nec diuersam substantiã obtinet. Sed quęcunq; possidet Pater, Filius quoque vnà possidens, consubstantialis, & Patri, & Spiritui S. recte perhibetur. Idem ille quũ sit ex voluntate illa Paterna antiqua & vera, *magni paterni consilij Angelus, admirabilis item consiliarius*, & iampridem Verbum Patris, *vbi multifariã multipliciterq; patribus per Prophetas loquutus esset, his vltimis diebus loquutus est & nobis*, incarnatus, & homo factus est, idemque (vt ait scriptura) etiam secula condidit. Neque prodigiosis numinibus suam commisit prouidentiam, vt ethnici blaterant, sed eam ipsam omnium rerum curam, approbante cooperanteque Spiritu sancto, in se suscepit. Siquidem communionem eiusdem, & vnius prudentiæ operationisque præ se ferens, ad hunc modum loquitur, *Pater*, inquit, *vsque dum operatur, & ego operor*. Non enim per aliam prouidentiam Pater, per aliam Filius, sed per vnam eandemque substantialem deitatis efficaciam operatur. Quemadmodum à præcone illo prædicatur, qui quum sit splendor gloriæ, & sigillum substantiæ eius, hoc est, Patris, omnia ferens verbo potentiæ suæ, expiatione peccatorum nostrorum conciliata, considet ad dexteram maiestatis in excelsis. Sermo autem iste iteratus in eandem sententiam coit, si consideres splendorem istum esse veluti radium vere solarem, ab orbe vere solari indiscretam habere emicationem, & characterem esse, & specimen substantiæ eius, per quam ipse Pater exprimitur, & repræsentatur. vt enim annulo signatorio species aliqua effiguratur, quam & imaginem expressam, & sigillum appellamus, nihilque, quatenus ad suos pertinet, deficit ab exemplari suo: ita quoque Filius eandem cum Patre formam gerit. Non enim euariat impressa imago ab imprimente signaculo, sed incommutabilis perseuerat. iuxta sculpturam annuli, siue in cera, siue in auro signaculum illud effigiatum sit, pro ratione regij numismatis. ita quoque diuinus character Filij, substantiæ Patris incommutabile sigillum est, ferens omnia verbo potentiæ suæ, secundum suum ipsius exemplar, carniq; suæ, quasi ceræ, eum typum formamque impressit. Non enim est impossibile vel incredibile, vt tẽpore Patris voluntati grato, vti character

(siquidem

siquidem & character est) incarnationem in se configuraret, qua veluti pro cera, aut quasi pro auro vsus videri potest, quemadmodum totum illud mysterium ineffabilis huius & inenarrabilis incarnationis nonihil subostendit. Id enim adhuc ineffabile & inenarrabile permanet ob rationem crescendi. Siquidem pro modulis gradibusque crescendi, de eius carne sentiendum, non quòd simul eodem temporis momento absolutus sit, quòd in cera effigianda ex impressu sigilli animaduertimus: simul enim super multis & in multis ceras annuli signatorij effigies induci potest: contra, in diuina incarnatione non statim simul sed per incrementum perfectitudo intelligitur. Quod ipsum quoq; facile intellexerit, quisquis habet mentis subtilitatẽ, ac vrinandi peritus sit, & in profunditates animalis corporis, quod & ineffabiliter, & in enarrabiliter seminatur, intellectu descẽdere posset, ac perspicere primũ illic, subsidente genitali semine, paulatim id in minimã coalescere particulã, & per gradus incrementũ capere. Neq; enim illud ipsum in rebus nostris satis perspicitur, nisi quatenus imaginando obscuris vestigiis indagamus. Secundũ igitur crescẽdi rationẽ diuina verbi incarnatio progressus fecit, non quidẽ seorsum diuina increscente forma, vt simul vnà concrescẽte, sed crescente animali carne ad solidã eam integritatẽ, qua homo perficitur, dũ in vtero gestatur, ideoque nouem mensium lege hominum ritu eius partus absolutus fuit. Atq; hinc est quòd Christi incarnatio ex Deo personam suam habeat, non humanitus ex homine. Siquidem iuxta diuinum characterem, humana eius forma statum suum accepit, vnitione scilicet cum anima, atq; ita fit, vt Christus duo pariter sit, & vnum singulare, vnusq; item sit, & non duo, & rursus duo, & nequaquam vnum est secundum rationem duarum naturarũ: & vnus, non duo, secundum vnitatẽ subsistendi. Ideoq; duas volũtates prædicamus, sed nequaquam duos volentes, aut duos operantes, sed vnũ volentẽ secundum vnitatem personæ: contra, duas volũtates, & duas operationes secundũ peculiarem vtriusq; naturæ rationẽ. Hoc igitur modo diuinum incarnationis mysteriũ deprædicantes, hæreticorum blasphemias repudiamus, & in quibus ipsos inter se diuersos relinquentes, trãsimus ad ea, quæ ab Euangelista de Deipara & matre Dei enarrantur, audituri illic explicatius seriem rei gestæ. Significamus igitur tẽpore beneplaciti paternæ voluntatis, sub plenitudinem septuaginta hebdomadarum Prophetæ Danielis ab ædificatione Hierusalẽ, post remigrationem captiuitatis Iudæ ex Babylone, per Salathiel, & filium Iosedech, summos id tẽporis sacerdotes, & ad impletionem trecentorũ nonaginta annorum, secundũ vices sui sacrificij ingressum esse Zachariam in templum Domini, ad incensum offerendum, apparuisseque ei Angelum Domini ad dexteram altaris, annunciantem ei de Filio suo Ioanne, quem conceptura esset vxor sua Elizabeth, edituraque esset Baptistam & præcursorem Christi, ac con-

ἐστὶ καὶ χαρακτὴρ· ἐντυπώσῃ ἐν ἑαυτῷ τὴν σάρκωσιν, ὡς κήρωσιν ἢ χρύσωσιν· ἐπεὶ ὅ γε ὅλον μυστήριον ὑπεμφαίνεται τῆς παντὸς ἀφράστου καὶ ἀνερμηνεύτου σαρκώσεως. ἔτι γὰρ καὶ ἄφραστον καὶ ἀνερμήνευτόν μένει, διὰ τὸ αὐξητικόν. ἐπειπερ καὶ κατ' αὔξησιν δογματίζομεν, ὅ ἐστι καὶ τὸ ἅμα τῆς σφραγῖδος. ὅπερ μὲν γὰρ τῆς σφραγῖδος, ἅμα τε ἐπὶ πολλῶν καὶ ἐν πολλοῖς κηροῖς, δύναται ἀπαρέγκλιτον τὸ ἔντυπωμα· ὅπερ δὲ τῆς θείας σαρκώσεως, οὐχ ἅμα, ἀλλὰ κατ' αὔξησιν τὸ πλεῖον δογματίζεται. τοῦτο δ' ἂν καὶ διανοηθῇ πάλιν δυνήσεται, ὡς εἴ τις ἔχοι λεπτότητα νοῦ, καὶ δύναται εἰσδῦναι κατὰ βάθος τὸ ψυχικὸν σπειρόμενον σώματος, καὶ σωιδῆσαι ἀφράστως καὶ ἀνεκλαλήτως, πῶς ἐκεῖ ἐμπίπτοντος τοῦ γονίμου σπέρματος, ἄθρει μὲν, ὅπῃ πρώτιστον σωτρέχει, κατὰ μικρὸν ἢ καὶ κατ' ἐπίδοσιν τὴν αὔξησιν λαμβάνει. ὁδὸς γὰρ ὁδὸς τοῦτο ὅπῃ τῶν καθ' ἡμᾶς λαλεῖται, πλὴν ὅτι φαντασίᾳ ὡς ὑπέμφασις γίνεται ἀλαλήτως καὶ ἀφράστως. ἀλλὰ κατ' αὔξησιν μὲν σωμ, ἡ θεία δὲ λόγου σάρκωσις γίνεται, ἐκ αὔξοντος τοῦ θείου χαρακτῆρος, ὁδὲ μὴν σὺν αὐξηντος· ἀλλ' ἐπαυξήσης τῆς ἐμψύχου σαρκὸς καθ' ὅλον τὸ πλήρωμα καθ' ὃ ἄνθρωπος, ἐξιδιάζεται ἐκ θεοφορεῖ. διὰ τοῦτο ἐννεάμηνος νόμῳ ἀνθρωπίνης κυοφορίας, κἀντεῦθεν θεοπρεπῶς δογματίζεται ἡ χριστοῦ σάρκωσις, οὐδαμῶς ἀνθρωποπάτως· ἐπειδὴ καὶ τὸ θεῖον χαρακτῆρα τὸ ἀνθρώπινον ὄγκωμα, τοῦτ' ἔστιν ἑαυτῷ ἀνοίξατο, καθ' ἕνωσιν μὲν, ὡς πνεύματος πρὸς ψυχήν. ὥστε γὰρ δύο τέ ἐστι καὶ οὐκ ἐν ἐκ χριστὸς, καὶ εἷς καὶ οὐχὶ δύο· ἐκ δύο μὲν ἐκ ἐν ἐστι καὶ τὰς δύο φύσεις, ἐκ εἷς καὶ οὐχὶ δύο, κατὰ τὴν μίαν ὑπόστασιν. διὸ καὶ δύο μὲν θελήματα λέγομεν, ἐκ οὐχὶ δύο τοὺς θελοντας, καὶ δύο ἐνεργείας καὶ οὐχὶ δύο τοὺς ἐνεργοῦντας· ἀλλ' ἕνα μὲν θέλοντα κατὰ τὴν μίαν ὑπόστασιν, δύο δὲ θελήματα καὶ δύο ἐνεργείας, κατὰ τὴν τῶν φύσεων ἰδιολογίαν. ἐν τούτοις δὲ διακηρύττοντες τὸ θεῖον τῆς σαρκώσεως ἐκ ἀνθρωπήσεως μυστήριον, ἀποβαλλόμεθα τὰς τῶν αἱρετικῶν βλασφημίας, καθ' ἃς ἐκ εὐθυδομένους αὐτοὺς καταλιμπάνοντες, μεταβαίνομεν ἐπὶ τὰ ῥηθέντα τοῦ εὐαγγελιστοῦ καθιστορούμενα περὶ τοῦ εὐαγγελισμοῦ τῆς θεοτόκου καὶ μητρὸς τοῦ θεοῦ, καὶ ὡς ἔχει σωτηρίας, διεξοδικώτερον ἀνασώμεθα. σημαίνεται δὴ ἂν, ὅτι καιρὸν εὐδοκίας τοῦ πατρικοῦ θελήματος ὅπῃ συμπληρώσει τῶν ἑβδομήκοντα ἑβδομάδων σαφηνείᾳ τοῦ προφήτου, μετὰ τὸ οἰκοδομηθῆναι ἱερουσαλὴμ ἐν τῷ ὅπως ῥυῆναι τὴν αἰχμαλωσίαν ἰουδὰ ἀπὸ βαβυλῶνος, διά σαλαθιὴλ καὶ ἰησοῦ τοῦ ἰωσεδὲκ ἐκ δὲ χιερέων τότε γενομένων κατὰ τὴν συμπλήρωσιν τῶν τριακοσιωνεννήκοντα ἐτῶν, καθ' ἑφημερίαν ἱερατείας αὐτοῦ, εἰσῆλθε ζαχαρίας εἰς τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ θυμιάσαι καὶ ὤφθη αὐτῷ ἄγγελος κυρίου ἐκ δεξιῶν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ εὐαγγελίζεται αὐτῷ περὶ ἰωάννου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὡς σὺν λαβὲ ἐλισάβετ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ τέξεται τὸ βάπτισμα καὶ πρόδρομον τοῦ χριστοῦ.

καὶ δὴ

καὶ δὴ τῆς συλλήψεως γενομένης τῷ μιῷ τῷ ἑξῆς τῆς ἐν γαστρὶ κυοφορίας ἐλισαβετ, ἐξαποστέλλεῖ ὁ ἀρχάγγελος γαβριὴλ ἀπὸ θεοῦ, εἰς ναζαρετ πόλιν τῆς γαλιλαίας πρὸς τὴν παρθένον μαριάμ. καὶ εἰσελθὼν πρὸς αὐτὴν ὁ ἄγγελος, ἠσπάζετο αὐτὴν λέγων· χαῖρε κεχαριτωμένη ὁ κύριος μετὰ σοῦ. καὶνταῦθα πάλιν θεωρῶμεν, ὅτι ἡμὲν φωνὴ τοῦ ἀγγέλου, κατὰ πρόφορὰν πνεύματος ἀπηχήσεως αὐτοῦ διερμηνευομένη, οὐκ αὐτὴ δὲ λόγου καὶ θεοῦ ὑπόστασις, οὐδὲ αὐτὴ γέγονε σὰρξ· ἀλλὰ κατ' αὐτὸ τὸ φωνὴν, ἑτέρα οὖσα κατὰ τὸ ὑπόστασιν ἰδιότης τοῦ λόγου καὶ θεοῦ, ἅμα ἐπεφοίτησεν ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς παρθένου· καὶ βλασφημοῦσιν οἱ λέγοντες, ὅτι αὐτὴ ἡ φωνὴ τοῦ ἀρχαγγέλου, ἦν ἡ ὑπόστασις τοῦ θεοῦ λόγου. διὸ καὶ ἐσημειωσάμεθα τὸν τόπον ἀποβαλλόμενοι τῆς βλασφημίας τὴν κατάκρισιν. ἐπειδὴ τίνων ποτὲ τὸ φωνὴν τοῦ ἀρχαγγέλου ἦν ἡ ὑπόστασις τοῦ λόγου καὶ υἱοῦ τοῦ θεοῦ. ἅμα ὡς προδιανοιχθείσης τῆς ἀκοῆς τῆς παρθένου, διὰ τῆς ἀρχαγγελικῆς φωνῆς, εἰσῆλθεν εἰς αὐτὴν ἡ θεία τοῦ υἱοῦ ὑπόστασις· ὡς αὐτὴ μὲν ἡ παρθένος οὐκ εἶδεν, οἶδε δὲ ὁ εἰσελθὼν, ὅπως εἰσῆλθε. διὸ ὡς μὴ εἰδυῖα τοῦ μυστηρίου τὴν ἔκβασιν, ἅμα διεταράχθη ὅτι τῷ λόγῳ τοῦ ἀγγέλου ἅπαντος· χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ κύριος μετὰ σοῦ, καὶ διελογίζετο ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος; ὅθεν καὶ ὑπολαβὼν ὁ ἀρχάγγελος, εἶπε πρὸς αὐτὴν· μὴ φοβοῦ μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ θεῷ. καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ καὶ τέξῃ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἰησοῦν. οὗτος ἔσται μέγας καὶ υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται, καὶ δώσει αὐτῷ κύριος ὁ θεὸς τὸν θρόνον δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. ἀλλὰ γὰρ καὶ πρὸς ταῦτα ἔτι διαπορῶσα ἡ παρθένος, καὶ ὡς πρὸς τὴν φύσιν ἀποβλέπουσα, καὶ τὰ κατὰ τὴν ἰωσὴφ διαλογιζομένη, ἀνθ' ὧν μεμνησθαι φαίνεται πρὸς τὸν ἄγγελον καὶ φησὶν· πῶς ἔσαι μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; καὶ ἐπείπερ φησὶν ὦ ἄγγελε ἄνδρα οὐ γινώσκω· σὺ δὲ διὰ τοῦ ἰδοὺ δεικτικοῦ ῥήματος λέγεις· ἰδοὺ συλλήψῃ, ὡς κατὰ χρόνον ἐνεστῶτα, πῶς ἔσαι τοῦτο οὐκ οἶδα, ἀλλ' εἰπὲ ὦ ἄγγελε καὶ διερμήνευσον, πῶς ἔσαι τοῦτο; ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἄγγελος, εἶπεν αὐτῇ· πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σε, καὶ δυνάμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. ὅτος φησὶν ὁ τρόπος τῆς συλλήψεως, οὕτως συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, πνεύματος ἁγίου ἐπερχομένου σοι, καὶ δυνάμεως ὑψίστου ἐπισκιαζούσης σοι. διὸ φησὶν καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται. ἡ δὲ καὶ ἐπὶ ἀφοῦ παροῦσα, πλέον ἐπιδυχομένη ἑαυτῇ, φησὶν· γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου, καὶ ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῆς ὁ ἄγγελος. ἐπισημαίνεται γὰρ τοῦτο ὁ εὐαγγελιστὴς, ὅτι ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῆς ὁ ἄγγελος, ἵνα μὴ καταλείψῃ ἀφορμὴν τοῖς ἐθέλουσι λέγειν, ὅτι αὐτὸς ὁ ἄγγελος ἐνοικήσας ἐν τῇ παρθένῳ ἐσαρκώθη, ἀλλ' ὅτι ὁ λόγος αὐτοῦ καὶ προφορὰν ἀπηχήσεως, ἐνήργησε τὸ ἐναυθρώπησιν· ἀλλ' ὅτι ἀπελθόντος τοῦ ἀγγέλου ἐπῆλθεν ἐπὶ τὴν παρθένον τὸ ἅγιον πνεῦμα,

ac conceptione deinde peracta, & mense sexto, ex quo prægnans erat Elisabeth, emissum esse Archangelum Gabrielem à Deo in Nazareth ciuitatem Galilææ, ad virginem Mariam, & ingressus ad eam Angelus salutauit eam, dicens: *Aue gratiosa, Dominus tecum*. Etiam hic animaduertimus vocem illã salutationis Angeli esse vocem, quæ pro tono suo quo efferebatur, significationem habuit: verum eam ipsam nequaquam fuisse filij hypostasin, aut carnem esse factam, sed pro suo tono, loquendiq; ratione diuersam fuisse à Verbo Dei, quod in vterum virginis pariter descendit. prorsusque blasphemias dicunt, qui autumant vocem Angeli fuisse materiam substantiamq; Verbi. Nobis ergo ob istã execrabilem blasphemiã, visum est locum præsentem annotare. Quum igitur diuersa sit à voce Archangeli, hypostasis Verbi & Filij Dei, simul ac aperirentur aures virginis per Angelicum sonum, introgressa est in eã diuina Filij essẽtia, adeo, vt nec ipsa virgo hæc cognouerit: cognouerit autem Dei filius, quo pacto introierit. Quapropter vt ignara de euentu mysterij, conturbata est super verbis Angeli dicentis, *Aue gratia plena, Dominus tecum, & cogitabat secum, qualisnam esset ea salutatio*? vnde sublecutus Archangelus ad eam dixit: *Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in vtero, & paries filiũ, vocabisq; nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & Filius altissimi vocabitur, & dabit ei Dominus Deus solium Dauidis Patris sui, & regnabit in domo Iacob in secula, & regni eius nõ erit finis.* Quin & hic hæsitat virgo, vtpote ad naturam respiciens, & de Iosepho cogitans, cui nupta erat, ad Angelum tale responsum dedit, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? & quandoquidem dixerat, ô Angele, virum non cognosco: Tu autem per hoc aduerbium, ecce, quod demonstrandi vim habet, Ecce, inquis, concipies, quasi de tempore iam instanti mihi loqueris. Quomodo istud fiet, ignoro, sed dic mihi Angele atque interpretare, quomodo istud fieri possit? cui respondens Angelus dixit, *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi*, atque hæc est, inquit, concipiendi ratio, ita concipies in vtero superuentu Spiritus sancti, & obumbratione virtutis altissimi, atque ideo, inquit, quod natum erit, Sanctum, Filius altissimi vocabitur. Illa vero etiamnum hæsitans, sed tamen optans, *Fiat mihi*, inquit, *secundum verbum tuum*, & abiit ab illa Angelus. Nam hoc significat Euangelista, Angelum ab ea digressum esse, ne occasionem relinqueret dicere volentibus, eum ipsum Angelum incolam virginis incarnatum fuisse, aut verbum, quod ille insonuit, aut prolocutus est, hominis naturam condidisse, sed quod abcedente Angelo superuenerit in virginem Spiritus sanctus, obumbra-

καὶ

obumbrauerit que illam virtus altissimi, atque ita postmodum consummatus est salutis ille conceptus. Quibus iterum necessario est insistendum, considerandumque qua ratione ad virginem dictum sit, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi te obumbrabit: nunquid itidem, vt ad Apostolos dixit Christus, *Vos autem sedete Hierosolymis, donec indnamini virtute ex alto*, aduenientc in vos Spiritu sancto? idem enim genus promittendi, & eadem ratione intelligi potest: quum & hic virtutem ab altissimo superuenturam in Apostolos, & Spiritus sancti accessum denunciet. Quid igitur? num vt Apostolis spiritus, & virtus altissimi promittitur, ita & virgini quoque promittitur? Quòd si eadem ratione huic, vt Apostolis, promissio facta est, itidemque virtus altissimi, & Spiritus sanctus in eam descenderit, sequitur, vt quum in Apostolis ea ipsa virtus & Spiritus sanctus incarnationem non fecerit, neque in virgine virtutem altissimi, aut obumbrationem Sancti spiritus incarnationem operatam fuisse, nec hominem esse factum, quanquam etiam Filius secundũ eam consuetudinem, quæ in sacris scripturis est, virtus altissimi appellatur. Enimuero, vt in Apostolos virtus ista ideo descendit, vt contra omnem aduersariam virtutem vigerent, ideoque spiritus superuenit essentialiter cum omnibus suis dotibus, vt efficaciam acciperent omnibus signis, prodigiis & portentis, ad confirmandam, certamque & indubitatam reddendam promissionem Christi: ita quoque Spiritus sanctus in virginem descendit cum omnibus suis essentialibus virtutibus, quæ illi per rationem diuini Principatus adfuerit, imbuens eam in gratia, vt in omnibus gratiosa esset, atque idcirco gratia plena cognominata est, eo quòd adimpletione Spiritus sancti omnibus gratiis abundaret, & virtute altissimi obumbraretur. quam virtutem per omnia tẽpora conceptus eam habuisse confido, & post conceptum etiam retinuisse: neq; enim id tẽporatiũ in virgine accidisse opinor, sed per omnia tempora hoc illi datũ fuisse. quẽadmodum & nunc in præsentia & in æternũ vsq; habet hæc virgo sibi obumbrantem virtutem altissimi, & superuentum Spiritus sancti, & virtutem altissimi, vt sit gratia plena: ita enim isthic opinamur omnia illi per gratificationem Spiritus sancti, & virtutem altissimi donata fuisse, & nequaquam sicuti hæretici dicunt, vim scilicet quandam, energiamque spiritus inditam esse virgini, vt incarnatio perficeretur. Nam tametsi sine seminio id factum credimus, tamen non ita loquimur, quod secundum eam diuisionem gratiarum, qua spiritus singulis diuidit prout vult, caro ista formata sit citra interuentum propriæ essentiæ Filij Dei. Absit. ea enim est mens Pauli Samosatensis, & reliquorum hæreticorum: verũ ita loquimur secundum orthodoxorum dogmatum rectitudinem, virtute & spiritu esse impletam virginem, tum vt corpus eius sanctificaretur, tum vt salutarem illum fœtum concipere posset.

καὶ ἐπεσκίασεν αὐτῇ ἡ δυνάμις τοῦ ὑψίστου. Ἐξ ὅτου ὕστερον ἐπλεσθη τὸ σωτήριον κύημα. Διὸ ἐν ὧν καὶ αὐθις χρὴ τὸ αἰαγκαῖον ὑπισχῆσαι & ὑπισκέψασθαι, πῶς εἴρηται πρὸς τ παρθένον· πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δυνάμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι; ἆρα γὰρ ὥσπερ καὶ πρὸς τοὺς ἀποστόλους ἔλεγε χριστὸς· ὑμεῖς δὲ καθήσατε ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλὴμ, ἕως ἂν ἐνδύσησθε δυνάμιν ἐξ ὕψους, ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς; ἐπίσης γὰρ ἡ ἐπαγγελία, καὶ ἐκ ἴσου τρόπου λαμβάνειν σήμαινε· ἐπείπερ καὶ ἐνταῦθα δυνάμιν ἐξ ὑψίστου ἐπελεύσεσθαι ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους, καὶ πνεῦμα ἅγιον παρεσιαν. τί οὖν ἄρα ὡς πρὸς τοὺς ἀποστόλους τὸ πνεῦμα & ἡ δύναμις τοῦ ὑψίστου ἐπήγγελται, οὕτως καὶ πρὸς τὴν παρθένον; καὶ ἐπὶ μὲν οὕτως ὥσπερ καὶ εἰς τοὺς ἀποστόλους. καὶ ἡ δυνάμις τοῦ ὑψίστου καὶ ἡ ἐπέλευσις τοῦ πνεύματος γέγονε, καὶ ἐν τοῖς ἀποστόλοις οὐ παρηκολούθησε σαρκωσις, δηλονότι ὅτι ἐν τῇ παρθένῳ ἡ δυνάμις ἐσαρκώθη, ὅτι τὸ πνεῦμα ἐνηνθρώπησεν· εἰ & αὐτὸς ὁ ἡμῶν καὶ κοινολογίαν θεολογίας, λέγεται δυνάμις ὑψίστου. ἀλλ' ὥσπερ ἐν τοῖς ἀποστόλοις, ἡ δυνάμις πρὸς τὸ δυνατὸν κατὰ πάσης ἀνθικειμένης δυνάμεως ἐγίνετο, καὶ ἡ ἐπέλευσις τοῦ πνεύματος καθ' ὅλα τὰ ἀσινῶδῶς προσόντα αὐτῷ, ἐνεργοῦσα ἐν πᾶσι σημείοις & τέρασι καὶ δυνάμεσι, πρὸς βεβαίωσιν καὶ πίστωσιν τῆς χριστοῦ ἐπαγγελίας, οὕτω & ὅπι τῇ παρθένῳ ἡ ἐπέλευσις τοῦ πνεύματος εἶχεν, ἐν πᾶσι τοῖς ἀσινῶδῶς προσοῦσιν αὐτῷ κατὰ τὴν θεαρχίαν, χάριν ἐμποιεῖ, πρὸς τὸ ἐν πᾶσι χαίρειν αὐτῷ. ἐπείπερ καὶ Δι' ὃ τὸ κεχαριτωμένη προσωνομάσθη, Δι' ὃ τὸ ἐν πάσαις χάρισι ταῖς Δι' τοῦ πνεύματος ἐμπεπλῆσθαι αὐτῷ· καὶ δυνάμιν ὑψίστου, ὅπισκιάζειν αὐτῇ, καὶ ἔχειν ἐν παντὶ χρόνῳ τῷ κατὰ τὴν σύλληψιν. πεπίστωκα δὲ ὅτι καὶ μετὰ τὴν σύλληψιν. ἐδόκει γὰρ πρὸς καιρὸν ὡς πεπόμφθαι τοῦτο ἐγένετο ἐν τῇ παρθένῳ, ἀλλ' ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ τότε καὶ νῦν· καὶ εἰς τὸ δηλωσεκὲς ὅπισκιάζουσαν αὐτῇ ἔχουσα τὴν δυνάμιν τοῦ ὑψίστου ἡ παρθένος, καὶ τὴν ἐπέλευσιν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπερχομένην αὐτῇ· ἵνα κεχαριτωμένη μένῃ. ὅτω γὰρ Δι' ἀκούομεν & πεῖ τούτου· ὅτι ἦσαν αὐτῇ πάντα κεχαριτωμένα Δι' τοῦ πνεύματος καὶ τῆς τοῦ ὑψίστου δυνάμεως· καὶ οὐχ' ὡς οἱ αἱρετικοί φασιν, ὅτι ἐνέργειά τις & τοῦ πνεύματος ἐγίνετο ἐν τῇ παρθένῳ, τοῦ πλεσθῆναι τὴν σάρκωσιν. κἂν γὰρ ἄνθρωπος, οὐχ' ὅτω φαμὲν, ὅτι κατὰ τὴν διαίρεσιν τῶν χαρισμάτων τοῦ πνεύματος αἱρουῖτ ἰδία καθὼς βούλεται, διεπλάσθη σὰρξ, & τὴν ὑπόστασιν τὴν ἐξιδιάζουσαν τοῦ ἰησοῦ τοῦ θεοῦ. μὴ γένοιτο· τὸ γὰρ τὸ ὅτω φρονεῖν, παύλου τοῦ σαμοσατέως ἐστὶ, καὶ τῶν λοιπῶν αἱρετικῶν· ἀλλ' ὅτω λέγομεν κατὰ τὴν τῶν ὀρθοδόξων δογμάτων ὀρθότητα· ὅτι δυνάμεως καὶ πνεύματος ἐπλήσθη ἡ παρθένος, πρὸς ἁγιασμὸν μὲν τῆς σαρκὸς αὐτῆς, καὶ πρὸς τὸ δυνασθαι Φέρειν τὸ σωτήριον κύημα.

Atque

ὅτως

οὕτως ἀκολούθως αὐτῇ ἡ θεία τοῦ λόγου ὑπόστασις ἐσκηνώσεται ἐν αὐτῇ, ἐσαρκώθη Θ ἐνηνθρώπησεν· ἐ δυνάμει γὰρ ἐνεργείᾳ, ἀλλ' ὑποστάσει καθ' ὅλον τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος, αὐτὴ ἡ ἀρχιθεος καὶ ὑπεράρχιος τοῦ ἡμετέρου θεοῦ ὑπόστασις, ἐσαρκώθη καὶ ἐνηνθρώπησε. πρεσαποδέιχθη γὰρ ὅπου ἐχὶ ὑπόστασις, ἀλλ' ὥσπερ ἡ οὐσία καὶ ἡ ἐξουσία, καὶ βασιλεία, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ἃ κατ' θεολογίαν προτίθεται, ἐχὶ ὑπόστασις ἕκαστον λέγεται, ἀλλὰ τοῖς τῶν ὑποστάσεων κατ' οὐσίαν, ἰδιοποιούμενα· ὅτως Θ ἡ ἐνέργεια καὶ ἡ δυνάμις τοῖς τῶν ὑποστάσεων, οὐσιωδῶς ἀναφέρεται. καὶ κοινῶς μὲν ἐφ' ἑκάστης τῶν ἁγίων τριῶν θεαρχικῶν ὑποστάσεων· ἰδίως δὲ καὶ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ μιᾶς τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, σαρκωθέισαν Θ ἐνανθρωπήσασαν. ἐπῆλθε τοίνυν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ τὴν παρθένον καὶ ἡγίασεν αὐτὴν· ὡς καὶ ἐν ψαλμοῖς φησὶ τὸ πνεῦμα· ἡγίασεν σκηνώματα αὐτοῦ ὁ ὕψιστος, καὶ ἐπεσκίασεν ἡ δυνάμις τοῦ ὑψίστου δυναμώσασα αὐτὴν, καὶ σκιᾶς θείας ἐμφανείας ἐμποιήσασα, ἵνα ἔνθεν τυπωμένη ἰδεῖν δυήται, καθ' ὅσον δυνατὸν ἰδεῖν, τὸν ἐν αὐτῇ κυοφορούμενον ἀνείδεον θεόν. μὴ γὰρ ὑπολητέον ὅλη καθ' ἁπλῆν τὴν φύσεως ἰδιότητα ἰδεῖν ἠδυνάλη τὸν ἐν αὐτῇ ἐνσκηνώσαν λόγον ἡ παρθένος· τοῦτο γὰρ ἐπ' αὐτῇ ἡ ἔμψυχος λογικὴ Θ ἐνεργὸς σάρκωσις ἰδεῖν ἠδυνάτο· ἀλλὰ κατὰ τὸ δυνατὸν, ὡς ἐπισκιαζούσης αὐτῆς τοῦ ὑψίστου δυνάμεως, καὶ οἷον σκιᾶς ἐμποιούσης πρὸς τὸ ἰδεῖν καθ' ὅσον δυνατὸν ἰδεῖν τὸν ἐνσκηνοῦντα θεόν. καθάπερ ἡμεῖς αὐτοὶ ψυχὴν ἐνσκηνοῦσαν ἐν τῇ σαρκὶ ἡμῶν ἔχοντες, οὐχ' ὡς ἔστιν ἡ ψυχὴ ἰδεῖν αὐτὴν δυνάμεθα, ἀλλ' οἷον σκιὰς αὐτῆς καὶ τύπους ἀπὸ τῶν δυνάμεων αὐτῆς καὶ τῶν ἐνεργειῶν· πιστοῦται ἡ παρθένος, καὶ αὐτὴ ἡ λογικὴ καὶ νοερὰ ψυχὴ ἰδεῖν ἠδυνάτο, καὶ γνῶ δὲ δυνατὸν, ἐκ τῶν ἐνδιδομένων αὐτῇ δυνάμεων καὶ ἐνεργειῶν, Θ κατὰ τοῦτο μᾶλλον ἀναλογεῖ λόγον, ὅπ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. κατ' εἰκόνα γὰρ καὶ ὁμοίωσιν τῆς τοιαύτης σαρκώσεως καὶ ἐνανθρωπήσεως, ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον· ἵνα ἐν αὐτῷ φέρων τὸ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν, μὴ ἀμφίβολον ἔχῃ τὸ ὅπι τῆς τοιαύτης σαρκώσεως καὶ ἐνανθρωπήσεως. σαρκώσεως γὰρ καὶ ἐνανθρωπήσεως καί γε ἐνσωκφράσει, προσηγορίαν κηρύττομεν, καὶ οὐ μόνον σάρκωσιν καταγγέλλομεν, ἀλλὰ καὶ ἐνανθρώπησιν, ἵνα μὴ δοκῇ τοῖς ἀθέοις αἱρετικοῖς ἄψυχον καὶ ἄνουν καὶ ἄλογον σάρκωσιν δογματίζειν ἡμᾶς, ἀλλὰ διὰ τοῦ λέγειν σάρκωσιν καὶ ἐνανθρώπησιν, τὸ τε σάρκα πιστεύειν ἡμᾶς, τὸ τε ψυχὴν λογικήν τε καὶ νοερὰν διασημαίνοντας. διὸ καὶ τοὺς λέγοντας μίαν φύσιν τοῦ θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην, καὶ μὴ ὁπιφέροντας ἐψυχωμένην λογικῷ τε καὶ νοερᾷ, οὐ πάνυ ἀποδεχόμεθα· πλὴν ἐπιλυομένους Θ ἐν δόγμασιν ἀναπτέντας, τὸ ἁρμόδιον τῆς ῥήσεως.

Atque ita deinceps diuina Verbi natura ibi suum tabernaculum eligens, in ea incarnationem assumpsit, & homo factus est, non ita quidem, vt potentiam aliquã operandiq; vim illi inderet, sed vt in ea naturaliter secundum vniuersam integritatem deitatis, persona Filij ab initio Deus, & vlterior initio, carnem & hominis conditionem indueret. Declaratũ enim superius est, virtutem regnumque, atque alia omnia istius generis, de quibus in sacris literis mentio fit, non ita de vnoquoque ex Trinitate esse intelligenda, quasi singula eorum personam propriam denotent, sed ita accipi debere, quasi ea non substantiam significent, sed substantiæ proprietates, atque ita energiam & virtutem circa personam essentialiter referri, & in commune quidem ea de vnaquaque personarum diuinarum prædicari, proprie tamen solum ad personam Filij incarnatam, & hominem factã pertinere. Superuenit igitur Spiritus S. super eam, & sanctificauit ipsam, vt in Psalmis Spiritus dicit, *Sanctificauit tabernaculum suum altissimus*, & obumbrauit virtus altissimi, corroborans eam, & diuinæ vmbræ imaginem induxit, vt inde lineamentis collectis, videre posset, quatenus possibile est, Deũ formæ expertem in se concipi. Non enim suspicandum est, quòd secundũ simplicẽ naturę suę proprietatem, virgo in se habitantem Deũ videre potuerit, aut quòd ipsa animata rationalisq; & intellectualis incarnatio cõspicere valuerit, sed quatenus possibile fuit, vtpote obumbrante illam virtute altissimi, & vmbras lineamentaque quasi faciẽte, vt videret, quatenus fieri poterat, Deum in se habitantem. Et vt nos ipsi animam inhabitantem in carne nostra possidemus, nec tamen quomodo qualisve ea sit, conspicere possumus, sed quasi vmbrã eius, & lineamenta ex virtutibus eius & internis efficaciis colligimus. Tale quiddã tum virgo, tũ ipsa rationalis & intelligimus anima contueri poterat, atq; etiã nunc potest, ex potentiis operationibusq; inde prodeuntibꝰ. Atque secundũ hanc proportionẽ potius loquẽdũ est, quod Deus fecerit hominẽ secundum imaginem Dei: secundum imaginẽ enim & similitudinẽ istiusmodi incarnationis, & assumptæ humanitatis hominem Deus fecit: vt in se gestans illud quod secundũ imaginem & similitudinẽ Dei effigiatũ erat, nihil ambiguũ relinqueret de incarnatione & humanitate assũpta. Incarnationis n. & assumptæ humanitatis speciem, sub vna voce simul prædicamus, neq; solũ incarnationem annunciamus, sed vnà cũ incarnatione & assumptã humanitatem, ne videamur cũ impiis hæreticis, inanimatã, mente; vacuã, & irrationalem incarnationem statuere, sed ex eo quod dicimus incarnationem & humanitatem simul assumptam & carnem credimus, & animam rationalem & mẽte præditã significamus. Ideoq; & eos qui dicunt solam naturam Dei Verbi incarnatam, neq; addunt eam animatam esse, & rationalem & mẽte præditam, non admodum recipimus, nisi resoluant, & exponant, quid iis verbis sentiant.

id enim nuper simpliciter dicebatur, sed postmodum malitiose tractatum est ab hæreticis verba simplicia deprauantibus. Sanctificata igitur superuentu Spiritus sancti virgo & corroborata, & virtute altissimi grauida, eum gestabat, qui ex sua propria essentia Dei erat Filius, pro vnica eius diuinitatis natura, & gignit eundem incarnatum, & hominem factum secundum duarum naturarum proprietatem: eundemque duplicem, & vnum ex duobus constantem, inconfuse, immutabiliter, atque indiuisim credi oportere statuimus: non quidem deiferum hominem sed carniferum Deū: cæterum neque hoc pro hæreticorum more intelligentes authores Nicæni concilij, sed, vt diximus, ex operatione Spiritus & virtutis altissimi, & imprægnatione virginis deiferum hominem eum, qui ex virgine prodiit, credendum esse statuerunt, gestasse eam Dei virtutem, & energiam spiritus, quæ operata est coràm Pharaone & omnibus Filis Israël. Eadem ratione principis Apostolorum, verba in actis Apostolorum de Christo prædicantis, recte quidem ab eo esse dicta accipiunt, sed quæ ab istis tortuose & malitiose deprauentur quum ita loquitur: Iesum Nazarenum, quem vnxit Deus Spiritu sancto. quæ verba ita nostri interpretantur, Deum scilicet in vtero virginis creasse hominem sine vllo semine per operationem spiritus, eumque vnxisse virtute altissimi, quasi oleo exultationis præ consortibus suis (vti scriptum est) illum ipsum Filium altissimi nominauit scriptura, quemadmodum & in Psalmis refertur, loquente Christo ad multitudinem. *Et ego dixi, Dij estis & Filij altissimi omnes:* nos igitur talia hæreticorum dogmata intellectusque reprehendere & corrigere desiderantes, per præsentem Euangelij interpretationem asserimus, non deiferum hominem esse Christum, sed carniferum Deum, quatenus Deus hominem gestat integrum, absolutumque. Deus interim perfectus, & homo perfectus, vnus ratione vnius personæ, duplex tamen natura. Hunc igitur hominem quem dicimus, quod verbum gestauerit, hunc ipsum Deus Pater, quum illi placuerat, cooperatione Sancti spiritus, vnà simul collaborante Filio inunxit Spiritu sancto, tribuens ei omnem efficaciam, eundemque virtute altissimi circumcinxit, vt posset sustinere omnem aduersariæ potestatis impetum, & operari deinde curationem in populo. Siquidem & tentari se à Satana non recusauit, & omnem humilitatem & paupertatem in carne sua perpessus est, & quemadmodum de eo magnus ille præco vociferatur dicens, Illud impossibile infirmumque legis quatenus ea imbecillis erat ob carnem, Deus misso filio suo in similitudine carnis peccati & de peccato condemnauit peccatum in carne. Quapropter Filius Dei carne indutus homo factus esse dicitur, quemadmodum & alibi Apostolus dicit, *Quū venisset plenitudo temporis, emisit Deus Filiū suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret.*

Atque

ἀ γὰρ καὶ πρώλω ἁπλάτως ἐρρήθη ὑπό τινων, ἀλλ' ἐκακυργήθη ὕστερον, πονηρδυομένων τ αἱρετικῶν χ τὴν ῥῆσιν. ἁγιασθεῖσα πίνευμ τῇ ἐπελδύσῃ τ ἁγίυ πνεύματ ἡ παρθέν, καὶ δυναμωθεῖσα ἐκ τῆς τ ὑψίστυ σλωαμεως, κυοφορεῖ τὸν κατὰ πλὴν ἐξιδιαζουσαν αὐτ ὑποστασιν, ἥν τ θεό, χ τὴν μίαν αὐτ τ θεοτητ Φύσιν· χ τικτ τοῦτον σαρκωθέντα χ ἀνανθρωπήσαντα χ τὴν τῶν δύο Φύσεων ἰδιοτητα. ἐκ δύο καὶ ἐν δυο
A σλογματιζομενον ἀσυγχύτως, ἀτρεπτως ἀδιαιρετως· ἃ θεοφορον ἄνθρωπον· ἀλλα σαρκοφόρον θεόν. μὴ γὰρ· ὡς πάλιν εἰπεῖν· ἅτω πάντα νοήσαντες οἱ αἱρετικοὶ, ἀλλ' οἷον εἴρηται κατ' ἐνέργειαν πνεύματ, καὶ δυνάμεως ὑψίστυ γνωμενην τὴν ἐν παρθένῳ κυοφορίαν, θεοφόρον ἄνθρωπον. τὸν ἐκ τ παρθενυ ἐδογματισεν πεφορημένην θείαν σλωαμιν χ ἐνέργειαν τ πνεύματ ἐνεργήσαντα, ἐναντίον Φαραὼ χ πάντων τ υἱῶν ἰσραὴλ. ὅθεν
B ἐπισλαμβανουσι τας τῶν τ κορυφαίυ φωνας, σλημηγορουντ ἐν τ πραξεσι περὶ χριστ, καὶ αὐτ μὲν ὀρθῶς λέγοντ, ἅτοι ὡ ἑτεροβλῶς χ πονηρῶς ἐκλαμβανοντες, ἀνθ' ὧν καὶ φησὶ, ἰησοῦν τ ἀπὸ " ναζαρετ ὃν ἔχρισεν ὁ θεὸς πνεύματι ἁγίῳ, τοιῦτον " λεγοντες, ὅτι ἐν μαρτι τῆς παρθένυ, ἔσπλασεν ὁ θεὸς ἄνθρωπον ἄνδυ απορᾶς ἐνεργείᾳ τ πνεύματ, ὃ ἔχρισεν αὐτ σλωαμιν ὑψίστυ· ὡς χ ἔλαιον ἀγαλλιάσεως πᾶσαι τὰς μετοχας αὐτ γεγράπται. καὶ τοῦτον μὲν ὑψίστυ ἐκάλεσεν ἡ γραφὴ, οἷον καὶ εἴρηται ἐν τοῖς ψαλμοῖς λέγοντ τ
C θεοῦ ἐγὼ εἶπα θεοὶ ἐστε καὶ μὲν ὑψίστυ " πάντες. ἅπερ τοιαῦτα τ τ αἱρετικῶν δογμα- " των σλιελέγχοντες νοῦ, καὶ ἐπανορθοῦν σπουδμένοι, σλα τοῦ παρόντ κηρύγματ λέγομεν, ὅτι ὁ θεοφόρ ἄνθρωπ ἐστὶν ὁ χριστὸς, ἀλλὰ σαρκοφορ θεός, ἀνθ' ὧν καὶ θεὸς ὢν, ἄνθρωπον ἐφορεσε καθ' ὅλον τὸ πλήρωμα τῆς ἀνθρωποτητ, θεὸς τέλειος καὶ ἄνθρωπος τέλφος, εἰς ὢν κατ' μιαν ὑπόστασιν, χ ἐκ δύο χ ἐν δύο τ
D Φύσεσι. τοῦτον γὰρ τ ἄνθρωπον ὃν χ λέγομεν ὅτι ἐφορεσε, τοῦτον ὁ θεὸς καὶ πατὴρ εὐδοκίᾳ αὐτ, καὶ σπουργείᾳ τ ἁγιυ πνεύματ χ τ μίαν αὐτ ργίαν τ υἱοῦ, ἔχρισε πνεύματι ἁγίῳ, πᾶσαν ἐνέργειαν παρεχων αὐτῷ, καὶ σλυναμιν ὑψίστυ περιέζωσε, πρὸς τ σλύναδαι φερειν, πάσης αὐτοκομένης σλωάμεως προσβολὴν· καὶ ἐνεργῆν πᾶσαν θεραπείαν ἐν τῷ λαῷ· ἐπείπερ καὶ πειράζεσθαι ὑπὸ τ σατανᾶ κατεδέξατο καὶ πᾶσαν ταπείνωσιν καὶ πτωχείαν ὑπέμεινεν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτ. καθὼς χ περὶ τούτυ ὁ μέγας ἱεροκῆρυξ βοᾷ
E λέγων· τὸ γὰρ ἀδύνατον τ νόμυ ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς " σαρκός, ὁ θεὸς τ ἑαυτ πέμψας ἐν ὁμοιώματι " σαρκὸς ἁμαρτίας, χ περὶ ἁμαρτίας, κατέκρινε τ ἁ- " μαρτίαν ἐν τῇ σαρκὶ. οὐκ ἄν ὁ υἱὸς τ θεοῦ ἐνσαρκὶ γενόμενος, αὐτὸς λέγει ἐνανθρωπήσας ὡς περ καὶ ἐν ἄλλοις φησὶν· ὅτι ἦλθε τὸ πλήρωμα τ χρονυ, ἐξ- " απέστειλεν ὁ θεὸς τ υἱὸν αὐτ γινομενον ἐκ γυναικὸς " γινόμενον ὑπὸ νόμον, ἵνα τὸς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ. "

καὶ ἐυθὺς

καὶ ντεῦθεν σημειωτέον, ὅτι πρῶτον ὁ υἱὸς ἀπὸ τοῦ πατρὸς πέμπεται, καὶ τότε γίνεται ἐκ γυναικός, ὃ πρῶτον γίνεται καὶ οὐκ τότε πέμπεται, ἀλλὰ πρῶτον πέμπεται καὶ τότε γίνεται ἐκ γυναικός. καὶ τούτοις τοῖς ἀποστολικοῖς, συμφωνοῦσιν οἱ προφῆται, ἀπεσταλμένον αὐτὸν υἱὸν λέγοντες. καὶ προηγουμένως ἡσαΐας αὐτὸς δὲ ἀπεσταλμένος λέγοντος ἄκουε ἐγὼ εἰμὶ πρῶτος, καὶ ἐγὼ εἰμὶ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ἡ χείρ μου ἐθεμελίωσε τὴν γῆν, καὶ ἡ δεξιά μου ἐστερέωσε τὸν οὐρανόν. καὶ ἐξερχόμενος τὰς κατὰ καιρὸν ἐνεργείας, συνάπτει λέγων· καὶ νῦν κύριος ἀπέσταλκέ με, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. Φανερῶς δὲ περὶ τούτων παραδείξας ἑαυτὸν, ὅτι αὐτὸς ὁ θεὸς ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, λέγει· καὶ νῦν κύριος ἀπέσταλκέ με, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. καὶ διὰ ζαχαρίου λέγων· τέρπου καὶ εὐφραίνου θύγατερ σιών, ὅτι ἔρχομαι καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου, καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ κύριον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἐπιγνώσῃ ὅτι κύριος ἐξαπέσταλκέ με πρός σε. ἐντεῦθεν καὶ αὐτὸς ὁ σαρκωθεὶς καὶ ἐνανθρωπήσας, ὁμολογεῖ ἑαυτὸν λέγων· ἀπέσταλμαι παρὰ τοῦ πατρός· καὶ ἀπέσταλκέ με ὁ πατήρ, τὰ αὐτὰ ἐν πολλαῖς ῥήσεσιν ἐπιμαρτυρῶν. οὐκ οὖν ὡς ἄνθρωπος ἀπέσταλη· ἀλλ' ὡς θεὸς καὶ κύριος. υἱὸς δὲ καὶ κυρίου τοῦ πατρός, ὡς καὶ τὸ εἴρηκε κύριος τῷ κυρίῳ μου. λαμβάνει δὲ καὶ ἐν τούτοις τὸν θρόνον δαβὶδ τὸ σωματικῶς γενεαλογημένου πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. καὶ καινὸς λόγος καὶ δόγμα συνυφισάμενον τῇ ἐξηγήσει ταύτῃ. ζητοῦσι γὰρ παρασκευάζοντες πάντα οἱ αἱρετικοὶ, καὶ διερωτῶσιν ὑποκρινόμενοι, εἰ τοῦτο παρηκολούθησε τῇ σαρκώσει χριστός. ἢ τὸ λαβόντος τὸν θρόνον δαυὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ καὶ βασιλεύσαντος ἐπὶ τὸν οἶκον ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας· πρὸς ἃς ὑποκρινόμενοι, φαμὲν, ὅτι μετὰ ἐπιτηρήσεως δεῖ προσέχειν, ὅτι εἰπὼν ὁ ἄγγελος καὶ δώσει αὐτῷ κύριος τὸν θρόνον δαυὶδ, οὐκ ἐπισημαίνεται ἐφ' ᾧ σημείᾳ βεβαιώσει· ἀλλ' ἁπλούστως λέγει, ὃ δώσει. καὶ ντεῦθεν χρὴ οὐκ τῶν κατ' ἐνέργειαν ἀποτελεσθέντων ἐπὶ λύσασθαι τὸ ἄπορον· ὅτι τὸ δώσει εἰρηται, ἐφ' ᾧ μεταστῆσαι τοῦτον τὸν θρόνον, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ χριστὸς διερμηνεύων ἔλεγε πρὸς ἰουδαίους· Διατοῦτο ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς. οὖν λαβὼν ὁ χριστὸς τὸν θρόνον δαυὶδ, μετέστησεν αὐτὸν καὶ ἔδωκε τοῖς ἁγίοις χριστιανῶν βασιλεῦσιν, ἐπαναστρέψαι τούτους ἐπὶ τὸν οἶκον ἰακώβ. καὶ παραδοὺς αὐτοὺς εἰς ὀνειδισμὸν καὶ εἰς διαρπαγὴν. βασιλεύει ἐν χριστιανοῖς εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. οὐδὲ γὰρ λαῷ ἑτέρῳ ὑπελείφθησαν κατὰ τὰς ὁράσεις δανιὴλ οἱ προφῆται· ἀλλ' ἀνακηρύττουσιν αὐτὸν χριστὸν βασιλέα εἶναι αὐτὸν διαρκῆ μέχρι τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας, καθ' ἣν ἐλευσόμενος, μένει βασιλεὺς εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. εἰ γὰρ γεννηθεὶς ἐκ τῆς παρθένου,

Atque hinc annotandum, quod primum Filius à Patre mittitur, & tum demum nascitur è fœmina, non quod primum nascatur è fœmina, & tum demum mittatur à Patre sed primum eius missio à Patre est, ac tum denique succedit eiusdem natiuitas è fœmina, vt quum verbis istis Apostolicis cõsentiant Prophetæ, qui Filium referunt missum esse. Et primum in Esaia, ipsius qui missus est, verba auscultа, *Ego sum primus, & ego sum vnus in aeternum, & manus mea fundauit terram, & dextera mea stabiliuit cœlum:* & egrediens in tempore operationis coniungit dicens, *Et nunc Dominus misit me, & spiritus eius:* manifesto seipsum per hæc declarans, quòd ipse Deus, qui fecit cœlum & terram, hæc dicat, *Et nunc Dominus misit me, & Spiritus eius:* etiam per Zachariam loquens, *Oblectare*, inquit, *& lætare filia Sion, quoniam ecce venio, & habitabo in medio tui. Et defugient gentes multæ ad Dominum in die illa, & cognosces, quod Dominus omnipotens emiserit me*, Iam inde & ipse incarnatus de seipso suis verbis confitetur: Missus sum à Patre, inquit, Et misit me Pater, eadem multis sermonibus contestata reddidit. Ergo non vt homo missus est, sed vt Deus & homo Filius à Domino Patre. Quale etiam illud est, Pluit Dominus à Domino Patre, additum est à Domino: quale quoque & illud est. *Dixit Dominus Domino meo.* Accipit autem in his verbis thronum Dauidis corporaliter ex ratione prosapiæ, qua Pater illi Dauid fuit. *Et regnabit in domo Iacob in aeternum, & regni eius non erit finis.* Attende quæso sententiam & dogma, quod hac interpretatione constituitur. Rimantur enim omnia hæretici sese inuicem adhortantes, & fallacioſe quærunt, an acceperit thronum Danidis Patris sui, & regnauerit super domum Iacob in æternum? & num ista subsequuta sunt post incarnationem eius? quibus ita respondemus, non obiter, sed cum quadam obseruatione verba ista attendenda esse quum Angelus dicit: *Et dabit illi Dominus sedem Dauidis*, neque enim addidit, vt conformaret aut corroboraret, sed simpliciter loquutus est, dabit. Et iam hinc ex vi eorum quæ ex hoc verbo colliguntur quærenda dubij istius solutio est, eò quòd, dabit, pronunciauerit, vt transferret hunc thronum. Quemadmodum & ipse Christus interpretatur, ad Iudæos loquens: Idcirco auferetur regnum è vobis, & dabitur genti facienti fructus eius. Ergo capiens Christus thronum Danidis transtulit illum, & dedit sanctis Christianorum regibus, vt conuerteret eos ad domum Iacob, qua tradita in opprobrium, & direptionem, regnabit in Christianis in æternum, & regni eius non erit finis. Non enim populo vlli alij residui sunt prophetæ, secundum visiones Danielis, sed hunc solum Messiam esse prædicant, & regem agnoscunt, perseuerantem vsque ad secundum suum ipsius aduentum: quo tempore quũ venerit, manebit rex in secula, & regni eius non erit finis. Siquidem genitus ex virgine,

& consummatis omnibus quæ ad negocium mortis & crucis pertinebant, post resurrectionem ad suos aiebat, *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.* Ecce iam inde regnare incepit, & prædicatur Christianorum rex, quemadmodum in exordio precum suarum se inuicem adhortantes, atque in cœtum conuocantes clamare solent, *Venite adoremus & procidamus coram Christo rege nostro:* & illud itidem, *Is qui venturus est in magno suo & illustri aduentu, permanebit regnans in æternum, & regni eius non erit finis* Et quandoquidem ipse rex est qui natus est ex Virgine, idemque & Dominus & Deus, ea propter & mater quæ eum genuit, & regina, & domina, & deipara proprie & vere censetur, licebitque nobis ita congruenter dicere, dum ad ipsam & ad eum, qui ex ea genitus est, carniferum filium respicimus: Nunc scilicet adest regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumamicta, variegata: eo quod secundum sexum fœmineum, regina & domina & mater Dei appellari debeat. Eaque nunc vt regina assistens à dextris Filij, vbique regnantis, quasi in vestitu deaurato, incorruptionis & immortalitatis, circumamicta & variegata, sacris & solennibus verbis celebratur, non quidem secundum spiritualem simplicitatem, aut quasi sine corpore & carne assistat, sed quod induta sit (quantum spectat ad sanctissimam eius carnem) incorruptibilitate & immortalitate. Variegata rursus est, quantum attinet ad ossa sanctissima, quæ eius carnem suffulciunt. Nam ex carne eius, & ex ossibus eius, veluti ex veteri Adamo nouus iste Adam, vt vicem eius expleret, costam sibi finxit, nimirum istam incarnationem, eamque semel indutam perpetuo gestat. Ac proinde ista noua Eua mater vitæ appellatur, variegataque permanet ad primitias vitæ immortalis omnium viuentium. Dicimus eam igitur iterum atque iterum, & semper & vndequaq; beatissimam. Sicuti ergo quum ad ipsum respicimus, regem, Dominum, & Deum appellamus: ita quoque quum ad eam oculos reiicimus, reginam, dominam, & deiparam esse animaduertimus, idque contemplatione oculi mentalis. Adest regina à dextris tuis, vestitu deaurato circumamicta, variegata. Et iam scilicet, audi filia Dauidis & Abrahæ, & inclina aurem tuam in preces nostras, & ne obliuiscaris populi tui, neque nostri, qui sumus de familia, & domo patris tui. Parentes enim tui sumus secundum generis prosapiæque rationem, nostraque filia es, quia ex nobis genita es. Decet enim te matrem, regeneratricem, dominam, ac heram cognominari, eò quòd ex te prodiit rex Dominus, ac Deus noster: assistentem illi, nobis quidem terribili, tibi autem dulci, omnemque gratiam largienti: qua de causa factum est, vt gratia plena appellata sis, vtpote quæ omni gratia abundares, idque per superuentum in te Spiritus sancti: ideoque vultum tuum deprecantur omnes diuites plebis, ditati scilicet istiusmodi bonis, & spiritualibus contemplationibus.

Ad

εἰ γὰρ γεννηθεὶς ἐκ τῆς παρθένου, καὶ πάντα πλέπει τὰ κατὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦ θανάτου καὶ τὴν σωρὰν ἀσεὶς φησὶν· ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν ἐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς, ἤδη ἐκεῖθεν ἐβασίλευσε καὶ ἀνακηρύττεται χριστιανῶν βασιλεὺς· ὡς καὶ κατ' ἀρχὰς τῶν ὄχλων συγκαλούμενοι ἀλλήλους, ἀνακράζουσι λέγοντες· δεῦτε προσκυνήσωμεν καὶ προπέσωμεν αὐτῷ Χριστῷ τῷ βασιλεῖ ἡμῶν. καὶ ἐρχόμενος κατὰ τὴν μεγαλοῦ καὶ ἐπιφανῆ αὐτοῦ δευτέραν παρουσίαν, αὐτὸς μένει βασιλεὺς εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. καὶ ἐπεὶ αὐτὸς βασιλεύς ἐστιν ὁ ἐκ τῆς παρθένου γεννηθεὶς, καὶ αὐτὸς κύριος ὁ θεὸς· διὰ αὐτὸ καὶ ἡ τεκοῦσα αὐτὸν, βασίλισσα καὶ κυρία καὶ θεοτόκος, κυρίως καὶ ἀληθῶς δογματίζεται καὶ ἐφαρμόζεται· καὶ ἐνθεῦτεν λέγειν ὡς πρὸς αὐτὸν ἀφορῶντας ἡμᾶς, καὶ πρὸς αὐτὸ τὸ ἐξ αὐτῆς τεχθὲν σαρκοφόρον μὲν αὐτὸν νῦν· παρέστη σὲ δεξιῶν σου ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ, περιβεβλημένη πεποικιλμένη. καὶ γὰρ καθ' ὑμῶν ἐχρημάτισεν ἡ βασίλισσα καὶ κυρία καὶ μήτηρ τοῦ θεοῦ, καὶ ἐπὶ γυναικεῖον αὐτῆς σχῆμα, καὶ νῦν ὡς βασίλισσα παρίσταται ἐκ δεξιῶν τοῦ παμβασιλέως υἱοῦ αὐτῆς, ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ τῆς ἀφθαρσίας καὶ ἀθανασίας, περιβεβλημένη πεποικιλμένη ἱεροπρεπῶς). ἀνθ' ὧν μὴ ἦ καθ' ἁπλότητα πνευματικὴν καὶ εἶδος ἄσαρκον καὶ ἀσώματον παρίστασθαι), ἀλλὰ περιβεβλημένη μὲν, καὶ τὴν παναγεστάτην αὐτῆς σάρκα, τὴν ἀφθαρσίαν καὶ ἀθανασίαν, καὶ πεποικιλμένη καὶ τὰ ἐπιπρεπόντα αὐτῆς τὴν σάρκα παναγιώτατα ὀστᾶ. ἐγὼ καὶ ἐκ τῶν σαρκῶν αὐτοῦ καὶ ἐκ τῶν ὀστέων αὐτοῦ, ὡς ἐκ δὲ πάλαι ἀδὰμ, ὁ νέος ἀδὰμ καὶ αὐτοπρόσωπον πλάσας ἑαυτῷ τὸν ὡς πλευρὰν σάρκωσιν, φέρει αὐτὸν εἰς τὸ διηνεκὲς καὶ ἐν τεύθεν ἡ νέα εὕα, μήτηρ τῆς ζωῆς ὀνομαζομένη, μένει περιβεβλημένη πεποικιλμένη, εἰς ἀπαρχὴν ζωῆς ἀθανάτου πάντων τῶν ζώντων. εἴπωμεν πάλιν καὶ αὖθις καὶ πάλιν καὶ ἀεὶ καὶ διὰ παντὸς, ὡς πρὸς αὐτὸν τὸν βασιλέα κύριον καὶ θεὸν, καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν βασίλισσαν κυρίαν τε καὶ θεοτόκον ἀποβλέποντες, κινήσει θεωρίας τὰ κατὰ νοῦν ἡμῶν διορατικὰ ὀφθαλμὰ· παρέστη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλημένη πεποικιλμένη. καὶ δὴ ἄκουσον θυγάτηρ δαυὶδ, καὶ ἄβρααμ, καὶ κλῖνον τὸ ὠς σου εἰς τὰ δεήσεις ἡμῶν, καὶ μὴ ἐπιλάθῃ τοῦ λαοῦ σου· μὴ ἡμῶν τῶν οἴκων πατρός σου. πατέρες γὰρ σου ἐσμὲν κατὰ τὴν ἀναλογίαν, καὶ θυγάτηρ ἡμῶν κατὰ τὴν ἐξ ἡμῶν γένησιν, καὶ πρέπον σοι ἐστὶν ὡς μητέρα τοῦ θεοῦ ὑμνεῖσθαι, βασίλισσαν τε καὶ κυρίαν, καὶ δέσποιναν ὄντι αὐτὸν τὸν ἐκ σοῦ πεφυκότα βασιλέα καὶ κύριον καὶ θεὸν καὶ δεσπότην, μνημονεύουσαν, παρεστῶσαν ὑπὲρ τοῦ ἡμῶν μὲν φοβεροῦ, σοὶ δὲ πρᾴου καὶ πάσας παρέχοντος χάριτας. ἀνθ' ὧν καὶ κεχαριτωμένη ὀνομάσθης, ὡς πάσης χαρᾶς ἀναπλέως ἀναδειχθεῖσα, διὰ τῆς ἐπὶ σὲ τὸ ἅγιον πνεύματος ἐπελεύσεως, διὸ καὶ τὸ πρόσωπόν σου λιτανεύοντες οἱ πλούσιοι τοῦ λαοῦ πεπλουτισμένοι τούτων καλῶν καὶ πνευματικῶν θεωρημάτων,

πρὸς

σοὶ σῦ βοῶμεν· μνήσθητι ἡμῶν παναγία παρθένε, καὶ μετὰ τὸ γεννῆσαι παρθένος μείνασα, καὶ ἀντίδος ἡμῖν ἀντὶ τῶν μικρῶν τούτων λογίων, μεγάλας τὰς δωρεὰς ἀπὸ τοῦ πλούτου τῶν χαρισμάτων σου κεχαριτωμένη· ὥσπερ οὖν, καὶ ὡς ὑποκειμένων καὶ συγγενικῶν δοξαφωνῶν, ἀφερόντως σοι τοῦτο ἐγκώμιον, εἴ τις ἀρετὴ καὶ εἴ τις ἔπαινος, προσάγεται σοι παρ' ἡμῶν καὶ πάσης τῆς κτίσεως ὑμνος, τῇ κεχαριτωμένῃ, τῇ κυρίᾳ, τῇ μητρὶ τοῦ θεοῦ καὶ κιβωτῷ τοῦ ἁγιάσματος. ἰδοὺ δὴ καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἀρχῆς ἡμέρας ὡς ἀπαρχὴν ἐγκωμίου, προσεπλέξατο σοι κατ' ἐπώνυμον ἐγκώμιον ὁ ἀρχάγγελος βοῶν· χαῖρε κεχαριτωμένη ὁ κύριος μετὰ σοῦ. μακαρίζουσί σε πᾶσαι αἱ γενεαὶ, καὶ πρόπαν αἱ κατ' ἀρχὰς πάσης τῶν ἀγγέλων τετραρχίαι καὶ τῶν ὑπὸ γῆς ἱεραρχικὰς χεῖρας ἐπαίρουσαι, ἐυλογοῦσί σε τὴν ἐν οὐρανοῖς ἐυλογημένην καὶ ὑπὸ γῆς μακαριζομένην. ἐυλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ ἐυλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου. τοιαῦτα ἡ πρώτη τῶν θρόνων χερουβίμ τε καὶ σεραφὶμ ἱεραρχία ἐμπρησῶν ἀναλαμπομένων, ἢ πλήθος γνώσεως γέγονε τοῦ θεοῦ καὶ βασιλέως, ἐυλογοῦσι λέγουσι· μακαρία σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ μακαρία ἡ κοιλία σου θεὸν βαστάσασα, καὶ μαθητὰς οὓς αὐτὸς νηπιάσας ἐθήλασεν. ἡ δευτέρα ἱεραρχία τῶν κυριοτήτων καὶ δυνάμεων καὶ ἐξουσιῶν πρὸς σὲ ἀναβλέπουσι βοῶσιν, ὡς μαθοῦσαι παρὰ τῆς ὑψηλοτέρας αὐτῶν καὶ προπεμπομένης ἱεραρχίας· ἐυλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ· καὶ ἐυλογημένη ἡ κοιλία σου ἡ θεὸν χωρήσασα, καὶ μαθητὰς εὑροῦσα θεὸν παῖδιον γενόμενον. τοιαῦτα καὶ ἡ τρίτη τῶν ἀρχῶν, ἀγγέλων τε καὶ ἀρχαγγέλων ἱεραρχία, κεκελευσμένη καὶ ὑπὸ τετραμμένη πρὸς τὸ ἀποσείλαντος θεοῦ, ὡς ἑνὸς ἀρχαγγέλου τὸν εὐφαντορικώτατον καὶ προφητικώτατον ὕμνον ἀεὶ ἀνακράζει· χαῖρε κεχαριτωμένη ὁ κύριος μετὰ σοῦ. ἀπὸ τούτων καὶ οἱ κατὰ τὴν ὑπὸ γῆς ἱεραρχίαν τὰς ὑψώσεις τοῦ θεοῦ ἐν τῷ λάρυγγι φέροντες, μαθόντες ἢ δανεισάμενοι τὰς φωνὰς, ἀνυψοῦμεν μεγάλῃ καὶ λαμπρυσίῳ τῇ φωνῇ λέγοντες, χαῖρε κεχαριτωμένη ὁ κύριος μετὰ σοῦ· πρέσβευε κυρία καὶ δέσποινα βασιλίσσα τε καὶ μήτηρ θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν· ὅτι ἐξ ἡμῶν σὺ τε καὶ ὁ ἐκ σοῦ τεχθεὶς σαρκοφόρος θεὸς ἡμῶν· ᾧ πρέπει ἡ δόξα καὶ ἡ μεγαλοπρέπεια· πάσα τε τιμὴ καὶ προσκύνησις καὶ εὐχαριστία· σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

***

τῇ ἐν

Ad te clamamus, recordare noſtri ſanctiſſima ergo, quæ etiam à partu, virgo permanſiſti, & retribue nobis pro exiguis iſtis eloquiis magna dona ex diuitiis tuarum gratiarum, tu quæ gratia plena es: nam ideo his vocibus, vt ex re ipſa deſumptis, & natura laudatoriis, præcipue in tuum encomium vtimur, ſi quādo hymnus, ſi quando laus tibi, ſiue à nobis, ſiue ab vniuerſa creatura offertur: Tibi, inquam, gratioſæ dominæ noſtræ, reginæ, heræ, matri Dei, arcæ ſanctuarij. Ecce iam nunc & in exordio diei vt primitias laudis tibi hoc encomium Archangelus contexit dicens: *Aue gratia plena, Dominus tecum*, beatam te prædicant omnes Angelorum & terreſtrium hierarchiæ, & hierarchicas manus attollentes benedicunt tibi, quæ & in cœlis benediceris, & in terra beata prædicaris, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. iſtiuſmodi enim benedictionibus te celebrat prima acies, quæ ex thronis cherubinis, & ſeraphinis conſtat, qui aut flammei, aut magni regis Dei cognitores appellantur, beata tu in mulieribus, & beatus vterus tuus Dei geſtator, & vbera, quæ ille adhuc infantulus ſuxit. Secunda vero hierarchia, quæ in ſe dominationes, virtutes, poteſtateſque complectitur, ad te reſpectans clamat, vtpote quæ hæc didicerit à ſublimiori hierarchia, priuſque initiata ſit, *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus venter tuus*, qui Deum concepit, & mammillæ quæ Deum educauerunt puerum factum. Iam tertia ex principibus Angelis & Archangelis acies quibus mandatum & permiſſum fuit, à Deo emittente, vt per vnum Gabrielem Archangelum ederet ſplendidiſſimum & capaciſſimum hymnum, in hæc verba: *Aue gratia plena, Dominus tecum*. Ab iſtis deinde nos hierarchiæ terreſtres exaltationes Dei in gutture ferentes, ſiue quòd didicimus, ſiue quod mutuo hæc verba ſumpſimus, exaltamus te magna & canora voce, dicentes: *Aue gratia plena Dominus tecum*: intercede hera, & domina, & regina & mater Dei pro nobis. Quoniam ex nobis tu oriunda es, & is qui editus eſt ex te, carnigerus Deus, noſter eſt, quem decet gloria, & magnificentia, omniſque honor, & adoratio, & gratiarum actio, cum Patre initij experte, & cum ſancto bono viuifico ſpiritu, & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

*

S. Patris noſtri

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI

Alexandrini,

De virginitate ſiue de meditatione.

EXordium ſermonis ſalutis ad Virginem. Primum omnium crede in vnum Deum, Patrem omnipotentem, viſibilium & inuiſibilium conditorem. Et in vnigenitum eius Filium Ieſum Chriſtum, ex ſubſtantia Patris natũ, etq; per omnia coæqualẽ potentia, qui ante ſecula fuit. Et in Spiritum S. qui eſt & in Patre & in Filio, quiq; à Patre mittitur, & per Filium datur. Pater & Filius & Spiritus ſanctus, tres perſonæ, Deitas vna, vna poteſtas, vnum Baptiſma. Ipſe enim Deus noſter Pater omnium, intra ſex dies fecit cœlum & terram, & mare: & omnia quæ in eis ſunt. Idem ille cœlum Sole & Luna, & ſideribus pulcherrimis exornauit, & terram decenter fundauit ſuper aquas, & inſtruxit eam plantis, omniq; genere lignorum. Iuſſu eius erumpunt fluuij melliflui, & fontes perennes, & iniunxit terræ, & produxit plantas. Et creauit omnes beſtias terræ ſecundum genus ſuum, & volucria cœli ſecundum genus ſuum, & præcepit aquis, & produxerunt piſces, & condidit inmanes balenas. Poſtremo omnium fecit hominem, & omnia ad eius miniſterium donauit. Dixit enim Deus Filio ſuo: *Faciamus hominem ſecundum imaginem & ſimilitudinem noſtram. Et finxit Deus hominem, ſumens lutum de terra, & poſuit eum in Paradiſo deliciarum. Immiſit autem Deus in Adam ſtuporem, & conſopiuit eum, & ſumpſit vnam ex coſtis eius, & carnem pro ea ſubſtituit, & edificauit coſtam, quam ſumpſerat, in mulierem, eamque adduxit ad Adam. Et dixit Adam: Hæc caro nunc ex carne mea eſt, & os ex oſſibus meis: Ipſa vocabitur virago, quoniam ex viro deſumpta eſt: propter hoc relinquet homo patrem & matrem, erunt que duo in carne vna.* Audi, ancilla Chriſti, & quicunque ſalutem quæritis, & inſinua

Τῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

Αλεξανδρείας,

Περὶ παρθενίας ἤτοι περὶ ἀσκήσεως·

A Α'

ΑΡΧΗ' λόγου σωτηρίας πρὸς τὴν παρθένον. πρῶτον πάντων πίστευσον εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ὁρατῶν καὶ ἀοράτων ποιητήν, καὶ εἰς τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ὄντα ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, κατὰ πάντα ἰσοδυναμοῦντα τῷ πατρὶ, τὸν πρὸ αἰώνων ὄντα· καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ἐν πατρὶ καὶ υἱῷ ὄν, καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς ἀποστελλόμενον, καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ διδόμενον. πατὴρ καὶ υἱὸς, καὶ ἅγιον πνεῦμα, τρεῖς ὑποστάσεις μία θεότης, μία οὐσία καὶ δυνάμις, ἓν βάπτισμα. αὐτὸς γὰρ ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ πατὴρ τῶν ὅλων ἐν ἓξ ἡμέραις ἐποίησε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς· αὐτὸς γὰρ, διεκόσμησεν [καὶ] τὸν οὐρανὸν ἐν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ ἄστροις παγκάλοις, καὶ τὴν γῆν ὡσαύτως ἐθεμελίωσεν ἐπάνω τῶν ὑδάτων, διακοσμήσας αὐτὴν ἐν φυτοῖς καὶ ξύλοις παντοδαποῖς. καὶ τῇ κελεύσει αὐτοῦ, ἐκπορεύονται ποταμοὶ μελίῤῥυτοι, καὶ πηγαὶ ἀέναοι, καὶ προσέταξε τῇ γῇ καὶ ἐπήγασε σάρκα, καὶ ἐποίησε πάντα τὰ θηρία τῆς γῆς κατὰ γένος, [καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατὰ γένος.] ἐκέλευσε τοῖς ὕδασι καὶ ἐξήγαγον ἰχθύας, καὶ ἐποίησε τὰ κήτη τὰ μεγάλα. ὕστερον δὲ πάντων ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον, καὶ πάντα παρέδωκεν αὐτῷ εἰς ὑπηρεσίαν. εἶπεν γὰρ κύριος ὁ θεὸς τῷ υἱῷ αὐτοῦ· ποιήσωμεν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν. καὶ ἔπλασε κύριος ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον λαβὼν χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἔθετο αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς τρυφῆς. εἶπε δὲ κύριος ὁ θεὸς ἀπὸ τὸν ἀδὰμ ἔκστασιν, καὶ ὕπνωσε, καὶ ἔλαβε μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ, καὶ ἀνεπλήρωσε σάρκα ἀντ' αὐτῆς, καὶ ᾠκοδόμησε τὴν πλευρὰν ἣν ἔλαβεν εἰς γυναῖκα, καὶ ἤγαγε αὐτὴν πρὸς τὸν ἀδὰμ, καὶ εἶπεν ἀδὰμ· αὕτη νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστέων μου καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου, καὶ ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστέων μου αὕτη κληθήσεται γυνὴ, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη· ἀντὶ τούτου, καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ [αὐτοῦ,] καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. ἄκουε δέλτα τοῦ χριστοῦ, καὶ πάντες ὅσοι θέλουσι σωθῆναι, καὶ ἐκζητοῦσι τὰ ῥήματα [τοῦ

τα [τῶ σώματ@]μα, ϗ καπόδεξάσθωσαν τὰ ὠτά σου θεοπνεύστους λόγους. τὸ μυστήριον γὰρ τοῦτό, φησι, μεγάλο ἐστι, καθὼς εἶπεν ὁ μακάριος παῦλος· ὅτι [πᾶς] ὁ κολλώμενος τῆ γυναικί, ἓν σῶμά ἐστιν ἀμφότεροι· ὕτως πάλιν, πᾶς ἀνὴρ ἢ γυνὴ κολλώμεν@ τῶ κυρίῳ, ἓν πνεῦμά ἐστι. οἱ γὰρ οἱ τῶ κόσμῳ συναπτόμενοι καταλιμπάνουσι τὸν πατέρα ϗ τὴν μητέρα, ϗ συνάπτονται φθαρτοῖς ἄνθρωποις· πόσῳ μᾶλλον ἡ παρθέν@ ἐγκρατευομένη, ὀφείλει καταλιπεῖν τὰ γήινα πάντα, ϗ τῷ κυρίῳ μόνῳ κολλᾶσθαι; μαρτυρεῖ δέ μοι τῷ λόγῳ καὶ αὐτὸς ὁ ἀπόστολ@ λέγων· ἡ γυνὴ ἡ ἄγαμος, μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου, ἵνα ᾖ ἁγία τῷ σώματι ϗ τῷ πνεύματι· ἡ δὲ γαμήσασα, μεριμνᾷ [τὰ τοῦ κόσμου] πῶς ἀρέσει τῷ ἀνδρὶ [αὐτῆς,] ϗ μεμέρισται. τοῦτο οὖν λέγω, ὅτι πᾶσα παρθέν@ ἡ χήρα ἐγκρατευομένη, ἐὰν ἔχῃ φροντίδα ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, αὐτὴ ἡ φρόντις ἀνὴρ αὐτῆς ἐστι, κἂν κτήματα, κἂν ὑπάρχοντα ἔχῃ, αὐτὴ ἡ μέριμνα μολύνει αὐτῆς τὴν ἀφάνειαν. ὥσπερ γὰρ ἀφὴ τοῦ ἀνδρὸς τὸ σῶμα μολύνεται· ὕτως καὶ αἱ σχέσεις αἱ κοσμικαὶ, τὴν ψυχὴν ϗ τὸ σῶμα τῆς ἐγκρατευομένης μιαίνουσι, καὶ οὐκ ἔστι ἁγία τῷ σώματι καὶ τῷ πνεύματι. ἡ δὲ φροντίζουσα τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ, νυμφί@ αὐτῆς ὁ χριστός ἐστιν. ἡ γὰρ ἁρμοζομένη ἀνδρὶ φθαρτῷ, τὸ θέλημα τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ποιεῖ. ὕτως γὰρ εἴρηται· ὅτι [ἡ] γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματ@ οὐκ ἐξουσιάζει ἀλλ' ὁ ἀνήρ. καὶ πάλιν· ὥσπερ ἡ ἐκκλησία ὑποτάσσεται τῷ κυρίῳ· ὕτως ϗ αἱ γυναῖκες τοῖς ἀνδράσιν ἐν παντί. ἀπ' αὐτῶν γὰρ τῶν κοσμικῶν, ἐὰν θέλωμεν, ϗ τὰ ἄνω νοῆμεν. ἡ γὰρ ζωναπτομένη τῷ ἐπουρανίῳ νυμφίῳ, τὸ θέλημα τοῦ νυμφίου αὐτῆς κατεργάζεται. τοῦτο δέ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ χριστοῦ· τὸν κολλώμενον αὐτῷ, μηδὲν ὅλως ὑπιφέρεσθαι τῶν αἰῶν@ τούτων, μηδὲ τῶν γηίνων φροντίζειν· ἀλλὰ μόνον τὸν σωτῆρα σωτῆρα θεὸν [καὶ δεσπότην] βασάζειν αὐτὸν, ϗ ἔχειν φροντίδα ϗ μέριμναν νυκτὸς ϗ ἡμέρας ἀκατα παύστοις, ὕμνοις ϗ ἐξομολογίαις ὑμνεῖν αὐτὸν, πεφωτισμένον ἔχειν τὸ ὄμμα τῆς διανοίας, εἰδέναι τὸ θέλημα αὐτοῦ, ϗ ποιεῖν αὐτὸ, ἁπλῶν ἔχειν τὴν καρδίαν, καθαρὸν τὸν νοῦν, ἐλεήμονα εἶναι, ἵνα καθὼς αὐτὸς οἰκτίρμων ϗ ἐλεήμων ἐστὶ, ὕτως καὶ ἡμεῖς ἐξακολουθῶμεν αὐτῷ. πρᾶον καὶ ἡσύχιον εἶναι, ἀνεξίκακον, μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντα, ὕβρεων πολλῶν ἀνεχόμενον, καθὼς [ϗ] αὐτὸς ὑπὸ τῶν ἰουδαίων ὑβρίσθη ϗ ὑπέμεινε. πληγὰς ϗ βασάνους ὑποφέρειν· καὶ γὰρ αὐτὸς ταῦτα ἔπαθε. ῥαπισθεὶς γὰρ ὑπὸ τοῦ δούλου τοῦ ἀρχιερέως, οὐδὲν ἐποίησεν, ἀλλὰ μόνον εἶπεν· εἰ κακῶς ἐλάλησα, μαρτύρησον περὶ τοῦ κακοῦ· εἰ δὲ καλῶς, τί με δαίρεις; οὐκ ἠδύνατο ὁ κελεύσας τῇ γῇ, ἵνα τοὺς περὶ σταθὰν ϗ ἀβειρὼν ζῶντας καταπίῃ, καὶ τοῦτον τὸν ἐκτείναντα τὸν χεῖρα ϗ τύψαντα τὸν ἑαυτοῦ δημιουργὸν, ζῶντα καταπιεῖν; ἀλλ' ὑπέμεινεν, ὑμῖν ὑπολιμπάνων ὑπογράμμον· ἵν' ἡμεῖς τοῖς ἐκείνου ἴχνεσιν ἐπακολουθήσωμεν,

in aures tuas verba mea, & accipiant aures tuæ numine afflatas sermocinationes. *Hoc mysterium*, inquit D. Paulus, *magnum est*, eò quòd omnis qui agglutinatur vxori, ambo in vnum corpus sint. Ita quoque omnis vir siue mulier agglutinatus Domino, vnus spiritus est. Si enim qui se mundo copulant, relinquuntque patrem & matrem, mortalibus hominibus copulantur, quanto magis virgo continens relinquere debet terrestria omnia, & Domino soli agglutinari? Huius mei dicti testis est Paulus, ita loquens, *Mulier innupta solicita est eorum quæ sunt Domini, vt sit sancta corpore & spiritu. Nupta verò solicita est eorum quæ sunt mundi, quomodo placeat marito: ac ab illa differt.* Hoc igitur dico, quod omnis virgo, aut vidua continens, si curam suam collocet in mundanis, eius rei cura illi pro marito est, siue possessiones, siue alias substantias solicitudine sua amplectatur. Ipsa enim sollicitudo contaminat eius animam. Vt enim per virum corpus contaminatur: ita quoque habitus mundani, & animam & corpus continentis conspurcant, neque iam est sancta corpore & spiritu. Quæ autem curat opus Domini, huius sponsus est Christus. Ea enim quæ coaptatur viro corruptibili, voluntatem viri sui facit. Nimirum quum ita scriptum sit: Mulierem sui corporis potestatem non habere, sed virum: ac rursum: Quemadmodum Ecclesia subiicitur Domino, ita quoque mulieres viris suis per omnia. Hoc enim exemplo, si ita velimus, cœlestia intellexerimus. Quapropter quæ coniungitur supercœlesti sponso, voluntatem sui sponsi facit. Ea autem est voluntas Christi, vt is qui sibi conglutinatus est, nihil secum omnino huius seculi ferat, aut terrestria curet, sed solum vt crucem eius, qui pro ipso crucifixus est, baiulet, eiusque curam habeat, & de ea solicite cogitet, & die & noctu, & perpetuis hymnis, & glorificationibus eum celebret, & illuminatum habeat mentis oculum, & sciat illius voluntatem & faciat, cor simplex possideat, & mentem puram. Misericors sit, quemadmodũ ipse misericors est: ita & nos quoque eum sequamur. Mansuetus & quietus sit, & tolerans malorũ, nulli malum pro malo reddens, multas contumelias sustinens, quemadmodum ipse à Iudæis contumeliis affectus est, & sustinuit, verbera & torturas ferat. Nam & ipse quoque hæc passus est. Colaphis enim à ministro pontificis cæsus, nihil contra fecit, sed tantum dixit: *Si male dixi, doce testimoniis quid male dixerim: sin contra bene, quid me cædis?* Nonne potuit qui terræ imperauit, vt Dathan & Abiron viuos deglutiret, rursum imperare, vt eum, qui verberabat suum Conditorem, viuum deglutiret? *Sed sustinuit nobis relinquens exemplum, vt nos per eius vestigia incedamus.* Tu au-

Tu autem homo non sustinens ab homine tecum eiusdem naturæ contumeliis affici? Imitare Dominum tuum. Si enim ille, quum Deus esset, tolerauit propter te ab homine peccatore colaphis cædi, Tu scilicet, indignaris, quòd hostis tibi conuitium dicit, & paras vltionem? Proh immensam animi stoliditatem, & stulticiam magnam: Ideo nobis pœna destinata est, & ignis ardens, quod quum rationales simus, irrationalibus bestiis nos similes reddamus! In multa humilitate in hunc mundum venit: & opulentus quũ esset, egenus factus est propter nos, vt nos illius egestate diteſceremus: Et Deus quum esset, homo factus est propter nos, & natus est ex deipara Virgine, vt nos asserat à potentia diaboli. Quapropter qui seruari cupis, fac te stultum in hoc mundo, vt à Domino audias sapiens. Ab hominibus contrà, ij qui in dando & accipiendo, in emẽdo, vendendo, negotiisque gerendis, in fraudando, fœnerando versuti sunt, & ex vno obolo duos facere norunt, prudentes appellari solent. Sed Deus hos ipsos stultos, inertes, & peccatores vocat. Audi igitur, inquit, quid Deus per Propheram Hieremiam dicat, *Populus iste prudens est ad malefaciendum, caterum benefacere non norunt:* quin & beatus Paulus ait: *Sapientia mundi huius, stultitia est apud Deum, & qui vult sapiens esse, fiat stultus, vt sapiens efficiatur.* Idem rursus ait, Fratres, ne pueruli sitis animo, sed ad maliciam infantuli sitis. Deus enim ad terrestria nos stultos esse vult, & ad cœlestia prudẽtes. Nam & aduersarius noster diabolus prudens est in malicia, & nos oportet aduersus eum prudenter incedere, vt vincamus illius versutas insidias. Dicit enim Dominus in Euangeliis, *Estote prudentes ir star serpentum, & simplices sicut columbæ.* Qui autem ab eo prudens vocatur, is sapiens est ad faciendum voluntatem Dei, & ad seruanda præcepta eius. Ingens remedium est ad salutem animi humilitas, quũ Satanas non ob scortationem aut adulterium, aut furtum deiectus sit, è cœlo, sed superbia illum inde præcipitarit infra ipsam abyssum, cuius hæc verba fuere: Ascendam, & ponam solium è regione Dei, & ero æqualis altissimo: & ob hæc verba deiectus est, igniſque æternus illius hæreditas & portio factus est. Superbia in diabolo est, humilitas contra, in Christo est, quum ipse Dominus loquatur, *Si quis inter vos cupiat fieri magnus, sit omnium minister.* Amplectamur valde ieiuniũ, magnum enim munimentũ est ieiunium, oratio item, & eleëmosyna, quũ ex morte hominem liberent. Vt enim ob escam & inobedientiam proturbatus est Adam ex Paradiso, ita rursum per ieiunium & obedientiam in Paradisum, qui volet, redibit. In hac virtute cultum corporis tui ornamentaq; quære, ô virgo, & placebis cœlesti sponso.

Nam

οὐ σὺ ἄνθρωπε, ὁ βασταζῆς ὑπὸ τῆ ὁμοψύχε σου ἀνθρώπε ὑβριωθῆναι; μίμησαι τὸν σεαυτότιμον. εἰ γὰρ ἐκεῖνος θεὸς ὢν ἐβάστασε διὰ σὲ ὑπὸ ἀνθρώπε ἁμαρτωλῆ ῥαπισθῆναι, σὺ ἀγανακτῆς, ὅτι ὁμοιός σου ἄνθρωπος ἐλοιδόρησέ σε, καὶ ζητῆς ἀντιποδοῦναι αὐτῷ; ὦ πολλῆς ἀνοίας καὶ ἀφροσύνης μεγάλης. διὰτοῦτο καὶ κόλασις ἡμῖν ἡτοίμασαι, καὶ ἑαυτοῖς τὸ πῦρ ἑξάπομεν· ὅτι καὶ λογικοὶ ὄντες, τῆς ἀλόγους ζώοις ἑαυτοὺς ὁμοιάζομεν. τοιγαροῦν ταπεινοφροσύνη πολλὴ ὡς τὸν κόσμον τοῦτον ἐλήλυθε, καὶ πτωχὸς ὢν, ἐπιθύμησε διὰ ἡμᾶς, ἵν' ἡμεῖς τῆ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσωμεν· καὶ θεὸς ὢν, γέγονεν ἄνθρωπος διὰ ἡμᾶς, καὶ ἐγεννήθη ἐκ τῆς θεοτόκε μαρίας, ἵνα ἐλευθέρωση ἡμᾶς, ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας τοῦ διαβόλου. ὅστις ὁ σωθῆναι θέλων, ποιεῖ ἑαυτὸν μωρὸν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, ἵνα σοφὸς τῷ θεῷ ἀκούσῃ σοφός. οἱ γὰρ ἄνθρωποι τὰς ἐκδότας δοῦναι καὶ λαβεῖν, καὶ ἀγοράζειν καὶ πωλεῖν, καὶ πραγματεύεσθαι, καὶ ἀφυστερεῖν τὸ τοῦ πλησίον, καὶ πλεονεκτεῖν καὶ δανείζειν, καὶ τὸν ἕνα ὀβολὸν ποιεῖν δύο, τούτους φρονίμους ὀνομάζουσιν· ὁ δὲ θεὸς, μωρὸς καὶ ἀσυνέτους καὶ ἁμαρτωλοὺς τοὺς τοιούτους καλεῖ. ἄκουε γάρ φησι τί αὐτὸς ὁ θεὸς, διὰ ἱερεμίου τοῦ προφήτου εἶπεν· ὁ λαὸς οὗτος, υἱοὶ ἄφρονες ὑπὸ τῆ κακοποιῆσαι· τὸ δὲ εὖ γνῶναι καλὸν ποιῆσαι οὐκ ἐπίγνωσαν. καὶ ὁ μακάριος παῦλος· ἡ σοφία τοῦ κόσμου τούτου, μωρία παρὰ τῷ θεῷ ἐστι, καὶ ὁ θέλων σοφὸς γενέσθαι, μωρὸς γενέσθω, ἵνα γένηται σοφός. καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς λέγει· ἀδελφοὶ, μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσὶν, ἀλλὰ τῇ κακίᾳ νηπιάζετε. ὁ γὰρ θεὸς, εἰς τὸ γήινα θέλημα μωροὺς εἶναι, εἰς τὸ ἐπουράνια φρονίμους. καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ αὐτόθικος ἡμῶν διάβολος, φρόνιμός ἐστι τῇ κακίᾳ, καὶ ἡμᾶς δεῖ αὐτῷ φρονίμως ἐπέρχεσθαι, πρὸς τὸ νικῆσαι αὐτοῦ τὰς κακοτέχνους ἐπιβουλάς. λέγει γὰρ ὁ σωτὴρ ἐν ταῖς εὐαγγελίοις· γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί. ὁ δὲ καλέμενος παρ' αὐτῷ φρόνιμος ὅτός ἐστι [ὁ] σοφιζόμενος ποιῆσαι τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, καὶ φυλάσσειν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ. μέγα φάρμακόν ἐστι σωτηρίας ἡ ταπεινοφροσύνη. ὁ γὰρ σατανᾶς, οὐχ ἕνεκεν πορνείας, ἢ μοιχείας, ἢ κλοπῆς, κατηνέχθη ἐκ τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ἡ ὑπερηφανία αὐτὸν κατέβαλεν εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς ἀβύσσου. ὅτος γὰρ ἔλεγεν· ἀναβήσομαι καὶ θήσομαι τὸν θρόνον μου ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, καὶ ἔσομαι ὅμοιος τῷ ὑψίστῳ. καὶ διὰ τὸν λόγον καθεβλήθη, ὃ ἐγένετο ἡ κληρονομία αὐτοῦ τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον. ἡ οὖν ὑπερηφανία, ἐν τῷ διαβόλῳ ἐστὶν· ἡ δὲ ταπεινοφροσύνη ἐν τῷ χριστῷ. αὐτὸς γὰρ ὁ κύριος λέγει· ὅτι ὁ θέλων ἐν ὑμῖν εἶναι μέγας, ἔστω πάντων δοῦλος· ὁ γὰρ θεὸς τῶν ταπεινῶν ἐστιν. ἀγαπήσωμεν σφόδρα τὴν νηστείαν. μέγα [γὰρ] φυλακτήριόν ἐστιν ἡ νηστεία καὶ ἡ προσευχὴ καὶ ἡ ἐλεημοσύνη. ἐκ θανάτου γὰρ ῥύονται τὸν ἄνθρωπον. ὡς, περὶ μὲν Ἀβὲλ βοᾷ [ὁ] καὶ παρακοῆς ἐξεβλήθη ὁ ἀδὰμ ἐκ τοῦ παραδείσου ἕως πάλιν διὰ νηστείας καὶ ὑπακοῆς, ὁ θέλων εἰσέρχεται εἰς τὸν παράδεισον. ἐν ταύτῃ τῇ ἀρετῇ κόσμησον τὸ σῶμά σου ὦ παρθένε, καὶ ἁρέσεις τῷ ἐπουρανίῳ νυμφίῳ.

αἱ γὰρ

ἡ γὰρ τῷ κόσμῳ συναπόμεναι, καὶ μύροις καὶ θυμιάμασι, καὶ εὐωδίαις, καὶ ἐν ἱματίοις πολυτελέσιν, καὶ χρυσῷ καλλωπίζουσαι τὰ σώματα ἑαυτῶν, πρὸς τὸ ἀρέσαι τοῖς ἀνθρώποις, θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται. ἡ δὲ Χριστὸς, οὐδὲν τούτων χρήζει πρὸς σέ, ἐὰν μὴ μόνον καρδίαν καθαράν, καὶ σῶμα ἀμόλυντον ὑπομαζόμενον ὑπὸ νηστείας. ἐὰν δέ τινες καὶ λέγωσί σοι, ὅτι μὴ νήσευε πυκνά· εἰ δὲ μή γε ἀσθενέστερα γενήσῃ, καὶ πίστεως αὐτοῖς, καὶ ἐὰν μὴ ὑπακούσῃς αὐτῶν. ὁ γὰρ ἐχθρὸς αὐτὰς ὑποβάλλει, μνήσθητι τοῦ γεγραμμένου, ὅτε οἱ τρεῖς παῖδες καὶ Δανιὴλ ἠχμαλωτεύθησαν ὑπὸ Ναβουχοδονόσορ βασιλέως Βαβυλῶνος, καὶ ἄλλα παιδάρια μετ' αὐτῶν, καὶ ἔταξεν αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς ἐσθίειν ἀπὸ τῆς τραπέζης αὐτοῦ, καὶ πίνειν ἀπὸ τοῦ οἴνου αὐτοῦ. Δανιὴλ καὶ οἱ τρεῖς παῖδες, αὐτοὶ ἐκ ἠθέλησαν ἀλισθῆναι ἀπὸ τῆς τραπέζης τοῦ βασιλέως, ἀλλὰ λέγουσι τῷ ἀνέχοντι τῷ σῶμα λαβόντι αὐτούς· δὸς ἡμῖν ἀπὸ τῶν σπερμάτων τῆς γῆς καὶ φαγόμεθα. καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ ἀνούχος· Φοβοῦμαι ἐγὼ τὸν βασιλέα τὸν ἐκλέξαντα τὸ βρῶσιν ὑμῶν καὶ τὸ πόσιν, μή πως ἰδῃ τὰ πρόσωπα ὑμῶν σκυθρωπὰ ἐνώπιον τοῦ βασιλέως σοῦ πάντα τὰ παιδάρια τὰ ἐσθίοντα τὴν τράπεζαν τοῦ βασιλέως, καὶ κατακρίνει με. εἶπον δὲ αὐτῷ, πείρασον τοὺς δούλους σου ἡμέρας ὡσεὶ δέκα, καὶ δὸς ἡμῖν. καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ὄσπρια φαγεῖν καὶ ὕδωρ πιεῖν· καὶ εἰσήγαγεν αὐτοὺς ἐνώπιον τοῦ βασιλέως, καὶ ὤφθησαν αἱ ἰδέαι αὐτῶν ἐκλεκταί, σοῦ τὰ παιδάρια τὰ ἐσθίοντα τὴν τράπεζαν τοῦ βασιλέως. ὁρᾷς τὴν ποιεῖ ἡ νηστεία, καὶ νόσους θεραπεύει, καὶ ῥάμματα σωματικὰ ξηραίνει, καὶ δαίμονας ἐκβάλλει, καὶ λογισμοὺς πονηροὺς ἀποδιώκει, καὶ τὴν νοῦν λαμπρότερον ποιεῖ, καὶ καρδίαν καθαράν, καὶ σῶμα ἡγιασμένον, καὶ τῷ θρόνῳ τοῦ θεοῦ παρίστησι τὸν ἄνθρωπον. καὶ ἵνα μὴ νομίσῃς, ὅτι ταῦτα ἁπλῶς λέγονται· ἔχεις μαρτυρίαν ἐν τοῖς εὐαγγελίοις παρὰ τοῦ σωτῆρος εἰρημένην. ἠρώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες· κύριε, δεῖξον ἡμῖν [ἐν] ποίῳ τρόπῳ τὰ ἀκάθαρτα πνεύματα φυγαδεύονται. εἶπε δὲ ὁ κύριος· τοῦτο τὸ γένος ἐκ ἐκβάλλεται, εἰ μὴ ἐν προσευχαῖς καὶ νηστείαις. πᾶς οὖν ὑπὸ πνεύματος ἀκαθάρτου ὀχλούμενος, ἐὰν νήσῃ καὶ χρήσηται τῷ φαρμάκῳ τούτῳ· λέγω δὴ τῇ νηστείᾳ· εὐθὺς τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν στενοχωρούμενον ἀναχωρεῖ, φοβούμενον τὴν νηστείαν. πάντα γὰρ τέρπεται οἱ δαίμονες τῇ κραιπάλῃ [καὶ τῇ μέθῃ] καὶ τῇ ἀναπαύσει τοῦ σώματος. μεγάλη δύναμις νηστεία, καὶ μεγάλα κατορθώματα γίνεται δι' αὐτῆς. ἐπεὶ πόθεν καὶ εἰς ἀνθρώπους μεγάλας δυνάμεις ἐνέπλεσε, καὶ σημεῖα δι' αὐτῶν γίνεται, καὶ ἰάματα τοῖς κάμνουσι δι' αὐτῶν δωρεῖται ὁ θεός, εἰ μὴ διὰ τοῦτο διὰ ἀσκήσεως καὶ ταπεινοφροσύνης, καὶ πολιτείας ἀγαθῆς; νηστεία γὰρ ἀγγέλων βίος ἐστί, καὶ ὁ χρώμενος αὐτῇ, ἀγγελικὴν τάξιν ἔχει. καὶ μὴ νομίσῃς ἁπλῶς, ὅτι οὕτως ἁπλῶς ἐστιν ἡ νηστεία. οὐ γὰρ ὁ νηστεύων ἀπὸ βρωμάτων μόνος ἐκεῖνος κατόρθωσεν, ἀλλ' ὁ ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος, τοῦτο λογίζεται ἡ νηστεία. ἐὰν γὰρ νηστεύσῃς, καὶ μὴ τηρήσῃς τὸ στόμα σου λαλῆσαι λόγον πονηρόν, ἢ ὀξυχολίαν, ἢ ψεῦδος, ἢ ἐπιορκίαν, ἢ καταλαλήσῃς κατὰ τοῦ πλησίον σου, ἐὰν ταῦτα ἐξέλθῃ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ νηστεύοντος,

Nam quæ cum mundo coalescunt, & conseruntur, & vnguentis, asomatibus & fragrantiis, & amictu precioso, & auro venustant sua corpora, vt placeant hominibus, Deo placere non possunt. Christus autem nihil horum à te requirit, nisi solum cor mundum & os inconta-
minatum, ieiunioque liuidum. Quòd si accedāt aliqui & dicant tibi, ne frequēter ieiunes, ne imbecillior fias, nec illis credas, nec auscultes: Istos enim diabolus subornauit. Remi-
niscere eius quod scriptum est, quod quum A
Daniel & tres pueri capti essent à rege Babylonis Nabuchodonosore, & alij pueruli vnà cum illis, iussumq; esset ab eo, vt de sua regia mensa comederent, & de suo vino biberent, Danielē & tres pueros noluisse saturari ex mensa regia, & ad eunuchum dixisse, qui eos curabat: Da nobis de seminibus terræ, & vescemur. Quibus responsum est ab Eunucho, Timeo ego Regem, qui hunc cibum vobis & potum imperauit dari, ne facies vestræ regi præ cæteris pueris, qui regia mēsa aluntur, appareāt squallidiores, & puniat me. Cui ita responderunt, B
Experire id in seruis tuis plus minus decem diebus. Et dedit eis legumina ad cibū, & aquā ad potum, & produxit eos ad regem, & visæ sunt species illorum eximiæ super eos, qui ex regia mensa vescebantur. Vide igitur quid faciat ieiunium, morbos sanat, distillationes exsiccat, dæmones fugat, malasque cogitationes expellit, & mentem nitidiorem reddit, & cor purgatius, & corpus salubrius, & ad thronum Dei homines sistit. Sed ne putes ista temere dici, habes eius rei testimonium in Euangeliis, ab ipso Christo prolatum: *Sciscitati sunt ab eo discipuli, dicentes, Domine declara nobis, quonam pacto immundi spiritus propelluntur?* C
Quibus responsum est à Domino, *Hoc genus non eiicitur nisi ieiunio & orationibus.* Quisquis igitur ab immundo spiritu vexatur, certum habere debet, hoc pharmaco, ieiunio inquam, statim spiritus malos affectos abscedere, vim ieiunij metuentes. Valde enim dæmones oblectantur crapula, & ocio corporis. Magna vis in ieiunio, & magna & præclara fiunt per illud. Alioqui vnde fieri posset, vt homines tam mirifica præstent, vt Dominus per eos, vel signa faciat, vel sanitatē laborantibus donet, nisi plane ob deuotas meditationes, & humilitatem animi, & conuersationem bonam? Ieiunium enim Angelorum cibus est, & qui eo vtitur, ordinis Angelici censendus est. Sed ne, mi dilecta, simplex quiddam & promiscuum ieiunium putes. Non enim qui à cibis ieiunat solummodo probe se gesserit, sed qui abstinet ab omni opere malo. Hoc enim ieiunium censetur. Si enim ieiunes, neq; serues os tuum, ne loquatur malum, aut non vitaueris iracundiam, aut mendacium, aut periurium, aut si alteri obtrectes: si istiusmodi prodierint ex ore ieiunātis,

nihil profecit, sed omnem laborem suum perdidit. Tu igitur, ancilla Christi, & omnes qui vultis saluari, si ieiunaueris, purifica temetipsam ab omni pecuniæ studio, quoniam qui pecuniam amat, non potest Deum amare. *Radix enim malorum est auaritia.* Ambitionem & arrogantiam acriter fuge. Si eas tibi subierit animus, quasi quæ iam grandior sis & prouectior virtute, ne credideris his cogitationibus: Inimicus enim est qui hoc impedimentum adfert, & ambitionem tibi in mentem subiicit. Non igitur sustinueris eam cogitationem, quæ te tui laudibus palpat. Quod si cogitatio hæc in animum summittatur, quæ suadeat ne tanta mole difficultateque eluctaris ad salutem, ne audieris eam, quum inimicus sit, qui tibi in animam hanc molliciem & supinitatem suggerat, vt te deturbet è bona vita. Multa enim sunt machinamenta aduersus seruos Christi. Subiicit enim cogitationes hominibus, eosq; verbis laudare incipit, vt extollat eorum corda. Sed tu, ne receperis hominum laudes. Quod si tibi quispiam dixerit, Beata es, Respondeilli, Si decessero ex hoc corpore bene imposito fine, tum me beatam putabo: Iam enim me beatam esse non credo. Homines enim quum simus, quemadmodum venti, solemus immutari. Si superbia suggerat tibi, vt contemnas comedentes, caue fidem illi habueris, alienus enim est: quin potius te omnium minimam reputa, vt multos produceas ad regnum cœlorum, & à Deo exaltaberis. Si subiicit tibi in animum inimicus ingentia deuotionis exercitia, vt corpus tuum imbecille & inutile efficias, tu contra fac, vt tuum ieiunium modum habeat. Ieiuna vniuersum annum sine necessitate, hora nona in hymnis & orationibus perdurans: Sume panem tuum vnà cum oleribus oleo refectis: Omnia pura sunt quæcunque inanimata. Tu autem virgo id age, ne quisquam sciat tuas in deuotione meditationes: Imo ne cognatus quisquam: sed si quid facis, in occulto facias, & pater tuus cœlestis qui in occultis videt, repensabit tibi. Quòd si manifestaris tuam vitam, nascetur tibi inanis gloria, & damnum senseris. Sin autem ieiunes, habeasque vnanimem sodalem seruientem Domino, eodem modo quo tu, huic soli arcana tuæ deuotionis reteges: ibi non oborietur inanis gloria. Loqueris enim vt saluetur anima: Magnam mercedem capies, si anima per te seruetur. In quibus est desiderium audiendi loquere idonea. Quòd si ille audierit, & audita non faciat, desinas loqui, nec dederis sancta canibus, neque proieceris margaritas tuas ante porcos. Canes enim & porcos appellat eos Deus, qui in turpi vita degunt. Margaritæ siquidem sunt & precioſi lapides, Verba DEI, dignis solummodo tribuenda. O beatam animam quæ audit sermones inscriptos in hoc libro & facit eos. Testificor omnibus qui audiunt hæc verba, & faciunt, quod nomen illorum scribetur in libro vitæ, & in tertio ordine angelorum inuenietur.

Si igi-

οὐδὲν ὠφέλησεν· ἀλλὰ καὶ ὅλον τὸ κόπον αὐτῆς ἀπώλεσε. σὺ οὖν δούλη τοῦ χριστοῦ, καὶ πάντες ὅσοι θέλουσι σωθῆναι, ἐὰν νηστεύσῃς, ἄγνισον σεαυτὴν ἀπὸ πάσης φιλαργυρίας· ἔτι ὁ ἀγαπῶν ἀργύριον, οὐ δύναται τὸν θεὸν ἀγαπᾶν. ῥίζα γὰρ πάντων τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία. τὴν κενοδοξίαν καὶ ἀλαζονείαν ἰσχυρῶς φεῦγε. ἐὰν σοὶ παρεμβάλῃ λογισμός, ὅτι μεγάλη γένους καὶ καλῆς, προβεβοηκυῖα τῇ ἀρετῇ, μὴ πεισθῇς αὐτῷ· ὁ ἐχθρὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐμποδίζων τὴν κενοδοξίαν παρεμβαλών. οὐκ ἀνέξῃ δὲ λογισμὸν ἐπαινοῦντός σε. ἐὰν δὲ παρεμβάλῃ σοὶ ὁ λογισμὸς λέγων, ὅτι μὴ θέλεις πᾶν ὅτιος δυσκόλως, δύνασαι σωθῆναι, οὐκ ἀκούσῃς αὐτοῦ· ὁ ἐχθρὸς γάρ ἐστιν ὁ παρεμβαλλων χαύνωσιν καὶ ὀλιγωρίαν, ἵνα σε καταβάλῃ ἀπὸ τῆς ἐναρέτου σου πολιτείας. πολλὰ γὰρ ἐστι μηχανήματα οὐκ ἔστιν ἐχθροῦ γινόμενα τοῖς δούλοις τοῦ θεοῦ. παρεμβάλλει γὰρ τοῖς ἀνθρώποις ἔρχεσθαι καὶ ἐπαινεῖν λόγοις, ὡς εἰς τὸ ὑψωθῆναι τὴν καρδίαν αὐτῶν. σὺ δὲ, μὴ καταδέξῃ ἔπαινον ἀνθρώπων. ἐὰν δέ τις σοι εἴπῃ μακαρία εἶ, λέγε αὐτῷ ἐὰν ἐξέλθω ἐκ τοῦ σώματος τοῦτο καλῶς πληρώσασα, τότε μακαριοῦμαι. ἐρεῖ γὰρ, πιστεύω ἐμαυτῇ ὅτι μακαρία εἰμὶ. οἱ γὰρ ἄνθρωποι, ὡς ἄνεμος, ἄνω μεταβάλλεσθε. πολλάκις δὲ παρεμβάλλει σοι ἐξουθενεῖν τοὺς ἐσθίοντας· μὴ πιστεύσῃς αὐτῷ, ἀλλότριος γάρ ἐστι. πάντων γὰρ, ἐλαχιστοτέραν σεαυτὴν λογίζου, ἵνα πολλοὺς προσάξῃς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ παρὰ θεῷ ὑψωθήσῃ. παρεμβάλλει δὲ ὁ ἐχθρὸς ἄσκησιν μεγάλην, ἵνα τὸ σῶμα ἀσθενὲς καὶ ἀχρήστον ποιήσῃ. σὺ δὲ νηστείαν μέτρον ἐχέτω· νήστευον [δὲ] ὅλον τὸ ἔτος χωρὶς πάσης ἀνάγκης. ὥρᾳ δὲ ἐνάτῃ ἡμέρας ἐν ὕμνοις καὶ προσευχαῖς διατελέσασα, μεταλάμβανε τῶν ἄρτων σου ἐν ἐλαχάνῳ ἀναπεποιημένῳ ἐλαίῳ. πάντα ἄγνα, ἔστιν ἃ ψυχα. σὺ δὲ ὦ παρθένε μηδεὶς καταμαθανέτω τὴν ἄσκησίν σου, μὴ δὲ αὐτὸς ἰδίων σου συγγενῶν· ἀλλ' ἃ μὲν ποιεῖς, ἐν κρυπτῷ ποίει, καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσει σοι [ἐν τῷ φανερῷ] ἐὰν δὲ φανερώσῃς σου τὸν βίον, κενοδοξία σοι πήξεται καὶ ζημιοῖ. ἐὰν δὲ ἄρῃς ψυχὴν ἐμοσύμφωνον πονοῦσαν τῷ θεῷ ὡς καὶ σὺ, ταύτῃ μόνῃ ἀποκάλυψον ἐν μυστηρίῳ· ἐκεῖ οὐκ ἔστι κενοδοξία. ἐλάλησας γὰρ, ἵνα σωθῇ ψυχή. πάλιν μισθὸν λήψῃ ἐὰν σωθῇ διὰ σοῦ ψυχή. τοῖς ἔχουσι πόθον ἀκούειν λάλει τὰ συμφέροντα· ἐὰν δὲ ἀκούσῃ καὶ [μὴ] ποιεῖ, μηδὲν λάλει. λέγει γὰρ ὁ κύριος· μὴ δῶτε τὰ ἅγια τοῖς κυσί· "μὴ δὲ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων. κύνας γὰρ καὶ χοίρους ἀποκαλεῖ ὁ χριστὸς, τοὺς ἐν ἀτιμῳ βίῳ διάγοντας. μαργαρῖται γὰρ τίμιοι εἰσὶν οἱ τοῦ θεοῦ λόγοι, τοῖς ἀξίοις μόνοις διδόμενοι. ὦ μακαρία ψυχὴ ἡ ἀκούσασα τούτους τοὺς λόγους τοὺς γεγραμμένους ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ, καὶ πιστὸς μαρτύρομαι πάντι [ἀνθρώπῳ] ἀκούοντι τὰ ῥήματα ταῦτα καὶ ποιοῦντι, ὅτι τὸ ὄνομα αὐτοῦ γραφήσεται ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ζωῆς, καὶ ἐν τῷ τρίτῳ τάγματι τῶν ἀγγέλων εὑρεθήσεται.

ἐὰν προ

ἐὰν σεσοβύχῃ ἡ ψάλλεις, ἡ ἀναγινώσκεις καὶ ἰδίαν κάθου, μηδεὶς ἀκουέτω, εἰ μὴ σὺ μόνη. κἂν ἐὰν ἔχεις ὁμοψύχους, μίαν ἢ δύο παρθένους· λέγει γὰρ ὁ Χριστὸς· ὅπου δύο ἢ τρεῖς εἰσὶ συνηγμένοι ἐν τῷ ὀνόματί μου, ἐκεῖ εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν· ἀπόβαλε τὸ γυναικεῖον φρόνημα, καὶ λαβὲ θάρσος καὶ ἀνδρείαν. ἐν γὰρ τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, οὐκ ἔστιν ἄρρεν καὶ θῆλυ, ἀλλὰ πᾶσαι [αἱ] ἀρεσήσασαι γυναῖκες ἀνδρῶν τάξιν λαμβάνουσιν. ἀπόλαβε τὰ νεωτερικὰ σχήματα, ἵνα λάβῃς τιμὴν τῆς καλῆς χήρας. [λέγει γὰρ ὁ ἅγιος παῦλος· τίμα χήρας τὰς ὄντως χήρας]· ἡ δὲ ὄντως χήρα καὶ μεμονωμένη, ἤλπικεν ἐπὶ [τὸν] θεὸν, καὶ προσμένει ταῖς δεήσεσι καὶ ταῖς προσευχαῖς νυκτὸς καὶ ἡμέρας· ἡ δὲ σπαταλῶσα ζῶσα τέθνηκε. χήρα καλὰ λεγέσθω, μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα γεγονυῖα ἑνὸς ἀνδρὸς γυνή· εἰ ἐξενοδόχησεν, εἰ ἐτεκνοτρόφησεν, εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψεν, εἰ θλιβομένοις ἐπήρκεσεν, εἰ παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπηκολούθησεν. νεωτέρας δὲ χήρας, παραιτοῦ. ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖν θέλουσιν ἔχουσαι κρίμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν. ὧδε εἰ μὲν οὐ ποιεῖς τὰ νεωτερικὰ σχήματα, οὐκ ἀκούεις νεώτερα, ἀλλὰ καὶ πρεσβύτης ἀποκαλῇ, καὶ τιμὴν ἔχῃς ὡς πρεσβύτερα. ἡ ὑπόστασις τῶν ἱματίων σου, μὴ ἥτω πολύτιμος, ὁ ἐνδύτης σου μέλας, μὴ βεβαμμένος ἐν βαφῇ, ἀλλ' αὐτοφυὴς ἰδιόχρους, ἢ ὀνυχίζων, καὶ τὸ μαφόριον ἄκρατον, ὡσαύτως τῆς αὐτῆς χρόας, καὶ χειρίδια ἐρεᾶ περικαλύπτοντα τοὺς βραχίονας ἕως τῶν δακτυλῶν τῶν χειρῶν. τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς περικεκομμένας, καὶ κεφαλοδέσμιον ἐρεοῦν, ὠτοσφίγγον τὴν κεφαλὴν καὶ κουκούλιον, καὶ ἐπωμίδιον ἄκρατον. ἐὰν δὲ συναντήσας ἀνθρώπῳ, τὸ πρόσωπον κατακεκαλυμμένον ἔσω, κάτω νεῦον, καὶ μὴ ἐπάρῃς ἀνθρώπῳ τὸ πρόσωπόν σου, εἰ μὴ μόνον τῷ θεῷ σου. ὅταν σῇς εἰς προσευχὴν, ἔστω πόδας σου περικεκαλυμμένους ἔχε ἐν ὑποδήμασιν. αὐτὸς γὰρ ὁ σολισμὸς, ἱεροπρεπής ἐστιν. μὴ ἐκδύσῃ γυμνή· νυκτὸς γὰρ καὶ ἡμέρας, τὸ ἱμάτιόν σου ἔσω καλύπτου τὴν σάρκα σου. μὴ ἴδῃ ἄλλη γυνὴ τὸ σῶμά σου γυμνὸν ἀνάγκης ἀνάγκης. ἀλλ' ὧδε αὐτὴ καλὰ νοήσεις ἀπεκκαλυμμένη τῷ σώματι. ἐξ ὅτου γὰρ ἐπέζω τῷ θεῷ ἐγκρατεύεσθαι, τὸ σῶμά σου ἡγιασμένον ἐστὶ καὶ ναὸς [ἐστὶ τοῦ] θεοῦ. μὴ χρὴ ἓν τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ ἀπεκκαλυπτεσθαι ὑπό τινος. μὴ πρόῃ εἰς βαλανεῖον ὑγιαίνουσα ἄνευ πάσης ἀνάγκης. μὴ βάψῃς ὅλον τὸ σῶμά σου εἰς ὕδωρ, ὅτι ἁγία εἶ κυρίῳ τῷ θεῷ, καὶ μιανεῖς τὴν σάρκα σου ἐν ὑδενὶ κοσμικῷ, ἀλλὰ μόνον τὸ πρόσωπόν σου νίψαι, καὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας. ὅταν νίψῃς τὸ πρόσωπόν σου νίψῃ [αἷς δύο χερσὶν, ὧδε μὴ ἐκτρίψῃ τὰ μῆλα τῆς ὄψεώς σου, οὐδὲ μὴ βάλῃς πάαν οὐδὲ νίτρον, οὐδὲ τὰ ὅμοια τούτοις· αἱ κοσμικαὶ γὰρ ταῦτα ποιοῦσιν· ἀλλ' ἐν ὕδατι καθαρῷ νίψῃ. οὐκ ἐπιχρίσῃ τὸ σῶμα σου μύρῳ πολυτελεῖ, οὐδὲ ἐπιβαλεῖς ἐπὶ τὰ ἱμάτιά σου ἀρώματα πολύτιμα. ἐὰν δὲ τὸ σῶμα σου ἀσθενέστερον γένηται, χρῆσαι οἴνῳ ὀλίγῳ διὰ τὸν στόμαχον. ἐὰν δὲ ὁ μὴ γένοιτο· εἰς κάκωσιν ἐμπέσῃς, σεαυτῆς ἐπιμέλου. μὴ δῶς

Si igitur ores, aut psallas, seorsum sede, nemo audiat nisi tu sola. Quòd si habeas concordem vnam atque alteram virginem, (verba enim Christi sunt, *Vbi duo aut tres congregati sunt in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum*) abiice muliebrem sensum, & cape fiduciam & virile robur: *Quoniam in regno cœlorum non est mas & fœmina*, sed omnes fœminæ, quæcunque placuerunt Domino, virorum ordinem accipiunt, obliuiscere iuuenilium ornamentorum, vt accipias precium bonæ viduæ. Ait enim beatus Paulus, *Honora viduas quæ verè sunt viduæ*. Quæ autem vere vidua est & deserta, ea sperat in Deo, & permanet in obsecrationibus & precibus, & noctes & dies: Contra, quæ luxuriatur, viua periit. Deligatur vidua non minor sexaginta annis, vnius viri vxor, si liberos educauit, si hospites susceptit, si pedes sanctorum lauit, si omne opus bonum persequuta est. Iuniores viduas recusa, quum enim petulantiores euaserint aduersus Christum, nubere volunt habentes damnationem, quoniam primam fidem neglexerunt. Tu autem si non facias tibi iuuenilis habitus, non audies iunior, sed grandior, & presbytera vocaberis, honoremque, vt presbytera habebis. Materia tuarum vestium ne sit preciosa. Indumentum tuum fuscum sit, non tinctum, sed natiui coloris, aut saltem album amiculum fimbriis careat: eiusdemque coloris sint manicæ lanex, brachia obregentes, vsque ad digitos manuum, capilli circumtonsi, Crinalis vitta ex lana sit, caput astringens. Cucullula & superhumerale lacinias non habeat. Si occurras homini, facie conuelata & cernua esto, neque attollas vlli vultum, nisi duntaxat Deo tuo. Quum steteris in oratione, pedes calceamentis obductos habeto. Ipsa ratio cultus vestitusque sanctitatem deceat, nunquam ad nudum te exueris, siue de die siue de nocte. Vestis tegat carnem tuam, nunquam te vlla fœmina nudam videat, nisi in summa necessitate: Imo neque te ipsam consideres deposita veste. A quo tempore enim statuisti Deo casta esse, corpus tuum sanctificatum, & templum Dei est. Non debet igitur templum Dei ab vllo reregi. Non ibis ad balneum, siquidem sana sis, nisi de summa necessitate. Ne immerseris totum corpus in aquas, quoniam Domino consecrata es. Non contaminaueris carnem tuam vlla re mũdana, sed faciem tantummodo laua, & manus & pedes. Quum laueris faciem tuam, nõ lauabis ambabus manibus, non expoliueris genas vultus tui, neque pharmacis, aut nitro vtete, aut si quid huiusmodi est, quoniam mundanæ talia faciunt, sed pura aqua colluito, neque vnguentum corpori tuo allines, aut preciosis aromatibus vestes tuas imbuas. Quòd si corpus imbecillius fuerit, vtere vino modico ob stomachũ. Iã si (quod absit) in malũ aliquot incidas, cura

cura ne des hominibus occasionem dicendi, id malum tibi ob exercitia deuotionis accidisse. Sed antequam quidquã tibi ab aliis dicatur, tu mature fac vt tibi restituaris. Regulã tuam gestabis per omne tẽpus vitæ tuę: In ieiuniis, orationibus & eleëmosynis perdura. Beatus qui hæc audit & noctes & dies. Nõ abscedat ab ore tuo Verbũ Dei. Sit autem illud opus tuũ omni tẽpore. Meditare in S. scripturis: habe Psaltetiũ, & Psalmos discе. Oriens sol videat librũ in manibus. Post tertiã synaxes conficies, quoniã ea hora defixũ est lignũ crucis. Sexta hora absolues deprecationes cum Psalmis, ploratu, & supplicationibus: quoniã hac hora pepẽdit Filius Dei in cruce. Nona hora rursũ in hymnis & glorificationibꝰ eris, cũ lachrymis & cõfessione peccatorũ tuorũ Deo supplicabis, quoniã hac hora Dominus in cruce pendẽs reddidit spiritum suum, & post synaxim nonæ horæ, comede panẽ tuum, Domino gratias agens in mẽsa tua ad hunc modũ: Benedictus Deus qui alis me à iuuẽture mea, qui das cibũ omni carni, imple gaudio & lætitia cor nostrum, vt in omnibus omnem sufficientiã habentes, abundemus in omne opꝰ bonũ in Christo Iesu Domino nostro, cũ quo tibi gloria, honor, imperium, vnà cum Sancto Spiritu in secula seculorum, Amen. Et vbi sederis ad mensam, & inceperis frangere panem, ter eum consignans, his verbis gratias age: Gratias agimus tibi Pater noster de Sancta tua resurrectione per Iesum filium tuum, per quem nobis notam eam reddidisti, & quemadmodum hic panis olim multis seminibus dispersus, nunc autem coactus vnum quiddam redditus est, ita tu quoque congreges Ecclesiam tuam à finibus terræ in regnum tuum, quoniam tua est potentia & gloria in secula seculorum, Amen. Et hanc precationem quidem dices, cum panem franges: & iam manducare volueris: at cum eum in mensa ponis, mensæque assides precationem dominicam integram recita. Eam autem quæ superius scripta est, quæque; incipit, Benedictus Deus pransi àq; mensa surgentes dicere solemus. Quòd si affuerint tibi tres virgines, dicant benedictionẽ super panẽ, & vnà tecũ orent. Quod si adsit catechũena in mensa, ne oret cum fidelibus, neque sedebis vt vnà cum illa panem comedas: Imò nec sedebis vt tuam offam comedas cum mulieribus negligentioribus, aut ridiculis absque necessitate. Tu enim Sancta es Domino, & cibus tuus & potus tuus sanctificatus est. Per preces enim & sacratiora verba sanctificatur. Virgines circunspectæ & religiosæ vnà tecum vescentur. Non cœnabis cum fœminis superbis, neque habebis mulierem arrogantem tibi familiarem, Ait enim sacra scriptura. *Qui attingit picem, inquinabitur, & qui communicat superbo, similis illi efficietur.* Sedente tecum in mensa opulenta fœmina,

μὴ δῶς τ̃ πον τοῖς ἀνθρώποις λέγειν, ὅτι ἐκ τῆς ἀσκήσεως αὐτῆς σωίδη αὐτῇ ἡ κάκωσις, ἀλλὰ πρὶν ἤ τινα ἐπῆν σοι, σὺ σεαυτῆς Φρόντιζον, ἕως ἂν ταχὺ ἀναςῇς, καὶ πάλιν τὸν κανόνα σε ἐλκύσῃς. ὅλον τὸν χρόνον τῆς ζωῆς σε, ἐν νηςείαις καὶ πεσσυχαῖς καὶ ἐλεημοσύναις διατέλει. μακάριος ὁ ἀκούων ταῦτα καὶ ποιῶν αὐτά. νυκτὸς καὶ ἡμέρας, μὴ ἀποςήτω ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ἐκ τοῦ ςόματός σου· ἤτω δὲ τὸ ἔργον σε διαπαντὸς μελέτη τῶν θείων γραφῶν. ψαλτήριον ἔχε καὶ τὰς ψαλμὰς μάνθανε, ἀνατέλλων ὁ ἥλιος, βλεπέτω τ̃ βιβλίον ἐν ταῖς χερσί σε, καὶ μετὰ τρίτην ὥραν συνάξεις ὅπλον, ὅτι ταύτῃ τῇ ὥρᾳ ἐπάγη τῷ ξύλῳ τὰ σαυρῷ [ἰησοῦς ὁ πάντων ζωή]. ἕκτῃ ὥρᾳ [ὁμοίως] ἐπιτέλει [σε] τὰς προσευχὰς, μετὰ ψαλμῶν καὶ κλαυθμῶ καὶ δεήσεως, ὅτι ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐκρεμάσθη ὁ υἱὸς τ̃ θεοῦ ὅπλ [τῷ] σαυρῷ. ἐν αὐτῇ ὥρᾳ [ἦ] πάλιν ἐν ὕμνοις ἐξομολογήσεως μὴ δακρύων ἐξομολογουμένη τὰ παραπτώματά σε, τ̃ θεὸν ἱκέτευε, ὅτι ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ὁ κύριος κρεμάμενος ἐπὶ σαυρῷ ἀπέδωκε τ̃ πνεῦμα, καὶ μετὰ τ̃ σύναξιν τ̃ ἑνάτης ἔθηκε τ̃ ἄρτον σε. εὐχαριςήσασα τῷ θεῷ ὅπλ τ̃ τραπέζης σε ὅτως· εὐλογητὸς ὁ θεὸς, ὁ ἐλεῶν καὶ τρέφων ἡμᾶς ἐκ νεότητος ἡμῶν· ὁ διδοὺς τροφὴν πάσῃ σαρκὶ, πλήρωσον χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης τὰς καρδίας ἡμῶν, ἵνα πάντοτε πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες περισσεύωμεν εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, ἐν Χριςῷ ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ σοὶ [πρέπει] δόξα κράτος τιμὴ [καὶ προσκύνησις] σὺν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τ̃ αἰώνων ἀμήν. Ὅταν καθεσθῇς ἐπὶ τ̃ τραπέζης, ἔρχη κλᾶσαι τ̃ ἄρτον, σφραγίσασα αὐτὸν τρίτον [τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ] ὅτως εὐχαρίςησα, λέγε· εὐχαριςοῦμέν σοι πάτερ ἡμῶν ὑπὲρ τῆς ἁγίας ἀναςάσεως σου. διὰ γὰρ ἰησοῦ τοῦ παιδός σε ἐγνώρισας ἡμῖν αὐτῷ. καὶ καθὼς ὁ ἄρτος οὗτος διεσκορπισμένος ὑπῆρχεν ὁ ἐπάνω ταύτης τῆς τραπέζης, ἕνωσθεὶς ἐγένετο ἓν· οὕτως ἐπισυναχθήτω σε ἡ ἐκκλησία ἀπὸ τ̃ περάτων τ̃ γῆς εἰς τ̃ βασιλείαν σε, ὅτι σοῦ ἐστὶν ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. [Ἑαυτῷ μὲν τ̃ ἄρτον ἔχε, ἐν τῷ κλᾶν τὸν ἄρτον καὶ θέλειν ἐσθίειν, ὀφείλεις λέγειν· ἐν δὲ τὸ θῆναι τοῦτον ἐν τῇ τραπέζῃ καὶ καθεσθῆναι βέλει, τὸ πάτερ ἡμῶν, λέγε ὁλόκληρον. τ̃ ἦ προγεγραμμένην εὐχὴν τὸ, εὐλογητὸς ὁ θεὸς ἀριςήσαντες καὶ εὐχαριστήσαντες ἐκ τ̃ τραπέζης λέγομεν.] ἐὰν ἦ συμπλῶσι μετὰ σε δύο παρθένοι ἢ ῥῆες, εὐχαριςήσωσαν ἐπὶ τ̃ προκείμενον ἄρτον καὶ συνευχέσθωσαν. ἐὰν δὲ ἄρρεθῇ κατηχουμένη ἐν τραπέζῃ, μὴ συνεύχεσθω μετὰ τῶν πιςῶν, οὐ δὲ μὴ καθίσεις φαγεῖν τὸν ψωμόν σε [μετ' αὐτῆς, οὐδὲ πάλιν καθίσεις φαγεῖν τὸν ψωμόν σου] μετὰ γυναικῶν ἀμελεςέρων καὶ γελοιαςριῶν ἀνδρῶν ἀναγκης. σὺ γὰρ ἁγία εἶ κυρίῳ τῷ θεῷ σε, καὶ τὸ βρῶμα σου καὶ τὸ πόμα σου, ἡγιασμένον ἐςί. διὰ γὰρ τ̃ προσευχῶν τῶν ἁγίων ῥημάτων [τ̃ ὑπὸ σε ἀδομένων]

ἁγιάζεται. παρθένοι ἄλαβεῖς καὶ θεοσεβεῖς συμφάγονταί σοι, οὐ συνδειπνήσεις μετὰ γυναικῶν ὑπερηφάνων. ὃς οὐ μὴ κτήσῃ φίλην γυναῖκα ἀλαζόνα. λέγει γὰρ ἡ θεία γραφὴ· ὁ ἁπτόμενος πίσσης μολυνθήσεται, καὶ ὁ κοινωνῶν ὑπερηφάνῳ, ὁμοιωθήσεται αὐτῷ, καθεζομένης πλουσίας μετὰ σε ὅπλ τ̃ τρα-

πέζης

ἐὰν ἴδῃς γυναῖκα καλέσῃς αὐτὴν εἰς τὸ φαγεῖν καὶ οὐκ αἰχυνθήσῃ εἰς τὴν πλουσίαν. μὴ ἀγαπήσῃς τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων ὑπὲρ τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ, ὁ γὰρ θεὸς τῶν πτωχῶν καὶ τῶν ἐξουδενωμένων ἐστι. μακαρία ψυχὴ, ἡ φυλάσσουσα παῦτα. οὐκ ἀγαθὸν νεωτέραν συναναστρέφεσθαι [μὴ] νεωτέρας· εἰ δὲ μήγε, οὐδὲν καλὸν πράξῃσι μία γὰρ μιᾶς φαγάδευσε, καὶ μία τῆς μιᾶς καταφρονεῖ· ἀλλὰ νεωτέραν ὑπὸ πρεσβύτου δεῖναι ἀγαθόν. ἡ γὰρ πρεσβύτης, ὡς συγκαταβαίνει τῇς θελήμασι τῆς νεωτέρας· διὰ παρθένῳ, τῇ μὴ ὄσῃ ὑπὸ κανόνα. ἔστι γὰρ, ὡς πλοῖον τὸν κυβερνήτην μὴ ἔχον. κεκλασμένων γὰρ τῶν αὐχένων, μὴ ἔχον τὸν ὁδηγὸν, ῥίπτει ὑπὸ τῶν κυμάτων τῆδε κἀκεῖσε, ἕως προσπέσῃ πρὸς πέτραν, καὶ ὅλος ἀπόλυται. ὅτως ἐστὶ πᾶσα παρθένος μὴ ἔχουσα τὸν φοβεῖται. μακαρία παρθένος, ἡ ὄσα ὑπὸ κανόνα· ἔχει γὰρ ὡς ἄμπελος, ἐν εὐδαιμονίᾳ καρποφόρος· καὶ ἐλθὼν ὁ γεωργὸς αὐτῆς, θεραπεύει τὰ κλήματα αὐτῆς καὶ ποτίζει, καὶ ἀνίζει τὰς συμπρὸς βοτάνας τὰς κύκλῳ αὐτῆς. σκιὰν δὲ ἔχουσι τὸν πονοῦντα, ἀποδίδωσι τίμιον τὸν καρπὸν αὐτῆς, ἐν καιρῷ δεκτῷ. φύλασσε δὲ καὶ ποίει καὶ τὰς εὐλογίας τὰς ἀπὸ τῆς τραπέζης, καὶ ἔσῃ σοι τὸ βρῶμα καὶ τὸ πόμα ἡγιασμένον· ὅταν οὖν ἀναστῇς ἀπὸ τῆς τραπέζης, πάλιν εὐχαριστεῖσθαι λέγε ὅτι τελεῖ· ἐλεήμων καὶ οἰκτίρμων ὁ κύριος, τροφὴν ἔδωκε τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν. δόξα πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι. [καὶ νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας] καὶ μετὰ τὴν εὐλογίαν, πάλιν τὴν εὐχὴν πλήρωσον, λέγουσα ὅτως· ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ καὶ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς χριστὸς, τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, εὐχαριστοῦμέν [σοι αἰνοῦμέν] σε ὅτι κατηξίωσας ἡμᾶς μεταλαβεῖν [τῶν ἀγαθῶν τῶν σῶν] τῶν σαρκικῶν τροφῶν· δεόμεθα καὶ παρακαλοῦμέν σε κύριε· ἵνα καὶ τὰς ὑπερκειμένας τροφὰς ἡμῖν δῴῃσῃ, καθὼς ἡμᾶς ἠξίωσε τρέφεσθαι, τὸ φίλτρον καὶ ἐντιμον ὄνομά σου, καὶ μὴ παρακούειν τῶν ἐντολῶν σου, ἀλλὰ νόμον σου, καὶ τὰ δικαιώματα σου ἐγκαταθέσθαι ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, ἁγίασον δὲ ἡμῶν τὸ πνεῦμα καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα, δόξα δὲ ἠγαπημένῳ παιδὸς σου ἰησοῦ χριστοῦ κυρίου ἡμῶν· μεθ' οὗ σοι [πρέπει] δόξα κράτος, τιμὴ [καὶ προσκύνησις] εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. εἰσὶν γὰρ πολλοὶ τῶν κοσμικῶν, οἵτινες εἰσὶν ἀνόητοι, καὶ ὡς τὰ ἄλογα ζῶα τρεφόμενοι, ἀνιστάμενοι πρωὶ καὶ ζητοῦντες τίνα πλεονεκτήσωσι, τίνα καταδυναστεύσουσι, ἵνα ἐμπλήσωσι τὴν αἰσχρὰν αὐτῶν γαστέρα. ὅτοι οὐκ ἴδασι τὸν θεὸν δοξάζειν ὑπὸ τῆς τραπέζης. ὑπὸ τούτων εἶπεν ὁ θεὸς διὰ παύλου· ὅτοί εἰσιν οἱ ἐχθροὶ τοῦ σταυροῦ τοῦ χριστοῦ· ὧν τὸ τέλος ἀπώλεια, ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν, οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες. ἡμῶν δὲ τὸ πολίτευμα, ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει. ὅτοι χείρονες καὶ τῶν θηρίων καὶ τῶν κτηνῶν εἰσὶ. τὰ μὲν κτήνη καὶ τὰ θηρία, οἴδασι τὸν ποιήσαντα αὐτὰ θεὸν, καὶ εὐλογοῦσιν αὐτὸν· οἱ δὲ ἄνθρωποι οἱ ἀπὸ τῶν χειρῶν αὐτοῦ πλασθέντες, καὶ εἰκόνα αὐτοῦ φοροῦντες, οὐκ οἴδασι τὸν ποιήσαντα αὐτοὺς· ἀλλ' ὁμολογοῦσιν αὐτὸν μὲν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, τοῖς δὲ ἔργοις, ἀρνοῦνται αὐτόν. σὺ πιστεύεις ὅτι ἔστι θεὸς, καλῶς ποιεῖς, καὶ τὰ δαιμόνια πιστεύουσι καὶ φρίττουσιν.

si videris pauperculã, voca eam ad cibos tuos, neq; te moueat reuerẽtia diuitis. Ne ames gloriã hominũ super gloriã Dei. Deus enim egenorum & afflictorũ Deus est. Beata anima quę hæc seruat. Non est bonũ iuuenculam cum iuuencula versari, alioqui nihil boni faciunt. Altera n. alteri obaudit, & altera alterã cõtemnit. Sed bonũ est iuuenculã subesse anui. Siquidẽ anus non se dimittit ad voluntatẽ iunioris. Væ virgini quæ nõ subest regulæ. Est n. tanquã nauis gubernatore destituta. Rupto siquidẽ cacumine mali, iactatur à fluctib⁹ horsum illorsum, quũ ducẽ non habeat, donec offendat in scopulos, & statim pereat: Ita est omnis virgo, quæ non habet quẽ vereatur. Contrà beata est virgo quæ sub regula est. Est n. tanquã vitis fœcũnda in horto, ad quã veniens cultor eius, palmites ipsius putat, illamq; & irrigat, & putridas herbas circũcirca euellit. Illa autẽ nacta operarium: fructũ suum reddit preciosũ in tempore opportuno. Serua autẽ ista, & fac glorificationes in mensa, eritq; tibi cibus & potus sanctificatus. Quũ igitur surrexeris à mensa, rursũ gratias agendo trinis vicibus dicas: Miserator & misericors Dominus escã dedit timentibus se. Gloria patri & Filio & Spiritui S. Rursumque post peractam glorificationem, preces tuas his verbis absolues. Deus omnipotens & Dominus noster Iesus Christus, nomen quod est super omne nomen, gratias agimus tibi, & collaudamus te quod dignatus es nos tuorũ bonorum participes fieri, carnalium scilicet bonorum. Rogamus te, & inuocamus te Domine, vt cœlestes escas nobis dones, desq; nobis tremere & timere venerabile & preciosum nomen tuum, vt non obaudiamus præceptis tuis. Nomen tuum, & iustificationes tuas constitue in cordibus nostris: Sanctifica autem spiritum & animam nostram per dilectum filium tuum, Dominum nostrum Iesum Christum, cum quo tibi gloria, imperium, in secula seculorum, Amen. Sunt autem plurimi ex genere mundanorum, qui, vt amentes, & vt brura animalia pabulum capiunt, qui mane surgentes quærunt quem defraudent, quem opprimant, vt fœdum aqualiculum impleant. Isti glorificare in mensa non norũt: Super istis loquutus est mirificus Paulus: *Isti sunt inimici crucis Christi, quorum exitus perditio est, quorum Deus venter, & gloria in turpitudine ipsorum: qui terrestria sapiunt: nostra contra conuersatio in cœlis est.* Isti deteriores sunt beluis & iumentis: iumenta enim & beluæ agnoscunt creatorem suum, eumque benedicunt. Homines contra, Dei digitis formati, eiusque imaginem referentes, non nouerunt creatorem suum verum illum quidem ore confitentur, sed operibus negant. *Tu credis Deum esse, recte facis, etiam dæmonia credunt, & horrent.*

Fides absque operibus mortua est. Quid enim prodest homini confiteri Deum esse, si eum malis operibus inficietur? Quomodo se confiteretur Dominum habere, quum ei non seruiat? Vt enim seruiat, ideo audit verbum Domini sui. Iam qui serui sunt, norunt emptores suos, eosq; honorant, & nos quoq; Deum debemus honorare, non verbis tolum, sed & factis. Ipse enim Dominus noster Iesus Christus in Euangelio suis verbis testatus est, *Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnũ cœlorum*, & rursum. *Non sumes nomen Dei tui in vanum*, iterumq; præcepit nobis, dicẽs: *Abstat ab iniquitate, quisquis nominat nomen Domini*. Vis autem intelligere bestias & iumenta, cognoscere Deum, eique benedicere? audi Spiritum S. præcipientem illis in hymnis, *Benedicite bestiæ, & omnia iumenta Dominum*. Certe si illi non benedicerent, non illis benedicendi munus iniunctum fuisset. Cæterum non illi solũmodo laudant Deum, verumetiam vniuersa creatura, tum illa quæ stellis illustratur, & quæ oculis conspicua non est: ambæ enim assidue eum confitentur. Tu igitur ancilla Dei, siue surgis siue sedes, aut si opus aliquod facis, siue comedis, siue cubitum vadis ad somnum capiendum, siue cubitu surgis, non absistat hymnus Dei à labiis tuis. Beatæ aures quæ hos sermones suscipiunt. Si ingrediaris in templum duodecima hora maiorem & longiorem facies synaxim cum virginibus tecum concordibus. Quòd si nullam habeas concordem, sola synaxim absolues Deo præsente & audiente. Bonum autem est lachrymas effundere coram Domino, memoremque esse duodecimæ horæ, quod in illa Dominus ad orcum descenderit, qui eo conspecto inhorruit, dicens, Quis est iste, qui cum authoritate & ingenti potestate descendit, quis iste qui è cœlo descendens, & crucifixus à me, quum ipsa mors sim, domitus non est? Quis est qui portas inferi æreas confregit, & vectes adamantinos contriuit? Quis iste qui soluit vincula eorum, qui à me captiui detinebantur? Quis iste qui sua morte meipsam in mortem demolitus est? Ideoque, per eam horam attentiores esse debemus, & lachrymis noctu Dominum aduocare. Magna siquidem virtus in lachrymis, & præclara per eas fiunt: magna peccata, & iniquitates per lachrymas obliterantur. Protestè mihi est Euangelium. Quum enim Saluator noster traditus esset Iudæis, Petrusque iureiurando illum abnegauit, antequam gallus cantaret, Dominus autem directo in eum vultu aspexisset, memorq; ibi redditus Petrus esset verbi Domini quod ei dixerat, *antequam gallus sonet, ter me abnegabis, egressus foras, amarè lachrymatus est*. Vides quale remedium in lachrymis, spectata quæso quam iniquitatem deleuerint. Quid enim tetrius hoc vitio? quippe qui ter iureiurando Dominum abnegauerit, tantum tamen scelus per lachrymas deleuit. Vides igitur quantam vim habeant lachrymæ. Quandoquidẽ illa scripta sunt pro nostra doctrina, vt nos

ἀλλ' ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστι. τί γὰρ ὠφελεῖ τὸν ἄνθρωπον ὁμολογῶν ὅτι ἔστι θεὸς, τοῖς δὲ ἔργοις αὐτὸν ἀπιστῶν δηλονότι; πῶς ὁμολογεῖ δεσπότην ἔχειν μὴ δουλεύων αὐτῷ; Δεσπότης γὰρ ἀκούεται τοῦ κυρίου αὐτῶν, καὶ οἱ δοῦλοι οἴδασι τοὺς ἀγοράσαντας αὐτοὺς, καὶ πρῶτον αὐτοὺς, καὶ ἡμεῖς ὀφείλομεν τιμᾶν αὐτὸν, οὐ λόγῳ μόνον ἀλλὰ καὶ ἔργῳ. αὐτὸς γὰρ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, ἐμαρτύρησε λέγων· οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι κύριε κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, [ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς.] καὶ πάλιν· οὐ μὴ λήψῃ τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ θεοῦ σου ἐπὶ ματαίῳ. καὶ πάλιν προσιζάνει ἡμῖν λέγων· ἀποστήτω ἀπὸ ἀδικίας, πᾶς ὁ ὀνομάζων τὸ ὄνομα κυρίου. θέλεις οὖν γνῶναι ὅτι τὰ θηρία καὶ τὰ κτήνη οἶδασι τὸν θεὸν καὶ εὐλογοῦσιν αὐτόν, ἄκουε τοῦ ἁγίου πνεύματος προστάττοντος αὐτοῖς ἐν ὕμνοις· εὐλογεῖτε τὰ θηρία καὶ πάντα τὰ κτήνη τὸν κύριον. ἐμὲ εὐλογεῖν, οὐκ ἐν αὐτοῖς προσέταξεν, οὐκ ἄρα τὸ μόνον εὐλογεῖται θεὸν, ἀλλὰ καὶ πᾶσα ἡ κτίσις ἡ φαινομένη καὶ ὁρωμένη, τὰ ἀμφότερα αὐτὸν ἀκαταπαύστως ὑμολογεῖ. καὶ σὺ οὖν θέλῃ τοῦ θεὸν ὑπνῶσαι, εἴτε καθίζῃ, εἴτε ἔργον τι ποιεῖς, εἴτε ἐσθίεις, εἴτε ἐπὶ τὴν κοίτην σεαυτὸν ἔρχῃ πρὸς ὕπνον, εἴτε ἀνιστάμενη μὴ ἀποστήτω ὁ ὕμνος τοῦ θεοῦ ἀπὸ τοῦ χειλέωσου. μακάρια τὰ ὦτα τὰ δεχόμενα τοὺς λόγους τούτους. ἐὰν γὰρ εἰσέλθῃ ἡ δωδεκάτη ὥρα, μείζοτέραν καὶ πυκνοτέραν ὑπολήψεσθε τὴν σύναξιν μετὰ τῶν ἐμψύχων παρθένων. ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃς ἔμψυχον, μένει ὑπὲρ σοῦ θεοῦ σύνοδος καὶ ἀκόλουθος. καλὸν τὸ κλαῦσαι δάκρυον ἔνωπιον τοῦ θεοῦ· μνημόνευε τὴν δωδεκάτην ὥραν, ὅτι ἐν αὐτῇ κατέβη ὁ κύριος ἡμῶν εἰς τὸν ᾅδην· καὶ ἰδὼν αὐτὸν [ὁ ᾅδης] φρίξας καὶ ἐκστὰς λέγων· τίς ἐστιν οὗτος, ὁ ἐν ἐξουσίᾳ καὶ μεγάλῃ δυνάμει καταβὰς εἰς τὸν ᾅδην; τίς οὗτος, ὁ λύσας πύλας καὶ μοχλοὺς χαλκᾶς συντρίψας; καὶ τοὺς μοχλοὺς τοὺς ἀδαμαντίνους συνθλάσας; τίς οὗτος ὁ ἐξ οὐρανῶν καταβὰς καὶ σωρευθεὶς, ὁ ὑπ' ἐμοῦ τοῦ θανάτου μὴ κρατούμενος; τίς οὗτος ὁ λύσας τὰ δεσμὰ, τὰ ὑπ' ἐμοῦ κρατούμενα; τίς οὗτος ὁ τῷ ἰδίῳ θανάτῳ ἐμὸν τὸν θάνατον καταλύσας; Διὰ τοῦτο ὀφείλομεν ἐκείνοις προσέχειν ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἐν δάκρυσιν ἐν νυκτὶ συγκαλεῖν τὸν κύριον. μεγάλη γὰρ ἀρετή ἐστι τὸ δάκρυον, [ὁ] μέγα κατόρθωμα, [ὁ] μεγάλαι ἁμαρτίαι καὶ ἀνομίαι, διὰ δακρύων ἀπαλείφονται. μαρτυρεῖ δέ μοι τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον. ὅτε γὰρ ὁ σωτὴρ παρεδόθη τοῖς ἰουδαίοις, ὁ πέτρος μεθ' ὅρκου τρίτον [αὐτὸν] ἠρνήσατο πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι· ὁ δὲ κύριος στραφεὶς ἐνέβλεψε τῷ πέτρῳ, καὶ ὑπεμνήσθη ὁ πέτρος τοῦ ῥήματος τοῦ κυρίου ὡς εἶπεν αὐτῷ· πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι ἀπαρνήσῃ με τρίς, καὶ ἐξελθὼν ἔξω, ἔκλαυσε πικρῶς. ὁρᾷς τὸ φάρμακον τῶν δακρύων; ἠθέλησε θείαν ἁμαρτίαν ἐξαλεῖψαι; τί χαλεπὸν τοῦτο; ὅτι τρίτον μεθ' ὅρκου τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην ἠρνήσατο; καὶ τὴν πολλαπλῆν ἀνομίαν, διὰ δακρύων ἐξήλειψεν. ὁρᾷς ἡλίκην δύναμιν ἔχουσι τὰ δάκρυα; ἐκεῖνα γὰρ ἐγράφη ἀπὸ τῆς ἡμετέρας νουθεσίαν·

ἵνα

ἵνα ἡμεῖς ἐκείνοις ἐπακολουθήσαντες, ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσωμεν. οὐχ' οἱ πολλοὶ ἔχουσι τὸ χάρισμα τῶν δακρύων, ἀλλ' ὅσοι τὸν νοῦν ἔχουσιν ἄνω, ὅσοι τὰ γήινα ὑπολανθάνονται, ὅσοι τῆς σαρκὸς πρόνοιαν οὐ ποιοῦσιν, οἵτινες ἐκ ὑπῆρξαν ὅλως, εἰ ἔνι κόσμος, οἵτινες ἐνέκρωσαν τὰ μέλη τὰ ὑπὲρ τῆς γῆς· τούτοις δίδεται πένθος δακρύων. καθαρὸν γὰρ ἔχοντες τὸν νοῦν, καὶ ὀξυδερκὲς τὸ βλέμμα τῆς διανοίας, ἔτι ὄντες ὑπὲρ τῆς γῆς, βλέπουσι τὰς κολάσεις τὰς ἐν τῷ ἅδῃ, καὶ τὰς βασάνους τὰς αἰωνίους, ἐν αἷς οἱ ἁμαρτωλοὶ κολάζονται, καὶ τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, καὶ τὸν σκότος τὸ ἐξώτερον, καὶ τὸν κλαυθμὸν, καὶ [τὸν] βρυγμὸν τῶν ὀδόντων. βλέπουσι δὲ καὶ τὰ ἐπουράνια χαρίσματα, ἃ ἐχαρίσατο ὁ θεὸς τοῖς ἁγίοις, καὶ τὰς δόξας καὶ τὰς στεφάνους, καὶ τὰς στολὰς τὰς ἁγίας, καὶ τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα, καὶ τὰ φωτεινὰ παράδεισα, καὶ πάντας τρυφᾶς πάσας ἀνεκδιηγήτους, καὶ τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον. καὶ τί ἔστι [δ'] λέγω, καὶ τὸ μεῖζον πάντων θαῦμα, ὅτι ὁ ἔχων καθαρὸν τὸν νοῦν, καὶ αὐτὸν τὸν θεὸν ἐν τοῖς ἔνδον ὀφθαλμοῖς καθορᾷ. πῶς οὖν ὁ θέλεις κλαῦσαι καὶ πενθῆσαι, ὁ ταῦτα βλέπων; κλαίει μὲν γὰρ καὶ ὀδύρεται, ὅπως ῥυσθῇ ἀπὸ τῶν δεινῶν κολάσεων· καὶ πάλιν κλαίει καὶ ἀξιοῖ δεόμενος, ὅπως ἀξιωθῇ τῶν ἐπουρανίων ἐκείνων ἀγαθῶν. διὰ τοῦτο ἐμίσησαν οἱ ἅγιοι τὸν κόσμον τοῦτον, εἰδότες ὁποῖα ἀγαθὰ μέλλουσι κληρονομῆσαι. ὡς ποῦ ὁ ἔχων ἀνάπαυσιν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, τὴν αἰώνιον ἀνάπαυσιν μὴ ἐλπιζέτω λαβεῖν. ἡ βασιλεία γὰρ τῶν οὐρανῶν, οὐκ ἔστι τῶν ἀναπαυομένων ἐνθάδε, ἀλλ' ἐκείνων ἐστὶ, τῶν ἐν θλίψει πολλῇ καὶ στενοχωρίᾳ διαξάντων τὸν βίον τοῦτον. οὐ γὰρ ἔλαβον αὐτὴν δωρεὰν [οἱ λαβόντες]· ἀλλὰ μετὰ μεγάλων μόχθων, καὶ γενναίων ἱδρώτων αὐτὴν ἐκτήσαντο [οἱ καταξιωθέντες]. οὐ μέλει αὐτοῖς ὅσον ἐὰν κοπιάζωσιν ὧδε. εἰσελθόντες γὰρ ἐκεῖ, ὑπολανθάνονται τῶν πόνων καὶ τῶν ὀδυνῶν, ὅσα ἔπαθον ἐν τῷ ματαίῳ κόσμῳ τούτῳ, διὰ τῆς πολλῆς καὶ ἀνεκδιηγήτου ἀναπαύσεως τῆς δεδομένης αὐτοῖς. τί λέγεις ἄνθρωπε; ἰδοὺ δύο ὁδοὶ παρατέθησαν ἐνώπιόν σου, ἡ ζωὴ καὶ ὁ θάνατος· ὅπου ἐὰν θέλεις πορεύου. καὶ ἰδοὺ πῦρ καὶ ὕδωρ· ὅπου ἐὰν θέλεις ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου. ὑπὲρ σοί ἐστιν ἐὰν θέλῃς κτήσασθαι τὴν ζωὴν, καὶ ὑπὲρ σοί ἐστιν, ἐὰν θέλῃς κτήσασθαι τὸν θάνατον. ὁ οὖν θάνατός ἐστιν ὁ κόσμος· ἡ δὲ ζωὴ ἐστὶν ἡ δικαιοσύνη. μακρὰν οὖν ὁ κόσμος ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης, καθ' ὅσον ὁ θάνατος ἀπὸ τῆς ζωῆς. ἐὰν οὖν πορεύῃ ἐν τῷ κόσμῳ, ἐν τῷ θανάτῳ πορεύῃ, καὶ ἐκτὸς τῆς θείας γραφῆς, κατὰ τὴν θείαν γραφήν. ἐὰν δὲ [ἐν] τῇ δικαιοσύνῃ πορεύῃ, ἐν τῇ ζωῇ πορεύῃ, καὶ ἐκ μὴ ἅψηται σε θάνατος. ἐκεῖ γὰρ ὥσπερ τοῖς δικαίοις θάνατος, ἀλλὰ μετάθεσις· μεταπηδῶσι γὰρ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου, εἰς τὸν αἰώνιον αὐλὰν παυσίν. ὥσπερ τις ἀπὸ φυλακῆς ἐξέλθοι· οὕτως καὶ οἱ ἅγιοι ἐξέρχονται ἀπὸ τοῦ μοχθηροῦ βίου τούτου εἰς τὰ ἀγαθὰ τὰ ἡτοιμασμένα αὐτοῖς· ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν.

vt nos per illam incedentes, viram æternam possideamus. Non omnes habent gratiam illam lachrymarum, sed illi duntaxat qui mentem sursum attollunt, qui terrestrium obliuiscuntur qui carnis curam non gerunt, qui ignorant prorsus an sit mundus, qui mortificauerunt membra ea quæ sunt in terra, istis, inquam, solis data est mœsticies lachrymarum. Cor enim purum habentes, & peracres spicaces mentis oculos, ij cum adhuc in terra sint, pœnas tamen inferorum cernunt, & æterna tormenta & tenebras extremas, ploratum & stridorem dentium: iidem quoque cœlestia dona vident quæ donauit Deus sanctis suis, & glorias & coronas, & stolas candidas & regalia indumenta, & cellas lucidas, & delicias inenarrabiles, & vitam æternam. Sed quid est quod amplius dicam? nisi illud quod est præ omnibus admirabile, eum scilicet qui puram habet mentem, Deum interioribus oculis contemplari. Quomodo igitur non poterit non plorare & lugere, qui ista videt? plorat enim & lamentatur vt vindicetur à diris pœnis, atque iterum plorat & deprecatur, vt dignus fiat illorum cœlestium bonorum muneribus. Atque hinc est quod Sancti odio habuerint hunc mundum, quum certum haberent qualia bona essent possessuri. Quapropter qui habet requiem suam in hoc mundo, ne speret æternam requiem se posse consequi. Regnum enim cœlorum non eorum est qui hic otiantur, sed eorum qui in multa tribulatione & angustia vitam transigunt. Non enim id gratis accipiunt, sed cum ingenti labore & magnificis sudoribus illud adepti sunt, quotquot eo digni sunt habiti. Non illis curæ est quantumcunque hic delassentur, siquidem illuc ingressi obliuiscuntur dolorum & laborum quos perpessi sunt in mundo isto, præ multa illa & inenarrabili requie, quæ data est ipsis. Quid mihi dicis homo? Ecce binæ viæ propositæ sunt coram te, vita & mors: vtrocunque velis perge. Ecce ignis, & aqua, quo libet, porrige manum tuam. Penes te est, si velis, vt vitam tibi compares, penes te quoque est, vt mortem conquiras. Mors omnino est mundus iste: vita contra, ipsa iustitia. Longe igitur mundus distat à iustitia, tanto nimirum interuallo, quanto mors à vita abest. Si igitur ambulas in mundo, in morte ambulas, & extra Deum, secundum sacram scripturam: quod si in iustitia ambulas, in vita ambulas, & nequaquam te attinget mors. Non enim est iustis mors, sed translatio: quippe qui transferuntur ex hoc mundo in requiem æternam, non aliter quàm si quis de excubiis abeat, ita quoque sancti à mala vita ista discedunt ad bona quæ illis præparata sunt, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis subierunt, quæ Deus diligentibus se præparauit.

Peccatores contra & hic misere laborant, & ibi denuo eos gehenna expectat, bis deplorandi sunt, quod & hic in angustia affligantur, nec ibi tamen spacioſiora adipiscantur. Ideo à sacra scriptura dictum est: quocunque se vertat impius, exterminatur, angustiæ enim illi vndique. Nam & ibi dolores, & hic tribulationes. Siquidem nemo est mortalium, qui non laboret miseriis in ista misera vita, siue sit inops, siue sit opulentus, siue seruus, siue liber, siue peccator, siue iustus, omnes æque laborant, & idem omnibus obuenit, tam sceleratis quàm iustis in hoc mundo. Verum illic ita non agitur, quum alius sit ibi ordo. neque id mirum: Alia enim ratione iustus, alia peccator laborat, siquidem iustus ideo in labore est, non vt impleat ventrem, quum ille ne semel quidem carnem suam curæ habeat, neque se carnem gestare cogitet: sed laboret noctes & dies, Deum quærens, nunc somnum defraudat, nunc ventrem aqua & pane, idque non sufficienter implet, nunc in desertis oberrat, affligens corpus suum ærumnis multis, donec percipiat immarcescibilem coronam, quæ illi reposita est. Peccator vero affligitur & laborat, non iustitiæ causa, sed ob carnem suam, ob istam inquam turpem mulierem, alios atque alios labores suscipiens, nunquam rebus præsentibus contentus, in malicia, in inuidia ætatem terens. Sed horum nihil cognitum habent vecordes. Excæcauit enim eos materies, & multæ curæ istius mundi, & vagantur, donec ad eos seuerus ille latelles veniat, qui non reueretur vultus, neque donaria recipit. Ducentur enim animæ eorum per vim ab Angelis inclementibus, eosque Dominus se agnoscere negabit. Vani enim, quum sint, in vana quoque labores suos in hoc mundo contulerunt, & in terrestribus operati sunt. Quocirca & ipsi in perditionem abierunt. Non enim memores fuere Dei, quum in terra essent, nec curæ illis fuit, metus Dei: quapropter & ipsi Deo curæ non sunt. *Iustus enim Deus, & iustum iudicium eius.* Quum autem venerit iudicare mundum, tunc reddet vnicuique secundum opera sua. Beatum cor quod suscipit hæc. Media nocte excitaberis, & hymnis celebrabis Dominum Deum tuum. Ea enim hora surrexit Dominus à mortuis, & Patrem suum hymnis celebrauit, atque ideo nobis iniunxit, vt eadem hora Deo hymnos diceremus. Quum primum surgis hunc versum recita, *Media nocte excitabar ad confitendum tibi super iudicia iustitiæ tuæ*: & precare & incipe recitare totum quinquagesimum Psalmum donec absoluas. Et hæc tibi certa sint pensa per singulos dies, & tot Psalmos dices quot poteris, & ad quemlibet Psalmum, preces, & genuũ inflexio cum lachrymis addatur, pronunciando Domino peccata tua, orandoque, vt tibi remittantur, & post tres Psalmos absolutos dices alleluia.

Quòd

οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ, καὶ ὧδε κακῶς μοχθῶσι, καὶ ἐκεῖ πάλιν τὸ πῦρ αὐτοὺς ἀναμένει, καὶ δὶς λοιπὸν διπλῶς δεῖ κλαῦσαι, ὅτι καὶ ὧδε ἐν στενοχωρίᾳ εἰσὶ, καὶ ἐκεῖ πλατυχωρίαν οὐκ ἀπολαμβάνουσιν. διὰ τοῦτο εἴρηκεν ἡ θεία γραφὴ· ὅπου ἐὰν στραφῇ ὁ ἀσεβὴς, ἀφανίζεται. στενὰ γὰρ αὐτῷ πάντοθεν. καὶ ἐκεῖ ὁ δυώδεκα, καὶ ὧδε θλίψεις. οὐκ ἔνι γὰρ ἄνθρωπος ὁ μὴ κοπιῶν ἐν τῷ μοχθηρῷ βίῳ [τούτῳ], καὶ ὁ πτωχὸς καὶ ὁ πλούσιος, καὶ ὁ δοῦλος καὶ ὁ ἐλεύθερος, καὶ ὁ ἁμαρτωλὸς καὶ ὁ δίκαιος, πάντες ὁμοίως κοπιῶσι, καὶ ἐν σωαντήμασι πᾶσι συμβήσεται, καὶ τῷ ἁμαρτωλῷ καὶ τῷ δικαίῳ ὧδε ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ. ἐκεῖ δὲ, οὐκ ἔστιν οὕτως· ἀλλὰ ἄλλη [καὶ ἄλλη] πάλις. ἄλλος γὰρ ὁ κόπος τοῦ δικαίου ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, καὶ ἄλλος ὁ τοῦ ἁμαρτωλοῦ. ὁ μὲν γὰρ δίκαιος κοπιᾷ, οὐχ' ἵνα πλήσῃ γαστέρα· ἃ δὲ γὰρ ὅλως τῆς σαρκὸς πρόνοιαν ποιεῖται, οὐδὲ λογίζεται ἐπὶ σάρκα φορεῖν. ἀλλὰ κοπιᾷ νυκτὸς καὶ ἡμέρας ζητῶν τὸν θεὸν, πολλαῖς ὕπνου μὴ χορταζόμενος, ἄρτου καὶ ὕδατος μὴ ἐμπιπλῶν τὴν ψυχὴν, ἀλλ' ἐρήμοις πλανώμενος, ὑποπάζων τὸ σῶμα ἐν κακοπαθείᾳ πολλῇ, ἕως οὗ ἀπολάβῃ τὸν ἀμαράντινον στέφανον τὸν ἀποκείμενον αὐτῷ. ὁ δὲ ἁμαρτωλὸς κοπιᾷ καὶ μοχθεῖ, οὐκ ἕνεκεν δικαιοσύνης, ἀλλ' ἕνεκεν τῆς ταλαιπώρου σαρκὸς ταύτης, ἕνεκεν τῆς αἰσχρᾶς γυναικὸς, ἄλλως καὶ ἄλλως μοχθῶν, μὴ ἀρκούμενος τοῖς παροῦσιν ἐν κακίᾳ καὶ φθόνῳ διατρίβων. ἀλλὰ τούτων οὐδὲν ἐπίσταται οἱ ἄφρονες· ἀπετύφλωσεν γὰρ αὐτοὺς ἡ ὕλη καὶ αἱ πολλαὶ φροντίδες τοῦ κόσμου καὶ πλανῶνται, ἕως ἀπροσδοκήτως αὐτοὺς ὁ ἀπότομος στρατιώτης, ὃς τις οὐ θαυμάζει πρόσωπον, οὐδὲ οὐ μὴ λάβῃ δῶρα. ἀχθήσονται γὰρ αἱ ψυχαὶ αὐτῶν μετὰ βίας, ὑπὸ ἀγγέλων ἀνελεημόνων, καὶ λήψονται τὴν ἀποφασιν αὐτῶν παρὰ τοῦ θεοῦ. κενοὶ γὰρ ὄντες, εἰς κενὰ καὶ ἐμόχθησαν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ τὰ τῆς γῆς εἰργάσαντο, διὰ τοῦτο καὶ αὐτοὶ εἰς ἀπώλειαν ἐχώρησαν. οὐ γὰρ ἐμνήσθησαν τοῦ θεοῦ ὄντες ἐπὶ τῆς γῆς ὄντες, οὐδὲ ἐμέλησεν αὐτοὺς μνηθῆναι τοῦ φοβουτοῦ θεοῦ. διὰ τοῦτο, οὐ δὲ αὐτῷ μέλει περὶ αὐτῶν. δικαία γὰρ ὁ θεὸς, καὶ δικαία ἡ κρίσις αὐτοῦ. ὅταν γὰρ ἔλθῃ κρίναι τὸν κόσμον, τότε ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. μακαρία ἡ καρδία, ἡ δεχομένη ταῦτα. μεσονύκτιον ἐγερθήσῃ, καὶ ὑμνήσεις κύριον τὸν θεόν σου. ἐν αὐτῇ γὰρ τῇ ὥρᾳ ἀνέστη ὁ κύριος ἡμῶν ἐκ νεκρῶν, καὶ ὕμνησε τὸν πατέρα. διὰ τοῦτο αὐτῇ τῇ ὥρᾳ προσετάγη ἡμῖν ὑμνεῖν τὸν θεόν. ἀνισαμένη δὲ πρῶτον τοῦτον τὸν στίχον εἶπε· μεσονύκτιον ἐξηγειρόμην τοῦ· ἐξομολογεῖσθαί σοι ἐπὶ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου· καὶ δόξαι, καὶ ἄρξαι λέγειν τὸν πεντηκοστὸν ὅλον ψαλμὸν, ἕως ἂν πλήσῃς. καὶ ταῦτα ἕως σὰν σοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν πεπραγμένα. τοσοῦτος ὁ ψαλμὸς εἶπε, ὅσους δυνῇ σήκωσα εἰπεῖν. καὶ κατὰ ψαλμὸν, δάκρυα καὶ γονυκλισία ἐπιπλήσθω, μετὰ δακρύων ἐξαγορεύσα [τῷ] κυρίῳ τὰς ἁμαρτίας σου. καὶ ἀφεθῶσι σοι. μετὰ δὲ τρεῖς ψαλμοὺς, λέγε τὸ ἀλληλουϊα.

λύια. ἐὰν δὲ καὶ παρθένοι εἰσὶ μετὰ σε, καὶ αὗται ψαλλέτωσαν, καὶ μια ἑκάστη μίαν, τῷ δὲ χὴν ἐπιπλεῖτε. ,, πρὸς ὄρθρον δὲ τὸ ψαλμὸν τοῦτον λέγετε· ὁ θεὸς, ὁ θεός ,, μου πρὸς σε ὀρθρίζω. ἐδίψησέ σε ἡ ψυχή μου. διάφωνα δὲ ὅλως εἴτε πάντα τὰ ἔργα κυρίου τὸν κύριον. ,, δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώ- ,, ποις εὐδοκία. [ὑμνοῦμέν σε εὐλογοῦμέν σε, προσκυ- ,, νοῦμέν σε] καὶ τὰ ἑξῆς. τῷ δὲ ἀγάπην φυλάξωμεν, ,, τῷ πάντων μείζονα. ἀγαπήσεις γάρ φησι κύριον τὸν A ,, θεόν σου, ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ [ὅλης τῆς ἰ- ,, σχύος σου], καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ τὸν ,, πλησίον σου ὡς ἑαυτόν. ἐν ταύταις ταῖς δυσὶν ἐντο- ,, λαῖς, ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται κρέμανται. ὁ ,, θεὸς ἀγάπη ἐστὶ, καὶ αὐτὸς πρῶτος ἠγάπησε τὸν ,, ἄνθρωπον, καὶ ἑαυτὸν παρέδωκεν ὑπὲρ ὑμῶν, ἵνα ,, ἡμᾶς λυτρώσηται ἀπὸ πάσης ἀνομίας. οὕτω καὶ αὐ- ,, τὸς ὁ κύριος ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἡμεῖς ὀφείλο- ,, μεν ὑπὲρ ἀλλήλων τὰς ψυχὰς ἡμῶν θεῖναι. ὁ θεὸς ,, ἀγάπη ἐστὶ, καὶ ὁ ἔχων τὴν ἀγάπην, τὸν θεὸν ἔχει. αὐτὸς B ,, γὰρ εἴρηκεν· ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες, ὅτι ἐμοὶ μα- ,, θηταί ἐστε, ἐὰν ἀγάπην ἔχητε ἐν ἀλλήλοις. ὅσον γὰρ ἐὰν κοπιάσῃ ἄνθρωπος, καὶ μὴ ἔχει τὴν ἀγάπην εἰς τὸν πλησίον, εἰς μάτην ἐκοπίασεν. ἴστως δὲ δείξεις τὴν ἀγάπην εἰς τὸν πλησίον, οὐ λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔρ- γῳ. κράτησεις κακίαν τινὸς εἰς τὴν καρδίαν σου· εἰ δὲ μή γε, ἐκ ἀνέρχεται ἡ ὀσμὴ σοῦ καθαρὰ [πρὸς τὸν ,, θεὸν]. ἐκ ἐπιδύσει γὰρ ὁ ἥλιος ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ,, ὑμῶν. παράτηλα ἔχε, ὑπομονὴν ἔχε, μακροθυμίαν, ,, νηπιότητα. λέγει γὰρ ὁ κύριος· ἐὰν μὴ γραφῆτε ὡς παι- C ,, νία, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. οὐ μὴ λυπηθήσῃ χαλεπῶς τινὸς συμ- ,, βαίνοντος σοι, οὔτε ἐπὶ ζημίᾳ τινὶ ἐπὶ ὕβρει. ἡ λύπη γὰρ τῷ κόσμου τούτου θάνατον κατεργάζεται. ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν σου μόνον λυπηθήσῃ [ὑπὲρ ἄλλου δὲ πράγματος μικροῦ οὐ λυπηθήσῃ] μὴ ὑψώσῃς τὴν φωνήν σου, ὀργιζομένη πρός τινα. δῆλον γὰρ κυρίου, οὐ δεῖ μάχεσθαι. ἐκ ἐξελεύσεται κατάρα ἐκ τοῦ στόματός σου, οὐχ ὕβρις οὐ κακολογία. τὸ στόμα σου γὰρ ἡγιασμένον ἐστὶν ἐν τοῖς ὕμνοις καὶ δοξολογίαις τοῦ θεοῦ. οὐκ ἔστι καλὸν τὸ προσέχεσθαί σε χωρὶς μεγάλης, D ἀνάγκης. τὴν ἡσυχίαν ἀγάπα ὅσον δύνασαι· τὸν δὲ λων δὲ θεῦ μὴ ἐπιλάθῃ, μὴ δὲ ἀπαλλοφθήτωσαν ἐκ τῆς καρδίας σου. ἐὰν ἅγιος ἔλθῃ εἰς τὴν οἰκίαν σου, οὕτως αὐτὸν προσδέξαι, ὡς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ. λέγει γὰρ ὁ κύ- ,, ριος ἡμῶν ἰησοῦς Χριστός· ὁ δεχόμενος ὑμᾶς, ἐμὲ δέ- ,, χεται. ἐὰν εἰσέλθῃ ἀνὴρ δίκαιος εἰς τὸν οἶκόν σου, μετὰ ,, φόβου καὶ τρόμου ἀπάντησον αὐτῷ, καὶ προσκυνή- ,, σεις ἐνώπιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ ὅτι τῇ γῇ. οὐ γὰρ αὐ- τὸν προσκυνήσεις· ἀλλὰ τὸν θεὸν τὸν ἀποστείλαντα αὐτόν. λήψῃ δὲ ὕδωρ, καὶ νίψεις τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ E μετὰ πάσης εὐλαβείας, ἀκούσεις τῶν λόγων ,, αὐτοῦ. οὐ μὴ θαρρήσῃς ὅτι τῇ σωφροσύνῃ σου, ἵ- ,, να μὴ πέσῃς, ἀλλὰ φόβου· ἐφ' ὅσον γὰρ φο- ,, βῇ, οὐδέποτε πτήσεις. συμφέρει τῇ ἐγκρατευο- ,, μένῃ κατὰ μόνας τὸν ἑαυτῆς ἄρτον ἐσθίειν. ἐὰν καθίσῃς μετὰ παρθένων ὅτι λαπέζης, πᾶν τὸ παρατεθέμενον ἔσθιε μετ' αὐτῶν. ἐὰν γὰρ μὴ φάγῃς, ἀρ- ρίσκῃ ὡς κρίνουσα αὐτάς. ἐκ ἀναγκάζει σε πεῖν πλείονα, μὴ ἀκούσῃς αὐτῆς, ἀλλὰ λέγε αὐ-

Quòd si virgines tecum fuerint, & illæ quoq; psallant, & singulæ singulas preces effundant. Cæterum matutino tempore hunc Psalmum dicito, Deus Deus meus ad te de luce vigilo, sitiuit in te anima mea. Vbi diluculum fuerit, recitabis hunc Psalmum, *Benedicite omnia opera Domini Dominum*, hymnumque dicito, *Gloria in excelsis, &c.* deinceps. Charitatẽ seruemus quæ omnium potissima est. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & proximum tuum sicuti teipsum.* In istis duobus præceptis vniuersa lex & Prophetæ continentur. Deus charitas, & ipse prior dilexit hominem, & seipsum tradidit pro nobis. Si igitur ipse Dominus pro nobis mortuus est, nos quoque & ipsi pro aliis debemus animas nostras ponere. *Deus charitas est, & qui habet charitatem, Deum habet.* Ipse enim dixit. *Ea re cognoscent omnes vos discipulos meos esse, si dilexeritis vos inuicem.* Quicquid enim laborauerit homo qui charitatem non habet, frustra laborauerit. Ita ostendas charitatem in proximos, vt id non verbo facias, sed opere. Non retinebis offensam alicuius in corde tuo, alioqui precatio tua non pure ascendit. Non enim occidet sol in ira tua. Mansuetudinem retine, tolerantiam, longanimitatem, clementiã. Dicit enim Dominus, *Nisi mutemini & efficiamini sicut paruuli, nequaquam intrabitis in regnum cœlorum.* Nõ dolebis si quid difficilius incidat, nõ lugebis ob damnum neq; ob contumeliam. Tristitia enim huius seculi mortem operatur. Sed duntaxat de peccatis tuis dolebis, de alia re minutula non dolebis. Ne exaltes vocem tuam obmurmurans alicui. Non enim decet ancillã Domini respõsare. Non exibit maledictio ex ore tuo, non contumelia, non obtrectatio, Os enim tuum consecratum est hymnis & glorificationibus Dei. Non est bonũ sine magna necessitate in publicum prodire. Quietem ama quantum potes, & seruorum Domini non obliuiscere, neq; obliterentur in corde tuo. Quũ vir Sanctus ad te venerit, suscipe illum vt Filiũ Dei. Ait enim Dominus Iesus Christus: *Qui vos recipit, me recipit.* Si vir iustus ædes tuas ingreditur, cum timore & tremore occurres illi, & adorabis humi ad pedes illius. Siquidem illum non adorabis, sed Deum, qui illum mittit. Capies aquam, & lauabis pedes eius, & cũ omni reuerentia audies verba eius. Non confidas in tua castitate, ne cadas: sed metue. Quatenus enim metuis, eatenus nõ peccabis. Vtile est continentem seorsum ab aliis panem suum comedere. Si sederis in mensa cum virginibus, omne quod apponitur, comede cum illis: si enim non comederis, habebere tãquam ipsas contemnens. Non prædicabis exercitia deuotionis tuę. Quod si vinum bibant, etiam si tu non bibis, propter eas tu bibe pauxillulum. Quod si adsint magnæ anus: & cogant te abundantius bibere, ne audieris illas, sed dic eis,

vos detrioiſtis iuuentutem veſtram in multis exercitijs deuotionis, ego eo nondum peruenj, imo ne ad primum quidem gradum veſtrũ. Porro de hoſpitalitate & eleëmoſynis non opus eſt vt admoneatis. Id enim vltro per te facies. In Eccleſia tace, ne quicquam loquaris, ſed lectionibus duntaxat intende. Quum ſubierit in cor tuum cogitatio illa, vt aliquid facias, ne temere & præceps eo tendas, ne inimicus tibi illudat, ſed omnia cum iudicio maiorum aggredere. Quum pſallis aut quum oras, ne finas peregrinas cogitationes in cor tuum ſubire. Admoneo te dilecta, attende atque auſculta ſermones in iſto libro ſcriptos. Nec ſolum oculis extrinſecis ſcripta iſta perlege, ſed etiam interioribus. Intende vni cuique præcepto, & id quod iubetur præſta. Si enim iſta ſeruies digna habebetis cœleſti thalamo. Ne dixeris in corde tuo: At quouam iſta modo præſtare potero? Ne paorem concipiat mens tua, ſed cum omni diligentia ſeruabis ea. Siquidem timentibus Dominum, præcepta Domini difficilia non ſunt. Non ſit hora vlla in qua deficiat oleum in lampade tua, ne ſi quando ſponſus veniat, inueniat eam extinctam. Non enim ſcis quando venturus ſit, ſiue ante ſomnum, ſiue diluculo. Sis igitur expedita, vt quum venerit, cum prudentioribus occurras illi, habens oleum in lampade tua, hoc eſt, opera bona. Omnibus horis ſis memor exitus tui, habe quotidie ante oculos mortem, recorderis apud quem te ſiſti oportet. Graue quiddam eſt exercitium deuotionis, & intolerabile quiddam continentia, ſed tamen nihil eſt dulcius cœleſti ſponſo. Hic aliquamdiu fatigamur, illuc autem vitam æternam recipiemus. Dicit enim S. Paulus, *Non ſunt æſtimandæ paſſiones huius temporis, cum ea gloria quæ reuelabitur erga nos.* Bonum eſt refugere turbam, & ſeorſum ſecedere. Magna virtus continentia, ingens gloriatio puritas, magna encomia virginis. ô virginitas opulentia indeficiens! ô virginitas corona immarceſſicebilis! ô virginitas templum Dei, & domicilium Sancti ſpiritus! ô virginitas margarita ſpecioſa, vulgo inconſpicua, & quæ non niſi à paucis inuenitur! ô continentia amica Dei & à ſanctis deprædicata: ô continentia apud multos odioſa, ſed apud dignos ſpectata! ô continentia mortem & infernum profligans, & quæ ob immortalitate, poſſidetur! o continentia gaudium Prophetarum, & Apoſtolorum gloriatio! o continentia, Angelorum vita, & Sanctorum corona! Beatus eſt qui te tenet, beatus qui obdurat in tolerantia, quoniam pauxillulum fatigatus, multum in te gaudebit. Beatus qui ieiunauerit vniuerſum hoc tempus, quoniam ſupernam Hieruſalem inhabitans, cum Angelis choreas ducet, & cum ſanctis Prophetis & Apoſtolis requieſcet. Hæc ego tibi ſcripſi, dilecta ſoror, ſaltatrix Chriſti, ad ſtabilimentũ & vtilitatẽ animę tuæ.

λαῖς· ὑμᾶς καὶ τρέψαι τὴν σὴν ψυχὴν ἐν ἀσκήσει πολλῇ· ἐγὼ δὲ οὔπω ἔφθασα οὐδὲ εἰς πρῶτον βαθμὸν [ὑμῶν]. σοὶ δὲ τῆς φιλοξενίας καὶ τῆς ἐλεημοσύνης, ἃ χρείαν ἔχεις νουθετεῖσθαι· ὅπως σωτῆς γὰρ ποιήσεις. ἐν ἐκκλησίᾳ, σιώπα καὶ μηδὲν λάλει, ἀλλὰ τῇ ἀναγνώσει μόνον πρόσεχε. ἐὰν ἐπαναβῇ εἰς τὴν καρδίαν σου λογισμός, ἵνα ποιήσῃς πρᾶγμά τι, μὴ σπουδῇ αὐτὸ ποίει· ἵνα μὴ ἐμπαίξῃ σοι ὁ ἐχθρός· ἀλλὰ μετὰ βουλῆς τῶν μειζότερων σου πάντα ποίει. ὅταν ψάλλῃς, [ἢ] ὅταν προσεύχῃ, μὴ ἄφιες ξένους λογισμοὺς εἰσιέναι εἰς τὴν καρδίαν σου. παρακαλῶ σε ἀγαπητή, πρόσεχε καὶ ἄκουε τῶν ἐπιπλων τούτων τῶν γεγραμμένων ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ. καὶ μὴ μόνον τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῖς φαινομένοις κατανοεῖ τὰ γεγραμμένα, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔνδοθεν, καὶ πρόσεχε μιᾷ ἑκάστῃ ἐντολῇ καὶ ποίει αὐτάς. ἐὰν γὰρ φυλάξῃς ταῦτα, καταξιωθήσῃ τῶν νυμφώνων τὰ βασιλικὰ. μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι πῶς δύναμαι ποιῆσαι ταῦτα; μὴ δειλιάσῃ λαβὴ ὁ λογισμὸς σου· ἀλλ' [ἀν]μετὰ πάσης προθυμίας φυλάξῃ αὐτάς, [ἀρήσεις σύμμαχον τὸν θεόν. Τοῖς φοβουμένοις τὸν θεόν, αἱ ἐντολαὶ τοῦ θεοῦ βαρεῖαι οὐκ εἰσίν. πάσῃ ὥρᾳ μὴ λείψατω ἔλαιον ἐν λαμπάδι σου· μήποτε ἔλθῃ ὁ νυμφίος, καὶ εὑρὴ αὐτὴν σβεσθεῖσαν· οὐκ οἶδας γὰρ πότε ἔρχεται. ἢ πρωΐ, ἢ πρωΐ γενοῦ ἕτοιμος· ἵνα ὅταν ἔλθῃ, μετὰ τῶν φρονίμων ἀπαντήσῃς αὐτῷ, ἔχουσα τὸ ἔλαιον ἐν τῇ λαμπάδι σου, ἤτοι τὰ ἔργα σου τὰ καλά. πᾶσαν ὥραν μιμνήσκου τῆς ἐξόδου σου· ἔχε καθ' ἡμέραν πρὸ ὀφθαλμῶν τὸν θάνατον. μνημόνευε τίνι σε δεῖ ἀπολογήσασθαι. βαρὺ ἐστὶν ἄσκησις καὶ δυσβάστακτον ἐγκράτεια· ἀλλ' ἡδὺ ἐστὶ γλυκὺ πρόσωπον τὸ ἐπουράνιον νυμφίου. ὧδε ἐκπεμπόμενοι ὀλίγον, ἐκεῖ δὲ τὴν αἰώνιον ζωὴν ἀπολαμβάνομεν. λέγει γὰρ ὁ ἅγιος παῦλος· οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς, καλὸν ἀποφυγεῖν τὸν ὄχλον καὶ ἀναχωρεῖν κατὰ μόνας. μεγάλη ἀρετὴ ἐγκράτεια, μέγα καύχημα ἐστὶν ἁγνεία, μεγάλα ἐγκώμια τῆς παρθενίας. ὦ παρθενία, πλοῦτος ἀκατάληπτος· ὦ παρθενία, στέφανος ἀμάραντος. ὦ παρθενία ναὸς θεοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος οἰκητήριον. ὦ παρθενία, μαργαρίτα τίμιε παρὰ πολλοῖς ἀφανής, ὀλίγοις δὲ μόνοις εὑρισκομένη. ὦ ἐγκράτεια φίλη θεοῦ, καὶ παρὰ ἁγίοις ἐγκαμαζομένη. ὦ ἐγκράτεια παρὰ πολλοῖς μισουμένη, τοῖς δὲ ἀξίοις σου γνωριζομένη. ὦ ἐγκράτεια θανατον καὶ ᾅδην ἀποφεύγουσα, καὶ ὑπὸ ἀθανασίας κατεχομένη. ὦ ἐγκράτεια χαρὰ προφητῶν, καὶ ἀποστόλων καύχημα. ὦ ἐγκράτεια, ἀγγέλων βίος, καὶ ἁγίων ἀνθρώπων στέφανος. μακάριος ὁ κατέχων σε, μακάριος ὁ προσκαρτερῶν σου τῇ ὑπομονῇ· ὅτι ὀλίγον κοπιάσας, πολὺ χαρήσεται ἐν σοί. μακάριος ἐνηστεύσας ὅλον τὸν χρόνον τοῦτον, ὅτι ἐν τῇ ἄνω ἱερουσαλὴμ κατοικήσει, καὶ μετὰ ἀγγέλων χορεύσει, καὶ μετὰ ἁγίων προφητῶν καὶ ἀποστόλων ἀναπαύσεται. ταῦτα ἔγραψά σοι ἀγαπητὴ ἀδελφὴ χορεύτρια Χριστοῦ, πρὸς ἐπιγνωμὸν καὶ ὠφέλειαν τῆς ψυχῆς σου. μὴ ὀκνήσῃς

μὴ ἐκκλίνῃς οὐ ἀπὸ τῶν λόγων τούτων, δεξιὰ ἢ ἀριστερά. ὃς γὰρ ἐὰν ἀκούσῃ τοὺς λόγους τούτους καὶ καταφρονήσῃ, κρίμα μέγα αὐτῷ ἔσται. σὺ δὲ τιμιωτάτη ἀδελφὴ ἡ κτωμένη [τὸ βιβλίον τοῦτο] δώῃ σοι ὁ θεὸς τοῦτο φυλάξαι, ἐν τούτοις ἀναστρεφομένῃ, πεφωτισμένῃ τῇ διανοίᾳ, καθαρὸν τὸν νοῦν πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας· ἵνα λάβῃς τὸν ἀμαράντινον στέφανον, ὃν ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν, διὰ τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Ne igitur declines à sermonibus istis, vel ad dextram vel ad sinistram. Qui enim audierit sermones istos & despexerit, magnum illi crimen fuerit. Tibi autem, preciosissima soror, quæ hunc librum possides, det Deus vt ea obserues, & in his versetis, deroque animum illustratum, & puram mentem, illuminatos cordis oculos, vt nancisearis immarcescibilem coronam, quam præparauit Deus diligentibus se, per Dominum & Saluatorem nostrum Iesum Christum, cui gloria in secula seculorum, Amen.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

Ἀλεξανδρείας

ὁμιλία εἰς τὸν σπόρον.

S. Patris nostri

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI

Alexandrini,

Homilia de semente.

ΕΝ ἡμέρᾳ σαββάτου συνήχθημεν, οὐ νοσοῦντες Ἰουδαϊσμόν· οὐ γὰρ ἐφαπτόμεθα σαββάτων ψευδῶν· παραγεγόναμεν δὲ ἐν σαββάτῳ, τὸν κύριον τοῦ σαββάτου Ἰησοῦν προσκυνήσοντες. πάλαι μὲν γὰρ ἦν ἐν τοῖς ἀρχαίοις τὸ πρῶτον σάββατον. μετέθηκε δὲ ὁ κύριος τὴν τοῦ σαββάτου ἡμέραν, εἰς κυριακήν. καὶ οὐχ ἡμεῖς ἐσμεν οἱ ἀφ' ἑαυτῶν τοῦ σαββάτου καταφρονήσαντες, ἀλλ' ὁ προφήτης ἐστὶν ὁ λέγων καὶ ἐπωνών· τὰς νεομηνίας ὑμῶν καὶ τὰ σάββατα, μισεῖ ἡ ψυχή μου. μέχρι μὲν γὰρ ὅτε ἄξια ἐπράττετο τῶν πραγμάτων τῆς νομοθεσίας, ἦν μέχρις ὅτε μὴ ἦν πεφωτισμένος ὁ διδάσκαλος, ἐνήργει τὰ τοῦ παιδαγωγοῦ. ἐλθόντος δὲ τοῦ διδασκάλου κατηργήθη ὁ παιδαγωγὸς, καὶ ἡλίου ἀνατείλαντος, ὁ λύχνος ἐπαύσατο. εὔκαιρος δὲ ἡμῖν γέγονε καὶ ἡ ἀνάγνωσις, κατὰ ἀκολουθίαν περὶ σαββάτου. ἠκούομεν γὰρ ἄρτι, ὅπως ὁ Ἰησοῦς ἐπορεύετο διὰ τῶν σπορίμων, καὶ ὅπως τὴν χεῖρα τὴν ξηρὰν ἐθεράπευσε. καί μοι δοκεῖ καλῶς ἔχειν, ὀλίγα εἰς τὸ ἀνάγνωσμα τοῦ εὐαγγελίου εἰπεῖν. ὁ σωτὴρ ἡμῶν ἐπορεύετο διὰ τῶν σπορίμων, καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτῷ ἠκολούθουν, καὶ στάχυας τίλλοντες, ἤσθιον· ἔδει δὲ

IN die sabbati congregati sumus, non quod laboremus Iudaismo: (nunquam enim falsa sabbata vel attigerimus) sed in sabbato ideo conuenimus, vt Dominum sabbati Iesum adoremus. Olim certe priscis illis hominibus in summo precio sabbatum fuit, quam quidem solenniratem Dominus in diem dominicam transtulit. Neque nos tamen nostra authoritate sabbatum vilipendimus, sed Propheta est qui illud reiicit ac dicit: *Nouilunia vestra & sabbata vestra odit anima mea.* Quoadvsque enim ea agebantur, quæ digna erant legis institutione, vel potius quam diu nondum venerat magister, res Pædagogicæ vim suam authoritatemque obtinebant. Cæterum quum iam adesset magister, irritus ociosusque factus est pædagogus: vt exorto sole, candela cessat. Opportune igitur & conuenienter de sabbato nobis habita est ista lectio. Audiuimus enim iam quomodo Iesus ibat per sata, & quomodo aridam manum sanauerit. Quapropter mihi rectum videtur, si pauca in lectionem Euangelij disseramus. Saluator ergo noster ibat per sata, & discipuli eum sequebantur, & vellentes spicas comedebant, Iudæi-

que illos increpabant, dicentes: *Non est licitum hoc facere in sabbato.* Ex qua lege Iudæis id licitum non est? ex qua promulgatione? ex cuius Prophetæ verbis? vbi vetitum est vesci elurientem? vbi scriptum est nefas esse inanem ventrem implere? Atqui illi qui esum in sabbato pro crimine obiiciunt, ipsi cædem in Dominum ipso sabbato moliuntur. Refert enim scriptura in Euangelio de die, in qua Dominus passus est: *Erat autem dies illa magna sabbati.* Legis ergo latorem iidem per sabbati diem è medio tollunt, & discipulos vesci in sabbato non permittunt. Ideoque Saluator, vt ex iam recitatis patet, interrogabat eos quid facere liceret, benene facere, an male: vitam seruare an perdere? vesci culpatis, & cædes facitis. Semper enim Iudæi culicem percolant, & camelum deglutiunt: semper exactè agunt in reddendis decimis rutarum & olerum, quum interim quæ grauiora sunt legis, non obseruent: & per segrantibus segetes discipulis, indignantur, quod spicas manibus confricarent ad edendum, quum tamen eas ferro non resecarent. quod si fecissent, opere eos sabbatum violasse cauillaturi fuissent. Quapropter neque ferreis instrumentis vsi sunt, ne pro crimine obiiceretur, non quod vescerentur, sed quod operarentur. Nunc autem quid culpatis, quòd à Deo in salutem datum est? Si enim Deus vesci non prohibuit in sabbato, cur tu tantopere vituperas, quod à Deo interdictum non est? Transibat igitur Saluator per segetes, granum ipse nimirum frumenti per segetes, & spirituale illud granum, quod in certum locum aliquem cadens cum multiplicibus spicis per orbem terrarum exurgit: Ipse enim de seipso dixit: *Quòd nisi granum frumenti in terram cadens mortuum fuerit, ipsum solum manet: quod si moriatur, multum fructum adfert.* Tractemus hoc ipsum & aliter. Transibat igitur Iesus per segetes: ipse enim aliquando granum frumenti nominatur, ob vim nutritiuam, aliquando etiam seminator est, prout in Euangelio dicitur, *Ecce egressus est seminator ad seminandum.* Spargit quidem fementem largiter Dominus, sed tamen fructificatio fit secundum solum subiectum. Vbi enim terra lapidiosa est, facile exarescit semen, non quidem impotentia seminis, sed vitio telluris: quum semen per se efficax: terra autem sterilis, quia profunditatem non habet. Vbi autem non retinet terra succulentiam suam, ibi radij solares grauius incidentes exsiccant sementem: ac proinde culpa est, non in imbecillitate seminis, sed in corruptela agri. Rursum semen seminatur in spinosam terram, & semen quidem efficax, sed tamen suffocatur à spinis, & efficacia interior non permittitur fructificare ob exterius impedimentum. Quòd si semen nanciscatur bonã terram, reddit non parè fructum, sed pro vno triginta, sexaginta & centũ: vniforme quidem semẽ, sed multiformis fructus, diuersæq; mentes eorum qui erudiuntur. Egressus est igitur seminare Seminator, &

δαῖοι ἐπιτιμῶν αὐτῷ λέγοντες· οὐκ ἔξεστι τοῦτο ποιεῖν ἐν σαββάτῳ. κατὰ ποῖον νόμον ὦ ἰουδαῖοι; κατὰ ποίαν μωυσέως νομοθεσίαν; ἢ κατὰ ποίαν τῶν προφήτων φράσιν; ποῦ κεκώλυται τρέφεσθαι τὸν πεινῶντα; ποῦ γέγραπται μὴ ἐμπλησθῆναι γαστέρα κενήν; οἱ δὲ τὸ τρέφεσθαι ἀνειδίζοντες ἐν σαββάτῳ, αὐτοὶ φόνοις ἐν σαββάτῳ καὶ ἃ οὐκ ἔθεμις ἐργάζονται. λέγει γὰρ ἡ γραφὴ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ περὶ τῆς ἡμέρας, ἐν ᾗ ὁ θεὸς ἔπαθεν· ἦν δὲ ἡμέρα ἐκείνη μεγάλη τῶν σαββάτων. Ὃν μὲν νομοθέτην, ἀναιροῦσιν ἐν σαββάτῳ· τρέφεσθαι δὲ μαθητὰς ἐν σαββάτῳ οὐ θέλουσι. διὰ τοῦτο ὁ σωτὴρ ἐν τοῖς ἄρτιος ἀναγνωσθεῖσιν ἡρώτα αὐτοὺς τί ἔξεστιν, ποιήσαι ἐν τῷ σαββάτῳ; ἀγαθοποιῆσαι ἢ κακοποιῆσαι; ψυχὴν σῶσαι, ἢ ἀπολέσαι; τὸ τρέφεσθαι ἀνειδίζετε, τὸ δὲ φονεῦσαι καὶ ἐργάζεσθαι. ἀεὶ γὰρ οἱ ἰουδαῖοι, τὸν κώνωπα διυλίζουσι, τὴν δὲ κάμηλον, καταπίνουσιν. ἀεὶ ἀκριβεῖς εἰσὶ περὶ τὸ ἀποδεκατοῦσαι τὸ πήγανον καὶ τὸ λάχανον· τὰ δὲ βαρύτερα τοῦ νόμου, οὐ τηροῦσι. καὶ διαπρεομένων τῶν μαθητῶν, ἠγανάκτουν, ὅτι στάχυας ἔψωχον ταῖς χερσὶν καὶ ἤσθιον. οὐ σιδήρῳ ἀπέτεμνον ἐπεὶ κατηγόρουν ὡς ἔργου· οὐδὲ ἄλλοις ἐργαλείοις ἐχρήσαντο, ἵνα μὴ καταγορεύσωσιν, ὡς μὴ τρεφομένων, ἀλλ' ἐργαζομένων. νυνὶ δὲ τί μέμφεσθε τὸ ὑπὸ τοῦ θεοῦ δοθὲν εἰς σωτηρίαν; εἰ γὰρ ὁ θεὸς, οὐκ ἐκώλυσεν ἐν σαββάτῳ, τί σὺ τοῦτο ἀνειδίζεις, ὅπερ ὁ θεὸς οὐκ ἀπηγόρευσεν; διαπρεύεται πίνυν ὁ σωτὴρ, διὰ τῶν σπορίμων, ὁ νοητὸς κόκκος τοῦ σίτου, διὰ τῶν σπορίμων, ὁ νοητὸς κόκκος τοῦ σίτου, ὁ πεσὼν εἰς ἕνα τόπον καὶ ἀναξας πολύχους εἰς τὸ οἰκούμενον. αὐτὸς γὰρ περὶ ἑαυτοῦ ἔλεγε· ὅτι ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει. ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, πολὺν καρπὸν φέρει. εἴπωμεν αὐτὸ καθ' ἄλλως. διεπορεύετο πίνυν ὁ ἰησοῦς διὰ τῶν σπορίμων. αὐτὸς γὰρ ἐνίοτε μὲν κόκκος τοῦ σίτου καλεῖται, διὰ τὸ θρεπτικόν· ἀλλότε δὲ σπορεύς ἐστι κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν τοῖς εὐαγγελίοις· ἰδοὺ ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι. σπείρει μὲν οὖν ὁ ἰησοῦς δαψιλῶς· ἡ δὲ καρποφορία γίνεται πρὸς τὸ ὑποκείμενον. ὅπου μὲν γὰρ πετρώδης ἡ γῆ, εὐμαρῶς ξηραίνεται τὸ σπέρμα· οὐκ ἀδυναμίᾳ τοῦ σπόρου, ἀλλὰ τῇ κακεξίᾳ τῆς γῆς. ὁ μὲν γὰρ σπόρος, ἐνεργὴς· ἄγονος δὲ ἡ γῆ, βάθος μὴ κεκτημένη. σὺν αὐτεχούσης δὲ τῆς γῆς πρὸς ὑγρασίαν, πλεῖον αἱ ἡλιακαὶ ἀκτῖνες προσβάλλουσαι, ἀναξηραίνουσι τὸν σπόρον. γίνεται τὸ αἴτιον, οὐ τῷ τὸ ἄτονον τοῦ σπόρου, ἀλλὰ τὸ σαθρὸν τῆς γῆς. πάλιν ὁ σπόρος σπείρεται εἰς ἀκανθώδη γῆν. καὶ ὁ μὲν σπόρος, ἐνεργὴς· πνίγεται δὲ ὑπὸ τῶν ἀκανθῶν, καὶ ἡ ἔνδον ἀποκειμένη ἐνεργεια, οὐ συγχωρεῖται καρποφορῆσαι διὰ τὸ ἔξωθεν ὄχλησιν. ἐὰν ᾖ ἀπλαύστη ἡ ἀγαθῆς, πιέζεται πάλιν οὐχ ὅμοιον τὸ καρπὸν, ἀλλ' ἐν τριάκοντα καὶ ἑξήκοντα, καὶ ἑκατόν. μονοειδὴς μὲν ὁ σπόρος· διάφορος δὲ ὁ καρπὸς· διάφοροι δὲ αἱ γνῶμαι τῶν διδασκομένων. ἐξῆλθε τοίνυν ὁ σπείρων οὐ σπεῖραι. καὶ τὰ μὲν δι' ἑαυτοῦ παρὼν, τὰ δὲ διὰ τῶν μαθητῶν ἐνήργησε.

quædam per se, quædam per discipulos operatur.

Et

καὶ ἔχεις ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων γεγραμμένον, ὅτι μετὰ τὸ λιθοβοληθῆναι τὸν στέφανον, ἕτως λέγει ἡ γραφή· οἱ μὲν οὖν διασπαρέντες, διῆλθον εὐαγγελιζόμενοι τὸν λόγον. διεσπάρησαν γὰρ οὐκ ἀσθενείᾳ σκορπισθέντες. ἐδυνήθησαν γὰρ τῇ πίστει· ἀλλὰ διασπαρέντες τῇ ἐνεργείᾳ τὸν σπείραντος σιτοποιηθέντες εἰς ἄρτον ἐπυράνιον, καὶ πᾶσαν διελήλυθότες, ζωοφορίας διδασκαλίαν, καὶ παντοίους ἐνεργήματα. ὁ τοίνυν τὰ νοήματα τὰ ἀπείρων ἰησοῦς ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ, διήρχετο διὰ τῶν ἀπορίμων. ἐμόνον δὲ τῶν ἀπόρων καὶ ἀπορευόμενος· ἀλλὰ καὶ τῶν αἰσθητῶν. φησὶ γὰρ τὸν θεὸν ἔλεγεν ἐξ ἀρχῆς ὁ πατήρ· ἐξαγαγέτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, σπέρμα σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοίωσιν. ὃ πατὴρ ἔλεγεν, ὁ υἱὸς ἐπετέλει. ὁ μὲν ἐπέταξεν· ὁ δὲ εἰς πέρας ἤγαγε τὰ προστασσόμενα. καὶ ἔτως ἐκ παλαιοῦ δι' υἱοῦ ἐν ἦν τελεσιουργημένη μιᾶς κοσμοποιίας διὰ παλαιοῦ ὑπὸ τελεσιουργημένης. ὁ τοίνυν τὰ νοήματα καὶ ἀπείρων, καὶ τὰ αἰσθητὰ πνεύματι παλαιοῦ ἐργαταμένος, ἔτος διέβαινε διὰ τῶν ἀπορίμων. πολλὴ δέ ἐστιν ἡ τῶν σπόρων θαυματουργία, καὶ ἴδωμεν ἐν καιροῖς ἀπόροις, τὰ περὶ σπόρου, ἐν χειμερίοις ὥραις, τὰ περὶ τὴν βλάστης τῆς γῆς διαλεγόμενοι. οὐχ ἵνα φυσιολογήσωμεν ἃ ὁρώμενα· ἀλλ' ἵνα προσκυνήσωμεν τὸν θαυματοποιόν. ἄνθρωποι μὲν γὰρ ἐφ' ἑαυτοῖς ἐργαζόμενοι, ζεύξαντες βοῦς ἀροτῆρας, ἀνατέμνουσι τὴν γῆν, καὶ ἀπαλύνουσι τὸ πρόσωπον αὐτῆς, ἵν' ὑετοὶ μὲν μὴ προσραδρόμωσι, ἀλλ' ἐβαθυνόμενοι καρποφορίαν ἀποδώσουσιν. οἱ δὲ σπόροι ἐν ἁπλότητι τῆς γῆς ῥιφέντες, διπλῆν ἔχουσι τὴν ἀπόλαυσιν· μίαν μὲν τὸ βάθους καὶ τῆς ἀπαλώσεως, δευτέραν δὲ τοῦ κρύπτεσθαι, καὶ μὴ ὑπὸ ὀρνέων ἀναλίσκεσθαι. [ἀλλ' ὁ μὲν ἄνθρωπος, ποιεῖ τὰ ἑαυτοῦ. ἐμὴ ἡ καρποφορία ὑπὸ ἀνθρώπου.] ἀνθρώπου μὲν γὰρ τὸ σπεῖραι· θεοῦ δὲ τὸ αὐξῆσαι, καὶ προστάγμασι θεοῦ, νεφέλαι ἐκ θαλασσίων ὑδάτων τὰ ὕδατα ἀνασπάσασαι, καὶ ἐξ ἁλμυρότητος εἰς γλυκύτητα μεταβαλοῦσαι, ὑπερχέουσι μὲν, ἐπὶ τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. μονοειδὲς δὲ ὑετὸς καλαβὰς, πολυειδῆ ἐργάζεται σπόρους. καὶ σῖτον μὲν ἐργάζεται, κύαμον δὲ καὶ κέγχρον καὶ ὄλυραν. ἃ μὲν τὰ καταβᾶν, καὶ πολλὰ τὰ βλαστῶμενα, καὶ τὸ μονοειδὲς τῶν ὑετῶν, εἰς πολύχουν καρποφορίαν διασπείρεται, ἵνα δειχθῇ, μὴ τῇ τοῦ σπείραντος εὐμαρείᾳ, ἀλλὰ τῇ τοῦ θεοῦ ἐνεργείᾳ γίνεσθαι τὸ καρποφορούμενον. καὶ πρῶτον μὲν ὁ σπόρος χλοὴ τίς ὥσπερ ἀναβαίνει, καὶ πολλάκις σίτῳ ζιζάνιον συνέσπαρται· ἡ δὲ ὁμοιότης τῶν φύλλων, τὸ συγχωρεῖ φανῆναι τὸ μὲν σῖτος, τί δὲ ζιζάνιον. ὅταν δὲ ὁ σπόρος δυνατὸς γένηται, καὶ εἰς ὕψος γένηται, ὁ στάχυς διακρίνει, καὶ ἡ καρποφορία δείκνυσι τὸ ὑποκείμενον, τί μὲν σῖτος, τί δὲ ζιζάνιον. ἐνόησας τὸ λεγόμενον, ἐλθέ μοι λοιπὸν ἐπὶ τὸ πνευματικώτερον. ἔσπειρεν ὁ ἰησοῦς ἀφ' τῶν ἀποστόλων τὸν λόγον τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ πᾶσης τῆς οἰκουμένης. ἀκοὴ δεξαμένη τὸ κήρυγμα κατέχει παρ' ἑαυτῇ· καὶ πῶς μὲν, ὁ σὴν φυλλάδος, ἐργάζεται σπουδὴν περὶ τὴν ἐκκλησίαν, καὶ συναγόμεθα κατὰ τὸ αὐτὸ, καὶ οἱ εἰσοδῖται, καὶ τὰ ζιζάνια, ὁ πιστὸς, καὶ ὁ ὑποκριτὴς. ἵνα ἀληθέστερον εἴπωμεν τὸ καταγγελόμενον·

Et habes in Actis Apostolorum post lapidatum Stephanum, Apostolos dispersos, & quasi disseminatos fuisse: non quod imbecillitate dilecti, sed fidei gratia ita diuisi essent. Sed enim ita dispersi, vt seminatoris frumenta effecti sunt ad panem supercœlestem, vniuersumque orbem peragrantes, viuificæ doctrinæ virtutes efficaciasque disseminauerunt. Spiritualium igitur Seminator Iesus vnigenitus Filius Dei, ibat per sata: qui non solum seminum, sed etiam sensibilium est Seminator. Adhuc enim in initio dixit Pater: *Producat terra germen herbæ, seminans semen secundum genus & similitudinem sui*, quod Pater dixit, id Filius perfecit: ille quidem imperauit, iste vero imperata absoluit, atque ita ex Patre per filium opus conditi orbis ad plenum perfectum fuit. Qui igitur intellecta alia seminauit, & sensibilia Patris nutu creauit, is est, qui per segetes transibat. Ingentia certe in seminibus miracula. Videamus ergo temporibus sementis, ea quæ ad seminium pertinent, & per hybernas horas, ea quæ sunt terræ germinascentis, disputemus: non vt Physicas rationes edisseramus, sed vt istorum miraculorum designatorem adoremus. Homines igitur quod suum est, operantes iungunt ad aratrum boues agricolas, persulcant terram, commoliunt superficiem soli, vt pluuias recipiant & subsidentes profundius germina humectent. Semine porro in mollem terram dejecto duplex omnino compendium sentitur: primum quod altius subsidant, alterum quòd lateant, nec ab auibus deuorentur. Hic quidem homo, quod in se est, facit, sed tamen fructificatio è cœlo proficiscitur. Hominis siquidem est seminare, Dei autem incrementum dare: imperioque Dei nubes ex marinis abyssis aquas hauriunt, & salsugine in dulcedinem versa solo infundunt. Vniformis quidem ista est pluuia quæ deiicitur, sed tamen multiplicem operatur sementem: frumentũ enim efficit, fabam, milium, zeam. Vnum igitur est quod descendit, sed multa sunt quæ inde crescunt, & vniformitas pluuiarum in multiplicem fructificationem abit: vt declaretur, non dexteritate seminantis, sed Dei viribus fructificationem fieri. Principio autẽ sementis herba assurgit: verum quia aliquando frumentũ vnà cum zizaniis seminatur, fit, vt ex similitudine foliorum discrimen non sentias, nec frumentum à lolio internoscas. Cæterum quum sementis inualuit, & in altum se spica attollit, discrimẽ sentitur, & fructificatio ostẽdit, quid pro frumento, quid pro lolio habendum sit. Si intelligis quæ dico, progredere ad magis spiritualia. Seminauit Iesus verbum regni cœlorũ: qui autem auribus excipit id quod prædicatum est, illudque retinet, eatenus certe germinationem foliorum edit, quod in Ecclesia se diligentem præbet. Nos igitur in eundem locum conuenimus, tũ qui datores panis sumus, tum quia zizania, fidelis scilicet & hypocrita. Imo vt verius eloquamur, quod prædicamus:

agricolæ Ecclesiæ tumus, ligonemque verborum aruis inducimus, vt colamus agrum istum ad fructificationem, sed tamen ignoramus subiecti soli conditionem. Similitudo foliorum frequenter imponit magistris culturæ: verum vbi doctrina in opus procedit, & fructus operum solidior euaserit, tum agnoscitur, quis fidelis, quis item hypocrita. Quemadmodum (vt fit subinde) vbi in vrbem venit vir Græcè dicendi peritus, ibi captator voluptatis aurium, in Ecclesiam deproperat, non vt medicinam animæ, sed vt duntaxat pulchritudinem verborum rapiat: recedit facundus ille habita oratione, recedit etiam ab Ecclesia zizaniosus: non enim habet quicquam frumentale, hoc est, fidem. Fidelis autem si quis facunde dicat, ad templum contendit, æquè auditurus illum, siue Latino, siue Syriaco, siue alio quouis sermone vtatur. Non enim verba quærit, sed opera: *Sermo enim noster, & prædicatio nostra, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in exhibitione Spiritus & potestatis consistit.* Quid refert si Græcè loquamur, & animo barbari simus? Quid prodest si concinnus est sermo, & mores sint incõcinni? Multo præstantius est, nescire quidem Græce hiscere, & legem Dei in corde possidere. Si enim Ecclesia esset auditorium rhetorum opportuna res esset eloquentia: sed quia certamen de moribus, & de fructificatione propositum est, & cœlum est quod expectatur, non lingua requiritur, sed mores boni. Alij rursus laborant studio placendi hominibus, & ad tempus simulationem induunt: quod si clara persona vel ex plateis, vel ex aulis accedit, & Christianismum profitetur, decurrunt in Ecclesiam, vt homini illi suum vultum ostendant: mox quum ille vir clarus abierit, abit & vna simulator recepta sua mercede. ob hominem venit, & homini placuit, à Deo nihil quicquam accepturus: Non enim illi mentem suam ostendere in votis habuit: Istiusmodi sunt zizania Ecclesiæ. Sed habet quiddam admirabile agricolæ Ecclesiastici sermo, vtpote qui & zizania frumenta efficiat prout eorum voluntas fuerit. Quum enim vltroneus sit hominum motus, & sui arbitrij mens, in te situm est, velisne temetipsum lolium fieri, & pabulum brutorum animalium an potius in frumentum mutari. Quæris exemplar istius rei? sume ab arboribus quod quæris: siquidem oleaster insitus, efficitur legitima olea: & syluestris vitis, satiuæ vitis palmitem accipiens, obliuiscitur vetustæ suæ radicis, & assumit nouitatem recentis. Obliuiscere & tu priorum, & arripe quod dicitur, & omitte quod quod est zizanij, & assume quod est frumentale, vt & tu intra aream spiritualis Ecclesiæ recipiatis. Hæc omnia vobis dicta sũt, ex occasione recitati Euãgelij, quod de satis loquitur ob illũ, qui in animis seminat, liberatorẽ animarum Iesum transeuntem per sata. Ille autem de industria in sabbato per segetes vadens, discipulos suos per segetes traduxit:

οἱ δὲ γεωργοὶ τῆς ἐκκλησίας, τὸν δίκελλαν τῶν λόγων τοῖς ἐσπαρμένοις ἐπιβάλοντες, γεωργοῦμεν εἰς καρποφορίαν· οὔπω δὲ οἴδας τὸ ὑποκείμενον. ἡ γὰρ τῆς φυλλάδος ὁμοιότης, ἀπατᾷ πολλάκις τοὺς σοφεστάτους. ὅταν δὲ ἡ διδασκαλία εἰς ἔργον προχωρήσῃ, καὶ ὁ καρπὸς τῶν ἔργων παχυνθῇ, τότε φαίνεται, τίς μὲν ὁ πιστὸς, τίς δὲ ὁ ὑποκριτής, καὶ πῶς καὶ τίνα τρόπον ὠφελῆται πολλάκις εἰς πόλιν, ἀνὴρ δυνάμενος διδάσκειν ἐλλιμενίσαι, ὃν ἀκοὴν θέλγόμενος, ψευδῆ εἰσῆλθεν ἐκκλησίαν, καὶ τὴν ἰατρείαν τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ τῶν λόγων τὸ κάλλος μόνον ἁρπάσαι. ἀνεχώρησεν ὁ εὐγλώττως λαλῶν, ἀνεχώρησε καὶ τῆς ἐκκλησίας τὸ ζιζάνιον. ἐν γὰρ ἔχει τὸ σιτῶδες, τὸ πιστόν. ὁ δὲ πιστὸς, κἂν εὐγλώττως λέγῃ τὰ λεγόμενα, ἀπουδάζει κατακούειν, κἂν συριστὶ, κἂν ῥωμαϊστὶ, κἂν διαφόρως γλώττῃ. οὐ γὰρ ζητεῖ λόγους, ἀλλ' ἔργα. ὁ γὰρ λόγος ἡμῶν, καὶ τὸ κήρυγμα ἡμῶν, οὐκ ἐν πιθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως. τί τὸ ὄφελος, ἐὰν ἑλληνιστὶ λαλῶμεν, βαρβαρίζομεν ἢ τῇ γνώμῃ; τί τὸ ὄφελος, ἐὰν εὐσύνθετος μὲν ὁ λόγος, κακοσύνθετος δὲ ὁ τρόπος; πολὺ κάλλιόν ἐστι, μὴ τὸ τῶν ἑλλήνων ἐπίστασθαι φωνὴν, καὶ τὸν νόμον τοῦ θεοῦ ἐν καρδίᾳ κεκτῆσθαι. εἰ μὲν γὰρ σοφιστὴν διδάσκαλεῖον ἦν ἡ ἐκκλησία, εὐγλωττίας ἦν ὁ καιρός. ἐπειδὴ δὲ τρόπων ἀγών, καὶ καρποφορία τὸ προσδοκώμενον, καὶ προσδοκία οὐρανὸς τὸ προσδοκώμενον. μὴ γλῶττα ζητείσθω, ἀλλ' ὁ τρόπος κατορθούσθω. πάλιν ἄλλοι νοσοῦσιν ἀνθρωπαρέσκειαν ἀνθρώπων, καὶ καιρὸν καθυποκρίνεσθαι. κἂν μὲν ἐπίσημον πρόσωπον, ἢ ἐκ πλατειῶν, ἢ ἐξ ἀνθρώπων ὠφελουμένη, καὶ χριστιανισμὸν ἐπαγγελόμενον, ἔρχεται εἰς τὴν ἐκκλησίαν· ἵνα ἀνθρώπῳ δείξωσι τὸ πρόσωπον. ἐξῆλθεν ὁ ἐπίσημος, πρόσεξῆλθεν ὁ ὑποκριτὴς, καὶ ἀπέχει τὸν μισθόν. διὰ ἀνθρώπων ἦλθεν, ἀνθρώπῳ ἤρεσε, καὶ ὠφελήθη· θεῷ δὲ οὐδὲν ἔλαβεν. ὁ γὰρ ἐκείνῳ ἔδειξε τὸ ἀφέστηκε τὰ ζιζάνια τῆς ἐκκλησίας τὰ ζιζάνια. ἀλλ' ἔχει τι θαυμάσιον ὁ γεωργὸς τῆς ἐκκλησίας λόγος. καὶ γὰρ ζιζάνια σιτοποιεῖ, ἐὰν θέλῃ· ἐπειδὴ γὰρ αὐτοπροαίρετος ἡ τῶν ἀνθρώπων κίνησις, καὶ αὐτεξούσιος ἡ γνώμη, ὅπῃ σοι κεῖται τὸ πρᾶγμα, εἰ θέλεις ζιζάνια εἶ ἀλόγων ζώων τροφὴ· εἰ θέλεις, μεταβαλὼν καὶ γίνῃ σῖτος. εἰκόνα ζητεῖς τῶν λόγων; λάμβανε ἀπὸ δένδρων τὸ ζητούμενον. ἡ ἀγριέλαιος ἐμπεντρισθεῖσα, καλλιέλαιος γίνεται, καὶ ἄμπελος ἀγρία, ἡμερωτάτης ἀμπέλου κλῆμα δεξαμένη, ἐπιλανθάνεται μὲν τῶν τῆς ῥίζης παλαιοτήτων· ἀναλαμβάνει δὲ τὴν καινότητα τῶν παλαιῶν. ἐπιλάθου καὶ σὺ τῶν πρώτων, καὶ ἀνάλαβε τὰ λεγόμενα. καὶ τοῦ ζιζανίου πάρες, τὸ δὲ σιτῶδες ἀνάλαβε· ἵνα δόκιμος ᾖς καὶ αὐτὸς εἴσω ἅλωος ἐκκλησιαστικῆς γενέσθαι νοητῆς. ταῦτα δὲ πάντα ὑμῖν εἴρηται, διὰ τὸ εὐαγγελικὸν ἀνάγνωσμα, τὸ περὶ στάχυων διαλεγόμενον, διὰ τὰ καλὰ σπείραντα ἐν ταῖς ψυχαῖς, τῶν ψυχῶν λυτρωτὴν Ἰησοῦν, τὸν διαπορευόμενον διὰ τῶν σπορίμων. ὁ μὲν οὖν διεστοιβάζετο, ἐπίλησες ἐν σαββάτῳ διαγωγὴν μαθητὰς διὰ τῶν σπορί-

quo

μων

μέν, καὶ οἱ μαθηταὶ διερχόμενοι, ἔτιλλον στάχυας, καὶ ψώχοντες ταῖς χερσὶν αὐτῶν ἤσθιον, καινοτέραν ἄλωνα τοῖς στάχυσι τὰς χεῖρας ἐργαζόμενοι. οἱ δὲ Ἰουδαῖοι ἐπετίμων τοῖς μαθηταῖς τρεφομένοις, καὶ πρὸς τὸν διδάσκαλον ἀγανακτοῦσιν. ἴδε τί ποιοῦσιν οἱ μαθηταί σου ἃ οὐκ ἔξεστιν ἀπαλλατριώσαντες τῆς δικαιοσύνης, οὐκ εἶπαν οἱ κενωνοὶ τῶν μαθητῶν ἡμῶν· ἑαυτοὺς γὰρ τῆς μαθήσεως ἐξόρισεν. ἀλλ' ἴδε τί ποιοῦσιν οἱ μαθηταί σου. δεικνύουσιν τὰ φαινόμενα τῷ γνώστῃ τῶν καρδιῶν. δεικνύετε τὰ ὁρώμενα; οὐκ ελάβετε πολλάκις τὴν πεῖραν, ὅτι οἶδε καὶ τῶν καρδιῶν τὰς γνώσεις; ἃ λέγων τί διαλογίζεσθε ἐν ἑαυτοῖς πονηρά; ὁ ἀλλογισμὰς εἰδὼς, ἀστοχοῦν ψωχμοὺς οὐκ οἶδες; καινότερος νεκρὸς, ἐλεύθερος ἐν νεκροῖς. οἱ μὲν ἄλλοι νεκροὶ δεσμοῖς ὥσπερ περιβαλλόμενοι, ἐν εἱρκτῇ τῇ ὁδῷ ἀπήγοντο· ἰησοῦς δὲ γέγονε δι' ἡμᾶς νεκρὸς, καὶ κατῆλθεν εἰς τὰ κατάχθονια, μεταξὺ τῶν νεκρῶν· καὶ ἐν νεκροῖς μὲν ἐλθὼν, ἐλεύθερος ἦν, ἀλλὰ καὶ νεκρῶν ἐλευθερωτής. ἵνα μάθῃς ὅτι καὶ νεκρῶν ἐλεύθερωτὴς γέγονεν, ἄκουε τῶν ἀγγελίων λεγόντων· καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἀνέῳχθησαν. ἐν μνήματι ἐτέθη, καὶ πολλὰ μνήματα ἀνεῴχθησαν. ἦν πίνων ὁ ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος, ὃν κατέλιπον καὶ γνώριμοι. λέγει δὲ τὸ εὐαγγέλιον, ὅτι πάντες οἱ μαθηταὶ ἀφέντες αὐτὸν, ἔφυγον. ἔτι ζῶντα φεύγουσι, καὶ σωρωθέντες, ὑπεραπθνήσκουσιν. ἐπειδὴ δὲ μηδὲν ὠφελοῦσιν ἐν τῷ σωρῷ, ἀλλὰ μετὰ τὸν σωρὸν, τὴν ζωὴν ἀπέλαβε. καὶ μὴ ἐμοὶ μόνον πρόσεχε· ἀλλὰ τῷ ἐμοὶ ἀρτίως ἀναγνωσθέντι ψαλμῷ. πρόσεχες τὸ λεγόμενον, ἐγὼ ἀναγινώσκω, σὺ βλέπε ἐκ τῆς ἀκολουθίας τὴν ἀνάστασιν. ἐγείρεται ὡσεὶ ἄνθρωπος ἀβοήθητος, ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος. ἔθεντό με ἐν λάκκῳ κατωτάτῳ, καθὼς εἰρήκαμεν. ἐμὲ μετὰ ταῦτα· ἐγὼ δὲ τῇ προσευχῇ μου πρός σε κύριε, καὶ τῷ πρωΐ, ἡ προσευχή μου προφθάσει. ὁ νεκρὸς προσεύχεται, εἰ μὴ ἀνίεται, προσεύχεται. μετὰ γὰρ τὸ διηγήσασθαι τὴν ταφὴν καὶ τὴν νεκρότητα, τότε διηγήσατο τὴν προσευχὴν, τὴν πρὸς τὸν πατέρα γενομένην. ἡμεῖς μὲν οὖν τιμῶμεν τὴν κυριακὴν ἀναστασιν· Ἰουδαῖοι δὲ, ἔτι καὶ νῦν, ἐξέχονται τοῦ σαββάτου, καὶ μετὰ τὸ ἐπᾶραι τὸν ἡσαΐαν· καὶ τὰ σάββατα ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου. οὐδέν μοι κοινὸν πρὸς τὸ σάββατον, ὃ ὁ θεὸς ἐμίσησεν. οὐ λέγω τοὺς κύκλους τῶν ἡμερῶν, ἀλλὰ τὸν νομιζόμενον Ἰουδαϊσμόν. οὐ γὰρ τὰς ἡμέρας μισεῖ ὁ θεὸς, ἀλλὰ τοὺς κακῶς ἐν ταῖς ἡμέραις ἐργαζομένους. καὶ νῦν μὲν, ἐξέχονται τοῦ σαββάτου· καὶ τότε ἐπετίμων τῷ σωτῆρι λέγοντες· ἴδε τί ποιοῦσιν οἱ μαθηταί σου, ὃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν ἐν σαββάτῳ. ὁ σωτὴρ πρὸς αὐτοὺς· οὐδὲ τοῦτο ἀνέγνωτε, ὃ ἐποίησε δαβὶδ; ὁ ἐκ δαβὶδ μνημονεύει τοῦ δαβὶδ· ὁ ἐκ δαβὶδ, κατὰ σάρκα, πρὸ δὲ δαβὶδ, κατὰ πνεῦμα· ὁ κατὰ σάρκα μὲν τοῦ δαβὶδ, υἱὸς· κατὰ πνεῦμα δὲ, τοῦ δαβὶδ δεσπότης. ὁ ἐκ ῥίζης ἰεσσαὶ βλαστήσας, ἡ ῥάβδος ἡ θαυμαστὴ, ἡ τὸν μὲν γῆν ἰουδαίων σωτηρίαν σωσα-

τὰν δ'

quo tempore discipuli in peragrando vellebant spicas, easque confricantes manibus suis edebant, mire nouam aream ex manibus suis facientes. Iudæi vero obiurgabant discipulos vescentes, & aduersus præceptorem indignabantur, *Vide*, inquiunt, *quid faciunt discipuli tui*: seque abalienantes à iusticia, non dicunt, sodales sociique discipulorum nostrorum: sic enim se à magisterio exterminassent: sed *vide*, inquiunt, *quid faciunt discipuli tui*, eique ostendunt quæ iam illi patebant. Quid cordium cognitori ostenditis quæ ab ipso videntur? Nonne subinde experimento percepistis, eum mentium cogitata intelligere? Non ille qui dixit. *Quid cogitatis mala in cordibus vestris*. intelligit cogitationes animorum, scilicet spicarum confricationes non videbat. nouus ille & amirandus mortuus, liber inter mortuos. Siquidem alij mortui, quasi vinculis circundati per angustum tramitem abducebantur: Iesus autem propter nos mortuus est, & descendit ad inferna, in medium mortuorum: & inter mortuos incedens, non solum liber, sed & liberator mortuorum erat. Atq; vt discas eum esse mortuorum liberatorem, audi Euangelij verba, *Et multa corpora sanctorum, qui dormierant, resurrexerunt*. Ipse item in monumento positus est, & multa monumenta adaperta fuere. Erat igitur is inter mortuos liber, quem reliquerant etiam noti, quum Euangelium narret, discipulos eius dereliclo eo aufugisse. Fugerunt quidem à viuo, sed ita, vt pro eodem crucifixo mortem oppetant, eò quòd nihil eius in cruce remanserit, & post crucem vitam resumpserit. Verum hic non mihi duntaxat, sed etiam Psalmo, quē ego recitabo, intendas, videbisq; cōsequenter eius resurrectionem. *Factus sum vt homo destitutus auxilio, inter mortuos liber, posuerunt me in lacu infimo: ego autem oratione mea ad te conuertar Domine, & mane oratio mea præueniat te*. Quid? mortuus, qui nondum resurrexerat, orat? inquam. Siquidem post enarrationem sepulchri & funeris, mentio fit de ea oratione quam ad Patrem habuit. Quòd igitur in veneratione habeamus dominicum diem, id fit in gratiam dominicæ resurrectionis. Iudæi vero etiam posteaquam dictum est ab Esaia: *Et sabbata vestra odit anima mea*, suo sabbato adhærent. Nihil mihi ergo commune cum eo sabbato, quod Deus exosum habet. Non loquor de circumactu dierum, sed de Iudaismo. Non enim dies illos auersatur Deus, sed eos qui in diebus male agunt. Quin & iam adhærescunt sabbato, & Christum increpant, dicentes: *Vide quid faciunt discipuli tui, non licitum est hoc in sabbato facere*. Seruator autem è diuerso rursus ad illos: *Neque hoc legistis quòd Dauid fecit?* Ille qui ex Dauide est, Dauidis meminit: ex Dauide inquam secundum carnem, ante Dauidem secundum Spiritum: ita vt secundum carnem Dauidis Filius, secundum spiritum, Dauidis pater habendus sit: nimirum qui ex radice Iesse ortus, virga illa admirabilis sit, quæ genus Iudæorum cōminuit,

genus

